ΙΩΑΝΝΟΥ

ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

JOANNIS CHRYSOSTOMI

OPERA OMNIA.

TYPIS MOQUET ET SOCIORUM,
VIA LA HARPE, N° 90.

Saint John Chrysostom

II

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΙΩΑΝΝΟΥ

ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ,

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ,

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

SANCTI PATRIS NOSTRI

JOANNIS CHRYSOSTOMI,

Archiepiscopi Constantinopolitani,

OPERA OMNIA QUÆ EXSTANT,

VEL QUÆ EJUS NOMINE CIRCUMFERUNTUR,

AD MSS. CODICES GALLICANOS, VATICANOS, ANGLICANOS, GERMANICOSQUE; NECNON AD SAVILIANAM ET FRONTONIANAM EDITIONES CASTIGATA, INNUMERIS AUCTA; NOVA INTERPRETATIONE UBI OPUS ERAT, PRÆFATIONIBUS, MONITIS, NOTIS, VARIIS LECTIONIBUS ILLUSTRATA; NOVA SANCTI DOCTORIS VITA, APPENDICIBUS, ONOMASTICO ET COPIOSISSIMIS INDICIBUS LOCUPLETATA.

OPERA ET STUDIO D. BERNARDI DE MONTFAUCON,
Monachi Ordinis S. Benedicti e Congregatione S. Mauri, opem ferentibus aliis ex eodem sodalitio Monachis.

EDITIO PARISINA ALTERA, EMENDATA ET AUCTA.

TOMUS TERTIUS.

PARISIIS,

APUD GAUME FRATRES, BIBLIOPOLAS,

VIA POT DE FER SAINT-SULPICE, N° 5.

M. DCCC. XXXVII.

INDEX

OPERUM S. JOANNIS CHRYSOSTOMI

QUÆ IN TERTIO TOMO CONTINENTUR.

† *Hæc nota ea indicat opera, quæ vel inedita hactenus, vel peregrinis in locis edita in hanc Editionem accesserunt.*

* *Hæc vero illa, quæ a Savilio edita, in Morelli Editione non exstabant.*

HOMILIÆ IN QUÆDAM LOCA NOVI TESTAMENTI.


OPUSCULA DE MOTIBUS CONSTANTINOPOLITANIS,

deque iis, quæ ad utrumque Chrysostomi exsilium spectant.

EPISTOLÆ JOANNIS CHRYSOSTOMI ET ALIQUOT ALIÆ.

SPURIA.

[Numeri uncis inclusi paginas indicant Voluminis sexti Editionis Frontonis Ducæi excusæ Parisiis, apud Simeon. Piget, anno 1642.]



PRÆFATIO

IN TERTIUM TOMUM OPERUM

S. JOANNIS CHRYSOSTOMI.

Ea fuit instituti nostri ratio in hac paranda S. Joannis Chrysostomi Operum Editione, ut Opuscula primum omnia, cujusvis generis essent, in tribus Tomis prioribus locaremus; in sequentibus vero Commentaria in Novum et Vetus Testamentum. Opuscula porro omnia in quinque classes distribuimus. Prima classis complectitur ea Opera, quæ ob varietatem argumenti non possunt uno titulo comprehendi, sed secundum temporis ordinem, quoad ejus fieri potest, locantur. Secunda classis est Concionum panegyricarum de Domino N. J. Christo et de Sanctis. Hasce duas priores classes primus et secundus Tomus complectuntur. Tertia classis est Homiliarum, quæ ex diversis Scripturæ locis argumentum mutuantur, quæ Homiliæ primam hujusce tertii Tomi partem occupant. Quarta classis, Opusculorum ad motus Constantinopolitanos et ad utrumque S. Joannis Chrysostomi exsilium pertinentium. Quinta classis est Epistolarum omnium. Tres igitur posteriores classes in hoc tertio Tomo continentur, quibus subjiciuntur pauca quædam, et spuria denique multa. De illis omnibus hic quædam præmittenda sunt.

§ I.

De Homiliis quæ ex diversis Scripturæ locis argumentum mutuantur.

Ordimur ergo ab Homiliis in loca quædam Novi Testamenti, quarum quatuor priores totidem evangelicas sententias explicant. Octo autem sequentes quæ una serie et continenter habitæ sunt, misere distractæ et dispersæ erant in Editionibus Saviliana et Frontoniana: quod cave sis incuriæ seu negligentiæ Savilii aut Frontonis Ducæi adscribas. Illi enim nullam non diligentiam adhibebant, non modo ut omnia Chrysostomi Opuscula ex omnibus orbis Christiani partibus colligerent, sed etiam ut quæque suo ordine ponerent. Verum quia jam prælo datis multis operibus, alia confertim undique accedebant, hæc postremo advecta plerumque ut fors ferebat locabant. Quanto autem lectoris dispendio hæc sic distracta ac propemodum dissipata ederentur, statim animadvertet quisquis earum lectionem continenter peraget. Nam plerumque accidit ut in sequenti tantum prioris argumentum compleatur: tantamque alioquin omnes habent inter se affinitatem, ut nonnisi præcedenti lecta sequentem plane intelligere possis.

Ex hisce autem octo Homiliis quatuor priores sunt in principium, sive in titulum libri Actorum. In hoc tamen argumentum quinque una serie conciones habuerat, ut non semel testificatur Joannes noster: sed secunda, in qua quærebatur quis esset auctor libri Actuum Apostolorum, intercidit. Illam porro integram me reperisse putabam, ut in Præfatione ad primum Tomum dixi. Verum postea diligentius expensa homilia illa longissima, ex Mss. eruta, quæ de Ascensione inscribitur, comperi partem quidem illam ubi, quibusdam de principio Actorum præmissis, evidentissime probatur Lucam evangelistam esse Actuum auctorem, esse haud dubie Chrysostomi: verum alia quæ hanc partem præcedunt, et longe plura quæ illam subsequuntur, non posse Chrysostomi esse. Hærebam certe initio, quia illa partem non contemnendam illius homiliæ complectebatur, an in serie aliarum locanda esset; sed ingratum lectori fore putavi, si spuria illa alia quæ in eadem homilia occurrunt, quorum quædam nugacem Græculum sapiunt, veris operibus admiscerem: quamobrem totam homiliam ad calcem hujus Tomi amandare visum est.

Quatuor item Homiliæ quæ de Mutatione nominum inscriptæ sunt, quatuor illis in principium Actorum nativo ordine connectuntur: in his quippe postremis argumentum priorum prosequitur Chrysostomus, ut in Monito diximus. Cæteræ Homiliæ in loca Pauli sunt, ac cum præcedentibus, triginta quatuor simul homiliarum numerum complent. Tres porro Homilias de Legibus connubii, quarum prima est num. 18, in illud : *Propter fornicationes* etc.; altera num. 19, de Libello repudii ; tertia num. 20, *Laus Maximi, et quales ducendæ uxores ;* has, inquam, Homilias, quæ unius et ejusdem argumenti sunt et eodem tempore una serie habitæ, ut legentibus liquidum est, ita Fronto Ducæus eliderat, ut tertia a duabus prioribus longo intervallo separaretur; sed eæ suo ordine jam locatæ suas partes implere ac semel cœptam materiam ad destinatum finem deductam lectori conjunctim offerre poterunt.

§ II.

Opuscula de motibus Constantinopolitanis, et de utroque Chrysostomi exsilio, quænam sint.

Hæc excipit quarta classis Opusculorum, nempe de motibus Constantinopolitanis, necnon de aliis quæ ad utrumque Chrysostomi exsilium pertinent. Hæc omnia secundum temporis seriem edere visum est, cum antea separata et tumultuario opere diversis in tomis locata essent, idque casu potius quam consilio. Ex iis non pauca in Editione Frontonis Ducæi desiderabantur. Spectant autem omnia ad historiam ab anno 399 ad annum 406. Ordo ille Opusculorum ordinem rerum apprime sequitur ; omniaque illa Opuscula ad ærumnas et utrumque Chrysostomi exsilium quodammodo referuntur : nam ex Eutropii eunuchi fuga in ecclesiam Chrysostomi hostes accusandi illius ansam arripuere. Sed ut Opusculorum hujusmodi ordinem candidus lector facilius percipere valeat, historiam rerum Constantinopolitanarum, de quibus agitur, paucis persequi operæ pretium fuerit.

Eutropius Eunuchus inter primores aulæ Constantinopolitanæ apud Arcadium auctoritate plurimum valebat. Is cum Joannis Chrysostomi in Constantinopolitanum episcopum cooptandi auctor fuisset, initio ejus monitis morem gerebat. Sed cum ambitionis et cogendæ pecuniæ morbo admodum laboraret Eutropius, instabat, urgebat Chrysostomus, fugitivas divitias dicebat; nec modo fugitivas, sed exitiosas, quæ sui custodes ut plurimum proderent ac perderent. Hæc ille vir adulandi nescius frequenter dictitabat: sed quia veritas odium parit, in monitorem exasperatus Eutropius, multa contra illum molitus est; id vero præcipue statui curavit, ut asyli et immunitatis jus ecclesiis tolleretur. Verum ita providente numine, Eutropius cum Consulatum anni undequadringentesimi Arcadii nutu consequutus, omnium in se odium concitasset, tumultuante Tribigildo tribuno militibus stipato, gradu dejectus est, et quod illi unicum perfugium supererat, in ecclesiam se recepit, atque asylum quod ille abrogandum curaverat, supplex adire coactus est. Nec profuisset asylum, nisi Chrysostomus fortiter obstitisset obsidentibus invadere paratis. Insequente vero die primam in Eutropium homiliam habuit S. antistes, ipso præsente Eutropio, anno 399. Elapsis aliquot post illam habitam concionem diebus, cum Eutropius ab ecclesia dilapsus in manus hostium incidisset, alteram habuit in eumdem homiliam S. doctor; de qua plurima in Monito vide sis. Hinc vero ansam incusandi Chrysostomi arripuere ii qui ejus perniciem moliebantur : Eutropium miserum et in ecclesiam profugum ab illo objurgatum, ac denique hostibus proditum mentientes ; quod quantum a vero alienum fuerit, in Vita Chrysostomi pluribus ostendetur.

Gainas, quo stimulante Tribigildus tribunus Eutropii perniciem curaverat, hoc rerum eventu petulantior factus, Saturnini et Aureliani, qui inter Imperii proceres eminebant, capita depoposcit. Verum illorum causam fortiter agente Chrysostomo, satis habuit Gainas, si illi proceres in exsilium deportarentur : qua de re concionem illam habuit Chrysostomus, quæ titulum habet : *Cum Saturninus et Aurelianus acti essent in exsilium, et Gainas egressus esset e civitate.* An vero egressus jam ex civitate esset Gainas, cum hanc habuit concionem Chrysostomus, non ita exploratum est, et an titulo fides habenda sit pluribus expendemus in Vita Chrysostomi. Ut ut autem est, hæc homilia ineunte circiter anno 400 habita fuisse putatur.

Eodem anno cœpit illud odiosissimum negotium, videlicet accusatio Antonino, Ephesi episcopo, oblata, qui variorum criminum inprimisque Simoniæ reus agebatur. Qua de causa profectionem in Asiam meditabatur Chrysostomus. Verum Antonini artibus cohibitus est a quibusdam proceribus, metum

Gainæ in Thracia hostiliter agentis obtendentibus; profectionemque distulit in anni sequentis initium, postquam Antoninus e vivis excesserat. In Asia vero plus quam centum dies, ut ipse ait, commoratus, Simoniacos destituit, alios in eorum locum ordinavit : ex quibus recte et secundum ecclesiasticum ritum constitutis occasiones criminandi arripuerunt ejus adversarii, quia omnium nihil est quin male narrando possit depravarier. Postridie quam ex Asia redierat ille, concionem habuit ad populum Constantinopolitanum, post Pascha anni 401, cujus interpretationem tantum Latinam habemus.

Severianus, episcopus Gabalorum in Syria, homo vafer, nec elinguis, Constantinopoli tunc agens, simulatis obsequiis, Chrysostomi amicitiam sibi conciliaverat. Sed postquam hic in Asiam profectus erat, posita larva, populum sibi devincire, ejusque studia a Chrysostomo avertere satagebat. Postquam redierat Chrysostomus, cum verba impietate plena protulisset Severianus, tumultuante et in iram concitato populo pulsus est. Deinde curante Eudoxia Augusta et ipso Arcadio, consentiente quoque ægre licet Chrysostomo, in urbem admissus est. In adventu ejus, ut exasperatos in Severianum populi animos mitigaret Chrysostomus, concionem ad populum brevissimam habuit, quam Latine tantum protulimus, quod Græca interierint. Sequenti etiam die Severianus breviter populum alloquutus, magnificentiora quam sinceriora de reconciliata pace verba protulit : hæc quoque oratio Latine tantum habetur : utraque anno 401 habita fuit.

Hæc ceu præludia fuere eorum, quæ ante exsilium Chrysostomi evenerunt. Nam cum ipse ecclesiasticam disciplinam, Constantinopoli mirum in modum apud sacerdotes diaconosque maxime collapsam, restituere tentaret, in illorum incurrit odium; Eudoxiæ quoque Augustæ animum, eo quod, ut ipsius officium postulabat, principum etiam vitia incesseret, exasperavit : Theophilum Alexandrinum, quod Fratres longos, ut vocabant, humanius excepisset, jam antea infensum, infensiorem sibi reddidit. Hisce omnibus demum conspiratis factionum partibus, in Pseudosynodo Chalcedonensi depositus fuit Chrysostomus anno 403. Hæc porro omnia hic brevissime repræsentata, longissimæ historiæ materiam suppeditabunt in Vita Chrysostomi. Postquam ergo depositus fuerat, antequam in exsilii locum deportaretur, concionem habuit, quam a Georgio Alexandrino in Vita ipsius Chrysostomi conservatam edimus, ejusque postremam partem, ut suspectam vel saltem vitiatam damus : huicque subjungimus veterem interpretationem Latinam, in qua pars illa vitiata non occurrit. Aliam pariter addimus ex Vaticanis Codicibus exceptam, quæ etiam temerariis librariorum ausibus vitiata fuit.

Populus, quo repugnante et violentiam propulsare nitente, libens abductus fuerat Chrysostomus, post ejus profectionem magis magisque in iram concitatus vociferabatur et ad imperatorias ædes episcopi sui reditum postulabat : interimque terræ motu palatium concutiente, Eudoxia Augusta perterrita sanctum præsulem reducendum curavit. Redux vero Chrysostomus extemporalem habuit Oratiunculam quam Græce et Latine damus, postridieque alteram paulo longiorem, priori subjunctam. Illam vero quæ de Chananæa inscribitur, paucis post adventum suum diebus habuerit necesse est : ipsamque in eadem serie locatam vindicavimus ab iis qui περὶ γνησιότητος quæstiones moverant, eamque ut suspectam habuerant. Hæc omnia anno 403 dicta fuere.

His adjunximus duos pulcherrimos libros quorum prioris titulus est, *Quod nemo læditur nisi a seipso*; posterioris vero, in viginti quatuor capita distributi, *Ad eos qui scandalizati sunt ob adversitates* etc. Hi vero libri licet post multas Epistolas Chrysostomi scripti fuerint et quidem anno circiter, ut putatur, 406, cum in exsilio ageret, quia in serie Epistolarum locari non poterant, in hac quarta classe agmen claudunt, quod commodior ipsis locus excogitari non posset.

§ III.

Quinta et postrema classis, quæ est Epistolarum.

Inter Chrysostomi opera nihil Epistolis pretiosius, nihil ad concinnandam duorum exsiliorum ejus historiam opportunius : quam sane partem historiæ ecclesiasticæ inter præcipuas istius sæculi annumerandam esse fatearis, si spectes quanta constantia animique fortitudine calamitates nusquam alibi memoratas pertulerit : si consideres quanta fuerit in hujusmodi negotio inter proceres Ecclesiæ et Imperii dissensio; aliis in adversa parte stantibus; aliis, quorum princeps erat Innocentius Romanus pontifex, Joannis Chrysostomi causam strenue propugnantibus. Has itaque Epistolas quanta potuimu-

accuratione emendatas edidimus. Quia vero temporis, quo scriptæ illæ fuerant, ordinem nulla arte, nullo labore assequi poteramus, Frontonis Ducæi seriem sequi visum est. Etsi enim omnino conspicuum sit quasdam earum ante alias quæ jam in Edito præcedunt scriptas fuisse, cum maxima pars illarum nullam præ se ferat temporis notam, non consulto fecissemus, si quasdam earum a pristino loco amovissemus, incerti num illæ, quas a priscis sedibus deturbaveramus, ante alias omnes sequentes datæ essent.

Extra numerum aliarum præmiserat Fronto Ducæus binas ad Innocentium Episcopum Romanum Epistolas, necnon illam quæ ad episcopos et presbyteros in carcere inclusos a Chrysostomo exsulante scripta fuit; in hoc etiam Ducæum sequimur. Verum post epistolas Chrysostomi, duas Innocentii papæ ex Sozomeno exceptas edimus, quæ quia ad rem, qua de hic agitur, omnino pertinent, miror quo pacto in prius Editis omissæ fuerint. His subjunximus *Sacram* Honorii Augusti; *Sacras* appellare solebant epistolas Imperatorias. In hac vero de tumultu Constantinopolitano in ejectione Chrysostomi unice agitur, ideoque non debuit in harum Epistolarum serie prætermitti. Sequuntur ducentæ quadraginta duæ Epistolæ Chrysostomi, quarum septemdecim priores ad Olympiadem, cæteræ ad diversos sunt missæ, quorum nomina habes alphabetico ordine in Monito, ubi etiam numeros Epistolarum ad singulos missarum adjecimus. Ex his autem Epistolis quinque ad calcem positæ, nimirum ducentesima trigesima septima, 238, 239, 240, et 241, non Chrysostomi, sed Constantii presbyteri sunt, viri sancti et Chrysostomo addictissimi, ut id Monito ad easdem tum ex stylo tum auctoritate Codicis Vaticani probavimus.

Epistolarum agmen claudit celeberrima illa ad Cæsarium monachum Epistola quæ tot controversiarum ansam præbuit, ut in Monito ante eamdem posito videre licet. Eam porro Chrysostomo allatis ibidem de causis abjudicavimus : speroque jam nullum de calculo contra ferendo cogitaturum esse. Si quis enim, in Chrysostomi γνησίων operum lectione non hospes, conferat ejusdem Epistolæ Græca fragmenta, quæ nunc plura auctioraque damus, cum germanis Chrysostomi operibus, is haud dubie fatebitur nullam uspiam tantam occurrere styli diversitatem. Hujus Epistolæ, paulo postquam typis illam dederam, apographum nactus sum ad fidem veteris Manuscripti exsumtum, ex alio ut videtur Codice, non ab eo ex quo Emericus Bigotius apographum descripserat. Ejus hic varias lectiones perscribam. Apographo hæc nota præmittitur : *Ex Codice membranaceo liber beati Athanasii, Archiepiscopi Alexandriæ contra impium Apollinarem de salutari Epiphania Christi ex hæreditate doctissimi viri Nicolai de Nicolis de Florentia, de quo Nicolao S. Antoninus et alii.* In hoc videlicet Codice præmittebatur liber Athanasii contra Apollinarium, de salutari adventu Christi, qui est in nostra S. Athanasii Editione liber secundus, p. 940, quia liber ille quamdam habet cum Epistola affinitatem, ut in Monito in Epistolam ad Cæsarium diximus. Post illam notam sequitur titulus : *Incipit Epistola B. Joannis episcopi Constantinopolitani ad Cæsarium* etc. ut in Edito nostro p. 742. *Ibid. l.* 5 : *et* ἀκραιφνῶς, *id est consummate*. Ms. *et* ἀκρεφνῶες (sic), *id est conjunctam ;* fortasse *conjunctim*. Ibid. l. 8, Ms. : *Et dicas forsitan a bejore ad id quod melius est venisse te.* Legendum *a pejore*, et hanc lectionem præferrem, nisi obstarent Græca e regione posita, καὶ φήσειας πάντως ἐκ πλάνης πρὸς τὸ κρεῖττον ἐληλυθέναι.

P. 743, A, 5 : *factam ex divinitate et carne*. Ms. *facta e deitate et carnis*. A, 11 : *Unigeniti imaginatur deitati*. Ms. *Unigeniti imaginamur deitati*. B, 7 : *Verumtamen nos recordantes tuæ nobiscum conversationis*. Ms. *Verumtamen nos recordantes bene nobiscum suæ rationis :* malo lectionem Editi. C, 2 : *manifestam ostentationem facere*. Ms. *manifestam ostensionem facere*, melius, et sic nos in nota diximus legendum videri.

P. 744, A, 1 : *Unos autem communibus istis nominibus quando dispensationis confitendum est mysterium*. Ms. *unos autem communibus istis uti oportet nominibus quando dispensationis confitendum est mysterium*. Evidentissimum est hanc esse veram lectionem, si pro *unos* legas, *Nos autem communibus istis uti oportet* etc. Paulopost : *id quod blasphemum est et immane : sed in aliorum hæresum declinasti impietatem*. Ms. *id quod blasphemum est et in Mannet? sed in aliorum hæresum declinasti impietatem*. Hæc Manuscripti lectio licet vitiata, Bigotii lectionem confirmare videtur : *et in Manetis et in aliorum hæresum declinasti impietatem*, quam puto sinceriorem. A, 11 : *et quomodo Dominus dicit*. Ms. *et quando Dominus dicit*. B, 1 : *Neque enim ex inhabitanti defraudabatur deitate*. Ms. *neque enim ex hoc ab inhabitanti defraudabatur deitate*. Sic etiam legit Bigotius, ut ibidem annotavimus, et hæc lectio melior esse videtur.

P. 745, C, 9 : *ista dicere audientes?* Ms. *ista dicere audentes?* Bene, et sic corrigendum.

P. 746, A, 12. *arripientes.* Ms. *accipientes.* Quædam minuscula vitia prætereunda duximus.

Epistolæ ad Cæsarium subjungimus Joannis Chrysostomi Orationem elegantissimam in laudem Diodori Tarsensis, quam v. cl. Emericus Bigotius post illam Epistolam ediderat. Deindeque Homiliam illam in Pascha quam Fronto Ducæus inter spuria conjecerat Chrysostomo vindicavimus, utpote γνησίαν, nullique suspicioni obnoxiam. De sermone sequenti in Assumtionem Domini sat diximus supra.

§ IV.

De notis : item de interpretationibus Latinis operum Chrysostomi.

Non defuere qui conquesti sint, nos notas et pauciores et minores, quam optarent ipsi, edidisse. Verum ut jam in Præfatione primi Tomi subindicamus, non una moti ratione in notis admodum parci sumus. Notæ enim vel ad illustrandam scriptoris sententiam, vel ad verborum ambages explanandas, vel ad insolentium vocum explorandum sensum adhibentur. At hujusmodi scriptorem tractamus, qui quasi amnis sine salebris fluit, qui dictionis perspicuitate nemini veterum concedit, quique verbis ut elegantioribus, ita usitatioribus fere semper sermonem texit, vix ut locum reperias ubi explanatione opus habeat. Si notas quæras de tempore quo orationes homiliasque habuit, de occasione, qua ad eas habendas adductus est, id habes in Monitis quæ vel singulis homiliis vel pluribus, quando ejusdem argumenti sunt, præmittuntur. Si notas desideres theologica dogmata spectantes, videbis illas ultimo Tomo collectas, et secundum Christianæ fidei capita concinnatas, ut jam indicavimus in Tomi primi Præfatione, additis, ubi opus erit, disquisitionibus circa veram Chrysostomi de singulis sententiam. Nam imas paginas longis hujusmodi dissertationibus onerare non licet, ne tantam voluminum molem novis accessionibus, vel parvo vel nullo fructu, augeamus : quam etiam cautionem adhibuit is qui postremam Augustini Editionem curavit. Si denum notas expetas, ubi multa loca variis in operibus eadem de re sparsa, in unum conferantur ; exempli causa, de eleemosyna, de oblivione injuriarum, de contemtu divitiarum, de amore fraterno, de humilitate, deque similibus Christianæ disciplinæ argumentis, quæ summopere sunt a Chrysostomo frequentata : hujusmodi certe notis omnino supersedere visum est ; id enim esset tempus terere, et frustra librorum molem augere, cum maxime Indices alphabetici, in fine Tomi cujusque positi, hæc abunde repræsentent, Indexque generalis longe plura de singulis proferat, quam liceret in notis congerere.

Quando quis editionem parat scriptoris cujuspiam quam minimæ molis, ita ut etsi a fronte innumeras animadversiones præmittat, in imis paginis tot notas congerat, ut sæpe textum exsuperent, ad calcem vero observationes alias longissimas subjungat, vix tamen possit ad justi voluminis amplitudinem pertingere, per me licet, is annotationes pro lubito accumulet : tametsi semper prospiciendum cavendumque puto ne quid nimis. Verum hic undecim magnæ molis voluminum materies adest ; imo et duodecim : nam, quod initio non putabam, Tomum quintum, qui commentaria et homilias in Psalmos atque in cæteros Veteris Testamenti libros complectitur, in duos necessario, atque ambos justæ magnitudinis, dividendus est ; et quia ex diuturna perquisitione semper quid importatur novi, quis scit, an Tomorum numerus ad duodecimum usque jam adauctus, non ad decimum tertium tandem, novis succedentibus opusculis, producendus sit? Jam si genio indulgere voluissem, et notas, quæ sane facile parabiles mihi erant, congerere, parvo certe labore opera Chrysostomi potuissem ad viginti usque volumina extendere. Sed quis me probasset? quis mihi calculum detulisset? Ad hæc autem in digerendis Chrysostomi voluminibus non exiguus labor, non parva cautio adhibenda est. Non licet enim partem argumenti cujuspiam in alterum Tomum transferre, ne Tomus ille qui præ manibus est nimiæ molis evadat ; non licebat, verbi causa, postremam Epistolarum partem in sequentem Tomum amandare, quod tamen faciendum erat, si tertius Tomus, in quo agmen claudunt, ex notarum multitudine in nimiam molem excrevisset. Et similiter in sequentibus Tomis par ratio adhibenda erit ; non convenit item Homilias in Matthæum, quæ amplissimum Tomum efficiunt, multitudine notarum ita augere, ut pars ejus postrema in alterum Tomum amandetur.

Hæc non ideo diximus, quod velimus notas non adhiberi, ubi opus est : nam multis in locis notas damus, et aliquando longiores ubi rei conditio ita postulat ; sed ut illis faciamus satis, qui notarum

multitudine longitudineque ita gaudere videntur, ut, nullo habito auctorum discrimine, notas ubique desiderent, non advertentes scriptorem qui in ἠθικοῖς semper versatur, et summa perspicuitate loquitur, qualis est Chrysostomus, non tot egere notis.

Erunt etiam qui vellent me omnia S. Joannis Chrysostomi opera nova interpretatione donavisse : queis certe maximam gratiam habeo, quod me tot tantisque viris qui de Græco in Latinum diversa Chrysostomi opera converterunt, quique optimorum interpretum laudem adepti sunt, anteponere videantur. Verum pace illorum dixerim, non consulto me facturum fuisse si Gentiani Herveti, Frontonis Ducæi, alteriusque Jesuitæ, qui librum cui titulus, *Quod nemo læditur nisi a seipso,* egregie transtulit, nomenque tacuit, Erasmi et aliorum, qui bene interpretandi laude floruere, interpretationes de medio sustulissem, ut meas substituerem. Nam bene concinnatam interpretationem removere, et aliam substituere, id certe est actum agere ; ut taceam periculum, ne recens inducta interpretatio minus placeat, quam ea quæ de medio sublata fuit. Quamobrem priscum institutum retinere haud dubie par est ; ut veterem quidem interpretationem removeam, quando interpres de Græco in Latinum παραφραστικῶς convertit, et inutiliter verba multiplicat, qualis est ubique Godefridus Tilmannus; aut quando nimium a Græcis deflectit, vel cum intricatum interpretandi genus aggreditur. Sed quando interpretationes sunt planæ, nitidæ, non nimio scrupulo Græcis hærentes, sed tamen iis semper catenus insistentes, quatenus linguæ Latinæ ratio patitur, quem interpretationis modum semper sectatus sum : tunc eas retineam oportet, iis tamen correctis, et in aliam formam translatis, quæ vel cum Græcis non consonabant, vel minus idoneis concinnata verbis erant. Quod etiam fecit Fronto Ducæus, fecerunt et alii viri docti. Hoc institututum semel susceptum ad finem usque servabo. Licet enim quidam secus agendum existimaverint, bené novi multos eosque cordatos viros mecum calculum posituros.

§. V.

Animadversiones in quædam loca hujus tertii Tomi operum Chrysostomi.

Quoniam, ut vulgo dicitur, secundæ curæ meliores, quædam hujus tertii Tomi loca retractantes, vitium aut in ipsa Græca serie, aut in Latina interpretatione suspicati sumus, quæ omnia hic loca recensere operæ pretium fuerit. In homilia illa quæ inscribitur, *De gloria in tribulationibus* p. 147, D, 7 · Διὰ τοῦτο καὶ πρός τινας ἐν Κορίνθῳ διατρίβοντας, καὶ πρὸς τούτους ἀποτεινόμενος μεγαλοφρονοῦντας ἐφ᾽ ἑαυτοῖς, τῶν δὲ λοιπῶν καταφρονοῦντας, τὸν χαρακτῆρα τῆς ἐπιστολῆς ἀπογράφων, ἀνάγκην ἔσχεν ἐντεῦθεν τῶν καθ᾽ ἑαυτὸν κατορθωμάτων συνθεῖναι ἡμῖν τὴν εἰκόνα. Quæ sic convertit Fronto Ducæus : *Idcirco etiam cum ad quosdam scriberet Corinthi degentes, et in eos inveheretur qui de se magnifice sentiebant, alios vero damnabant, epistolæ formam exprimens nobis, coactus est suorum recte factorum imaginem depingere.* Ibi ego pro ἐπιστολῆς legendum omnino suspicor ἀποστολῆς, *apostolatus ;* nam quid ad epistolæ formam describendam faciunt hæc quæ mox subjungit : Διάκονοι Χριστοῦ εἰσι · παραφρονῶν λαλῶ · ὑπὲρ ἐγώ : *Ministri Christi sunt, ut minus sapiens dico, plus ego ?* Hæc certe ad apostolatum, non ad epistolam pertinent : quamobrem si hæc substituatur lectio, quod tamen sine Manuscriptorum auctoritate non licet, hæc τὸν χαρακτῆρα τῆς ἀποστολῆς ἀπογράφων, *Apostolatus formam exprimens,* vel, *Apostolatus conditionem exprimens,* vertenda erunt.

Homilia in illud, *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum,* p. 151, B, 8: Καὶ οὐκ ἠρέμουν οἱ τῷ κηρύγματι πολεμοῦντες, τοὺς μὲν εἰς δεσμωτήρια ἐμβάλλοντες, τοὺς δὲ εἰς ἀπαγωγάς, τοὺς δὲ εἰς μυρία ἕτερα βάραθρα καθέλκοντες, Fronto Ducæus vertit : *Neque prædicationis evangelii adversarii quiescebant, sed alios in carcerem conjiciebant, alios in exsilium mittebant, alios in alia præcipitia trahebant.* Ubi illud, *alios in exsilium mittebant,* denuo legenti ac repetenti non visum est recte scriptoris mentem exprimere : nam ἀπαγωγή, cujus vocis frequens usus est apud Chrysostomum, significat abductionem damnati cujuspiam vel ad capitalem pœnam, vel ad aliud supplicium. Sic Chrysost. in Psalmos, Edit. Morel. p. 212, D, 5, πρὸς τὴν γέενναν ἀπαγωγάς, *Abductiones ad gehennam,* quamobrem illud, τοὺς δὲ εἰς ἀπαγωγάς, malim converti, *Alios abducebant ad supplicium.*

Homilia III in illud, *Habentes eumdem Spiritum,* p. 282, A, 4 : Διὰ γὰρ τοῦτο ἀνέμνησα ὑμᾶς τῶν καιρῶν ἐκείνων τὰ προσοχθίσματα, ἵνα καὶ ὁ ἐν θλίψει νῦν ὤν, ἱκανὴν ἐκεῖθεν λαμβάνῃ παράκλησιν, καὶ ὁ πολλῆς ἀπολαύων ἀδείας, ἀντὶ τῆς ἀτεχνίας τῶν κινδύνων ἐκείνων πολλὴν εἰσάξῃ προθυμίαν εἰς

τὴν τῶν ἀτόπων λογισμῶν μάχην. Hæc Sigismundus Gelenius sic transtulit : *Ideo enim vobis in memoriam revocavi illius temporis calamitates, ut nunc et qui affligitur idoneam inde consequatur consolationem, et qui in securitate agit, in vicem illarum conflictationum acre contra absurdas cogitationes certamen suscipiat.* Certe postrema pars periodi obscure transfertur, nec satis apte auctoris mentem exprimit; sic itaque vertendum existimo : *Et qui in magna securitate agit, utpote non exercitatus in hujusmodi periculis, multam suscipiat alacritatem ad pugnandum contra absurdas cogitationes.*

Homilia de capto Eutropio p. 386, sic incipit : Ἡδὺς μὲν λειμὼν καὶ παράδεισος, πολὺ δὲ ἡδύτερον τῶν θείων Γραφῶν ἡ ἀνάγνωσις : *Suave pratum, suavis est hortus, at longe suavior divinarum Scripturarum lectio.* Ex quatuor autem quibus usi sumus Manuscriptis codicibus, tres habent cum Frontonis Ducæi Edito ἡδὺς μὲν, unus autem cum Savil. ἡδὺ μὲν. Verum licet prior lectio, quæ in pluribus Mss. fertur, utcumque ferri posse videatur, malim tamen ἡδὺ cum Savilio legere, et hanc lectionem alteri substituendam esse omnino suadet ἡδύτερον mox sequens.

Monere ne pigeat, quia diuturno usu comperimus in veteribus Mss. Δαυίδ sic per υ scribi, numquam vero Δαβίδ, nos semper in hac Editione Δαυίδ scribere. Licet enim soleant librarii Græci vocem hanc sic Δαδ efferre omissis literis duabus : at quando vocem integram describunt in Codicibus antiquis, semper Δαυίδ efferunt. Mos autem obtinuit ut in Veteris Testamenti Editis Græcis semper Δαυίδ, in Novi Δαβίδ perpetuo scribatur. Sed Δαυίδ semper scribunt veteres Græci.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΙΩΑΝΝΟΥ

ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

SANCTI PATRIS NOSTRI

JOANNIS CHRYSOSTOMI

OPERA OMNIA.

AD HOMILIAM IN PARABOLAM

DEBITORIS DECEM MILLIUM TALENTORUM

ADMONITIO.

Non obscuram temporis notam affert Chrysostomus num. 1 hujus concionis, cum ait : *Nos autem unam chordam pulsavimus per totam Quadragesimam, dum legem vobis de juramentis recitavimus, et Dei gratia effectum est, ut pleraque a nobis ora in hac legis melodia ita instituta sint, ut, depulsa prava consuetudine, pro eo quod antea Deum jurabant, jam nihil nisi Est, et Non est, et Crede mihi, in lingua sua circumferant, idque in omni colloquio*, etc. Hæc porro confer, sodes, cum epilogis pene omnibus Homiliarum in Statuas, quas initio secundi Tomi locavimus, ibique non modo adhortantem ad juramenta vitanda Chrysostomum deprehendes, sed etiam versus Quadragesimæ finem gratias Deo agentem, quod non frustra nec sine fructu huic curando vitio manum admoverit. Hæc de vitando juramento monita pertinent ad Quadragesimam anni 387, ut diximus Admonitione in Homilias de Statuis : hinc vero sequitur hanc concionem in Parabolam debitoris decem millium talentorum eodem anno 387 post Quadragesimam habitam fuisse. Nimirum postquam juramenta de medio sustulerat, aliud curandum malum, ut optimus medicus, suscipit : scilicet odium *proximi* et μνησικακίαν, sive injuriarum oblatarum memoriam.

Hanc porro homiliam habuit postquam ex morbo convaluerat ; unde etiam ediscimus ipsum eodem anno ab assueto concionandi officio ea de causa aliquanto tempore abstinuisse : qua vero anni tempestate id acciderit, jam est disquirendum. Aliquid sane lucis ad ejus rei notitiam assequendam mutuamur ex Sermone primo in Annam Tom. IV. p. 679, ubi paulo post initium hæc habentur, quæ quia longiuscula sunt, Græcis referendis supersedemus. *Vos enim,* inquit, *nunc estis obliti, nos multos*

interim sermones de aliis rebus habuisse. Nam reverso a longinqua illa peregrinatione patre nostro, necessarium fuit omnia commemorare, quæ in comitatu acciderant, ac deinde cum gentilibus disputare, ut hos vi calamitatis ad meliorem frugem revocatos, qui deserto gentilium errore sese ad nos contulerant, pro virili confirmaremus ac doceremus, quantis tenebris liberati ad tantam lucem veritatis accurrissent. Post illa rursus multis diebus martyrum festivitatibus potiti sumus, neque tempori conveniens fuisset, nos qui juxta martyrum sepulcra versaremur, earum laudum quæ martyribus debentur exsortes discedere. Successit his rursus cohortatio ad abstinendum a juramentis. Cum enim totam rusticorum nationem in urbem ingressam cerneremus, hoc illos a nobis instructos viatico censuimus dimittendos. In his concionibus quas Chrysostomus ordine commemorat, agmen ducit Homilia illa post reditum Flaviani, quam in die sancto Paschæ habitam statuimus in Præfatione ad quartum Tomum, et in Monito ad Sermones in Annam Tom. IV, p. 697. Deinde disputationem habuit Chrysostomus contra Gentiles, an in una vel pluribus concionibus, non declarat ipse. Successere postea martyrum celebritates *multis diebus*. Ac deinde quia populum Antiochenum jurandi assuetum, repetitis per totam Quadragesimam admonitionibus, ab hac prava consuetudine abduxerat, alia argumenta tractanda suscepit. Verum quia rusticorum turba magna in urbem advenerat, ut hos etiam, qui pristinis concionibus non interfuerant, a juramentis absterreret, pristinum contra juramenta argumentum repetiit, et concionem hanc habuit Dominica τῆς ἐπισωζομένης quam Dominicam esse Passionis olim cum Tillemontio putaveram; verum nunc ad Leonis Allatii sententiam prorsus accedo, qui ait Dominicam τῆς ἐπισωζομένης esse illam quæ Ascensionem Domini præcedit, quod pluribus expendetur in Præfatione ad quartum Tomum, et in Monito ad Sermones in Annam eodem Tomo.

Illam igitur concionem Dominicæ ante Ascensionem ad rusticos habitam sic orditur Chrysostomus : *Epulis sanctorum martyrum excepti estis his præteritis diebus : spirituali celebritate repleti exsultastis honestis exsultationibus : vidistis aperta latera, et ilia concisa, cruorem undique defluentem, infinitas tormentorum species : humanam vidistis naturam supernaturalia præstantem, et coronas sanguine contextas, pulsastis choream, in omnem partem civitatis hoc honesto duce* (Flaviano) *vos circumagente ; sed nos et invitos infirmitas domi manere cogebat. Tamen etsi non interfuimus, de voluptate participavimus : etsi de concione fructum non cepimus, vobiscum tamen lætitiam communem habuimus. Talis est enim caritatis vis*, etc. Hanc ipsam, ni fallor, corporis ægritudinem in hac etiam concione commemorat Chrysostomus. Utramque enim, hanc scilicet de Parabola debitoris decem millium talentorum, et illam ad Rusticos, post ægritudinem habuit. Utra vero prior habita fuerit, ipse declarare videtur initio hujusce, de qua nunc agitur : illam quippe sic orditur : *Quasi ex longinqua peregrinatione ad vos reversus essem, ita me hodie affectum sentio.* Hæc sane verba, et complura quæ sequuntur, primo post recuperatam valetudinem salutantis sunt ; ita ut hæc concio haud dubie præcesserit eam, quæ Dominica ante Ascensionem habita fuit anno 387, an uno autem, an pluribus diebus, incertum.

Interpretatio Latina est Petri Nannii Alcmariani, quam plurimis in locis castigavimus.



ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΙΩΑΝΝΟΥ,

Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως,

ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ,

[a] ΕΙΣ ΤΗΝ ΠΑΡΑΒΟΛΗΝ

Τοῦ τὰ μύρια τάλαντα ὀφείλοντος, καὶ τὰ ἑκατὸν δηνάρια ἀπαιτοῦντος, καὶ ὅτι παντὸς ἁμαρτήματος τὸ μνησικακεῖν χεῖρον.

Ὡς ἐκ μακρᾶς ἀποδημίας ἐπανελθὼν πρὸς ὑμᾶς, οὕτω διάκειμαι τήμερον· τοῖς γὰρ φιλοῦσιν, ὅταν μὴ δύνωνται συγγενέσθαι τοῖς φιλουμένοις, οὐδὲν ὄφελός ἐστι τῆς παρουσίας. Διά τοι τοῦτο καὶ ἡμεῖς ἐνδημοῦντες, τῶν ἀποδημούντων οὐδὲν ἄμεινον διακείμεθα, ἐπειδὴ τὸν παρελθόντα χρόνον διαλεχθῆναι πρὸς ὑμᾶς οὐκ ἰσχύσαμεν· ἀλλὰ σύγγνωτε, οὐδὲ γὰρ ῥᾳθυμίας, ἀλλὰ ἀσθενείας ἦν ἡ σιγή. Ὑμεῖς μὲν οὖν χαίρετε νῦν, ἐπειδὴ τῆς ἀῤῥωστίας ἀπηλλάγημεν· ἐγὼ δὲ χαίρω, ἐπειδὴ τὴν ὑμετέραν ἀπέλαβον ἀγάπην. Ἐπεὶ καὶ ἡνίκα ἠσθένουν, τῆς νόσου μοι χαλεπώτερον ἦν τὸ μὴ δύνασθαι τοῦ ἀγαπητοῦ τούτου μετέχειν συλλόγου· καὶ νῦν ἐπειδὴ τὴν ἀῤῥωστίαν ἀπεθέμην, τῆς ὑγιείας μοι ποθεινότερον γέγονε τὸ μετὰ ἀδείας ἔχειν ἐντρυφᾷν ὑμῶν τῇ ἀγάπῃ. Οὐδὲ γὰρ οὕτω πυρετὸς σώματος φύσει κατακαίειν εἴωθε [b] τοὺς πυρέττοντας, ὡς τὰς ἡμετέρας ψυχὰς τὸ κεχωρίσθαι τῶν φιλουμένων· καὶ καθάπερ ἐκεῖνοι φιάλας καὶ ποτήρια καὶ ψυχρὰ νάματα ἐπιζητοῦσιν, οὕτως οὗτοι τῶν ποθουμένων τὰς ὄψεις. Ἴσασι ταῦτα καλῶς ὅσοι φιλεῖν εἰώθασι. Φέρε οὖν, ἐπειδὴ τὴν ἀῤῥωστίαν ἀπεθέμεθα, πάλιν ἀλλήλων ἐμφορηθῶμεν, εἴγε δυνατὸν ἐμφορηθῆναί ποτε· ἡ γὰρ τῆς ἀγάπης φύσις κόρον [a] οὐκ οἶδεν, ἀλλ' ἀεὶ τῶν ἀγαπωμένων ἀπολαύουσα, πρὸς μείζονα αἴρεται φλόγα. Καὶ τοῦτο ὁ τῆς ἀγάπης τρόφιμος Παῦλος εἰδὼς ἔλεγε· Μηδενὶ μηδὲν ὀφείλετε, εἰ μὴ τὸ ἀγαπᾷν ἀλλήλους. Τοῦτο γὰρ μόνον τὸ ὄφλημα ἀεὶ μὲν καταβάλλεται, οὐδέποτε δὲ ἀποδίδοται. Ἐνταῦθα τὸ διηνεκῶς ὀφείλειν καλὸν καὶ ἐπαίνων ἄξιον. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν χρημάτων τοὺς μηδὲν ὀφείλοντας ἐπαινοῦμεν, ἐπὶ δὲ τῆς ἀγάπης τοὺς διηνεκῶς ὀφείλοντας ἀποδεχόμεθα

[a] Collata cum Codice Regio 1967, et cum Coisliniano 244.

SANCTI PATRIS NOSTRI

JOANNIS

CHRYSOSTOMI,

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI,

A *IN PARABOLAM*

Decem millium talentorum debitoris, et centum denarios exigentis, et quod omni peccato deterior sit injuriarum recordatio. Matth. 18. 23. seqq.

1. Quasi ex longinqua peregrinatione ad vos reversus essem, ita me hodie affectum sentio: cum enim nullum amicorum consortium esse potest, nihil commodi affert eorum præsentia. Quamobrem nos qui domi versabamur peregre versantibus nihilo hac in parte feliciores fuimus: nimirum qui superiore tempore nulla vobiscum colloquia habere potuimus: sed danda est venia, cum illud non inertiæ, sed infirmitatis silentium fuerit. Gratulamini igitur me ab ea infirmitate convaluisse, ego vero gaudeo, quod vos carissimos mihi recuperavi. Erat mihi inter ægrotandum ipso morbo gravius, quod hujus dilecti cœtus particeps esse non poteram: nunc vero restituta valetudine, ipsa sanitate mihi optabilius est, quod vestræ caritatis deliciis perfrui secure liceat. Non enim febris tantum ardorem invehit febricitantium corporibus, quantum animis nostris amicorum absentium desiderium, et ut illi phialas et pocula et frigidos fontes, ita isti amicorum vultus exoptant. Norunt illi qui amare consueverunt. Age igitur quando morbum deposuimus, invicem expleamur, si modo fieri liceat, ut hic ullam satietatem inveniamus; dilectionis enim natura satietatem non novit, et ex usu amicitiæ majores flammas accipit: quod ipse alumnus dilectionis Paulus testatum reliquit, qui ita dixit: *Nulli quidquam debeatis, nisi ut invicem diligatis.* Illud enim debitum semper quidem fundatur, nunquam autem solvitur. Hic perpetuo debere pulchrum est, et in laude positum. In re pecuniaria eos, qui non debent,

Cum e morbo convaluisset, hunc sermonem habuit.

Dilectio numquam satiatur.

Rom. 13. 8.

[b] Reg. τῶν πυρεττόντων.

[a] Reg. οὐκ ἔχει.

laudandos putamus: in dilectione vero perpetuos debitores probamus et admiramur: et quod ibi malignitatis, hic benignitatis signum est, ut scilicet numquam solvatur caritatis debitum. Ne ægre feratis prolixitatem orationis futuræ: citharœdicam enim melodiam eamque admirabilem vos docebo, non mortuam lyram attrectando, sed Scripturarum historias et Dei præcepta pro nervis intendendo. Et quemadmodum citharœdi arreptis discipulorum digitis, paulatim eos chordis admoventes assuefaciunt perite contrectare, et ex multis tonis ac nervis omni sono suaviorem et dulciorem vocem emittere docent: ita nos quoque faciemus, et loco digitorum mentem vestram attrectantes præceptis Dei admovebimus, jubebimusque ea scite et eleganter attingere, non ut hominum theatrum, sed ut angelorum populum per hanc voluptatem excitetis. Non enim satis est si eloquia divina percenseas, nisi ea quoque rebus præstes: et quemadmodum in cithara nervos attingit artifex, attingit quoque et imperitus, verum ita, ut iste auditorem vexet, ille voluptatibus et oblectatione repleat, etsi utrobique ejusdem generis digiti et iidem nervi sint, sed non eadem peritia: ita quoque in sacris Scripturis, multi adeunt eloquia divina, sed non omnes lucrum inde faciunt, aut fructum referunt; in causa est, quod neque dicta satis scrutentur, neque cum artificio citharam pulsent: quod enim in re citharœdica ars, hoc ipsum in Dei legibus operum exhibitio. Nos autem unam chordam pulsavimus per totam Quadragesimam, dum legem vobis de juramentis recitavimus, et Dei gratia effectum est, ut pleraque auditorum a nobis ora in hac legis melodia ita instituta sint, ut depulsa prava consuetudine, pro eo quod antea Deum jurabant, jam nihil nisi Est, Non est, et Crede mihi, in lingua sua circumferant, idque in omni colloquio, adeo ut inter mille negotiorum necessitates ulterius progredi non sustineant.

2. Cæterum quia non sufficit ad salutem, si unum præceptum observemus, age vos hodie ad alterum traducamus: etsi enim non omnes profecerunt in priore lege, attamen temporis progressu qui retro manserunt eos, qui præcedunt, assequentur. Deprehendi enim tantam esse hujus rei curam, ut et domi et in mensa viri cum mulieribus, servi cum ingenuis certamen de hujus præcepti observatione contendant, et beatos

καὶ θαυμάζομεν· καὶ ὅπερ ἀγνωμοσύνης ἐκεῖ, τοῦτο
B ἐνταῦθα εὐγνωμοσύνης σημεῖόν ἐστι, τὸ μηδέποτε δια-
λύεσθαι τὸ τῆς ἀγάπης ὄφλημα. Μὴ δυσχεράνητε
δὲ πρὸς τὸ μῆκος τῶν μελλόντων ῥηθήσεσθαι· καὶ
γὰρ κιθαρῳδίαν ὑμᾶς τινα θαυμαστὴν διδάξαι βού-
λομαι, οὐχὶ λύραν νεκρὰν μεταχειρισάμενος, ἀλλὰ
τὰς τῶν Γραφῶν ἱστορίας καὶ τὰς τοῦ Θεοῦ ἐντολὰς
ἀντὶ νευρῶν ἀνατείνας. Καὶ καθάπερ κιθαρῳδοὶ τοὺς
δακτύλους τῶν μαθητευομένων λαμβάνοντες, ἠρέμα
τοῖς φθόγγοις προσάγουσι, καὶ διαψηλαφᾶν μετ' ἐμ-
πειρίας διδάσκοντες, ἐκ τῶν ἀφώνων φθόγγων τε καὶ
νευρῶν πάσης φωνῆς ἡδίω καὶ γλυκυτέραν παιδεύ-
ουσι κατασκευάζειν φωνήν· οὕτω δὴ καὶ ἡμεῖς ποιή-
C σομεν, ἀντὶ δακτύλων τὴν διάνοιαν ὑμῶν μεταχειρι-
σάμενοι, καὶ ταῖς ἐντολαῖς τοῦ Θεοῦ προσαγαγόντες,
μετ' ἐμπειρίας αὐτῶν ἅπτεσθαι παρακαλέσομεν τὴν
ὑμετέραν ἀγάπην, οὐχ ἵνα ἀνθρώπων θέατρον, ἀλλ'
ἵνα τῶν ἀγγέλων τὸν δῆμον διὰ ταύτης τῆς ἡδονῆς
ἀναστήσητε. Οὐ γὰρ ἀρκεῖ τὰ θεῖα λόγια ἐπελθεῖν
μόνον, ἀλλὰ δεῖ καὶ τῆς ἀπὸ τῶν ἔργων ἐπιδείξεως.
Καὶ καθάπερ ἐπὶ τῆς κιθάρας ἅπτεται μὲν ὁ τεχνί-
της τῶν νευρῶν, ἅπτεται δὲ καὶ ὁ ἄτεχνος, ἀλλ' ὁ
μὲν λυπεῖ τὸν ἀκροατὴν, ὁ δὲ ψυχαγωγεῖ καὶ τέρπει,
καίτοι γε οἱ αὐτοὶ δάκτυλοι καὶ αἱ αὐταὶ νευραὶ, ἀλλ'
οὐχ ἡ αὐτὴ ἐμπειρία· οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τῶν θείων
Γραφῶν, ἐπέρχονται μὲν πολλοὶ τὰ θεῖα λόγια, ἀλλ'
D οὐ πάντες κερδαίνουσιν, οὐδὲ καρποῦνται πάντες· τὸ
δὲ αἴτιον, ἐπειδὴ μήτε τοῖς εἰρημένοις ἐμβαθύνουσι,
μήτε μετὰ τέχνης τῆς κιθάρας ἅπτονται· ὅπερ γὰρ
ἐπὶ τῆς κιθαρῳδίας ἡ τέχνη, τοῦτο ἐπὶ τῶν τοῦ
Θεοῦ νόμων ἡ διὰ τῶν ἔργων ἐπίδειξις. Ἤδη μὲν
οὖν μίαν ἐκρούσαμεν νευρὰν δι' ὅλης τῆς τεσσαρακο-
στῆς, τὸν περὶ τῶν ὅρκων νόμον ὑμῖν ἀναγινώσκον-
τες, καὶ διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν πολλὰ στόματα
τῶν ἀκροατῶν ἡμῖν ἐπαιδεύθη τὴν τοῦ νόμου μελῳ-
δίαν ἐκείνου, καὶ τὴν πονηρὰν ἀπελάσαντες συνή-
θειαν ἀντὶ τοῦ τὸν Θεὸν ὀμνύναι, τὸ ναὶ, καὶ τὸ
οὒ, καὶ τὸ πίστευσον, ἐπὶ τοῦ στόματος φέρουσι
διηνεκῶς ἐπὶ διαλέξεως ἁπάσης· κἂν μυρίων πρα-
γμάτων ἀνάγκη βιάζηται, περαιτέρω προελθεῖν οὐκ
ἂν ἀνάσχοιντο.

E Ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἀρκεῖ πρὸς σωτηρίαν ἡμῖν μιᾶς ἐν-
τολῆς ὑποδοχὴ, φέρε τήμερον καὶ ἐπὶ ἑτέραν ὑμᾶς με-
ταγάγωμεν· καὶ γὰρ καὶ εἰ μὴ [b] πάντες κατώρθωσαν
τὸν πρότερον νόμον, ἀλλά γε τοῦ χρόνου προϊόντος
τοὺς φθάσαντας οἱ ὑστερήσαντες καταλήψονται. Καὶ
3 γὰρ ἔγνων, ὡς τοσαύτη τοῦ πράγματος γίνεται σπου-
A δὴ, ὡς καὶ ἐπὶ οἰκίας καὶ ἐπὶ τραπέζης ἀνδράσι πρὸς
γυναῖκας, δούλοις πρὸς ἐλευθέρους ἅμιλλαν εἶναι περὶ
τῆς ἐντολῆς ταύτης, καὶ ἐμακάρισα τοὺς οὕτως ἑστιω-

[b] Reg. *πάντες ἡμῖν κατώρθωσαν.*

μένους. Τί γὰρ τῆς τραπέζης ἐκείνης ἁγιώτερον γένοιτ' ἂν, ἔνθα μέθη μὲν καὶ ἀδηφαγία καὶ πᾶσα ἀσωτία ἀπελήλαται, θαυμαστὴ δέ τις ἀντεισενήνεκται περὶ τῆς φυλακῆς τῶν τοῦ Θεοῦ νόμων ἅμιλλα; καὶ παρατηρεῖ μὲν ἀνὴρ τὴν γυναῖκα, ὅπως εἰς τὰ τῆς ἐπιορκίας μηδέποτε ἐμπέσῃ βάραθρα, φυλάττει δὲ γυνὴ τὸν ἄνδρα, καὶ καταδίκη τῷ παραβάντι κεῖται μεγίστη· οὐκ ἐπαισχύνεται δὲ οὐδὲ ὑπὸ τῶν δούλων ὁ δεσπότης ἐλέγχεσθαι, οὐδὲ τοὺς οἰκέτας B
αὐτοῦ ἐπὶ τούτοις διορθοῦν; Οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι τὴν τοιαύτην οἰκίαν ἐκκλησίαν Θεοῦ προσειπών. Ὅπου γὰρ σωφροσύνη τοσαύτη, ὡς ἐν καιρῷ τρυφῆς μεριμνᾷν ὑπὲρ τῶν θείων νόμων, καὶ τοὺς παρόντας ἅπαντας ὑπὲρ τούτου πρὸς ἀλλήλους ἀγωνίζεσθαι καὶ φιλονεικεῖν, εὔδηλον, ὅτι δαίμων μὲν ἅπας καὶ πονηρὰ δύναμις ἀπελήλαται, Χριστὸς δὲ πάρεστι χαίρων ἐπὶ τῇ καλῇ τῶν δούλων φιλονεικίᾳ, πᾶσαν αὐτοῖς ἐπιδαψιλευόμενος εὐλογίαν. Διὰ δὴ τοῦτο ταύτην ἀφεὶς λοιπὸν τὴν ἐντολὴν (οἶδα γὰρ ὅτι Θεοῦ χάριτι πᾶσαν ἐπιδραμεῖται τὴν πόλιν ὑμῖν θερμὰ προοίμια ἀναλαβοῦσι καὶ ἀρχὴν ἰσχυράν), ἐφ' ἑτέραν C
μεταβήσομαι, τὴν τῆς ὀργῆς ὑπεροψίαν. Ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῆς κιθάρας οὐκ ἀρκεῖ μόνον ἀπὸ μιᾶς νευρᾶς τὴν μελῳδίαν ἐργάσασθαι, ἀλλὰ πάσας ἐπιέναι δεῖ μετὰ ῥυθμοῦ τοῦ προσήκοντος· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς κατὰ ψυχὴν ἀρετῆς οὐκ ἀρκεῖ μόνος ἡμῖν εἰς σωτηρίαν εἷς νόμος, καθάπερ ἔφθην εἰπὼν, ἀλλὰ δεῖ πάντας αὐτοὺς μετὰ ἀκριβείας φυλάττειν, εἰ δὴ μέλλοιμεν τὴν ἁπάσης ἁρμονίας ἡδίω καὶ χρησιμωτέραν μελῳδίαν ἐργάζεσθαι. Ἔμαθέ σου τὸ στόμα μὴ ὀμνύναι; ἐπαιδεύθη ἡ γλῶττα ναὶ καὶ οὒ λέγειν πανταχοῦ; Μαθέτω καὶ λοιδορίαν ἀποστρέφεσθαι D
ἅπασαν, καὶ πλείονα [a] περὶ τὴν ἐντολὴν ταύτην εἰσφέρειν σπουδὴν, ἐπειδὴ καὶ πλείονος ἡμῖν δεῖται καὶ πόνου. Ἐκεῖ μὲν γὰρ συνηθείας περιγενέσθαι μόνον ἔδει, ἐπὶ δὲ τῆς ὀργῆς εὐτονωτέρας δεῖ τῆς σπουδῆς· τυραννικὸν γὰρ τὸ πάθος, καὶ πολλάκις παρασύρει [b] τοὺς νήφοντας, καὶ πρὸς τὸ βάραθρον αὐτὸ κατάγει τῆς ἀπωλείας. Ἀνάσχεσθε τοίνυν τοῦ μήκους τῶν λόγων. Καὶ γὰρ ἄτοπον καθ' ἑκάστην ἡμέραν τραυματιζομένους ἐν ἀγοραῖς, ἐν οἰκίαις, ὑπὸ φίλων, ὑπὸ συγγενῶν, ὑπὸ ἐχθρῶν, ὑπὸ γειτόνων, ὑπὸ οἰκετῶν, ὑπὸ γυναικὸς, ὑπὸ παιδίου, ὑπὸ οἰκείων λογισμῶν, μηδὲ ἅπαξ τῆς ἑβδομάδος ἁπάσης E
ὑπὲρ τῆς θεραπείας τῶν τραυμάτων ἐκείνων φροντίζειν, καὶ ταῦτα εἰδότας ὡς ἀδάπανός τε καὶ ἀνώδυνος οὗτος τῆς θεραπείας ὁ τρόπος. Οὐδὲ γὰρ τὸ σιδήριον ἐν τῇ χειρὶ κατέχω νῦν, ἀλλὰ λόγον ἀντὶ σιδηρίου μεταχειρίζομαι, σιδηρίου μὲν παντὸς ὄντα τομώτερον, καὶ πᾶσαν τῆς ἁμαρτίας ἐκκόπτοντα τὴν

dixi, qui ad istum modum convivia celebrarent. Quid enim ea mensa sanctius, unde et ebrietas et voracitas omnisque prodigalitas extrusa est, et loco illarum admirabilis introducta præstandi divini præcepti concertatio? dum vir observat uxorem, uxor virum, ne in præcipitia perjurii ruat, et mulcta gravissima constituta est prævaricatori, non pudori est dominum a servis redargui, aut servos a dominis castigari? Recte igitur quis istiusmodi domum Dei ecclesiam appellet. Ubi enim tanta modestia, ut epularum tempore solliciti sint convivæ de divinis legibus, aliusque cum alio super hoc contendat: certum est dæmonem inde et quamlibet malam potentiam eliminatam esse, Christumque adesse, lætum ac hilarem de illa pulchra inter servos suos æmulatione, omnemque illis elargiri benedictionem. Quapropter omisso jam hoc præcepto (novi enim Dei gratia id per universam urbem propagatum iri, cum adeo ferventes in principiis, adeoque constantes vos exhibeatis), ad aliud præceptum transibo, quod est de contemtu iræ. Ut enim in cithara non satis est unico nervo conficere melodiam, sed omnes percurrendi sunt, concinnitate congruenti: ita quoque in animi virtute, non una lex sufficit nobis ad salutem, ut prius dixi, sed omnes exacte præstandæ sunt, si quidem velimus omni harmonia dulciores et utiliores modulos conficere. Didicit os tuum non jurare? edocta est tua lingua, Ita, et Non, ubique sonare? Discat etiam convicium omne aversari, majoremque curam ad hoc præceptum adhibere, quandoquidem et majore labore opus est. Nam illic consuetudo sola vincenda fuit: in ira vero nervosiore industria opus est; violentus enim affectus est, et tyrannicus, et subinde abripit vel eos qui vigilant, et ad barathrum ipsum perditionis deducit. Ferte igitur prolixitatem sermonis. Absurdum quippe est cum quotidie vulnereris in foro, in ædibus, ab amicis, a cognatis, ab inimicis, a vicinis, a servis, ab uxore, a filio, a propriis cogitationibus, ne semel quidem in universa hebdomada de remedio illorum vulnerum curam admittere: præsertim cum sciamus istum curandi modum nec sumtu, nec dolore constare. Non enim nunc ferrum in manibus habeo: sed verbum pro ferro, quovis tamen ferro acutius, et cujusvis peccati putredinem exscindens; sine dolore tamen ejus, cui ista incisio fit. Non ignem in dextra habeo, sed doctrinam igne vehemen-

a Reg. πρὸς τήν.

b Reg. τοὺς μὴ νήφοντας, quæ lectio non spernenda.

tiorem, eamque non adhibentem cauterium, sed tamen cohibentem malitiæ proserpentem erosionem, et pro cruciatu plurimam ei, qui liberatur a malitia, afferentem voluptatem. Non hic opus est tempore, non laboribus, non pecuniis : solum velle satis est, et statim quidquid hujus virtutis est præstiterimus. Quod si cogitemus, quanta sit auctoritas Dei jubentis, et conditoris istius legis, satis ex eo et abunde instructi et admoniti fuerimus; neque enim a nobis ipsis monita vobis adferimus, sed ad legislatorem vos omnes adducimus. Sequimini igitur, et divinas leges audite. Ubi vero de ira et simultate disputatum est? Multifariam quidem in multis locis, maxime autem in parabola illa, quam ad discipulos loquens ad istum ferme modum exorsus est : *Ideo assimilatum est regnum cælorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum servis suis. Et cum cœpisset rationem ponere, oblatus est ei unus qui debebat ei decem millia talenta : cum autem non haberet, unde redderet, jussit et ipsum venumdari et uxorem ejus, et liberos, et omnia quæ habebat, et reddi. Prolapsus igitur servus ille ad pedes ejus, orabat eum his verbis : Domine, patientiam habe in me, et omnia reddam tibi. Misertus autem dominus servi illius, dimisit eum, et debitum dimisit ei. Egressus autem ille invenit unum de conservis suis, qui ipsi debebat centum denarios, et tenens suffocabat eum, dicens, Redde quod debes ; procumbens ergo conservus ille ad pedes ejus rogabat dicens, Patientiam habe in me, et omnia solvam tibi : ille autem noluit, sed eum inde abductum conjecit in carcerem, donec debitum redderet. Videntes autem conservi ipsius indignati sunt, et venientes narraverunt domino suo. Tunc vocavit illum dominus suus, et ait illi : Serve nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me : nonne ergo oportuit et te misereri conservi tui, sicut et ego tui misertus sum ? Tunc tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet universum debitum. Sic et Pater meus cælestis faciet vobis, si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris.*

Velle satis ... t. (margin)

..att. 18. ... —35. (margin)

3. Talis quidem parabola ista. Dicendum est porro, quare cum adjectione causæ illam parabolam proposuit : non enim simpliciter

σηπεδόνα, οὐ παρέχοντα δὲ ὀδύνην τῷ τεμνομένῳ. Οὐκ ἔχω πῦρ ἐν τῇ δεξιᾷ, ἀλλ' ἔχω διδασκαλίαν πυρὸς σφοδροτέραν, οὐ καυτῆρα ἐπάγουσαν, ἀλλ' ἀναστέλλουσαν μὲν τὴν νομὴν τῆς κακίας, ἀντὶ δὲ A ἀλγηδόνος πολλὴν τῷ τῆς κακίας ἀπαλλαττομένῳ παρέχουσαν τὴν ἡδονήν. Οὐ χρεία χρόνων ἐνταῦθα, οὐ χρεία πόνων, οὐ χρεία χρημάτων· ἀρκεῖ θελῆσαι μόνον, καὶ πάντα τὰ τῆς ἀρετῆς ἡμῖν κατώρθωται· κἂν ἐννοήσωμεν τὸ ἀξίωμα τοῦ κελεύοντος Θεοῦ καὶ νομοθετοῦντος, ἱκανὴν ληψόμεθα διδασκαλίαν καὶ παραίνεσιν· οὐδὲ γὰρ οἴκοθεν φθεγγόμεθα, ἀλλ' ἐπὶ τὸν νομοθέτην ἅπαντας ὑμᾶς ἄγομεν. Ἕπεσθε τοίνυν, τῶν θείων ἀκούετε νόμων. Ποῦ τοίνυν περὶ ὀργῆς καὶ τοῦ μνησικακεῖν διελέχθη; Πολλαχοῦ μὲν καὶ ἀλλαχοῦ, μάλιστα δὲ διὰ τῆς παραβολῆς ἐκείνης, ἣν πρὸς τοὺς μαθητὰς ἔλεγεν, οὑτωσί πως ἀρξάμενος· Διὰ τοῦτο ὡμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν [a] ἀνθρώπῳ βασιλεῖ, ὅστις ἠθέλησε συνᾶραι λόγον B μετὰ τῶν δούλων αὐτοῦ. Ἀρξαμένου δὲ αὐτοῦ συναίρειν, προσηνέχθη αὐτῷ εἷς ὀφειλέτης μυρίων ταλάντων. Μὴ ἔχοντος δὲ αὐτοῦ ἀποδοῦναι, ἐκέλευσεν αὐτὸν πραθῆναι καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ τὰ τέκνα, καὶ πάντα ὅσα εἶχε, καὶ ἀποδοθῆναι. Πεσὼν οὖν ὁ δοῦλος ἐκεῖνος εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ, παρεκάλει αὐτὸν, λέγων· κύριε, μακροθύμησον ἐπ' ἐμοὶ, καὶ πάντα σοι ἀποδώσω. Σπλαγχνισθεὶς δὲ ὁ κύριος τοῦ δούλου ἐκείνου, ἀπέλυσεν αὐτὸν, καὶ τὸ δάνειον ἀφῆκεν αὐτῷ. Ἐξελθὼν δὲ ἐκεῖνος εὗρεν ἕνα τῶν συνδούλων C αὐτοῦ, ὃς ὤφειλεν αὐτῷ ἑκατὸν δηνάρια, καὶ κρατήσας ἔπνιγεν αὐτὸν λέγων· ἀπόδος μοι * ὅ τι ὀφείλεις. Πεσὼν οὖν ὁ σύνδουλος αὐτοῦ εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ, παρεκάλει αὐτὸν λέγων· μακροθύμησον ἐπ' ἐμοὶ, καὶ πάντα σοι ἀποδώσω. Ὁ δὲ οὐκ ἤθελεν, ἀλλὰ ἀπελθὼν ἔβαλεν αὐτὸν εἰς φυλακὴν, ἕως οὗ ἀποδῷ τὸ ὀφειλόμενον. Ἰδόντες δὲ οἱ σύνδουλοι αὐτοῦ ἠγανάκτησαν, καὶ ἐλθόντες διεσάφησαν τῷ κυρίῳ αὐτῶν. Τότε καλέσας αὐτὸν ὁ κύριος αὐτοῦ εἶπε· δοῦλε πονηρὲ, πᾶσαν τὴν ὀφειλὴν ἐκείνην ἀφῆκά σοι, ἐπεὶ παρεκάλεσάς με· οὐκ ἔδει καὶ σὲ ἐλεῆσαι τὸν σύνδουλόν σου, ὡς καὶ ἐγώ σε ἠλέησα; Τότε D παρέδωκεν αὐτὸν τοῖς βασανισταῖς, ἕως οὗ ἀποδῷ πᾶν τὸ ὀφειλόμενον αὐτῷ. Οὕτω καὶ ὁ Πατήρ μου ὁ οὐράνιος ποιήσει ὑμῖν, ἐὰν μὴ ἀφῆτε ἕκαστος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ἀπὸ τῶν καρδιῶν ὑμῶν τὰ παραπτώματα αὐτῶν.

Ἡ μὲν παραβολὴ αὕτη· δεῖ δὲ εἰπεῖν, τίνος ἕνεκεν μετὰ αἰτίας αὐτὴν προτέθεικεν· οὐ γὰρ ἁπλῶς εἶπεν, ὡμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, ἀλλὰ Διὰ τοῦτο

[a] Reg. ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ, atque ita legit Nannius. Savil. βασιλεῖ.

* [Savil. in marg. εἴ τι, quod infra ubique. V. Biblia.]

ὡμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. Τίνος οὖν ἕνεκεν ἡ αἰτία πρόσκειται; Περὶ ἀνεξικακίας τοῖς μαθηταῖς διελέγετο, καὶ κρατεῖν ὀργῆς αὐτοὺς ἐπαίδευε, καὶ τῶν παρ' ἑτέρων εἰς ἡμᾶς γινομένων ἀδικημάτων μὴ πολὺν ποιεῖσθαι λόγον, οὕτω λέγων· Ἐὰν ἁμάρτῃ εἰς σὲ ὁ ἀδελφός σου, ὕπαγε καὶ ἔλεγξον αὐτὸν μεταξὺ σοῦ καὶ αὐτοῦ μόνου· ἐάν σου ἀκούσῃ, ἐκέρδησας τὸν ἀδελφόν σου. Ταῦτα δὲ καὶ τὰ τοιαῦτα E τοῦ Χριστοῦ διαλεγομένου τοῖς μαθηταῖς καὶ φιλοσοφεῖν διδάσκοντος, Πέτρος, ὁ τοῦ χοροῦ τῶν ἀποστόλων κορυφαῖος, τὸ στόμα τῶν μαθητῶν, ὁ στῦλος τῆς Ἐκκλησίας, τὸ στερέωμα τῆς πίστεως, ὁ τῆς ὁμολογίας θεμέλιος, ὁ τῆς οἰκουμένης ἁλιεύς, ὁ τὸ γένος ἡμῶν ἀπὸ τοῦ βυθοῦ τῆς πλάνης εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναγαγών, ὁ πανταχοῦ θερμὸς καὶ παρρησίας γέμων, μᾶλλον δὲ ἀγάπης, ἢ παρρησίας, σι- 5 A γώντων ἁπάντων προσελθὼν τῷ διδασκάλῳ, φησί· Ποσάκις ἁμαρτήσει εἰς ἐμὲ ὁ ἀδελφός μου, καὶ ἀφήσω αὐτῷ; ἕως ἑπτάκις; ὁμοῦ καὶ ἐρωτᾷ καὶ ὑπισχνεῖται, καὶ πρὶν μάθῃ, φιλοτιμεῖται. Τὴν γὰρ γνώμην τοῦ διδασκάλου σαφῶς εἰδώς, ὅτι πρὸς φιλανθρωπίαν ῥέπει, καὶ πλέον ἐκεῖνος μάλιστα πάντων αὐτῷ χαρίζεται ὁ μάλιστα πάντων τὰ ἁμαρτήματα τῶν πλησίον παρατρέχων καὶ μὴ πικρῶς ἐξετάζων, βουλόμενος ἀρέσαι τῷ νομοθέτῃ, φησίν, Ἕως ἑπτάκις; Εἶτα ἵνα μάθῃς, τί μὲν ἄνθρωπος, τί δὲ Θεός, καὶ πῶς ἡ τούτου φιλοτιμία, ὅπουπερ ἂν ἀφίκηται, πρὸς τὴν εὐπορίαν τὴν ἐκείνου συγκρι- B νομένη, πενίας ἐστὶν ἁπάσης εὐτελεστέρα, καὶ ὅτι ὅσον σταγὼν πρὸς πέλαγος ἄπειρον, τοσοῦτον ἡμῶν ἡ ἀγαθότης πρὸς τὴν ἄφατον αὐτοῦ φιλανθρωπίαν, εἰπόντος αὐτοῦ, Ἕως ἑπτάκις; καὶ νομίσαντος αὐτοῦ μεγάλα φιλοτιμεῖσθαι, καὶ δαψιλεύεσθαι, ἄκουσον τί φησιν· Οὐ λέγω σοι, ἕως ἑπτάκις, ἀλλ' ἕως ἑβδομηκοντάκις ἑπτά· τινὲς ἑπτὰ καὶ ἑβδομήκοντα νομίζουσιν, οὐκ ἔστι δέ· ἀλλὰ παρολίγον πεντακοσιοστόν ἐστι· τὸ γὰρ ἑπτάκις ἑβδομήκοντα, τετρακόσια καὶ ἐννενήκοντά ἐστι. Καὶ μὴ νομίσῃς δύσκολον εἶναι τὸ ἐπίταγμα, ἀγαπητέ. Ἐὰν γὰρ ἅπαξ καὶ δεύτερον καὶ τρίτον ἁμαρτόντι συγχωρήσῃς τῆς ἡμέρας, κἂν C σφόδρα ᾖ λίθινος, κἂν αὐτῶν τῶν δαιμόνων ἀγριώτερος ὁ λελυπηκώς, οὐκ ἔσται οὕτως ἀναίσθητος, ὡς πάλιν τοῖς αὐτοῖς περιπεσεῖν, ἀλλὰ τῇ πυκνότητι τῆς συγχωρήσεως σωφρονισθείς, βελτίων ἔσται καὶ ἐπιεικέστερος· σύ τε αὖ ἐὰν ᾖς παρεσκευασμένος τοσαυτάκις καταφρονεῖν τῶν εἰς σὲ γινομένων ἁμαρτημάτων, ἀπὸ μιᾶς καὶ δευτέρας καὶ τρίτης συγχωρήσεως γυμνασάμενος, οὐδὲ πόνον ἕξεις λοιπὸν ἐν τῇ τοιαύτῃ φιλοσοφίᾳ, μελετήσας καθάπαξ τῇ πυκνότητι τῆς συγχωρήσεως μηδὲ πλήττεσθαι παρὰ D τῶν τοῦ πέλας ἁμαρτημάτων. Ταῦτα ἀκούσας ὁ Πέτρος, ἀχανὴς εἱστήκει, οὐχ ὑπὲρ ἑαυτοῦ φρον-

dixit, Assimilatum est regnum cælorum, sed, *Ideo assimilatum est regnum cælorum.* Cur ergo causa adjuncta est? De tolerantia discipulis sermonem faciebat, docens, quomodo ira refrenanda esset contemnendæque injuriæ nobis illatæ, idque his verbis : *Si peccaverit in te frater tuus, vade, et reprehende eum inter te et ipsum solum. Si auscultaverit tibi, lucratus es fratrem tuum.* Hæc et alia ejusmodi Christo loquente ad discipulos suos, istamque philosophiam docente, Petrus chori apostolorum princeps, os discipulorum, columna Ecclesiæ, firmamentum fidei, confessionis fundamentum, orbis terrarum piscator, qui genus nostrum ex profundis errorum in cælum adduxit, qui ubique fervidus et libertate plenus, imo potius caritate quam libertate, tacentibus omnibus, accedens ad magistrum dixit : *Quoties peccabit in me frater meus, et remittam illi? usque septies?* simul et interrogat et pollicetur, et priusquam discat, magnum hac in re studium præ se fert. Cum enim mentem magistri probe cognitam haberet, quam illa ad humanitatem prona esset, et quod ille præcipue gratiam cum ipso iniret, qui in condonandis offensis promtior esset, neque in istiusmodi rebus acerbum se et acrem exhiberet, volens placere legislatori interrogavit, num usque septies venia iteranda esset. Deinde ut discas qualis homo, qualis vero Deus sit, qualisque ejus indulgentia, et quomodo humana benignitas, si ad illius largitatis opulentiam collata sit, quavis paupertate contemtior reperiatur, et quantula stilla sit ad mare immensum, tantam nostram bonitatem ad illius ineffabilem humanitatem æstimandam : dicenti Petro septemplicem veniæ iterationem et existimanti se magnifice et largiter dixisse, audi quid respondeat : *Non,* inquit, *usque septies, sed usque septuagies septies.* Illud autem septuagies septies quidam septem et septuaginta arbitrantur : cæterum ita non est : habet enim hic numerus ferme quingenta : septies enim septuaginta quadringenta et nonaginta conficiunt. Ne existimes difficile esse hoc præceptum, carissime : si enim semel, iterum ac tertio, intra diem peccanti veniam impartieris, etiam si admodum lapideus sit, etiamsi ipsis dæmonibus efferatior sit ille, qui te læsit, non erit ita sensus expers, ut denuo ad easdem offensas recidat : sed frequentia indultæ veniæ castigatus, melior erit, et probior : tuque si fueris instructus ad toties contemnendam injuriam tibi illatam, una atque altera, et tertia

Matth. 18. 15.

Petrus apostolorum princeps.

Matth. 18. 21.

condonatione culpæ exercitatus, nihil difficultatis senties in posterum in hoc genere philosophiæ: quippe qui iteranda toties venia cum jam usum collegeris, ut nihil te percellant proximorum injuriæ. Quibus auditis Petrus, ore hiante stupens constitit: non de se tantummodo sollicitus, sed et de illis, qui ejus fidei committendi erant. Ne igitur idem faceret, quod in aliis mandatis fecerat, anticipatione exclusit ei omnem percontationem. Quid autem in aliis mandatis fecit? Petri studium erga Christi doctrinam. Si quando Christus istiusmodi aliquid imperaret, quod difficultatem aliquam habere videretur, prosiliens ante alios interrogabat et sciscitabatur de præcepto. Cum enim prodiisset dives, de æterna vita Christum percontans, et cognitis illis, quæ pariunt beatitudinem, mœstus Marc. 10. 25. ob pecunias abiisset, dicente Christo, quod facilius esset camelum transire per foramen acus, quam divitem intrare in regnum cælorum: Petrus tametsi se omnibus nudavisset, neque jam vel hamum retineret, quippe qui et totum quæstum piscatorium, et navem contemserat, acce- Ib. v. 26. dens ad Christum ita loquutus est: *Et quis potest salvus fieri?* Vide probitatem et fervorem discipuli: non enim inquit, Impossibilia injungis, grave hoc mandatum, difficilis ista lex: neque in silentio perstitit: sed curam suam, quam de omnibus habebat, ostendit, et præceptori a discipulo debitam reverentiam impartivit, dicens: *Et quis potest salvus fieri?* nondum factus pastor, pastoris animum habebat: nondum in imperio et principatu constitutus, principi congruentem curam servabat, de universo orbe sollicitus. Si enim dives fuisset, et multis pecuniis circumfusus, diceret fortasse quispiam, cum non de reliquis, sed de seipso suisque rebus anxium istam interrogationem protulisse: nunc autem paupertas ipsum liberat ab hac suspicione, ostenditque eum de aliorum salute anxium, sollicitudinem istam et curam gessisse, et a magistro cognoscere viam salutis voluisse. Quapropter et Christus ei fiduciam Marc. 10. 27. indens dixit, *Quæ apud homines impossibilia sunt, ea apud Deum possibilia sunt.* Et ne putes, inquit, vos desertos relinqui, ego in hoc negotio etiam meas manus admovebo, et ardua facilia et expedita faciam. Rursus de matrimonio Matth. 5. et uxore disputante Christo ac dicente, *Si quis repudiarit uxorem, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari:* et omnem malitiam uxoris ferendam esse admonente, præter crimen fornicationis, Petrus aliis omnibus tacen-

τίζων μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τῶν μελλόντων αὐτῷ ἐμπιστεύεσθαι. Ἵνα οὖν μὴ τὸ αὐτὸ ποιήσῃ, ὅπερ καὶ ἐφ' ἑτέρων ἐντολῶν ἐποίησε, προλαβὼν ἀπέκλεισεν αὐτῷ πᾶσαν ἐρώτησιν. Τί δὲ ἐπὶ τῶν λοιπῶν ἐντολῶν ἐποίησεν; Εἴ ποτέ τι τοιοῦτον ὁ Χριστὸς ἐπέταττεν, ὃ δυσκολίαν τινὰ ἔχειν ἐδόκει, προπηδῶν τῶν ἄλλων ἠρώτα καὶ ἐπυνθάνετο περὶ τῆς ἐντολῆς. Καὶ γὰρ ὅτε προσελθὼν ὁ πλούσιος περὶ τῆς αἰωνίου E ζωῆς τὸν Χριστὸν ἠρώτα, καὶ μαθὼν τὰ ποιητικὰ τῆς τελειότητος, ἀπῄει λυπούμενος ὑπὸ τῶν χρημάτων, εἰπόντος τοῦ Χριστοῦ, ὅτι Εὐκοπώτερόν ἐστι κάμηλον διὰ τρυμαλιᾶς ῥαφίδος διελθεῖν, ἢ πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν εἰσελθεῖν· ὁ Πέτρος, καίτοι πάντων ἑαυτὸν γυμνώσας, καὶ οὐδὲ τὸ ἄγκιστρον κατέχων λοιπὸν, ἀλλὰ καὶ τῆς τέχνης καὶ τοῦ ἀκατίου καταφρονήσας, προσελθὼν ἔλεγε τῷ Χριστῷ, Καὶ τίς δύναται σωθῆναι; Καὶ ὅρα καὶ ἐπιείκειαν μαθητοῦ, καὶ θερμότητα· οὔτε γὰρ εἶπεν, ἀδύνατα ἐπιτάττεις, δύσκολον τὸ ἐπίταγμα, χαλεπὸς ὁ νόμος· οὔτε ἐσίγησεν, ἀλλὰ καὶ τὴν ὑπὲρ τῶν 8 A λοιπῶν κηδεμονίαν ἐπεδείξατο, καὶ τὴν διδασκάλῳ παρὰ μαθητοῦ τιμὴν ὀφειλομένην ἀπένειμεν, οὕτως εἰπὼν, Καὶ τίς δύναται σωθῆναι; καὶ μηδέπω γενόμενος ποιμὴν, ποιμένος εἶχε ψυχὴν, καὶ μηδέπω τὴν ἀρχὴν ἐγχειρισθεὶς, τὴν πρέπουσαν ἄρχοντι κηδεμονίαν ἐφύλαττεν, ὑπὲρ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης φροντίζων. Εἰ μὲν γὰρ πλούσιος ἦν, καὶ πολλὰ χρήματα περιβεβλημένος, ἴσως εἶπέ τις ἂν, ὅτι οὐ τῶν λοιπῶν, ἀλλ' ἑαυτοῦ κηδόμενος, καὶ ὑπὲρ τῶν καθ' ἑαυτὸν πραγμάτων φροντίζων, ταύτην προσῆγε τὴν πεῦσιν· νυνὶ δὲ ἡ πενία ταύτης αὐτὸν ἀπαλλάττει τῆς ὑποψίας, καὶ δείκνυσιν ὡς τῆς ἑτέρων κηδόμενος σωτηρίας ἐμερίμνα καὶ περιειργάζετο, καὶ παρὰ τοῦ διδασκάλου μαθεῖν ἐβούλετο τὴν τῆς σωτηρίας ὁδόν. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς αὐτὸν παραθαρρύνων ἔλεγε, Τὰ παρὰ ἀνθρώποις ἀδύνατα, παρὰ B τῷ Θεῷ δυνατά ἐστι. Μὴ γὰρ νομίσῃς, φησὶν, ὑμᾶς ἐρήμους ἐγκαταλιμπάνεσθαι· ἐγὼ συνεφάπτομαι ταύτης ὑμῖν τῆς σπουδῆς, καὶ τὰ ἄπορα ποιῶ ῥᾴδια γενέσθαι καὶ εὔκολα. Πάλιν περὶ γάμου καὶ γυναικὸς διαλεγομένου τοῦ Χριστοῦ καὶ λέγοντος, ὅτι Ὁ ἀπολύων γυναῖκα παρεκτὸς λόγου πορνείας, ποιεῖ αὐτὴν μοιχευθῆναι, καὶ πᾶσαν κακίαν γυναικὸς παραινοῦντος φέρειν πλὴν πορνείας μόνης, ὁ Πέτρος, τῶν ἄλλων σιγώντων, προσελθὼν ἔλεγε τῷ Χριστῷ· Εἰ οὕτως ἐστὶν ἡ αἰτία τοῦ ἀνθρώπου μετὰ τῆς γυναικὸς, οὐ συμφέρει γαμῆσαι. Ὅρα καὶ ἐνταῦθα πῶς καὶ τὴν πρέπουσαν διδασκάλῳ τιμὴν ἐφύλαξε, καὶ τῆς τῶν λοιπῶν ἐφρόντισε σωτηρίας, C οὐδὲ ἐνταῦθα ὑπὲρ τῶν καθ' ἑαυτὸν μεριμνῶν. Ἵνα οὖν μὴ καὶ ἐνταῦθα εἴπῃ τι τοιοῦτον, προλαβὼν διὰ τῆς παραβολῆς προανεῖλεν αὐτοῦ τὴν ἀντίρρησιν.

Τούτου χάριν καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς εἶπε· Διὰ τοῦτο ὡμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ βασιλεῖ, ὃς ἠθέλησε συνᾶραι λόγον μετὰ τῶν δούλων αὐτοῦ· δεικνὺς ὅτι διὰ τοῦτο λέγει τὴν παραβολὴν ταύτην, ἵνα μάθῃς ὅτι κἂν ἑβδομηκοντάκις ἑπτὰ ἀφῇς τῆς ἡμέρας τῷ ἀδελφῷ τὰ ἁμαρτήματα, οὐδέπω οὐδὲν μέγα εἰργάσω, ἀλλὰ πολὺ καὶ ἄφατον ἀπολείπῃ τῆς δεσποτικῆς φιλανθρωπίας, καὶ οὐ τοσοῦτον δίδως ὅσον λαμβάνεις.

tibus, Christum alloquitur: *Si istiusmodi conditio est hominis cum uxore, non expedit matrimonium inire.* (Matth. 19. 10.) Et hic quoque vide quomodo decentem magistro reverentiam conservavit, et reliquorum salutis curam gessit, ne istic quidem de rebus suis sollicitus. (Petrus de aliorum salute sollicitus.) Ne autem hic istiusmodi quidpiam dicat, anticipans per parabolam, ejus contradictionem antevertit. Hac de causa evangelista dixit, *Ideo assimilatum est regnum cælorum homini regi, qui voluit ponere rationem cum servis suis*: ostendens, se ideo parabolam hanc dicere, ut discas te, etsi septuagies septies in die fratri peccata remiseris, nihil magnificum fecisse, sed multum adhuc et immensum a Domini clementia abesse, ac non tantum dedisse, quantum receperis.

D Ἐπακούσωμεν τοίνυν τῆς παραβολῆς· εἰ γὰρ δοκεῖ καὶ αὐτόθεν εἶναι σαφής, ἀλλ' ἔχει καὶ ἐναποκεκρυμμένον τινὰ θησαυρὸν νοημάτων ἄφατον. Ὡμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ βασιλεῖ, ὅστις ἠθέλησε συνᾶραι λόγον μετὰ τῶν δούλων αὐτοῦ. Μὴ παραδράμῃς ἁπλῶς τὴν ῥῆσιν, ἀλλὰ καὶ ἀνάπτυξόν μοι τὸ δικαστήριον ἐκεῖνο, καὶ εἰς τὸ συνειδὸς εἰσελθὼν τὸ σεαυτοῦ, ἀναλόγισαι τὰ πεπραγμένα σοι παρὰ πᾶσαν τὴν ζωήν· καὶ ὅταν ἀκούσῃς, ὅτι συναίρει λόγον μετὰ τῶν δούλων αὐτοῦ, καὶ βασιλεῖς, καὶ στρατηγούς, καὶ ἐπάρχους, καὶ πλουσίους καὶ πένητας, καὶ δούλους καὶ ἐλευθέρους, καὶ πάντας ἀναλογίζου· Πάντας γὰρ ἡμᾶς φανερωθῆναι δεῖ ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ. E Κἂν πλούσιος ᾖς, ἐννόησον ὅτι δώσεις λόγον, πότερον εἰς πόρνας, ἢ εἰς πένητας τὰ χρήματα κατηνάλωσας, πότερον εἰς παρασίτους καὶ κόλακας, ἢ εἰς τοὺς δεομένους, πότερον εἰς ἀσέλγειαν ἢ εἰς φιλανθρωπίαν, πότερον εἰς τρυφὴν καὶ ἀσωτίαν καὶ μέθην, ἢ εἰς τὴν τῶν ἐπηρεαζομένων βοήθειαν. 7 A Οὐχ ὑπὲρ τῆς δαπάνης δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τῆς κτήσεως ἀπαιτηθήσῃ λόγον, πότερον ἐκ δικαίων πόνων, ἢ ἐξ ἁρπαγῆς καὶ πλεονεξίας συνέλεξας, πότερον κλῆρον διαδεξάμενος πατρῷον, ἢ τὰς τῶν ὀρφανῶν καταστρέψας οἰκίας, καὶ τὰς τῶν χηρῶν διαρπάσας οὐσίας. Καὶ καθάπερ ἡμεῖς τοῖς οἰκέταις τοῖς ἡμετέροις οὐχὶ τῆς ἐξόδου μόνον τῶν χρημάτων, ἀλλὰ καὶ τῆς εἰσόδου ἀπαιτοῦμεν τὸν λόγον, ἐξετάζοντες πόθεν ὑπεδέξαντο τὰ χρήματα, καὶ παρὰ τίνων, καὶ πῶς, καὶ πόσα· οὕτω δὴ καὶ ὁ Θεὸς οὐχὶ τῆς δαπάνης μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς κτήσεως ἡμᾶς ἀπαιτεῖ τὰς εὐθύνας. Οὐχ ὁ πλούσιος δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ πένης τῆς πενίας δίδωσι λόγον· B εἰ γενναίως καὶ εὐχαρίστως τὴν πενίαν ἤνεγκεν, εἰ μὴ ἀπεδυσπέτησεν, εἰ μὴ ἐδυσχέρανεν, εἰ μὴ κατηγόρησε τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας, ἕτερον ὁρῶν

4. Audiamus igitur parabolam, quæ tametsi clara videatur, habet tamen occultum quemdam et ineffabilem sententiarum thesaurum. *Assimilatum est regnum cælorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum servis suis.* Ne mihi prætercurras simpliciter has voces, sed evolve et explica naturam ejus judicii, tuamque conscientiam ingressus, computa quidquid a te factum est per omnem vitam, et cum audieris rationem dominum conferre cum servis suis, cogita in his verbis reges et duces, et præsides, et divites, et pauperes, et servos, et liberos, et quidquid est hominum, intelligi: *Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi.* (2. Cor. 5. 10.) Quod si dives sis, cogita quod rationem dabis, utrum in meretrices, an in pauperes, pecunias insumseris: utrum in parasitos et assentatores, an in egentes: utrum in libidinem, an in humanitatem: utrum in delicias, prodigalitatem, ebrietatem, an in afflictorum subsidium. Non de expensis solummodo, sed de acquisitionis modo rationem postulaberis: utrum justis laboribus, an rapinis et avaritia pecuniam collegeris: utrum sit patrimonii hereditas, an id coactum sit ex pupillorum eversis domibus, et spoliationibus viduarum. Quemadmodum nos non solum a servis nostris rationem elatæ pecuniæ, sed etiam illatæ exposcimus, excutientes unde pecunias, a quibus, et quomodo, et quantas acceperint: ita et Deus non solum expensi, sed etiam accepti et acquisiti rationes postulat. (Accepti et expensi ratio Deo reddenda.) Non solum vero dives, sed et pauper rationes vel ipsius paupertatis subit: an generoso et grato animo paupertatem tulerit, an non ægre tulerit, an non indignatus fuerit, an non incusaverit Dei providentiam, cum videret alium in voluptatibus delician-

tem, se autem in egestate versari. Ut enim a divite eleemosynæ, ita a paupere tolerantiæ requiritur ratio : imo non solum tolerantiæ, sed etiam ipsius eleemosynæ : non enim habet impedimentum ad eleemosynam paupertas. Testis
rc. 12. est vidua quæ duo minuta in gazophylacium dejecit, et eos qui plurima dederant, magno intervallo superavit, idque tam minuta oblatiuncula. Non solum autem divites et pauperes, sed præsides et judices cum multa diligentia examinantur an non jus corruperint, an non ad gratiam vel odium calculos in litibus deprompserint, an non molliti adulatione, contra quam par erat sententiam dederint, an non memores offensarum eos vexaverint, qui nihil peccarant.
Quæ ratio reddenda est ecclesiasticis præsulibus. Non solum autem sæculares magistratus, sed et illi qui Ecclesiis præsunt, suæ præfecturæ rationes dabunt, et præcipue isti sunt, qui majores, acerbiores et graviores pœnas sustinebunt. Cui enim verbi administratio commissa est, diligenter ibi examinabitur, an non segnitie, aut invidia aliquid omiserit eorum, quæ dicenda erant, et per opera exhibuerit, an omnia explicuerit, nihilque ab illo occultatum sit, quod dictu operæ pretium erat. Rursus qui episcopatum adeptus est, quanto ad majorem verticem ascendit, tanto majoribus obnoxius erit rationibus, non solum de doctrina et pauperum patrocinio, sed etiam de examinatione ordinandorum, aliisque sexcentis. Et hæc declarans Paulus ad Timo-
1 Tim. 5. theum scripsit : *Manus cito nemini imposueris, neque communices peccatis alienis :* et ad Hebræos scribens de iisdem præfectis, alia ratio-
Hebr. 13. 17 ne terrefacit. *Obedite,* inquit, *præpositis vestris, et subjacete eis : ipsi enim vigilant super animabus vestris, ut rationem daturi.* Tum vero non factorum solum, sed et verborum rationes subibimus. Quemadmodum enim nos cum pecunias servis concredimus, omnium reposcimus rationes, ita quoque Deus de verbis bonis concreditis requiret quomodo illa expenderimus. Reposcimur enim et examinamur perquam diligenter, num temere, num frustra ea insumserimus : non enim nummus temere expositus ita lædit ut verba temere et frustra elata, cum nihil opus erat. Nummus enim frustra insumtus pecuniæ aliquando damnum affert, sermo autem imprudenter enuntiatus integras domos evertit, et animam perdit : pecuniarum quidem damnum resarcire licet, verbum vero quod exsilierit

[a] τρυφῶντα καὶ σπαταλῶντα, ἑαυτὸν δὲ ὄντα ἐν ἐνδείᾳ. Ὥσπερ γὰρ ὁ πλούσιος τῆς ἐλεημοσύνης, οὕτω καὶ ὁ πένης τῆς ὑπομονῆς ἀπαιτεῖται λόγον· μᾶλλον δὲ οὐδὲ τῆς ὑπομονῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτῆς τῆς ἐλεημοσύνης· οὐ γάρ ἐστι κώλυμα πρὸς ἐλεημοσύνην ἡ πενία. Καὶ μάρτυς ἡ χήρα ἡ τὰ δύο καταβαλοῦσα λεπτὰ, καὶ τοὺς πολλὰ καταθέντας ὑπερακοντίσασα διὰ τῆς μικρᾶς ἐκείνης καταβολῆς. Οὐ πλούσιοι δὲ
C καὶ πένητες μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄρχοντες καὶ δικασταὶ μετὰ πολλῆς ἐξετάζονται τῆς ἀκριβείας, εἰ μὴ διέφθειραν τὸ δίκαιον, εἰ μὴ πρὸς χάριν, εἰ μὴ πρὸς ἀπέχθειαν ἐψηφίσαντο τοῖς δικαζομένοις, εἰ μὴ κολακευθέντες ἔδωκαν παρὰ τὸ δέον τὴν ψῆφον, εἰ μὴ μνησικακοῦντες ἐπηρέασαν τοῖς οὐδὲν ἠδικηκόσιν. Οὐχ οἱ ἔξωθεν δὲ μόνον ἄρχοντες, ἀλλὰ καὶ οἱ τῶν Ἐκκλησιῶν προεστῶτες τῆς οἰκείας ἀρχῆς ὑφέξουσι τὸν λόγον· καὶ μάλιστα οὗτοί εἰσιν οἱ ἐπὶ πλέον τὰς πικρὰς καὶ βαρείας εὐθύνας ὑπέχοντες. Καὶ γὰρ ὁ τοῦ λόγου τὴν διακονίαν ἐγκεχειρισμένος ἐξετασθήσεται
D μετὰ ἀκριβείας ἐκεῖ, εἰ μήτε ὄκνῳ, μήτε φθόνῳ παρεῖδέ τι τῶν δεόντων εἰπεῖν, καὶ διὰ τῶν ἔργων ἐπέδειξεν, ὅτι πάντα διεστείλατο, καὶ οὐδὲν ἔκρυψε τῶν συμφερόντων. Πάλιν ὁ τὴν ἐπισκοπὴν λαχὼν, ὅσῳ πρὸς μείζονα ὄγκον ἀναβέβηκε, τοσούτῳ πλείονα ἀπαιτηθήσεται λόγον, οὐχὶ διδασκαλίας μόνον καὶ πενήτων προστασίας, ἀλλὰ καὶ χειροτονιῶν δοκιμασίας καὶ μυρίων ἑτέρων. Καὶ ταῦτα δηλῶν ὁ Παῦλος τῷ Τιμοθέῳ ἔγραφε· Χεῖρας ταχέως μηδενὶ ἐπιτίθει, μηδὲ κοινώνει ἁμαρτίαις ἀλλοτρίαις· καὶ Ἑβραίοις δὲ περὶ τῶν αὐτῶν ἀρχόντων παραινῶν, ἑτέρως ἐφό-
E βει οὕτω λέγων· Πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν καὶ ὑπείκετε· αὐτοὶ γὰρ ἀγρυπνοῦσιν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, ὡς λόγον ἀποδώσοντες. Τότε οὐχὶ πραγμάτων δὲ μόνων, ἀλλὰ καὶ ῥημάτων παρέξομεν εὐθύνας. Καθάπερ γὰρ καὶ ἡμεῖς ἀργύρια τοῖς οἰκέταις ἐμπιστεύσαντες, ἁπάντων ἀπαιτοῦμεν αὐτοὺς λόγον, οὕτω καὶ ὁ Θεὸς, ῥήματα ἡμῖν ἐμπιστεύσας, ζητήσει τῆς δαπάνης αὐτῶν τὸν τρόπον. Ἀπαιτούμεθα δὲ καὶ ἐξεταζόμεθα μετὰ ἀκριβείας, εἰ μὴ εἰκῇ μηδὲ μάτην αὐτὰ ἀναλώσαμεν· οὐ γὰρ οὕτως ἀργύριον ἁπλῶς ἀναλωθὲν
A ἔβλαψεν, ὡς ῥήματα εἰκῇ καὶ μάτην ἐξενεχθέντα καὶ εἰς οὐδὲν δέον. Ἀργύριον μὲν γὰρ μάτην δαπανηθὲν ἐν χρήμασι πολλάκις τὴν ζημίαν ἤνεγκε, λόγος δὲ ἁπλῶς προενεχθεὶς ὁλοκλήρους ἀνέτρεψεν οἰκίας, καὶ ψυχὰς ἀπώλεσε καὶ κατέλυσε· καὶ τῶν μὲν χρημάτων τὴν ζημίαν διορθῶσαι πάλιν ἔνι, λόγον δὲ ἐκπηδήσαντα καθάπαξ ἀνακτήσασθαι πάλιν οὐκ ἔνι. Καὶ ὅτι λόγων δίδομεν δίκας, ἄκουσον τί φησιν ὁ Χριστός· Λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι πᾶν ῥῆμα ἀργὸν, ὃ ἐὰν λαλήσωσιν οἱ ἄνθρωποι ἐπὶ τῆς γῆς, ἀποδώσουσι

[a] Reg. τρυφῶντα καὶ μὴ σπανίζοντα τὴν οὐσίαν ἑαυτόν.

λόγον περὶ αὐτοῦ ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως· ἐκ γὰρ τῶν λόγων σου δικαιωθήσῃ, καὶ ἐκ τῶν λόγων σου καταδικασθήσῃ. Οὐ ῥημάτων δὲ μόνον δίδομεν εὐθύνας, ἀλλὰ B καὶ ἀκουσμάτων· οἷον εἰ παρεδέξω κατηγορίαν κατὰ τοῦ πλησίον ψευδῆ λεγομένην· Ἀκοὴν γὰρ, φησὶ, ματαίαν μὴ παραδέξῃ. Εἰ δὲ οἱ δεχόμενοι ματαίαν ἀκοὴν οὐκ ἂν τύχοιεν συγγνώμης, οἱ διαβάλλοντες καὶ κατηγοροῦντες ποίαν ἕξουσιν ἀπολογίαν;

Καὶ τί λέγω ῥήματα καὶ ἀκοὴν, ὅπου γε καὶ ἐνθυμημάτων εὐθύνας ὑπέχομεν; Καὶ τοῦτο αὐτὸ ὁ Παῦλος δηλῶν ἔλεγεν· Ὥστε μὴ πρὸ καιροῦ τι κρίνετε, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ Κύριος, ὃς καὶ φωτίσει τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους, καὶ φανερώσει τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν. Καὶ ὁ ψαλμῳδὸς δέ φησιν· Ὅτι ἐνθύμιον ἀνθρώπου ἐξομολογήσεταί σοι. Τί ἐστιν, Ἐνθύμιον ἀνθρώπου C ἐξομολογήσεταί σοι; Οἷον, εἰ μετὰ δόλου καὶ πονηρᾶς γνώμης πρὸς τὸν ἀδελφὸν διελέχθης, εἰ διὰ τοῦ στόματος αὐτὸν ἐπαινῶν καὶ τῆς γλώττης, κατὰ διάνοιαν ἐκάκωσας καὶ ἐφθόνησας αὐτῷ. Πάλιν γὰρ τοῦτο αὐτὸ ὁ Χριστὸς αἰνιττόμενος, ὅτι οὐχὶ ἔργων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐνθυμημάτων δίδομεν δίκην, ἔλεγεν· Ὁ ἐμβλέψας γυναικὶ πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. Καίτοι οὐ προῆλθεν εἰς ἔργον ἡ ἁμαρτία, ἀλλ' ἐν διανοίᾳ τέως ἐστίν· ἀλλ' οὐδὲ οὕτως ἀνέγκλητος δύναται μεῖναι ὁ διὰ τοῦτο περισκοπῶν κάλλη γυναικῶν, ἵνα ἀνάψῃ D πορνείας ἐπιθυμίαν. Ὅταν οὖν ἀκούσῃς, ὅτι συναίρει λόγον μετὰ τῶν δούλων αὐτοῦ, μὴ παρέλθῃς ἁπλῶς τὴν ῥῆσιν, ἀλλ' ἐννόησον πᾶσαν ἀξίαν, πᾶσαν ἡλικίαν, ἑκατέραν τὴν φύσιν, τῶν τε ἀνδρῶν, τῶν τε γυναικῶν· ἐννόησον οἷον ἔσται τότε τὸ δικαστήριον, ἀναλόγισαι τὰ ἡμαρτημένα σοι πάντα. Κἂν γὰρ αὐτὸς ἐπιλάθῃ τῶν πεπλημμελημένων, Θεὸς οὐδέποτε ἐπιλήσεται, ἀλλὰ πάντα πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν στήσει τῶν ἡμετέρων, ἂν μὴ προλαβόντες αὐτὰ καταλύσωμεν νῦν διὰ μετανοίας καὶ ἐξομολογήσεως, καὶ τοῦ μηδέποτε μνησικακεῖν τοῖς πλησίον. Τίνος δὲ ἕνεκεν ποιεῖ τὸ λογοθέσιον; Οὐχ ὡς αὐτὸς ἀγνοῶν (πῶς γὰρ, ὁ εἰδὼς τὰ πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν;) ἀλλ' E ἵνα σε πείσῃ τὸν οἰκέτην, ὅτι δικαίως ὀφείλεις, ὅπερ ἂν ὀφείλῃς· μᾶλλον δὲ οὐχ ἵνα μάθῃς μόνον, ἀλλ' ἵνα καὶ ἀπονίψῃ· ἐπεὶ καὶ τῷ προφήτῃ διὰ τοῦτο ἐκέλευσε τὰ ἁμαρτήματα λέγειν τῶν Ἰουδαίων. Λέγε γὰρ, φησὶ, τὰς ἀνομίας αὐτῶν τῷ οἴκῳ Ἰακὼβ, καὶ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν τῷ οἴκῳ Ἰσραήλ· οὐχ ἵνα ἀκού-

semel, revocare non licet. Cæterum ut discas verborum pœnas luituros esse, audi quid Christus dicat: *Dico autem vobis, quod de omni verbo otioso, quodcumque loquuti fuerint homines in terra, reddent rationem de eo in die judicii: ex verbis enim tuis justificaberis, et ex verbis tuis condemnaberis.* Non solum autem dictorum rationem reddemus, sed et auditorum quoque; veluti si admiseris falsam criminationem contra fratrem calumniose institutam: *Auditionem* enim *vanam,* inquit Scriptura, *ne receperis.* Quod si illi, qui recipiunt vanam auditionem, veniam non habent, qui calumniantur et criminantur, quamnam habebunt excusationem?

Verborum etiam luenda pœna. Matth. 12. 36. 37. Exod. 23. 1.

5. At quid dico de verbis et auditu, ubi etiam cogitationum pœnas sustinemus? Et hoc ipsum Paulus declarans, dixit: *Quamobrem ne ante tempus judicetis, donec veniat Dominus qui illuminabit occulta tenebrarum, et manifestabit consilia cordium.* Ille quoque psalmorum cantor ait, *Cogitatio hominis confitebitur tibi.* Quid autem illud est, *Cogitatio hominis confitebitur tibi?* Veluti si cum dolo et mala mente fratrem alloquaris: si ore illum et lingua celebres, mente autem mala cogites, eique invideas. Illud enim ipsum Christus subindicans, nos non solum factorum, sed et cogitationum pœnam luere dixit: *Qui inspexerit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo.* Atqui non erupit in opus ipsum peccatum, sed hactenus in solo animo consistit: verum ne ita quidem inculpatus manere potest, qui ideo contemplatur formas mulierum, ut incendat fornicationis concupiscentiam. Cum igitur audiveris eum rationem cum servis suis conferre, ne mihi negligenter prætereas illam dictionem: sed hoc intellige de omni ordine, omni ætate, utroque sexu, et virorum et feminarum: cogita quale illud judicium sit, revolve perpetuo tua peccata. Nam etsi ipse oblitus fueris tuorum delictorum, Deus numquam obliviscetur, et omnia ante oculos constituet, nisi jam mature ea exstinxerimus per pœnitentiam et confessionem, et per oblivionem offensarum. Qua vero de causa rationem repetit? Non quidem ut inscius (quomodo enim inscius, cui omnia cognita sunt antequam fiant?) sed ut tibi servo persuadeat, jure te debere quodcumque debes: imo potius, ut non solum discas, sed ut abstergas: quandoquidem et prophetæ ea de causa mandavit peccata Judæorum enarrare. *Dic,* inquit, *iniquitates suas*

1. Cor. 4. 5. Psal. 75. 11. Matth. 5. 29. Ratio delendi peccata. Dan. 13. 42. Isai. 58. 1. 2.

domui Jacob et peccata sua domui Israel:
th. 18. non ut audiant solum, sed ut corrigantur. *Exorso autem eo conferre rationes, adductus est ei debitor unus decies mille talentorum.* Quidquid enim illi creditum erat, id omne absumserat: magna æris alieni moles: et non solum in hac re periculum erat, sed in eo quoque quod primus oblatus est domino. Si enim post multos in solvendo studiosos iste oblatus fuisset, non ita mirum fuisset, si dominus nihil adversus eum exacerbatus fuisset: priorum enim probitas improbis deinceps omnibus placatiorem eum effecisset. Cæterum primum eum qui productus fuerat, tam malignum in solvendo apparere, et postquam tam malignus apparuisset, dominum mansuetum invenire, id præcipue inexspectatum et admirabile. Homines enim ubi debitores adepti sunt, non aliter quam si venando, aut aucupando quidpiam cepissent, ita exsultant, et omnia faciunt, ut universum exigant: quod si id non possint ob egestatem debitorum, iram defraudatione pecuniarum collectam in ærumnosum miserorum corpus effundunt, vexando, verberando, atque alia sexcenta mala infligendo. Deus contra omnia movet, in omnibus satagit, ut eum liberet ære alieno. In nobis enim debitorum exactio divitias facit: Deus autem in remittendis peccatis maxime ditescit: nam hominum salus opulentia Dei est, quemadmodum Paulus
. 10. dicit: *Dives in omnibus et per omnes qui invocant eum.* Sed dixerit aliquis, cur ergo, si destinarat remittere et condonare crimina, hunc venumdari jussit? Illud certe imprimis illius humanitatem declarat; sed ne festinemus, at per ordinem procedamus ad parabolæ enarrationem. *Non habente autem eo quod redderet.* Quid autem est illud quod dicit, *Non habente eo quod redderet?* Rursus vides improbitatis accessionem: cum enim dicit, *Non habente eo quod solveret,* nihil aliud dicit quam eum omnium virtutum inopem fuisse, nec ullum bonum opus possedisse, quod imputari posset ad remissionem peccatorum: imputantur enim omnino nobis ad peccatorum veniam recte facta, quemadmodum et fides ad justitiam. *Ei enim qui non operatur, credit autem in eum qui*
.4 5. *justificat impium, imputatur fides ejus ad justitiam.* Cæterum quid allego fidem et recte facta, cum tribulationes quoque imputentur nobis ad peccatorum condonationem? Et hoc declarat Christus per parabolam Lazari, introdu-
16.25. cens Abraham dicentem ad divitem, Lazarum

nputan- ad ve- i pec- rum nes bo-

σωσι μόνον, ἀλλ' ἵνα διορθώσωνται. Ἀρξαμένου δὲ
9 αὐτοῦ συναίρειν, προσηνέχθη αὐτῷ εἷς ὀφειλέτης
A μυρίων ταλάντων. Ἄρα πόσα ἐνεπιστεύθη, ὅτι τοσαῦτα κατέφαγε; Μέγας ὁ τῶν ὀφλημάτων ὄγκος· καὶ οὐχὶ μόνον τοῦτο ἦν τὸ χαλεπὸν, ἀλλ' ὅτι καὶ πρῶτος προσηνέχθη τῷ δεσπότῃ. Εἰ μὲν γὰρ μετὰ πολλοὺς ἑτέρους εὐγνωμονήσαντας οὗτος προσηνέχθη, οὐχ οὕτω θαυμαστὸν ἦν τὸ μὴ παροξυνθῆναι τὸν δεσπότην· ἡ γὰρ τῶν φθασάντων εὐγνωμοσύνη τοῖς μετὰ ταῦτα ἠγνωμονηκόσιν ἡμερώτερον αὐτὸν ἔμελλε ποιεῖν. Τὸ δὲ πρῶτον εἰσαχθέντα ἀγνώμονα φανῆναι, καὶ οὕτως ἀγνώμονα γενόμενον, φιλανθρώπου τυχεῖν δεσπότου, τοῦτό ἐστι τὸ μάλιστα θαυμαστὸν καὶ παράδοξον. Ἄνθρωποι μὲν οὖν, ἐπει-
B δὰν εὕρωσι τοὺς ὀφείλοντας, ὥσπερ θήραν καὶ ἄγραν εὑρόντες, οὕτω γεγήθασι, καὶ πάντα ποιοῦσιν, ὅπως τὸ πᾶν ἀπαιτήσωσι· κἂν μὴ δυνηθῶσι διὰ τὴν πενίαν τῶν ὀφειλόντων, τὴν ὑπὲρ τῶν χρημάτων ὀργὴν εἰς τὸ ταλαίπωρον σῶμα τῶν ἀθλίων ἐκχέουσιν, αἰκίζοντες καὶ τύπτοντες καὶ μυρία αὐτῷ διατιθέντες κακά. Ὁ δὲ Θεὸς τοὐναντίον ἅπαντα ἐκίνει καὶ ἐπραγματεύετο, ὅπως αὐτὸν ἀπαλλάξῃ τῶν ὀφλημάτων. Ἐπὶ γὰρ ἡμῶν τὸ ἀπαιτῆσαι, πλοῦτος· ἐπὶ δὲ Θεοῦ τὸ συγχωρῆσαι, πλοῦτος· ἡμεῖς ἐπειδὰν λάβωμεν τὰ ὀφειλόμενα, τότε εὐπορώτεροι γινόμεθα· ὁ δὲ Θεὸς ἐπειδὰν συγχωρήσῃ τὰ πλημμελήματα,
C τότε μάλιστα πλουτεῖ· πλοῦτος γὰρ Θεοῦ τῶν ἀνθρώπων ἡ σωτηρία, καθάπερ ὁ Παῦλός φησιν· Ὁ πλουτῶν εἰς πάντας, καὶ ἐπὶ πάντας τοὺς ἐπικαλουμένους αὐτόν. Ἀλλ' ἴσως εἴποι τις ἄν· καὶ πῶς ὁ βουλόμενος ἀφεῖναι καὶ συγχωρῆσαι τὰ ἐγκλήματα, ἐκέλευσεν αὐτὸν πραθῆναι; Αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο μάλιστα αὐτοῦ τὴν φιλανθρωπίαν δείκνυσιν. Ἀλλὰ μὴ ἐπειγώμεθα, ἀλλὰ τάξει προβαίνωμεν ἐπὶ τὴν τῆς παροβολῆς διήγησιν. Μὴ ἔχοντος δὲ αὐτοῦ ἀποδοῦναι, φησί. Τί ἐστι, Μὴ ἔχοντος αὐτοῦ ἀποδοῦναι; Πάλιν ἐπίτασις ἀγνωμοσύνης· ὅταν γὰρ εἴπῃ, Μὴ ἔχοντος αὐτοῦ ἀποδοῦναι, οὐδὲν ἄλλο λέγει, ἀλλ' ἢ ὅτι κατορθωμάτων ἔρημος ἦν, καὶ οὐδὲν εἶχεν ἔργον ἀγαθὸν,
D ὥστε λογισθῆναι αὐτῷ εἰς τὴν τῶν ἁμαρτημάτων ἀπαλλαγήν· λογίζεται γὰρ, λογίζεται πάντως ἡμῖν ἐπὶ ἁμαρτημάτων ἀπαλλαγῇ κατορθώματα, καθάπερ οὖν καὶ πίστις εἰς δικαιοσύνην. Τῷ γὰρ μὴ ἐργαζομένῳ, πιστεύοντι δὲ ἐπὶ τὸν δικαιοῦντα τὸν ἀσεβῆ, λογίζεται ἡ πίστις αὐτοῦ εἰς δικαιοσύνην. Καὶ τί λέγω πίστιν καὶ κατορθώματα, ὅπου γε καὶ θλίψεις λογίζονται ἡμῖν εἰς ἁμαρτημάτων ἀνάλυσιν; Καὶ τοῦτο δηλοῖ μὲν ὁ Χριστὸς διὰ τῆς τοῦ Λαζάρου παραβολῆς, εἰσάγων τὸν Ἀβραὰμ λέγοντα πρὸς τὸν πλούσιον, ὅτι Λάζαρος ἀπέλαβεν ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ τὰ κακὰ, καὶ διὰ τοῦτο ὧδε παρακαλεῖται. Δηλοῖ δὲ καὶ ὁ Παῦλος Κορινθίοις ἐπιστέλλων περὶ τοῦ πεπορνευ-

κότος, καὶ λέγων οὕτω· Παράδοτε τὸν τοιοῦτον τῷ σατανᾷ εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκὸς, ἵνα τὸ πνεῦμα σωθῇ. Καὶ ἑτέρους δὲ ἡμαρτηκότας παραμυθούμενος οὕτως ἔλεγε· Διὰ τοῦτο ἐν ὑμῖν πολλοὶ ἀσθενεῖς καὶ ἄῤῥωστοι, καὶ κοιμῶνται ἱκανοί. Εἰ γὰρ ἑαυτοὺς ἐκρίνομεν, οὐκ ἂν ἐκρινόμεθα· κρινόμενοι δὲ ὑπὸ Κυρίου, παιδευόμεθα, ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν. Εἰ δὲ πειρασμὸς, καὶ νόσος, καὶ ἀσθένεια, καὶ σαρκὸς ὄλεθρος, ἅπερ ἀβουλήτως ὑπομένομεν, οὐκ αὐτοὶ κατασκευάζοντες, λογίζεται ἡμῖν εἰς ἁμαρτίας διάλυσιν, πολλῷ μᾶλλον κατορθώματα, ἅπερ ἑκόντες καὶ σπουδάζοντες μετερχόμεθα. Ἀλλ' οὗτος ἔρημος μὲν ἀγαθοῦ παντὸς ἦν, φορτίον δὲ ἁμαρτημάτων ἀφόρητον εἶχε· διὰ τοῦτό φησι, Μὴ ἔχοντος αὐτοῦ ἀποδοῦναι, ἐκέλευσεν αὐτὸν πραθῆναι· ὅθεν μάλιστά ἐστι τοῦ δεσπότου τὴν φιλανθρωπίαν καταμαθεῖν, ὅτι καὶ τὸ λογοθέσιον ἐποίησε, καὶ πραθῆναι ἐκέλευσεν· ἀμφότερα γὰρ ταῦτα εἰργάσατο, ὥστε αὐτὸν μὴ πραθῆναι. Πόθεν τοῦτο δῆλον; Ἀπὸ τοῦ τέλους· εἰ γὰρ πραθῆναι αὐτὸν ἐβούλετο, τίς ὁ κωλύων ἦν; τίς ὁ ἐμποδίζων;

Τίνος οὖν ἕνεκεν ἐκέλευσε, μὴ μέλλων ποιεῖν; Ἵνα αὐξήσῃ τὸν φόβον· τὸν δὲ φόβον ηὔξησε διὰ τῆς ἀπειλῆς, ἵνα αὐτὸν εἰς ἱκετηρίαν ἐμβάλῃ· εἰς ἱκετηρίαν δὲ αὐτὸν ἐνέβαλεν, ἵνα ἀφορμὴν λάβῃ συγχωρήσεως. Ἠδύνατο μὲν γὰρ καὶ πρὸ τῆς παρακλήσεως αὐτὸν ἀφεῖναι, ἀλλ' ἵνα μὴ χείρονα ἐργάσηται, τοῦτο οὐκ ἐποίησεν. Ἠδύνατο καὶ πρὸ τοῦ λογοθεσίου ποιῆσαι τὴν συγχώρησιν, ἀλλ' ἵνα μὴ τὸν ὄγκον ἀγνοῶν τῶν ἁμαρτημάτων, ἀπανθρωπότερος γένηται καὶ ὠμότερος περὶ τοὺς πλησίον, διὰ τοῦτο αὐτὸν πρότερον ἐδίδαξε τὸ μέγεθος τοῦ χρέους, καὶ τότε ἀφῆκεν ἅπαν. Εἰ γὰρ τοῦ λογοθεσίου γενομένου, καὶ τοῦ ὀφειλήματος δειχθέντος, καὶ τῆς ἀπειλῆς ἐπενεχθείσης, καὶ τῆς καταδίκης γενομένης δήλης, ἣν ὑπομεῖναι δίκαιος ἦν, οὕτως ἄγριος καὶ ὠμὸς περὶ τὸν σύνδουλον ἐγένετο· εἰ μηδὲν τούτων ἐξέβη, ποῦ οὐκ ἂν ἐξώλισθεν ἀγριότητος; Διὰ τοῦτο ταῦτα πάντα ὁ Θεὸς ἐποίει καὶ ἐπραγματεύετο, προαναστέλλων αὐτοῦ τὴν ἀπήνειαν ἐκείνην. Εἰ δὲ μηδενὶ διωρθώθη τούτων, οὐ παρὰ τὸν διδάσκαλον, ἀλλὰ παρ' ἐκεῖνον τὸν μὴ δεξάμενον τὴν διόρθωσιν ἡ αἰτία. Πλὴν ἀλλ' ἴδωμεν πῶς αὐτῷ μεθοδεύει τὸ ἕλκος. Πεσὼν οὖν, φησὶ, παρὰ τοὺς πόδας αὐτοῦ, παρεκάλει αὐτὸν λέγων· μακροθύμησον ἐπ' ἐμοὶ, καὶ πάντα σοι ἀποδώσω. Καὶ μὴ μὴν εἶπεν, ὅτι οὐκ εἶχεν ἀποδοῦναι· ἀλλὰ τοιοῦτον τῶν ὀφειλόντων τὸ ἔθος, κἂν μηδὲν ἔχωσιν ἀποδοῦναι, ἐπαγγέλλονται, ὥστε τῶν παρόντων ἀπαλλαγῆναι δεινῶν.

accipere consolationem, quia in vita sua mala
E acceperat. Declarat et Paulus ad Corinthios de
fornicatore scribens: *Tradite hunc hominem* 1. Cor 5. 5.
satanæ in exitium carnis, ut spiritus servetur. Et alios qui peccaverant consolans, ad hunc
modum verba facit: *Ideo in vobis multi in-* 1. Cor 11. 31. 32.
firmi et ægroti, et dormiunt multi: si enim nos ipsos judicaremus, non utique judicaremur. Cum autem judicamur a Domino, castigamur, ut non cum hoc mundo damnemur. Si autem tentationes, morbi, infirmitates, et car-
A nis exitium, quæ nec studio, nec voluntate patimur, imputantur nobis ad peccatorum abolitionem, multo magis recte facta, quæ voluntate et studio persequimur. Huic autem omnium bonorum inopia erat, onus contra peccatorum maximum, et sarcina importabilis. Idcirco dicit,
Non habente illo unde redderet, jussit eum Matth. 18. 25.
venumdari. Ex hoc potissimum licet Domini humanitatem perdiscere, quod et rationem instituit, et venumdari jussit: ambo enim ista facta sunt in eum finem, ut non venderetur. Unde id liquet? A rerum exitu: si enim voluisset, quis obicem, quis impedimentum attulisset?

6. Quorsum igitur venditionem imperavit, cum nihil tale facere statuisset? Ut augeret me-
B tum: metum vero auxit per minas, ut eum ad supplicationem compelleret; ad supplicationem compulit, ut occasionem donandæ veniæ haberet. Poterat et ante deprecationem eum liberum ab ære alieno dimittere, sed ne inde illum deteriorem faceret, ita se gessit. Poterat ante rationem initam veniam concedere, sed ne ignorans molem scelerum suorum, inhumanior et crudelior erga proximos esset, ideo illi prius declaravit sui debiti magnitudinem, ac tum demum ei remisit omnia. Nam si habita ratione ac ære alieno commonstrato, minisque illatis, et condemna-
C tione proposita, quam sustinere merebatur, adeo ferus et crudelis fuit adversus suum conservum; si nihil istorum adhibitum fuisset, quo non immanitatis prorupisset? Hac de causa hæc omnia Deus fecit et instituit, ut hominis immanitatem illam præmolliret. Si nihil istis rebus emendatus fuit, non penes magistrum, sed penes illum qui emendationem non recipit, culpa statuenda est. Verumtamen videamus quo pacto ejus ulcus abstergat. *Cadens igitur ad pedes ejus, obse-* Matth. 18. 26.
crabat dicens: Patientiam habe in me, et omnia reddam tibi. Non fassus est se nihil ha-
D bere quod redderet: sed hic mos est debitorum, ut in summa inopia promittant tamen, quo præ-

sens periculum vitare possint. Audiamus quotquot ignavi sumus ad precandum, quanta sit obsecrationum vis. Non jejunium ostentavit, non ultroneam paupertatem, aut aliquid istiusmodi, sed desertus, sed nudus omni virtute, ubi se ad obsecrandum convertit, eo solo potuit dominum ad misericordiam pertrahere. Ne igitur deficiamus in fundendis precibus. Quis enim hoc sceleratior, qui et tot criminibus obnoxius erat, et nullum recte factum possidebat? Non tamen secum ad istum modum loquutus est, Non audeo loqui, pudore plenus sum, qui potero accedere? qui potero orare? quod plerique peccatorum dicunt, diabolica laborantes timiditate. Non adest tibi fiducia loquendi? Propterea accede, ut majorem fiduciam pares. Num enim homo est, quem placare cupis, ut pudore et verecundia laborandum sit? Deus est qui magis, quam tu ipse, exoptat te a criminibus liberari: non tu tantopere tuam securitatem concupiscis, quantopere ille tuam salutem expetit: idque rebus ipsis docuit. Non habes fiduciam? Eo ipso potes fiduciam habere, quod ita affectus sis: maxima enim fiducia est, cum quis se existimat fidere non debere: sicut summopere pudenda res est, justificare seipsum coram Domino. Ille enim impurus est quicumque id facit, etiamsi omnibus hominibus sanctior fuerit: ita quoque justus fit, qui se credit omnium hominum extremum esse. Cujus rei testes sunt Pharisæus et publicanus. Ne igitur despondeamus animum ob peccata, neque desperemus, sed adeamus Deum, procidamus, obsecremus, quemadmodum iste fecit, hactenus bona mente usus. Non despondere animum, non desperare, confiteri peccata, postulare dilationem aliquam et moram, et omnia ista bona sunt et mentis contritæ, et animæ humiliatæ. Quæ jam sequuntur, nequaquam similia sunt superioribus: quæ enim per supplicationem congregaverat, hæc omnia in universum effudit per iram, quam in proximum exercuit. Sed jam ad modum donatæ veniæ procedamus. Videamus qualitatem istius remissionis, et quibus rebus ad id dominus adductus fuerit. *Misertus illius dominus,* inquit evangelista, *absolvit eum, et debitum remisit.* Ille dilationem petiit, iste veniam concessit, adeo ut plus ceperit, quam postularit. Quapropter Paulus inquit, *Ei, qui potest omnia facere superabundantius quam petimus, aut cogitamus.* Non enim potes cogitare tanta, quanta ille instituit donare tibi.

[Margin notes: Precatio vis. — Maxima fiducia quæ... — ...xpendit ...æ do... ...mo... — ...3. 20.]

Ἀκούσωμεν ὅσοι ῥαθυμοῦμεν εὐχῆς, πόση τῶν δεήσεων ἡ δύναμις. Οὐ νηστείαν ἐπεδείξατο οὗτος, οὐκ ἀκτημοσύνην, οὐκ ἄλλο τῶν τοιούτων οὐδὲν, ἀλλ' ἔρημος ὢν καὶ γυμνὸς πάσης ἀρετῆς, ἐπειδὴ παρεκάλεσε τὸν δεσπότην μόνον, ἴσχυσεν αὐτὸν ἐπισπάσασθαι πρὸς ἔλεον. Μὴ τοίνυν ἀπαγορεύωμεν ἐν ταῖς δεήσεσι. Τίς γὰρ τούτου γένοιτ' ἂν ἁμαρτωλότερος, ὃς τοσούτοις μὲν ἐγκλήμασιν ὑπεύθυνος ἦν, κατόρθωμα δὲ οὐ μικρὸν, οὐ μέγα ἐκέκτητο; Ἀλλ' ὅμως
E οὐκ εἶπε πρὸς ἑαυτὸν, ἀπαῤῥησίαστός εἰμι, αἰσχύνης γέμω, πῶς δύναμαι προσελθεῖν; πῶς δύναμαι παρακαλέσαι; ὃ πολλοὶ τῶν ἁμαρτανόντων λέγουσι, διαβολικὴν νοσοῦντες εὐλάβειαν. Ἀπαῤῥησίαστος εἶ; Διὰ τοῦτο πρόσελθε, ἵνα κτήσῃ παῤῥησίαν πολλήν. Μὴ γὰρ ἄνθρωπός ἐστιν ὁ μέλλων σοι καταλλάττεσθαι, ἵνα αἰσχυνθῇς καὶ ἐρυθριάσῃς; Θεός ἐστιν, ὁ σοῦ μᾶλλον βουλόμενος ἀπαλλάξαι σε τῶν ἐγκλημάτων· οὐχ οὕτω σὺ τῆς σεαυτοῦ ἀσφαλείας ἐπιθυμεῖς, ὡς ἐκεῖνος ἐφίεταί σου τῆς σωτηρίας· καὶ τοῦτο δι' αὐτῶν τῶν ἔργων ἡμᾶς ἐπαίδευσεν. Οὐκ ἔχεις παῤῥησίαν; Διὰ τοῦτο δυνήσῃ παῤῥησίαν ἔχειν, ὅτι
11 A οὕτω διάκεισαι· μεγίστη γὰρ παῤῥησία, τὸ μὴ νομίζειν ἔχειν παῤῥησίαν· ὥσπερ οὖν αἰσχύνη μεγίστη, τὸ δικαιοῦν ἑαυτὸν ἐνώπιον Κυρίου. Ἐκεῖνος ἀκάθαρτός ἐστι, κἂν ἁπάντων ἀνθρώπων ἁγιώτερος ᾖ· ὥσπερ οὖν δίκαιος γίνεται ὁ πείσας ἑαυτὸν πάντων ἔσχατον εἶναι. Καὶ μάρτυρες τῶν λεγομένων ὁ Φαρισαῖος καὶ ὁ τελώνης. Μὴ τοίνυν ἀπογινώσκωμεν ἐν τοῖς ἁμαρτήμασι, μηδὲ ἀπαγορεύωμεν, ἀλλὰ προσερχώμεθα τῷ Θεῷ, προσπίπτωμεν, παρακαλῶμεν, ὅπερ οὗτος ἐποίησε, μέχρι τούτου καλῇ τῇ γνώμῃ χρησάμενος. Τό τε μὴ ἀπαγορεῦσαι, τό τε μὴ ἀπογνῶναι, τό τε ὁμολογῆσαι τὰ ἡμαρτημένα, τό τε αἰτῆσαι ἀναβολήν τινα καὶ μέλλησιν, ταῦτα πάντα καλὰ, καὶ διανοίας
B συντετριμμένης, καὶ τεταπεινωμένης ψυχῆς. Τὰ δὲ ἐντεῦθεν οὐκ ἔτι ὅμοια τοῖς προτέροις· ἅπερ γὰρ διὰ τῆς ἱκετηρίας συνήγαγε, ταῦτα ἀθρόον ἐξέχεεν ἅπαντα διὰ τῆς εἰς τὸν πλησίον ὀργῆς. Ἀλλὰ τέως ἐπὶ τὸν τρόπον τῆς συγχωρήσεως ἔλθωμεν· ἴδωμεν πῶς αὐτὸν ἀφῆκε, καὶ πόθεν ἐπὶ τοῦτο ἦλθεν ὁ δεσπότης. Σπλαγχνισθεὶς ὁ κύριος αὐτοῦ, φησὶν, ἀπέλυσεν αὐτὸν, καὶ τὸ δάνειον ἀφῆκεν αὐτῷ. Ἐκεῖνος μέλλησιν ᾔτησεν, οὗτος συγχώρησιν ἔδωκεν· ὥστε πλέον οὗ ᾔτησεν, ἔλαβεν ἐκεῖνος. Διὸ καὶ Παῦλός φησι, Τῷ δυναμένῳ πάντα ποιῆσαι ὑπὲρ ἐκ περισσοῦ ὧν αἰτού-
C μεθα ἢ νοοῦμεν. Οὐδὲ γὰρ ἴσχυεις ἐννοῆσαι τοσαῦτα, ὅσα ἐκεῖνός σοι παρεσκεύασται δοῦναι. Μὴ τοίνυν αἰσχυνθῇς, μηδὲ ἐρυθριάσῃς· μᾶλλον δὲ αἰσχύνου μὲν ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι, μὴ ἀπογίνωσκε δὲ, μηδὲ ἀφίστασο τῆς εὐχῆς, ἀλλὰ πρόσελθε καὶ ἁμαρτωλὸς ὢν, ἵνα καταλλάξῃς σου τὸν Δεσπότην, ἵνα δῷς

αὐτῷ τὴν οἰκείαν φιλανθρωπίαν ἐν τῇ συγχωρήσει τῶν ἁμαρτιῶν σῶν ἐπιδείξασθαι· ὡς ἐὰν φοβηθῇς προσελθεῖν, ἐνεπόδισας αὐτοῦ τῇ ἀγαθότητι, διεκώλυσας αὐτοῦ τῆς χρηστότητος τὴν δαψίλειαν, τό γε εἰς σὲ ἧκον. Μὴ τοίνυν ἀναπίπτωμεν, μηδὲ D ὀκνῶμεν ἐν ταῖς εὐχαῖς. Κἂν γὰρ πρὸς αὐτὸ τῆς κακίας κατενεχθῶμεν τὸ βάραθρον, ταχέως ἐκεῖθεν ἡμᾶς ἀνασπάσαι δυνήσεται. Οὐδεὶς τοσαῦτα ἥμαρτεν, ὅσα οὗτος· καὶ γὰρ ἅπαν εἶδος πονηρίας ἐπῆλθε· καὶ τοῦτο δηλοῖ τὰ μύρια τάλαντα· οὐδεὶς [a] ἔρημος οὕτως ἦν, ὡς οὗτος· τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ μὴ ἔχειν αὐτὸν ἀποτῖσαι. Ἀλλ' ὅμως τὸν πάντοθεν προδοθέντα ἴσχυσεν εὐχῆς ἐξαρπάσαι δύναμις. Καὶ τοσοῦτον δύναται, φησὶν, εὐχὴ, ὡς τὸν δι' ἔργων καὶ μυρίων πραγμάτων προσκρούσαντα τῷ Δεσπότῃ ἀπαλλάξαι κολάσεως καὶ τιμωρίας; Ναὶ, τοσοῦτον δύναται, ἄνθρωπε. E Οὐδὲ γὰρ αὕτη μόνη ἐστὶν ἡ τὸ πᾶν ἀνύουσα, ἀλλ' ἔχει σύμμαχον καὶ βοηθὸν μέγιστον τὴν φιλανθρωπίαν τοῦ δεχομένου τὴν εὐχὴν Θεοῦ, ἥτις ἐνταῦθα τὸ πᾶν εἰργάσατο, καὶ τὴν εὐχὴν ἐποίησε δυνατήν. Τοῦτο γοῦν καὶ αἰνιττόμενος ἔλεγε· Σπλαγχνισθεὶς ὁ κύριος αὐτοῦ, ἀπέλυσεν αὐτὸν, καὶ τὸ δάνειον ἀφῆκεν αὐτῷ· ἵνα μάθῃς ὅτι μετὰ τῆς εὐχῆς, καὶ πρὸ τῆς εὐχῆς, τοῦ δεσπότου τὰ σπλάγχνα τὸ πᾶν ἐποίησεν.
12 A Ἐξελθὼν δὲ ἐκεῖνος εὗρεν ἕνα τῶν συνδούλων αὐτοῦ, ὃς ὤφειλεν αὐτῷ ἑκατὸν δηνάρια· καὶ κρατήσας αὐτὸν ἔπνιγε, λέγων, ἀπόδος μοι, εἴ τι ὀφείλεις. Ἆρα τί τούτου γένοιτ' ἂν μιαρώτερον; Ἔναυλον ἔχων τὴν εὐεργεσίαν, ἐπελήσθη τῆς τοῦ δεσπότου φιλανθρωπίας.

Ὁρᾷς ὅσον ἐστὶν ἀγαθὸν ἁμαρτημάτων μεμνῆσθαι; Καὶ γὰρ οὗτος, εἰ διηνεκῶς τούτων ἐμέμνητο, οὐκ ἂν οὕτως ἄγριος ἐγένετο καὶ ἀπάνθρωπος. Διὰ τοῦτο συνεχῶς λέγω, καὶ λέγων οὐ παύσομαι, ὅτι χρήσιμον σφόδρα καὶ ἀναγκαῖον τὸ διηνεκῶς μνημονεύειν ἡμᾶς τῶν πεπλημμελημένων ἡμῖν ἁπάντων· οὐδὲν γὰρ οὕτω φιλόσοφον καὶ ἐπιεικῆ καὶ πρᾶον τὴν ψυχὴν ἐργάσασθαι δύναται, ὡς ἡ διηνεκὴς τῶν ἁμαρτημάτων μνήμη. B Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος οὐ μόνον τῶν μετὰ τὸ λουτρὸν, ἀλλὰ καὶ τῶν πρὸ τοῦ βαπτίσματος ἁμαρτημάτων ἐμέμνητο, καίτοι γε ἀφανισθέντων καθάπαξ. Εἰ δὲ ἐκεῖνος τῶν πρὸ τοῦ βαπτίσματος ἐμέμνητο, πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς τῶν μετὰ τὸ βάπτισμα μεμνῆσθαι δεῖ· οὐ γὰρ δὴ μόνον αὐτὰ διαλύομεν τῇ μνήμῃ, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους ἐπιεικέστερον διακεισόμεθα, καὶ τῷ Θεῷ μετὰ πλείονος δου-

Ne igitur pudefias, neve erubescas, imo potius pudorem de peccatis collige, ne desperes, neve absistas a precatione, sed accede, licet peccator sis, ut reconcilies tibi Dominum, ut des illi locum suam humanitatem in condonatione tuorum criminum exhibendi: quia, si timeas accedere, impedis illius bonitatem, remoraris illius benignitatis largitatem, quantum ad te attinet. Ne igitur animum despondeamus, neve nos segnes timidosque ad preces exhibeamus. Etiamsi detrusi simus ad barathrum malitiæ, facile inde nos extrahere poterit. Nemo tantum peccavit quantum iste: nam in omne genus scelerum proruperat: id enim significant dena millia talentorum: nemo ita inops virtutis est, ut iste fuit: hoc enim intelligitur ex eo, quod nihil haberet quod rependeret. Attamen undecumque desertum et inopem potuit vis precum liberare. Tantum, inquit, valet precatio, ut eum qui innumeris rebus et factis Dominum offenderit, a pœna et supplicio eripere possit? Potest haud dubie. Non enim illa sola est quæ omnia conficit, sed habet sociam et auxiliatricem maximam humanitatem Dei, qui preces accipit, cujus viribus omnia fiunt et quæ orationem efficacem reddidit. Id igitur subindicans, dixit, *Misertus Dominus ejus absolvit eum, et æs alienum remisit ei*: ut discas, et post preces, et ante preces domini viscera totum illud negotium fecisse. *Egressus autem ille invenit unum conservorum suorum, qui ipsi debebat centum denarios, et tenens suffocabat eum dicens: Redde quod debes.* Quid scelestius fieri potest? Adhuc enim beneficii vocem in auribus gerens, oblitus est herilis bonitatis.

Non solæ preces veniam impetrant, sed cum gratia Dei.

Matth. 18. 28.

7. En quantum bonum est peccatorum suorum meminisse: si enim hic perpetuo eorum memoriam retinuisset, non tam ferus et immanis factus fuisset. Propterea assidue dico, nec omittam dicere, valde est utile et necessarium perpetuo recordari delictorum omnium: nihil enim ita recte institutam, tractabilem et mitem animam facere potest, quam perpetua delictorum recordatio. Ideo et Paulus non solum peccatorum eorum, quæ ante lavacrum, sed etiam quæ post baptismum commissa erant, memor fuit, quamvis semel omnia et deleta et exstincta essent. Si autem ille eorum, quæ ante baptismum gesserat, memor fuit, multo magis nos, quæ post baptismum acta sunt, in memoria retinere debemus; non enim solum illa istiusmodi recordatione

Recordatio peccatorum utilis.

Paulus peccatorum suorum recordatur.

a Savil. ut in textu habet. Reg. vero οὐδεὶς ἔρημος ἀρετῆς ἦν, et sic legisse Nannius videtur.

exstinguimus, sed et inde erga omnes homines mitiores efficiemur, et Deo cum majori benevolentia inserviemus, ineffabilem ejus humanitatem ex istiusmodi memoria perspicientes. Quod iste non fecit, sed oblitus magnitudinis debitorum suorum, etiam beneficii domini non recordatus est; oblivione porro beneficii factum est, ut scelerate se gesserit adversus conservum, et scelerate se gerendo omnia perdiderit, quæ a Dei bonitate consequutus erat. *Tenens enim suffocabat eum, dicens : Redde si quid debes.* Non dixit, Redde centum denarios : puduisset enim eum nominare tantillas minutias, sed *Red-*
[Ma]th. 18. *de si quid debes. Ille autem cadens ad pedes ejus obsecrabat dicens : Patientiam habe in me, et omnia reddam tibi.* Eisdem verbis suam salutem orat, quibus ille veniam a Domino impetraverat. Is autem præ nimia crudelitate ne istis quidem verbis flectebatur, neque cogitavit, se per hæc dicta salutem invenisse. Quinimo si debitum remisisset, ne ita quidem pro humanitate factum illud imputandum fuisset, sed pro debito. Si enim ante rationem initam, et beneficium acceptum, hoc fecisset, ipsius magnanimitati tale factum adscribi potuisset : jam vero tam clementer habitus et tot peccatorum remissione donatus, ad parem erga conservum clementiam obligatus erat. Ille tamen nihil istiusmodi fecit, aut in mentem admisit, ut cogitaret, quantum interesset inter condonationem, quæ ipsi a Domino contigerat, et eam quæ erga conservum exhibenda erat : non enim solum magnitudine debitorum aut dignitate personarum, sed eo ipso modo, quo res acta est, magnum inter utrumque discrimen conspicias. Illud enim debitum decem millium talentorum erat, hoc centum denariorum : et ille quidem in dominum contumeliose peccaverat, hic tantummodo conservo obligatus erat : ille beneficiis acceptis bene mereri vicissim debebat, dominus, qui nihil boni aut magni aut parvi ab ipso factum videbat, omnia remisit. Attamen nihil horum cogitavit ; sed semel ab ira
[v]. 30. excæcatus, suffocabat eum, et in carcerem con-
4. Secundam deinde clausulam adjicit: *Sanctificetur nomen tuum*. Ne quis vero insipienter existimet sanctificationis accessionem Deo attribui, dum dicitur, *Sanctificetur nomen tuum*: sanctus enim est, et omnino sanctus, et sanctorum sanctissimus. Hanc autem ipsi laudem offerunt Seraphim, sic incessabili voce clamantes: *Sanctus, sanctus, sanctus Dominus sabaoth: plenum est cœlum et terra gloria ejus*. (Isai. 6. 3.) Sed quemadmodum ii, qui reges acclamationibus excipiunt, ac Reges Imperatoresque vocant, non illis id attribuunt quod non habent, sed quod habent laudibus celebrant: ita et nos non eam, quæ absit, sanctitatem Deo offerimus cum dicimus, *Sanctificetur nomen tuum*, sed eam, quæ inest, laudibus celebramus: nam illud, *Sanctificetur*, idipsum est quod, glorificetur. Hac itaque voce docemur, ut vitam cum virtute ducamus, ut eam videntes homines, cælestem Patrem nostrum glorificent, ut alibi dicitur: *Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est*. (Matth. 5. 16.) Postea edocemur dicere, *Adveniat regnum tuum*: perturbationum corporalium oppressi tyrannide, et sexcentis tentationum insultibus impetiti, Dei regno egemus, ut peccatum non regnet in mortali corpore nostro, ita ut illi in cupiditatibus obsequamur, utque non exhibeamus membra nostra arma iniquitatis peccato, sed exhibeamus arma justitiæ Deo, et Regi sæculorum militemus. (Rom. 6. 12.) Ad hæc etiam docemur, ne præsentem vitam magni faciamus, sed præsentia despiciamus, futura vero, utpote manentia, concupiscamus, et regnum illud quæramus cæleste, æternumque, nec præsentibus voluptatibus hæreamus; non formæ corporum, non pecuniæ vi, non possessionum abundantiæ, non gemmarum magnificentiæ, non ædium splendori, non imperiis et militaribus præfecturis, non purpuræ, non diademati, non obsoniis et lautis epulis, neque aliis quibuslibet eorum, quæ sensus nostros inescare solent; sed iis omnibus valere jussis, regnum cælorum indesinenter appetamus. Hanc vero virtutem postquam nos docuit, dicere jubet: *Fiat voluntas tua, sicut in cælo, et in terra*. Postquam enim nobis futurorum amorem indidit, necnon regni cælestis concupiscentiam, hoc vulneratos desiderio ad hæc dicenda comparat, *Fiat voluntas tua, sicut in cælo, et in terra*. Da nobis, inquit, Domine, ut cælestem illam vitæ rationem sequamur, ut ea, quæ tu vis,

nos etiam velimus. Opitulare igitur debili voluntatis proposito, quod ea quæ jubes exsequi cupit, sed corporis infirmitate præpeditur : porrige manum currere quidem volentibus, sed ad claudicandum coactis. Alis instructa est anima, sed illam caro gravem efficit : hæc ad cælestia velox est, illa vero gravis et ad terrena proclivis. Adsit modo auxilium tuum, et ea, quæ fieri non posse videntur, facilia evadent. *Fiat* igitur *voluntas tua , sicut in cælo, et in terra.*

5. Quia vero terram commemorat, atque iis, qui ex terra procreati sunt, in illaque versantur terreno amicti corpore, congruenti cibo est opus, necessario subjunxit : *Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie.* Panem supersubstantialem petere jussit, non in delectamentum, sed in alimentum, quod decedit de corpore supplens, et interitum ex fame futurum depellens. Non instructas dapibus mensas, non obsonia varia, non delicatos ferculorum apparatus, non pistorum artificia, non vina odore demulcentia, et quæ alia palatum delectant, ventrem onerant, mentem obscurant, et corpori vires addunt ut insultet animæ, ac pullum aurigæ reddunt indocilem. Non hæc ut poscamus oratio docuit, sed *Supersubstantialem panem,* id est, qui in substantiam corporis transit, eamque confirmare potest. Hunc vero panem non ad multum annorum numerum petere jubemur, sed qui
Matth. 6. 34. ad hodiernum tantum diem satis sit : *Nolite,* inquit, *solliciti esse in crastinum.* Cur enim de crastino quis sollicitus sit, qui non ipsum diem crastinum certo visurus sit ; sed qui laborem suscipit, fructum non decerpit? In Deo igi-
Psal. 135. 25. tur fiduciam colloca, *Qui dat escam omni carni.* Qui tibi corpus dedit, animamque inspiravit, teque animal rationale constituit, atque omnia tibi bona ante formationem præparavit,
Matth. 5. 45. quomodo te formatum aspernabitur, *Qui solem suum oriri facit super malos et bonos, et pluit super justos et injustos?* Huic igitur si fidas, quotidianum tantum posce alimentum, illi crastini curam relinque, quemadmodum et bea-
Psal. 54. 23. tus Davit dixit : *Jacta super Dominum curam tuam, et ipse te enutriet.* Ita cum superioribus verbis supremam philosophiam docuisset, gnarus fieri non posse, ut nos homines mortali corpore circumdati non cadamus, etiam hoc dicere docuit : *Et dimitte nobis debita nostra,*

ἀσθενείας κωλυομένῃ· ὄρεξον χεῖρα τοῖς τρέχειν μὲν ἐπειγομένοις, χωλεύειν δὲ ἠναγκασμένοις. Ὑπόπτερος ἡ ψυχὴ, ἀλλὰ βαρύνει ταύτην ἡ σάρξ· ὀξεῖα ἐκείνη πρὸς τὰ οὐράνια, ἀλλὰ βραδεῖα αὕτη πρὸς τὰ ἐπίγεια· τῆς δὲ σῆς βοηθείας παρούσης, ἔσται δυνατὰ καὶ τὰ
D λίαν ἀδύνατα. Γενηθήτω τοίνυν τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς.

Καὶ ἐπειδὴ τῆς γῆς ἐμνημόνευσε, χρεία δὲ τοῖς ἐξ αὐτῆς γεγενημένοις καὶ ἐν αὐτῇ διαιτωμένοις, καὶ γηγενὲς σῶμα περικειμένοις, καὶ τῆς καταλλήλου τροφῆς, ἀναγκαίως ἐπήγαγε, Τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον. Ἄρτον ἐκέλευσεν αἰτεῖν ἐπιούσιον, οὐ τρυφὴν, ἀλλὰ τροφὴν, τὴν τὸ ἐλλεῖπον ἀναπληροῦσαν τοῦ σώματος, καὶ τὸν ἐκ λιμοῦ κωλύουσαν θάνατον· οὐ τραπέζας [a] φλεγμαινούσας, οὐδὲ ὄψων ποικιλίας, καὶ ὀψοποιῶν μαγγανείας, καὶ ἀρτοποιῶν ἐπινοίας, καὶ οἴνους ἀνθοσμίας, καὶ τἄλλα ὅσα
E τὸν μὲν λαιμὸν ἡδύνει, τὴν δὲ γαστέρα φορτίζει, τὴν δὲ διάνοιαν σκοτίζει, καὶ σκιρτᾷν τὸ σῶμα κατὰ τῆς ψυχῆς παρασκευάζει, καὶ δυσήνιον τῷ ἡνιόχῳ τὸν πῶλον ἐργάζεται. Οὐ ταῦτα ἡμᾶς αἰτεῖν ὁ λόγος ἐδίδαξεν, ἀλλ' Ἄρτον ἐπιούσιον, τοῦτ' ἔστιν, ἐπὶ τὴν οὐσίαν τοῦ σώματος διαβαίνοντα, καὶ συγκροτῆσαι ταύτην δυνάμενον. Καὶ τοῦτον δὲ οὐχ εἰς πολὺν ἐτῶν ἀριθμὸν αἰτεῖν ἐκελεύσθημεν, ἀλλὰ τὸν σήμερον ἡμῖν
31 ἀρκοῦντα μόνον· Μὴ μεριμνήσητε γὰρ, φησὶν, εἰς τὴν
A αὔριον. Τί δήποτε γὰρ περὶ τῆς αὔριον φροντίζει τις, ὁ τὴν αὔριον οὐ πάντως ὀψόμενος, ἀλλὰ τὸν μὲν πόνον δεχόμενος, τὸν δὲ καρπὸν οὐ δρεπόμενος; Θάῤῥησον τῷ Θεῷ τῷ διδόντι τροφὴν πάσῃ σαρκί. Ὁ τὸ σῶμά σοι δεδωκὼς, καὶ τὴν ψυχὴν ἐμφυσήσας, καὶ ζῶόν σε λογικὸν κατασκευάσας, καὶ πάντα σοι τὰ ἀγαθὰ πρὸ διαπλάσεως ἑτοιμάσας, πῶς σε διαπλασθέντα παρόψεται, Ὃς ἀνατέλλει τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους; Τούτῳ τοίνυν θαῤῥῶν, τὴν ἐφήμερον μόνην αἴτει τροφὴν, τῆς δὲ αὔριον αὐτῷ κατάλιπε τὴν φροντίδα, ὡς καὶ ὁ μακάριος ἔλεγε Δαυΐδ· Ἐπίῤῥιψον
B ἐπὶ Κύριον τὴν μέριμνάν σου, καὶ αὐτός σε διαθρέψει. Οὕτω διὰ τῶν εἰρημένων τὴν ἄκραν ἐκπαιδεύσας φιλοσοφίαν, εἰδὼς ὅτι τῶν ἀδυνάτων ἐστὶν, ἀνθρώπους ἡμᾶς ὄντας καὶ θνητὸν σῶμα περικειμένους μὴ πταίειν, ἐδίδαξε λέγειν, Καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν. Τρία κατ' αὐτὸν ἀγαθὰ διὰ τοῦδε τοῦ λόγου πραγματεύεται· τοὺς μὲν ἄκρους τὴν ἀρετὴν μετριότητα δι-

[a] Duo Mss. φλεγμαινούσας, καὶ εἰς ἡδονὰς ἐκμαινούσας.

διδάσκει φρονήματος, καὶ παρακελεύεται μὴ θαῤῥεῖν τοῖς κατορθώμασιν, ἀλλὰ δεδιέναι καὶ τρέμειν καὶ τῶν προτέρων ἁμαρτημάτων μνημονεύειν· ὡς καὶ ὁ θεσπέσιος ποιεῖ Παῦλος, μετὰ μυρία κατορθώματα λέγων· Ὅτι Ἰησοῦς Χριστὸς ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον ἁμαρτωλοὺς σῶσαι, ὧν πρῶτός εἰμι ἐγώ· οὐκ εἶπεν, C ἤμην, ἀλλ', Εἰμὶ, δεικνὺς ὅτι ἄπαυστον εἶχε τῶν εἰργασμένων τὴν μνήμην. Τοῖς μὲν οὖν ἄκροις τὴν ἀρετὴν ἀπὸ τῆς ταπεινοφροσύνης ἀσφάλειαν διὰ τούτων τῶν λόγων ἐμηχανήσατο· τοὺς δὲ πταίσαντας μετὰ τὴν τοῦ ἁγίου βαπτίσματος χάριν οὐκ ἀφίησιν ἀπογινώσκειν τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας, ἀλλ' αἰτεῖν διδάσκει παρὰ τοῦ ἰατροῦ τῶν ψυχῶν τῆς ἀφέσεως τὰ φάρμακα. Πρὸς δὲ τούτοις, καὶ φιλανθρωπίας διδασκαλίαν ὁ λόγος ὑποτίθεται. Βούλεται γὰρ ἡμᾶς ἡμέρους εἶναι περὶ τοὺς ὑπευθύνους, ἀμνησικάκους περὶ τοὺς εἰς ἡμᾶς πλημμελοῦντας, καὶ τῇ περὶ τούτους συγγνώμῃ ἑαυτοῖς δωρεῖσθαι συγγνώμην, καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς προεισφέρειν τῆς φιλανθρωπίας τὰ μέτρα. D Τοσοῦτον γὰρ αἰτοῦμεν λαβεῖν, ὅσον τοῖς πλησίον παρέχομεν, καὶ τοσαύτης ἀξιοῦμεν συγγνώμης τυχεῖν, ὅσην τοῖς ὀφείλουσι δωρούμεθα. Πρὸς τούτοις ἐκελεύσθημεν λέγειν, Καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμὸν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. Πολλὰ μὲν γὰρ ἡμῖν ἐκ διαβολικῆς ἐνεργείας προσγίνεται λυπηρὰ, πολλὰ δὲ καὶ ἐξ ἀνθρώπων, ἢ προφανῶς [a] ἐπηρεαζόντων, ἢ ἀφανῶς ἐπιβουλευόντων. Καὶ τὸ σῶμα ποτὲ μὲν ἐπανιστάμενον τῇ ψυχῇ, χαλεπὴν ἐργάζεται βλάβην· ποτὲ δὲ παντοδαποῖς ἀῤῥωστήμασι περιπῖπτον ὀδύνας ἡμῖν ἐπιφέρει καὶ ἀχθηδόνας. Ἐπειδὴ τοίνυν πολλὰ καὶ διάφορά ἐστι πολλαχόθεν προσπίπτοντα λυπηρὰ, ἐδιδάχθημεν παρὰ τοῦ E Θεοῦ τῶν ὅλων αἰτεῖν τὴν τούτων ἀπαλλαγήν. Αὐτοῦ γὰρ ἐπαμύνοντος, πᾶσα μὲν κατασβέννυται ζάλη, ὁ δὲ κλύδων εἰς γαλήνην μεθίσταται, καὶ ὑποχωρεῖ κατῃσχυμμένος ὁ πονηρὸς, καθάπερ ποτὲ τοὺς ἀνθρώπους καταλείπων κατὰ τῶν χοίρων ἐχώρησεν, οὐδὲ ἐκεῖνο ποιῆσαι τολμήσας δίχα τοῦ κελεύσαντος. Ὁ δὲ κατὰ χοίρων ἐξουσίαν οὐκ ἔχων, πῶς ἀνθρώπων ἐγρηγορό- 32 A των καὶ νηφόντων, καὶ ὑπὸ Θεοῦ φυλαττομένων, καὶ βασιλέα οἰκεῖον ἡγουμένων αὐτὸν κρατῆσαι δυνήσεται; Διὰ τοῦτο καὶ τῷ τέλει τῆς προσευχῆς, τοῦ Θεοῦ τὴν βασιλείαν καὶ τὴν δύναμιν καὶ τὴν δόξαν ὑπέδειξεν, εἰπών· [a] Ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία καὶ ἡ δύναμις καὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Ταῦτα γὰρ, φησὶν, αἰτῶ παρὰ σοῦ, ὅτι οἶδά σε βασιλέα πάντων, αἰώνιον κεκτημένον κράτος, καὶ πάντα δυνάμενον, ὅσαπερ ἂν θέλῃς, καὶ δόξαν κεκτημένον ἀναφαίρετον. Ὑπὲρ δὲ τούτων ἁπάντων εὐχαριστήσωμεν τῷ

sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Tria simul bona hisce verbis operatur: eos qui ad summum virtutis gradum pervenerunt de se mediocriter sentire docet, jubetque recte factis non confidere, sed formidare atque tremere præteritorum memores peccatorum: quod et divinus Paulus facit, post sexcenta præclare gesta dicens: *Quoniam Christus Jesus venit in mundum ad salvandum peccatores, quorum primus ego sum.* Non dixit, Eram, sed, *Sum*, præsentem se semper facinorum memoriam habere significans. Iis igitur qui in supremo virtutis gradu sunt, ex humilitate tutelam per hæc verba paravit: eos autem, qui post baptismi gratiam lapsi sunt, de salute desperare sua non sinit, sed docet ab animarum medico petere veniæ remedia. Ad hæc vero humanitatis doctrinam suggerit. Vult enim nos mites erga eos esse, qui culpæ sunt obnoxii, et injuriarum nobis illatarum immemores, ut per veniam ipsis datam et nos veniam consequamur: et ipsi præeuntes benignitatis modum et mensuram afferamus: tantum enim recipere postulamus, quantum proximo largiti sumus: et tantam veniam rogamus, quantam debitoribus concedimus. Insuperque dicere docemur, *Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo.* Multa namque nobis ex diaboli opera accedunt tristia: multa item ex hominibus, vel palam infestis, vel clam insidiantibus. Corpus etiam modo contra animam insurgens grave damnum infert; modo variis debilitatum morbis, dolores nobis atque languores parit. Itaque cum multa et varia nos undique tristia adoriantur, ab iis omnibus ut liberemur, a Deo universorum petere instituimur. Ipso namque vindice sedatur omnis tempestas, fluctus in tranquillitatem cedunt; malignusque ille pudefactus discedit, quemadmodum olim relictis hominibus, ad porcos discessit: neque tamen illud injussus facere est ausus. Qui vero ne in porcos quidem potestatem habet, quo pacto homines pervigiles animoque temperantes, Dei septos præsidio, qui eum Regem esse suum putant, vincere possit? Quapropter in fine orationis Dei regnum, virtutem et potentiam ostendit dicens: *Quoniam tuum est regnum et potestas et gloria in sæcula. Amen.* Hoc, inquit, abs te peto, qui te novi Regem omnium, æterno præditum imperio, qui omnia, quæcumque ve-

1. Tim. 1. 15.

[a] Hæc, ἐπηρεαζόντων ἢ ἀφανῶς, desunt in Editis; sed habentur in Mss.

[a] Hæc postrema clausula, quæ abest a Vulgata, in Bibliis Græcis legitur.

lis, potes, et gloria circumdatus es, quam nemo possit auferre. Pro his autem omnibus gratias agamus ei, qui nos tantis dignatus est bonis; quia ipsi convenit omnis gloria, honor et imperium, Patri, Filio et Spiritui sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

τοσούτων ἡμᾶς ἀξιώσαντι ἀγαθῶν, ὅτι αὐτῷ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ κράτος, τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

MONITUM

AD HOMILIAM IN PARALYTICUM

PER TECTUM DEMISSUM.

Hanc homiliam non publicavit Henricus Savilius; sed prior ex tenebris ex uno tantum Codice eruit Fronto Ducæus. Anni, quo habita hæc fuit, temporisque notam, meo judicio, non dubiam suppeditat Chrysostomus in exordio, cum ait se nuper de Paralytico, qui annis triginta octo infirmitate detentus fuerat, sermonem habuisse: ubi eam memorare prorsus videtur homiliam, quam contra Anomæos duodecimam posuimus Tomo I. In illa quippe contra Anomæos præcipue agitur, exemploque paralytici a morbo liberati æqualem paternæ Filii potestatem commonstrat S. doctor; quin etiam ut Filii cum Patre æqualitatem asserat, hunc Evangelii locum, *Pater meus usque modo operatur, et ego operor*, explanandum suscipit. Hinc etiam aliud argumentum eruimus, quo probatur hanc homiliam paucis post illam de alio paralytico diebus pronuntiatam fuisse; in hac enim quoque de Filii cum Patre æqualitate aliquot in locis, licet obiter, verba facit. Quare maxime movemur, ut hoc exordium, *Cum in paralyticum juxta piscinam in lecto jacentem nuper incidissemus, multum et ingentem thesaurum invenimus*, de illa homilia in Paralyticum triginta annorum Constantinopoli anno 398 habita intelligendum censeamus: atque adeo hanc homiliam in Paralyticum per tectum demissum paucis post diebus eodemque anno Constantinopoli habitam statuamus. In hac porro concione pluribus demonstrat Chrysostomus, evangelistas inter se maxime consentire; huncque paralyticum per tegulas demissum, diversum esse ab eo, qui juxta piscinam jacebat.

Interpretatio Latina est Frontonis Ducæi.

HOMILIA

In Paralyticum per tectum demissum, quod non sit ille, de quo apud Joannem agitur; deque Filii cum Patre æqualitate.

1. Cum in paralyticum juxta piscinam in lecto jacentem nuper incidissemus, multum et ingentem thesaurum invenimus, non terram effodientes, sed ejus animi sensa scrutantes: thesaurum invenimus non aurum et pretiosos lapides continentem, sed tolerantiam, philosophiam, patientiam, et multam in Deum spem, quæ auro

B

ΟΜΙΛΙΑ

Εἰς τὸν παραλυτικὸν διὰ τῆς στέγης χαλασθέντα, ὅτι οὐχ αὐτός ἐστιν ὁ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ κείμενος· καὶ περὶ τῆς τοῦ Υἱοῦ πρὸς τὸν Πατέρα ἰσότητος.

Περιτυχόντες πρῴην τῷ παραλυτικῷ περὶ τὴν κολυμβήθραν ἐπὶ τῆς κλίνης κειμένῳ, πολὺν καὶ μέγαν εὑρήκαμεν θησαυρὸν, οὐχὶ γῆν διορύξαντες, ἀλλὰ τὴν διάνοιαν αὐτοῦ διασκάψαντες· εὑρήκαμεν θησαυρὸν οὐχὶ ἀργύριον ἔχοντα καὶ χρυσίον καὶ λίθους τιμίους, ἀλλὰ καρτερίαν καὶ φιλοσοφίαν καὶ ὑπομονὴν καὶ πολλὴν τὴν πρὸς τὸν Θεὸν ἐλπίδα, ἣ παντὸς χρυ-

σίου καὶ πάσης εὐπορίας ἐστὶ τιμιωτέρα. Ὁ μὲν γὰρ 33 αἰσθητὸς πλοῦτος καὶ λῃστῶν ἐπιβουλαῖς πρόκειται, A καὶ συκοφαντῶν στόμασι, καὶ τοιχωρύχων χερσὶ καὶ οἰκετῶν κακουργίαις, καὶ ὅταν ἅπαντα ταῦτα διαφύγῃ, τότε τοῖς κεκτημένοις μέγιστον ἐπάγει πολλάκις τὸν ὄλεθρον, βασκάνων ὀφθαλμοὺς διεγείρων, καὶ μυρίους ἐκ τούτου τίκτων χειμῶνας. Ὁ δὲ πνευματικὸς πλοῦτος ἁπάσας ταύτας διέφυγε τὰς λαβὰς, καὶ πάσης ἐπηρείας ἐστὶν ἀνώτερος τοιαύτης, καὶ λῃστῶν καὶ τοιχωρύχων καὶ βασκάνων καὶ συκοφαντῶν καὶ αὐτοῦ καταγελῶν τοῦ θανάτου. Οὐδὲ γὰρ θανάτῳ διαζεύγνυται τοῦ κεκτημένου, ἀλλὰ τότε μάλιστα ἀσφαλεστέρα ἡ κτῆσις αὐτοῦ τοῖς ἔχουσι γίνεται, καὶ συναποδημεῖ, καὶ συμ- B μεθίσταται πρὸς τὴν μέλλουσαν ζωὴν, καὶ συνήγορος γίνεται θαυμαστὸς, οἷς ἂν ἐκεῖ συναπέλθῃ, καὶ ἵλεω καθίστησιν αὐτοῖς τὸν δικάζοντα. Τοῦτον καὶ ἡμεῖς τὸν πλοῦτον μετὰ πολλῆς τῆς δαψιλείας εὑρήκαμεν ἐν τῇ τοῦ παραλυτικοῦ κατορωρυγμένον ψυχῇ. Καὶ μάρτυρες ὑμεῖς οἱ μετὰ πολλῆς αὐτὸν ἐξαντλήσαντες τῆς προθυμίας, οὐ κενώσαντες δέ. Τοιαύτη γὰρ ἡ τοῦ πνευματικοῦ πλούτου φύσις· τὰς τῶν ὑδάτων ἐπιῤῥοίας μιμεῖται, μᾶλλον δὲ καὶ ἐκείνων νικᾷ τὴν ἀφθονίαν, τότε πλεονάζουσα μᾶλλον, ὅταν πολλοὺς ἔχῃ τοὺς ἀρυομένους αὐτήν. Εἰς γὰρ τὴν ἑκάστου ψυχὴν εἰσιὼν, οὐ μερίζεται, οὐδὲ ἐλαττοῦται, ἀλλ' ὁλόκλη- C ρον ἑκάστῳ παραγινόμενος ἀνάλωτος μένει διηνεκῶς, οὐδέποτε ἐπιλείπειν δυνάμενος· ὃ δὴ καὶ τότε συνέβαινε. Τοσούτων γὰρ ἐπιπεσόντων τῷ θησαυρῷ, καὶ πάντων τὰ κατὰ δύναμιν ἀρυομένων ἐκεῖθεν· καὶ τί λέγω περὶ ὑμῶν, ὅπου γε ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου μέχρι τῆς παρούσης ἡμέρας μυρίους ποιήσας εὐπόρους, ἐπὶ τῆς οἰκείας τελειότητος μένει; Μὴ τοίνυν ἀποκάμωμεν πρὸς τὴν πνευματικὴν ταύτην εὐπορίαν· ἀλλ' ὅσον δυνατὸν καὶ νῦν ἐξαντλήσωμεν, καὶ ἴδωμεν φιλάνθρωπον Δεσπότην, ἴδωμεν καρτερικὸν οἰκέτην. Τριάκοντα γοῦν καὶ ὀκτὼ ἔτη ἀῤῥωστίᾳ παλαίων ἀνιάτῳ καὶ μαστιζόμενος διηνεκῶς, οὐκ ἐδυσχέρανεν, D οὐκ ἀφῆκε ῥῆμα βλάσφημον, οὐ κατηγόρησε τοῦ πεποιηκότος, ἀλλὰ γενναίως καὶ μετὰ πολλῆς τῆς ἐπιεικείας τὴν συμφορὰν ἔφερεν ἐκείνην. Καὶ πόθεν τοῦτο δῆλον; φησίν· οὐδὲν γὰρ περὶ τῆς ἄνω ζωῆς αὐτοῦ σαφῶς ἡμᾶς ἐδίδαξεν ἡ Γραφὴ, ἀλλ' ὅτι μὲν τριάκοντα ὀκτὼ ἔτη εἶχεν ἐν τῇ ἀσθενείᾳ αὐτοῦ, δῆλον ἐποίησεν· ὅτι δὲ οὐκ ἐδυσχέρανεν, οὐδὲ ἠγανάκτησεν, οὐδὲ ἀπεδυσπέτησε, τοῦτο οὐκέτι προσέθηκεν. Καὶ μὴν καὶ τοῦτο δῆλον ἐποίησεν, εἴ τις ἀκριβῶς προσέχοι, καὶ μὴ παρέργως, μηδὲ ἁπλῶς. Ὅταν γὰρ E ἀκούσῃς ὅτι ἐπιστάντι Χριστῷ καὶ οὐκ ὄντι γνωρίμῳ, ἀλλ' ἀνθρώπῳ νομιζομένῳ ψιλῷ, μετὰ τοσαύτης ἐπιεικείας διελέγετο αὐτῷ, καὶ τὴν ἔμπροσθεν αὐτοῦ φιλοσοφίαν δυνήσῃ θεάσασθαι. Εἰπόντι γὰρ αὐτῷ,

quovis et lucro quovis est pretiosior. Nam sensibus quidem subjectæ divitiæ latronum insidiis, sycophantarum linguis, parietum perfossorum manibus, et famulorum sceleribus sunt obnoxiæ; cumque omnia ista effugerint, tum maximam dominis perniciem frequenter accersunt, dum invidorum oculos excitant, et pericula creant innumera: spirituales autem divitiæ petitiones istas omnes effugiunt, et ab injuriis istis omnibus sunt immunes, ac latrones, parietum perfossores, invidos, sycophantas, ipsam denique mortem aspernantur. Non enim domini morte divelluntur, sed tum maxime tutior fit dominis earum possessio: cum illis peregrinantur, et ad futuram commigrant vitam, patronæ fiunt illorum eximiæ, cum quibus illuc discesserint, et ipsis propitium judicem reddunt. Has invenimus nos quoque divitias admodum copiosas in paralytici mente defossas; testes vos estis, qui summa cum animi alacritate illas eruistis; nec tamen evacuastis. Talis quippe spiritualium est opum natura: influxus aquarum imitantur, vel potius illarum copiam vincunt, tumque magis exuberant, cum plures fuerint, a quibus hauriuntur. Dum enim in cujusque animum ingrediuntur, non dividuntur, nec imminuuntur, sed ad singulos integræ adveniunt, et apud eos perpetuo morantur inconsumtæ, nec deficere possunt umquam: quod nimirum tum etiam evenit. Cum enim tam multi in thesaurum inciderint, et omnes inde pro viribus hauserint: quid ego de vobis loquor, cum ex illo tempore ad hunc usque diem innumeros locupletarit, et integritatem suam retineat? Ne igitur spiritualem hunc quæstum sectantes defatigemur, sed quantum in nostra potestate situm erit, nunc etiam hauriamus, ac videamus Dominum benignum, videamus et servum patientem. Triginta quippe et octo annos cum immedicabili morbo conflictatus, ac perpetuo diverberatus, non ægre tulit, non blasphemum verbum emisit, non Creatorem accusavit, sed patienter calamitatem illam et multa cum animi æquitate tolerabat. Unde vero id constat? dicet aliquis: neque enim de præcedenti ejus vita clare Scriptura nos docuit, sed cum triginta octo annos egisse in infirmitate sua declaravit: quod autem non ægre tulerit, nec indignatus sit, neque stomachatus, hoc non diserte addidit. Attamen hoc etiam subindicavit, si quis diligenter attendat, et non perfunctorie et oscitanter. Cum enim audis eum, accedentem Christum, qui notus ipsi non erat, sed nudus homo

Spiritualium opum natura qualis sit.

Joan. 5. 5.

Paralytici quanta virtus

putabatur, tanta cum modestia esse alloquutum, præcedentem etiam illius probitatem ac philosophiam poteris spectare. Nam cum ei dixisset, *Vis sanus fieri?* nihil tale dixit, quale verisimile erat eum dicturum : Vides me paralysi resolutum tam diuturno tempore jacere, et interrogas, num sanus fieri velim ? venisti ut meis malis insultares, ut exprobrares, irrideres, et subsannares calamitatem? Nihil horum neque dixit, neque cogitavit, sed cum æquitate animi, *Profecto, Domine,* inquit. Quod si post annos octo et triginta adeo mitis, adeo modestus erat, cum omnes illi vires ac robur animi fractum ac debilitatum esset, cogita qualem illum fuisse sit probabile, cum mala tantum inciperent. Nostis quippe omnes non ita ægros initio morbi esse morosos, ut cum multum temporis elapsum fuerit : tum enim præcipue difficiles ægroti fiunt, cum infirmitas in longum tempus excreverit, tum omnibus sunt intolerabiles. Qui vero post tot annos ita philosophatur, ita patienter respondet, haud dubium, quin præcedenti quoque tempore cum frequenti gratiarum actione calamitatem illam toleraverit. Hæc igitur et nos cum animo nostro reputantes, conservi patientiam imitemur : sufficit enim ad nostras animas corroborandas illius paralysis : nec ullus est adeo supinus, et paralysi resolutus, ut si calamitatis illius gravitatem animo volvat, non omnia, quæ inciderint, mala patienter ferat, licet intolerabiliora sint omnibus. Nam neque sanitas ejus tantum, sed etiam morbus maximam nobis peperit utilitatem : cum ejus sanatio ad glorificandum Dominum animos auditorum excitarit, et morbus atque infirmitas ad patientiam vos instruxerit, et ad similem zelum cohortata sit, imo vero ipsam quoque Dei benignitatem ostenderit. Hoc enim ipsum, quod tantæ illum objecerit ægritudini, et in tantam temporis prolixitatem infirmitatem extenderit, maximæ indicium est sollicitudinis. Nam quemadmodum cum in conflatoriam fornacem aurifex aurum injecerit, tamdiu ab igne illud examinari sinit, quousque purius viderit: evasisse ita quoque Deus tamdiu hominum animas probari malis permittit, quousque puræ fiant, ac splendidæ, multamque ex illa exploratione utilitatem perceperint. Itaque hoc quoque beneficentiæ genus est maximum.

Comparantur afflictiones cum fornace.

2. Ne turbemur igitur, neve animo concidamus, si quando tentationes nos invaserint. Si enim aurifex novit, quanto tempore derelinqui aurum in fornace conveniat, et quando extrahi,

Θέλεις ὑγιὴς γενέσθαι; οὐδὲν εἶπεν οἷον εἰκὸς ἦν, ὅτι ὁρᾷς με παραλελυμένον χρόνον τοσοῦτον κατακείμενον, καὶ ἐρωτᾷς εἰ βούλομαι γενέσθαι ὑγιής; ἐπεμβῆναί μου τοῖς κακοῖς ἦλθες, ὀνειδίσαι, καὶ καταγελάσαι, καὶ κωμῳδῆσαι τὴν συμφοράν; 34 A Οὐδὲν τοιοῦτον οὐδὲ εἶπεν, οὐδὲ ἐνενόησεν, ἀλλὰ μετ' ἐπιεικείας, Ναὶ, Κύριε, φησίν. Εἰ δὲ μετὰ τριάκοντα ὀκτὼ ἔτη οὕτω πρᾶος ἦν, οὕτως ἐπιεικὴς, τῆς εὐτονίας αὐτῷ καταβληθείσης ἁπάσης καὶ τῆς δυνάμεως τῶν λογισμῶν, ἐννόησον ὁποῖον εἰκὸς εἶναι τοῦτον ἐν τοῖς προοιμίοις τῶν δεινῶν. Ἴστε γὰρ δήπου πάντες, ὅτι οὐχ ὁμοίως εἰσὶ δυσάρεστοι οἱ νοσοῦντες ἐν ἀρχῇ τῆς ἀῤῥωστίας καὶ πολλοῦ προϊόντος τοῦ χρόνου· τότε γὰρ μάλιστα δυσχερεῖς γίνονται οἱ νοσοῦντες, ὅταν εἰς μῆκος ἐπιδῷ τὸ νόσημα, τότε πᾶσιν ἀφόρητοι. Ὁ δὲ μετὰ τοσοῦτα ἔτη οὕτω φιλοσοφῶν, οὕτως ἀνεξικάκως ἀποκρινόμενος, εὔδηλον ὅτι καὶ τὸν ἔμπροσθεν χρόνον μετὰ πολλῆς τῆς εὐχαριστίας τὴν συμφορὰν B ἔφερεν ἐκείνην. Ταῦτα οὖν καὶ ἡμεῖς λογιζόμενοι μιμώμεθα τὴν ὑπομονὴν τοῦ συνδούλου· ἱκανὴ γὰρ ἡ παράλυσις ἐκείνου τὰς ἡμετέρας ἐπισφίγξαι ψυχάς· οὐδεὶς γὰρ οὕτω νωθρὸς καὶ παρειμένος, ὡς τὸ μέγεθος τῆς συμφορᾶς ἐννοήσας ἐκείνης, μὴ πάντα γενναίως ἐνεγκεῖν τὰ προσπίπτοντα δεινὰ, κἂν ἁπάντων ἀφορητότερα ᾖ. Οὔτε γὰρ ἡ ὑγίεια αὐτοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ νόσος μεγίστης ἡμῖν ὠφελείας γέγονεν αἰτία· ἥ τε γὰρ θεραπεία πρὸς δοξολογίαν τοῦ Δεσπότου καὶ τὰς τῶν ἀκουόντων ἤγειρε ψυχάς· ἥ τε νόσος καὶ ἡ ἀῤῥωστία πρὸς ὑπομονὴν ὑμᾶς ἤλειψε, καὶ πρὸς τὸν C ἴσον παρεκάλεσε ζῆλον· μᾶλλον δὲ καὶ αὐτὴν τοῦ Θεοῦ τὴν φιλανθρωπίαν ἐνεδείξατο. Καὶ γὰρ αὐτὸ τὸ παραδοῦναι τοιούτῳ νοσήματι, καὶ τὸν χρόνον ἐκτεῖναι τοσοῦτον τὴν ἀῤῥωστίαν, μεγίστης κηδεμονίας ἐστί. Καθάπερ γὰρ χρυσοχόος εἰς χωνευτήριον ἐμβαλὼν χρυσίον μέχρι τοσούτου ἐπιτρέπει βασανίζεσθαι τῷ πυρὶ, ἕως ἂν ἴδῃ γενόμενον καθαρώτερον· οὕτω δὴ καὶ ὁ Θεὸς μέχρι τοσούτου τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς ἀφίησιν ἐξετάζεσθαι ἐν δεινοῖς, ἕως ἂν γένωνται καθαραὶ καὶ διειδεῖς, καὶ πολλὴν ἀπὸ τῆς βασάνου ταύτης τὴν ὠφέλειαν καρπωσάμεναι· ὥστε καὶ τοῦτο· εὐεργεσίας εἶδός ἐστι τὸ μέγιστον.

D Μὴ τοίνυν θορυβώμεθα, μηδὲ ἀλύωμεν, πειρασμῶν ἐμπιπτόντων ἡμῖν. Εἰ γὰρ ὁ χρυσοχόος εἶδε πόσον μὲν ἀφιέναι ἐν τῇ καμίνῳ χρόνον δεῖ τὸ χρυσίον, πότε δὲ ἀνασπάσαι, καὶ οὐκ ἀφίησι μέχρι τοῦ

διαφθαρῆναι καὶ κατακαυθῆναι μένειν ἐν τῷ πυρί· πολλῷ μᾶλλον ὁ Θεὸς τοῦτο ἐπίσταται, καὶ ὅταν ἴδῃ καθαρωτέρους γενομένους, ἀφίησι τῶν πειρασμῶν, ὥστε μὴ τῷ πλεονασμῷ τῶν κακῶν ὑποσκελισθῆναι καὶ καταπεσεῖν. Μὴ τοίνυν δυσχεραίνωμεν, μηδὲ μικροψυχῶμεν, ἐπειδάν τι τῶν ἀδοκήτων ἐμπέσῃ· ἀλλὰ E παραχωρῶμεν τῷ ταῦτα μετὰ ἀκριβείας εἰδότι, ἕως ἂν βούλοιτο, πυροῦν τὴν διάνοιαν τὴν ἡμετέραν· συμφερόντως γὰρ τοῦτο ποιεῖ καὶ ἐπὶ κέρδει τῶν πειραζομένων. Διὰ τοῦτο σοφός τις παραινεῖ λέγων· Τέκνον, εἰ προσέρχῃ δουλεύειν τῷ Θεῷ, ἑτοίμασον τὴν ψυχήν σου εἰς πειρασμὸν, εὔθυνον τὴν καρδίαν σου, καὶ καρτέρησον, καὶ μὴ σπεύσῃς ἐν καιρῷ ἐπαγωγῆς. Αὐτῷ παραχώρησον, φησὶν, ἁπάντων· οἶδε γὰρ ἀκριβῶς πότε ἡμᾶς ἀνελέσθαι ἐκ τῆς καμίνου δεῖ τῶν κακῶν. Χρὴ τοίνυν αὐτῷ πανταχοῦ παραχωρεῖν, A καὶ διὰ παντὸς εὐχαριστεῖν, καὶ πάντα φέρειν εὐγνωμόνως, κἂν εὐεργετῇ, κἂν κολάζῃ, ἐπεὶ καὶ τοῦτο εὐεργεσίας ἐστὶν εἶδος. Καὶ γὰρ ἰατρὸς οὐχ ὅταν λούῃ, καὶ τρέφῃ, καὶ εἰς παραδείσους ἐξάγῃ τὸν κάμνοντα μόνον, ἀλλ' ὅταν καὶ καίῃ, καὶ τέμνῃ, ὁμοίως ἐστὶν ἰατρός· καὶ πατὴρ οὐχ ὅταν θεραπεύῃ τὸν υἱὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ ὅταν ἐκβάλλῃ τῆς οἰκίας, καὶ ὅταν ἐπιτιμᾷ, καὶ μαστίζῃ, ὁμοίως ἐστὶ πατὴρ, καὶ οὐχ ἧττον, ἢ ὅταν ἐπαινῇ. Εἰδὼς τοίνυν ὅτι καὶ ἰατρῶν ἁπάντων φιλοστοργότερος ὁ Θεὸς, μὴ περιεργάζου, μηδὲ ἀπαίτει τὰς εὐθύνας αὐτὸν τῆς ἰατρείας, ἀλλ' ἄν τε ἀνεῖναι βούληται, ἄν τε κολάζῃ, πρὸς ἑκάτερα ὁμοίως παρέχωμεν ἑαυτούς· δι' ἑκατέρων γὰρ πρὸς ὑγείαν B ἡμᾶς ἐπανάγει, καὶ πρὸς τὴν οἰκείωσιν τὴν ἑαυτοῦ, καὶ οἶδεν ὧν ἕκαστος χρείαν ἔχομεν, καὶ τί συμφέρον ἑκάστῳ, καὶ πῶς καὶ τίνι τρόπῳ σωθῆναι δεῖ, καὶ ταύτην ἡμᾶς ἄγει τὴν ὁδόν. Ἑπώμεθα τοίνυν οἶπερ ἂν αὐτὸς κελεύῃ, καὶ μηδὲν ἀκριβολογώμεθα, εἴτε διὰ ῥᾳδίας καὶ εὐκόλου, εἴτε διὰ χαλεπῆς καὶ τραχυτέρας ὁδοῦ βαδίζειν κελεύοι· ὥσπερ οὖν καὶ τὸν παράλυτον τοῦτον. Ἓν μὲν οὖν τοῦτο εὐεργεσίας εἶδος ἦν τὸ χρόνῳ τοσούτῳ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ καθαίρειν, ὥσπερ χωνευτηρίῳ τινὶ τῇ πυρώσει τῶν πειρασμῶν αὐτὴν παραδόντα· ἕτερον δὲ οὐκ ἔλαττον τούτου, τὸ C καὶ ἐν αὐτοῖς παρεῖναι τοῖς πειρασμοῖς, καὶ πολλὴν αὐτῷ παρέχειν τὴν παραμυθίαν. Αὐτὸς ἦν ὁ διακρατῶν αὐτὸν καὶ συνέχων, καὶ χεῖρα ὀρέγων, καὶ οὐκ ἀφιεὶς καταπεσεῖν. Ὅταν δὲ ἀκούσῃς ὅτι αὐτὸς ἦν, μὴ ἀποστερήσῃς τῶν ἐγκωμίων τὸν παράλυτον, μήτε ἐκεῖνον, μήτε ἄλλον τινὰ πειραζόμενον ἄνθρωπον καὶ καρτεροῦντα. Κἂν γὰρ μυριάκις φιλοσοφῶμεν, κἂν ἁπάντων ὦμεν ἰσχυρότεροι καὶ δυνατώτεροι, τῆς παρ' αὐτοῦ ῥοπῆς ἀπούσης, οὐδὲ πρὸς τὸν τυχόντα ἀντιστῆναι δυνησόμεθα πειρασμόν. Καὶ τί λέγω περὶ ἡμῶν τῶν εὐτελῶν καὶ ἀπερριμμένων; Κἂν γὰρ Παῦλός τις ᾖ, καὶ Πέτρος, κἂν Ἰάκωβος, κἂν Ἰωάν- D

neque sinit eousque in igne remanere, ut corrumpatur et exuratur : multo magis id Deo notum est, et cum puriores factos esse nos videt, tentationes remittit, ne malorum multiplicatione supplantemur et concidamus. Ne igitur ægre E feramus, nec animum despondeamus, si quid inopinatum acciderit : sed ei permittamus, qui accurate ista novit, ut quamdiu voluerit, animam nostram expurget : utiliter enim id agit, et in rem eorum qui tentantur. Quam ob causam sapiens quidam admonet, dicens : *Fili, si accedas ad serviendum Domino, præpara animam tuam ad tentationem ; dirige cor tuum, et sustine : et ne festines in tempore illationis.* Omnia, inquit, illi permitte : probe siquidem novit, quando nos e fornace malorum expediat A erui. Quamobrem illi ubique cedere oportet, ac perpetuo gratias agere, atque omnia æquo animo ferre, sive conferat beneficia, sive puniat, cum hoc quoque genus sit beneficii. Nam et medicus, non cum lavat solum, et nutrit, atque ad viridaria educit ægrotum ; sed et cum urit et secat, pari ratione medicus est : et pater non modo cum filio blanditur, sed etiam cum eum pellit ex ædibus et cum increpat, ac flagris cædit, pari ratione pater est, neque minus quam cum laudat. Cum igitur intelligas medicis omnibus indulgentiorem esse, ac majori affectu nos Deum prose- B qui, noli curiose inquirere, neque rationem ab eo exige curationis ; sed sive recreare voluerit, sive punire, ad utrumque pariter paratos nos exhibeamus : siquidem per utrumque nobis restituit sanitatem, et nos sibi reconciliat ; cumque noverit quibus indigeat quisque nostrum, et quid conferat cuique, et quo tandem modo servandus sit, hac via nos ille deducit. Sequamur igitur quo ille præceperit, neque exacte quidquam disquiramus, sive per planam et facilem, sive per difficilem asperamque viam incedere jusserit, quemadmodum et istum paralyticum. C Unum igitur hoc fuit genus beneficentiæ, quod tanto tempore animam ejus purgarit, eamque tamquam conflatoriæ cuidam fornaci tentationum probationi tradiderit : aliud autem nihilo inferius isto, quod in ipsis tentationibus illi adfuerit, multumque solatium illi præbuerit. Ipse erat, qui continebat eum, et retinebat, manumque porrigebat, neque collabi sinebat. Cum autem ipsum fuisse audis, noli paralyticum laude privare, nec illum nec alium hominem quemvis, qui tentetur et patienter ferat. Quantumvis enim D sæpe philosophemur, quamvis omnium robustis-

Eccle. 2. 1.

Cum medico et patre comparatur Deus.

Auxilium gratiæ di-

[illegible] simi simus ac validissimi, si illius absit auxilium, ne mediocri quidem poterimus tentationi resistere. Sed quid ego de nobis vilibus et abjectis loquor? Licet Paulus sit aliquis aut Petrus, licet Jacobus aut Joannes, subsidio cælesti privatus facile vincitur, et supplantur, et concidit. Ad hæc omnia tuenda vobis Christi ipsius voces
Luc. 22. 31. 32. recitabo: siquidem Petro dixit: *Ecce satanas petivit, ut cribraret vos sicut triticum: et ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua.* Quid est cribrare? Abducere, circumducere, exagitare, movere, concutere, divexare, sicut in iis quæ cribro ventilantur: at ego cohibebam, inquit, intelligens nequaquam posse vos tentationem sustinere; cum enim ait, *Ne deficiat fides tua,* hoc significat, futurum fuisse, ut fides ejus deficeret, si ille permisisset. Quod si Petrus fervidus amator Christi, qui animam suam millies pro ipso exposuit, quique semper ante cœtum prosilit apostolorum, et beatus a magistro suo prædicatur, ideoque Petrus appellatus est, quod inconcussa et immutabili fide præditus esset, dejectus fuisset, et a confessione excidisset, si, quantum vellet, tentare diabolo Christus permisisset, quis alius absque illius auxilio poterit umquam resistere? Quocirca dicit etiam Paulus,
1 Cor. 10. 13. *Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis: sed faciet cum tentatione proventum, ut possitis sustinere.* Non enim tantum, inquit, supra vires inferri tentationem non sinit, sed etiam in ipsa quæ pro ratione virium adhibetur, nos sustentans adest, et nos corroborat, cum nos priores quæ nostrarum sunt partium contulerimus, exempli causa, alacritatem animi, spem in ipsum, gratiarum actionem, tolerantiam, patientiam. Neque tantum in periculis, quæ vires nostras excedunt, sed in ipsis etiam quæ non excedunt, cælesti auxilio indigemus, ut generose possimus obsistere.
2. Cor. 1. 5. 4. Siquidem alibi quoque dicit: *Sicut abundant passiones Christi in nobis, ita et per Christum abundat consolatio nostra, ut nos possimus consolari eos, qui in omni pressura sunt, per exhortationem, qua exhortamur et ipsi a Deo.* Itaque is etiam qui hunc consolatus est, ipse est qui tentationem permisit inferri. Vide autem post curationem quantam sollicitudinem præ se ferat. Neque enim illo dimisso recessit, at postquam illum offendit in templo, ait,
Joan. 5. 14. *Ecce sanus factus es, noli amplius peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.* Si enim quod odio prosequeretur, puniri permisisset, non

νης, τῆς ἄνωθεν βοηθείας ἀποστερηθεὶς ἐλέγχεται ῥᾳδίως, καὶ ὑποσκελίζεται, καὶ καταπίπτει. Καὶ ὑπὲρ τούτων αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ φωνὴν ὑμῖν ἀναγνώσομαι· τῷ γὰρ Πέτρῳ φησίν· Ἰδοὺ ὁ σατανᾶς ᾐτήσατο, ἵνα σινιάσῃ ὑμᾶς ὡς τὸν σῖτον· κἀγὼ ἐδεήθην περὶ σοῦ, ἵνα μὴ ἐκλίπῃ ἡ πίστις σου. Τί ἐστι, σινιάσαι; Ἀγαγεῖν, περιαγαγεῖν, σαλεῦσαι, κινῆσαι, διαδονῆσαι, βασανίσαι, ὅπερ ἐπὶ τῶν κοσκινιζομένων γίνεται· ἀλλ' ἐγὼ, φησὶν, ἐπέσχον, εἰδὼς ὅτι τὸν πειρασμὸν ἐνεγκεῖν οὐ δύνασθε· τὸ γὰρ εἰπεῖν, Ἵνα μὴ ἐκλίπῃ ἡ πίστις σου, δηλοῦντός ἐστιν, ὅτι εἰ συνεχώ-
E ρησεν, ἐξέλιπεν ἂν αὐτοῦ ἡ πίστις. Εἰ δὲ Πέτρος ὁ θερμὸς ἐραστὴς τοῦ Χριστοῦ καὶ τὴν ψυχὴν ὑπὲρ αὐτοῦ μυριάκις ἐπιδοὺς, καὶ προπηδῶν ἀεὶ τοῦ χοροῦ τῶν ἀποστόλων, καὶ παρὰ τοῦ διδασκάλου μακαριζόμενος, καὶ διὰ τοῦτο Πέτρος κληθεὶς, ἐπειδὴ ἄσειστον εἶχε καὶ ἀπερίτρεπτον τὴν πίστιν, ἠνέχθη ἂν καὶ τῆς ὁμολογίας ἐξέπεσεν, εἰ συνεχώρησεν ὁ Χριστὸς τῷ διαβόλῳ πειράσαι ὅσον ἠβούλετο, τίς ἕτερος
36 στῆναι δυνήσεται χωρὶς τῆς αὐτοῦ βοηθείας; Διὰ
A τοῦτο καὶ Παῦλός φησι· Πιστὸς δὲ ὁ Θεὸς, ὃς οὐκ ἐάσει ὑμᾶς πειρασθῆναι ὑπὲρ ὃ δύνασθε, ἀλλὰ ποιήσει σὺν τῷ πειρασμῷ καὶ τὴν ἔκβασιν τοῦ δύνασθαι ὑμᾶς ὑπενεγκεῖν. Οὐ μόνον γὰρ, φησὶ, πειρασμὸν ὑπὲρ δύναμιν οὐκ ἀφίησιν ἐπενεχθῆναι, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ κατὰ δύναμιν ἐπαγομένῳ πάρεστι διαβαστάζων ἡμᾶς καὶ συγκροτῶν, ὅταν ἡμεῖς πρότερον τὰ παρ' ἑαυτῶν εἰσενέγκωμεν, οἷον προθυμίαν, ἐλπίδα τὴν εἰς αὐτὸν, εὐχαριστίαν, καρτερίαν, ὑπομονήν. Οὔτε γὰρ μόνον ἐν τοῖς ὑπὲρ δύναμιν κινδύνοις, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς κατὰ δύναμιν τῆς ἄνωθεν δεόμεθα βοη-
B θείας, εἰ μέλλοιμεν ἑστάναι γενναίως· καὶ ἀλλαχοῦ γάρ φησι· Καθὼς περισσεύει τὰ παθήματα Χριστοῦ εἰς ἡμᾶς, οὕτω διὰ τοῦ Χριστοῦ περισσεύει καὶ ἡ παράκλησις ἡμῶν, εἰς τὸ δύνασθαι ἡμᾶς παρακαλεῖν τοὺς ἐν πάσῃ θλίψει διὰ τῆς παρακλήσεως, ἧς παρακαλούμεθα αὐτοὶ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. Ὥστε καὶ ὁ τοῦτον παρακαλέσας αὐτός ἐστιν ὁ τὸν πειρασμὸν συγχωρήσας ἐπενεχθῆναι. Ὅρα δὲ καὶ μετὰ τὴν θεραπείαν πόσην κηδεμονίαν ἐπιδείκνυται. Οὐ γὰρ ἀφεὶς αὐτὸν ἀπῆλθεν, ἀλλ' εὑρὼν αὐτὸν ἐν τῷ ἱερῷ φησιν· Ἴδε ὑγιὴς γέγονας, μηκέτι ἁμάρτανε, ἵνα μὴ χεῖρόν τί σοι γένηται. Εἰ γὰρ μισῶν συνεχώρησε τὴν κόλασιν,
C οὐκ ἂν ἀπήλλαξεν, οὐκ ἂν πρὸς τὸ μέλλον ἠσφαλίσατο· τὸ δὲ λέγειν, Ἵνα μὴ χεῖρόν τί σοι γένηται, τὰ μέλλοντά ἐστι προαναστέλλοντος δεινά. Ἔλυσε τὴν νόσον, καὶ οὐκ ἔλυσε τὴν ἀγωνίαν· ἀπήλασε τὴν ἀῤῥωστίαν, καὶ οὐκ ἀπήλασε τὸν φόβον, ὥστε ἀκίνητον εἶναι τὴν γενομένην εὐεργεσίαν. Τοῦτο ἰατροῦ κηδεμονικοῦ μὴ τὰ παρόντα λύειν μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰ μέλλοντα ἀσφαλίζεσθαι, ὅπερ καὶ ὁ Χριστὸς ἐποίησε τῇ μνήμῃ τῶν παρελθόντων συγκροτῶν ἐκεί-

νου τὴν ψυχήν. Ἐπειδὴ γὰρ ἀπελθόντων τῶν ὀδυνώντων ἡμᾶς, συναπέρχεται καὶ ἡ μνήμη πολλάκις, βουλόμενος αὐτὴν μένειν διηνεκῆ, φησί· Μηκέτι ἁμάρτανε, ἵνα μὴ χεῖρόν τί σοι γένηται.

te liberasset, non in futurum communiisset : quod autem dicit, *Ne deterius aliquid tibi contingat*, indicat eum futuris malis obviam ire. Morbum depulit, et angorem non depulit : ægritudinem abegit, et metum non abegit, ut immotum maneat beneficium quod est collatum. Hoc providi est medici, ut non præsentia tantum mala depellat, sed et adversa futura præcaveat ; quod utique fecit et Christus, dum præteritorum memoria ipsius animam confirmavit. Nam quoniam ubi præterierint ea quæ nobis molestiam exhibebant, simul eorum memoria sæpe dilabitur, quod ipsam perpetuam velit manere, *Noli*, inquit, *amplius peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.*

Οὐχ ἀπὸ τούτου δὲ μόνον τὴν πρόνοιαν αὐτοῦ καὶ τὴν ἐπιείκειαν αὐτοῦ ἐστιν ἰδεῖν, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ αὐτῆς τῆς δοκούσης εἶναι ἐπιτιμήσεως. Οὐδὲ γὰρ ἐξεπόμπευσεν αὐτοῦ τὰ ἁμαρτήματα, ἀλλ' ὅτι μὲν δι' ἁμαρτήματα ἔπαθεν, ἅπερ ἔπαθεν, εἶπε· τίνα δὲ ἦν τὰ ἁμαρτήματα οὐκ ἐδήλωσεν, οὐδὲ εἶπε, τὸ καὶ τὸ ἥμαρτες, οὐδὲ, τὸ καὶ τὸ ἐπλημμέλησας, ἀλλ' ἑνὶ ψιλῷ ῥήματι τοῦτο ἐνδειξάμενος τῷ, Μηκέτι ἁμάρτανε, καὶ τοσοῦτον εἰπὼν, ὅσον ἀναμνῆσαι μόνον, σπουδαιότερον αὐτὸν πρὸς τὸ μέλλον εἰργάσατο, καὶ τὴν μὲν ὑπομονὴν αὐτοῦ καὶ τὴν ἀνδρείαν καὶ τὴν φιλοσοφίαν πᾶσαν δήλην ἡμῖν ἐποίησεν εἰς ἀναγκην αὐτὸν καταστήσας τοῦ πᾶσαν ἐκτραγῳδῆσαι τὴν συμφορὰν, καὶ τὴν σπουδὴν ἐπιδειξάμενος τὴν ἑαυτοῦ· Ἐν ᾧ γὰρ, φησὶν, ἐγὼ ἔρχομαι, ἄλλος πρὸ ἐμοῦ καταβαίνει· τὰ δὲ ἁμαρτήματα οὐκ ἐξεπόμπευσεν. Ὥσπερ γὰρ ἡμεῖς βουλόμεθα τὰ ἡμέτερα συσκιάζεσθαι, οὕτω καὶ ὁ Θεὸς πολλῷ πλέον ἢ ἡμεῖς· διὰ τοῦτο τὴν μὲν θεραπείαν ἐπὶ πάντων ἐποιήσατο, τὴν δὲ παραίνεσιν ἢ τὴν συμβουλὴν κατιδίαν ποιεῖται. Οὐδέποτε γὰρ ἡμῶν ἐκπομπεύει τὰ ἁμαρτήματα, πλὴν εἰ μή ποτε ἴδοι ἀναισθήτως ἔχοντας πρὸς αὐτά. Καὶ γὰρ ὅταν λέγῃ, Πεινῶντά με εἴδετε, καὶ οὐκ ἐθρέψατε· καὶ διψῶντα, καὶ οὐκ ἐποτίσατε, διὰ τοῦτο λέγει κατὰ τὸν παρόντα καιρὸν, ἵνα μὴ κατὰ τὸν μέλλοντα τούτων ἀκουσώμεθα τῶν ῥημάτων. Ἀπειλεῖ, ἐκπομπεύει ἐνταῦθα, ἵνα μὴ ἐκπομπεύσῃ ἐκεῖ· ὥσπερ οὖν καὶ καταστρέψαι διὰ τοῦτο ἠπείλησε τὴν τῶν Νινευιτῶν πόλιν, ἵνα μὴ καταστρέψῃ. Εἰ γὰρ ἠβούλετο δημοσιεύειν ἡμῶν τὰ ἁμαρτήματα, οὐκ ἂν προεῖπεν, ὅτι δημοσιεύσει· νῦν δὲ διὰ τοῦτο προλέγει, ἵνα τῷ φόβῳ τῆς δημοσιεύσεως ἐκείνης, εἰ καὶ μὴ τῷ φόβῳ τῆς κολάσεως σωφρονισθέντες, ἀπονιψώμεθα ἅπαντα. Τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος γίνεται· καὶ γὰρ ἄγει πρὸς τὴν κολυμβήθραν τῶν ὑδάτων τὸν ἄνθρωπον, οὐδενὶ δῆλα ποιήσας αὐτοῦ τὰ ἁμαρτήματα, ἀλλὰ τὴν μὲν δωρεὰν πᾶσι καθίστησι φανερὰν, καὶ

D 3. Neque vero ex hoc solum providentiam ejus et æquitatem licet intueri, sed ex ipsa, quæ videtur esse, increpatione. Nam peccata quidem ejus non propalavit, sed eum propter peccata passum esse quæ passus est, indicavit : quæ vero essent, peccata non indicavit : neque dixit, Hoc et illud peccasti, neque, In hoc et in illo deliquisti, sed uno simplici verbo id exprimens, *Noli amplius peccare*, tantumque dicens, quod ad eum admonendum necessarium erat, diligentiorem illum reddidit in futurum, et ipsius patientiam, E fortitudinem, ac philosophiam nobis omnem patefecit, cum illi necessitatem imposuit totam calamitatem suam quiritando divulgandi, ac studium suum ostendendi : *Dum venio enim ego, alius ante me descendit;* peccata vero non propalavit. Sicut enim nos obtegere nostra volumus, sic et Deus multo magis quam nos : quam ob causam et coram omnibus medicinam fecit, adhortationem autem et consilium privatim adhibet. Numquam enim evulgat peccata nostra, nisi forte si quando nos viderit nullo eorum sensu af- 37 A fici. Nam et cum dicit : *Esurientem me vidistis, et non aluistis, et sitientem, et non potastis*, propterea dicit in præsenti tempore, ne forte in futuro verba hæc audiamus. Minatur, evulgat in hac vita, ne in illa evulget, quemadmodum et Ninivitarum civitatem se minatus est eversurum, ut non everteret. Si enim peccata vellet nostra publicare, nequaquam se publicaturum prædixisset : jam vero idcirco prædicit, ut publicationis illius metu, si minus supplicii metu castigati, omnia abstergamus. Hoc et in baptismo fit : siquidem ad aquarum lavacrum hominem B deducit, nec ulli ejus peccata patefacit : sed donum quidem manifestum omnibus reddit, et notum : peccata vero præter se et ipsum, cui

Joan. 5. 7.

Matth. 25. 42

remissio tribuitur, nemo alius novit. Hoc et in isto accidit : reprehensio remotis arbitris adhibetur, imo vero non reprehensio tantum, sed et excusatio quædam est hæc oratio, quasi ob tantam illatam afflictionem se excusaret, eique diceret, et significaret non temere, neque frustra permissum esse, ut ipse tanto tempore affligeretur, peccata in memoriam illi revocavit, et causam
Joan. 5. 14. aperuit infirmitatis. *Cum* enim, inquit, *invenisset eum in templo, dixit illi : Noli amplius* C *peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.*

Transit ad posteriorem Paralyticum. *Matth.* 9. Quando igitur ex priori paralytico tantum fructum collegimus, age jam ad alterum etiam veniamus, de quo apud Matthæum agitur. Nam et in metallorum fodinis ubi quis plus auri repererit, illic effodit rursus : et multos scimus eorum, qui negligenter legerunt, unum et eumdem esse putare paralyticum, de quo apud quatuor evangelistas agitur. Atqui non est idem. Quamobrem erigite vos, ac diligenter attendite. Neque D enim de rebus trivialibus quæstio habetur, sed et adversus gentiles et adversus Judæos, et adversus multos hæreticos utilis hæc erit oratio,
Evangelistæ non inter se pugnant. ubi conveniens solutio fuerit addita. Nam et ita reprehendunt omnes evangelistas tamquam inter se pugnantes ac dissonantes. Atqui non ita res se habet, absit : licet diversæ personæ sint, una est Spiritus gratia, qua cujusque anima movetur: at ubi Spiritus est gratia, caritas, gaudium, pax; bellum non est, nec discordia, nec pugna, nec ulla contentio. Quo tandem igitur pacto manifestum reddemus hunc non esse illum paralyticum, sed alterum ab illo diversum? Ex multis indiciis E cum loci tum temporis, et occasionum, et diei, et ex modo curationis, et ab adventu medici, et ejus qui curatus est solitudine. Quid tum postea? dicet aliquis : nam et alia signa nonne diversa ratione multi evangelistæ narrarunt? At enim aliud est diverse narrare, aliud contrario modo : siquidem illud dissonantiam nullam gignit aut pugnam : in hoc vero quod est præ manibus, multa apparet repugnantia, nisi alterum esse ostendatur in piscina paralyticum, quam is, de quo tres evangelistæ scripserunt. Atque ut in- 29 A telligatis quid sit diverse et quid contrarie loqui : unus ex evangelistis dixit crucem portasse Chri-
Quid sit diversa loqui et contraria. stum, alter autem Simonem Cyrenæum : hoc vero contrarietatem nullam gignit, aut pugnam. Qui potest, inquit, non esse contrarium, portare et non portare? Quia nimirum utrumque accidit. Et cum exiissent quidem ex prætorio, portavit Christus : cum autem longius progressi es-

ποιεῖ δήλην, τὰ δὲ ἁμαρτήματα πλὴν αὐτοῦ καὶ τοῦ τὴν ἄφεσιν λαμβάνοντος οὐδεὶς ἕτερος οἶδε. Τοῦτο καὶ ἐπὶ τούτου γέγονε, καὶ ἀμάρτυρον ποιεῖται τὸν ἔλεγχον, μᾶλλον δὲ οὐχ ἔλεγχος μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπολογία τὸ εἰρημένον ἐστὶν, ὥσπερ ὑπὲρ τῆς τοσαύτης κακώσεως ἀπολογούμενος καὶ λέγων αὐτῷ, καὶ δεικνὺς, ὅτι οὐ μάτην, οὐδὲ εἰκῆ τοσοῦτον αὐτὸν ἐπέτρεψε κακωθῆναι χρόνον, τῶν ἁμαρτημάτων ἀνέμνησεν αὐτὸν, καὶ τὴν αἰτίαν εἶπε τῆς ἀῤῥωστίας. Εὑρὼν γὰρ αὐτὸν, φησὶν, ἐν τῷ ἱερῷ, εἶπεν αὐτῷ· μηκέτι ἁμάρτανε, ἵνα μὴ χεῖρόν τί σοι γένηται. Ἐπεὶ οὖν τοσαῦτα ἐκαρπωσάμεθα ἐκ τοῦ προτέρου παραλύτου, φέρε ἔλθωμεν καὶ ἐφ' ἕτερον κἂν παρὰ τῷ Ματθαίῳ κείμενον. Καὶ γὰρ καὶ ἐν τοῖς μετάλλοις ὅπουπερ ἂν εὕροι τις χρυσίον, πλέον ἐκεῖ διασκάπτει πάλιν· καὶ οἶδα μὲν ὅτι πολλοὶ τῶν ἁπλῶς ἀναγινωσκόντων ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν εἶναι νομίζουσι παράλυτον παρὰ τοῖς τέσσαρσιν εὐαγγελισταῖς κείμενον· οὐκ ἔστι δέ. Διὸ χρὴ διαναστῆναι καὶ προσέχειν μετὰ ἀκριβείας. Οὐ γὰρ ὑπὲρ τῶν τυχόντων ἡ ζήτησίς ἐστιν, ἀλλὰ καὶ πρὸς Ἕλληνας, καὶ πρὸς Ἰουδαίους, καὶ πρὸς πολλοὺς τῶν αἱρετικῶν χρήσιμος ὁ λόγος οὗτος ἔσται, τὴν προσήκουσαν λύσιν λαβών. Καὶ γὰρ οὕτω πάντες τοῖς εὐαγγελισταῖς ἐγκαλοῦσιν ὡς μαχομένοις καὶ διαφωνοῦσιν· οὐκ ἔστι δὲ, μὴ γένοιτο, ἀλλ' εἰ καὶ διάφορα τὰ πρόσωπα, μία τοῦ Πνεύματος ἡ χάρις ἐστὶν, ἡ τὴν ἑκάστου κινοῦσα ψυχήν· ὅπου δὲ τοῦ Πνεύματος χάρις, ἀγάπη, χαρὰ, εἰρήνη· πόλεμος καὶ ἀμφισβήτησις οὐκ ἔστι, καὶ μάχη καὶ φιλονεικία τις. Πῶς οὖν ποιήσομεν φανερὸν, ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ παράλυτος οὗτος ἐκεῖνος, ἀλλ' ἕτερος παρ' ἐκεῖνον; Ἀπὸ πολλῶν σημείων, καὶ τόπου, καὶ χρόνου, καὶ καιρῶν, καὶ ἡμέρας, καὶ ἀπὸ τοῦ τρόπου τῆς θεραπείας, καὶ ἀπὸ τῆς παρουσίας τοῦ ἰατροῦ, καὶ ἀπὸ τῆς ἐρημίας τοῦ θεραπευθέντος. Καὶ τί τοῦτο, φησί; καὶ γὰρ ἕτερα σημεῖα οὐχὶ διαφόρως ἀπήγγειλαν πολλοὶ τῶν εὐαγγελιστῶν; Ἀλλ' ἕτερόν ἐστι διαφόρως εἰπεῖν, καὶ ἕτερον ἐναντίως· ἐκεῖνο μὲν γὰρ διαφωνίαν οὐ ποιεῖ τινα, οὐδὲ μάχην· τοῦτο δὲ τὸ νῦν προκείμενον ἡμῖν πολλὴν ἔχει τὴν ἐναντίωσιν, εἰ μὴ δειχθείη ἕτερος ὢν ὁ ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ παραλυτικὸς παρ' ἐκεῖνον τὸν ἐν τοῖς τρισὶν ἀναγεγραμμένον. Καὶ ἵνα μάθητε τί ποτέ ἐστι διαφόρως, καὶ τί ποτέ ἐστιν ἐναντίως εἰπεῖν, τῶν εὐαγγελιστῶν ὁ μὲν ὅτι ὁ Χριστὸς τὸν σταυρὸν ἐβάσταζεν εἶπεν, ὁ δὲ ὅτι Σίμων ὁ Κυρηναῖος· τοῦτο δὲ ἐναντίωσίν τινα οὐ ποιεῖ, οὐδὲ μάχην. Καὶ πῶς οὐκ ἔστιν ἐναντίον, φησὶ, τὸ βαστάζειν τῷ μὴ βαστάζειν; Ὅτι ἀμφότερα γέγονε. Καὶ ἐξελθόντων μὲν ἐκ τοῦ πραιτωρίου, ὁ Χριστὸς ἐβάσταζε· προϊόντων δὲ, ὁ Σίμων ἔλαβεν ἀπ' αὐτοῦ καὶ ἔφερε. Πάλιν ἐπὶ τῶν λῃστῶν, ὁ μέν φησιν, ὅτι οἱ δύο αὐτὸν ἐβλασφήμουν· ὁ δὲ ὅτι

ὁ εἷς ἐπεστόμιζε τὸν κατηγοροῦντα. Ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο πάλιν ἐναντίον. Διατί; Ὅτι καὶ ἐνταῦθα ἀμφότερα γέγονε καὶ παρὰ μὲν τὴν ἀρχὴν ἀμφότεροι ἦσαν οἱ πονηρευόμενοι· μετὰ δὲ ταῦτα σημείων γενομένων καὶ τῆς γῆς κλονουμένης, καὶ τῶν πετρῶν B σχιζομένων, καὶ ἡλίου κρυπτομένου, θάτερος αὐτῶν μετεβλήθη, καὶ σωφρονέστερος γέγονε, καὶ τὸν ἐσταυρωμένον ἐπέγνω, καὶ τὴν βασιλείαν ὡμολόγησε τὴν ἐκείνου. Ἵνα γὰρ μὴ νομίσῃς, ὅτι ἀνάγκῃ τινὶ καὶ βίᾳ τινὸς ἔνδοθεν ὠθοῦντος αὐτὸν τοῦτο γίνεται, μηδὲ διαπορῇς, δείκνυσί σοι καὶ ἐν τῷ σταυρῷ τὴν πονηρίαν αὐτοῦ ἔτι διατηροῦντα τὴν προτέραν, ἵνα εἰδῇς, ὅτι οἴκοθεν καὶ παρ' ἑαυτοῦ μεταβαλόμενος, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος ἀπολαύσας, οὕτω βελτίων ἐγένετο.

Καὶ ἕτερα πολλὰ τοιαῦτά ἐστιν ἐκ τῶν εὐαγγελίων ἀναλέγεσθαι, ἃ δοκεῖ μὲν ἐναντιώσεως ὑποψίαν ἔχειν, C οὐκ ἔστι δὲ ἐναντίωσις, ἀλλὰ καὶ τὰ παρὰ τούτου καὶ τὰ παρ' ἐκείνου εἰρημένα [a] γεγένηται· εἰ δὲ μὴ κατὰ τὴν αὐτὴν ὥραν, καὶ ὁ μὲν πρότερον, ὁ δὲ τὸ δεύτερον εἴρηκεν· ἐνταῦθα δὲ οὐδὲν τοιοῦτόν ἐστιν· ἀλλὰ τὰ πλῆθος τῶν εἰρημένων σημείων δείκνυσι καὶ τοῖς ὁπωσοῦν προσέχουσιν, ὅτι ἕτερος μὲν αὐτὸς ἦν, ἕτερος δὲ ἐκεῖνος. Οὐ μικρὰ δὲ καὶ αὕτη γένοιτ' ἂν ἀπόδειξις πρὸς τὸ δεῖξαι τοὺς εὐαγγελιστὰς συμφωνοῦντας ἀλλήλοις, καὶ οὐ μαχομένους. Ἂν μὲν γὰρ αὐτὸς ᾖ, πολλὴ ἡ μάχη· ἂν δὲ ἕτερος ἐκεῖνος, D πᾶσα ἀμφισβήτησις λέλυται. Φέρε οὖν αὐτὰς τὰς αἰτίας εἴπωμεν, δι' ἃς οὔ φαμεν τοῦτον εἶναι ἐκεῖνον. Τίνες οὖν εἰσιν αὗται; Ὁ μὲν ἐν Ἱεροσολύμοις θεραπεύεται, οὗτος δὲ ἐν Καπερναοὺμ, καὶ ὁ μὲν παρὰ τὴν κολυμβήθραν τῶν ὑδάτων, οὗτος δὲ ἐν οἰκίσκῳ τινί· ἰδοὺ ἀπὸ τοῦ τόπου· κἀκεῖνος μὲν ἐν ἑορτῇ· ἰδοὺ ἀπὸ τοῦ καιροῦ· κἀκεῖνος μὲν τριάκοντα καὶ ὀκτὼ ἔτη εἶχεν ἐν τῇ ἀσθενείᾳ· περὶ τούτου δὲ οὐδὲν τοιοῦτον ὁ εὐαγγελιστής· ἰδοὺ καὶ ἀπὸ τοῦ χρόνου· κἀκεῖνος μὲν ἐθεραπεύθη ἐν σαββάτῳ· ἰδοὺ καὶ ἀπὸ ἡμέρας· εἰ γὰρ ἐν σαββάτῳ ἐθεραπεύθη καὶ οὗτος, οὐδ' ἂν τοῦτο παρεσιώπησεν ὁ Ματθαῖος, οὐδ' ἂν ἡσύχασαν οἱ παρόντες Ἰουδαῖοι· οἱ γὰρ καὶ μὴ ἐν E σαββάτῳ θεραπευθέντος αὐτοῦ δυσχεράναντες δι' ἄλλην αἰτίαν, πολλῷ μᾶλλον εἰ καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ καιροῦ λαβὴν ἔσχον, οὐκ ἂν ἐφείσαντο τῶν ἐγκλημάτων τῶν κατὰ τοῦ Χριστοῦ. Καὶ οὗτος μὲν πρὸς τὸν Χριστὸν φέρεται· πρὸς ἐκεῖνον δὲ αὐτὸς ὁ Χριστὸς παραγίνεται, κἀκείνῳ μὲν οὐδεὶς ἄνθρωπος ἦν ὁ βοηθήσων· Κύριε γὰρ, φησὶν, ἄνθρωπον οὐκ ἔχω· οὗτος δὲ πολλοὺς εἶχε τοὺς προσήκοντας, οἳ καὶ διὰ τοῦ στέγους αὐτὸν ἐχάλασαν. Κἀκείνου μὲν πρὸ τῆς ψυχῆς τὸ 39 A σῶμα διώρθωσε· πρότερον γὰρ αὐτοῦ τὴν παράλυ-

sent, Simon ab illo accepit et tulit. Rursus de latronibus unus quidem ait duos ipsum blasphemasse, alter vero, unum compescuisse illum qui accusabat. Sed neque hoc rursus est contrarium. Quid ita? Quoniam hic quoque utrumque accidit, atque initio quidem uterque improbe se gerebat: postea vero cum facta essent miracula, terra mota, petræ scissæ, et sol absconditus, alter eorum conversus et modestior est factus, et crucifixum agnovit, ejusque regnum confessus est. Nam ne forte existimares necessitate quadam ac vi cujusdam intus eum impellentis hoc fieri, neve dubitares, illum in cruce tibi exhibet priorem adhuc improbitatem retinentem, ut agnoscas eum sponte atque a seipso mutatum, Deique gratia donatum ita meliorem evasisse.

4. Alia quoque multa ejusmodi ex evangeliis colligere licet, quæ videntur suspicionem habere repugnantiæ: sed nulla tamen est repugnantia, sed et quæ ab hoc, et quæ ab illo dicta sunt, evenerunt: tametsi non eadem hora, et unus primum illud dixit, alter illud secundum: at hoc loco nihil est tale, sed eorum indiciorum multitudo, quæ notata sunt, iis, qui utcumque animum adverterint, ostendit alterum hunc fuisse, et alterum illum. Neque vero mediocris ista esse potest demonstratio ad probandum evangelistas inter se consentire, non pugnare. Si enim idem sit, magna pugna: sin autem alter est ille, sublata est omnis dubitatio. Age igitur causas ipsas proponamus, quibus adducti dicimus hunc illum non esse. Quænam illæ porro sunt? Ille sanatur Jerosolymis, hic vero in Capharnaum, et ille quidem juxta piscinam aquarum, iste autem in quodam cubiculo, ecce indicium a loco: atque ille quidem in die festo, ecce a temporis conditione: et ille quidem triginta et octo annos habebat in infirmitate sua; de hoc autem nihil tale evangelista narrat, ecce a tempore: et ille quidem in sabbato sanatus est, ecce a die: si enim in sabbato fuisset hic quoque sanatus, neque id tacuisset Matthæus, neque Judæi, qui aderant, quievissent: qui enim etiam tum cum ille in sabbato sanatus non est, aliam ob causam indignati sunt, multo magis si a tempore data esset ansa reprehendendi, nequaquam jactandis in Christum criminationibus pepercissent. Atque hic quidem ad Christum defertur, ad illum autem Christus accedit, et illi nullus erat homo qui suppetias ferret: *Domine* enim, inquit, *hominem non habeo*: iste vero multos habebat pro-

Quibus distinguantur duo Paralytici.

Joan. 5. 7.

[a] [Legendum videtur γεγένηται, εἰ καὶ μὴ κ. τ. α. ὥ., καὶ ὁ μὲν τὸ πρ.]

pinquos, qui et per tectum illum demiserunt. Et illius quidem ante animam corpus correxit: siquidem cum prius paralysim ejus sanasset, deinde dixit, *Ecce sanus factus es, noli amplius peccare:* hic autem non ita: sed cum prius animæ
Matth. 9. illius medicatus esset (ait enim ipsi: *Confide, fili, remittuntur tibi peccata tua*), tum deinde paralysim sanavit. Hunc igitur illum non esse clare nobis ex his est demonstratum: jam autem ad ipsum narrationis initium veniendum est, ac videndum, quo pacto hunc et quo pacto illum sanarit Christus, et cur diversa ratione: cur hunc in sabbato, illum non in sabbato, et ad illum ipse venerit, hunc autem exspectaverit ad se deferri, et quam ob causam illius corpori prius, hujus vero animæ prius medeatur. Neque enim temere aut sine causa ista facit, cum sapiens sit et providus. Attendamus igitur, eumque medentem contemplemur. Si enim cum medici quemdam secant, uruntve, aut alio quodam modo mutilatum et debilitatum incidunt, ac membrum amputant, multi tam ægrum quam medicum circumstant ista facientem, multo magis nos hoc loco id agere oportet, quanto et medicus major, et gravior morbus est, qui non arte humana, sed gratia divina curatur. Atque illic quidem pellem concisam cernere licet, saniem defluentem, putredinem evacuatam, ac multam molestiam ex illo allatam spectaculo sustinere, doloremque non mediocrem et angorem, quem non modo vulnerum conspectus, sed eorum etiam, qui uruntur secanturque, cruciatus inurit: nullus enim est adeo saxeus, ut cum illis, qui talia patiuntur, adstiterit, ac lamentantes audiverit, non commoveatur, confundatur, et ingentem animo concipiat mœrorem: verumtamen ob spectandi cupiditatem hæc omnia sustinemus. Hic autem nihil tale cernere licet, non ignem admoveri, non ferrum immergi non sanguinem fundi, non ægrum cruciari, non lamentari: in causa vero est medici sapientia, quæ nullis indiget rebus externis, sed ipsa sufficit sibi. Siquidem sufficit tantum ut imperet, et omnia mala pelluntur. Neque vero admiratione dignum hoc est, quod tanta facilitate medicinam faciat, sed quod sine dolore, nec ullam molestiam afferat iis qui curantur. Quando igitur et miraculum majus et copiosior medicina, et ab omni tristitia immunis spectatoribus voluptas offertur, age diligenter curantem Christum spectemus. *Et ascendens* Jesus *in naviculam transfretavit, et*

Incisiones et ustiones medicorum comparantur cum curatione ista.

Matth 9. 1. 2.

σιν σφίγξας, τότε φησίν· Ἴδε ὑγιὴς γέγονας, μηκέτι ἁμάρτανε· ἐνταῦθα δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ πρότερον αὐτοῦ τὴν ψυχὴν ἰασάμενος (φησὶ γὰρ αὐτῷ· Θάρσει, τέκνον, ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου), τότε τὴν παράλυσιν διώρθωσεν. Ὅτι μὲν οὖν οὐκ ἔστιν οὗτος ἐκεῖνος, ἀπὸ τούτων ἡμῖν σαφῶς ἀποδέδεικται, δεῖ δὲ λοιπὸν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ διηγήματος ἐλθόντας ἰδεῖν, πῶς μὲν τοῦτον, πῶς δὲ ἐκεῖνον ἐθεράπευσεν ὁ Χριστὸς, καὶ διὰ τί διαφόρως· διὰ τί τὸν μὲν ἐν σαββάτῳ, ἐκεῖνον δὲ οὐκ ἐν σαββάτῳ, καὶ πρὸς ἐκεῖνον μὲν αὐτὸς ἦλθε, τοῦτον δὲ ἀνέμεινε πρὸς B αὐτὸν κομισθῆναι, καὶ διὰ τί ἐκείνου μὲν τὸ σῶμα πρότερον, τούτου δὲ τὴν ψυχὴν πρότερον ἰᾶται. Οὐ γὰρ ἁπλῶς, οὐδὲ εἰκῇ ταῦτα ποιεῖ, σοφὸς ὢν καὶ προνοητικός. Προσέχωμεν τοίνυν, καὶ ἴδωμεν αὐτὸν θεραπεύοντα. Εἰ γὰρ ἐπὶ τῶν ἰατρῶν, ἐπειδὰν τέμνωσιν, ἢ καίωσιν, ἢ καὶ ἄλλῳ τρόπῳ πεπηρωμένον καὶ ἐξησθενηκότα ἀνατέμνωνται, καὶ κατατέμνωσι μέλος, πολλοὶ περιστοιχίζονται τόν τε ἄῤῥωστον καὶ τὸν ταῦτα ποιοῦντα ἰατρὸν, πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς ἐνταῦθα τοῦτο ποιεῖν χρὴ, ὅσῳ καὶ ἰατρὸς μείζων, καὶ τὸ νόσημα χαλεπώτερον, οὐκ ἀνθρωπίνῃ τέχνῃ, ἀλλὰ θείᾳ κατορθούμενον χάριτι. Κἀκεῖ μὲν καὶ δέρμα ἐστὶν C ἰδεῖν τεμνόμενον, καὶ ἰχῶρα ῥέοντα, καὶ σηπεδόνα κινουμένην, καὶ πολλὴν ἀηδίαν ἀπὸ τῆς θεωρίας ἐγγινομένην ὑπομεῖναι, καὶ πολλὴν ὀδύνην καὶ λύπην, οὐκ ἀπὸ τῆς ὄψεως τῶν τραυμάτων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς ἀλγηδόνος τῶν καιομένων καὶ τῶν τεμνομένων· οὐδεὶς γὰρ οὕτω λίθινος, * ὡς παρεστὼς τοῖς ταῦτα πάσχουσι, καὶ ἀκούων ὀλολυζόντων, οὐχὶ κατακλᾶται, καὶ συγχεῖται, καὶ πολλὴν τῇ ψυχῇ δέχεται τὴν ἀθυμίαν· ἀλλ' ὅμως διὰ τὴν ἐπιθυμίαν τῆς θεωρίας ταῦτα πάντα ὑπομένομεν. Ἐνταῦθα δὲ οὐδὲν τοιοῦτόν ἐστιν ἰδεῖν, οὐ πῦρ προσαγόμενον, οὐ σίδηρον βαπτιζόμενον, οὐχ αἷμα ῥέον, οὐ τὸν κάμνοντα ὀδυνώμε- D νον, οὐκ ὀλολύζοντα· τὸ δὲ αἴτιον, ἡ σοφία τοῦ ἰατρεύοντος, οὐδενὸς δεομένη τούτων τῶν ἔξωθεν, ἀλλ' αὐτὴ ἑαυτῇ αὐτάρκης οὖσα. Ἀρκεῖ γὰρ ἐπιτάξαι μόνον, καὶ πάντα λύεται τὰ δεινά. Οὐ τοῦτο δέ ἐστι τὸ θαυμαζόμενον, ὅτι μετ' εὐκολίας τοσαύτης ποιεῖται τὴν ἰατρείαν, ἀλλ' ὅτι καὶ ἀνωδύνως, οὐδένα πόνον ἐπάγων τοῖς θεραπευομένοις. Ἐπεὶ οὖν καὶ μεῖζον τὸ θαῦμα, καὶ πλείων ἡ θεραπεία, καὶ καθαρὰ πάσης ἀθυμίας ἡ ἡδονὴ τοῖς θεωμένοις, φέρε μετὰ ἀκριβείας θεασώμεθα θεραπεύοντα τὸν Χριστόν. Καὶ ἐμβὰς εἰς πλοῖον διεπέρασε, καὶ ἦλθεν εἰς ἰδίαν πόλιν, καὶ ἰδοὺ E προσήνεγκαν αὐτῷ παραλυτικὸν ἐπὶ κλίνης βεβλημένον, καὶ ἰδὼν ὁ Ἰησοῦς τὴν πίστιν αὐτῶν εἶπε τῷ παραλυτικῷ· Θάρσει, τέκνον, ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου. Τοῦ μὲν ἑκατοντάρχου ἐλάττους εἰσὶ κατὰ τὴν πίστιν, τοῦ δὲ ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ μείζους. Ἐκεῖνος

[* Legendum videtur ὅς.]

μὲν γὰρ οὔτε τὸν ἰατρὸν εἵλκυσεν, οὔτε τὸν ἄῤῥωστον πρὸς τὸν ἰατρὸν ἤγαγεν· ἀλλ' ὡς Θεῷ προσῆλθε, καί φησιν· Εἰπὲ λόγῳ μόνον, καὶ ἰαθήσεται ὁ παῖς μου. Οὗτοι δὲ τὸν μὲν ἰατρὸν εἰς τὴν οἰκίαν οὐχ εἵλκυσαν, καὶ κατὰ τοῦτό εἰσιν ἴσοι τῷ ἑκατοντάρχῃ· τὸν δὲ ἄῤῥωστον πρὸς τὸν ἰατρὸν ἐκόμισαν, καὶ κατὰ τοῦτό εἰσιν ἐλάττους, ὅτι οὐκ εἶπον, Εἰπὲ λόγῳ μόνον. Τοῦ μέντοι κειμένου πολὺ βελτίους οὗτοι. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ λέγει· Κύριε, ἄνθρωπον οὐκ ἔχω, ἵνα, ὅταν ταραχθῇ τὸ ὕδωρ, βάλῃ με εἰς τὴν κολυμβήθραν· οὗτοι δὲ ᾔδεισαν, ὅτι οὐδὲν δεῖ τῷ Χριστῷ, οὐχ ὑδάτων, οὐ κολυμβήθρας, οὐκ ἄλλου τοιούτου τινός· ἀλλ' ὅμως ὁ Χριστὸς οὐχὶ τὸν τοῦ ἑκατοντάρχου μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦτον κἀκεῖνον τῶν νοσημάτων ἀπήλλαξε, καὶ οὐκ εἶπεν· ἐπειδὴ πίστιν ἐλάττονα προσήνεγκας, καὶ τὴν θεραπείαν ὡσαύτως λήψῃ· ἀλλὰ τὸν μείζονα ἐπιδειξάμενον, μετ' ἐγκωμίων καὶ στεφάνων ἀπέπεμψεν εἰπών· Οὐδὲ ἐν τῷ Ἰσραὴλ τοσαύτην πίστιν εὗρον. Τὸν δὲ ἐλάττονα προσενεγκάμενον ἐκείνου οὐκ ἐπῄνεσεν οὐδὲν, οὐ μὴν τῆς ὑγείας ἀπεστέρησεν, ἀλλ' οὐδὲ ἐκεῖνον τὸν οὐδεμίαν ἐπιδειξάμενον πίστιν. Ἀλλὰ καθάπερ ἰατροὶ τὸ αὐτὸ νόσημα θεραπεύοντες παρὰ μὲν τῶν ἑκατὸν χρυσίνους ἔλαβον, παρὰ δὲ τῶν ἡμίσεις, παρὰ τῶν ἐλάσσους, παρ' ἐνίων δὲ οὐδὲν ὅλως· οὕτω δὴ καὶ ὁ Χριστὸς, παρὰ μὲν τοῦ ἑκατοντάρχου πολλὴν καὶ ἄφατον ἐδέξατο πίστιν, παρὰ δὲ τούτου ἐλάττονα, παρ' ἐκείνου δὲ οὐδὲ τὴν τυχοῦσαν, καὶ ὅμως ἅπαντας ἐθεράπευσε. Τίνος οὖν ἕνεκεν καὶ τὸν οὐδὲν καταβαλόντα τῆς εὐεργεσίας ἠξίωσεν; Ὅτι οὐδὲ παρὰ ῥᾳθυμίαν, οὐδὲ παρὰ ἀναισθησίαν ψυχῆς, ἀλλὰ παρὰ τὸ ἀγνοεῖν τὸν Χριστὸν καὶ μηδὲν μηδέποτε μήτε μικρὸν μήτε μέγα ἀκηκοέναι περὶ αὐτοῦ θαῦμα, τὴν πίστιν οὐκ ἐπεδείξατο. Διὰ τοῦτο οὖν καὶ συγγνώμης ἀπήλαυσεν· ὅπερ οὖν καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς αἰνιττόμενος ἔλεγεν· Οὐδὲ γὰρ ᾔδει, ὅστις ποτὲ ἦν, ἀλλ' ἐξ ὄψεως αὐτὸν μόνης ἐπέγνω, ὅτε ἐκ δευτέρου συνέτυχεν.

venit in civitatem suam. Et ecce obtulerunt illi paralyticum jacentem in lecto: et videns Jesus fidem illorum dixit paralytico: Confide, fili, remittuntur tibi peccata tua. Centurione *Luc.* 7.
quidem inferiores sunt, quoad fidem, illo autem in piscina jacente paralytico superiores. Nam ille quidem neque medicum traxit, neque ad medicum duxit ægrotum; sed tamquam ad Deum accessit, et ait: *Dic verbo tantum, et sana-* *Ib.* v. 7.
bitur puer meus. Isti vero medicum in ædes non traxerunt, et in hoc centurioni sunt æquales; sed ægrum attulerunt ad medicum, et in hoc sunt minores, quod non dixerint, *Dic verbo tantum.* Illo quidem certe qui ad piscinam jacebat multo sunt isti meliores, siquidem ille dicit, *Domine, hominem non habeo, ut cum tur-* *Joan.* 5. 7.
bata fuerit aqua, mittat me in piscinam: isti vero nihilo indigere Christum sciebant, non aquis, non piscina, non alia re quapiam: attamen Christus non centurionis tantum puerum, sed et hunc et illum morbo liberavit; neque dixit: Quandoquidem fidem obtulisti minorem, curationem pariter accipies: sed cum majorem exhibuisset, cum laudibus et coronis eum dimisit, dicens: *Neque in Israel tantam fidem in-* *Luc.* 7. 9.
veni. Eum vero, qui minorem quam ille fidem obtulerat, nullo modo laudavit: non tamen sanitate privavit, sed nec illum, qui nullam fidem exhibuerat. Verum quemadmodum medici cum eumdem morbum curent, a quibusdam centum aureos accipiunt, ab aliis quinquaginta, ab aliis pauciores, a quibusdam nihil penitus: sic nimirum et Christus a centurione quidem multam et immensam fidem accepit, ab hoc autem minorem, ab illo vero nequidem mediocrem, et tamen omnes sanavit. Cur igitur hunc quoque qui nihil contulerat, beneficio dignatus est? Quod non præ nimia negligentia, nec ob animæ stuporem, sed quod Christum minime nosset, nullumque parvum aut magnum de illo miraculum audiisset, fidem non exhibuerit. Idcirco ergo veniam obtinuit: quod et obscure indicans evangelista dixit: *Nesciebat enim quis esset,* verum ex *Joan.* 5 13.
aspectu solo illum agnovit, cum in ipsum iterum incidit.

Τινὲς μὲν οὖν φασιν, ὅτι τῶν προσενεγκάντων πιστευσάντων μόνον, οὗτος ἐθεραπεύετο· ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο. Ἰδὼν γὰρ τὴν πίστιν αὐτῶν, οὐχὶ τῶν προσενεγκάντων μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ προσενεχθέντος. Τί οὖν; ἑτέρου πιστεύσαντος ἕτερος οὐ θεραπεύεται; φησίν. Οὐκ ἔγωγε οἶμαι, πλὴν εἰ μή τι ἢ διὰ ἡλικίας ἄωρον, ἢ διὰ ὑπερβάλλουσαν ἀσθένειαν ἀδυνάτως

5. Quidam igitur dicunt hunc curatum fuisse, cum illi, qui obtulerant, credidissent tantum: sed non ita est. *Videns* enim *fidem illorum*, non eorum qui obtulerunt tantum, sed et ipsius qui oblatus est. Quid igitur? altero credente alter non sanatur? dicet aliquis. Non equidem arbitror, nisi forte si vel propter ætatis im-

maturitatem, vel ob nimiam infirmitatem destitutus viribus credere nequeat. Quomodo igitur in historia Chananææ, inquit, credidit quidem mater, filia vero sanata est? et cum centurio fuisset incredulus, quomodo puer surrexit, et salvus evasit? Quod nimirum credere minime possent ægroti. Audi sane quid Chananææ dicit: *Matth.* 15. 22. *Filia mea male a dæmonio vexatur, et nunc quidem cadit in aquam, nunc autem in ignem:* *Hic quædam adjiciuntur ex Matth.* 17. 14. illa vero vertigine laborans, et a dæmone correpta, quæque numquam mentis suæ compos esse poterat, neque sana esse, quo pacto credere potuisset? Ut igitur apud Chananæam, sic et apud centurionem; in ædibus jacebat puer, qui nec ipse noverat Christum, neque quis tandem esset: qui potuisset igitur ei quem non noverat credere, et cujus periculum nullum fecerat? At enim de hoc dicere istud non licet: siquidem Fidem ostendit Paralytici. credidit paralyticus. Unde id constat? Ex ipso modo, quo adductus est. Neque enim illud oscitanter audias, quod demiserunt eum per tectum: sed cum animo tuo reputa, quantum sit ægrotum id pati contentum esse. Probe siquidem nostis adeo pusillanimes ac morosos ægros esse, ut ministeria quæ jacentibus in lecto deferuntur, sæpenumero aversentur, malintque morborum dolores perferre, quam molestias eorum qui adjuvant sustinere. Iste vero et ex ædibus egredi contentus erat, et per forum ingredi, cum gestaretur, seque tot præsentibus hominibus ostendere. Est hoc etiam in more positum ægrotorum, [ut non facile velint ullum suæ ægritudinis esse testem]: sic ut multi maluerint oppressi morbis interire, quam calamitates suas detegere. At non ita æger iste, verum cum repletum videret theatrum, aditus interclusos, portum obseptum, per tectum demitti contentus fuit. Adeo solers est amor, et *Luc.* 11. 10. locuples caritas. Nam qui quærit invenit, et pulsanti aperietur. Non dixit propinquis suis, Quid hoc rei est? quid turbamini? quid vero properatis? Exspectemus quousque domus evacuetur, theatrum dimittatur: recedent qui congregati sunt, poterimus privatim ad illum accedere, ac de his rebus illum consulere. Quid opus est inspectantibus omnibus calamitates meas in medium proferri, et desuper submitti, atque indecore moveri? Horum nihil aut apud se aut ad eos qui se gestabant eloquutus est, sed ornamento sibi esse duxit, ut tam multos curationis suæ testes redderet. Neque vero tantum ex hoc fides ejus cerni poterat, sed etiam ex ipsis Christi verbis. Postquam enim demissus est et

ἔχει πρὸς τὸ πιστεῦσαι. Πῶς οὖν ἐπὶ τῆς Χαναναίας, φησὶν, ἐπίστευσε μὲν ἡ μήτηρ, ἐθεραπεύετο δὲ ἡ θυγάτηρ; καὶ τοῦ ἑκατοντάρχου δὲ ἀπιστήσαντος πῶς ὁ παῖς ἀνίστατο, καὶ διεσώζετο; Ὅτι οὐκ ἠδύναντο πιστεύειν οἱ νοσοῦντες. Ἄκουσον οὖν τί φησιν ἡ Χαναναία· Ἡ θυγάτηρ μου κακῶς δαιμονίζεται, καὶ ποτὲ μὲν πίπτει εἰς τὸ ὕδωρ, ποτὲ δὲ εἰς τὸ πῦρ· ἡ δὲ σκοτουμένη καὶ δαιμονῶσα, καὶ μηδὲ ἐν ἑαυτῇ δυναμένη γενέσθαι ποτὲ, μηδὲ ὑγιαίνουσα, πῶς ἂν ἠδυνήθη πιστεῦσαι; Ὡς οὖν ἐπὶ τῆς Χαναναίας, E οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ ἑκατοντάρχου· ἐν τῇ οἰκίᾳ ἐβέβλητο ὁ παῖς, οὐδὲ αὐτὸς εἰδὼς τὸν Χριστὸν, οὐδὲ ὅστις ποτὲ ἦν, πῶς οὖν ἤμελλε τῷ ἀγνοουμένῳ πιστεύειν, καὶ οὗ μηδεμίαν οὐδέπω πεῖραν εἰλήφει; Ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τούτου ἐστὶ τοῦτο εἰπεῖν· ἀλλ' ἐπίστευσεν ὁ παράλυτος. Πόθεν τοῦτο δῆλον; Ἀπ' αὐτοῦ τοῦ τρόπου τῆς προσαγωγῆς. Μὴ γὰρ δὴ ἁπλῶς ἀκούσῃς, ὅτι καθῆκαν αὐτὸν διὰ τοῦ στέγους· ἀλλ' ἐννόησον, ὅσον ἐστὶν ἀῤῥωστοῦντα τοῦτο παθεῖν ἀνέχεσθαι. Ἴστε γὰρ δήπου 41 A τοῦτο, ὅτι οὕτω μικρόψυχοι καὶ δυσάρεστοι νοσοῦντές εἰσιν, ὡς καὶ τὰς ἐπὶ κλίνης θεραπείας διακρούεσθαι πολλάκις, καὶ αἱρεῖσθαι τὰς ἀπὸ τῶν νοσημάτων φέρειν ὀδύνας, ἢ τὴν ἀπὸ τῶν βοηθημάτων ὑπομένειν ἐπάχθειαν. Οὗτος δὲ καὶ τῆς οἰκίας προελθεῖν ἠνέσχετο, καὶ εἰς ἀγορὰν ἐμβαλεῖν βασταζόμενος, καὶ τοσούτων παρόντων ἑαυτὸν ἐπιδεῖξαι. Καὶ τοῦτο δὲ ἔθος τοῖς ἀῤῥωστοῦσιν ἐναποθανεῖν, ἢ τὰς οἰκείας ἐκκαλύψαι συμφοράς. Ἀλλ' οὐχ ὁ ἄῤῥωστος οὗτος οὕτως, ἀλλ' ἰδὼν τὸ θέατρον πεπληρωμένον, τὰς εἰσόδους ἀποτετειχισμένας, τὸν λιμένα ἀποκεκλεισμένον, διὰ τοῦ στέ- B γους ἠνέσχετο χαλασθῆναι. Οὕτως εὐμήχανον ὁ πόθος, καὶ εὔπορον ἡ ἀγάπη. Καὶ γὰρ ὁ ζητῶν εὑρίσκει, καὶ τῷ κρούοντι ἀνοιγήσεται. Οὐκ εἶπε πρὸς τοὺς προσήκοντας αὐτῷ· τί ποτε τοῦτό ἐστιν; τί θορυβεῖσθε; τί δὲ ἐπείγεσθε; Ἀνασχώμεθα κενωθῆναι τὸ δωμάτιον, διαλυθῆναι τὸ θέατρον· ἀναχωρήσουσιν οἱ συνειλεγμένοι, δυνησόμεθα κατιδίαν αὐτῷ προσελθεῖν, καὶ περὶ τούτων ἀνακοινώσασθαι. Τί δεῖ πάντων ὁρώντων εἰς μέσον προτεθῆναι τὰς ἐμὰς συμφορὰς, καὶ ἄνωθεν χαλᾶσθαι, καὶ ἀσχημονεῖν; Τούτων οὐδὲν ἐκεῖνος οὔτε πρὸς ἑαυτὸν, οὔτε πρὸς τοὺς κομίζοντας εἶπεν, ἀλλὰ κόσμον εἶναι ἐνόμιζε τὸ μάρτυρας C τοσούτους ποιήσασθαι τῆς ἑαυτοῦ θεραπείας. Οὐκ ἀπὸ τούτου δὲ μόνον αὐτοῦ τὴν πίστιν ἦν ἰδεῖν, ἀλλὰ καὶ ἀπ' αὐτῶν τῶν τοῦ Χριστοῦ ῥημάτων. Ἐπειδὴ γὰρ ἐχαλάσθη καὶ προσηνέχθη, φησὶν αὐτῷ ὁ Χριστός· Θάρσει, τέκνον, ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι. Καὶ ταῦτα ἀκούσας οὐκ ἠγανάκτησεν, οὐκ ἐδυσχέρανεν, οὐκ εἶπε πρὸς τὸν ἰατρόν· τί ποτε τοῦτό ἐστιν; ἕτερον ἦλθον θεραπευθῆναι πάθος, καὶ ἕτερον αὐτὸς θεραπεύει; Σκῆψις ταῦτα καὶ πρόφασις, καὶ ἀσθενείας προκαλύμματα. Ἁμαρτίας ἀφίεις τὰς οὐχ ὁρω-

μένας; Οὐδὲν τούτων οὐκ εἶπεν, οὐκ ἐνενόησεν· ἀλλ' ἀνέμενεν ἐπιτρέπων τὸν ἰατρὸν ὁδῷ χρήσασθαι θεραπείας, ᾗπερ ἐβούλετο. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς οὐκ ἀπῆλθε πρὸς αὐτὸν, ἀλλ' ἀνέμεινεν αὐτὸν ἐλθεῖν, ἵνα ἐπιδείξῃ αὐτοῦ τὴν πίστιν πᾶσι. Μὴ γὰρ οὐκ ἠδύνατο τὴν εἴσοδον ποιῆσαι εὔκολον; Ἀλλ' οὐδὲν τούτων ἐποίησεν, ἵνα πᾶσιν αὐτοῦ τὴν σπουδὴν ἐπιδείξῃ, καὶ τὴν ζέουσαν πίστιν. Καθάπερ γὰρ πρὸς ἐκεῖνον τὸν τριάκοντα ὀκτὼ ἔτη ἔχοντα ἀπῄει διὰ τὸ μηδένα αὐτῷ παρεῖναι· οὕτω τοῦτον, ἐπειδὴ πολλοὺς εἶχε τοὺς προσήκοντας, ἀνέμεινεν ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν, ἵνα καὶ τούτου τὴν πίστιν ποιήσῃ δήλην διὰ τοῦ προσενεχθῆναι, κἀκείνου τὴν ἐρημίαν ἡμᾶς διδάξῃ διὰ τοῦ πρὸς αὐτὸν ἀπελθεῖν, καὶ τούτου τὴν σπουδὴν κἀκείνου τὴν ὑπομονὴν ἐκκαλύψῃ πᾶσι, καὶ μάλιστα τοῖς τότε παροῦσιν. Ἐπειδὴ γὰρ εἰώθασιν Ἰουδαῖοι βάσκανοί τινες καὶ μισάνθρωποι ταῖς τῶν πλησίον εὐεργεσίαις φθονεῖν, καὶ νῦν ἀπὸ τοῦ καιροῦ τοῖς θαύμασιν ἐπισκήπτειν λέγοντες, ὅτι ἐν σαββάτῳ θεραπεύει, νῦν δὲ ἀπὸ τοῦ βίου τῶν εὐεργετουμένων λέγοντες· Εἰ ἦν προφήτης οὗτος, ᾔδει τίς ἦν ἡ γυνὴ ἡ ἁπτομένη αὐτοῦ· οὐκ εἰδότες, ὅτι ἰατροῦ μάλιστα τοῦτό ἐστι τὸ τοῖς ἀῤῥωστοῦσιν ἀναμίγνυσθαι, καὶ παρὰ τοὺς νοσοῦντας ἀεὶ φαίνεσθαι, ἀλλὰ μὴ φυγεῖν αὐτοὺς μηδὲ ἀποπηδᾷν. Ὅπερ οὖν καὶ πρὸς ἐκείνους ἀποτεινόμενος ἔλεγεν· Οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ὑγιαίνοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες. Ἵνα οὖν μὴ τὰ αὐτὰ πάλιν ἐγκαλῶσι, πρότερον δείκνυσιν ὡς ἄξιοι τῆς θεραπείας εἰσὶν οἱ προσιόντες διὰ τὴν πίστιν, ἣν ἐνδείκνυνται. Διὰ τοῦτο κἀκείνου τὴν ἐρημίαν, καὶ τούτου τὴν ζέουσαν πίστιν καὶ προθυμίαν ἔδειξε· διὰ τοῦτο ἐκεῖνον μὲν ἐν σαββάτῳ ἐθεράπευσε, τοῦτον δὲ οὐκ ἐν σαββάτῳ· ἵν', ὅταν ἴδῃς καὶ ἐν ἑτέρᾳ ἡμέρᾳ ἐγκαλοῦντας καὶ ἐπιτιμῶντας τῷ Χριστῷ, μάθῃς, ὅτι καὶ τότε οὐ διὰ τὴν τοῦ νόμου παρατήρησιν ἐνεκάλουν, ἀλλὰ τὴν οἰκείαν βασκανίαν φέρειν οὐκ ἔχοντες. Διὰ τί δὲ οὐκ ἐπὶ τὸ τὴν παράλυσιν ὀρθῶσαι πρότερον ἦλθεν, ἀλλά φησι· Θάρσει, τέκνον, ἀφέωνταί σου αἱ ἁμαρτίαι; Καὶ τοῦτο σφόδρα σοφῶς. Καὶ γὰρ τοῖς ἰατροῖς ἔθος ἐστὶ μὴ πρότερον τὰ νοσήματα λύειν, ἀλλὰ τὰς πηγὰς αὐτῶν ἀναιρεῖν. Οἷον πολλάκις ὑπὸ πονηροῦ χυμοῦ καὶ διεφθαρμένου ῥεύματος ἐνοχλουμένων ὀφθαλμῶν, ἀφεὶς ὁ ἰατρὸς τὴν νοσοῦσαν θεραπεῦσαι κόρην, τῆς κεφαλῆς ἐπεμελήσατο, ἔνθα ἡ ῥίζα καὶ ἡ πηγὴ τῆς ἀῤῥωστίας ἦν· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ἐποίησε, τὴν πηγὴν ἀναστέλλει τῶν κακῶν πρότερον. Πηγὴ γὰρ κακῶν καὶ ῥίζα καὶ μήτηρ πάντων ἐστὶ τῆς ἁμαρτίας ἡ φύσις. Αὕτη τὰ σώματα ἡμῶν παραλύει· αὕτη τὰς νόσους ἐπάγει· διὰ τοῦτο καὶ ἐνταῦθά φησι· Θάρσει, τέκνον, ἀφέωνταί σου αἱ ἁμαρτίαι· κἀκεῖ φησιν· Ἰδοὺ ὑγιὴς γέγονας, μηκέτι ἁμάρτανε, ἵνα μὴ χεῖρόν τί σοι γένηται, δηλῶν ἀμφοτέροις, ὅτι

oblatus, ait illi Christus, *Confide, fili, remittuntur tibi peccata.* His ille auditis non ægre tulit, non dixit medico : Quid hoc rei est? ab
D altero morbo ut sanarer adveni, et alterum ipse sanat? Ista commenta sunt et prætextus, et imbecillitatis tegumenta. Peccata sanas, quæ non cernuntur? Nihil horum neque dixit, neque cogitavit, sed exspectavit, permittens ut medicus eam curationis viam teneret, quam vellet. Idcirco etiam Christus non ad eum perrexit, sed exspectavit dum veniret, ut fidem ipsius cunctis ostenderet. Numquid enim facilem illi non potuit accessum reddere? Sed nihil horum fecit, ut ejus studium omnibus patefaceret, et fidem ardentem.
E Nam quemadmodum ad illum adivit, qui octo et triginta jam annos habebat, eo quod nemo illi adesset : sic et istum, propterea quod multos habebat propinquos, dum ad se veniret, exspectavit, ut et istius manifestam fidem redderet, eo quod oblatus fuerit : et illius solitudinem nos doceret, eo quod ad ipsum accesserit, et tam istius studium, quam illius patientiam cunctis detegeret, atque illis præcipue qui adstabant. Nam quoniam Judæi homines invidi et
42
A hominum osores proximorum beneficiis invidere consueverunt, et nunc sumta occasione a tempore miracula carpere, dicentes eum in sabbato curare, nunc ab eorum vita, qui curabantur, dicentes, *Hic si esset propheta, sciret quænam* Luc. 7. 39.
sit mulier, quæ tangit eum, nescientes hoc esse præcipue medici, cum ægrotis misceri, et juxta infirmos semper versari, non autem illos fugere, et ab illis resilire. Quod quidem et cum in eos inveheretur dicebat : *Non est opus va-* Matth. 9.
lentibus medico, sed male habentibus. Ne 12.
B igitur eadem rursus objicerent, prius indicat eos curatione dignos esse, qui accedebant, ob fidem quam præ se ferebant. Propterea et illius solitudinem et ferventem istius fidem et animi promtitudinem declaravit : propterea tum illum in sabbato curavit, tum hunc non in sabbato : ut, cum illos altero die videris reprehendere et increpare Christum, intelligas tum temporis etiam, non quod studiosi essent legis observandæ, reprehendisse, verum cum propriam invidiam ferre non possent. Quare vero non prius paralysim sanare aggressus est, sed dixit, *Con-*
C *fide, fili, dimittuntur peccata tua?* Et hoc sapienter admodum. Siquidem est hoc in more positum medicorum, ut non prius morbos abigant, sed eorum fontes tollant. Exempli causa sæpenumero cum a pravo humore et corrupta

fluxione infestantur oculi, medicus omittens pupillam ægram curare, capitis curam gerit, ubi radix et fons erat ægritudinis : ita quoque Christus agit, prius malorum fontem reprimit. Fons quippe malorum et radix et mater est omnium natura peccati. Hæc est quæ corpora nostra vexat paralysi, hæc morbos invehit : idcirco etiam inquit hoc loco, *Confide, fili, dimittuntur peccata tua ;* et illic ait : *Ecce sanus factus es, noli amplius peccare, ne quid deterius tibi contingat ;* utroque loco declarans morbos istos ex peccato natos esse. Et in principio atque in exordio creationis ex peccato morbus Caini corpus invasit. Nam et ille post fratricidium, post illud scelus, tum paralysi corporis est correptus. Tremor enim ille nihil aliud fuit quam paralysis. Quando enim illa virtus, quæ animal regit, imbecillior est reddita, nec amplius omnia potest membra sustentare, sua cura illa destituit, atque illa relaxata tremunt et exagitantur.

ἐξ ἁμαρτημάτων ἐτέχθησαν αὗται αἱ νόσοι. Καὶ ἐν ἀρχῇ καὶ ἐν προοιμίοις τῆς κτίσεως ἐξ ἁμαρτίας ἡ νόσος εἰς τὸ τοῦ Κάϊν κατέσκηψε σῶμα. Καὶ γὰρ ἐκεῖνος μετὰ τὴν ἀδελφοκτονίαν, μετὰ τὴν παρανομίαν ἐκείνην, τότε παρελύθη τὸ σῶμα. Τὸ γὰρ τρέμειν οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ παράλυσις. Καὶ γὰρ ὅταν ἡ τὸ ζῶον οἰκονομοῦσα δύναμις ἀσθενεστέρα γένηται, οὐκέτι δυναμένη πάντα διαβαστάζειν τὰ μέλη, ἀφίησιν
D αὐτὰ τῆς οἰκείας προνοίας, εἶτα χαλασθέντα ἐκεῖνα τρέμει καὶ περιφέρεται.

6. Hoc etiam indicavit Paulus, cum Corinthiis
1. Cor. 11. 30. peccatum quoddam exprobrans ait : *Ideo inter vos multi infirmi et imbecilles :* ideo Christus quoque prius causam malorum tollit, cumque dixisset : *Confide, fili, dimittuntur peccata tua,* animum ejus erigit, dejectamque mentem excitat : quippe sermo prodibat in opus, et in conscientiam penetrans animam ipsam movebat, ac metum omnem expellebat. [Nihil enim est quod ita formidinem ac timorem injiciat, ut conscientia peccatorum :] nihil ita voluptatem parit, et confidentiam ingenerat, ac si qui nullius sceleris sibi sit conscius. *Confide, fili, dimittuntur peccata tua.* Ubi enim remissio est peccatorum, illic et adoptio est filiorum. Ita nos quoque non prius Patrem possumus appellare, quam in sacrarum aquarum lavacro peccata absterserimus. Quando igitur mala illa deposita sarcina inde ascendimus, tum dicimus, *Pater noster, qui es in cælis.* Verum enim vero cujus rei gratia non ita se gessit erga illum, qui triginta octo annos habebat, sed prius illius corpus curavit ? Quoniam illi quidem temporis prolixitate fuerant consumta peccata : potest enim tentationum gravitas onus peccatorum levius reddere : quemadmodum et de Lazaro dixit, eum mala sua recepisse, atque hic consolari : et rursus ait alibi :
Isai. 40. 1. 2. *Consolamini populum meum, loquimini ad cor Jerusalem, quia recepit de manu Domini duplicia peccata sua.* Et iterum propheta :
Id. 26. 12. *Domine, pacem da nobis, omnia enim reddidisti nobis,* significans pœnas et supplicia veniam

Τοῦτο καὶ Παῦλος ἐδήλωσεν· ἁμαρτίαν γάρ τινα Κορινθίοις ἐγκαλῶν φησι· Διὰ τοῦτο πολλοὶ ἐν ὑμῖν ἀσθενεῖς καὶ ἄῤῥωστοι· διὰ τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς πρότερον τὴν αἰτίαν ἀναιρεῖ τῶν κακῶν, καὶ εἰπὼν, Θάρσει, τέκνον, ἀφέωνταί σου αἱ ἁμαρτίαι, ἀνίστησιν αὐτοῦ τὸ φρόνημα, διεγείρει καταβεβλημένην τὴν ψυχήν· ὁ γὰρ λόγος ἔργον ἐγίνετο, καὶ εἰς τὸ συνειδὸς εἰσελθὼν αὐτῆς ἥπτετο τῆς ψυχῆς, καὶ πᾶσαν ἀγωνίαν ἐξέβαλεν. Οὐδὲν γὰρ οὕτως ἡδονὴν ποιεῖ, καὶ παρέχει
E θαῤῥεῖν ὡς τὸ μηδὲν ἑαυτοῦ κατηγορεῖν. Θάρσει, τέκνον, ἀφέωνταί σου αἱ ἁμαρτίαι. Ὅπου γὰρ ἁμαρτημάτων ἄφεσις, ἐκεῖ υἱοθεσία. Οὕτω γοῦν καὶ ἡμεῖς οὐ πρότερον δυνάμεθα καλέσαι Πατέρα, ἕως ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ τῶν ὑδάτων τῶν ἁγίων ἀπονιψώμεθα τὰ ἁμαρτήματα. Ὅταν γοῦν ἐκεῖθεν ἀνέλθωμεν τὸ πονηρὸν ἐκεῖνο φορτίον ἀποθέμενοι, τότε λέγομεν, Πάτερ ἡμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Ἀλλὰ τίνος ἕνεκεν ἐπὶ τοῦ τριάκοντα ὀκτὼ ἔχοντος οὐχ οὕτως ἐποίησεν, ἀλλὰ τὸ σῶμα αὐτοῦ
A διώρθωσε πρότερον; Ὅτι ἐκείνῳ μὲν τῷ μήκει τοῦ χρόνου τὰ ἁμαρτήματα δεδαπάνητο· δύναται γὰρ πειρασμοῦ μέγεθος τὸ τῶν ἁμαρτημάτων φορτίον κοῦφον ποιεῖν· ὥσπερ οὖν καὶ ἐπὶ τοῦ Λαζάρου φησὶν, ὅτι ἀπέλαβε τὰ κακὰ αὐτοῦ, καὶ ἐνταῦθα παρακαλεῖται· καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ φησι· Παρακαλεῖτε τὸν λαόν μου, λαλήσατε εἰς τὴν καρδίαν Ἱερουσαλὴμ, ὅτι ἐδέξατο ἐκ χειρὸς Κυρίου διπλᾶ τὰ ἁμαρτήματα αὐτῆς. Καὶ πάλιν ὁ προφήτης, Κύριε, εἰρήνην δὸς ἡμῖν, πάντα γὰρ ἀπέδωκας ἡμῖν, ἐμφαίνων, ὅτι αἱ τιμωρίαι καὶ αἱ κολάσεις ἁμαρτημάτων συγχώρησιν ποιοῦσι, καὶ
B πολλαχόθεν τοῦτό ἐστι φανερὸν ποιῆσαι. Ἐμοὶ τοίνυν δοκεῖ μηδὲν ἐκείνῳ περὶ ἀφέσεως διαλεχθῆναι, ἀλλὰ πρὸς τὸ μέλλον αὐτὸν ἀσφαλίσασθαι, ὡς τῶν ἤδη πλημ-

μεληθέντων τῷ μήκει τῆς ἀῤῥωστίας· ἢ εἰ μὴ τοῦτο, διὰ τὸ μηδὲν αὐτὸν μηδέπω περὶ τοῦ Χριστοῦ πεπεῖσθαι μέγα, διὰ τοῦτο ἐπὶ τὸ ἔλαττον πρότερον ἦλθε, καὶ τὸ φανερὸν καὶ δῆλον, τὴν τοῦ σώματος ὑγείαν· ἐπὶ δὲ τούτου οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἐπειδὴ μᾶλλον ἐπίστευσε, καὶ ὑψηλοτέραν εἶχε ψυχὴν, διὰ τοῦτο αὐτῷ περὶ τῆς χαλεπωτέρας πρότερον διελέχθη νόσου· καὶ πρὸς τούτοις δὲ ἅπασιν, ἵνα τὴν εἰς τὸν Πατέρα ἰσοτιμίαν ἐπιδείξηται. Ὥσπερ γὰρ ἐκεῖ ἐν σαββάτῳ ἐθεράπευσε, βουλόμενος αὐτοὺς τῆς παρατηρήσεως ἀπαγαγεῖν τῆς Ἰουδαϊκῆς, καὶ ἐκ τῶν ἐγκλημάτων τῶν αὐτῶν λαβεῖν ἀφορμὴν τοῦ δεῖξαι ἑαυτὸν ἴσον τῷ γεγεννηκότι· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα προειδὼς, ὅπερ ἤμελλον ἐρεῖν, εἶπε ταῦτα τὰ ῥήματα, ἵν' ἐντεῦθεν λαβὼν ἀρχὴν καὶ πρόφασιν δείξῃ τῷ γεγεννηκότι ὁμότιμον ὄντα ἑαυτόν. Οὐ γὰρ ἴσον μηδενὸς ἐγκαλοῦντος, μηδὲ αἰτιωμένου, ἀφ' ἑαυτοῦ εἰς τὸν περὶ τούτων καθεῖναι λόγον, καὶ ἑτέρων παρεχόντων τὰς αἰτίας ἐν ἀπολογίας τάξει καὶ σχήματι τοῦτο αὐτὸ κατασκευάσαι. Ἐκείνης μὲν γὰρ τῆς ἀποδείξεως ὁ τρόπος ἀντέκρουε τοῖς ἀκούουσιν· οὗτος δὲ ἀνεπαχθέστερος ἦν, καὶ εὐπαράδεκτος μᾶλλον, καὶ πανταχοῦ δὲ ὁρῶμεν τοῦτο αὐτὸν ποιοῦντα, καὶ οὐχ οὕτω διὰ ῥημάτων, ὡς διὰ πραγμάτων ἐπιδεικνύμενον τὴν ἰσότητα. Τοῦτο γοῦν καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς αἰνιττόμενος ἔλεγεν, ὅτι ἐδίωκον αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι, οὐχ ὅτι μόνον ἔλυε τὸ σάββατον, ἀλλ' ὅτι καὶ πατέρα ἴδιον ἔλεγε τὸν Θεὸν, ἴσον ἑαυτὸν ποιῶν τῷ Θεῷ, ὃ πολλῷ μεῖζόν ἐστιν· διὰ γὰρ τῆς τῶν πραγμάτων ἀποδείξεως τοῦτο αὐτὸ κατεσκεύαζε. Τί οὖν οἱ βάσκανοι καὶ πονηροὶ, καὶ τοῖς ἀλλοτρίοις τηκόμενοι καλοῖς, καὶ πανταχόθεν λαβὰς ζητοῦντες εὑρεῖν; Τί οὗτος, φησὶ, βλασφημεῖ; Οὐδεὶς γὰρ δύναται ἀφιέναι ἁμαρτίας εἰ μὴ μόνος ὁ Θεός. Ὥσπερ ἐκεῖ ἐδίωκον αὐτὸν ὅτι ἔλυε τὸ σάββατον, καὶ παρὰ τῶν ἐγκλημάτων αὐτῶν λαβὼν ἀφορμὴν τὴν ἰσότητα ἐν ἀπολογίας τάξει τὴν πρὸς τὸν γεγεννηκότα ἐδήλωσεν εἰπών· Ὁ Πατήρ μου ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα, ἀφ' ὧν ἐγκαλοῦσιν, ἀπὸ τούτων τὸ πρὸς τὸν Πατέρα ἀπαράλλακτον δείκνυσι. Τί γάρ φησιν; Οὐδεὶς δύναται ἀφιέναι ἁμαρτίας, εἰ μὴ μόνος ὁ Θεός. Ἐπεὶ οὖν αὐτοὶ τὸν ὅρον ἔθηκαν τοῦτον, αὐτοὶ τὸν κανόνα εἰσήνεγκαν, αὐτοὶ τὸν νόμον ἔγραψαν, ἐκ τῶν οἰκείων αὐτοὺς λοιπὸν συμποδίζει ῥημάτων. Ὑμεῖς, φησὶν, ὡμολογήσατε ὅτι Θεοῦ μόνον ἐστὶ τὸ ἀφιέναι ἁμαρτίας· ἀναμφισβήτητός ἐστιν ἰσότης. Καὶ οὐχ οὗτοι δὲ τοῦτο μόνον φασὶν, ἀλλὰ καὶ ὁ προφήτης οὕτω λέγων· Τίς Θεὸς ὥσπερ σύ; εἶτα δεικνὺς τί ἴδιον, ἐπήγαγεν, Ἐξαίρων ἀνομίας, καὶ ὑπερβαίνων ἀδικίας. Ἂν τοίνυν φανῇ τις ἕτερος οὕτως τὸ αὐτὸ τοῦτο ποιῶν, καὶ Θεός ἐστιν, καὶ Θεὸς ὥσπερ ἐκεῖνος. Ἀλλ' ἴδωμεν πῶς αὐτοῖς ὁ Χριστὸς συλλογίζεται, πῶς πράως, καὶ ἐπιεικῶς, καὶ μετὰ κηδεμονίας

impetrare peccatorum, idque plurimis ex locis potest demonstrari. Itaque nihil mihi videtur de peccatorum remissione dixisse, sed in posterum illum præmuniisse, cum ea quæ fuerant ab illo commissa jam ægritudinis essent prolixitate deleta: aut si hoc non sit, propterea quod nondum quidquam magnum illi fuerat de Christo persuasum, idcirco ad id quod minus erat, prius accessit,
C et quod evidens ac manifestum, nimirum corporis sanitatem: in hoc autem non ita, sed quoniam magis credebat, et sublimiori mente præditus erat, propterea de graviori prius apud illum morbo disseruit: præter hæc omnia, ut sibi æqualem cum Patre deberi honorem ostenderet. Ubi enim illic in sabbato curavit, quod eos vellet a Judaica observatione revocare, atque ex illorum criminationibus occasionem captaret æqualem se Genitori ostendendi: ita nimirum et hic prævidens quod erant dicturi, hæc verba protulit, ut hinc initio ducto, et occasione sumta demonstret æquali se cum Genitore dignum
D honore. Non enim ex æquo se res habet, si nemine reprehendente vel accusante, sua sponte quis in sermonem de his delabatur, et si cæteris causam præbentibus, nomine ac specie defensionis hoc ipsum præstiterit. Nam ille quidem demonstrationis modus auditores offendisset: hic vero minus odiosus erat, et facilius admitti poterat, videmusque Christum hoc ubique præstare, neque tam verbis quam factis æqualitatem suam ostendere. Hoc quidem certe subindicans evangelista dicebat, propterea persequutos eum fuisse
E Judæos, non solum quia solvebat sabbatum, sed et quia patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo, quod multo est majus: hoc enim ipsum per rerum demonstrationem adstruebat. Quid igitur invidi illi atque scelerati, qui aliorum bonis macerantur, et undique ansam reprehendendi perquirunt? Quid hic, inquiunt, blaspemat? *Nemo enim potest peccata dimittere,*
44 *nisi solus Deus.* Sicut illic cum persequebantur,
A quod sabbatum solveret, et ex illorum reprehensionibus sumta occasione defensionis nomine ac specie suam cum Patre æqualitatem ostendit, ac dixit: *Pater meus operatur, et ego operor:* sic nimirum hoc loco ex iis quæ ipsi objiciunt, Patri per omnia similem seipsum ostendit. Quid enim ait? *Nemo potest peccata dimittere nisi solus Deus.* Quando igitur ipsi hunc limitem posuerunt, ipsi hanc regulam induxerunt, ipsi legem tulerunt, propriis illos verbis irretit. Vos, inquit, confessi estis solius esse Dei peccata di-

Divinitatem suam indicat Christus.

Joan. 5. 16.

Marc. 2. 7.

Joan. 5. 17.

mittere; indubitata igitur est æqualitas. Neque vero isti solum hoc dicunt, sed et propheta, dum
Mich. 7. 18. ita loquitur: *Quis Deus sicut tu?* deinde quid sit proprium indicans adjecit, *Auferens iniquitates, et transcendens impietates.* Si quis ergo alius appareat, qui hoc ipsum ita præstet, etiam Deus est, et Deus quemadmodum ille. Sed videamus, quo pacto illos argumentis Christus urgeat, quam mansuete ac modeste, summaque cum sol-
Matth. 9. 3. licitudine. *Et ecce quidam de scribis dicebant intra seipsos: Hic blasphemat.* Nequaquam verbum protulerunt, non pronuntiarunt lingua, sed in mentis arcano cogitabant. Quid ergo Christus? Illorum arcanas cogitationes protulit in medium, antequam ad demonstrationem veniret, quam ex corporis paralytici curatione prolaturus erat, quod illis suæ divinitatis vellet potentiam declarare. Ut enim constet solius Dei
3. Reg. 8. 39. esse mentis arcana patefacere, *Tu prorsus solus nosti corda,* inquit. Vides illud *Solus* rursus non ad distinctionem Filii dictum esse? Si enim Pater solus corda novit, quomodo Filius novit
Joan. 2. 25. abscondita cordis? *Ipse enim,* inquit, *sciebat quid esset in homine*: et Paulus indicans pro-
Rom. 8. 27. prium esse Dei secreta cognoscere, ait: *Qui autem scrutatur corda*: quibus verbis significat hæc eamdem vim habere, quam ipsa Dei habet appellatio. Ut enim cum dico, qui pluit, nullum alium præter Deum designo per rem illam, quoniam Dei solius est illud agere; et si dicam, qui solem oriri facit, nec addam, Deus, tamen per rem illam eum ostendo: sic nimirum et Paulus cum ait: *Qui scrutatur corda*, solius ipsius esse scrutari corda declarat. Nisi enim hoc eamdem vim haberet, quam nomen, Deus, ad eum nobis indicandum qui designabatur, solum id minime posuisset. Nam si hoc esset illi cum creatura commune, illum qui designatur non agnosceremus, cum communitas illa confusionem in mentibus gigneret auditorum. Cum igitur appareat hoc proprium Patris esse, itemque Filio constet competere, cum quo indubitata relinqui-
Matth. 9. 4. 5. tur inde æqualitas, idcirco, *Quid cogitatis*, inquit, *mala in cordibus vestris? Quid enim est facilius dicere, Dimittuntur peccata tua, an dicere, Surge et ambula?*

Altera demonstratio remissionis peccatorum.

7. Ecce alteram etiam exhibet remissionis peccatorum demonstrationem. Nam dimittere peccata multo majus est, quam corpus sanare, tantoque majus, quanto anima corpore. Ut enim corporis morbus est paralysis, sic et animæ morbus peccatum est: verum illud etsi majus erat,

ἁπάσης. Καὶ ἰδού τινες τῶν γραμματέων εἶπον ἐν
B ἑαυτοῖς· Οὗτος βλασφημεῖ. Οὐκ ἐξήνεγκαν τὸ ῥῆμα, οὐ προήνεγκαν διὰ γλώσσης, ἀλλ' ἐν τοῖς ἀποῤῥήτοις τῆς διανοίας ἐλογίζοντο. Τί οὖν ὁ Χριστός; Ἤνεγκεν εἰς τὸ μέσον τὰ ἀπόῤῥητα ἐκείνων βουλεύματα πρὸ τῆς ἀποδείξεως τῆς κατὰ τὴν ἴασιν τοῦ σώματος τοῦ παραλυτικοῦ, βουλόμενος αὐτοῖς δεῖξαι τῆς αὐτοῦ θεότητος τὴν ἰσχύν. Ὅτι γὰρ Θεοῦ μόνον ἐστὶ τὰ ἀπόῤῥητα τῆς διανοίας δεῖξαι τῆς αὐτοῦ θεότητος, Σὺ ἐπίστασαι καρδίας μονώτατος, φησίν. Ὁρᾷς ὅτι τὸ Μόνος πάλιν οὐ πρὸς τὴν ἀντιδιαστολὴν τοῦ Υἱοῦ λέγεται; Εἰ γὰρ ὁ Πατὴρ ἐπίσταται καρδίας μονώτατος, πῶς ὁ Υἱὸς οἶδε τὰ ἀπόῤῥητα τῆς διανοίας; Αὐτὸς γὰρ ᾔδει, φησὶ, τί ἦν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ· καὶ ὁ
C Παῦλος δεικνὺς, ὅτι ἴδιον Θεοῦ τοῦτό ἐστι τὸ τὰ ἀπόῤῥητα εἰδέναι, φησίν· Ὁ δὲ ἐρευνῶν τὰς καρδίας, δεικνὺς, ὅτι τῇ Θεὸς προσηγορίᾳ τὴν αὐτὴν ἰσχὺν ἔχει τοῦτο. Ὥσπερ γὰρ ἐὰν εἴπω ὁ βρέχων, οὐδένα ἄλλον δηλῶ ἢ τὸν Θεὸν διὰ τοῦ πράγματος, ἐπειδὴ αὐτοῦ μόνον τοῦτό ἐστι· καὶ ἐὰν εἴπω, ὁ ἀνατέλλων τὸν ἥλιον, καὶ μὴ προσθῶ τὸ Θεὸς, ὅμως αὐτὸν δηλῶ διὰ τοῦ πράγματος· οὕτω δὴ καὶ ὁ Παῦλός φησιν εἰπὼν, Ὁ ἐρευνῶν τὰς καρδίας, ἔδειξεν, ὅτι αὐτοῦ μόνον ἐστὶ τὸ ἐρευνᾷν τὰς καρδίας. Εἰ γὰρ μὴ τὴν αὐτὴν ἰσχὺν εἶχε τοῦτο τῷ Θεὸς ὀνόματι πρὸς
D τὸ δεῖξαι ἡμῖν τὸν δηλούμενον, οὐκ ἂν αὐτὸ κατ' αὐτὸ τέθεικεν. Καὶ γὰρ εἰ κοινὸν ἦν αὐτῷ καὶ πρὸς τὴν κτίσιν τοῦτο, οὐκ ἂν ἔγνωμεν τὸν δηλούμενον, τῆς κοινωνίας σύγχυσιν ἐμποιησάσης τῇ διανοίᾳ τῶν ἀκροατῶν. Ὅταν οὖν φαίνηται ἴδιον Πατρὸς τοῦτο, φαίνηται δὲ καὶ τῷ Υἱῷ, πρὸς ὃν ἀναμφισβήτητος καὶ ἐντεῦθεν ἡ ἰσότης, διὰ τοῦτο, Τί, φησὶ, διαλογίζεσθε πονηρὰ ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν; τί γὰρ εὐκοπώτερον εἰπεῖν, ἀφέωνταί σου αἱ ἁμαρτίαι, ἢ εἰπεῖν, ἔγειραι καὶ περιπάτει;

Ἰδοὺ καὶ δευτέραν ἀπόδειξιν ποιεῖται τῆς τῶν ἁμαρτημάτων ἀφέσεως. Τὸ μὲν γὰρ ἁμαρτίας ἀφιέ-
E ναι τοῦ σῶμα θεραπεῦσαι πολλῷ μᾶλλον μεῖζόν ἐστι, καὶ τοσοῦτον μεῖζον, ὅσον ψυχὴ σώματος. Ὥσπερ γὰρ τοῦ σώματος νόσος ἡ παράλυσις, οὕτω καὶ τῆς ψυχῆς νόσος ἡ ἁμαρτία· ἀλλ' ἐκεῖνο εἰ καὶ μεῖζον

ῃν, ἄδηλον ἦν· τοῦτο δὲ εἰ καὶ ἔλαττον ἦν, φανερὸν ἦν. Ἐπειδὴ τοίνυν μέλλει πρὸς τὴν ἀπόδειξιν τοῦ μείζονος τῷ ἐλάττονι κεχρῆσθαι, δεικνὺς, ὅτι διὰ τὴν ἀσθένειαν τὴν ἐκείνων οὕτως ἐποίησε, καὶ συγκαταβαίνων αὐτῶν τῇ ταπεινότητί φησι· Τί ἐστιν εὐκοπώτερον εἰπεῖν, ἀφέωνταί σου αἱ ἁμαρτίαι, ἢ εἰπεῖν, ἔγειραι καὶ περιπάτει; Τίνος οὖν ἕνεκεν ἐπὶ τὸ ἔλαττον ἔρχῃ δι' ἐκείνους; Ἐπειδὴ τὸ φανερὸν τοῦ ἀφανοῦς τρανοτέραν παρέχεται τὴν ἀπόδειξιν. Διὰ τοῦτο οὐ πρότερον αὐτὸν ἀνέστησεν, ἕως οὗ εἶπεν αὐτοῖς· Ἵνα δὲ εἰδῆτε, ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἀφιέναι ἁμαρτίας ἐπὶ τῆς γῆς, τότε φησὶ τῷ παραλυτικῷ, Ἔγειραι καὶ περιπάτει, ὡσανεὶ ἔλεγε· μεῖζον μέν ἐστι σημεῖον ἡ τῶν ἁμαρτημάτων ἄφεσις· διὰ δὲ ὑμᾶς καὶ τὸ ἔλαττον προστίθημι, ἐπειδὴ τοῦτο ὑμῖν ἀπόδειξις ἐκείνου εἶναι δοκεῖ. Ὥσπερ γὰρ ἐκεῖ τὸν ἑκατοντάρχην ἐπαινέσας εἰπόντα, Εἰπὲ λόγῳ μόνον, καὶ ἰαθήσεται ὁ παῖς μου· καὶ γὰρ ἐγὼ λέγω τούτῳ, πορεύου, καὶ πορεύεται· καὶ τῷ ἄλλῳ, ἔρχου, καὶ ἔρχεται· ἐκύρωσεν αὐτοῦ τὴν γνώμην διὰ τῶν ἐγκωμίων· καὶ πάλιν τοῖς Ἰουδαίοις ἐγκαλέσας ἐπὶ τοῦ σαββάτου μεμφομένοις αὐτῷ, ὅτι πάλιν παραλύει τὸν νόμον, ἔδειξεν ὅτι κύριός ἐστι μεταθεῖναι νόμους· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα εἰπόντα τοῦτον, ἴσον ἑαυτὸν ποιεῖ τῷ Θεῷ, ἐπαγγελλόμενος ἃ τοῦ Πατέρος ἐστὶ μόνον, μεμψάμενος αὐτοὺς καὶ αἰτιασάμενος, καὶ διὰ τῶν ἔργων ἐπιδείξας ὅτι οὐ βλασφημεῖ, ἀναντίῤῥητον ἡμῖν παρέσχεν ἀπόδειξιν, ὅτι ταῦτα δύναται, ἃ καὶ ὁ γεγεννηκώς. Ὅρα γοῦν πῶς τοῦτο κατασκεύασαι βούλεται, ὅτι ἃ τοῦ Πατρός ἐστι μόνον, ταῦτα καὶ αὐτοῦ· οὐ γὰρ ἁπλῶς ἀνέστησε τὸν παραλυτικὸν, ἀλλ' εἰπών· Ἵνα δὲ εἰδῆτε ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἀφιέναι ἐπὶ τῆς γῆς ἁμαρτίας· οὕτως ἔργον ἦν αὐτῷ καὶ σπουδὴ τοῦτο μάλιστα δεῖξαι, ὅτι τὴν αὐτὴν αὐθεντίαν ἔχει τῷ Πατρί.

Ταῦτα οὖν ἅπαντα, καὶ τὰ πρώην καὶ τὰ πρὸ ἐκείνης εἰρημένα τῆς ἡμέρας μετὰ ἀκριβείας κατέχωμεν, καὶ τὸν Θεὸν παρακαλῶμεν ἀκίνητα μένειν ἐν τῇ διανοίᾳ τῇ ἡμετέρᾳ, καὶ τὴν παρ' ἑαυτῶν εἰσάγωμεν σπουδὴν, καὶ συνεχῶς ἐνταῦθα ἀπαντῶμεν. Οὕτω γὰρ καὶ τὰ πρόσθεν εἰρημένα φυλάξομεν, καὶ ἕτερα προσκτησόμεθα πάλιν· κἂν ἀποῤῥυῇ τι τῷ χρόνῳ, ῥᾳδίως αὐτὰ ἀνακτήσασθαι δυνησόμεθα τῇ συνεχεῖ διδασκαλίᾳ. Καὶ οὐ τὰ δόγματα μόνον ὑγιῆ καὶ ἄφθορα μενεῖ, ἀλλὰ καὶ ὁ βίος πολλῆς ἀπολαύσεται τῆς ἐπιμελείας, καὶ μεθ' ἡδονῆς καὶ μετ' εὐθυμίας τὴν παροῦσαν δυνησόμεθα διανύσαι ζωήν. Ὁποῖον γὰρ ἐνοχλεῖ πάθος τὴν ψυχὴν ἐνταῦθα παραγινομένων ἡμῶν, ῥᾳδίως διαλυθῆναι δυνήσεται· ἐπεὶ

obscurum erat: hoc vero etsi minus erat, manifestum erat. Quoniam igitur ad demonstrationem majoris usurus est minori, ostendens se propter illorum infirmitatem ita fecisse, atque ad illorum humilitatem se demisisse, *Quid est fa-*
45 A *cilius,* inquit, *dicere, Dimittuntur peccata tua, an dicere, Surge et ambula?* Cur igitur ad minus propter illos venis? Quoniam id quod manifestum est, obscuro clariorem exhibet demonstrationem. Propterea non prius illum erexit, quam dixit illis: *Ut autem sciatis, quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, tunc ait paralytico, Surge et ambula:* quasi diceret, majus quidem signum est remissio peccatorum, sed propter vos quod minus est adjicio: quandoquidem hoc verbi illius esse demonstratio videtur. Nam quemadmodum illic cum centurionem laudasset qui dixe-
B rat: *Dic tantum verbo, et sanabitur puer meus: nam et ego dico huic, Vade, et vadit, et alii, Veni, et venit,* animum ejus laudibus confirmavit: et rursus cum Judæos reprehendisset sibi objicientes in sabbato legem ab ipso violari, in sua potestate situm esse ostendit leges immutare: sic nimirum hoc loco, cum illi dixissent, Æqualem te ipsum facis Deo, promittens ea, quæ solius sunt Patris, reprehendens eos, et accusans, atque operibus ipsis ostendens se minime blasphemare, indubitatam nobis præbuit
C demonstrationem, unde constet eadem ipsum, quæ Genitor, posse præstare. Vide igitur, quo pacto istud contendat adstruere, quæ Patris solius sunt, ea ipsius etiam esse: non enim simpliciter paralyticum erexit, sed cum dixisset, *Ut autem sciatis, quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata:* adeo curabat ac studebat hoc maxime ostendere sibi camdem esse auctoritatem cum Patre.

Matth. 9. 6. — Matth. 8. 8. 9. — Matth. 9. 6.

Epilogus sermonis quo ad patientiam in adversis cohortatur.

8. Hæc igitur omnia et quæ hesterno die ac nudiustertius dicta sunt, diligenter memoria teneamus, ac Deum precemur, ut ea in nostra mente defixa permaneant, nostrumque studium conferamus, atque ad hunc locum frequenter ac-
D cedamus. Sic enim fiet, ut ea quæ superius dicta sunt conservemus, et alia rursus acquiramus: quod si quid forte lapsu temporis effluxerit, facile illud assidua doctrina exculti poterimus recuperare. Neque vero sana tantum dogmata permanebunt et incorrupta, sed et vitam nostram majori cura et cautione dirigemus, et cum voluptate animique tranquillitate hoc ævum transigere licebit. Nam quæcumque tandem

perturbatio nostram animam exagitet, dum in hunc locum convenimus, facile discuti poterit : quandoquidem et Christus nunc adest, et qui cum fide ad illum accedit, facilem adepturus est curationem. Paupertate quis assidua conflictatur, et necessariis destituitur alimentis, et fame confectus sæpenumero lectum petiit : tamen huc ingressus, cum audierit Paulum dicentem, in fame et siti et nuditate se degere, seque non uno, aut duobus, aut tribus diebus, sed perpetuo passum esse (quod quidem indicans
1. Cor. 4. 11. aiebat, *Usque in hanc horam et esurimus, et sitimus, et nudi sumus*), sufficientem ex eo consolationem percipiet, cum ex iis quæ dicta sunt didicerit Deum, non quod illum odisset, in paupertate versari permisisse : neque enim, si odio prosequi hoc esset, Paulo præ cæteris omnibus amico suo id accidere permisisset : verum quod de eo sollicitus esset, eique provideret, atque ad majorem illum philosophiam promoveret. Est alius quispiam, cujus corpus morbis ac malis innumeris obsidetur? Sufficientem huic afferent consolationem paralyticorum istorum corpora, et cum illis beatus ac generosus Pauli discipulus, qui perpetuis morbis conflictabatur, nec umquam a longa ægritudine re-
1. Tim. 5. 23. spirabat, quod etiam Paulus dicebat : *Modico vino utere propter stomachum tuum, et frequentes tuas infirmitates,* non simpliciter dicens infirmitates. Alius quispiam calumniis appetitus est ab iis, qui magnam illi apud populum conflarunt infamiam, atque hoc ejus animum graviter angit et perpetuo cruciat : si ingressus fuerit,
Matth. 5. 11. 12. et audierit, *Beati estis, cum maledixerint vobis homines, et dixerint omne malum adversum vos mentientes : gaudete et exsultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis :* omnem deponet mœrorem, et summa voluptate
Luc. 6. 22. 23. perfundetur; *Subsilite* enim *et exsultate*, inquit, *cum injecerint vobis nomen malum.* Atque illos quidem qui conviciis afficiuntur, hoc modo consolatur : eos vero qui conviciis afficiunt, ali-
Matth. 12. 36. ter terret, cum ait : *Omne verbum otiosum, quod loquuti fuerint homines, reddent de eo rationem, sive bonum fuerit, sive malum.* Filiolam quispiam alius amisit, aut filium, aut alium aliquem ex propinquis, et hic si huc veniat, cum Paulus propter præsentem vitam ingemiscat, et futuram videre cupiat, eumque tædeat hic tam diu morari, sufficienti et ipse medicamento accepto discedet, ubi dicentem il-
1. Thess 4. 12. lum audiverit : *De dormientibus autem nolo*

καὶ νῦν ὁ Χριστὸς πάρεστι, καὶ ὁ μετὰ πίστεως αὐτῷ
E προσιὼν δέξεται τὴν ἰατρείαν εὐκόλως. Πενίᾳ τις
πυκτεύει διηνεκεῖ, καὶ τῆς ἀναγκαίας ἀπορεῖ τροφῆς,
καὶ πεινῶν ἐκαθεύδησε πολλάκις, εἰσελθὼν δὲ ἐν-
ταῦθα, καὶ ἀκούσας Παύλου λέγοντος, ὅτι ἐν λιμῷ
καὶ ἐν δίψει καὶ γυμνότητι διῆγε, καὶ ὅτι οὐχ ἐν μιᾷ
καὶ δύο καὶ τρισὶν ἡμέραις, ἀλλὰ διηνεκῶς τοῦτο
ὑπέμεινε (τοῦτο γοῦν ἐνδεικνύμενος ἔλεγεν· Ἄχρι
τῆς ἄρτι ὥρας καὶ πεινῶμεν, καὶ διψῶμεν, καὶ γυ-
μνητεύομεν), λήψεται παραμυθίαν ἱκανὴν, μαθὼν διὰ
τῶν εἰρημένων, ὅτι οὐχὶ μισῶν αὐτὸν ὁ Θεὸς οὐδὲ
46 ἐγκαταλιμπάνων συνεχώρησεν εἶναι ἐν πενίᾳ· οὐ γὰρ
A ἂν εἰ μισοῦντος τοῦτο ἦν, ἐπὶ τοῦ Παύλου, τοῦ φίλου
μάλιστα πάντων ἀνθρώπων ὄντος αὐτῷ, τοῦτο συν-
εχώρησεν· ἀλλὰ κηδόμενος καὶ προνοῶν, καὶ εἰς
πλείονα ἄγων φιλοσοφίαν. Ἄλλος τις ὑπὸ νόσου καὶ
μυρίων κακῶν τὸ σῶμα ἔχει πολιορκούμενον; Ἱκανὴ
τούτῳ παραμυθία γένοιτ' ἂν τῶν παραλυτικῶν τούτων
τὰ σώματα, καὶ μετὰ τούτων ὁ μακάριος καὶ γενναῖος
τοῦ Παύλου μαθητὴς, ὃς διηνεκῶς ἐν ἀῤῥωστίαις ἦν,
καὶ οὐδέποτε ἀνέπνει ἐκ τῆς μακρᾶς ἀσθενείας, ὅπερ οὖν
καὶ ὁ Παῦλος ἔλεγεν· Οἴνῳ ὀλίγῳ χρῶ διὰ τὸν στόμαχόν
B σου, καὶ τὰς πυκνάς σου ἀσθενείας, καὶ οὐχ ἁπλῶς ἀσθε-
νείας. Ἕτερος συκοφαντηθεὶς παρὰ τοῖς πολλοῖς πονη-
ρὰν ἐκτήσατο δόξαν, καὶ τοῦτο αὐτὸ τὴν ψυχὴν ὀδυνᾷ
καὶ κατεσθίει διηνεκῶς· εἰσελθὼν καὶ ἀκούσας, ὅτι
Μακάριοί ἐστε, ὅταν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς, καὶ εἴπωσι καθ'
ὑμῶν πᾶν πονηρὸν πρᾶγμα ψευδόμενοι· χαίρετε, καὶ
ἀγαλλιᾶσθε, ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρα-
νοῖς, ἀποθήσεται πᾶσαν ἀθυμίαν, καὶ δέξεται πᾶσαν
ἡδονήν· Σκιρτᾶτε γὰρ καὶ ἀγαλλιᾶσθε, φησὶν, ὅταν
ἐκβάλλωσιν ὑμῖν ὄνομα πονηρόν. Καὶ τοὺς μὲν κακῶς
ἀκούοντας τούτῳ παραμυθεῖται τῷ τρόπῳ, τοὺς δὲ
κακῶς λέγοντας ἑτέρως φοβεῖ λέγων, ὅτι Πᾶν ῥῆμα
C ἀργὸν, ὃ ἐὰν λαλήσωσιν οἱ ἄνθρωποι, δώσουσι περὶ
αὐτοῦ λόγον, εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε κακόν. Ἄλλος τις
θυγάτριον ἀπέβαλεν, ἢ υἱὸν, ἤ τινα τῶν προσηκόντων,
καὶ οὗτος ἐνταῦθα παραγενόμενος Παύλου στενάζοντος
ἐπὶ τῇ παρούσῃ ζωῇ καὶ τὴν μέλλουσαν ἐπιθυμοῦντος
ἰδεῖν, καὶ βαρυνομένου τῇ ἐνταῦθα διατριβῇ, καὶ
αὐτὸς λαβὼν ἱκανὸν φάρμακον ἀπελεύσεται ἀκούσας
αὐτοῦ λέγοντος· Περὶ δὲ τῶν κεκοιμημένων οὐ θέλω
ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοὶ, ἵνα μὴ λυπῆσθε ὡς καὶ οἱ
λοιποὶ οἱ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα. Οὐκ εἶπε, περὶ τῶν ἀπο-
θνησκόντων, ἀλλὰ, Περὶ τῶν κεκοιμημένων, δεικνὺς
D ὅτι ὕπνος ἐστὶν ὁ θάνατος. Ὥσπερ οὖν ἂν ἴδωμέν τινα
καθεύδοντα, οὐ θορυβούμεθα, οὐδὲ ἀλύομεν προσδο-
κῶντες αὐτὸν ἀναστήσεσθαι πάντως· οὕτως ὅταν ἴδω-
μέν τινα ἀποθανόντα, μὴ θορυβώμεθα, μηδὲ κατα-
πίπτωμεν· καὶ γὰρ καὶ τοῦτο ὕπνος μακρότερος μὲν,
ὕπνος δὲ ὅμως. Τῷ μὲν οὖν ὀνόματι τῆς κοιμήσεως
παρεμυθήσατο τοὺς πενθοῦντας, τὴν δὲ κατηγορίαν

τῶν ἀπίστων ἀνέτρεψεν. Ἐὰν πενθῇς, φησὶ, τὸν ἀπελθόντα ἀφορήτως, κατ' ἐκεῖνον ἔσῃ τὸν ἄπιστον τὸν οὐκ ἔχοντα ἐλπίδα ἀναστάσεως. Ἐκεῖνος καλῶς θρηνεῖ, ἅτε περὶ τῶν μελλόντων μηδὲν δυνάμενος φιλοσοφεῖν· σὺ δὲ ὁ τοσαύτας λαβὼν ἀποδείξεις περὶ τῆς μετὰ ταῦτα ζωῆς, τίνος ἕνεκεν εἰς τὴν αὐτὴν ἀσθένειαν ἐκείνῳ καταπίπτεις; Διὰ τοῦτό φησι, Περὶ δὲ τῶν κεκοιμημένων οὐ θέλομεν ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἵνα μὴ λυπῆσθε ὡς καὶ οἱ λοιποὶ οἱ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα. Οὐκ ἀπὸ τῆς Καινῆς δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς Παλαιᾶς ἱκανήν ἐστι λαβεῖν παραμυθίαν. Ὅταν γὰρ ἀκούσῃς τοῦ Ἰὼβ μετὰ τὴν τῶν χρημάτων ἀποβολὴν, μετὰ τὴν τῶν βουκολίων ἀπώλειαν, οὐχ ἕνα καὶ δύο καὶ τρεῖς, ἀλλ' ὁλόκληρον χορὸν ἀποβαλόντα παίδων ἐν αὐτῷ τῆς ἡλικίας τῷ ἄνθει, μετὰ τοσαύτην ψυχῆς ἀρετὴν, κἂν ἁπάντων ἀσθενέστερος ᾖς, δυνήσῃ ῥαδίως ἑαυτὸν ἀνακτήσασθαι καὶ ἀνενεγκεῖν. Σὺ μὲν γὰρ, ἄνθρωπε, καὶ παρηκολούθησας ἀῤῥωστοῦντι τῷ παιδὶ, καὶ κατακλινόμενον ἐπὶ τῆς κλίνης εἶδες, καὶ ἔσχατα φθεγγόμενον ῥήματα ἤκουσας, καὶ τὰς τελευταίας ἀναπνέοντα παρέστης ἀναπνοὰς, καὶ καθεῖλες ὀφθαλμοὺς, καὶ συνέκλεισας στόμα· ἐκεῖνος δὲ οὐδὲ παρέστη ψυχοῤῥαγοῦσι, οὐκ εἶδεν ἐκπνέοντας, ἀλλ' εἷς ἐγένετο τάφος πᾶσιν ἡ οἰκία, καὶ ἐπὶ τῆς αὐτῆς τραπέζης ἐγκέφαλος ὁμοίως καὶ αἷμα ἐξέχυτο, καὶ ξύλα, καὶ κέραμος, καὶ κόνις, καὶ σάρκες διατετμημέναι, καὶ πάντα ὁμοίως ἐφύρετο. Ἀλλ' ὅμως μετὰ τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα οὐκ ἐθρήνησεν, οὐκ ἀπεδυσπέτησεν, ἀλλὰ τί φησιν; Ὁ Κύριος ἔδωκεν, ὁ Κύριος ἀφείλετο, ὡς τῷ Κυρίῳ ἔδοξεν, οὕτω καὶ ἐγένετο· εἴη τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου εὐλογημένον εἰς τοὺς αἰῶνας. Ταύτην καὶ ἡμεῖς ἐφ' ἑκάστῳ τῶν συμβαινόντων ἡμῖν φθεγγώμεθα τὴν φωνὴν, κἂν ζημία χρημάτων, καὶ σωμάτων ἀῤῥωστία, καὶ ἐπήρεια, καὶ συκοφαντία, κἂν ὁτιοῦν τῶν ἀνθρωπίνων συμβαίνῃ κακῶν, ταῦτα λέγωμεν· Ὁ Κύριος ἔδωκεν, ὁ Κύριος ἀφείλετο· ὡς τῷ Κυρίῳ ἔδοξεν, οὕτω καὶ ἐγένετο· εἴη τὸ ὄνομα Κυρίου εὐλογημένον εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἂν οὕτω φιλοσοφήσωμεν, οὐδὲν οὐδέποτε πεισόμεθα κακὸν, κἂν μυρία πάσχωμεν· ἀλλ' ἔσται μεῖζον τῆς ζημίας τὸ κέρδος, πλείω τῶν κακῶν τὰ ἀγαθὰ, διὰ τῶν ῥημάτων τούτων ἵλεω τὸν Θεὸν σεαυτῷ ποιῶν, τὴν τυραννίδα ἀποκρουόμενος. Ὁμοῦ γὰρ ἐφθέγξατο ἡ γλῶσσα τὰ ῥήματα ταῦτα, καὶ εὐθέως ἀπεπήδησεν ὁ διάβολος· ἐκείνου δὲ ἀποπηδήσαντος, καὶ τὸ τῆς ἀθυμίας νέφος ἀπελαύνεται, καὶ οἱ θλίβοντες ἡμᾶς δραπετεύουσι λογισμοὶ, συνεκπηδῶντες ἐκείνῳ, καὶ πρὸς τούτοις πᾶσι καὶ τῶν ἐνταῦθα ἀγαθῶν, καὶ τῶν ἐν οὐρανῷ ἐπιτεύξῃ πάντων. Καὶ τὸ ὑπόδειγμα ἀσφαλὲς ἀπὸ τοῦ Ἰὼβ, ἀπὸ τῶν ἀποστόλων, οἳ διὰ τὸν Θεὸν καταφρονήσαντες τῶν ἐνταῦθα δεινῶν, τῶν αἰωνίων ἐπέτυχον ἀγαθῶν. Πειθώμεθα τοίνυν, καὶ ἐν

vos ignorare, fratres, ut non contristemini, sicut et cæteri, qui spem non habent. Non dixit De morientibus, sed *De dormientibus*, somnum esse mortem ostendens. Ut igitur cum
A dormire quemdam videmus, non turbamur, neque mœrore afficimur, illum plane resurrecturum sperantes : ita cum mortem obiisse quemdam videmus, nihil perturbemur, neque animo concidamus : siquidem hoc quoque somnus est; prolixior quidem, sed tamen somnus. Itaque dormitionis nomine lugentes consolatus est, accusationem autem infidelium refutavit. Si defunctum impatienter luges, infidelem illum imitaris, qui resurrectionis fidem non habet.
47 Ille recte luget, utpote qui nihil de rebus futuris philosophari queat : tu vero cui tot datæ sunt de futura vita demonstrationes, quam ob causam in eamdem cum illo imbecillitatem devolveris? Propterea dicit, *De dormientibus nolumus vos ignorare, ut non contristemini, sicut et cæteri, qui spem non habent.* Neque vero ex Novo tantum, sed etiam ex Veteri Testamento possumus consolationem haurire. Cum enim Job audis post pecuniarum jacturam, post interitum armentorum, non unum et duos, ac tres, sed integrum cœtum filiorum in ipso ætatis flore amisisse, post tantam animi virtutem, quamvis omnium sis infirmissimus, facile teipsum refocillare poteris ac reficere. Nam tu quidem, o
B homo, ægrotanti filio adfuisti, decumbentem in lecto vidisti, postrema verba proferentem audiisti, et extremum halitum exhalanti adstitisti, depressisti oculos, et os conclusisti : at ille neque animam exhalantibus adfuit, nec exspirantes aspexit, verum tamquam uno conditi sunt omnes sepulcro ædibus suis, et in eadem mensa cerebrum pariter et sanguis fundebatur, et ligna, et tegulæ, et pulvis, et carnes concisæ, et omnia pariter miscebantur. Verumtamen post tot et tanta mala non luxit, non impatienter tulit : sed quid ait? *Dominus dedit, Dominus abstulit,* Job. 1. 21.
sicut Domino placuit, ita et factum est : sit nomen Domini benedictum in sæcula. Hanc
C nos quoque vocem in singulis quæ nobis accidunt proferamus, sive pecuniarum jactura, sive corporis infirmitas, sive contumelia, sive calumnia, sive quodvis aliud humanum malum acciderit, ista dicamus, *Dominus dedit, Dominus abstulit : sicut Domino placuit, ita et factum est : sit nomen Domini benedictum in sæcula.* Ita si philosophemur, nihil umquam mali patiemur, licet innumera patiamur : sed

Exemplum patientiæ.

majus lucrum erit quam damnum, plura bona quam mala per hæc verba tibi evenient, dum et propitium tibi ipsi Deum reddes, et inimici tyrannidem propulsabis. Simul enim atque verba illa lingua protulit, diabolus confestim abscessit : illo porro abscedente, nubes quoque tristitiæ discutitur, et cum illa celeriter aufugiunt cogitationes, quæ nos affligunt ; ac præter hæc omnia cum hujus vitæ bona, tum illa quæ nos in cælo manent, omnia consequeris. Exemplum habes in Jobo certissimum et in apostolis, qui cum propter Deum hujus ævi mala contemsissent, æterna bona sunt assequuti. Pareamus igitur, et in omnibus, quæ accidunt, gaudeamus, benignoque Deo gratias agamus, ut et præsentem vitam cum facilitate traducamus, et futuris bonis potiamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria, honor et imperium semper, nunc et in perpetuum, et in sæcula sæculorum. Amen.

πᾶσι τοῖς συμβαίνουσι χαίρωμεν, καὶ εὐχαριστῶμεν τῷ φιλανθρώπῳ Θεῷ, ἵνα καὶ τὸν παρόντα μετ' εὐκολίας διάγωμεν βίον, καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα, τιμὴ καὶ κράτος πάντοτε, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

MONITUM

AD HOMILIAS IN PRINCIPIUM ACTORUM.

Hasce conciones longo intervallo in prius Editis separatas ut continenter ponamus, et series ipsa temporis, et argumenti ratio postulat. Cum seriem temporis dico, ne putes me ita tempus assequutum esse, ut annum vel certo statuere, vel probabilibus admodum conjecturis indicare possim ; sed de serie et ordine temporis loquor, quem inter se habent Homiliæ de Actorum inscriptione, ita ut assignare in promtu sit, quæ sit prima, quæ secunda, etc. Id vero clare docet ipse Chrysostomus infra in ea, quam tertiam ordine ponimus. Ibi vero num. 2 legitur : *Eo fit, ut cum ad quartum jam diem expositionem produxerimus, necdum tamen unam inscriptionem potuerimus præterire, sed adhuc* 45 *circa illam versemur.* Et paulo post : *Itaque primo die non esse temere prætereundas inscriptiones dicebam, quo tempore titulum vobis Altaris legi, ac Pauli sapientiam ostendi..... In hoc desiit priori die tota doctrina : post illam secundo die, qui libri esset illius auctor quæsivimus, et invenimus Dei gratia Lucam evangelistam : multisque vobis demonstrationibus rem in quæstione positam probavimus.* Demum clarius paucis interpositis : *Prima igitur die de inscriptione; secunda vero die de eo, qui librum scripsit ; tertia die disseruimus apud eos, qui advenerant, de initio Scripturæ : et ostendimus quid sit actum, quid sit miraculum, et quid sit conversatio, quid signum et prodigium ac virtus... Hodie reliquum inscriptionis operæ pretium est dicamus, et quid significet Apostoli nomen ostendamus.* Prima igitur homilia ea est, in qua non temere prætereundas esse sacrorum Librorum inscriptiones docet, et de inscriptione Altaris, nimirum, IGNOTO DEO, agit. Illam vero Chrysostomo duce primam locamus. Secundam ubi de auctore libri Actorum edisserebat, et Lucam esse demonstrabat, reperimus quidem ; sed, heu, misere deformatam, et cum spuriis immixtam. Est nempe Homilia inscripta, περὶ ἀναλήψεως, *de Assumtione* sive Ascensione Domini, et Chrysostomo adscripta : ubi quæ prima feruntur, Chrysostomo nostro indigna videntur esse. Sub hæc adjiciuntur alia, quæ cum prioribus non cohærere videntur, et licet melioris notæ sint, utrum Chrysostomo sint adscribenda non ausim affirmare. Sequitur postea pars illa, ubi

quibusdam præmissis circa inscriptionem libri Actorum, quæ ad præsens institutum apprime quadrant, de hujus auctore egregie disseritur, et Lucam esse probatur. Hic vero Chrysostomum agnosco; nec dubito quin tam ea quæ de inscriptione Actorum, quam ea quæ de hujus libri auctore feruntur, ad eam homiliam pertineant, quam ut secundam ab se dictam hic memorat Chrysostomus. Hinc quæritur, quoties a Resurrectione ad Ascensionem usque Dominus Christus apparuerit; hanc quoque partem Chrysostomi esse puto: reliqua vero omnia, quæ in hac longissima homilia habentur, aut inepta aut Chrysostomo indigna sunt. Itaque male auctam et consarcinatam homiliam, etsi quædam γνήσια et ad præsens argumentum pertinentia habeat, cum sinceris admiscere non ausi sumus; sed ad finem hujus tomi ablegavimus. Tertia quam, altera ad calcem rejecta, secundam ponimus, ea est in qua de inscriptione Actorum agitur, nec non de differentia inter miraculum et actum, etc. Quarta, quam supra memorata de causa tertiam inscribimus, ea est quæ de utilitate lectionis Scripturarum agit, et ut tituli *Actuum Apostolorum* postremam vocem explicet, perquirit quid significet Apostoli nomen. Huic quartam subjungimus eam in qua quærit cur Acta Apostolorum in Pentecoste legantur: quæ sese prodit aliis subnectendam esse: etenim in ea ita legitur: *Dixi tum temporis, a quo scriptus fuerit liber Actorum, et quis operis istius auctor fuerit; imo vero non quis auctor operis, sed quis minister. Non enim ille quæ dicta sunt produxit, sed iis, quæ dicta sunt, ministravit. Dixi de Actis ipsis, et quid tandem sibi velit nomen illud Actorum: dixi etiam de Apostolorum appellatione: jam necesse est dicamus, qua de causa statuerint patres nostri, ut liber Actorum in Pentecoste legeretur.*

Itaque luce clarius est has continue, modico inter singulas interposito tempore, habitas fuisse: et quidem non diu post Paschalem solennitatem, ut ex iis, quæ de nuper illuminatis circa finem primæ et tertiæ homiliæ dicuntur, arguitur. Præter hanc vero Paschatis nuper elapsi notam, alteram eruimus ex his verbis homiliæ I, num. 2: *Non sunt igitur malum divitiæ, sed illegitimus earum usus est malum: et sicut nuper de ebrietate verba faciens, non vinum accusabam, quippe cum omnis creatura Dei bona sit, quæ cum gratiarum actione percipitur; sed malum usum*, etc. Hic porro annotare prorsus videtur Homiliam contra Ebriosos et de Resurrectione, quam T. 2 edidimus: ubi contra temulentos multa disserens, hæc inter alia dicit: *Abstineamus ab ebrietate: non dico, Abstineamus a vino, sed, Ab ebrietate abstineamus. Non vinum efficit ebrietatem: est enim Dei creatura: Dei porro creatura nihil efficit mali, sed voluntas maligna efficit ebrietatem*, etc. Ex his porro verbis arguitur homiliam illam, quæ ut nuper habita memoratur in hac prima concione in Actorum initium, eam ipsam esse, quæ contra Ebriosos in die Resurrectionis dicta fuit, atque adeo hanc primam paucis post Pascha diebus habitam fuisse. Idipsum vero probatur etiam ex alio hujus homiliæ loco, num. 5, ubi dicitur: *Superioribus apud vos diebus de apostolicis verbis, deque evangelicis disseruimus, cum de Juda verba faceremus: disseruimus et de propheticis, hodierno die volumus de Apostolorum Actis*, etc. Hic omnino videtur agi de Homilia in Judam, quæ habita fuit feria V in Cœna Domini, ubi de apostolicis et de propheticis verbis edisserit. Hujus porro homiliæ duplicem textum edidimus, quia cum priorem de Juda, cujus initium est, ὀλίγα ἀνάγκη σήμερον, aliquot ante annis habuisset posteriorem, quæ sic init, ἐβουλόμην, ἀγαπητοὶ, τῆς κατὰ τὸν πατριάρχην, eamdem, quam priorem, sed retractatam, et aliquot in locis auctam eadem ipsa Quadragesima habuit, qua Homilias in Genesim. Hanc enim post trigesimam secundam in Genesim homiliam, intermisso videlicet Homiliarum in Genesim cursu, Antiochiæ habuit, ut in Monito ad Homiliam de Proditore Juda diximus, atque infra dicemus in Præfatione ad Homilias in Genesim. Certum itaque est has in principium Actorum homilias eodem anno habitas esse, quo Homilia illa in Judam, cujus initium, ἐβουλόμην, ἀγαπητοί, et Homilia contra Ebriosos et de Resurrectione, paucisque post utramque diebus.

Hunc porro ordinem ipse Chrysostomus statuit Homil. 33 in Genesim, ubi rationem reddens cur Homiliarum in Genesim, quas per totam Quadragesimam habuerat, cursum interceperit, hæc habet: *Mensa autem vobis proponenda erat suis congrua temporibus. Et idcirco quando venit dies Traditionis et Passionis, continua docendorum serie resecta, præsentibus quæ urgebant nos accommodantes, primum in Proditorem linguam laxavimus: deinde de Cruce aliqua in medium protulimus. Postea, illucescente Resurrectionis die necessarium erat, ut de Resurrectione Domini caritatem vestram doceremus: et sequentibus diebus, per ea miracula, quæ tunc facta*

sunt, resurrectionis demonstratio iterum afferenda erat. Quando etiam Acta Apostolorum accipientes, inde vobis frequentia convivia apposuimus ; ac multas crebrasque admonitiones iis dedimus, qui nuper [baptismi] gratiam acceperant. Hic magnam homiliarum continenter habitarum seriem habemus. Per totam igitur Quadragesimam Homilias duas et triginta priores in Genesim habuit : Feria autem quinta in Cœna Domini Homiliarum in Genesim cursum intercepit, ut de Juda Proditore loqueretur, quod etiam ipse dicit initio illius Homiliæ de Juda, cujus initium, ἐβουλόμην. ἀγαπητοί, quæ sequitur illas triginta duas in Genesim homilias. Die Parasceves sequenti Homiliam habuit de Cruce et Latrone, alterutram ex iis, quas continua serie edidimus Tom. 2 : nam, ut de Concione in Judam dicebamus, eam bis a Chrysostomo, sed retractatam, et aliquot in locis mutatam, habitam fuisse, idipsum deprehendimus de Homilia in Crucem et Latronem, ut in Monito ad eamdem videas. Postea vero in die Paschæ contra ebriosos et de resurrectione concionatus est, ut jam supra vidimus. Tempore autem paschali Homilias in principium Actorum habuit, quarum quatuor vel quinque supersunt, si annumeremus illam de qua initio.

Cave autem putes has in Acta Apostolorum homilias, quæ in supra allato loco memorantur, esse corpus illud Homiliarum in Acta, quæ magno numero infra edentur ; nam illæ Constantinopoli haud dubie habitæ sunt, hæ vero in principium Actorum, Antiochiæ, ut liquidum est : atque in prima et tertia ad nuper baptizatos cohortationes animadvertimus illas, quas in loco supra allato se habuisse commemorat. Post illas vero in principium Actorum conciones intermissum Concionum in Genesim ordinem Chrysostomus repetit.

Hic cernis magnam et perspicuam concionum seriem, eodem habitam anno. Quodque mirum videatur, in tanto homiliarum decursu ne γρῦ quidem comparet, unde quis ille fuerit annus expiscari vel probabiliter possimus. Opinatur Tillemontius aliquam temporis notam posse decerpi ex Homilia secunda de Christi Precibus, ubi sic orditur Chrysostomus : ἱκανῶς ἐν ταῖς ἔμπροσθεν ἐπανηγυρίσαμεν ἡμέραις, τῶν ἄθλων ἐπιλαβόμενοι τῶν ἀποστολικῶν καὶ τῇ διηγήσει τῶν πνευματικῶν ἐντρυφήσαντες κατορθωμάτων, i. e. *Superioribus diebus abunde in celebri cœtu conciones habuimus, apostolica certamina tractantes, et spiritualium recte factorum narratione nos oblectantes.* Hæc, inquit ille, apostolica certamina probabiliter referri possunt ad Concionis præcedentis locum illum, versus finem, ubi ait apostolos esse quasi principes, quorum præclara gesta sunt recensenda. Verum non animadvertit Tillemontius, in illo Homiliæ II de Christi Precibus principio de multis in apostolorum certamina concionibus agi, quod non potest quadrare ad Homiliam, quæ in prius editis præcedebat illam de Christi precibus, quamque nos Chysostomo duce primam in principium Actorum constituimus. Deinda Homilia illa secunda de Christi precibus anno 387 habita est, ipso fatente recteque statuente Tillemontio, qua vero anni parte incertum ; sed vel ante vel post Quadragesimam illius anni dictam oportet ; si ante Quadragesimam, quomodo dixerit Chrysostomus se nuper ἐν ταῖς ἔμπροσθεν ἡμέραις de apostolorum certaminibus egisse, de homilia loquens, quam paucis post Pascha anni præcedentis 386 diebus habuisset ? Si post Quadragesimam et tempus paschale, cum illa Homilia prior in principium Actorum eodem anno habita fuerit in tempore paschali, quo Homiliæ in Genesim per totam Quadragesimam habitæ sunt, sequeretur Homilias in Genesim anno 387 in Quadragesima habitas fuisse. At certum est Quadragesimam totam anni 387 Homiliis circa Statuas eversas et calamitatem Antiochenam insignitam fuisse. Alioquin vero non sibi constat Tillemontius, si Homiliam primam in principium Actorum consignet in annum 387, quando certum omnino est, ipso fatente Tillemontio, eam eodem anno pronuntiatam fuisse, quo Homiliæ in Genesim, quas ipse probabiliter statuit anno 395 habitas fuisse. Si vel certis vel verisimilibus argumentis id statueret Tillemontius, hunc haud dubie calculum sequeremur. Sed cum res admodum obscura incertaque videatur, donec quid probabilius emergat, calculo ferendo supersedebimus.

Homiliarum in principium Actorum interpretatio est Frontonis Ducæi.

ΟΜΙΛΙΑ

Πρὸς τοὺς ἐγκαταλείψαντας τὴν σύναξιν τῆς Ἐκκλησίας, καὶ εἰς τὸ μὴ παρατρέχειν τὰς ἐπιγραφὰς τῶν θείων Γραφῶν, καὶ εἰς τὸ ἐπίγραμμα τοῦ βωμοῦ, καὶ εἰς τοὺς νεοφωτίστους.

ᵃΤί τοῦτο; ὅσον προΐασιν ἡμῖν αἱ ἑορταὶ, τοσοῦτον καὶ αἱ συνάξεις ἐλάττους γίνονται. Ἀλλὰ μὴ ῥαθυμῶμεν ἡμεῖς οἱ παρόντες· ἐλάττους μὲν γίνονται τῷ πλήθει, οὐκ ἐλάττους δὲ τῇ προθυμίᾳ· ἐλάττους τῷ ἀριθμῷ, οὐκ ἐλάττους δὲ τῷ πόθῳ. Ἐλάττους γίνονται, ἵνα οἱ δόκιμοι φανεροὶ γένωνται ἐν ὑμῖν, καὶ μάθωμεν, τίνες μὲν συνηθείᾳ, τίνες δὲ ἐπιθυμίᾳ B θείων λογίων παραγίνονται δι' ἐνιαυσίου ἑορτῆς, τίνες ἐπιθυμίᾳ ἀκροάσεως πνευματικῆς. Πᾶσα ἡ πόλις ἦν ἐνταῦθα τῇ προτέρᾳ κυριακῇ, μεστοὶ οἱ περίβολοι, καὶ κύματα ἀπιόντα καὶ ἐπανιόντα ἐμιμεῖτο τὸ πλῆθος· ἀλλ' ἐμοὶ τῶν κυμάτων ἐκείνων ποθεινοτέρα ἡ ὑμετέρα γαλήνη, ἐμοὶ τοῦ θορύβου καὶ τῆς ταραχῆς ἐκείνης τιμιωτέρα ὑμῶν ἡ ἡσυχία. Τότε τὰ σώματα ἦν ἀριθμεῖν παρόντα, νῦν τὰ φρονήματα εὐλαβείας γέμοντα. Εἴ τις τὴν σύναξιν ταύτην τὴν ὀλιγάνθρωπον καὶ τὸ πλέον ἐκ πενήτων C συνεστηκυῖαν, κἀκείνην τὴν σύναξιν τὴν πολυάνθρωπον καὶ τὸ πλεῖον ἀπὸ πλουσίων συγκεκροτημένην, εἴ τις ἀμφοτέρας τὰς συνάξεις ταύτας ὥσπερ ἐν ζυγῷ καὶ σταθμῷ θελήσει σταθμῆσαι, εὕρῃ ἂν ταύτην καθέλκουσαν. Εἰ γὰρ ἐλάττους τῷ ἀριθμῷ, ἀλλὰ τιμιώτεροί ἐστε τῇ ἐπιθυμίᾳ. Οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν σταθμητῶν γίνεται· ἐὰν δέκα τις στατῆρας χρυσίου λαβὼν εἰς μίαν καταθῆται πλάστιγγα, εἶτα εἰς τὴν ἑτέραν πλάστιγγα χαλκοὺς ἑκατὸν, οἱ μὲν ἑκατὸν χαλκοὶ πρὸς ἑαυτοὺς καθέλκουσι τὴν τρυτάνην· οἱ δὲ δέκα χρυσοὶ τῇ τῆς φύσεως ὑπεροχῇ μειζόνως D ἀνθέλκουσι, βαρύτεροι καὶ τιμιώτεροι ὄντες κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον. Ὥστε ἔστιν ὀλίγους ὄντας τῷ ἀριθμῷ, τῶν πολλῶν εἶναι τιμιωτέρους καὶ ἀναγκαιοτέρους. Ἀλλὰ τί ὑμῖν τὰ παραδείγματα ἀπὸ τῶν ἐν τῇ συνηθείᾳ φέρω πραγμάτων, δέον αὐτὴν τοῦ Θεοῦ τὴν ψῆφον περὶ τούτων παραγαγεῖν ἀποφαινομένην; Τί οὖν αὕτη φησί; Κρείσσων εἷς ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ Κυρίου, ἢ μυρίοι παράνομοι. Ἔστι γὰρ, ἔστι πολλάκις ἄνθρωπος εἷς μυρίων ἀντάξιος. Καὶ τί λέγω, ἔστιν εἷς ἄνθρωπος μυρίων ἀντάξιος μόνος; 51 A ἀλλὰ καὶ τῆς οἰκουμένης ἀναγκαιότερος καὶ τιμιώτερος. Καὶ τούτου τὴν μαρτυρίαν ἀπὸ τῶν Παύλου

SERMO

Ad eos qui conventum Ecclesiæ deseruerunt, et quod non oporteat sacrarum Scripturarum titulos prætermittere, et in inscriptionem altaris, et in nuper illuminatos.

1. Quid hoc sibi vult? quo nobis festa ulterius progrediuntur, eo minores collectæ fiunt. Ne tamen idcirco desides simus nos qui adsumus : siquidem minores fiunt, si multitudinem spectes; sin alacritatem animi, non fiunt minores : numero fiunt minores, non affectu. Porro idcirco minuuntur, ut qui in vobis probati sunt, manifesti fiant, et quinam ex consuetudine, quinam divinorum eloquiorum cupiditate, quinam lectionis spiritualis desiderio ducti ad annuam ventitent solennitatem, sciamus. Præcedenti Dominica civitas hic aderat universa, plena erant septa, et multitudo recedentes fluctus atque redeuntes imitabatur : sed mihi fluctibus illis optatior et gratior est tranquillitas vestra; pluris ego facio quietem vestram, quam tumultum et turbas illas. Tum præsentia dinumerare corpora licebat, nunc affectus plenos pietatis. Si quis hanc paucorum hominum collectam, et ex pauperibus majori ex parte constantem, et illam multorum hominum ex divitibus majore ex parte conflatam, si quis utrasque collectas istas tamquam in trutina et statera ponderare voluerit, hanc comperiet præponderare. Quamquam enim, si numeri ratio habeatur, minores estis : si tamen cupiditatem affectumque spectemus, pluris faciendi estis. Ita fit in rebus, quæ ponderantur : si quis decem aureos stateras sumat, et in una lance deponat, ac deinde in altera centum æreos nummos; trutinam quidem centum ærei nummi deorsum ad se trahunt, attamen aurei decem illi cum habita ratione materiæ graviores sint ac pretiosiores, naturæ suæ dignitate præponderant. Itaque fieri potest, ut qui pauci sunt numero, pluris faciendi sint et utiliores habeantur illis qui numero multi sint. Sed quid ego vobis exempla profero a rebus consuetis repetita, cum ipsam a Deo prolatam sententiam oporteat in medium afferri? Quid igitur illa dicit? *Melior* Eccli. 16. *est unus faciens voluntatem Domini, quam* 3.

ᵃ Cod. Vaticanus 569, p. 174 : τί τοῦτο; ὅσῳ πρόεισιν ἡμῖν ἡ ἑορτή. Hic Codex paucas habet varias lectiones.

innumeri prævaricatores. Est enim, est sæpe unus homo innumeris æquiparandus. Quid dico unum hominem solum æquiparandum innumeris? imo toto orbe terrarum utilior et pretiosior censetur. Atque hujus rei testimonium ex Pauli verbis mutuabor. Cum enim hominum pauperum, vexatorum, exagitatorum, afflictorum mentionem fecisset, adjecit : *Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus.* Quid ais? hominibus egentibus, afflictis, patrias sedes non habentibus dignus non erat mundus? Non vides quam paucos tam multis opposueris? Video, inquit, et ideo dixi mundum illis non fuisse dignum : nota quippe mihi est numismatum istorum natura. Si terram posuero, mare, reges, præfectos, et totam omnino naturam humanam, et duos tresve pauperes his opposuero, confidenter asseram fore, ut pauperes isti præponderent. Quod si illi e patriis sedibus expellebantur, tamen patriam supernam Jerusalem habebant. In paupertate vitam agebant; at pietate divites erant. Hominibus erant odiosi, at Deo grati. Quinam illi porro sunt? Helias, Elisæus, et illius temporis omnes. Neque vero id spectes, quod ne alimenta quidem illis necessaria suppetebant : at quod os Heliæ cælum clauserit et aperuerit, ejusque melote Jordanem retro flexerit. Atque hæc cum mihi veniunt in mentem, gaudeo, et doleo : gaudeo quidem propter vos, qui adestis : doleo vero propter eos qui absunt : doleo valde, molesteque fero et corde conteror. Quis enim est adeo sensus doloris expers, ut non doleat cum in ea quæ ad diabolum pertinent, plus studii conferri cernat? Atqui nulla spes veniæ nobis vel excusationis reliqua esset, si vel æquale studium conferretur : cum autem etiam longe superet, quis nobis defensionis locus relinquitur? Quotidie nos invitant spectacula, nec ullus pigritatur, nullus est qui cunctetur; nullus est qui negotiorum occupationes obtendat, sed tamquam expediti et omni cura soluti accurrunt omnes; non canitiem senex reveretur, non ardorem naturæ ac libidinis juvenis suspectum habet, neque dignitatem suam probro se afficere censet opulentus. At si quidem ad ecclesiam veniendum sit, quasi ex aliquo sublimi gradu et honore desiliendum sit, ita pigritatur et torpet, et inflatur deinde, quasi quidpiam fuerit Deo largitus : cum vero properat ad theatrum, ubi sunt lasciva spectacula et acroamata, non existimat se probro

Heb. 11. 37. 38.

Invehitur in eos qui spectaculis intersunt.

ῥημάτων ποιήσομαι. Ἀνθρώπων γὰρ μνησθεὶς πενήτων, ἐλαυνομένων, θλιβομένων, κακουχουμένων, οὕτω φησί· Περιῆλθον ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασιν, ὑστερούμενοι, θλιβόμενοι, κακουχούμενοι, ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος. Τί λέγεις; τῶν ὑστερουμένων, τῶν κακουχουμένων, τῶν οὐκ ἐχόντων πατρίδα οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος; Οὐχ ὁρᾷς πόσους πόσοις ἀντέστησας; Ὁρῶ μὲν, φησὶ, καὶ διὰ τοῦτο εἶπον ὅτι οὐκ ἦν ὁ κόσμος ἄξιος αὐτῶν· ἐγὼ γὰρ
B τῶν νομισμάτων τούτων τὴν φύσιν οἶδα σαφῶς. Καὶ γῆν, καὶ θάλατταν, καὶ βασιλεῖς, καὶ ἐπάρχους, καὶ πᾶσαν ἁπλῶς τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν τιθεὶς, καὶ δύο ἢ τρεῖς πένητας τούτοις ἀντιστήσας, θαῤῥῶν ἂν εἴποιμι, ὅτι οὗτοι μᾶλλον κατάγουσιν οἱ πένητες. Εἴπερ ἐκεῖνοι ἀπηλαύνοντο πατρίδος, ἀλλ' εἶχον πατρίδα τὴν ἄνω Ἱερουσαλήμ. Ἐν πενίᾳ διῆγον· ἀλλ' ἐπλούτουν κατὰ τὴν εὐσέβειαν. Ἀνθρώπων ἦσαν ἐχθροί· ἀλλὰ τῷ Θεῷ φίλοι. Καὶ τίνες εἰσὶν οὗτοι; Ὁ Ἠλίας, ὁ Ἐλισσαῖος, καὶ οἱ κατ' ἐκείνους ἅπαντες. Μὴ γὰρ δὴ τοῦτο ἴδῃς, ὅτι οὐδὲ τῆς ἀναγκαίας ηὐπόρουν τροφῆς, ἀλλ' ὅτι τὸ στόμα Ἠλίου τὸν οὐρανὸν ἔκλεισε καὶ ἀνέῳξε, καὶ ἡ μηλωτὴ αὐτοῦ τὸν
C Ἰορδάνην ἀπέστρεψε. Καὶ ταῦτα ἐννοῶν χαίρω, καὶ ἀλγῶ· χαίρω μὲν δι' ὑμᾶς τοὺς παρόντας, ἀλγῶ δὲ δι' ἐκείνους τοὺς μὴ παρόντας· ἀλγῶ σφόδρα, καὶ ὀδυνῶμαι, καὶ συντέτριμμαι τὴν καρδίαν. Τίς γὰρ καὶ τῶν σφόδρα ἀναλγήτων οὐκ ἂν ἀλγήσειε τὰ τοῦ διαβόλου πλείονος ἀπολαύοντα σπουδῆς ὁρῶν; Καίτοι εἰ καὶ ἴσης ἀπήλαυσεν, οὐδεμία ἡμῖν ἦν ἡ συγγνώμη, οὐδὲ ἀπολογία· ὅταν δὲ καὶ πλεονεκτῇ, τίς ἡμῖν ἐλλείπεται λόγος; Θέατρα καθ' ἑκάστην καλεῖ τὴν ἡμέραν, καὶ οὐδεὶς ὁ ὀκνῶν, οὐδεὶς ὁ ἀναδυόμενος, οὐδεὶς ἀσχολίαν προβάλλεται πραγμά-
D των· ἀλλ' ὥσπερ εὔζωνοι καὶ λελυμένοι φροντίδος ἁπάσης, οὕτω τρέχουσιν ἅπαντες· οὐχ ὁ γέρων τὴν πολιὰν αἰδεῖται, οὐχ ὁ νέος ὑφορᾶται τὴν φλόγα τῆς φύσεως καὶ τῆς ἐπιθυμίας, οὐχ ὁ πλούσιος τὸ ἀξίωμα τὸ ἑαυτοῦ καταισχύνειν ἡγεῖται. Ἀλλ' ἐὰν μὲν εἰς ἐκκλησίαν ἀπαντῆσαι δέῃ, καθάπερ ἐξ ὑπεροχῆς τινος καὶ ἀξιώματος καταβαίνων, οὕτω ναρκᾷ καὶ ὀκνεῖ, καὶ μετὰ ταῦτα φυσᾶται, ὥσπερ τι τῷ Θεῷ χαρισάμενος· εἰς δὲ θέατρον σπεύδων, ἔνθα ἀσελγῆ θεάματα καὶ ἀκούσματα, οὐ νομίζει καταισχῦναι
E ἑαυτὸν, οὐ τὸν πλοῦτον, οὐδὲ τὴν εὐγένειαν. Ἐβουλόμην εἰδέναι, ποῦ νῦν εἰσιν οἱ κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἡμῖν ἐνοχλήσαντες· ἐνόχλησις γὰρ ἦν αὐτῶν ἡ παρουσία· ἐβουλόμην εἰδέναι τί πράττουσι, τί τῶν παρόντων αὐτοὺς ἀναγκαιότερον ἀπησχόλησεν. Ἀλλ' ἀσχολία οὐδεμία, τῦφος δὲ μόνος. Καὶ τί γένοιτ' ἂν μανικώτερον; Τίνος γὰρ ἕνεκεν, ἄνθρωπε, μεγαλοφρονεῖς, καὶ νομίζεις ἡμῖν χαρίζεσθαι, ἐὰν παραγενόμενος ἐνταῦθα προσέχῃς, καὶ ἀκούσῃς τὰ πρὸς

σωτηρίαν τῆς σῆς ψυχῆς; τίνος ἕνεκεν, εἰπέ μοι, καὶ διὰ τί ἀλαζονεύῃ; διὰ τὸν πλοῦτον; διὰ τὰ ἱμάτια 52 τὰ σηρικά; A Εἶτα οὐκ ἐννοεῖς, ὅτι σκωλήκων εἰσὶν ἐκεῖνα νήματα, καὶ βαρβάρων ἀνθρώπων εὑρέματα; ὅτι πόρναι ἐκείνοις κέχρηνται, καὶ μαλακοὶ, καὶ τυμβωρύχοι, καὶ λῃσταί; Ἐπίγνωθι τὸν δίκαιον πλοῦτον, καὶ κατάβηθί ποτε ἀπὸ τοῦ φυσήματος ἐκείνου τοῦ ὑψηλοῦ καὶ κενοῦ· διάσκεψαι τῆς φύσεως τὸ εὐτελές. Γῆ καὶ σποδὸς εἶ, τέφρα καὶ κόνις, καπνὸς καὶ σκιὰ, χόρτος καὶ ἄνθος χόρτου. Τοιαύτῃ φύσει μεγαλοφρονεῖς, εἰπέ μοι; Καὶ τί τούτου γένοιτ' ἂν καταγελαστότερον; Ἀλλὰ πολλῶν ἄρχεις ἀνθρώπων; Καὶ τί τοῦτο ὄφελος, ὅταν ἀνθρώπων μὲν ἄρχεις, τῶν δὲ παθῶν αἰχμάλωτος εἶ καὶ δοῦλος; Ὥσπερ ἄν τις οἴκοι μὲν ὑπὸ τῶν οἰκετῶν τύπτοιτο B καὶ τραύματα λαμβάνοι, ἔξω δὲ εἰς τὴν ἀγορὰν ἐμβάλλων μέγα φρονῇ ἐπὶ τῇ τῶν ἄλλων ἀρχῇ· οὕτω τύπτει σε κενοδοξία, τραύματά σοι ἐπάγει ἡ ἀσέλγεια, πάντων τῶν παθῶν δοῦλος εἶ, καὶ μέγα φρονεῖς ὅτι τῶν ὁμοφύλων ἄρχεις; Εἴθε ἐκείνων ἦρχες, ἐκείνων ἦς ἰσότιμος.

Οὐ τῶν πλουτούντων κατηγορῶν ταῦτα λέγω, ἀλλὰ τῶν κακῶς τῷ πλούτῳ κεχρημένων. Οὐ γὰρ ὁ πλοῦτος κακὸν, ἐὰν εἰς δέον βουλώμεθα αὐτῷ χρήσασθαι, ἀλλ' ἡ ἀπόνοια, καὶ ἡ ἀλαζονεία. Εἰ κακὸν ἦν ὁ πλοῦτος, οὐκ ἂν πάντες ηὐξάμεθα εἰς κόλπους Ἀβραὰμ ἀπελ- C θεῖν τοῦ ἔχοντος τριακοσίους δέκα καὶ ὀκτὼ οἰκέτας οἰκογενεῖς. Οὐ τοίνυν ὁ πλοῦτος κακὸν, ἀλλ' ἡ παράνομος αὐτοῦ χρῆσις κακόν. Καὶ ὥσπερ πρώην περὶ μέθης λέγων, οὐ τὸν οἶνον διέβαλλον (πᾶν γὰρ κτίσμα Θεοῦ καλὸν, καὶ οὐδὲν ἀπόβλητον, μετ' εὐχαριστίας λαμβανόμενον), οὕτω καὶ νῦν οὐ τῶν πλουτούντων κατηγορῶ, οὐδὲ τὰ χρήματα διαβάλλω, ἀλλὰ τὴν κακὴν τῶν χρημάτων χρῆσιν, καὶ εἰς ἀσωτίαν δαπανωμένην. Διὰ τοῦτο χρήματα λέγεται, ἵνα ἡμεῖς αὐτοῖς χρησώμεθα, καὶ μὴ ἐκεῖνα ἡμῖν· διὰ τοῦτο κτήματα λέγεται, ἵνα ἡμεῖς αὐτὰ κτησώμεθα, καὶ μὴ ἐκεῖνα ἡμᾶς. Τί οὖν τὸν δοῦλον ἔχεις δεσπότην; D τί ἀντέστρεψας τὴν τάξιν; Ἀλλ' ἐβουλόμην μαθεῖν, τί νῦν ποιοῦσιν οἱ τὴν σύναξιν ἐγκαταλείψαντες, καὶ

seipsum afficere, non divitias suas nec nobilitatem. Scire cuperem, ubi nunc sint, qui tum illo die nos interturbabant : siquidem interturbatio quædam erat ipsorum præsentia : scire cuperem quid nunc agant, quid utilius his, quæ nobis sunt præ manibus, illos occupet. Imo nulla occupatio illos detinet, sed solus fastus. Quo quid insanius videri potest? Cur enim, quæso, magnifice ac superbe de te sentis, mi homo? teque nobis gratificari censes, si cum huc veneris attendas, et quæ ad salutem animæ tuæ pertinent audias? quam ob causam, quæso, et cujus rei gratia gloriaris? an ob divitias? an ob vestes sericas? Cur non potius cogitas illas vermium esse stamina et barbarorum hominum inventa? meretrices illis ac molles, et sepulcrorum perfossores, ac latrones uti? Divitias agnosce legitimas, et ab illo sublimi vanoque fastu aliquando delabere; naturæ vilitatem considera. Terra es et pulvis, cinis et favilla, fumus et umbra, fœnum et flos fœni. Taline, quæso, natura gloriaris? Quid vero esse potest magis ridiculum? Atqui multis hominibus imperas? Quid hoc tibi prodest, quod hominibus imperes, cum perturbationum tuarum servus et captivus sis? Quemadmodum si quis domi quidem a famulis verberibus ac vulneribus concidatur, foris autem in forum veniens, quod aliis imperet, glorietur : ita cum te verberet inanis gloriæ cupiditas, cum tibi vulnera infligat luxuria, cum omnium perturbationum servus sis, gloriaris quod gentilibus tuis imperes? Atque utinam illis imperares! utinam æquiparandus illis esses!

2. Non ut divites accusem hæc dico, sed eos qui divitiis perperam utuntur. Neque enim malum sunt divitiæ, si eis ut oportet uti voluerimus, sed superbia et arrogantia. Si malum essent divitiæ, nequaquam ad sinum Abrahæ pervenire optaremus omnes, qui vernaculos habuit trecentos et octodecim famulos. Non sunt igitur malum divitiæ, sed illegitimus earum usus est malum. Et sicut nuper de ebrietate verba faciens non vinum accusabam; quippe cum omnis creatura Dei bona, nihilque rejiciendum sit, quod cum gratiarum actione percipitur : ita nunc quoque non divites accuso, neque pecunias in invidiam adduco, sed malum usum pecuniarum, et qui in libidines impenditur. Propterea χρήματα pecuniæ dicuntur, ut nos illis utamur, et non illæ nobis : propterea possessiones dicuntur, ut nos illas possideamus, et non illæ nos. Cur igitur servum habes dominum? cur invertisti ordinem?

Non divitiæ, sed divitiarum abusus damnandus.

1. Tim. 4. 4.

Vide supra Homil. contra Ebriosos et de Resurrectione.

At enim scire percuperem, quid illi nunc agant qui collectam deseruerunt, et quibus occupentur. Nimirum aut alea ludunt, aut omnino rebus sæcularibus, quæ tumultu redundant, distinentur. Hic si adesses, mi homo, in tranquillitate atque in portu esses : non ingressus dispensator interturbaret, non procurator interpellaret, non famulus ob sæcularia negotia molestiam afferret, non alius ullus irritaret, sed in quiete vivens divinis lectionibus interesses. Nusquam hic fluctus, nusquam tumultus, sed benedictio et preces, et sermo spiritualis, et in cælum commigratio, et jam ex hoc loco, accepto pignore regni cælorum, discederes. Quam ob causam opulentam hanc mensam et opiparam deserens, ad aliam multo molestiorem te transtulisti, et derelicto portu cum turbis tranquillitatem commutasti? Est illud quidem grave, quod non intersint pauperes, qui tum aderant : sed non ita tamen grave, ut quod divites non intersint. Quid ita? Quod pauperes necessariis occupationibus detineantur, quotidiani opificii sollicitudine, manibus suis victum sibi comparantes : educandorum liberorum curam gerunt, uxorem tuentur, ac nisi laborent, vivere nequeunt. Hæc a me dicuntur, non ut defensionem illis componam, sed ut divites majori accusatione esse dignos ostendam. Quanto majori securitate fruuntur, tanto magis damnabuntur, quod nullis ejusmodi rebus occupentur. Nonne Judæos videtis, Deo rebelles, qui Spiritui sancto resistunt, duros illos cervice? His omnino pejores sunt, qui non venerunt. Illis si dixerint sacerdotes septem diebus ab operibus cessandum, vel decem, vel viginti, vel triginta, non contradicunt : tametsi quid illa vacatione molestius fieri potest? Fores occludunt, nec ignem accendunt, nec aquam ferunt, neque aliud quidquam ad ejusmodi usum aggredi illis permittitur : sed otio tamquam catena vinciuntur, et ne tum quidem contradicunt. At ego nihil tale dico, non impero ut septem decemve diebus ab operibus abstineas, sed duas mihi diei horas ut commodes, reliquas ipse tibi habeas, et ne hanc quidem mihi mensuram contribuis. Imo vero mihi ne commodes duas horas, sed tibi ipsi, ut ex oratione patrum aliquam consolationem percipias, ut benedictionibus plenus recedas, ut omni ex parte securus abeas, ut spiritualibus acceptis armis invictus diabolo et inexpugnabilis fias. Quid jucundius, quæso, quam hic versari? Si enim totos dies hic transigere necesse esset, quid præclarius? quid tutius, ubi tot sunt fratres, ubi Spiritus sanctus, ubi

Judæis pejores qui absunt ab ecclesia.

ἐν τίσιν εἰσίν. Ἀλλὰ ἢ κυβεύουσιν, ἢ πάντως πράγματα ἀνακινοῦσι βιωτικὰ, ταραχῆς ἐμπεπλησμένα. Ἐνταῦθα εἰ παρῆς, ἄνθρωπε, ἐν γαλήνῃ ἦς καὶ ἐν λιμένι· οὐκ οἰκονόμος εἰσελθὼν ἐτάραττεν, οὐκ ἐπίτροπος ἐθορύβει, οὐκ οἰκέτης ὑπὲρ πραγμάτων βιωτικῶν ἠνώχλει, οὐκ ἄλλος τις παρώξυνεν· ἀλλ' ἐν ἡσυχίᾳ διάγων ἀπήλαυες θείων ἀκροάσεων. Οὐδαμοῦ
E κύματα ἐνταῦθα, οὐδαμοῦ ταραχή· ἀλλ' εὐλογία, καὶ εὐχαὶ, καὶ ὁμιλία πνευματικὴ, καὶ μετάστασις εἰς τὸν οὐρανόν· καὶ ἐντεῦθεν ἤδη τὸν ἀῤῥαβῶνα τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν λαβὼν ἀπῄεις. Τίνος ἕνεκεν τὴν πλουσίαν ταύτην τράπεζαν ἀφεὶς, εἰς ἑτέραν φορτικωτέραν ἑαυτὸν μετήγαγες, καὶ τὸν λιμένα καταλιπὼν, ταραχὴν ἀντικαταλλάττῃ γαλήνης; Τὸ μὴ παραγενέσθαι πένητας τοὺς τότε παρόντας, δεινὸν μὲν, ἀλλ' οὐδὲ οὕτω δεινὸν, ὡς τὸ μὴ παραγενέσθαι πλουσίους. Τίνος ἕνεκεν; Ὅτι οἱ μὲν πένητες ἔχουσι τὴν ἀναγκαίαν ἀσχολίαν, τὴν φροντίδα τῆς καθημερινῆς
53 A ἐργασίας, ἀπὸ τῶν χειρῶν ποιούμενοι τὸν βίον· παιδοτροφίας ἐπιμελοῦνται, γυναικὸς προεστήκασι, κἂν μὴ κάμωσι, τὰ τῆς ζωῆς αὐτοῖς οἰχήσεται. Ταῦτα λέγω, οὐχὶ ἀπολογίαν ὑπὲρ ἐκείνων συντιθεὶς, ἀλλὰ δεικνὺς πῶς μείζονος κατηγορίας οἱ πλουτοῦντές εἰσιν ἄξιοι. Ὅσον πλείονος ἀπολαύουσιν ἀδείας, τοσοῦτον καὶ κατακρίσεως, ὅτι οὐδενὶ τούτων κατέχονται. Οὐχ ὁρᾶτε τοὺς Ἰουδαίους, τοὺς θεομάχους, τοὺς ἀντιπίπτοντας τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, τοὺς σκληροτραχήλους; Τούτων οἱ μὴ παραγενόμενοι πάντων χείρους εἰσίν. Ἐκείνοις ἐὰν εἴπωσιν οἱ ἱερεῖς ἑπτὰ ἡμέρας ἀργῆσαι, καὶ δέκα, καὶ εἴκοσι, καὶ τριάκοντα, οὐκ
B ἀντιλέγουσι· καίτοι τί τῆς ἀργίας ἐκείνης χαλεπώτερον; Τὰς θύρας ἀποκλείουσι, καὶ οὔτε πῦρ καίουσιν, οὐχ ὕδωρ φέρουσιν, οὐκ ἄλλο τι πρὸς τὴν χρείαν τὴν τοιαύτην μεταχειρίζειν ἐφίενται· ἀλλ' ἔστιν ἅλυσις αὐτοῖς ἡ ἀργία, καὶ οὐδὲ οὕτως ἀντιλέγουσιν. Ἐγὼ δὲ οὐδὲν τοιοῦτον λέγω, ὅτι ἑπτὰ ἡμέρας ἄργησον, οὐδὲ δέκα ἡμέρας· ἀλλὰ δύο μοι δάνεισον ὥρας τῆς ἡμέρας, καὶ τὰς λοιπὰς αὐτὸς ἔχε· καὶ οὐδὲ τοῦτό μοι τὸ μέτρον εἰσφέρεις. Μᾶλλον δὲ μὴ ἐμοὶ δανείσῃς τὰς δύο ὥρας, ἀλλ' ἑαυτῷ· ἵνα παράκλησίν τινα εὐχῆς δέξῃ πατέρων, ἵνα εὐλογιῶν πεπληρωμένος ἀναχωρήσῃς,
C ἵνα πανταχόθεν ἀσφαλὴς ἀπέλθῃς, ἵνα τὰ ὅπλα λαβὼν τὰ πνευματικὰ ἀκαταγώνιστος γένῃ, ἀχείρωτος τῷ διαβόλῳ. Τί ἥδιον, εἰπέ μοι, τῆς ἐνταῦθα διαγωγῆς; Εἰ γὰρ διημερεύειν ἐνταῦθα ἐχρῆν, τί σεμνότερον; τί ἀσφαλέστερον, ὅπου ἀδελφοὶ τοσοῦτοι, ὅπου τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὅπου Ἰησοῦς μέσος, καὶ ὁ τούτου Πατήρ; Ποίαν ἑτέραν ζητεῖς συναγωγὴν τοιαύτην; ποῖον ἕτερον βουλευτήριον; ποίαν σύνοδον; Τοσαῦτα ἀγαθὰ ἐν τῇ τραπέζῃ, ἐν τῇ ἀκροάσει, ἐν ταῖς εὐλογίαις, ἐν ταῖς εὐχαῖς, ἐν ταῖς συνουσίαις· καὶ σὺ πρὸς ἑτέρας βλέπεις διατριβάς; Καὶ

ποίαν ἔχεις συγγνώμην; Ταῦτα οὐχ ἵνα ὑμεῖς ἀκούσητε εἶπον· οὐ γὰρ χρείαν ἔχετε τῶν φαρμάκων τούτων ὑμεῖς, οἱ διὰ τῶν ἔργων ἐπιδειξάμενοι τὴν ὑγίειαν, τὴν ὑπακοὴν, οἱ διὰ τῆς σπουδῆς τὸν πόθον ἁπλώσαντες· ἀλλ' εἶπον ταῦτα πρὸς ὑμᾶς, ἵνα ἀκούσωσιν οἱ μὴ παρόντες δι' ὑμῶν. Μὴ εἴπητε, ὅτι κατηγόρησα τῶν μὴ παραγενομένων ἁπλῶς, ἀλλ' ὅλον ἄνωθεν αὐτοῖς διηγήσασθε τὸν λόγον. Ἀναμνήσατε αὐτοὺς τῶν Ἰουδαίων, ἀναμνήσατε αὐτοὺς τῶν βιωτικῶν πραγμάτων· εἴπατε πόσῳ βελτίων ἡ ἐνταῦθα σύναξις, εἴπατε πόσην σπουδὴν περὶ τὰ τοῦ κόσμου πράγματα ἐπιδείκνυνται, εἴπατε πόσος μισθὸς ἕπεται τοῖς ἐνταῦθα συλλεγομένοις. Ἂν γὰρ μόνον εἴπητε, ὅτι κατηγόρησα, τὸν μὲν θυμὸν ἠγείρατε, καὶ τραῦμα εἰργάσασθε, τὸ δὲ φάρμακον οὐκ ἐπεθήκατε· ἂν δὲ διδάξητε αὐτοὺς, ὅτι οὐχ ὡς ἐχθρὸς κατηγόρησα, ἀλλ' ὡς φίλος ὀδυνώμενος, καὶ πείσητε αὐτοὺς, ὅτι Ἀξιοπιστότερα τραύματα φίλων, ἢ ἑκούσια φιλήματα ἐχθρῶν, δέξονται μετὰ πολλῆς ἡδονῆς τὴν κατηγορίαν· οὐ γὰρ τοῖς ῥήμασιν, ἀλλὰ τῇ γνώμῃ τοῦ λέγοντος προσέξουσιν. Οὕτω θεραπεύετε τοὺς ἀδελφοὺς τοὺς ὑμετέρους. Ἡμεῖς τῆς σωτηρίας ὑπεύθυνοι τῶν παρόντων ὑμῶν, ὑμεῖς τῆς τῶν ἀπολειφθέντων. Οὐ δυνάμεθα αὐτοῖς συγγενέσθαι δι' ἑαυτῶν· συγγενώμεθα αὐτοῖς δι' ὑμῶν, καὶ τῆς ὑμετέρας διδασκαλίας· γέφυρά τις ἡμῖν γενέσθω πρὸς ἐκείνους ἡ ὑμετέρα ἀγάπη· ποιήσατε τοὺς ὑμετέρους λόγους διὰ τῆς ὑμετέρας γλώττης διαβῆναι πρὸς τὴν ἐκείνων ἀκρόασιν. Τάχα αὐτάρκως εἴρηται ἕνεκεν τῶν ἀπολειφθέντων τὰ εἰρημένα, καὶ οὐδὲν δεῖ πλέον προσθεῖναι. Ἐνῆν μὲν γὰρ πλείονα εἰπεῖν, ἀλλ' ἵνα μὴ τὸν καιρὸν ἅπαντα εἰς τοῦτο καταδαπανήσωμεν κατηγοροῦντες, ὑμᾶς δὲ μηδὲν ὠφελοῦντες παραγενομένους αὐτοὺς, φέρε τι καὶ ὑμῖν παραθῶμεν ξένον ὄψον καὶ καινόν· ξένον δὲ καὶ καινὸν λέγω οὐ κατὰ τὴν πνευματικὴν τράπεζαν, ἀλλὰ ξένον κατὰ τὴν ὑμετέραν ἀκρόασιν.

Διελέχθημεν ὑμῖν ἀπὸ τῶν ἀποστολικῶν ῥημάτων ἐν ταῖς ἔμπροσθεν ἡμέραις, καὶ ἀπὸ τῶν εὐαγγελικῶν, ὅτε περὶ τοῦ Ἰούδα διελεγόμεθα· διελέχθημεν ὑμῖν καὶ ἀπὸ προφητικῶν· σήμερον βουλόμεθα ἀπὸ τῶν Πράξεων τῶν ἀποστόλων εἰπεῖν. Διὰ τοῦτο εἶπον τὸ ὄψον ξένον, καὶ οὐ ξένον. Οὐ ξένον μὲν, ὅτι τῆς

medius Jesus, et Pater ejus? Qualem aliam talem congregationem quæris? qualem alium senatum? qualem conventum? Tot bonis referta est mensa, tot lectio Scripturæ, tot benedictiones, tot preces, tot ipsi congressus : et tu aliam conversationem et colloquia spectas? Quanam autem venia dignus censebere? Hæc a me dicta sunt, non ut vos audiatis : neque enim vos medicamentis ejusmodi indigetis, qui ipsis operibus sanos vos esse comprobastis, qui obeditis, qui tanto studio vestrum amorem ostendistis : sed ad vos hæc dicta sunt a me, ut ex vobis audiant qui non adsunt. Nolite dicere solum a me accusatos eos esse qui non venerunt, sed totam a principio illis orationem narrate. Revocate illis in memoriam Judæos, revocate in memoriam negotia sæcularia : dicite quanto præstantior sit iste conventus; dicite quantum erga res mundanas studium exhibeant, dicite quanta merces illos maneat, qui hic congregantur. Si enim tantum dixeritis accusatos illos a me fuisse, iram excitabitis, et vulnus infligetis, non medicinam admovebitis: sin autem illos docueritis me non tamquam inimicum accusasse, verum tamquam amicum indoluisse, atque illis persuaseritis, *Fideliora esse vulnera amicorum, quam spontanea oscula inimicorum,* accusationem multa cum voluptate suscipient : non enim ad verba, sed ad sententiam dicentis attendent. Ita fratres vestros curate. Nobis salutis omnium vestrum, qui adestis, est ratio reddenda, vobis, eorum qui absunt. Non possumus ipsi per nos cum illis in colloquium venire, per vos cum illis in colloquium veniamus, et per vestram eruditionem : sit nobis instar pontis cujusdam erga illos caritas vestra : efficite ut per linguam vestram nostri sermones ad illorum aures trajiciantur. Sufficient fortasse quæ diximus de illis, qui collectæ non intersunt, neque quidquam est addendum. Nam plura quidem dicere potuissemus, sed ne totum tempus in ejusmodi accusationes impendamus, et ad vos ipsos, qui adestis, hinc utilitas nulla dimanet, age, vobis etiam insolitum ac novum quoddam obsonium apponamus : insolitum autem ac novum dico, non habita ratione mensæ spiritualis, sed aurium vestrarum habita ratione.

Prov. 27. 6.

3. Superioribus apud vos diebus de apostolicis verbis, deque evangelicis disseruimus, cum de Juda verba faceremus: disseruimus et de propheticis; hodierno die volumus de Apostolorum Actis verba facere. Propterea insolitum dixi obsonium et non insolitum. Non insolitum qui-

Vide Monitum ad Homil. in Judam.

dem, quod ad seriem sacrarum pertineat Scripturarum : insolitum autem, quod aures fortasse vestræ minime sint narrationi ejusmodi assuetæ. Multis quidem certe nec notus est liber iste : a multis rursus, cum clarus et apertus videatur, tamen contemnitur : et his quidem cognitio, illis autem ignorantia occasionem affert negligentiæ. Ut igitur et qui non noverunt, et qui clare se intelligere arbitrantur, multas in eo profundas et abstrusas esse sententias discant, operæ pretium fuerit amborum negligentiam hodierno die corrigere. Prius sciamus opus est, quis librum scripserit : hic enim optimus indagationis est ordo, ut de auctore videamus, an homo sit, an vero Deus : ac si homo quidem sit, rejiciamus : *Nolite enim*, inquit, *vocare magistrum super terram* : sin autem Deus, admittamus : cælestis enim est et superna schola nostra, siquidem talis est dignitas hujus theatri, ut ab hominibus nihil, sed per homines a Deo discamus. Disquirendum nobis est, quis scripserit, et quando scripserit, et de quibus, et qua de causa præceptum sit, ut ille in hac solennitate legeretur. Nam toto fortassis anno legi librum non auditis. Enimvero hoc quoque nosse prodest : ac deinde quærendum est, qua de causa hunc titulum præ se ferat, *Acta Apostolorum*. Neque enim temere prætereundi sunt tituli, neque confestim initium libri attingendum est : sed prius libri nomen videndum. Nam quemadmodum in nobis ex capite reliquum corpus fit notius, et superne imminens illi facies manifestum illud reddit : sic a superiori parte impositus textui titulus in fronte reliquam scripturam efficit notiorem. Nonne hoc videtis in regiis etiam imaginibus, ut sursum quidem 55 posita sit imago, quæ regis nomen inscriptum habet, inferius in basi triumphos regis, victorias et præclara facinora inscripta habet? Idem in Scripturis licet cernere. Sursum quidem depicta est imago regia : inferius autem victoria inscripta est et tropæa et res omnes præclare gestæ. Ita facimus etiam, cum epistolam acceperimus : non continuo vinculum solvimus, neque continuo quæ intus latent, legimus : sed exterius positam inscriptionem prius percurrimus, et ex illa discimus et qui miserit, et a quo recipi debeat. Annon igitur absurdum est, ut in rebus quidem sæcularibus tantum studii adhibeamus, neque commoveamur, aut perturbemur, sed ordine singula percurramus : hoc vero loco ægre feramus, et confestim initium aggrediamur? Vultis intelligere quanta sit vis tituli, quanta sit virtus, quan-

Matth. 23. 8.

Tituli Scripturæ non prætereundi.

ἀκολουθίας ἐστὶ τῶν θείων Γραφῶν, ξένον δὲ, διότι τάχα ἀήθης ὑμῖν ἡ ἀκοὴ πρὸς τὴν τοιαύτην ἀκρόασιν. Πολλοῖς γοῦν τὸ βιβλίον τοῦτο οὐδὲ γνώριμόν ἐστι· πολλοῖς δὲ δοκοῦν σαφὲς εἶναι, πάλιν παροράται· καὶ γίνεται τοῖς μὲν ἡ γνῶσις, τοῖς δὲ ἡ ἄγνοια ῥαθυμίας ὑπόθεσις. Ἵν' οὖν καὶ οἱ ἀγνοοῦντες μάθωσι, καὶ οἱ νομίζοντες σαφῶς εἰδέναι, ὅτι πολὺ βάθος νοημάτων ἔχει, ἀναγκαῖον ἀμφοτέρων διορθώσασθαι τὴν ῥαθυμίαν τήμερον. Δεῖ δὲ πρότερον μαθεῖν, τίς τὸ βιβλίον ἔγραψεν. Αὕτη γὰρ ἀρίστης ἐρεύνης ἀκολουθία, πρότερον τὸν γράψαντα ἰδεῖν, εἰ ἄνθρωπός ἐστιν, ἢ ὁ Θεός· κἂν μὲν ἄνθρωπος, παρακρουσώμεθα· Μὴ καλέσητε γὰρ, φησὶ, διδάσκαλον ἐπὶ τῆς γῆς· ἂν δὲ Θεὸς, δεξώμεθα· ἄνωθεν γάρ ἐστι τὸ διδασκαλεῖον τὸ ἡμέτερον· καὶ γὰρ τοιοῦτον τὸ ἀξίωμα τοῦ θεάτρου τούτου, μηδὲν παρὰ ἀνθρώπων μανθάνειν, ἀλλὰ παρὰ Θεοῦ δι' ἀνθρώπων. Δεῖ τοίνυν ἐξετάσαι, τίς ὁ γράψας, καὶ πότε ἔγραψε, καὶ περὶ τίνων, καὶ τίνος ἕνεκεν τῇ ἑορτῇ ταύτῃ νενομοθέτηται αὐτὸ ἀναγινώσκεσθαι. Τάχα γὰρ οὐκ ἀκούετε διὰ παντὸς τοῦ ἔτους ἀναγινωσκομένου τοῦ βιβλίου. Καὶ γὰρ καὶ τοῦτο χρήσιμον· καὶ μετὰ τοῦτο ζητῆσαι χρὴ, τίνος ἕνεκεν ταύτην ἔχει τὴν ἐπιγραφὴν, Πράξεις ἀποστόλων. Οὐδὲ γὰρ τὰς ἐπιγραφὰς ἁπλῶς παριέναι χρὴ, οὐδὲ εὐθέως εἰς τὴν ἀρχὴν ἐμβάλλειν τῆς συγγραφῆς, ἀλλὰ πρότερον ὁρᾷν τὴν προσηγορίαν τοῦ βιβλίου. Καθάπερ γὰρ ἐφ' ἡμῶν ἡ κεφαλὴ γνωριμώτερον ποιεῖ τὸ λοιπὸν σῶμα, καὶ ἡ ὄψις ἄνωθεν ἐπικειμένη φανερὸν αὐτὸ ἐργάζεται, οὕτω καὶ ἡ ἐπιγραφὴ ἄνωθεν πρὸ τῆς ὑφῆς ἐπικειμένη ἐπὶ τοῦ μετώπου καταφανέστερον ἡμῖν ποιεῖ τὸ λοιπὸν τῆς γραφῆς. Οὐχ ὁρᾶτε καὶ ἐπὶ τῶν εἰκόνων τοῦτο τῶν βασιλικῶν, ὅτι ἄνω κεῖται μὲν ἡ εἰκὼν, καὶ τὸν βασιλέα ἔχει ἐγγεγραμμένον· κάτω δὲ ἐν τῇ χοίνικι ἐπιγέγραπται τοῦ βασιλέως τὰ τρόπαια, ἡ νίκη, τὰ κατορθώματα; Οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τῶν Γραφῶν ἐστιν ἰδεῖν. Γέγραπται μὲν ἡ εἰκὼν ἡ βασιλικὴ ἄνωθεν· κάτωθεν δὲ ἐπιγέγραπται ἡ νίκη, τὰ τρόπαια, τὰ κατορθώματα. Οὕτω καὶ ἐπιστολὴν ὅταν δεξώμεθα, ποιοῦμεν· οὐκ εὐθέως διαλύομεν τὸν δεσμὸν, οὐδὲ εὐθέως τὰ ἐγκείμενα ἔνδοθεν ἀναγινώσκομεν· ἀλλὰ πρότερον τὴν ἔξωθεν ἐπιγραφὴν ἐπερχόμεθα, καὶ ἐξ ἐκείνης μανθάνομεν καὶ τὸν πέμψαντα, καὶ τὸν ὀφείλοντα ὑποδέξασθαι. Καὶ πῶς οὖν οὐκ ἄτοπον ἐν μὲν τοῖς βιωτικοῖς τοσαύτῃ κεχρῆσθαι σπουδῇ, καὶ μὴ θορυβεῖσθαι, μηδὲ ταράττεσθαι, ἀλλὰ κατὰ τάξιν ἕκαστον ἐπιέναι· ἐνταῦθα δὲ ἀσχάλλειν, καὶ εὐθέως ἐπιπηδᾷν τῇ ἀρχῇ; Βούλεσθε μαθεῖν ὅση τῆς ἐπιγραφῆς ἡ ἰσχύς; ὅση δύναμις; ὅσος ἀπόκειται θησαυρὸς ἐν ταῖς ἀρχαῖς τῶν Γραφῶν; Ἀκούσατε, ἵνα μὴ καταφρονῆτε τῆς ἐπιγραφῆς τῶν θείων Βιβλίων. Εἰσῆλθεν εἰς τὰς Ἀθήνας ὁ Παῦλός ποτε· ἐν αὐτῷ τῷ βιβλίῳ γέγραπται ἡ ἱστορία αὕτη· εὗρεν ἐν τῇ

πόλει οὐχὶ βιβλίον θεῖον, ἀλλὰ βωμὸν εἰδώλων· εὗρεν ἐπιγραφὴν οὕτως ἔχουσαν, Ἀγνώστῳ Θεῷ· καὶ οὐ παρέδραμεν, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ἐπιγραφῆς τοῦ βωμοῦ τὸν βωμὸν καθεῖλε. Παῦλος ὁ ἅγιος, ὁ Πνεύματος χάριν ἔχων, οὐ παρέδραμε βωμοῦ ἐπίγραμμα, καὶ σὺ ἐπιγραφὴν Γραφῶν παρατρέχεις; ἐκεῖνος οὐκ ἀφῆκεν ἅπερ ἔγραψαν Ἀθηναῖοι εἰδωλολάτραι, καὶ σὺ ἅπερ ἔγραψε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐ νομίζεις εἶναι C ἀναγκαῖα; καὶ ποίαν ἔχεις συγγνώμην; Ἀλλὰ γὰρ ἴδωμεν πόσον τὸ κέρδος ἀπὸ τοῦ ἐπιγράμματός ἐστιν. Ὅταν οὖν ἴδῃς ἐπίγραμμα βωμῷ ἐγκεχαραγμένον τοσαύτην παρασχὸν τὴν ἰσχὺν, μαθήσῃ ὅτι πολλῷ μᾶλλον τὰ ἐπιγράμματα τῶν θείων Γραφῶν τοῦτο ποιῆσαι δυνήσεται. Εἰσῆλθεν εἰς τὴν πόλιν ὁ Παῦλος, εὗρε βωμὸν ἐν ᾧ ἐπεγέγραπτο, Ἀγνώστῳ Θεῷ. Τί ἔδει ποιῆσαι; Ἕλληνες πάντες ἦσαν, ἀσεβεῖς πάντες. Τί οὖν ἐχρῆν ποιῆσαι; Ἀπὸ εὐαγγελίων διαλεχθῆναι; Ἀλλὰ κατεγέλων. Ἀλλ' ἀπὸ προφητικῶν, καὶ τοῦ νόμου γραμμάτων; Ἀλλ' οὐκ ἐπίστευον. Τί οὖν ἐποίησεν; Ἐπὶ τὸν βωμὸν ἔδραμε, καὶ ἀπὸ D τῶν ὅπλων τῶν πολεμίων αὐτοὺς ἐχειρώσατο. Καὶ τοῦτό ἐστιν, ὃ λέγει· Ἐγενόμην τοῖς πᾶσι τὰ πάντα, τοῖς Ἰουδαίοις ὡς Ἰουδαῖος, τοῖς ἀνόμοις ὡς ἄνομος. Εἶδε τὸν βωμὸν, εἶδε τὸ ἐπίγραμμα, ἀνέστη τῷ Πνεύματι. Τοιαύτη γὰρ ἡ τοῦ Πνεύματος χάρις· πάντοθεν ποιεῖ κερδαίνειν τοὺς ὑποδεχομένους αὐτήν· τοιαῦτα ἡμῶν τὰ ὅπλα τὰ πνευματικά. Αἰχμαλωτίζοντες γὰρ, φησὶ, πᾶν νόημα πρὸς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ. Εἶδε τοίνυν τὸν βωμὸν, καὶ οὐκ ἐδειλίασεν· ἀλλὰ μετέστησε τὸν βωμὸν πρὸς ἑαυτόν· μᾶλλον δὲ τὰ γράμματα ἀφεὶς, μετέθηκεν αὐτοῦ τὰ νοήματα· καὶ καθάπερ ἐν πολέμῳ στρατηγὸς ἰδὼν στρατιώτην ἐν τῇ παρατάξει τῶν πολεμίων γενναῖον, E εἶτα λαβόμενος ἀπὸ τῆς κόμης τοῦ στρατιώτου, πρὸς τὴν ἑαυτοῦ τάξιν αὐτὸν μεταστήσειε, καὶ παρασκευάσειεν ὑπὲρ αὐτοῦ πολεμεῖν· οὕτω καὶ ὁ Παῦλος ἐποίησε, καθάπερ ἐν παρατάξει πολεμίων τὸ ἐπίγραμμα εὑρὼν ἐν τῷ βωμῷ γεγραμμένον, πρὸς τὴν ἑαυτοῦ τάξιν μετέστησεν, ἵνα μετὰ Παύλου τοῖς Ἀθηναίοις πολεμῇ, ἀλλ' οὐ μετὰ Ἀθηναίων τὸν Παῦλον βάλλῃ· ξίφος γὰρ ἦν τῶν Ἀθηναίων, μάχαιρα ἦν τῶν πολεμίων τὸ ἐπίγραμμα ἐκεῖνο, ἀλλ' αὐτὴ ἡ μάχαιρα τῶν πολεμίων τὴν κεφαλὴν ἐξέτεμεν. Οὐκ ἦν 56 A οὕτω θαυμαστὸν, εἰ τοῖς οἰκείοις αὐτοῦ ὅπλοις ἐχειρώσατο· τοῦτο γὰρ κατὰ λόγον συμβαίνει· τὸ γὰρ καινὸν καὶ παράδοξον, ὅταν τὰ τῶν πολεμίων ὅπλα, ταῦτα μηχανήματα τοῖς πολεμίοις προσάγηται· ὅταν τὸ ξίφος, ὃ καθ' ἡμῶν βαστάζουσι, τοῦτο αὐτοῖς τὴν καιρίαν ἐπαγάγῃ πληγήν.

tus in Scripturarum initiis reconditus sit thesaurus? Auscultate, ne sacrorum librorum titulos contemnatis. Athenas aliquando Paulus ingressus est: hæc historia scripta est in hoc ipso libro; reperit in urbe non librum sacrum, sed idolorum altare: inscriptionem reperit quæ sic habuit, IGNOTO DEO: neque præteriit, sed hujus inscri- Inscriptio altaris. Act. 17. 23. ptionis altaris opera ipsum altare subvertit. Paulus ille sanctus, qui Spiritus gratiam habebat, altaris inscriptionem non præteriit, et tu Scripturarum titulos præteris? ille quod Athenienses idololatræ scripserant, non omisit, et tu quæ Spiritus sanctus scripsit necessaria esse non censes? qua tandem venia dignus eris? Verum enim vero quantam pepererit utilitatem hæc inscriptio videamus. Cum ergo altari insculptam inscriptionem tantam videris suppeditasse virtutem, multo magis a Scripturarum inscriptionibus id perfici posse intelliges. Ingressus est urbem Paulus, invenit altare, cui erat inscriptum *Ignoto Deo.* Quid fuit opus facto? Gentiles erant omnes, impii omnes: quid igitur faciendum fuit? De evangeliis verba facere? At subsannassent. Num de prophetarum libris, vel de legis mandatis? At non credidissent. Quid ergo fecit? Accurrit ad altare, et suis ipsorum armis hostes subegit. Atque hoc illud est quod dicebat, *Factus sum omnibus omnia,* 1. Cor. 9. 21. *Judæis tamquam Judæus, iis qui sine lege erant, tamquam sine lege essem.* Vidit altare, vidit inscriptionem, insurrexit Spiritu. Talis enim est Spiritus gratia: efficit ut qui eam receperint, undique lucrum colligant; talia sunt arma nostra spiritualia. *In captivitatem* enim, 2. Cor. 10. 5. inquit, *redigentes omnem intellectum in obsequium Christi.* Vidit ergo altare, nec reformidavit, sed ad seipsum altare traduxit: vel potius omissis literis, ejus sensum transmutavit: et quemadmodum in bello dux exercitus si generosum militem in hostili acie viderit, et coma prehensum ad aciem militem illum transtulerit, atque ut pro se pugnet, effecerit: ita quoque Paulus egit, cum tamquam in hostium acie inscriptionem altari insculptam offendisset, ad suam aciem transtulit, ut adversus Athenienses cum Paulo pugnaret, non cum Atheniensibus Paulum perceuteret: gladius enim erat Atheniensium, ensis erat hostium illa inscriptio: sed hic ensis hostium caput amputavit. Non ita mirabile fuisset, si suis ipsius armis eos devicisset: hoc enim merito accidit: verum illud novum est et insolens, cum hostium arma tamquam machinas hostibus admovemus, cum gladius, quem in nos gestant, hic illis letale vulnus infligit.

4. Talis quippe virtus est Spiritus. Ita quondam egit etiam David: exivit armis nudus, ut nuda gratia Dei appareret. Nihil enim, inquit, humanum sit, quando pro nobis pugnat Deus. Exivit ergo nudus armis, et turrim illam dejecit. Deinde cum armis destitutus esset, currens gladium Goliathi rapuit, atque ita barbari caput amputavit: ita quoque Paulus in hac inscriptione fecit. Atque ut manifestior fiat victoriæ modus, virtutem vobis inscriptionis declarabo. Altare igitur Athenis Paulus invenit, cui inscriptum erat, *Ignoto Deo*. Quis autem ille erat ignotus, nisi Christus? Vides quo pacto inscriptionem captivitate liberarit, non ut damno afficeret eos qui scripserunt, sed ut eos salvos faceret, eisque prodesset? Quid igitur? an propter Christum, dicet aliquis, istud scripserant Athenienses? Si propter Christum hæc Athenienses scripsissent, res adeo mirabilis non fuisset: verum hoc est mirabile, quod illi quidem aliter scripserint, hic autem aliter illud potuerit immutare. Operæ pretium est prius dicamus, qua de causa scripserint Athenienses, *Ignoto Deo*. Quamnam igitur ob causam scripserunt? Multos illi deos habebant, vel potius multos dæmones: *Omnes quippe dii gentium dæmonia*. Habebant et patrios et peregrinos. Videtis quanta irrisio. Si enim Deus est, non est peregrinus: siquidem universi terrarum orbis est dominus. Quosdam igitur istorum alios a patribus suis acceptos habebant, alios a finitimis nationibus, utpote a Scythis, a Thracibus, ab Ægyptiis: quod si profanæ periti essetis eruditionis, has etiam vobis omnes historias recitarem. Quoniam igitur omnes ab initio non susceperant, sed illis invecti paulatim fuerant, alii quidem patrum ætate, alii vero ipserum tempore, convenientes dixerunt ad invicem: Quemadmodum istos ignorabamus, quandoquidem ipsos deinceps accepimus et agnovimus: ita fieri potest, ut sit aliquis alius ignotus, qui verus sit Deus, sed a nobis minime cognitus, qui a nobis insciis propterea negligatur et non colatur. Quid igitur fecerunt? Aram erexerunt, et inscripserunt, *Ignoto Deo*, ut per inscriptionem hoc significarent, Si forte quispiam sit alius Deus, qui nondum nobis innotuerit, hunc etiam colemus. Vide immodicam superstitionem. Propterea dixit a principio Paulus, *Per omnia quasi superstitiosiores vos video:* non enim vobis notos solummodo colitis deos, sed eos etiam, qui vobis nondum innotuerint. Inscripserant illi quidem, *Ignoto Deo*, sed Paulus interpretatus est; nam

Comparatur Paulus cum Davide.

Psal. 95. 5.

Act. 17. 22.

Τοιαύτη γὰρ ἡ τοῦ Πνεύματος δύναμις. Οὕτω καὶ ὁ Δαυῒδ ἐποίησέ ποτε· ἐξῆλθε γυμνὸς τῶν ὅπλων, ἵνα φανῇ γυμνὴ ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις. Μηδὲν γὰρ, φησὶν, ἀνθρώπινον ἔστω, ὅταν Θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν πολεμῇ. Ἐξῆλθε τοίνυν γυμνὸς τῶν ὅπλων, καὶ κατήνεγκε
B τὸν πύργον ἐκεῖνον. Εἶτα ἐπειδὴ ὅπλα οὐκ εἶχε, δραμὼν ἥρπασε τὴν μάχαιραν τοῦ Γολιὰθ, καὶ οὕτω τὴν κεφαλὴν ἐξέτεμε τὴν τοῦ βαρβάρου· οὕτω καὶ ὁ Παῦλος ἐποίησεν ἐπὶ τοῦ ἐπιγράμματος τούτου. Καὶ ἵνα σαφέστερος γένηται ὁ τῆς νίκης τρόπος, καὶ τὴν δύναμιν ὑμῖν τοῦ ἐπιγράμματος ἐρῶ. Εὗρε τοίνυν ὁ Παῦλος ἐν Ἀθήναις βωμὸν, ἐν ᾧ ἐπεγέγραπτο, Ἀγνώστῳ Θεῷ. Τίς δὲ ἦν ὁ ἀγνοούμενος, ἀλλ' ἢ ὁ Χριστός; Εἶδες πῶς ἐξηχμαλώτισε τὸ ἐπίγραμμα, οὐκ ἐπὶ κακῷ τῶν γραψάντων, ἀλλ' ἐπὶ σωτηρίᾳ αὐτῶν καὶ προνοίᾳ; Τί οὖν; οἱ Ἀθηναῖοι διὰ τὸν
C Χριστὸν ἔγραψαν τοῦτο, φησίν; Εἰ διὰ τὸν Χριστὸν ἔγραψαν οἱ Ἀθηναῖοι, οὐκ ἦν οὕτω θαυμαστόν· ἀλλὰ τοῦτό ἐστι τὸ θαυμαστὸν, ὅτι ἐκεῖνοι μὲν ἄλλως ἔγραψαν, οὗτος δὲ ἴσχυσεν ἄλλως αὐτὸ μεταβαλεῖν. Πρότερον ἀναγκαῖον εἰπεῖν τίνος ἕνεκεν οἱ Ἀθηναῖοι ἔγραψαν, Ἀγνώστῳ Θεῷ. Τίνος οὖν ἕνεκεν ἔγραψαν; Πολλοὺς εἶχον θεοὺς ἐκεῖνοι, μᾶλλον δὲ πολλοὺς δαίμονας· Πάντες γὰρ οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια. Εἶχον καὶ ἐπιχωρίους, καὶ ξένους. Ὁρᾶτε ὅσος ὁ κατάγελως. Εἰ γὰρ Θεός ἐστιν, οὐκ ἔστι ξένος· τῆς γὰρ οἰκουμένης ἁπάσης δεσπότης ἐστί. Τούτων τοίνυν τοὺς μὲν παρὰ πατέρων εἶχον δεξάμενοι, τοὺς δὲ
D ἀπὸ τῶν πλησίον ἐθνῶν, οἷον ἀπὸ Σκυθῶν, ἀπὸ Θρᾳκῶν, ἀπὸ Αἰγυπτίων· καὶ εἰ τῆς ἔξωθεν παιδεύσεως ἦτε ἔμπειροι, καὶ ταύτας ἂν ὑμῖν ἀνέγνων τὰς ἱστορίας πάσας. Ἐπεὶ οὖν οὐκ ἐξ ἀρχῆς πάντας ἐδέξαντο, ἀλλὰ κατὰ μικρὸν εἰσηνέχθησαν αὐτοῖς, οἱ μὲν ἐπὶ τῶν πατέρων, οἱ δὲ ἐπὶ τῆς γενεᾶς τῆς ἑαυτῶν, συνελθόντες εἶπον πρὸς ἀλλήλους· ὅτι ὥσπερ τούτους ἠγνοοῦμεν, φασὶν, ἔπειτα ὕστερον αὐτοὺς ἐδεξάμεθα καὶ ἐγνωρίσαμεν, οὕτω συμβαίνει καὶ ἄλλον εἶναι ἀγνοούμενον, καὶ ὄντα μὲν Θεὸν, οὐ γνωριζόμενον δὲ ὑφ' ἡμῶν· καὶ διὰ τοῦτο λανθάνει
E ἀμελούμενος, καὶ μηδὲ θεραπευόμενος. Τί οὖν ἵνα γένηται; Ἔστησαν βωμὸν, καὶ ἔγραψαν, Ἀγνώστῳ Θεῷ, τοῦτο λέγοντες διὰ τοῦ ἐπιγράμματος· ὅτι καὶ εἴ τίς ἐστι θεὸς ἕτερος οὐδέπω γνωρισθεὶς ἡμῖν, κἀκεῖνον θεραπεύσωμεν. Ὅρα ὑπερβολὴν δεισιδαιμονίας. Διὰ τοῦτο ὁ Παῦλος ἀρχόμενος ἔφη, Κατὰ πάντα ὡς δεισιδαιμονεστέρους ὑμᾶς ὁρῶ· οὐ γὰρ τοὺς γνωρίμους ὑμῖν δαίμονας θεραπεύετε μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς οὐδέπω γνωρισθέντας ὑμῖν. Ἐκεῖνοι μὲν διὰ τοῦτο ἐπέγραψαν, Ἀγνώστῳ Θεῷ, ὁ δὲ
57 Παῦλος ἡρμήνευσεν. Οἱ μὲν γὰρ τοῦτο περὶ ἄλλων
A ἔλεγον, αὐτὸς δὲ αὐτὸ μετέστησεν ἐπὶ τὸν Χριστὸν, αἰχμαλωτίσας τὸ νόημα, καὶ μεθ' ἑαυτοῦ στήσας

ἐν τῇ παρατάξει τῇ ἑαυτοῦ· Ὃν γὰρ ἀγνοοῦντες εὐσεβεῖτε ὑμεῖς, τοῦτον ἐγὼ καταγγέλλω, φησίν· ἄγνωστος γὰρ Θεὸς οὐδεὶς ἄλλος ἐστὶν ἢ ὁ Χριστός. Καὶ ὅρα σύνεσιν πνευματικήν. Ἔμελλον αὐτῷ μετὰ ταῦτα ἐγκαλεῖν, ὅτι ξενίζοντα εἰσφέρεις δόγματα εἰς τὰς ἀκοὰς ἡμῶν, ὅτι καινοτομεῖς, ὅτι Θεὸν εἰσφέρεις, ὃν οὐκ ἴσμεν. Βουλόμενος τοίνυν ἀπαλλαγῆναι τῆς ὑποψίας τῆς κατὰ τὴν καινοτομίαν, καὶ δεῖξαι ὅτι οὐ ξένον κηρύττει Θεὸν, ἀλλ' ὃν προλαβόντες διὰ τῆς θεραπείας ἐτίμησαν, ἐπήγαγε καὶ εἶπεν· ὅτι Ὃν ἀγνοοῦντες εὐσεβεῖτε, τοῦτον ἐγὼ καταγγέλλω ὑμῖν. Ὑμεῖς με προελάβετε, φησίν· ἔφθασεν ὑμῶν B ἡ θεραπεία τὸ ἐμὸν κήρυγμα. Μὴ τοίνυν ἐγκαλεῖτε, ὅτι ξένον εἰσφέρω Θεόν· τοῦτον γὰρ καταγγέλλω, ὃν ὑμεῖς ἀγνοοῦντες θεραπεύετε, οὐκ ἀξίῳ μὲν αὐτοῦ τρόπῳ, θεραπεύετε δὲ ὅμως. Οὐ γὰρ τοιοῦτος βωμὸς ἵσταται τῷ Χριστῷ, ἀλλὰ βωμὸς ἔμψυχος καὶ πνευματικός· ἀλλ' ἀπὸ τούτου ὑμᾶς καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἀναγαγεῖν δύναμαι. Οὕτω καὶ Ἰουδαῖοι τὸ παλαιὸν ἐθεράπευον· ἀλλ' ἀπέστησαν ἀπὸ τῆς σωματικῆς θεραπείας, καὶ ἦλθον ἐπὶ τὴν πνευματικὴν οἱ πιστεύσαντες ἅπαντες. Εἶδες σοφίαν Παύλου; εἶδες σύνεσιν; εἶδες πῶς αὐτοὺς ἐχειρώσατο, οὐκ ἀπὸ εὐ- C αγγελίων, οὐκ ἀπὸ προφητικῶν, ἀλλὰ ἀπὸ ἐπιγράμματος; Μὴ παράτρεχε τοίνυν, ἀγαπητὲ, τὴν ἐπιγραφὴν τῶν θείων λογίων· ἂν μὲν νήφῃς καὶ ἐγρήγορος ᾖς, καὶ ἐν ἀλλοτρίοις εὑρίσκεις τι χρήσιμον· ἂν δὲ ῥᾴθυμος καὶ ἀναπεπτωκὼς, οὐδὲ ἀπὸ τῶν θείων Γραφῶν ἔσται σοί τι πλέον. Ὥσπερ γὰρ ὁ εἰδὼς κερδαίνειν, πανταχόθεν κερδαίνει· οὕτω καὶ ὁ μὴ εἰδὼς, κἂν θησαυρὸν εὕρῃ, κενὸς ἄπεισι. Βούλεσθε, εἴπω καὶ ἕτερόν τι τοιοῦτον ἐπιχείρημα, ὅπερ ἄλλος μὲν μεθ' ἑτέρας ἐφθέγξατο διανοίας, ὁ δὲ εὐαγγελιστὴς πρὸς ἑαυτὸν μετέθηκε τῶν εἰρημένων τὴν δύναμιν; Οὐκοῦν προσέχετε ἀκριβῶς, ἵνα μάθητε, ὅτι κἀ- D κεῖνος ᾐχμαλώτισε τὸ νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ· ἵνα μάθητε, ὅτι εἰ τὰ ἀλλότρια αἰχμαλωτίζειν δυνάμεθα, πολλῷ μᾶλλον ἐν τοῖς οἰκείοις ἐμπορευσόμεθα καὶ κερδανοῦμεν. Ὁ Καϊάφας ἀρχιερεὺς ἦν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου· καὶ γὰρ καὶ τοῦτο τῆς Ἰουδαϊκῆς ἐγένετο πονηρίας· κατῄσχυνον γὰρ τὸ τῆς ἱερωσύνης ἀξίωμα, ὠνητοὺς ποιήσαντες ἀρχιερέας. Ἔμπροσθεν δὲ οὐχ οὕτως ἦν, ἀλλὰ τῇ τελευτῇ μόνῃ κατελύετο ἡ ἱερωσύνη τοῦ ἀρχιερέως· τότε δὲ καὶ ζῶντες παρελύοντο τῆς τιμῆς. Ἀρχιερεὺς τοίνυν ὢν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου ὁ Καϊάφας, καθώπλιζε κατὰ τοῦ Χριστοῦ τοὺς Ἰουδαίους, καὶ ἔλεγεν· ὅτι δεῖ E τοῦτον ἀποθανεῖν, ἐγκαλεῖν μὲν οὐδὲν ἔχων, βασκανίᾳ δὲ τηκόμενος. Τοιοῦτον γὰρ ὁ φθόνος· τῶν εὐεργεσιῶν τοιαύτας ἀποδίδωσι τὰς ἀμοιβάς. Ὅθεν καὶ τὴν αἰτίαν διδάσκων τῆς ἐπιβουλῆς, ἔλεγε· Συμφέρει ἵνα εἷς ἄνθρωπος ἀποθάνῃ, καὶ μὴ ὅλον τὸ ἔθνος

illi quidem id de aliis dixerant, at illud ipse traduxit ad Christum, et in captivitatem sensum redegit, et in sua secum acie collocavit: *Quem* v. 28. *enim ignorantes vos colitis, hunc ego vobis annuntio,* inquit; ignotus enim alius Deus non est, nisi Christus. Ac vide prudentiam spiritualem. Objecturi deinceps illi erant, Nova quædam dogmata infers auribus nostris, novis rebus studes, deum invehis, quem non novimus. Ut igitur illis suspicionem eximeret novitatis, seque novum deum minime prædicare ostenderet, sed quem ipsi prius cultu honorandum censuerant, adjunxit et dixit, *Quem ignorantes colitis, eum ego vobis annuntio.* Vos me prævenistis, inquit; prædicationem meam cultus vester præoccupavit. Ne igitur objiciatis novum a me deum inferri: hunc enim annuntio quem vos colitis ignorantes, non digno quidem modo, sed tamen colitis. Non enim tale Christo erigitur altare, sed animatum altare ac spirituale; verumtamen ab hoc ad illud vos possum perducere. Ita quoque Judæi quondam cultum exhibebant: sed a corporali cultu recesserunt, et ad spiritualem traducti sunt, qui crediderunt omnes. Vides Pauli sapientiam? vides prudentiam? vides quo pacto illos devicerit non evangelicis, non propheticis usus dictis, sed inscriptione? Noli ergo, carissime, divinorum inscriptionem eloquiorum prætermittere: nam si attentus et vigilans fueris, etiam in alienis utile quidpiam offendes: sin autem negligens ac remissus, ne ipsæ quidem tibi sacræ Literæ prodesse poterunt. Nam quemadmodum qui lucra novit colligere, undique lucra colligit: ita et is qui minime novit, quamvis thesaurum invenerit, inanis recedit. Vultis et alterum simile argumentum in medium afferam, quod alius quidem alio sensu protulit, sed evangelista vim eorum quæ dicta fuerant ad se traduxit? Itaque diligenter attendite, ut illum quoque discatis intellectum ad obediendum Christo in captivitatem redegisse: ut discatis, si aliena possumus in captivitatem 2. Cor. 10. redigere, multo magis nos in propriis negotiatu- 5. ros, quæstumque facturos. Pontifex erat anni illius Caiphas: nam et hoc fuit Judaicæ improbitatis: quoniam dignitatem sacerdotalem adeo deturpabant, ut venales pontifices redderent. Antea vero non ita fiebat, sed sola morte pontificis sacerdotium terminabatur: tum vero etiam viventes honore se abdicabant. Cum igitur illius anni pontifex esset Caiphas, Judæos adversus Christum armabat ac dicebat: Hunc mori opor-

tet : cum tamen nihil haberet quod ei objiceret, sed invidia solum tabesceret. Ea namque invidiæ est conditio, talem acceptorum beneficiorum mercedem rependit. Unde insidiarum causam aperiens dicebat, *Expedit ut unus homo moriatur, et non tota gens pereat.* Hujus verbi virtus vide quo pacto in nostras partes transierit, ut intelligas verbum quidem fuisse sacerdotis, at sensum spiritualem fieri potuisse. *Expedit ut unus homo moriatur, et non tota gens pereat. Hoc autem a semetipso non dicebat,* inquit, *sed cum esset pontifex anni illius, prophetavit,* quod mori Christum oporteret non modo pro Judæis, sed et pro tota gente : propterea dicebat, *Expedit ut unus moriatur homo, et non tota gens pereat.* Vides potentiam Dei, quo pacto linguam cogat inimicorum pro veritate verba facere ?

Joan. 11. 50.

Ib. v. 51.

5. Ut igitur Scripturæ sacræ titulos non prætermittamus, sufficienter hæc dicta sint, si forte recordemini : cuperem autem etiam dicere quis sit auctor libri, et quando quaque de causa illum scripserit. Sed hæc interim mente teneamus; illa vero crastino die, si Deus voluerit, restituemus. Statui namque, quod reliquum est, sermonem ad nuper illuminatos convertere. Nuper autem illuminatos appello non eos, qui ante duos et tres, neque qui ante decem dies illuminati sunt tantum, sed eos etiam qui ante annum, atque adeo multo ante tempore : quandoquidem hos quoque sic appellari oportet. Si enim in excolenda anima nostra multum studii exhibuerimus, possumus et post decem annos nuper illuminati esse, si nobis ingenitam a baptismate juventutem conservaverimus. Neque enim nuper illuminatum efficit tempus, sed vita munda, cum fieri possit, ut post duos etiam dies, qui sibi non caveat, appellationis hujus dignitatem amittat. Atque hujus rei vobis exemplum proferam, quo pacto qui nuper illuminatus erat, statim post duos dies et gratiam et honorem nuper illuminati amiserit. Hoc autem exemplum idcirco a me profertur, ut cum lapsum istum videritis, salutem vestram in tuto constituatis. Non enim tantum eorum exemplo vobis proposito qui steterunt, sed eorum etiam, qui supplantati sunt, corrigendi estis et sanandi. Simon magus conversus erat, inquit, et baptizatus adhærebat Philippo, videns signa : sed post paucos dies statim ad propriam reversus est nequitiam, et suam salutem emere pecunia volebat. Quid ergo nuper illuminato dixit Petrus?

[illegible]

Act. 8. 23. *In felle amaritudinis et obligatione iniqui-*

ἀπόληται. Τούτου τοῦ ῥήματος ἡ δύναμις ὅρα πῶς μεθ' ἡμῶν ἐγένετο· ἵνα μάθῃς ὅτι τὸ μὲν ῥῆμα ἦν τοῦ ἱερέως, τὸ δὲ νόημα ἠδυνήθη γενέσθαι πνευματικόν. Συμφέρει ἵνα εἷς ἄνθρωπος ἀποθάνῃ, καὶ μὴ ὅλον τὸ ἔθνος ἀπόληται. Τοῦτο δὲ οὐκ ἔλεγεν ἀφ' ἑαυτοῦ, φησὶν, ἀλλ' ὅτι ἀρχιερεὺς ἦν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου, προεφήτευσεν, ὅτι δεῖ τὸν Χριστὸν ἀποθανεῖν, οὐ μόνον ὑπὲρ Ἰουδαίων, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ὅλου τοῦ ἔθνους· διὰ τοῦτο καὶ ἔλεγεν, ὅτι Συμφέρει ἵνα εἷς ἄνθρωπος ἀποθάνῃ, καὶ μὴ ὅλον τὸ ἔθνος ἀπόληται. Εἶδες δύναμιν Θεοῦ, πῶς τὴν γλῶτταν τῶν ἐχθρῶν ἀναγκάζει τὰ ὑπὲρ τῆς ἀληθείας λέγειν;

58

A

Ἵνα μὲν οὖν μὴ παρατρέχωμεν τὰς ἐπιγραφὰς τῶν θείων Γραφῶν, ἀρκούντως ταῦτα εἴρηται, ἐὰν μνημονεύητε· ἐβουλόμην δὲ εἰπεῖν, καὶ τίς ὁ γράψας τὸ βιβλίον, καὶ πότε, καὶ τίνος ἕνεκεν ἔγραψεν. B Ἀλλὰ τέως ταῦτα κατέχωμεν· ἐκεῖνα δὲ εἰς τὴν ἐπιοῦσαν, ἐὰν ὁ Θεὸς θέλῃ, ἀποδώσομεν. Βούλομαι γὰρ λοιπὸν πρὸς τοὺς νεοφωτίστους ἀγαγεῖν τὸν λόγον. Νεοφωτίστους δὲ λέγω, οὐχὶ τοὺς πρὸ δύο καὶ τριῶν, οὐδὲ πρὸ δέκα ἡμερῶν φωτισθέντας μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς πρὸ ἐνιαυτοῦ, καὶ τοὺς πρὸ πλείονος χρόνου· καὶ γὰρ καὶ τούτους οὕτω χρὴ καλεῖν. Εἰ γὰρ πολλὴν σπουδὴν ἐπιδεικνύμεθα περὶ τὴν ἑαυτῶν ψυχὴν, ἔξεστι καὶ μετὰ δέκα ἔτη εἶναι νεοφωτίστους, ἐὰν τὴν νεότητα τὴν ἀπὸ τοῦ φωτίσματος ἐγγινομένην ἡμῖν διασώσωμεν. Οὐδὲ γὰρ ὁ χρόνος ποιεῖ C νεοφώτιστον, ἀλλ' ὁ βίος ὁ καθαρός· ἐγχωρεῖ γὰρ καὶ μετὰ δύο ἡμέρας ἀπολέσαι τὸ ἀξίωμα τῆς προσηγορίας τὸν μὴ προσέχοντα. Καὶ τούτου παράδειγμα ὑμῖν ἐρῶ, πῶς νεοφώτιστος εὐθέως ἀπώλεσε μετὰ δύο ἡμέρας καὶ τὴν χάριν τοῦ νεοφωτίστου καὶ τὴν τιμήν. Λέγω δὲ τὸ παράδειγμα, ἵνα ἰδόντες τὸ πτῶμα, ἀσφαλίσησθε τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν. Οὐ γὰρ ἀπὸ τῶν ἑστώτων ὑμᾶς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν ὑποσκελισμένων διορθοῦσθαι χρὴ καὶ θεραπεύειν. Σίμων ὁ μάγος μετεβάλετο, φησὶ, καὶ βαπτισθεὶς προσκαρτερῶν ἦν τῷ Φιλίππῳ, θεωρῶν τὰ σημεῖα· D ἀλλὰ μετ' ὀλίγας ἡμέρας εὐθέως ἐπανῆλθεν ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ κακίαν, καὶ διὰ χρημάτων ἐβούλετο τὴν σωτηρίαν πρίασθαι. Τί οὖν φησι τῷ νεοφωτίστῳ ὁ Πέτρος; Εἰς χολὴν πικρίας καὶ σύνδεσμον ἀδικίας ὁρῶ σε ὄντα· διὸ δεήθητι τοῦ Κυρίου, εἰ ἄρα ἀφεθήσεταί σοι ἡ κακία αὕτη. Οὔπω ἐνέβη εἰς τοὺς ἀγῶνας, καὶ εὐθέως ἔπεσεν εἰς πτῶμα ἀσύγγνωστον. Ὥσπερ οὖν ἔστι μετὰ δύο ἡμέρας πεσεῖν, καὶ ἀπο-

λέσαι τὴν προσηγορίαν τοῦ νεοφωτίστου καὶ τὴν
χάριν, οὕτω καὶ μετὰ δέκα ἔτη καὶ εἴκοσι καὶ μέχρι
τῆς ἐσχάτης ἡμέρας ἐστὶν ἔχειν καὶ λαμπρὸν τοῦτο
καὶ σεμνὸν ὄνομά τε καὶ πρᾶγμα. Καὶ τούτου μάρτυς E
ἀπόστολος Παῦλος, ἐν γήρᾳ διαλάμψας μειζόνως.
Ἐπειδὴ γὰρ ἡ νεότης αὕτη οὐκ ἀπὸ φύσεως, ἀλλ'
ἑκατέρας προαιρέσεως ἡμεῖς ἐσμεν κύριοι, καὶ τὸ
γηρᾶσαι καὶ μεῖναι νέους ἐν ἡμῖν ἐστι κείμενον.
Ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ σώματος κἂν ἅπαντά τις ἐπι-
σπουδάζῃ, κἂν ἅπαντά τις πραγματεύηται, καὶ μὴ
κατατρίβῃ τὸ σῶμα, κἂν ποιῇ μένειν ἔνδον, κἂν μὴ
κατατείνῃ τοῖς πόνοις αὐτὸ καὶ τοῖς συνεχέσιν ἔρ-
γοις, πάντως κατὰ τὸν τῆς φύσεως νόμον καὶ οὕτως
αὐτὸ καταλήψεται τὸ γῆρας· ἐπὶ δὲ τῆς ψυχῆς οὐχ
οὕτως· ἀλλ' ἂν μὴ κατατρίβῃς αὐτὴν, μηδὲ κατα- A
τείνῃς πόνοις βιωτικοῖς καὶ κοσμικαῖς φροντίσι,
μένει διαπαντὸς ἀκραιφνῆ τὴν νεότητα διατηροῦσα.
Οὐχ ὁρᾶτε τούτους τοὺς ἀστέρας τοὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς;
Ἑξακισχίλια λοιπὸν ἡμῖν ἔτη φαίνουσι, καὶ οὐδεὶς
αὐτῶν ἀμαυρότερος γέγονεν. Εἰ δὲ ἔνθα φύσις, οὕτως
ἔμεινεν ἀκμαῖον τὸ φῶς· ἔνθα προαίρεσις, οὐ πολλῷ
μᾶλλον μενεῖ τοιοῦτον, οἷον ἐξ ἀρχῆς ἔλαμψε; Μᾶλ-
λον δὲ, ἐὰν ἐθέλωμεν, οὐ τοιοῦτον μόνον μενεῖ,
ἀλλὰ καὶ λαμπρότερον ἔσται, ὡς καὶ πρὸς αὐτὰς
ἁμιλλᾶσθαι τὰς ἡλιακὰς ἀκτῖνας. Βούλει μαθεῖν πῶς
ἔξεστι καὶ μετὰ χρόνον εἶναι νεοφωτίστους; Ἄκουσον B
τί φησιν ὁ Παῦλος πρὸς ἀνθρώπους πρὸ πολλοῦ τοῦ
χρόνου πεφωτισμένους· Ἐν οἷς φαίνεσθε ὡς φωστῆ-
ρες ἐν κόσμῳ, λόγον ζωῆς ἐπέχοντες εἰς καύχημα
ἐμοί. Ἀπεδύσασθε τὸ παλαιὸν καὶ διερρωγὸς ἱμάτιον,
ἠλείψασθε τὸ μύρον τὸ πνευματικὸν, ἐλεύθεροι πάν-
τες ἐγένεσθε· μηδεὶς λοιπὸν ἐπὶ τὴν δουλείαν ἐπα-
νερχέσθω τὴν προτέραν. Πόλεμός ἐστι τὰ πράγματα
καὶ ἀγών. Οὐδεὶς ἀγωνίζεται δοῦλος, οὐδεὶς στρα-
τεύεται οἰκέτης· ἀλλ' ἐὰν ἁλῷ δοῦλος ὤν, μετὰ τι-
μωρίας ἐκβάλλεται τοῦ τῶν στρατιωτῶν καταλόγου.
Οὐκ ἐπὶ τῆς στρατείας δὲ ταύτης, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν
Ὀλυμπιακῶν ἀγώνων τὸ αὐτὸ τοῦτο ἔθος κρατεῖ.
Μετὰ γὰρ τὰς τριάκοντα ἡμέρας τὰς ἐνταῦθα ἀνα- C
γαγόντες αὐτοὺς εἰς τὸ προάστειον περιάγουσι, καὶ
τοῦ θεάτρου καθημένου παντὸς, βοᾷ ὁ κήρυξ, μή τις
τούτου κατηγορεῖ; ὥστε αὐτὸν ἀποσκευασάμενον τῆς
δουλείας τὴν ὑποψίαν, οὕτως εἰς τοὺς ἀγῶνας ἐμβῆ-
ναι. Εἰ δὲ ὁ διάβολος οὐ δέχεται δούλους εἰς τοὺς ἀγῶ-
νας τοὺς ἑαυτοῦ, πῶς σὺ τολμᾷς δοῦλος γενόμενος τῆς
ἁμαρτίας εἰς τοὺς ἀγῶνας ἐμβῆναι τοῦ Χριστοῦ;
Ἐκεῖ μὲν ὁ κήρυξ λέγει, μή τις τούτου κατήγορος;
ἐνταῦθα δὲ ὁ Χριστὸς οὐχ οὕτω λέγει· ἀλλὰ κἂν
ἅπαντες αὐτοῦ κατηγορήσωσι πρὸ τοῦ βαπτίσματος,
λέγει, ἐγὼ δέξομαι αὐτὸν, καὶ ἀποσκευάσομαι τῆς
δουλείας, καὶ ποιήσας ἐλεύθερον εἰς τοὺς ἀγῶνας εἰσ-
άξω. Εἶδες φιλανθρωπίαν ἀγωνοθέτου; Οὐ ζητεῖ τὰ D

tatis video te esse: quocirca Deum roga, si forte remittatur tibi hæc nequitia. Nondum ingressus est certamina, et statim indigno venia casu prolapsus est. Ut igitur post duos dies cadere possumus, et nuper illuminati appellationem et gratiam perdere: ita quoque post decem ac viginti annos, et ad finem usque vitæ possumus præclarum hoc atque venerandum nomen ac rem conservare. Atque hoc Paulus testatur apostolus, qui in senectute maxime illustris fuit. Nam quoniam a natura non est hæc juventus, sed utriusque propositi compotes sumus; ut vel senescamus, vel juvenes maneamus, a nostro pendet arbitrio. In corpore quidem licet omne studium quis adhibeat, licet omnem lapidem moveat, licet illud minime vexet, licet domi contineat, licet laboribus illud et continuis operibus non affligat: tamen ex lege naturæ sic quoque plane senectus illud invadet. In anima vero non ita fit: sed si illam minime vexes, neque sæcularibus eam laboribus curisque mundanis excrucies, juventutem suam perpetuo retinet, illæsamque conservat. Nonne videtis has in cælo fixas stellas? Jam per annos sexies mille nobis lucent, nec ipsarum ulla facta est obscurior. Quod si ubi naturæ res est, ita recens et vividum lumen remansit: ubi voluntatis res est, nonne multo magis tale permanebit, quale ab initio refulsit? Imo vero si velimus, non tale tantum permanebit, sed splendidius etiam erit, sic ut ipsos etiam solis radios æmuletur. Vin' tu intelligere quo pacto possumus etiam post longum tempus esse nuper illuminati? Audi quibus verbis Paulus homines multo ante tempore illuminatos alloquatur: *Inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, verbum vitæ continentes ad gloriam meam.* Veterem laceramque vestem exuistis, spirituali unguento delibuti estis, liberi omnes facti estis: nemo deinceps ad priorem redeat servitutem. Bellum quoddam ac certamen sunt res istæ. Nemo certat, qui servus sit: nemo militat qui sit famulus: sed si servus deprehendatur, ex albo militum cum supplicio ejicitur. Neque vero in hac tantum militia, sed et in Olympicis certaminibus idem iste mos obtinet. Post triginta enim dies hic transactos, in suburbium illos eductos circumvehunt, et toto sedente theatro clamat præco: Num quis hunc accusat? ita ut omni servilis conditionis suspicione depulsa, in certamina pedem inferat. Quod si diabolus in agones suos servos non admittit, quo pacto tu, cum peccati servus evaseris, in Christi certamen ingredi

Philip. 2. 15. 16.

Athletarum probatio in Olympicis.

audes? Illic quidem ait præco, Num quis hujus sit accusator? hic vero Christus non ita dicit, sed quamvis omnes ante baptismum illum accusent, dicit, Ego illum admittam et servitute liberabo, atque in libertatem vindicatum in certamina introducam. Vides agonothetæ benignitatem? Non ea quærit quæ præcesserint; sed eorum quæ consequuntur, exigit rationem. Cum servus esses, mille accusatores habebas, conscientiam, peccata, dæmones omnes. Nullus me, inquit, illorum adversum te commovit, neque te meis certaminibus indignum censui, sed ad luctas admisi, non ob tuam dignitatem, sed ob meam benignitatem. Mane igitur ac decerta, sive currendum sit, sive pugilatu, sive pancratio certandum sit, ne occulte, ne temere, nec in vanum decertes. Audi quid egerit Paulus. Confestim ubi de lavacro ascendit, statim post baptismum decertabat, prædicabat, quoniam hic

Act. 9. 22. est Filius Dei, et Judæos jam inde a primo die confundebat. At tu prædicare non potes, neque verbum doctrinæ habes? Igitur operibus et con-

Matth. 5. 16. versatione actionumque splendore doce. *Luceat* enim, inquit, *lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum qui in cælis est.* Non potes Judæos voce confundere? Fac ut tua conversatione confundantur, fac ut commoveantur tua mutatione gentiles. Cum enim viderint eum qui lascivus, pravus, ac negligens et corruptus erat, subito fuisse mutatum, et post mutationem ex gratia mutationem ex conversatione exhibuisse, nonne confundentur, et dicent id quod de cæco Judæi

Joan. 9. 8. 9. quondam dicebant, *Hic est, Non est ille, Imo ipse est?* Sunt enim hæc verba hominum confusorum, de nomine sibi noto dubitare, inter se dissidere, propriæ conscientiæ minime credere, ac ne suis quidem oculis. Ille cæcitatem corporalem abjecit, tu spiritualem cæcitatem abjecisti; ille in solem hunc respexit, tu in justitiæ solem respice. Agnovisti Dominum : fac igitur ea quæ hac agnitione sint digna, ut et cælorum regnum assequaris, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem et cum quo Patri gloria, honor, imperium, una cum sancto ac vivifico Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

πρότερα, ἀλλὰ τῶν μετὰ ταῦτα εὐθύνας ἀπαιτεῖ. Ὅτε δοῦλος ἦς, μυρίους εἶχες κατηγόρους, τὸ συνειδὸς, τὰ ἁμαρτήματα, τοὺς δαίμονας ἅπαντας. Οὐδείς με, φησὶν, ἐκείνων ἐκίνησε κατὰ σοῦ, οὐδὲ ἐνόμισά σε ἀνάξιον τῶν ἀγώνων τῶν ἐμῶν, ἀλλ' ἐδεξάμην εἰς τὰ παλαίσματα, οὐκ ἀπὸ τῆς ἀξίας τῆς σῆς, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ἐμῆς φιλανθρωπίας. Μένε τοίνυν καὶ ἀγωνίζου, κἂν τρέχειν δέῃ, κἂν πυκτεύειν, κἂν παγκρατιάζειν· μὴ ἀδήλως, μηδὲ ἁπλῶς, μηδὲ εἰκῇ. Ἄκουσον τί ἐποίησεν ὁ Παῦλος. Εὐθέως ἀπὸ τῶν ναμάτων ἀναβὰς, αὐτίκα ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος ἠγωνίζετο, ἐκήρυττεν ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ·

E καὶ συνέχυνε τοὺς Ἰουδαίους ἀπὸ πρώτης. Ἀλλ' οὐ δύνασαι κηρῦξαι σὺ, οὐδὲ ἔχεις διδασκαλικὸν λόγον; Οὐκοῦν δίδαξον διὰ τῶν ἔργων καὶ τῆς πολιτείας, διὰ τῆς λαμπρότητος τῶν πράξεων. Λαμψάτω γὰρ, φησὶ, τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσι τὰ καλὰ ἔργα ὑμῶν, καὶ δοξάσωσι τὸν Πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Οὐ δύνασαι συγχέειν Ἰουδαίους διὰ τῆς φωνῆς; Ποίησον αὐτοὺς συγχυ-

60 θῆναι διὰ τῆς πολιτείας, ποίησον καὶ Ἕλληνας

A θορυβηθῆναι διὰ τῆς μεταβολῆς. Ὅταν γὰρ ἴδωσι τὸν πρὸ τούτου ἀσελγῆ, τὸν πονηρὸν, τὸν ἠμελημένον, τὸν διεφθαρμένον, ἀθρόον μεταβεβλημένον, καὶ μετὰ τῆς μεταβολῆς τῆς κατὰ τὴν χάριν, μεταβολὴν τὴν κατὰ τὴν πολιτείαν ἐνδεικνύμενον, οὐ συγχυθήσονται καὶ ἐροῦσιν, ὅπερ ἐπὶ τοῦ τυφλοῦ οἱ Ἰουδαῖοι ἔλεγόν ποτε, Οὗτός ἐστιν, οὐκ ἔστιν οὗτος, αὐτός ἐστι; Συγκεχυμένων γὰρ ταῦτα τὰ ῥήματα, ἀμφιβάλλειν περὶ τοῦ γνωρίμου, διαστασιάζειν πρὸς ἑαυτοὺς, τῷ οἰκείῳ συνειδότι μὴ πιστεύειν, μηδὲ τοῖς ἑαυτῶν ὀφθαλμοῖς. Ἀπέβαλεν ἐκεῖνος τὴν σωματικὴν πήρωσιν, ἀπέβαλες σὺ τὴν ψυχικὴν πή-

B ρωσιν· ἀνέβλεψεν ἐκεῖνος εἰς τὸν ἥλιον τοῦτον, ἀνάβλεψον σὺ πρὸς τὸν ἥλιον τῆς δικαιοσύνης. Ἐπέγνως τὸν Δεσπότην· ἄξια τοίνυν πρᾶξον τῆς ἐπιγνώσεως· ἵνα καὶ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἐπιτύχῃς, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ δόξα, τιμὴ, κράτος, ἅμα τῷ ἁγίῳ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] ΣΥΝΑΞΕΩΣ ΔΙΑ ΧΡΟΝΟΥ ΕΝ ΤΗ ΠΑΛΑΙΑ ἐκκλησίᾳ γενομένης, εἰς τὴν ἐπιγραφὴν τῶν Πράξεων τῶν ἀποστόλων, καὶ ὅτι χρησιμώτερος βίος ἐνάρετος σημείων καὶ θαυμάτων, καὶ κατὰ τί διαφέρει πολιτεία σημείων. C

CUM IN VETERI ECCLESIA LONGO intervallo celebrata collecta esset, sermo habitus in inscriptionem Actorum Apostolorum : et vitam cum virtute actam utiliorem esse signis ac miraculis; et quatenus differat a signis conversatio.

Διὰ χρόνου πρὸς τὴν μητέρα ἡμῶν ἐπανήλθομεν πάλιν, τὴν ποθεινὴν καὶ ἐπέραστον ταύτην ἅπασιν ἐκκλησίαν, πρὸς τὴν μητέρα ἡμῶν καὶ τῶν ἐκκλησιῶν ἁπασῶν. Μήτηρ μὲν γὰρ, οὐχ ὅτι τῷ χρόνῳ πρεσβυτέρα μόνον ἐστὶν, ἀλλ' ὅτι καὶ ὑπὸ ἀποστολικῶν ἐθεμελιώθη χειρῶν· διὰ τοῦτο πολλάκις καὶ κατασκαφεῖσα διὰ τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ, πάλιν ὠρ- D θώθη διὰ τῆς δυνάμεως τοῦ Χριστοῦ. Οὐ γὰρ αἱ ἀποστολικαὶ μόνον αὐτὴν ἐθεμελίωσαν χεῖρες, ἀλλὰ καὶ τοῦ Δεσπότου τῶν ἀποστόλων ἡ ἀπόφασις ἐτείχισεν αὐτὴν καινῷ καὶ παραδόξῳ τειχισμοῦ τρόπῳ. Οὐ γὰρ ξύλα καὶ λίθους συνθεὶς, οὕτως ᾠκοδόμησε τὸν περίβολον, οὐδὲ τάφρον ἔξωθεν περιελάσας, καὶ σκόλοπας καταπήξας, καὶ πύργους ἀναστήσας, οὕτως αὐτὴν ἠσφαλίσατο· ἀλλ' ἐφθέγξατο δύο ῥήματα ψιλὰ μόνον, καὶ ταῦτα ἤρκεσεν ἀντὶ τείχους αὐτῇ, καὶ πύργου, καὶ τάφρου, καὶ ἀσφαλείας ἁπάσης. Καὶ τίνα ἐστὶ τὰ E ῥήματα ταῦτα, ἃ τοσαύτην ἔχει τὴν ἰσχύν; Ἐπὶ τῇ πέτρᾳ ταύτῃ οἰκοδομήσω μου τὴν Ἐκκλησίαν· καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. Τοῦτό ἐστι τὸ τεῖχος, τοῦτο ὁ περίβολος, τοῦτο ἡ ἀσφάλεια, τοῦτο λιμὴν καὶ καταφυγή. Σὺ δέ μοι σκόπει κἀντεῦθεν τοῦ τείχους τὸ ἀρραγές. Οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι ἀνθρώπων ἐπιβουλαὶ οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς μόνον, ἀλλ' ὅτι οὐδ' αὐταὶ αἱ μηχαναὶ τοῦ ᾅδου· Πύλαι γὰρ, φη- 61
A σὶν, ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. Οὐκ εἶπεν, οὐ προσβαλοῦσιν αὐτῇ, ἀλλ' ὅτι Οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς· προσβαλοῦσι μὲν γὰρ, οὐ περιέσονται δὲ αὐτῆς. Ἀλλὰ τί ποτέ ἐστι, Πύλαι ᾅδου; τάχα γὰρ ἀσαφὲς τὸ εἰρημένον. Μάθωμεν τί ἐστι πύλη πόλεως, καὶ τότε εἰσόμεθα τί ἐστι πύλη ᾅδου. Πύλη πόλεώς ἐστιν εἴσοδος ἡ εἰς τὴν πόλιν· οὐκοῦν καὶ πύλη ᾅδου ἐστὶ κίνδυνος

1. Rursus ad matrem nostram longo intervallo reversi sumus, ad desideratam et caram omnibus hanc ecclesiam, ad nostram et omnium ecclesiarum matrem. Nam mater quidem est non quod antiquior tantum sit tempore; sed quod apostolorum manibus sit fundata : quam ob causam multoties propter Christi nomen eversa, Christi virtute rursus est erecta. Neque enim apostolicæ tantum manus illam fundarunt, sed et ipsius apostolorum Domini decretum illam novo et inusitato munitionis genere munivit. Non enim coagmentatis lignis et lapidibus septa construxit, neque fossa exterius ducta circumdedit aut palis defixis, aut turribus exædificatis illam munivit; sed duo nuda solum verba protulit, et hæc illi fuerunt instar muri, et turris, et fossæ, et cujusvis loco munimenti. Et quæ tandem illa sunt verba, quæ tantam vim obtinent? *Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam : et portæ inferi non prævalebunt adversus eam.* Hoc murus est, hoc septum, hoc munimentum, hoc portus et refugium. Tu vero quam inexpugnabilis sit hic murus, inde perpende. Neque enim hominum tantum insidias adversus eam dixit non prævalituras, sed nec ipsas inferni machinas : *Portæ* enim, inquit, *inferi non prævalebunt adversus eam.* Non dixit, In illam non irruent, sed, *Adversus eam non prævalebunt :* nam irruent illæ quidem, sed illam non superabunt. Sed quid illud est, *Portæ inferi?* forte namque obscurum est dictum. Discamus quid sit porta urbis, et tunc sciemus

Ecclesia Antiochiæ, quæ Palæa vocabatur, ab Apostolis fundata.

Matth. 16. 18.

[a] Collata cum Ms. Colbertino 3058, qui deficit initio et fine. Non alium hactenus Codicem nancisci potuimus. Ibid. ἐν τῇ παλαιᾷ ἐκκλησίᾳ. Libanius in Antiochico ait, Antiochiam in duas fuisse urbes divisam, alteram παλαιὰν, hoc est, antiquam, quæ secundum Orontis fluvii oram longum occupabat terræ spatium : alteram novam, in ejusdem fluvii insula sitam, forma rotunda, quæ quinque pontibus antiquæ jungebatur. In παλαιᾷ seu antiqua exstabat vetus ecclesia, ab apostolis fundata, ut dicit homiliæ initio Chrysostomus : ideoque apostolica vocatur a Theodoreto : et in Chronico Alexandrino παλαιὰ item ecclesia dicitur. Cujus appellationis duplex videtur causa fuisse, et quod in veteri urbe sita, et quod antiquitus ab apostolis fundata fuisset, quæ licet multoties propter Christi nomen eversa, multoties erecta denuo fuerit, παλαιᾶς tamen, seu veteris nomen non amiserat etiam tempore auctoris Chronici Alexandrini; παλαιὰν Antiochiæ memorat Athanasius tomo ad Antiochenos p. 771.

quid sit porta inferi. Porta urbis est aditus in urbem: itaque porta inferi est periculum, quod ad inferos tendit. Quod igitur ait, est ejusmodi: licet irruant et impetum faciant tanta pericula, ut ad ipsum nos præcipites agant infernum, Ecclesia manet immota. Poterat ille quidem non permittere, ut nulla mala experiremur: cur ergo permisit? Quod multo majus sit, quam tentationes prohibere, si dum advenire tentationes sinit, nihil tamen ex earum incursu mali nos ferre permittat; ideirco omnes accidere tentationes sivit, ut probatiorem illam redderet: siquidem *Tribulatio patientiam operatur, patientia vero probationem.* Atque ut majori cum excessu virtutem suam ostendat, ex ipsis eam portis eripit mortis. Propterea tempestatem sivit excitari, et mergi cymbam minime sivit. Sic gubernatorem quoque laudamus, non cum secundis ventis navigans, neque cum a puppi flantibus auris incolumem navim servat; sed cum mari procellis agitato, ac fluctibus effervescentibus, ac tempestate commota suam artem adversus impetum ventorum opponit, et navigium ex mediis procellis salvum educit. Ita fecit et Christus. Dum tanquam navigium in mari Ecclesiam rursus in mundo ferri permisit, neque fluctus sedavit, sed ex fluctibus eripuit: non mare compescuit, sed navim communivit; et cum surgerent undique populi, tanquam sævi fluctus, et maligni spiritus tamquam adversi quidam venti in eam irruerent, excitata undique tempestate, multam attulit Ecclesiæ tranquillitatem: quodque permirum sane fuit, non modo navim procella non obruit, sed et procellam cymba sedavit. Nam continuæ persecutiones non modo Ecclesiam non submerserunt, sed ab Ecclesia sunt sedatæ. Quo tandem pacto, et quorum opera? Hujus sententiæ nunquam ita pronuntiat: *Portæ inferi non prævalebunt adversus eam.* Quam multa Græci moliti sunt, ut verbum hoc tollerent, ut sententiam irritam redderent, neque potuerunt dissolvere? Dei quippe sententia erat. Et quemadmodum turrim ex adamantinis structam lapidibus, ferro firmiter junctam, hostes undique si verberent, neque structuram laxant, neque coagmentationem dissolvunt, sed illæsa turri manente, nec ullis incommodis affecta, suisque viribus exhaustis discedunt: sic nimirum et verbum hoc tamquam altam quamdam turrim in medio orbis terrarum firmiter communitam, cum Græci undique verberassent, cum illam firmam reddiderunt, tum suis viribus fractis mortem obierunt.

Rom. 5. 3. 4.

Ecclesia [illegible] non vincitur.

Matth. 16. 18.

εἰς τὸν ᾅδην φέρων. Ὃ τοίνυν λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· ἂν τοιοῦτοι κίνδυνοι καταῤῥαγῶσι καὶ προσβάλωσιν, ὡς πρὸς αὐτὸν ἐνεγκεῖν ἡμᾶς τὸν ᾅδην, ἀπερίτρεπτος ἡ Ἐκκλησία μένει. Ἠδύνατο μὲν γὰρ μὴ ἀφεῖναι πεῖραν αὐτὴν λαβεῖν τῶν δεινῶν· τίνος οὖν ἕνεκεν ἀφῆκεν; Ὅτι πολλῷ μεῖζόν ἐστι τοῦ κωλῦσαι τοὺς πειρασμοὺς τὸ συγχωρήσαντα τοὺς πειρασμοὺς ἐλθεῖν, μηδὲν ἀφεῖναι δεινὸν ἐκ τῆς ἐπαγωγῆς τούτων παθεῖν. Διὰ τοῦτο ἀφῆκε πάντας ἐπελθεῖν τοὺς πειρασμούς, ἵνα δοκιμωτέραν αὐτὴν ἐργάσηται. Ἡ γὰρ θλῖψις ὑπομονὴν κατεργάζεται, ἡ δὲ ὑπομονὴ δοκιμήν. Καὶ ἵνα τὴν δύναμιν τὴν ἑαυτοῦ μετὰ πλείονος ἐπιδείξηται περιουσίας, ἐξ αὐτῶν τῶν πυλῶν τοῦ θανάτου ἐξαρπάζει αὐτήν. Διὰ τοῦτο καὶ τὸ κλυδώνιον εἴασε γενέσθαι, καὶ βαπτισθῆναι τὸ σκάφος οὐκ εἴασεν. Οὕτω καὶ κυβερνήτην θαυμάζομεν, οὐχ ὅταν ἐξ οὐρίας πλέων, οὐδ' ὅταν κατὰ πρύμναν ἱσταμένου τοῦ πνεύματος διασώσῃ τὸ σκάφος· ἀλλ' ὅταν τῆς θαλάσσης στασιαζούσης, καὶ τῶν κυμάτων ἀγριουμένων, καὶ τοῦ χειμῶνος καταῤῥηγνυμένου, τὴν τέχνην πρὸς τὴν τῶν ἀνέμων ἀντιστήσας φοράν, ἐκ μέσου τοῦ χειμῶνος ἐξαρπάσῃ τὸ πλοῖον. Οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ἐποίησε. Καθάπερ πλοῖον ἐν θαλάττῃ τὴν Ἐκκλησίαν ἐν τῇ οἰκουμένῃ φέρεσθαι πάλιν ἀφείς, οὐ κατέλυσε τὴν ζάλην, ἀλλ' ἐξήρπασε τῆς ζάλης· οὐ κατέστειλε τὴν θάλασσαν, ἀλλ' ἠσφαλίσατο τὴν ναῦν· καὶ διανισταμένων τῶν πανταχοῦ δήμων, καθάπερ κυμάτων ἀγρίων, καὶ προσβαλόντων αὐτῇ τῶν πνευμάτων τῶν πονηρῶν, καθάπερ χαλεπῶν ἀνέμων, καὶ πανταχόθεν ἐγειρομένου τοῦ χειμῶνος, πολλὴν τῇ Ἐκκλησίᾳ τὴν γαλήνην ἐποίει· καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν, ὅτι οὐ μόνον ὁ χειμὼν οὐ κατέκλυσε τὴν ναῦν, ἀλλ' ὅτι καὶ τὸν χειμῶνα ἡ ναῦς κατέλυσεν. Οἱ γὰρ διωγμοὶ οἱ συνεχεῖς οὐ μόνον οὐ κατεπόντισαν τὴν Ἐκκλησίαν, ἀλλὰ καὶ διελύθησαν ὑπὸ τῆς Ἐκκλησίας. Πῶς καὶ τίνα τρόπον, καὶ πόθεν; Ἀπὸ τῆς ἀποφάσεως ταύτης τῆς λεγούσης, Πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. Πόσα ἐκίνησαν Ἕλληνες, ὥστε τὸ ῥῆμα τοῦτο καθελεῖν, ὥστε ἄκυρον ποιῆσαι τὴν ἀπόφασιν, καὶ οὐκ ἴσχυσαν καταλῦσαι; Θεοῦ γὰρ ἡ ἀπόφασις ἦν. Καὶ καθάπερ πύργον ἐξ ἀδαμαντίνων λίθων συγκείμενον, σιδήρῳ συνδεδεμένον ἀκριβῶς, οἱ πολέμιοι πανταχόθεν βάλλοντες, οὔτε τὴν οἰκοδομὴν χαυνοῦσιν, οὔτε τὴν ἁρμονίαν παραλύουσιν, ἀλλ' ἀπέρχονται τὸν μὲν πύργον μηδὲν καταβλάψαντες, μηδὲ ποιήσαντές τι κακὸν, τὴν δὲ ἑαυτῶν καταλύσαντες δύναμιν· οὕτω δὴ καὶ τὸ ῥῆμα τοῦτο, καθάπερ πύργον ὑψηλὸν ἐν μέσῃ τῇ οἰκουμένῃ μετὰ ἀσφαλείας τετειχισμένον, οἱ Ἕλληνες πανταχόθεν βάλλοντες, αὐτόν τε ἰσχυρὸν ἀπέφηναν, τὴν δὲ ἑαυτῶν καταλύσαντες ἰσχὺν, οὕτως ἀπέθανον. Τί γὰρ οὐκ ἐμηχανήσαντο κατὰ τῆς ἀποφάσεως ταύτης; Στρατόπεδα παρεσκευάζετο, ὅπλα ἐκι-

νεῖτο, βασιλεῖς καθωπλίζοντο, δῆμοι διηγείροντο, πόλεις διανίσταντο, δικασταὶ παρωξύνοντο, ἅπαν τιμωρίας εἶδος ἐπενοεῖτο· οὐδεὶς παρελιμπάνετο κολάσεως τρόπος· [a] πῦρ, καὶ σίδηρος, καὶ θηρίων ὀδόντες, καὶ κρημνοὶ, καὶ καταποντισμοὶ, καὶ βάραθρον, καὶ ξύλον, καὶ σταυρὸς, καὶ κάμινος, καὶ πάντα ὅσα ὤφθη πώποτε βασανιστήρια εἰς μέσον ἐφέροντο· ἀπειλῶν ὄγκος ἄφατος, τιμῶν ὑποσχέσεις ἄφατοι, ὥστε ἐκείνῳ μὲν φοβῆσαι τῷ τρόπῳ, τούτῳ δὲ ἐκλῦσαι καὶ δελεάσαι. Οὐδὲν γοῦν ἀπάτης, οὐ βίας παρελιμπάνετο εἶδος. Καὶ γὰρ πατέρες παῖδας παρέδωκαν, καὶ παῖδες πατέρας ἠγνόησαν· μητέρες ὠδίνων ἐπελάθοντο· καὶ οἱ τῆς φύσεως ἀνετράπησαν νόμοι. Ἀλλ' ὅμως οἱ θεμέλιοι τῆς Ἐκκλησίας οὐδὲ οὕτως ἐσαλεύθησαν· ἀλλὰ διὰ τῆς συγγενείας αὐτῆς ὁ πόλεμος ἤρετο καὶ τῶν τειχῶν αὐτῆς οὐχ ἥψατο, διὰ τὸ ῥῆμα ἐκεῖνο τὸ λέγον, Ὅτι πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. Μὴ γὰρ ἴδῃς, ὅτι ῥῆμα ἦν, ἀλλ' ὅτι ῥῆμα Θεοῦ. Καὶ γὰρ τὸν οὐρανὸν ῥήματι ἐστερέωσεν ὁ Θεὸς, καὶ τὴν γῆν ῥήματι ἐθεμελίωσεν ἐπὶ τῶν ὑδάτων, τὴν πυκνὴν ταύτην καὶ βαρεῖαν φύσιν ἐπὶ τῆς χαυνοτάτης ἐκείνης καὶ διαῤῥεούσης ποιήσας φέρεσθαι· καὶ τὴν θάλασσαν [b] τὴν ἀφόρητον ταῖς βίαις, ἐκείνην τὴν τοσαῦτα ἔχουσαν κύματα, ἀσθενεῖ τειχίῳ τῇ ψάμμῳ πανταχόθεν ἐτείχισε διὰ ῥήματος. Ὁ τοίνυν διὰ ῥήματος τὸν οὐρανὸν στερεώσας, τὴν γῆν θεμελιώσας, τὴν θάλασσαν περιφράξας, τί θαυμάζεις, εἰ τὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ θαλάσσης τιμιωτέραν Ἐκκλησίαν διὰ τοῦ ῥήματος τούτου πάλιν ἐτείχισεν;

Ἀλλ' ἐπειδὴ οὕτως ἡ οἰκοδομὴ ἄσειστος, οὕτω τὸ τεῖχος ἀῤῥαγὲς, ἴδωμεν πῶς κατεβάλλοντο οἱ ἀπόστολοι τοὺς θεμελίους, πόσον βάθος ἔσκαψαν, ὥστε ἄσειστον γενέσθαι τὴν οἰκοδομήν. Οὐχ ἔσκαψαν βάθος, οὐκ ἐδεήθησαν πόνου τοσούτου. Διὰ τί; Παλαιὸν εὗρον θεμέλιον καὶ ἀρχαῖον, τὸν τῶν προφητῶν. Καθάπερ οὖν ἄνθρωπος μέλλων οἰκίαν μεγίστην οἰκοδομεῖν, ἐπειδὰν εὕρῃ θεμέλιον παλαιὸν καὶ ἰσχυρὸν καὶ ἀῤῥαγῆ, οὐκ ἀναμοχλεύει τὸν θεμέλιον, οὐ κινεῖ τοὺς λίθους, ἀλλ' ἀφεὶς ἑστάναι ἀκίνητον, οὕτως ἐπιτίθησι τὴν νέαν καὶ πρόσφατον οἰκοδομήν· οὕτω καὶ οἱ ἀπόστολοι μέλλοντες τὸ μέγα τοῦτο οἰκοδόμημα οἰκοδομεῖν, τὴν πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης Ἐκκλησίαν ἱδρυμένην, οὐ διέσκαψαν βάθος, ἀλλ' εὑρόντες παλαιὸν θεμέλιον, τὸν τῶν προφητῶν, οὐχ ἀνεμόχλευσαν ἐκεῖνον, οὐχ ἐκίνησαν τὴν οἰκοδομὴν καὶ τὴν διδα-

62 A Quid enim adversus hanc sententiam non machinati sunt? Exercituum delectus habebatur, arma movebantur, reges armabantur, populi commovebantur, urbes insurgebant, judices excandescebant, omne supplicii genus excogitabatur, nullus pœnæ modus omittebatur, ignis, ferrum, dentes ferarum, præcipitia, submersiones, barathrum, equuleus, crux et fornax, et omnia quæ umquam visa sunt tormenta, in medium proferebantur: ingens minarum agmen, honorum pollicitationes innumeræ, ut illa quidem ratione terrerent, hac vero mollirent et allicerent. B Nullum igitur fraudis, nullum violentiæ genus prætermittebatur. Nam et patres filios prodebant, et filii patres non agnoscebant, matres suorum partuum obliviscebantur, et naturæ leges evertebantur. Verumtamen ne sic quidem Ecclesiæ fundamenta concussa sunt: et quamvis ab ejus propinquis bellum indictum esset, non tamen ad muros usque ipsius pervenit, propter illud verbum quod sic habuit, *Portæ inferi non prævalebunt adversus eam.* Noli enim id spectare, quod verbum erat, sed, quod verbum Dei: siquidem cælum verbo firmavit Deus, et terram *Psal.* 32.6. *Psal.* 103. 5. verbo super aquas fundavit, et effecit, ut hæc C densa gravisque natura ab illa levi fluxaque sustentaretur, et mare, cujus vis indomita, quod tot fluctibus ac procellis se extollit, imbecilli vallo arenæ undique per verbum suum vallavit. Ergo qui cælum verbo firmavit, qui terram fundavit, qui mare circumvallavit, quid miraris, si Ecclesiam cælo, terra marique pretiosiorem rursus hoc verbo munivit?

2. Quando igitur adeo stabile est et inconcussum ædificium, adeo inexpugnabile munimentum, qua ratione apostoli jecerint fundamenta, videamus, quam profundam fossam duxerint, ut inconcussum fieret ædificium. Non profundam Ecclesia quomodo fundata. D fossam duxerunt, neque tanto labore indiguerunt. Quid ita? Vetus invenere fundamentum, quod a prophetis jactum erat. Ut igitur homo, qui maximam domum ædificaturus sit, postquam vetus et firmum ac stabile fundamentum offendit, non vectibus fundamenta subvertit, non lapides loco movet, sed immotum sinens, novum ædificium imponit: sic et apostoli cum magnum istud exstructuri essent ædificium, Ecclesiam, quæ ubique terrarum erigitur, non profundam fossam duxerunt, sed invento veteri fundamento pro-

[a] πῦρ καὶ σίδηρος, ab his verbis incipit Ms. Mox idem ξύλον καὶ τροχὸς καὶ σταυρός. Mox ἐφέρετο. ἀπειλῶν ὄγκος ἀφόρητος... Infra οὐδὲν οὐκ ἀπάτης... παῖδας προέδωκαν.

[b] Colb. ἀφόρητον, Savil. et Morel. ἀπόῤῥητον.

phetarum, illud minime subverterunt, nec ædificium et doctrinam immutarunt; sed illa intacta suam deinde imposuere doctrinam, hanc scilicet novam Ecclesiæ fidem. Atque ut intelligas vetus illos fundamentum loco non movisse, sed super illud ædificasse, sapientem ipsum architectum Paulum audi, nobis exactam ædificationis diligentiam declarantem : siquidem ipse sapiens est

1. *Cor.* 3. 10. architectus. *Ut sapiens* enim *architectus,* inquit, *fundamentum posui.* Sed videamus, qua ratione fundamentum ipsum posuerit. Super aliud, inquit, fundamentum vetus prophetarum.

Eph. 2. 19. 20. Unde id constat? *Jam non estis hospites,* inquit, *sed cives sanctorum, superædificati super fundamentum apostolorum et prophetarum.* Vides fundamentum, et fundamentum, alterum prophetarum, alterum apostolorum, quod supra positum est. Et quod sane mirum est, non statim post prophetas venerunt apostoli, sed multum interea tempus elapsum est. Quid ita? Quod ita faciant optimi quique architecti : ubi jecerint fundamentum, non confestim ædificium superimponunt, ne forte dum mollis ac recens est fundamenti structura, grave parietum pondus minime ferre possit. Propterea cum longo tempore firmari lapides siverint, ubi recte coagmentatos illos viderint et compactos, tunc et parietum molem imponunt. Ita quoque fecit Christus, cum prophetarum fundamentum in auditorum mentibus defigi, ac firmam fieri doctrinam sivisset, quando immobile vidit ac stabile ædificium esse, quando defixa dogmata sacra, sic ut possent novam etiam hanc philosophiam ferre, tunc apostolos misit, qui supra fundamentum prophetarum Ecclesiæ parietes excitarent. Idcirco non dixit, ædificati super fundamentum prophetarum, sed *Superædificati,* supra scilicet ædificati. Sed quo pacto fuerint ædificati, videamus. Unde vero id cognoscemus? Unde,

Explanatio tituli Act. Apost. quæso, aliunde, quam ex Actorum libro, de quo et superioribus diebus disseruimus? Fortasse namque debitum inde vobis exiguum aliquod debemus, quod hodierno die necesse est persolvamus. Quodnam igitur illud est debitum? Ipsum titulum libri interpretari studeamus. Non enim facilis est et apertus, sicut plurimi arbitrantur, sed inquisitione multa indiget. Quisnam igitur est libri titulus? *Acta Apostolorum.* Nonne dilucida res videtur esse, nonne clara

σκαλίαν, ἀλλ' ἀφέντες αὐτὴν μένειν ἀκίνητον, οὕτως E ἐπέθηκαν τὴν παρ' ἑαυτῶν διδασκαλίαν, τὴν νέαν ταύτην τῆς Ἐκκλησίας πίστιν. Καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι οὐκ ἐκίνησαν τὸν παλαιὸν θεμέλιον, ἀλλ' ἐπάνω αὐτοῦ ᾠκοδόμησαν, ἄκουσον αὐτοῦ τοῦ σοφοῦ ἀρχιτέκτονος Παύλου λέγοντος ἡμῖν τῆς οἰκοδομῆς τὴν ἀκρίβειαν· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ σοφὸς ἀρχιτέκτων. Ὡς σοφὸς γὰρ, φησὶν, ἀρχιτέκτων θεμέλιον τέθεικα. Ἀλλ' ἴδωμεν πῶς αὐτὸν τέθεικε τὸν θεμέλιον. Ἐπάνω, 63 φησὶν, ἑτέρου θεμελίου παλαιοῦ, τοῦ τῶν προφη- A τῶν. Πόθεν τοῦτο δῆλον; Οὐκ ἔτι ἐστὲ ξένοι, φησὶν, ἀλλὰ συμπολῖται τῶν ἁγίων, ἐποικοδομηθέντες ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν. Εἶδες θεμέλιον καὶ θεμέλιον, τὸν μὲν τῶν [a] προφητῶν, τὸν δὲ τῶν ἀποστόλων ἀνωτέρω κείμενον. Καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν, οὐκ εὐθέως μετὰ τοὺς προφήτας ἦλθον οἱ ἀπόστολοι, ἀλλὰ πολὺς μεταξὺ παρεγένετο χρόνος. Τί δήποτε; Ὅτι οἱ ἄριστοι τῶν οἰκοδόμων τοῦτο ποιοῦσιν· ἐπειδὰν καταβάλλωνται θεμέλιον, οὐκ εὐθέως ἐπιτιθέασι τὴν οἰκοδομὴν, ἵνα μὴ ἁπαλωτέρα καὶ πρόσφατος οὖσα τοῦ θεμελίου ἡ ἐργασία, ἀδυνατήσῃ B τῶν τειχῶν ἐνεγκεῖν τὸ βάρος. Διὰ τοῦτο ἀφέντες χρόνῳ πολλῷ παγῆναι τοὺς λίθους, ἐπειδὰν ἴδωσιν ἀκριβῶς σφιγέντας, τότε ἐπιτιθέασι καὶ τῶν τοίχων τὸ βάρος. Οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ἐποίησεν· ἀφεὶς παγῆναι τὸν θεμέλιον τῶν προφητῶν ἐν ταῖς τῶν ἀκουσάντων ψυχαῖς, καὶ γενέσθαι βεβαίαν τὴν διδασκαλίαν, ὅτε [b] εἶδεν ἄσειστον οὖσαν τὴν οἰκοδομὴν, ὅτε παγέντα τὰ δόγματα τὰ ἱερὰ, ὥστε δυνηθῆναι τὴν κατὰ τὴν καινὴν φιλοσοφίαν ἐνεγκεῖν, τότε ἀπέστειλε τοὺς ἀποστόλους, ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν προφητῶν τοὺς τοίχους τῆς Ἐκκλησίας ἀναστήσοντας. Διὰ τοῦτο οὐκ εἶπεν, οἰκοδομηθέντες ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν προ- C φητῶν, ἀλλ' Ἐποικοδομηθέντες, ἐπάνω οἰκοδομηθέντες. Ἀλλ' ἴδωμεν πῶς ᾠκοδομήθησαν. Πόθεν οὖν εἰσόμεθα; Πόθεν δὲ ἄλλοθεν, ἀλλ' ἢ ἀπὸ τῆς βίβλου τῶν Πράξεων, περὶ ἧς καὶ ἐν ταῖς ἔμπροσθεν ὑμῖν ἡμέραις διελέχθημεν; Τάχα γάρ τι καὶ μικρὸν ἐκεῖθεν ὑμῖν ὀφείλομεν χρέος, ὅπερ ἀνάγκη καταθεῖναι σήμερον. Τί οὖν ἐστι τὸ χρέος; Αὐτὴν τοῦ βιβλίου τὴν ἐπιγραφὴν ἑρμηνεῦσαι σπουδάσωμεν. Οὐ γὰρ ψιλή τίς ἐστι καὶ σαφὴς, καθὼς πολλοὶ νομίζουσιν, ἀλλὰ δεῖται καὶ ἐξετάσεως. Τίς οὖν ἡ ἐπιγραφὴ τοῦ βιβλίου; Πράξεις ἀποστόλων. Οὐ δοκεῖ σαφὲς εἶναι; οὐ δοκεῖ γνώριμον, καὶ δῆλον ἅπασιν; Ἀλλ' ἂν παρακο- D λουθῆτε τοῖς λεγομένοις, ὄψεσθε ὅσον τὸ βάθος τῆς ἐπιγραφῆς ταύτης. Διὰ τί γὰρ οὐκ εἶπε, θαύματα ἀποστόλων; διὰ τί οὐκ ἐπέγραψε, σημεῖα ἀποστόλων, ἢ δυνάμεις καὶ τέρατα ἀποστόλων· ἀλλὰ Πράξεις

[a] Colb. προφητῶν κατώτερον, τὸν δὲ τῶν.

[b] Colb. εἶδεν εὐτονοῦσαν τὴν οἰκοδομὴν Paulo post idem δυνηθῆναι τὸ βάρος τῆς κατά. Infra διὰ τοῦτο οὐκ εἶπεν, οἰκοδ. Hanc lectionem, in Morel. et Savil. vitiatam, ex Colb. restituimus.

ἀποστόλων; Οὐ γὰρ τὸ αὐτό ἐστι πράξεις καὶ σημεῖα, οὐ τὸ αὐτὸ πράξεις καὶ θαύματα· οὐ τὸ αὐτό ἐστι πράξεις, καὶ τέρατα, καὶ δυνάμεις· ἀλλὰ πολλὴ ἡ διαφορὰ τούτων ἑκατέρων. Πρᾶξις μὲν γάρ ἐστιν οἰκείας σπουδῆς κατόρθωμα, θαῦμα δὲ θείας δωρεᾶς χάρισμα. Εἶδες ὅσον τὸ μέσον πράξεως καὶ θαύματος; Πρᾶξίς ἐστιν ἀνθρωπίνων ἱδρώτων συντέλεσμα, θαῦμά ἐστι θείας φιλοτιμίας ἐπίδειξις· πρᾶξίς ἐστιν ἐκ τῆς ἡμετέρας προαιρέσεως τὴν ἀρχὴν ἔχουσα, E θαῦμά ἐστιν ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος τὰ προοίμια λαμβάνον, καὶ τὸ μὲν τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς, τὸ δὲ τῆς κάτωθεν γνώμης. Πρᾶξις ἐξ ἀμφοτέρων ὑφαίνεται, καὶ ἐξ ἡμετέρας σπουδῆς, καὶ ἐκ θείας χάριτος· τὸ δὲ θαῦμα γυμνὴν ἐπιδείκνυται τὴν ἄνωθεν χάριν, οὐδὲν τῶν ἡμετέρων ἱδρώτων δεόμενον. Πρᾶξίς ἐστιν ἐπιεικῆ 64 A εἶναι, σώφρονα, μέτριον, ὀργῆς κρατεῖν, ἐπιθυμίας καταγωνίζεσθαι, ἐλεημοσύνας ποιεῖν, φιλανθρωπίαν ἐπιδείκνυσθαι, ἅπασαν ἀσκεῖν ἀρετήν· τοῦτο πρᾶξίς ἐστι, καὶ πόνος, καὶ ἱδρὼς ἡμέτερος. Θαῦμά ἐστι δαίμονας ἀπελαύνειν, τυφλωθέντας ὀφθαλμοὺς ἀνοίγειν, λεπρῶν τὰ σώματα καθαίρειν, διαλελυμένα μέλη σφίγγειν, νεκροὺς ἐγείρειν, ἕτερα τοιαῦτα θαυματουργεῖν. Εἶδες πόσον τὸ μέσον πράξεων καὶ θαυμάτων, πολιτείας καὶ σημείων, τῆς ἡμετέρας σπουδῆς καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος;

omnibus, atque manifesta? Sed si velitis assequi ea quæ dicuntur, quanta tituli hujus profunditas sit, videbitis. Cur enim non dixit, Miracula Apostolorum? cur non inscripsit, Signa Apostolorum, aut Virtutes ac prodigia Apostolorum, sed tantum *Acta Apostolorum?* Non enim idem sunt acta et signa, non idem acta et miracula; non idem sunt, acta et prodigia et E virtutes: sed multum inter utraque discrimen est. Est enim actum opus propriæ cujusque diligentiæ, miraculum vero divini muneris est beneficium. Vides quanta sit inter actum et miraculum differentia? Actum est humanorum sudorum effectus, miraculum divinæ liberalitatis 64 est specimen: actum a nostra voluntate ducit A initium, miraculum a gratia divina trahit originem, et hoc cælestis est auxilii, illud humani est arbitrii. Actum ex utroque contexitur, ex nostra diligentia et ex gratia divina: miraculum solam exhibet cælestem gratiam, neque sudoribus nostris indiget. Actum est probis moribus esse, castum, modestum, iræ imperare, cupiditates subigere, largiri eleemosynas, benignitatem exhibere, omnem virtutem exercere: hoc est actio et labor et sudor noster. Miraculum est dæmones abigere, excæcatos oculos aperire, leprosorum corpora mundare, resoluta membra compingere, mortuos suscitare, alia ejusmodi mira opera patrare. Vides quantum sit inter acta et miracula discrimen, inter conversationem et signa, inter diligentiam nostram et gratiam Dei?

Differentia quæ inter actionem et miraculum.

Βούλει καὶ ἑτέραν σοι δείξω διαφοράν; [a] Διὰ γὰρ ὑμᾶς σήμερον ἅπαντα τὸν λόγον τοῦτον ἐκίνησα, ὥστε μαθεῖν τὸ θαῦμα καὶ τὸ σημεῖον. Τὸ θαῦμα μεῖ- B ζον μέν ἐστι, καὶ φρικωδέστερον, καὶ τὴν ἡμετέραν ὑπερβαῖνον φύσιν· ἡ δὲ πρᾶξις καὶ ἡ πολιτεία ἔλαττον μὲν τῶν σημείων, [b] χρησιμώτερον δὲ καὶ κερδαλεώτερον· πόνων γάρ ἐστιν ἀμοιβὴ καὶ σπουδῆς μισθός. Καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι ἡ πρᾶξις τοῦ σημείου κερδαλεωτέρα καὶ χρησιμωτέρα, πρᾶξις μὲν ἀγαθὴ καὶ χωρὶς σημείων εἰς τὸν οὐρανὸν τοὺς κατωρθωκότας εἰσήγαγε, θαῦμα δὲ καὶ σημεῖα χωρὶς πολιτείας οὐκ ἴσχυσε πρὸς τὰ πρόθυρα χειραγωγῆσαι ἐκεῖνα. Καὶ πῶς, ἐγὼ δείξω· ὑμεῖς δὲ παρατηρεῖτε πῶς τὴν προεδρίαν αἱ πράξεις ἔχουσι κατὰ τὴν τῶν μισθῶν ἀμοιβήν· πῶς C τὰ μὲν σημεῖα καθ' ἑαυτὰ ὄντα οὐ σώζει τοὺς ποιοῦντας, ἡ δὲ πρᾶξις καθ' ἑαυτὴν οὖσα, οὐδενὸς ἑτέρου δεῖται πρὸς σωτηρίαν τῶν κεκτημένων. Πολλοὶ ἐροῦσί

3. Vis et alterum tibi discrimen ostendam? Vestra enim causa hodierno die institutus est hic B a me sermo, ut quid sit miraculum signumque discatis. Majus quidem est miraculum, ac formidabilius, ac naturam nostram exsuperat: actio vero et conversatio res quidem est signis minor, sed utilior et fructuosior; est quippe laborum præmium et diligentiæ merces. Atque ut intelligas fructuosiorem esse atque utiliorem signo actionem, actio quidem bona etiam sine signis eos, a quibus peracta fuerit, introducit in cælum: miraculum autem et signum absque conversatione, deducere ad vestibula illa non possunt. Quo vero C pacto id fiat, ostendam: vos autem animadvertite, qua ratione priorem locum obtineant actiones, cum de remuneratione mercedis agitur: qua ratione signa quidem, si sola sint, eos, qui

Altera differentia inter miraculum et actum.

[a] Colb. δεῖ γὰρ ὑμᾶς. τοῦτον μαθεῖν, τὸ θαῦμα καὶ τὸ σημεῖον. μεῖζον μέν.

[b] Colb. χρησιμωτέρα δὲ καὶ κερδαλεωτέρα.

illa patrarint, salvos non faciant: actio vero seorsim sumta nulla re indigeat alia ad eos salvandos, qui eam possident. *Multi dicent mihi*, inquit Christus, *in illa die, Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus?* hoc signum est et miraculum; *Nonne in nomine tuo dæmonia multa ejecimus, et in nomine tuo virtutes multas fecimus?* Vides ubique signa et miracula: videamus quid dicat Deus. Quia nuda erant miracula, nec uspiam conversatio, *Discedite*, inquit, *a me, nescio vos, qui operamini iniquitatem.* Si non nosti eos, unde tibi innotuit eos iniquitatem operari? Ut intelligas illud, *Nescio vos*, non ignorantiæ, sed odii et aversionis esse. *Nescio vos.* Quam ob causam quæso? *Nonne in nomine tuo dæmonia ejecimus?* Propterea vos odio prosequor, et aversor, inquit, quia ne donis quidem acceptis meliores evasistis, quod tanto honore cumulati, in eadem malitia perstitistis. *Discedite a me, nescio vos.* Quid igitur? Olim dona dabantur indignis, et qui vita erant et moribus depravatis, edebant miracula, et divinis ditabantur donis, licet optimam conversationem non curarent? Ditabantur illi quidem ob eximiam Dei benignitatem, non ob suam dignitatem. Erat enim religionis verbum ubique spargendum, quandoquidem initium et origo erat fidei. Ut igitur optimus agricola in novellam arborem, quam non ita pridem terræ sinui commendavit, dum adhuc tenera est, multam curam impendit, undique illam circumvallat, et lapidibus munit et spinis, ut ne a ventis evellatur, ne a pecoribus labefactetur, neve alio quodam incommodo lædatur; postquam autem radices egisse, et in sublime crevisse illam viderit, tum amovet munimenta: sufficit enim sibi ipsi arbor ad injurias tales repellendas: ita quoque in fide accidit. Quando nuper erat plantata, quando tenera erat, quando nuper in humanis animis fundata, omni ex parte multa in eam cura impendebatur: postquam autem coaluit, et radices egit, et in sublimitatem ascendit, postquam universum terrarum orbem complevit, munimenta removit Christus, et de cætero tutamina sustulit. Propterea initio quidem etiam indignis dabantur do-

Matth. 7. 22.

Ibid. v. 23.

Cur olim charismata darentur indignis.

μοι, φησὶν ὁ Χριστὸς, ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ· Κύριε, Κύριε, οὐ τῷ σῷ ὀνόματι προεφητεύσαμεν; τοῦτο σημεῖον καὶ θαῦμα· Οὐ τῷ σῷ ὀνόματι δαιμόνια πολλὰ ἐξεβάλομεν, καὶ [c] δυνάμεις πολλὰς ἐποιήσαμεν; Ὁρᾷς πανταχοῦ σημεῖα καὶ θαύματα· ἴδωμεν τί φησιν ὁ Θεός. Ἐπειδὴ γυμνὰ τὰ θαύματα, καὶ οὐδαμοῦ πολιτεία, Πορεύεσθε, φησὶν, ἀπ' ἐμοῦ, οὐκ οἶδα ὑμᾶς,
D οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν. Εἰ οὐκ οἶδας αὐτοὺς, πῶς οἶδας αὐτοὺς, εἰ ἐργάζονται τὴν ἀνομίαν; Ἵνα μάθῃς, ὅτι τὸ, Οὐκ οἶδα ὑμᾶς, οὐκ ἀγνοίας ἐστὶν, ἀλλὰ μίσους καὶ ἀποστροφῆς. Οὐκ οἶδα ὑμᾶς. Τίνος ἕνεκεν, εἰπέ μοι; Οὐ τῷ σῷ ὀνόματι δαιμόνια ἐξεβάλομεν; Διὰ τοῦτο γὰρ ὑμᾶς μισῶ καὶ ἀποστρέφομαι, φησὶν, ὅτι οὐδὲ ταῖς δωρεαῖς βελτίους ἐγένεσθε, ὅτι τοσαύτης ἀπολαύσαντες τιμῆς ἐμείνατε ἐπὶ τῆς αὐτῆς κακίας. Πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ, οὐκ οἶδα ὑμᾶς. Τί οὖν; Τὸ παλαιὸν ἀνάξιοι ἐλάμβανον χαρίσματα, καὶ διεφθαρμένοι τὸν βίον σημεῖα ἐπεδείκνυντο, καὶ θείας
E ἀπήλαυον δωρεᾶς, τῆς πολιτείας οὐκ ἐπιμελούμενοι τῆς ἀρίστης; Ἀπήλαυον διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν, οὐ διὰ τὴν οἰκείαν ἀξίαν. Ἔδει γὰρ πανταχοῦ σπαρῆναι τῆς εὐσεβείας τὸν λόγον, ἐπειδὴ ἀρχὴ καὶ προοίμια τῆς πίστεως ἦν. Καθάπερ οὖν γηπόνος ἄριστος νεόφυτον δένδρον τοῖς κόλποις τῆς γῆς ἄρτι παρακατατιθέμενος, ἁπαλὸν ὑπάρχον ἔτι πολλῆς ἐπιμε-
65 A λείας ἀξιοῖ, πανταχόθεν περιφράττων, τειχίζων καὶ λίθοις καὶ ἀκάνθαις, ὥστε μὴ ὑπὸ ἀνέμων ἀνασπασθῆναι, [a] μήτε ὑπὸ θρεμμάτων ἀδικηθῆναι, μήτε ὑπὸ ἄλλης τινὸς ἐπηρεασθῆναι βλάβης· ἐπειδὰν δὲ παγὲν καὶ πρὸς ὕψος ἀναδραμὸν ἴδῃ, περιαιρεῖ τὰ τειχία· ἀρκεῖ γὰρ αὐτὸ τὸ δένδρον πρὸς τὸ μηδὲν τοιοῦτον παθεῖν· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς πίστεως γέγονεν. Ὅτε νεόφυτος ἦν, ὅτε ἁπαλὴ ὑπῆρχεν, ὅτε προσφάτως ἐν ταῖς τῶν ἀνθρώπων κατεβλήθη ψυχαῖς, πολλῆς ἐπιμελείας ἠξιοῦτο πάντοθεν· ἐπειδὴ δὲ ἐπάγη καὶ ἐῤῥιζώθη καὶ πρὸς ὕψος ἀνέδραμεν, ἐπειδὴ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐπλήρωσε, καὶ περιῆρε τὰ τειχία, καὶ τὰ ἀσφαλίσματα λοιπὸν ἀνεῖλεν ὁ Χριστός. Διὰ
B τοῦτο παρὰ μὲν τὴν ἀρχὴν καὶ ἀναξίοις χαρίσματα ἐδίδοτο· χρείαν γὰρ εἶχε [b] τὸ παλαιὸν, τῆς πίστεως ἕνεκα, ταύτης τῆς βοηθείας· νῦν δὲ οὐδὲ ἀξίοις δίδοται· ἡ γὰρ ἰσχὺς τῆς πίστεως οὐκέτι ταύτης δεῖται τῆς συμμαχίας. Καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι οὐκ ἐψεύδοντο ἐκεῖνοι, ἀλλὰ ἀληθῶς σημεῖα ἐποίησαν, καὶ ἀναξίοις ἀνθρώποις χαρίσματα ἐδίδοτο, καὶ ἵνα πρὸς τοῖς εἰρημένοις καὶ ἕτερόν τι κατορθωθῇ, καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ

[c] Colb. δυνάμεις ἐποιήσαμεν; ὁρᾷς πανταχοῦ σημεῖα καὶ θαύματα; οὐδαμοῦ πρᾶξις οὐδὲ πολιτεία. ἴδωμεν οὖν, φησὶ, τί ὁ Χριστός. ἐπειδὴ γυμνὰ τὰ θαύματα, καὶ οὐδαμοῦ πολιτεία καὶ πρᾶξις, πορεύεσθε.

[a] Hæc, μήτε ὑπὸ θρεμμάτων ἀδικηθῆναι, deerant in Editis, sed ex Colb. supplentur. Infra item quædam ex eodem resarciuntur.

[b] Colb. τὸ ἁπαλὸν, Editi τὸ παλαιόν. [Infra ante ἵνα πρὸς addidimus καὶ e Morel. et Savil.]

δωρεὰν αἰδεσθέντες ἐκεῖνοι ἀποθῶνται τὴν πονηρίαν, Ἰούδας ὁ τῶν δώδεκα παρὰ πᾶσιν ὁμολογεῖται, ὅτι σημεῖα ἐποίει, ὅτι δαίμονας ἐξέβαλλεν, ὅτι νεκροὺς ἤγειρεν, ὅτι λεπροὺς ἐκάθηρεν· ἀλλ' ὅμως ἐξέπεσε τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν. Οὐ γὰρ ἴσχυσεν αὐτὸν C σῶσαι τὰ σημεῖα, ἐπειδὴ λῃστὴς, καὶ κλέπτης, καὶ τοῦ Δεσπότου προδότης ἐγένετο. Ὅτι μὲν τὰ σημεῖα οὐκ ἰσχύει σῶσαι χωρὶς πολιτείας ἀρίστης καὶ βίου καθαροῦ καὶ διηκριβωμένου, ἀπὸ τούτων ἀποδέδεικται· ὅτι δὲ πολιτεία οὐκ ἔχουσα τὴν ἀπὸ τῶν σημείων παραμυθίαν, οὐδὲ σύμμαχον λαβοῦσα ἐκείνην, ἀλλ' αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν φανεῖσα, ἴσχυσε μετὰ παῤῥησίας εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἄκουσον αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ λέγοντος· Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. Διὰ τί; ὅτι D νεκροὺς ἤγειραν; ὅτι λεπροὺς ἐκάθηραν; ὅτι δαίμονας ἤλασαν; Οὐχί· ἀλλὰ διὰ τί; Πεινῶντα εἴδετέ με, φησὶ, καὶ ἐθρέψατε· διψῶντα, καὶ ἐποτίσατέ με· γυμνὸν, καὶ περιεβάλετέ με· ξένον, καὶ συνηγάγετε. Οὐδαμοῦ θαύματα, ἀλλὰ πανταχοῦ πολιτεία. Ὥσπερ οὖν ἐκεῖ πανταχοῦ θαύματα, καὶ εὐθέως κόλασις, ἐπειδὴ γυμνὰ τὰ θαύματα τῆς πολιτείας· οὕτω καὶ ἐνταῦθα πανταχοῦ πολιτεία, καὶ οὐδαμοῦ θαύματα, [a] καὶ εὐθέως ἡ σωτηρία· ἐπειδὴ ἰσχύει καθ' ἑαυτὴν σῶσαι ἡ ἀρίστη πολιτεία τοὺς κεκτημένους αὐτήν. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ μακάριος οὗτος, καὶ γενναῖος, καὶ θαυμάσιος Λουκᾶς οὕτως ἐπέγραψε τὸ βιβλίον, Πράξεις E ἀποστόλων, οὐ θαύματα ἀποστόλων· καίτοι καὶ θαύματα πεποιήκασιν. Ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν καιρῷ γέγονε, καὶ παρῆλθε· ταῦτα δὲ διὰ παντὸς τοῦ χρόνου πάντας ἐπιδείκνυσθαι χρὴ τοὺς σώζεσθαι μέλλοντας. Ἐπεὶ οὖν οὐ πρὸς τὰ σημεῖα, ἀλλὰ πρὸς τὰς πράξεις τῶν ἀποστόλων ὁ ζῆλος ἡμῖν, διὰ τοῦτο οὕτω τὸ 65 βιβλίον ἐπέγραψεν. A Ἵνα γὰρ μὴ λέγῃς, μᾶλλον δὲ ἵνα μὴ λέγωσιν οἱ ῥάθυμοι, ἐπειδὰν αὐτοὺς παρακαλοῦμεν πρὸς τὴν μίμησιν τῶν ἀποστόλων, καὶ λέγομεν, μίμησαι Πέτρον, ζήλωσον Παῦλον, γενοῦ κατὰ Ἰωάννην, ἀκολούθησον Ἰάκωβον· ἵνα μὴ λέγωσιν, οὐ δυνάμεθα, οὐδὲ ἰσχύομεν, ἐκεῖνοι γὰρ νεκροὺς ἀνέστησαν, λεπροὺς ἐκάθηραν, ἐπιστομίζων ἡμῶν τὴν ἀναίσχυντον ἀπολογίαν, σιώπα, φησὶ, πεφίμωσο· οὐ θαύματα, ἀλλὰ πολιτεία εἰς τὴν βασιλείαν εἰσάγει τῶν οὐρανῶν. Ζήλωσον τοίνυν τὴν πολιτείαν τῶν ἀποστόλων, καὶ οὐδὲν ἔλαττον ἕξεις τῶν ἀποστόλων. Οὐ γὰρ τὰ σημεῖα ἀποστόλους ἐποίησεν, ἀλλ' ὁ βίος ὁ καθαρός. Καὶ ὅτι τοῦτό ἐστι τὸ γνώρισμα τῆς ἀπο- B στολικῆς εἰκόνος, καὶ τοῦ χαρακτῆρος τῶν μαθητῶν, ἄκουσον τοῦ Χριστοῦ τοῦτο δηλοῦντος τὸ σημεῖον. Χαρακτηρίζων γὰρ τῶν μαθητῶν τὰς εἰκόνας, καὶ

na, quoniam hoc auxilio fidei fovendæ causa indigebat antiquitas: nunc autem neque dignis conceduntur; fidei quippe robur et firmitas hoc subsidio non eget. Atque ut intelligas nequaquam illos imposuisse, sed vere miracula edidisse, atque indignis hominibus dona fuisse concessa; utque præter ea, quæ dicta sunt, quiddam etiam aliud perficeretur, Deique munus illi reveriti nequitiam abjicerent, Judam unum ex duodecim omnes fatentur signa fecisse, dæmones ejecisse, mortuos suscitasse, leprosos mundasse: et tamen excidit a regno cælorum. Non enim illum salvum facere signa potuerunt, quia latro, fur, et proditor fuit Domini. Ac signa quidem sine optima conversatione, vitaque pura et exacta salvum facere minime posse demonstratum ex istis est: conversationem autem hoc signorum solatio destitutam, neque illo stipatam præsidio, sed quamvis sola compareat, posse cum fiducia in regnum cælorum introire, Christo docente condisces: *Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi.* Quam ob causam? quia mortuos suscitarunt? quia leprosos mundarunt? quia dæmones expulerunt? Nequaquam: sed qua de causa? Esurientem me vidistis, inquit, et aluistis: sitientem, et dedistis mihi potum: nudum, et cooperuistis me: hospitem, et collegistis. Nusquam miracula, sed ubique conversatio. Ut igitur illic ubique miracula, et statim supplicium, quoniam conversatione destituta erant miracula: sic et hoc loco ubique conversatio, nec usquam miracula, et statim salus: propterea quod per se sola possessores suos salvos facere potest optima conversatio. Idcirco etiam beatus hic et generosus ac mirabilis Lucas ita librum inscripsit, *Acta Apostolorum,* non miracula apostolorum: tametsi fecerant et ipsi miracula. Verum illa quidem certo tempore facta sunt, et præterierunt: hæc autem quovis tempore ab illis exhiberi opus est, qui salutem sunt adepturi. Quando igitur non miracula, sed acta nobis æmulanda proponuntur apostolorum, propterea librum sic inscripsit. Ut enim non diceres, vel potius ne dicerent desides, si quando illos ad imitationem apostolorum cohortamur, ac dicimus, Imitare Petrum, æmulare Paulum, similis esto Joanni, Jacobum sequere: ne dicerent, Non possumus, nec valemus: illi enim mortuos suscitabant, leprosos mundabant: hanc impudentem nostram

Vera miracula etiam indigni faciebant.

Matth. 25. 34.

Ibid. v. 35. 36.

[a] In hæc verba, *καὶ εὐθέως ἡ σωτηρία*, desinit Colbertinus Ms.

excusationem reprimens, Tace, inquit, obmutesce, non miraculum, sed conversatio in regnum cælorum introducit. Imitare igitur conversationem apostolorum, et nihil minus quam apostoli obtinebis. Neque enim signa fecerunt apostolos, sed vita munda. Atque hoc apostolicæ imaginis indicium esse, ac figuræ discipulorum, audi quo pacto Christus hoc signo demonstret. Cum enim imagines discipulorum effingeret, et quodnam apostolatus insigne sit, declararet, ita dixit: *In hoc cognoscent omnes, quod discipuli mei estis. In hoc*, in quo? in miraculis faciendis, in mortuis suscitandis? Nequaquam, inquit: sed in quo tandem? *In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si vos invicem diligatis*. Atqui dilectio non miraculorum est, sed conversationis: *Plenitudo* enim *legis est dilectio*. Vides discipulorum indicium? vides imaginem apostolatus? vides formam? vides figuram? Nihil amplius quære: quippe Dominus pronuntiavit caritatem discipulos exprimere. Si ergo caritatem habeas, apostolus factus es, et apostolorum primus.

Quæ notæ et indicia Apostoli.

Joan. 13. 35.

Rom. 13. 10.

δεικνὺς τί ποτέ ἐστιν ἀποστολῆς γνώρισμα, οὕτως εἶπεν· Ἐν τούτῳ γνώσονται πάντες, ὅτι μαθηταί μού ἐστε. Ἐν τούτῳ, ποίῳ; ἐν τῷ θαύματα ποιεῖν; ἐν τῷ νεκροὺς ἐγείρειν; Οὐχὶ, φησίν· ἀλλ' ἐν τίνι; Ἐν τούτῳ γνώσονται πάντες, ὅτι ἐμοὶ μαθηταί ἐστε, ἐὰν ἀγαπᾶτε ἀλλήλους. Ἡ δὲ ἀγάπη οὐχὶ θαυμάτων, ἀλλὰ πολιτείας ἐστί· Πλήρωμα γὰρ νόμου ἡ ἀγάπη. Εἶδες τὸ γνώρισμα τῶν μαθητῶν; εἶδες τὴν εἰκόνα τῆς ἀποστολῆς; εἶδες τὴν μορφήν; εἶδες τὸν τύπον; C μηδὲν πλέον ζήτει· ὁ γὰρ Δεσπότης ἀπεφήνατο, ὅτι ἀγάπη χαρακτηρίζει τοὺς μαθητάς. Ἂν τοίνυν ἔχῃς ἀγάπην, ἀπόστολος γέγονας, καὶ τῶν ἀποστόλων πρῶτος.

4. Vis aliunde hoc discere? Cum Christus Petrum alloqueretur, *Petre, diligis me plus his?* ait. Nihil porro æque valet ad regnum cælorum obtinendum, ac si constet nos ita Christum diligere, ut a nobis diligendus est. Atque ita designavit indicium. Quodnam illud ergo est? et quid nos agere oportet, ut plus quam apostoli diligamus? an mortui suscitandi? an alia quæpiam edenda miracula? Nullo modo: sed quid agendum est? Ex ipso Christo, qui diligendus est, id audiamus. *Si* enim *amas me,* inquit, *plus his, pasce oves meas*. Ecce hic quoque conversatio laudem meretur. Nam curam gerere, compati solere, subsidio esse, quæ sua sunt minime quærere, cætera omnia, quæ pastorem oportet habere, conversationis hæc sunt omnia, non miraculorum aut signorum. At illi, dicet aliquis, propter miracula tales evaserunt. Non propter miracula, sed propter conversationem, et ob eam maxime celebres et illustres fuerunt. Propterea dicebat illis: *Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant* homines, non miracula, sed *opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum qui in cælis est*. Vides ubique conversationem, ac vitam virtute præditam collaudari? Vis ostendam tibi et Petrum ipsum, hunc principem apostolorum, qui et eximiam conversationem præ se tulit, et miracula edidit quæ naturam humanam excedebant,

Joan. 21. 17.

Ibid.

Matth. 5. 16.

Βούλει ἑτέρωθεν τοῦτο μαθεῖν; Πρὸς Πέτρον εἰπὼν ὁ Χριστὸς, Πέτρε, φιλεῖς με πλέον τούτων; φησί· Τούτου δὲ ἴσον οὐδὲν εἰς τὸ τυχεῖν βασιλείας οὐρανῶν, ἀλλ' ὅταν φανῶμεν τὸν Χριστὸν φιλοῦντες, ὡς φιλεῖν δεῖ. Καὶ τὸ γνώρισμα εἶπε. Τί ποτ' οὖν ἐστι τοῦτο; καὶ τί ποιοῦντες δυνάμεθα φιλεῖν πλέον τῶν ἀποστόλων; ἆρα τοὺς νεκροὺς ἐγείροντες; ἢ ἄλλα τινὰ θαύματα ἐπιδεικνύμενοι; Οὐδαμῶς· ἀλλὰ τί ποιοῦντες; D Αὐτοῦ τοῦ φιλουμένου Χριστοῦ ἀκούσωμεν. Εἰ γὰρ φιλεῖς με, φησὶ, πλέον τούτων, ποίμαινε τὰ πρόβατά μου. Ἰδοὺ καὶ ἐνταῦθα πολιτεία εὐδοκιμεῖ. Τὸ γὰρ κηδεμονικὸν, τὸ συμπαθητικὸν, τὸ προστατικὸν, τὸ μὴ τὰ ἑαυτοῦ ζητεῖν, ἀλλὰ πάντα, ἃ τὸν ποιμαίνοντα ἔχειν δεῖ, πάντα ταῦτα πολιτείας ἐστὶν, οὐχὶ θαυμάτων, οὐδὲ σημείων. Ἀλλ' ἐκεῖνοι, φησὶ, διὰ τὰ θαύματα τοιοῦτοι γεγόνασιν. Οὐχὶ διὰ τὰ θαύματα, ἀλλὰ διὰ τὴν πολιτείαν, καὶ ἐντεῦθεν μάλιστα ἔλαμψαν. Διὰ τοῦτό φησιν αὐτοῖς. Λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ἵνα ἴδωσιν οἱ ἄνθρωποι, οὐχὶ τὰ θαύματα, ἀλλὰ τὰ καλὰ ἔργα ὑμῶν, καὶ δοE ξάσωσι τὸν Πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Ὁρᾷς πανταχοῦ τὴν πολιτείαν διαλάμπουσαν, τὸν βίον τὸν ἐνάρετον θαυμαζόμενον; Βούλει σοι δείξω καὶ αὐτὸν τὸν Πέτρον, τοῦτον τὸν κορυφαῖον τῶν ἀποστόλων, καὶ πολιτείαν ἐπιδειξάμενον μεγίστην, καὶ θαύματα ποιήσαντα ὑπερβαίνοντα ἀνθρωπίνην φύσιν, καὶ ἀμφότερα παράλληλα κείμενα, καὶ τὸ θαῦμα, καὶ τὴν πολιτείαν, καὶ ἀπὸ τῆς πολιτείας μᾶλλον, ἢ ἀπὸ τῶν σημείων τιμηθέντα; Ἄκουε τῆς ἱστορίας ταύτης

Πέτρος καὶ Ἰωάννης ἀνέβαινον εἰς τὸ ἱερὸν περὶ τὴν ὥραν τῆς προσευχῆς τὴν ἐννάτην. Μὴ παραδράμῃς ἁπλῶς τὸ διήγημα, ἀλλ' εὐθέως ἐπίστα τῷ προοιμίῳ, καὶ μάθε πόση ἦν ἡ ἀγάπη καὶ ἡ συμφωνία καὶ ἡ ὁμόνοια, καὶ πῶς πανταχοῦ οὗτοι ἐκοινώνουν ἀλλήλοις, καὶ συνδεδεμένοι τῷ δεσμῷ τῆς κατὰ Θεὸν φιλίας, ἅπαντα ἔπραττον, καὶ ἐν τραπέζῃ καὶ ἐν εὐχῇ καὶ ἐν βαδίσει καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασι μετὰ ἀλλήλων ἐφαίνοντο. Εἰ δὲ ἐκεῖνοι οἱ στῦλοι, οἱ πύργοι, οἱ πολλὴν παῤῥησίαν ἔχοντες πρὸς τὸν Θεὸν, τῆς παρ' ἀλλήλων ἐδέοντο βοηθείας, καὶ ὑπὸ τῆς παρ' ἀλλήλων συμμαχίας διωρθοῦντο, πόσῳ μᾶλλον ἡμεῖς οἱ ἀσθενεῖς, καὶ ταλαίπωροι, καὶ οὐδενὸς ἄξιοι λόγου, τῆς ἀλλήλων δεησόμεθα βοηθείας; Ἀδελφὸς γὰρ ὑπὸ ἀδελφοῦ βοηθούμενος, ὡς πόλις ὀχυρά· καὶ πάλιν· Ἰδοὺ δὴ τί καλὸν, ἢ τί τερπνὸν, ἀλλ' ἢ τὸ κατοικεῖν ἀδελφοὺς ἐπὶ τὸ αὐτό; Πέτρος καὶ Ἰωάννης ἦσαν, καὶ τὸν Ἰησοῦν εἶχον μέσον· Ὅπου γὰρ ἂν ὦσι συνηγμένοι δύο ἢ τρεῖς, φησὶν, ἐν τῷ ὀνόματί μου, ἐγὼ ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν. Εἶδες πόσον ἐστὶ τὸ ἐπὶ τὸ αὐτὸ εἶναι; Οὐχ ἁπλῶς δὲ ἦσαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, ἐπεὶ καὶ νῦν ἐπὶ τὸ αὐτὸ πάντες ἐσμέν· ἀλλ' ἐπὶ τὸ αὐτὸ εἶναι χρὴ τῷ συνδέσμῳ τῆς ἀγάπης, τῇ διαθέσει τῆς προαιρέσεως· καὶ ὥσπερ τὰ σώματα ἡμῶν ἐγγὺς ἀλλήλων ἐστὶ νῦν, καὶ συσφίγγεται ἐπὶ τὸ αὐτὸ, οὕτω καὶ τὰς καρδίας συσφίγγεσθαι χρή. Πέτρος καὶ Ἰωάννης ἀνέβαινον εἰς τὸ ἱερόν. Ἐσχίσθη τὸ καταπέτασμα, ἠρημώθη τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, ἀνῃρέθη ἡ ἐν ἑνὶ τόπῳ προσκύνησις. Ὁ Παῦλος βοᾷ λέγων· Ἐν παντὶ τόπῳ ἐπαίρετε ὁσίους χεῖρας. Τί τοίνυν τρέχουσιν αὐτοὶ εἰς τὸ ἱερὸν προσεύξασθαι; πάλιν ἐπὶ τὴν Ἰουδαϊκὴν ἦλθον ἀσθένειαν; Μὴ γένοιτο· ἀλλὰ συγκαταβαίνουσι τοῖς ἀσθενεστέροις, ἐκεῖνο πληροῦντες τὸ ῥῆμα Παύλου, τὸ λέγον· Ἐγενόμην τοῖς Ἰουδαίοις ὡς Ἰουδαῖος. Συγκαταβαίνουσι τοῖς ἀσθενέσιν, ἵνα μὴ μείνωσιν ἀσθενεῖς ἐκεῖνοι. Ἄλλως δὲ καὶ ἐκεῖ συνήγετο πᾶσα ἡ πόλις. Καθάπερ οὖν ἁλιεῖς ἄριστοι ἐκείνους τοὺς κόλπους τῶν ποταμῶν διώκουσιν, ἔνθα πάντες συλλέγονται οἱ ἰχθύες, ὥστε μετ' εὐκολίας ἐπιτυχεῖν τῆς θήρας· οὕτω δὴ καὶ οἱ ἀπόστολοι οὗτοι, οἱ πνευματικοὶ ἁλιεῖς, εἰς ἐκεῖνον τὸν κόλπον ἔσπευδον, ὅπου πᾶσα ἡ πόλις συνήγετο, ἵνα ἐκεῖ τὸ τοῦ εὐαγγελίου δίκτυον ἁπλώσαντες, μετ' εὐκολίας τύχωσι τῆς ἄγρας. Τοῦτο δὲ ἐποίουν μιμούμενοι τὸν διδάσκαλον. Καὶ γὰρ ὁ Χριστός φησι· Καθ' ἡμέραν μεθ' ὑμῶν ἤμην ἐν τῷ ἱερῷ. Διὰ τί ἐν τῷ ἱερῷ; Ἵνα τοὺς ἐκ τοῦ ἱεροῦ λάβῃ. Οὕτω καὶ οὗτοι ἀπήρχοντο μὲν ὡς προσευξόμενοι, διδασκαλίαν δὲ ἔμελλον κατασπείρειν ἐκεῖ. Εἰς τὸ ἱερὸν προσεύξασθαι περὶ τὴν ὥραν τῆς προσευχῆς τὴν ἐννάτην. Οὐδὲ ἡ ὥρα αὐτοῖς ἁπλῶς παρατετήρηται. Καὶ γὰρ εἶπον ὑμῖν πολλάκις περὶ τῆς ὥρας ταύτης, ὅτι ἐν αὐτῇ παράδεισος ἀνεῴχθη, καὶ ὁ λῃστὴς εἰσῆλθεν, ἐν αὐτῇ

et utraque inter se comparata, et miraculum, et conversationem, atque illum potius ob vitæ conversationem quam ob signa fuisse honore cumulatum? Hanc historiam audi : *Petrus et Joannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam.* (Act. 3. 1.) Ne oscitanter hanc narrationem prætereas, sed in procemio statim insistas, et quanta caritas esset, discas, quanta concordia, quantusque consensus, et qua ratione cuncta isti sibi invicem communicabant, et amicitiæ secundum Deum vinculo colligati cuncta faciebant, et in mensa, et in oratione, et in incessu, et in reliquis omnibus juncti apparebant. Quod si illi qui columnæ ac turres erant, qui multam apud Deum fiduciam habebant, mutuo indigebant auxilio, mutuoque subsidio corrigebantur, quanto magis nos imbecilles ac miseri, nulliusque pretii homines mutuo auxilio indigemus? *Frater enim qui adjuvatur a fratre, quasi civitas firma :* (Prov. 18. 19.) et rursus : *Ecce quid bonum, et quid pulchrum, nisi habitare fratres in unum?* (Psal. 132. 1.) Petrus et Joannes erant, et Jesum in medio habebant : *Ubi enim fuerint duo vel tres congregati,* inquit, *in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* (Matth. 18. 20.) Vides quantum sit in unum versari? Neque vero quovis modo in unum erant : nam et nunc in unum sumus omnes; sed in unum esse oportet vinculo caritatis, et voluntatis affectu : et quemadmodum corpora nostra sibi propinqua nunc sunt invicem ac sese in unum constringunt, sic etiam oportet corda constringi. *Petrus et Joannes ascendebant in templum.* Scissum est velum, desolata sunt sancta sanctorum, sublata est uni addicta loco adoratio. Clamat Paulus, ac dicit : *In omni loco puras manus levate.* (1. Tim. 2. 8.) Cur igitur isti currunt ad templum, ut orent? rursus ad Judaicam infirmitatem devoluti sunt? Absit! sed imbecillioribus sese attemperant, illudque Pauli dictum implent, quod ait : *Factus sum Judæis tamquam Judæus.* (1. Cor. 9. 20.) Imbecillibus se attemperant, ne illi maneant imbecilles. Alioquin autem illic quoque tota civitas congregabatur. Ut igitur optimi piscatores eos sinus in fluminibus sectantur, ubi pisces omnes conveniunt, ut facilius præda potiantur : ita nimirum et isti apostoli, spirituales piscatores, ad illum sinum festinabant, in quo tota civitas conveniebat, ut illic expanso evangelii reti facile præda potirentur. Hoc autem cum agerent, magistrum imitabantur. Nam ait Christus : *Quotidie apud vos eram in templo.* (Matth. 26. 55.) Quare in templo? Ut qui in templo versabantur, caperet. Ita quoque isti tam-

quam oraturi quidem pergebant, sed doctrinam illic erant sparsuri. *In templum*, ut orarent, *circa horam orationis nonam*. Neque ipsam horam sine causa observarunt. Sæpe namque de hac hora dixi vobis, in ipsa paradisum fuisse reseratum, et latronem ingressum : in ipsa sublatum est maledictum, in ipsa terrarum orbis victima est oblata : in ipsa dissipatæ sunt tenebræ, in ipsa lux affulsit cum sensibilis, tum spiritualis. *Circa horam nonam*. Quando cæteri post prandium et ebrietatem alto sopiti somno dormiunt, tum illi sobrii atque vigilantes, ac multo amore succensi, ad orationem properabant. Quod si oratione illi indigebant, oratione tam assidua, tam exacta, qui tantam fiduciam habebant, qui nullius sibi criminis erant conscii, quid nos faciemus, qui vulneribus scatemus innumeris, nec illis orationis remedium adhibemus? Ingens telum est oratio. Vis nosse quam ingens sit telum oratio? Curam pauperum omittebant apostoli, ut plus illis otii ad vacandum orationi suppeteret. *Constituite namque*, inquit, *ex vobis viros boni testimonii septem : nos vero orationi et ministerio verbi instantes erimus*.

Ingens telum oratio.

Act. 6. 3.

ἡ κατάρα ἀνῃρέθη, ἐν αὐτῇ ἡ θυσία τῆς οἰκουμένης προσηνέχθη, ἐν αὐτῇ τὸ σκότος ἐλύθη, ἐν αὐτῇ τὸ φῶς ἔλαμψε, καὶ τὸ αἰσθητὸν καὶ τὸ νοητόν. Περὶ ὥραν ἐννάτην. Ὅτε ἕτεροι ἀπὸ ἀρίστου καὶ μέθης καθεύδουσιν ὕπνον βαθὺν, τότε ἐκεῖνοι νήφοντες, καὶ διεγηγερμένοι, καὶ πολλῷ τῷ πόθῳ ζέοντες, ἐπὶ τὴν προσευχὴν ἔσπευδον. Εἰ δὲ ἐκεῖνοι εὐχῆς ἐδέοντο, εὐ- 68 A χῆς οὕτω ἐκτενοῦς, εὐχῆς οὕτω διηκριβωμένης, οἱ τοσαύτην ἔχοντες παῤῥησίαν, οἱ μηδὲν ἑαυτοῖς συνειδότες πονηρὸν, τί ποιήσομεν ἡμεῖς, μυρίων γέμοντες τραυμάτων, οὐκ ἐπιτιθέντες δὲ τῆς εὐχῆς τὸ φάρμακον; Μέγα ὅπλον εὐχή. Βούλει μαθεῖν πῶς μέγα ὅπλον ἡ εὐχή; Προστασίας πενήτων παρέδραμον οἱ ἀπόστολοι, ἵνα πλείονα σχολὴν περὶ τὴν εὐχὴν ἔχωσι. Καταστήσατε γὰρ, φησὶν, ἐξ ὑμῶν ἄνδρας μαρτυρουμένους ἑπτά· ἡμεῖς δὲ τῇ προσευχῇ καὶ τῇ διακονίᾳ τοῦ λόγου προσκαρτερήσομεν.

5. Sed quod dicebam (non enim digrediendum est ab argumento sermonis, ut constet, Petrum et actionem exhibuisse, et miraculum edidisse, et ob actionem potius esse laudatum), ascendit ergo in templum, ut oraret : et ecce claudus ex utero matris suæ bajulabatur illic ad portam templi. Ab ipso matris utero natura mutilata erat, et artem medicinæ vincebat ægritudo, ut Dei gratia magis appareret. Hic ergo claudus ad portam templi jacebat, et cum introeuntes illos vidisset, intendebat in eos, quærens eleemosynam ab ipsis accipere. Quid igitur Petrus? *Respice in nos*, inquit. Ex aspectu solo constare potest quam pauper sit : non verbis opus est, non demonstratione, nec responsione, nec doctrina : vestitus ipse tibi pauperem indicat. Hoc ergo totum opus et recte factum est apostolatus, ut hæc ad pauperem dicas, ut remedium non tantum adhibeas egestati, ut dicas, Majores divitias videbis. *Argentum*, inquit, *et aurum non habeo : quod autem habeo, hoc tibi do : in nomine Jesu Christi surge et ambula*. Vides egestatem et divitias? egestatem quidem pecuniarum, sed divitias charismatum ac donorum. Non sustulit egestatem pecuniarum, sed egestatem naturæ correxit. Vide modestiam Petri : *Respice in nos*. Non contumeliis affecit, non conviciis lacessivit,

Act. 3. 2.

Act. 3. 4.

Act. 3. 6.

Non sunt contumeliis

B Ἀλλ', ὅπερ ἔλεγον (μὴ γὰρ ἐκπέσωμεν τῆς ὑποθέσεως, ὅτι ὁ μὲν Πέτρος καὶ πρᾶξιν ἐπεδείξατο, καὶ θαῦμα ἐποίησε, καὶ ἀπὸ τῆς πράξεως ἐπαινεῖται μᾶλλον), ἀνῆλθεν οὖν εἰς τὸ ἱερὸν προσεύξασθαι· καὶ ἰδοὺ χωλὸς ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ, βασταζόμενος ἐκεῖ πρὸς τὴν θύραν τοῦ ἱεροῦ. Ἀπ' αὐτῶν τῶν ὠδίνων ἡ πήρωσις τῆς φύσεως ἦν, καὶ μεῖζον ἰατρικῆς τέχνης τὸ νόσημα, ἵνα μειζόνως ἐπιδειχθῇ ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις. Οὗτος οὖν ὁ χωλὸς ἔκειτο πρὸς τὴν πύλην τοῦ ἱεροῦ· καὶ ἰδὼν αὐτοὺς εἰσιόντας, προσεῖχεν αὐτοῖς, ζητῶν ἐλεημοσύνην παρ' αὐτῶν λαβεῖν. Τί οὖν ὁ Πέτρος; C Βλέψον εἰς ἡμᾶς, φησίν. Ἱκανὴ ἀπὸ τῆς ὄψεως ἡ ἀπόδειξις τῆς ἀκτημοσύνης· οὐ χρεία λόγων, οὐδὲ ἀποδείξεως, οὐδὲ ἀποκρίσεως, οὐδὲ διδασκαλίας· ὁ στολισμός σοι δείκνυσι τὸν ἀκτήμονα. Τοῦτο οὖν ὅλον τὸ κατόρθωμα τῆς ἀποστολῆς, ἵνα ταῦτα λέγῃς πρὸς τὸν πένητα, ἵνα μὴ διορθώσῃ τὴν πενίαν μόνον, ἵνα εἴπῃς, ὄψει μείζονα πλοῦτον. Ἀργύριον, φησὶ, καὶ χρυσίον οὐκ ἔχω· ὃ δὲ ἔχω, τοῦτό σοι δίδωμι· ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ ἔγειραι, καὶ περιπάτει. Εἶδες πενίαν καὶ πλοῦτον; πενίαν μὲν χρημάτων, πλοῦτον δὲ χαρισμάτων. Οὐκ ἔλυσε πενίαν χρημάτων, ἀλλὰ διώρθωσε πενίαν φύσεως. Ὅρα τὴν ἐπιείκειαν Πέτρου· Βλέψον εἰς ἡμᾶς. Οὐχ ὕβρισεν, οὐκ ἐλοιδορήσατο, D ὃ πολλάκις ποιοῦμεν ἡμεῖς πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας ἡμῖν, εὐθύνας ἐγκαλοῦντες αὐτοῖς, ὅτι καθεύδουσι. Μὴ γὰρ τοῦτο ἐπετάγης, ἄνθρωπε; Οὐκ ἐκέ-

λευσέ σοι ἀργίαν ἐγκαλεῖν, ἀλλὰ πενίαν διορθοῦσθαι· οὐκ ἐποίησέ σε κατήγορον κακίας, ἀλλὰ ἰατρὸν κατέστησε συμφορᾶς· οὐχ ἵνα ὀνειδίζῃς νωθείαν, ἀλλ' ἵνα χεῖρα ὀρέγῃς τοῖς κειμένοις· οὐχ ἵνα κακίζῃς τρόπον, ἀλλ' ἵνα λύσῃς λιμόν. Ἡμεῖς δὲ τοὐναντίον ποιοῦμεν· ἀφέντες παραμυθήσασθαι τοὺς προσιόντας τῇ δόσει τῶν χρημάτων, καὶ προσεπιτρίβομεν αὐτῶν τὰ τραύματα ταῖς τῶν ἐγκλημάτων ἐπαγωγαῖς. Ἀλλὰ B καὶ ἀπολογεῖται τῷ πένητι, καὶ μετ' ἐπιεικείας διαλέγεται· Κλῖνον γάρ, φησί, πτωχῷ ἀλύπως τὸ οὖς σου, καὶ ἀποκρίθητι αὐτῷ ἐν πραότητι εἰρηνικά. Ἀργύριον καὶ χρυσίον οὐκ ἔχω· ὃ δὲ ἔχω τοῦτό σοι δίδωμι· ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ ἔγειραι, καὶ περιπάτει. Δύο ἐνταῦθά ἐστι, πολιτεία καὶ θαῦμα. Πολιτεία, τό, Ἀργύριον καὶ χρυσίον οὐχ ὑπάρχει μοι· πολιτείας γὰρ τὸ καταφρονεῖν τῶν γηίνων πραγμάτων, τὸ ῥῖψαι τὰ ὑπάρχοντα, τὸ 69 ὑπεριδεῖν τῆς παρούσης ματαιότητος· θαῦμα δὲ τὸ A ἐγεῖραι τὸν χωλόν, τὸ διορθῶσαι τὰ μέλη τὰ πεπηρωμένα. Ἰδοὺ τοίνυν καὶ πολιτεία καὶ θαῦμα. Ἴδωμεν οὖν πόθεν ὁ Πέτρος καυχᾶται. Τί εἶπεν; ὅτι θαύματα ἐποίησε; Καίτοι θαύματα ἦν πεποιηκὼς τότε· ἀλλ' οὐκ εἶπε τοῦτο, ἀλλὰ τί; Ἰδοὺ ἡμεῖς ἀφήκαμεν πάντα, καὶ ἠκολουθήσαμέν σοι. Εἶδες τὴν πολιτείαν καὶ τὸ θαῦμα, καὶ τὴν πολιτείαν στεφανουμένην; Τί οὖν ὁ Χριστός; Τοῦτον ἀπεδέξατο καὶ ἐπῄνεσε. Λέγω γὰρ ὑμῖν, φησὶν, ὅτι ὑμεῖς οἱ ἀφέντες οἰκίας, καὶ τὰ λοιπά. Οὐκ εἶπεν, οἱ ἀναστήσαντες νεκρούς, ἀλλ' Ὑμεῖς οἱ ἀφέντες τὰ ὑπάρχοντα ὑμῶν, καθήσεσθε ἐπὶ δώδεκα θρόνους· καὶ πᾶς ὅστις ἀφῆκε τὰ B ὑπάρχοντα αὐτῷ πάντα, ταύτης ἀπολαύσεται τῆς τιμῆς. Οὐ δύνασαι ἀναστῆσαι χωλόν, καθάπερ ὁ Πέτρος; Ἀλλὰ δύνασαι εἰπεῖν, ὡς ἐκεῖνος· Ἀργύριον καὶ χρυσίον οὐχ ὑπάρχει μοι. Κἂν τοῦτο εἴπῃς, ἐγγὺς ἐγένου τοῦ Πέτρου· μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἂν εἴπῃς, ἀλλ' ἐὰν ποιήσῃς. Οὐ δύνασαι ξηρὰν διορθῶσαι χεῖρα; Ἀλλὰ δύνασαι τὴν σεαυτοῦ χεῖρα ξηρὰν γινομένην ὑπὸ ἀπανθρωπίας ποιῆσαι ἐκταθῆναι διὰ φιλανθρωπίας. Μὴ ἔστω γάρ, φησὶν, ἡ χείρ σου ἐκτεταμένη εἰς τὸ λαβεῖν, ἐν δὲ τῷ διδόναι συνεσταλμένη. Ὁρᾷς ὅτι οὐχ ἡ ξηρότης, ἀλλὰ καὶ ἀπανθρωπία συστέλλει τὴν χεῖρα; Ἔκτεινον οὖν αὐτὴν διὰ φιλανθρωπίας καὶ C ἐλεημοσύνης. Οὐ δύνασαι ἐκβαλεῖν δαίμονα; Ἀλλ' ἔκβαλε ἁμαρτίαν, καὶ μείζονα λήψῃ μισθόν. Εἶδες πῶς πανταχοῦ ἡ πολιτεία καὶ τὰ κατορθώματα μείζονα ἔπαινον ἔχει τῶν θαυμάτων, καὶ πλείονα τὴν ἀμοιβήν; Εἰ δὲ βούλει, καὶ ἑτέρωθεν τοῦτο δείξομεν. Προσῆλθον αὐτῷ, φησὶν, οἱ ἑβδομήκοντα μαθηταί, καὶ ἔχαιρον, καὶ ἔλεγον· Κύριε, ἐν τῷ ὀνόματί σου καὶ τὰ δαιμόνια ἡμῖν ὑπακούουσι. Καὶ λέγει αὐτοῖς· μὴ χαίρετε, ὅτι τὰ δαιμόνια ὑμῖν ὑπακούει, ἀλλὰ χαίρετε, ὅτι τὰ ὀνόματα ὑμῶν γέγραπται ἐν τοῖς οὐ-

ut fieri a nobis sæpe numero solet in eos, qui nobis supplices occurrunt, dum crimen illis objicimus, quod sint otio dediti. (afficiendi pauperes.) Num enim hoc tibi mandatum est, mi homo? Non tibi imperavit, ut desidiam illi objiceres, sed ut ipsius egestati remedium adhiberes; non te improbitatis accusatorem creavit, sed medicum calamitatis constituit; non ut segnitiem exprobrares, sed ut jacentibus manum porrigeres; non ut mores vituperares, sed ut famem sedares. At nos contrarium facimus: non dignamur ad nos accedentes pecuniæ largitione solari, sed et illorum vulnera criminum insuper exprobratione vellicamus. Quin etiam apud pauperem se excusat, ac modeste illum alloquitur: *Inclina* enim, inquit, *pauperi sine* Eccli. 4. 8. *tristitia aurem tuam, et responde illi pacifica in mansuetudine. Argentum et aurum non habeo: quod autem habeo, hoc tibi do: in nomine Christi surge, et ambula.* Duo sunt hoc loco, conversatio, et miraculum. Conversatio, *Argentum et aurum non est mihi:* conversationis enim et actionis est terrenas res respicere, facultates suas abjicere, præsentem spernere vanitatem: miraculum vero est claudum excitare, ac membra mutilata sanare. Ecce tibi ergo conversationem et miraculum. Videamus autem unde Petrus glorietur. Quid dixit? an se miracula edidisse? Tametsi fuerant tum edita ab ipso miracula: sed hoc non dixit; quid ergo? *Ecce* Matth. 19. 27. *nos reliquimus omnia, et sequuti sumus te.* Vides conversationem et miraculum, et conversationi palmam tribui? Quid ergo Christus? Commendavit eum, laudavit. Dico enim vobis, Ibid. v. 29. inquit, quod vos qui reliquistis domos, et quæ sequuntur. Non dixit, Qui mortuos suscitastis, sed *Vos qui reliquistis bona vestra, sedebitis super sedes duodecim:* et omnis, qui reliquerit omnia bona sua, honorem istum consequetur. Non potes claudum erigere, sicut Petrus? At potes dicere, ut ille: *Argentum et aurum non est mihi.* Quod si hoc dixeris, factus es propinquus Petro: imo vero non si dixeris, sed si feceris. Non potes aridam manum sanare? Sed potes manum tuam, quam inhumanitas aridam reddidit, per humanitatem extendere. *Non sit* Eccli. 4. 36. enim, inquit, *porrecta manus tua ad accipiendum, et ad dandum collecta.* Vides non ariditatem, sed inhumanitatem quoque manum contrahere? Extende igitur illam per humanitatem et eleemosynam. Non potes dæmonem ejicere? Sed peccatum ejice, majoremque mercedem accipies. Vides quo pacto conversatio et bona

opera majorem quam miracula mercedem, et majus præmium merentur? Ac si velis, aliunde
Luc. 10. 17. 20. quoque id ostendemus. *Accesserunt ad eum,* inquit, *septuaginta discipuli, et gaudebant, dicebantque, Domine, in nomine tuo etiam dæmonia obediunt nobis. Et ait illis : Nolite gaudere, quia dæmonia vobis obediunt, sed gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in cælis.* Vides ubique conversationem laudari?

6. Age ergo retractemus quæ a nobis ante sunt D
Joan. 13. 35. dicta. *In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si vos invicem dilexeritis.* Ecce non ex miraculis, sed ex conversatione dignosci di-
Joan. 21. 17. scipulos demonstratum est. *Petre, diligis me plus his? pasce oves meas.* Ecce alterum indicium, et hoc rursus a conversatione sumtum. Tertium rursus indicium: *Nolite gaudere, quia dæmonia vobis obediunt, sed gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in cælis.* Et hoc rursus conversationis est recte factum. Vis etiam quartam hujus rei demonstrationem cognoscere? E
Matth. 5. 16. *Luceat,* inquit, *lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum qui in cælis est.* Ecce hic quoque opera occurrunt. Et cum rursus ait:
Matth. 19. 29. *Quisquis reliquerit domum, vel fratres, vel sorores propter me, centuplum accipiet, et vitam æternam possidebit,* conversationem laudat, et vitam exactam. Vides discipulos ex eo fuisse designatos, quod mutuo se diligerent, eum vero qui Christum supra apostolos diligebat ex eo innotuisse, quod fratres pasceret: eos porro qui gaudere debuerunt, non ex eo quod ejicerent A dæmones, sed ex eo quod eorum nomina scripta in cælis essent, gaudere jussos esse, atque illos qui Deum glorificarent, ab operum splendore fuisse designatos; eos vero qui vitam assequerentur, et centuplum acciperent, idcirco ejusmodi munere donari, quod præsentia cuncta contemserint. Hos omnes imitare, et discipulus esse poteris, atque inter amicos Dei numerari, Deum glorificare, ac vita æterna potiri : nec impedimento ulli tibi esse poterit, quominus bona assequaris omnia, quod signa non facias, si conversationem mundam et exactam præ te feras. B Nam et ipse Petrus hoc nomen non propter miracula vel signa recepit, sed propter zelum, amoremque sincerum. Neque enim quia mortuos suscitarat, aut quia claudum erexerat, sic appellatus est; sed quia fidem cum confessione
Matth. 16. 18. sinceram exhibuerat, hoc nomen obtinuit. *Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ec-*

ρανοῖς. Ὁρᾷς πανταχοῦ τὴν πολιτείαν θαυμαζομένην;

Φέρε οὖν, ἀναλογισώμεθα τὰ εἰρημένα ἄνωθεν. Ἐν τούτῳ γνώσονται πάντες, ὅτι ἐμοὶ μαθηταί ἐστε, ἐὰν ἀγαπᾶτε ἀλλήλους. Ἰδοὺ ἀπὸ πολιτείας, οὐχ ἀπὸ θαυμάτων τὸ γνώρισμα τοῦ μαθητὰς εἶναι ἀποδέδεικται. Πέτρε, φιλεῖς με πλέον τούτων; ποίμαινε τὰ πρόβατά μου. Ἰδοὺ καὶ ἕτερον γνώρισμα, καὶ αὐτὸ πάλιν ἀπὸ πολιτείας. Τρίτον πάλιν γνώρισμα· Μὴ χαίρετε, ὅτι τὰ δαιμόνια ὑμῖν ὑπακούει, ἀλλὰ χαίρετε, ὅτι τὰ ὀνόματα ὑμῶν γέγραπται ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Καὶ τοῦτο πολιτείας πάλιν κατόρθωμα. Βούλει καὶ τετάρτην ἀπόδειξιν τούτου μαθεῖν; Λαμψάτω, φησὶ, τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ἵνα ἴδωσι τὰ καλὰ ὑμῶν ἔργα, καὶ δοξάσωσι τὸν Πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Ἰδοὺ καὶ ἐνταῦθα ἔργα φαίνεται. Καὶ ὅταν λέγῃ πάλιν· Ὅστις ἀφῆκεν οἰκίαν, ἢ ἀδελφοὺς, ἢ ἀδελφὰς ἕνεκεν ἐμοῦ, ἑκατονταπλασίονα λήψεται, καὶ ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσει, τὴν πολιτείαν ἐπαινεῖ, καὶ τὸν διηκριβωμένον βίον. Εἶδες τοὺς μαθητὰς ἀπὸ τοῦ φιλεῖν ἀλλήλους γνωριζομένους, τὸν δὲ ὑπὲρ τοὺς ἀποστόλους φιλοῦντα τὸν Χριστὸν ἀπὸ τοῦ ποιμαίνειν τοὺς ἀδελφοὺς φαινόμενον, τοὺς δὲ ὀφείλοντας χαίρειν, οὐχ ἀπὸ τοῦ δαίμονας ἐκβάλλειν, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ἐγγεγράφθαι ἐν
70
τῷ οὐρανῷ κελευομένους εὐφραίνεσθαι, καὶ τοὺς μὲν τὸν Θεὸν δοξάζοντας ἀπὸ τῆς τῶν ἔργων λαμπρότητος δεικνυμένους, τοὺς δὲ ζωῆς ἐπιτυχόντας καὶ ἑκατονταπλασίονα λαμβάνοντας, ἀπὸ τῆς τῶν παρόντων ἁπάντων ὑπεροψίας ἐπιτυχόντας ταύτης τῆς δωρεᾶς. Τούτους μίμησαι πάντας, καὶ δυνήσῃ καὶ μαθητὴς εἶναι, καὶ ἐν τοῖς φίλοις τοῦ Θεοῦ ἀριθμεῖσθαι, καὶ δοξάζειν τὸν Θεὸν, καὶ τῆς αἰωνίου ζωῆς ἀπολαῦσαι· καὶ οὐδὲν ἔσται σοι κώλυμα πρὸς τὸ τυχεῖν τῶν ἀγαθῶν ἁπάντων, τὸ μὴ ποιεῖν σημεῖα, ἐὰν πολιτείαν ἔχῃς διηκριβωμένην. Καὶ γὰρ αὐτὸς τοῦτο τὸ ὄνομα, Πέτρος, οὐχ ἀπὸ θαυμάτων καὶ σημείων ἔλαβεν, ἀλλ' ἀπὸ ζήλου καὶ φίλτρου γνησίου. Οὐδὲ γὰρ ἐπειδὴ νεκροὺς ἀνέστησεν, οὐδὲ ἐπειδὴ χωλὸν ἀνώρθωσεν, οὕτως ἐκλήθη· ἀλλ' ἐπειδὴ πίστιν μετὰ τῆς ὁμολογίας ἐπεδείξατο γνησίαν, τὸ ὄνομα τοῦτο ἐκληρονόμησε, Σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν Ἐκκλησίαν. Διὰ τί; Οὐχ ὅτι θαύματα ἐποίησεν, ἀλλ' ὅτι εἶπε, Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος. Ὁρᾷς ὅτι καὶ αὐτὸ τὸ

Πέτρον κληθῆναι, οὐχ ἀπὸ θαυμάτων, ἀλλ' ἀπὸ ζήλου πεπυρωμένου ἔλαβε τὴν ἀρχήν. Ἀλλ' ἐπειδὴ Πέτρου ἐμνήσθην, εἰσῆλθέ μοι καὶ ἑτέρου Πέτρου μνήμη, τοῦ κοινοῦ πατρὸς, καὶ διδασκάλου, ὃς τὴν ἐκείνου διαδεξάμενος ἀρετὴν καὶ τὴν καθέδραν ἐκληρονόμησε τὴν ἐκείνου. Ἓν γὰρ καὶ τοῦτο πλεονέκτημα τῆς ἡμετέρας πόλεως, τὸ τῶν ἀποστόλων τὸν κορυφαῖον λαβεῖν ἐν ἀρχῇ διδάσκαλον. Ἔδει γὰρ τὴν πρὸ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης τὸ τῶν Χριστιανῶν ἀναδησαμένην ὄνομα, τὸν τῶν ἀποστόλων πρῶτον ποιμένα λαβεῖν. Ἀλλὰ λαβόντες αὐτὸν διδάσκαλον, οὐκ εἰς τέλος κατέσχομεν, ἀλλὰ παρεχωρήσαμεν τῇ βασιλίδι Ῥώμῃ· μᾶλλον δὲ εἰς τὸ τέλος αὐτὸν ἐσχήκαμεν· τὸ μὲν γὰρ σῶμα Πέτρου οὐ κατέχομεν, τὴν δὲ πίστιν Πέτρου κατέχομεν ὡς Πέτρον· τὴν δὲ πίστιν Πέτρου κατέχοντες, αὐτὸν ἔχομεν Πέτρον. Οὕτω καὶ τὸν ἐκείνου ζηλωτὴν ὁρῶντες, αὐτὸν δοκοῦμεν ὁρᾶν· καὶ γὰρ τὸν Ἰωάννην Ἠλίαν ἐκάλεσεν ὁ Χριστὸς, οὐκ ἐπειδὴ Ἠλίας ἦν ὁ Ἰωάννης, ἀλλ' ἐπειδὴ ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει ἦλθεν Ἠλίου. Καθάπερ οὖν ὁ Ἰωάννης, ἐπειδὴ ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει ἦλθεν Ἠλίου, Ἠλίας ἐλέγετο, οὕτω καὶ οὗτος, ἐπειδὴ ἐν ὁμολογίᾳ καὶ πίστει Πέτρου παραγέγονεν, εἰκότως ἂν καὶ τῆς προσηγορίας ἐκείνης ἀξιωθείη. Ἡ γὰρ τῆς πολιτείας συγγένεια καὶ τὴν κοινωνίαν τῶν ὀνομάτων ποιεῖ. Εὐξώμεθα δὲ πάντες καὶ εἰς τὸ Πέτρου γῆρας αὐτὸν ἐλθεῖν· καὶ γὰρ ὁ ἀπόστολος ἐν γήρᾳ τὸν βίον κατέλυσεν. Ὅταν γὰρ, φησὶ, γηράσῃς, τότε ζώσουσί σε, καὶ ἄξουσιν ὅπου οὐ θέλεις. Αἰτήσωμεν δὴ καὶ τούτῳ μακρὰν πολιτείαν· ἐκτεινόμενον γὰρ αὐτοῦ τὸ γῆρας τὴν ἡμετέραν νεότητα τὴν πνευματικὴν μᾶλλον ἀκμάζειν ποιεῖ· ἣν γένοιτο διαπαντὸς ἐν ἀκμῇ τηρηθῆναι, εὐχαῖς μὲν ἐκείνου καὶ τούτου τοῦ Πέτρου, χάριτι δὲ καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

clesiam meam. Quam ob causam? Non quia fecit miracula, sed quia dixit, *Tu es Christus Filius Dei vivi.* Vides ipsam etiam Petri appellationem non a miraculis, sed ab ardenti zelo initium duxisse? Verum quando Petri feci mentionem, subiit animum meum alterius Petri recordatio, communis patris et doctoris, qui cum illi in virtute successisset, etiam illius cathedram est adeptus. Hæc enim est una etiam nostræ civitatis prærogativa dignitatis, quod principem apostolorum ab initio doctorem acceperit. Æquum enim erat, ut ea, quæ nomine Christianorum ante universum orbem terrarum ornata fuit, primum apostolorum pastorem acciperet. Sed cum eum doctorem accepissemus, non in perpetuum retinuimus, sed regiæ civitati Romæ illum concessimus: imo vero in perpetuum ipsum retinuimus: nam corpus quidem Petri non retinemus, sed Petri fidem tamquam Petrum retinemus: porro dum Petri fidem retinemus, ipsum Petrum habemus. Ita cum imitatorem illius cernamus, ipsum cernere videmur: siquidem Joannem Christus Heliam appellavit, non quod Helias esset Joannes, sed quod in spiritu Heliæ ac virtute venisset. Sicut igitur Joannes, quoniam in spiritu Heliæ ac virtute venerat, Helias dicebatur: ita hic quoque, quoniam in confessione ac fide Petri advenit, merito illius etiam appellatione donabitur. Nam conversationis cognatio nominum etiam communionem parit. Oremus autem omnes, ut ad senectutem etiam Petri perveniat: siquidem apostolus jam senex vitam finivit. *Cum enim senueris*, inquit, *tunc cingent te, et ducent quo tu non vis.* Precemur autem et huic longam vitæ conversationem: si enim producatur ejus senectus, efficiet, ut magis vegeta sit et vivida spiritualis juventus nostra: quam utinam ætate florentem ac vividam nos perpetuo conservare contingat cum illius precibus, et hujus Petri, tum gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium una cum Spiritu sancto nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Joan. 21. 18.

QUOD UTILIS SIT LECTIO sacrarum Scripturarum, et quod servitute et incommodis omnibus inexpugnabilem reddat eum, qui fuerit eis intentus: et quod apostolorum nomen multarum dignitatum sit nomen, et quod externis magistratibus, ipsisque adeo regibus multo majorem habeant potestatem et auctoritatem apostoli: et in fine, ad nuper baptizatos.

1. Cum egestatem mentis meæ considero, torpeo et refugio, ad habendum coram tanto populo sermonem invitatus: cum autem animi vestri alacritatem respicio, sic ut nullum vos capiat umquam audiendi fastidium, fiduciam resumo et excitor, ac promto animo ad doctrinæ stadium me accingo. Possetis enim vos, si vel in animam incurrissetis lapideam, hac vestra audiendi cupiditate ac studio penna quavis leviorem illam reddere. Et quemadmodum quæ in latibulis animalia delitescunt ac media hyeme se intra rupes abscondunt, ubi æstatem viderint apparere, latibula deserunt, et cum reliquis animantibus congregantur, ac simul nobiscum exsultant: sic et animus noster, qui tamquam in latibulum quoddam imbecillitatis conscientiæ se abdebat, cum vestræ caritatis desiderium intuetur, latibulum deserit, et vobiscum congregatur, et in hoc spirituali divinoque prato, in paradiso Scripturæ præclaris Scripturarum saltibus simul vobiscum exsultat. Est enim spirituale pratum, ac deliciarum paradisus sacrarum lectio Scripturarum, et paradisus deliciarum multo illo melior paradiso. Hunc paradisum non in terra, sed in fidelium animabus plantavit Deus: hunc paradisum non in Edem, nec ad orientem uno circumscriptum loco posuit, sed ubique terrarum expandit, et in fines orbis terrarum extendit. Atque ut intelligas in universum orbem terrarum expansas esse Scripturas, audi prophetam dicentem: *In omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum.* Sive ad Indos te conferas, quos oriens primos sol respicit, sive ad oceanum te conferas, sive ad Britannicas illas insulas, sive in Euxinum pontum naviges, sive ad australes partes abeas, omnes ubique audies de iis quæ in Scriptura sunt philosophantes, alia

Scripturæ lectio cum prato collata.

Psal. 18. 5. Rom. 10. 18.

ΟΤΙ ΧΡΗΣΙΜΟΣ Η ΤΩΝ ΓΡΑΦΩΝ[a] ἀνάγνωσις, καὶ ὅτι δουλείᾳ καὶ περιστάσει πραγμάτων ἀχείρωτον ποιεῖ τὸν προσέχοντα, καὶ ὅτι τὸ ὄνομα τῶν ἀποστόλων πολλῶν ἐστιν ἀξιωμάτων ὄνομα, καὶ ὅτι τῶν ἔξωθεν ἀρχόντων καὶ αὐτῶν τῶν βασιλευόντων πολλῷ μείζονα κέκτηνται δύναμιν οἱ ἀπόστολοι καὶ ἐξουσίαν· καὶ πρὸς τῷ τέλει πρὸς νεοφωτίστους.

A ῞Οταν μὲν εἰς τὴν πτωχείαν τῆς διανοίας ἴδω τῆς ἐμαυτοῦ, ναρκῶ καὶ ἀναδύομαι, πρὸς διάλεξιν τοσούτου δήμου καλούμενος· ὅταν δὲ εἰς τὴν προθυμίαν ἀναβλέψω τὴν ὑμετέραν, καὶ τὸ τῆς ἀκροάσεως ἀκόρεστον, θαῤῥῶ καὶ διανίσταμαι, καὶ μετὰ προθυμίας B πρὸς τὸ τῆς διδασκαλίας ἀποδύομαι στάδιον. Ἱκανοὶ γὰρ ὑμεῖς καὶ λιθίνην λαβόντες διάνοιαν, πτεροῦ παντὸς κουφοτέραν ἐργάσασθαι τῇ περὶ τὴν ἀκρόασιν ἐπιθυμίᾳ τε καὶ σπουδῇ. Καὶ καθάπερ τὰ φωλεύοντα τῶν ζώων ἐν μέσῳ τῷ χειμῶνι πρὸς τὰς πέτρας καταδυόμενα, ἐπειδὰν ἴδῃ τὸ θέρος φανὲν, ἀφίησι τὴν κατάδυσιν, καὶ μετὰ τῶν λοιπῶν ζώων ἀγελάζεται, καὶ κοινῇ μεθ᾽ ἡμῶν σκιρτᾷ· οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ ἡ ἡμετέρα ὥσπερ εἴς τινα φωλεὸν τῆς ἀσθενείας τοῦ συνειδότος καταδυομένη, ὅταν ἴδῃ τὸν πόθον τῆς ὑμετέρας ἀγάπης, ἀφίησι τὸν φωλεὸν, καὶ μεθ᾽ ὑμῶν C ἀγελάζεται, κοινῇ μεθ᾽ ὑμῶν σκιρτᾷ τὰ καλὰ τῶν Γραφῶν σκιρτήματα, ἐν τῷ πνευματικῷ καὶ θείῳ λειμῶνι, ἐν τῷ παραδείσῳ τῆς Γραφῆς. Καὶ γὰρ πνευματικὸς λειμὼν, καὶ παράδεισος τρυφῆς ἡ τῶν θείων Γραφῶν ἐστιν ἀνάγνωσις, παράδεισος δὲ τρυφῆς ἐκείνου τοῦ παραδείσου βελτίων. Τοῦτον τὸν παράδεισον οὐκ ἐν τῇ γῇ, ἀλλ᾽ ἐν ταῖς τῶν πιστευόντων ψυχαῖς ἐφύτευσεν ὁ Θεός· τοῦτον τὸν παράδεισον οὐκ ἐν Ἐδὲμ, οὐδὲ κατὰ ἀνατολὰς ἔθετο ἐν ἑνὶ περιγράψας χωρίῳ, ἀλλὰ πανταχοῦ τῆς γῆς ἐξήπλωσε, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης ἐξέτεινε. Καὶ ὅτι πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης τὰς Γραφὰς ἥπλωσεν, ἄκουσον D τοῦ προφήτου λέγοντος· Εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν. Κἂν πρὸς Ἰνδοὺς ἀπέλθῃς, οὓς πρώτους ἀνίσχων ὁ ἥλιος ὁρᾷ, κἂν εἰς τὸν ὠκεανὸν ἀπέλθῃς, κἂν πρὸς τὰς Βρεταννικὰς νήσους ἐκείνας, κἂν εἰς τὸν Εὔξεινον πλεύσῃς πόντον, κἂν πρὸς τὰ νότια ἀπέλθῃς μέρη, πάντων ἀκούσῃ πανταχοῦ τὰ ἀπὸ τῆς Γραφῆς φιλοσοφούντων, φωνῇ μὲν ἑτέρᾳ, πίστει δὲ οὐχ ἑτέρᾳ, καὶ γλώσσῃ μὲν διαφόρῳ, διανοίᾳ δὲ συμφώνῳ. Ὁ

[a] Collata cum Ms. Colbert. 3058, ubi magna pars homiliæ in principio desideratur.

μὲν γὰρ φθόγγῳ τῆς γλώσσης διήλλακται, ὁ δὲ τρόπος τῆς εὐσεβείας οὐκ ἐνήλλακται· καὶ βαρβαρίζουσι μὲν τῇ γλώττῃ, φιλοσοφοῦσι δὲ τῇ γνώμῃ· καὶ σολοικίζουσι μὲν τῷ φθόγγῳ, εὐσεβοῦσι δὲ τῷ τρόπῳ. Εἶδες παραδείσου μῆκος πρὸς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης ἐκτεταμένου; Ἐνταῦθα οὐκ ἔστιν ὄφις, καθαρὸν τῶν θηρίων ἐστὶ τὸ χωρίον, καὶ τῇ τοῦ Πνεύματος τειχίζεται χάριτι. Ἔχει καὶ πηγὴν ὁ παράδεισος οὗτος, καθάπερ ἐκεῖνος, πηγὴν μυρίων ποταμῶν μητέρα, οὐχὶ τεσσάρων. Οὐ γὰρ τὸν Τίγρητα, οὐδὲ τὸν Εὐφράτην, οὐδὲ τὸν Αἰγύπτιον Νεῖλον, οὐδὲ τὸν Ἰνδὸν Γάγγην, ἀλλὰ μυρίους ἀφίησι ποταμοὺς αὕτη ἡ πηγή. Τίς ταῦτά φησιν; Αὐτὸς ὁ τοὺς ποταμοὺς ἡμῖν χαρισάμενος Θεός· Ὁ πιστεύων γὰρ εἰς ἐμὲ, φησὶ, καθὼς εἶπεν ἡ Γραφὴ, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος. Εἶδες πῶς οὐχὶ τέσσαρες ποταμοὶ, ἀλλὰ ἀδιόριστοι ἀπὸ τῆς πηγῆς ἐκείνης ἐκχέοντες; Οὐ τῷ πλήθει δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ φύσει θαυμαστὴ ἡ πηγή· οὐ γὰρ ὕδατός ἐστι τὰ νάματα, ἀλλὰ Πνεύματος τὰ χαρίσματα. Αὕτη ἡ πηγὴ καθ' ἑκάστην ψυχὴν ἐστι τῶν πιστῶν μεριζομένη, καὶ οὐ μειουμένη· μεριζομένη, καὶ οὐ δαπανωμένη· κατακερματιζομένη, καὶ οὐκ ἐλαττουμένη· παρὰ πᾶσιν ὁλόκληρος, καὶ ἐν ἑκάστῳ ὁλόκληρος. Τοσαῦτα γὰρ τοῦ Πνεύματος τὰ χαρίσματα. Βούλει μαθεῖν τὴν δαψίλειαν τῶν ναμάτων τούτων; βούλει μαθεῖν τῶν ὑδάτων τὴν φύσιν; πῶς οὐκ ἔοικε τούτοις, ἀλλὰ βελτίω τούτων καὶ θαυμασιώτερά ἐστιν; Ἄκουσον πάλιν αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ λέγοντος τῇ Σαμαρείτιδι, ἵνα μάθῃς τὴν δαψίλειαν τῆς πηγῆς. Τὸ ὕδωρ, ὃ ἐγὼ δώσω, φησὶ, τῷ πιστῷ, γενήσεται ἐν αὐτῷ πηγὴ ὕδατος ἁλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον. Οὐκ εἶπεν, ἐξιόντος, οὐκ εἶπε, προχεομένου, ἀλλὰ, Ἁλλομένου, διὰ τῶν ἁλμάτων τὴν ἀφθονίαν ἡμῖν ἐμφαίνων. Ἐκεῖνα τῶν κρηναίων ὑδάτων ἐξάλλεσθαι καὶ πηδᾷν πανταχόθεν εἴωθεν, ἅπερ ἂν αἱ πηγαὶ ἐν τοῖς κόλποις μὴ δύνανται κατέχειν, ἀλλὰ νικώμεναι τῇ συνεχείᾳ τῆς ἐπιῤῥοῆς πανταχόθεν αὐτὰ ἀναβλύζουσι. Βουλόμενος οὖν τὴν δαψίλειαν τῶν ναμάτων δεῖξαι, εἶπεν, Ἁλλομένου, οὐκ, ἐξιόντος. Βούλει καὶ τὴν φύσιν αὐτῆς καταμαθεῖν; Μάνθανε ἀπὸ τῆς χρείας. Οὐ γὰρ εἰς ζωὴν τὴν παροῦσαν, ἀλλ' εἰς ζωὴν αἰώνιόν ἐστι χρησίμη. Διατρίψωμεν τοίνυν ἐν τῷ παραδείσῳ τούτῳ, παρακαθεζώμεθα τῇ πηγῇ, μὴ πάθωμεν ὅπερ ἔπαθεν ὁ Ἀδὰμ, καὶ ἐκπέσωμεν τοῦ παραδείσου· μὴ δεξώμεθα συμβουλὴν ὀλεθρίαν, μὴ παραδεξώμεθα τὴν ἀπάτην τοῦ διαβόλου· μένωμεν ἔνδον· πολλὴ γὰρ ἡ ἐντεῦθεν ἀσφάλεια· μένωμεν ἐν τῇ ἀναγνώσει τῶν Γραφῶν τούτων. Καθάπερ γὰρ οἱ πηγῇ παρακαθήμενοι, καὶ τῆς αὔρας ἐκείνης ἀπολαύοντες, καὶ καύσωνος ἐπικειμένου τὴν ὄψιν συνεχῶς ἐπικλύζοντες, ἀποκρούονται τὸ πνῖγος τοῖς νάμασι, καὶ δίψους διεν-

E quidem voce, sed non alia fide, ac lingua quidem diversa, sed mente consona. Nam linguæ quidem sono differunt,, religionis autem modo non differunt : et lingua quidem barbare loquuntur, sed animi sensu philosophantur : solœcismos faciunt sono, sed pietatem moribus colunt. Vides amplitudinem paradisi ad fines orbis terrarum extensi? Hic serpens non est,
72 A locus est a feris immunis, ac Spiritus sancti gratia munitur. Habet et fontem hic paradisus, quemadmodum ille, fontem ex quo innumera nascuntur flumina, non quatuor tantum. Non enim Tigrim, nec Euphratem, nec Ægyptium Nilum, nec Indum Gangem, sed innumeros fons iste fluvios effundit. Quis hoc dicit? Deus ipse, qui fluvios nobis istos largitus est : *Qui enim credit in me*, inquit, *sicut dixit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ*. Vides ut non quatuor flumina, sed infinita ab illo fonte profluant? Neque vero multitudine tantum, sed etiam natura fons est mirabilis : neque enim
B aquæ fluenta sunt, sed Spiritus dona. Fons iste in singulas fidelium mentes dividitur, et non minuitur : dividitur, et non consumitur : dispertitur, et minor non fit : apud omnes integer, et in singulis integer. Talia namque sunt Spiritus dona. Vis tu fluentorum istorum ubertatem cognoscere? vis aquarum naturam cognoscere? quo pacto his non similes, sed his meliores sunt et mirabiliores? Audi rursus Christum ipsum Samaritanæ dicentem, ut ubertatem fontis agnoscas. *Aqua, quam ego dabo*, inquit, fideli, *fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam*. Non dixit, Exeuntis, non dixit, Effusæ, sed,
C *Salientis*, per saltus abundantiam nobis exprimens. Illæ fontanæ solent aquæ præsilire, atque undique erumpere, quas continere sinu fontes nequeunt, sed fluctus frequentia victi undique illas scaturientes effundunt. Cum igitur laticum copiam vellet indicare, *Salientis* dixit, non exeuntis. Vis etiam naturam ejus cognoscere? Ex usu cognosce. Non enim ad vitam præsentem, sed ad vitam æternam est utilis. In hoc igitur paradiso versemur : assideamus fonti, ne nobis accidat id quod Adamo accidit, et paraso excidamus : ne perniciosum consilium admit-
D tamus, ne diaboli fraudem suscipiamus : maneamus intus : quippe multa inde securitas : in lectione Scripturæ istius permaneamus. Ut enim ii, qui fonti assident, et aura illa fruuntur, et æstu ingruente faciem frequenter immergunt, laticibus æstivum calorem depellunt, et sitis, qua

Paradisi flumina quæ.

Joan. 7. 38.

Joan. 4. 14.

Cum fonte comparatur Scriptura.

vexantur, malo medentur, dum illis de propinquo fonte remedium suppetit : sic qui sacrarum fonti Scripturarum assidet, licet nefariæ libidinis flamma cruciari se sentiat, cum animam laticibus illis perfuderit, facile flammam repellit : sive fervida infestet iracundia, quæ tanquam succensum lebetem cor inflammat, si modicum aquæ instillet, confestim iræ importunitatem compescet: et ex omnibus pravis cogitationibus animam tanquam ex media flamma eripiet sacrarum lectio Scripturarum.

2. Quam ob causam etiam magnus ille propheta David, cum probe sciret, quanta ex lectione Scripturæ manet utilitas, eum qui Scripturis perpetuo sit intentus, et earum colloquio fruatur, cum planta comparat quæ semper floreat, juxta rivos aquarum sita, dum ita loquitur: *Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, et in via peccatorum non stetit, et in cathedra pestilentiæ non sedit : sed in lege Domini voluntas ejus, et in lege ejus meditabitur die ac nocte : et erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum.* Ut enim lignum illud secus aquarum decursus plantatum, et juxta rivos situm, dum perenni aquarum copia irrigatur, nulla intemperie aeris lædi potest, et neque solis radios acrius incalescentes reformidat, neque graviori æstu sævientem aerem pertimescit; cum enim inclusum in se sufficientem humorem habeat, omnem radii solaris exterius ingruentem ardorem statim depellit ac discutit : sic etiam anima quæ juxta sacrarum rivos Scripturarum sedet, ac perpetuo rigatur, dum latices illos, roremque Spiritus in semetipsa colligit, omnibus rerum humanarum incommodis resistet invicta; sive morbus, sive contumelia, sive calumnia, sive vituperia, sive scommata, sive pigritia quævis, sive cuncta mundi mala in ejusmodi animam impetum faciant, facile perturbationum incendium propulsabit, cum sufficienti lectionis Scripturæ solatio roboretur. Nam neque gloriæ magnitudo, neque potentiæ majestas, nec amicorum præsentia, nec aliud quidquam ex rebus humanis animum adeo tristitia confectum solari poterit, ac sacrarum lectio Scripturarum. Quid ita? Quod illa quidem caduca sint, et interitui obnoxia, quam ob causam et obnoxium interitui est ipsorum solatium : ac lectio Scripturæ colloquium est cum Deo. Quando igitur eum qui tristitia sit affectus consolatur Deus, quid ex rebus creatis ipsum in mœrorem potest conjicere? Lectioni ergo simus intenti, non duas

Psal. 1. 1.—3.

ὀχλοῦντος ῥᾳδίως ἰῶνται τὸ πάθος, ἐγγύθεν τὸ φάρμακον ἀπὸ τῆς πηγῆς ἔχοντες· οὕτως ὁ παρὰ τὴν πηγὴν τῶν θείων Γραφῶν παρακαθήμενος, κἂν ἐπιθυμίας ἀτόπου φλόγα διενοχλοῦσαν ἴδῃ, ῥᾳδίως ἀπὸ τῶν ναμάτων ἐκείνων τὴν ψυχὴν ἀποκλύσας ἀπεκρούσατο τὴν φλόγα· κἂν ὀργὴ διακαὴς ἐνοχλῇ, τὴν καρδίαν καθάπερ λέβητα ὑποκαιόμενον ἀναβράσσουσα, E μικρὸν τοῦ νάματος ἐπιστάξας, εὐθέως κατέστειλε τοῦ πάθους τὴν ἀναισχυντίαν· καὶ ἐκ πάντων τῶν πονηρῶν λογισμῶν, ὥσπερ ἐκ μέσης φλογὸς, ἐξαρπάζει τὴν ψυχὴν ἡ τῶν θείων Γραφῶν ἀνάγνωσις.

Διὸ καὶ ὁ προφήτης ὁ μέγας Δαυὶδ ἐκεῖνος, εἰδὼς τὴν ὠφέλειαν τὴν ἀπὸ τῆς ἀναγνώσεως τῶν Γραφῶν, τὸν διηνεκῶς προσέχοντα ταῖς Γραφαῖς καὶ τῆς ὁμιλίας ταύτης ἀπολαύοντα παρεικάζει φυτῷ ἀεὶ τεθηλότι, παρὰ τοὺς ῥύακας ἑστηκότι τῶν ὑδάτων, οὑτωσὶ λέγων· Μακάριος ἀνὴρ, ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν, καὶ ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν οὐκ ἔστη, καὶ ἐπὶ κα-
75 A θέδραν λοιμῶν οὐκ ἐκάθισεν· ἀλλ' ἐν τῷ νόμῳ Κυρίου τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ μελετήσει ἡμέρας καὶ νυκτὸς, καὶ ἔσται ὡς τὸ ξύλον τὸ πεφυτευμένον παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων. Καθάπερ γὰρ τὸ ξύλον ἐκεῖνο τὸ παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων πεφυτευμένον, παρ' αὐτοὺς τοὺς ῥύακας ἑστηκὸς, διηνεκῆ τῆς ἀρδείας ἔχον τὴν χορηγίαν, πάσῃ ἀέρων ἀνωμαλίᾳ ἀχείρωτον γίνεται, καὶ οὔτε ἀκτῖνα θερμοτέραν γενομένην δέδοικεν, οὔτε τὸν ἀέρα μεταπεσόντα εἰς αὐχμὸν εὐλαβεῖται· ἱκανὴν γὰρ ἔχον ἐναποκεκλεισμένην ἐν ἑαυτῷ τὴν νοτίδα, πάσης ἡλιακῆς θέρμης πλεονεξίαν ἔξωθεν προβαλοῦσαν εὐθέως
B ἀποκρούεται καὶ διωθεῖται· οὕτω καὶ ψυχὴ παρὰ τοὺς ῥύακας ἑστηκυῖα τῶν θείων Γραφῶν, καὶ ποτιζομένη διηνεκῶς, ἐκεῖνα τὰ νάματα καὶ τὴν δρόσον τοῦ Πνεύματος ἐν ἑαυτῇ συνάγουσα, πρὸς πᾶσαν πραγμάτων περίστασιν ἀχείρωτος ἔσται, κἂν νόσος, κἂν ἐπήρεια, κἂν συκοφαντία, κἂν λοιδορίαι, κἂν σκώμματα, κἂν πᾶσα ῥᾳθυμία, κἂν πάντα τὰ τῆς οἰκουμένης κακὰ εἰς τὴν τοιαύτην κατασκήψῃ ψυχὴν, εὐκόλως ἀποκρούεται τὴν πύρωσιν τῶν παθῶν, ἀπὸ τῆς τῶν Γραφῶν ἀναγνώσεως ἱκανὴν παράκλησιν ἔχουσα. Οὔτε γὰρ δόξης μέγεθος, οὐ δυναστείας ὄγκος, οὐ φίλων παρουσία, οὐκ ἄλλο οὐδὲν τῶν ἀνθρωπίνων οὕτω τὸν ἐν ὀδύνῃ παραμυθήσασθαι δυνήσε-
C ται, ὡς ἡ τῶν θείων Γραφῶν ἀνάγνωσις. Τί δήποτε; Ὅτι ἐκεῖνα μὲν ἐπίκηρα καὶ φθαρτὰ, διὸ καὶ φθαρτὴ αὐτῶν ἡ παράκλησις· ἡ δὲ τῶν Γραφῶν ἀνάγνωσις, Θεοῦ ὁμιλία ἐστίν. Ὅταν οὖν ὁ Θεὸς τὸν ἐν ἀθυμίᾳ παρακαλῇ, τί τῶν ὄντων αὐτὸν εἰς ἀθυμίαν ἐμβαλεῖν δύναται; Προσέχωμεν τοίνυν τῇ ἀναγνώσει, μὴ τὰς δύο μόνον ταύτας ὥρας (οὐ γὰρ ἀρκεῖ ἡμῖν εἰς ἀσφάλειαν ἡ ψιλὴ αὕτη ἀκρόασις), ἀλλὰ διηνεκῶς· καὶ ἕκαστος οἴκαδε ἀναχωρήσας τὰ Βιβλία μετὰ χεῖρας

λαμβανέτω, καὶ τῶν εἰρημένων ἐπεργέσθω τὰ νοήματα, εἴ γε μέλλῃ διηνεκῆ καὶ ἀρκοῦσαν ἔχειν τὴν ἀπὸ τῆς Γραφῆς ὠφέλειαν. Καὶ γὰρ τὸ ξύλον ἐκεῖνο, D
τὸ παρὰ τοὺς ῥύακας ἑστηκὸς, οὐ δύο καὶ τρεῖς ὥρας ὁμιλεῖ τοῖς ὕδασιν, ἀλλὰ πᾶσαν μὲν ἡμέραν, πᾶσαν δὲ νύκτα. Διὰ τοῦτο κομᾷ τοῖς φύλλοις, διὰ τοῦτο βρίθει τῷ καρπῷ ἐκεῖνο τὸ ξύλον, κἂν μηδεὶς αὐτὸ ἀνθρώπων ποτίζῃ· ἐπειδὴ παρὰ τοὺς ῥύακας ἕστηκεν αὐτὸ, διὰ τῶν ῥιζῶν ἐπισπᾶται τὴν νοτίδα, καὶ ὥσπερ διά τινων πόρων παραπέμπει τὴν ὠφέλειαν παντὶ τῷ σώματι· οὕτω καὶ ὁ συνεχῶς ἀναγινώσκων τὰς θείας Γραφὰς, καὶ παρὰ τοὺς ῥύακας αὐτῶν ἑστηκὼς, κἂν μηδένα ἔχῃ τὸν ἑρμηνεύοντα, διὰ τῆς συνεχοῦς ἀναγνώσεως, ὥσπερ διά τινων ῥιζῶν, πολλὴν ἐπισπᾶται τὴν ὠφέλειαν. Διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς τὰς φροντίδας E
ὑμῶν εἰδότες, τοὺς περισπασμοὺς, τὰς ἀσχολίας τὰς πολλὰς, ἠρέμα καὶ καταμικρὸν ὑμᾶς προσάγομεν τοῖς νοήμασι τῶν Γραφῶν, τῷ σχολαίῳ τῆς ἐξηγήσεως μόνιμον ποιοῦντες τῶν λεγομένων τὴν μνήμην. Καὶ γὰρ ὄμβρος ῥαγδαῖος μὲν καταῤῥηγνύμενος, κατακλύζει τὴν ἐπιφάνειαν, καὶ τὸ βάθος οὐδὲν ὠφελεῖ· ἠρέμα δὲ καὶ καταμικρὸν ἐλαίου δίκην ἐνιζάνων τῷ προσώπῳ τῆς γῆς, ὥσπερ διά τινων φλεβῶν τῶν πόρων αὐτῆς πρὸς τὸ βάθος διολισθαίνων, τὰς λαγόνας
71 A
αὐτῆς ἐμπλήσας νοτίδος, εὐπορωτάτην ποιεῖ πρὸς τὴν τῶν καρπῶν φοράν. Διὸ καὶ ἡμεῖς τὸν πνευματικὸν τοῦτον ὄμβρον ἠρέμα ταῖς ὑμετέραις ἐνίεμεν ψυχαῖς· αἱ μὲν γὰρ Γραφαὶ νεφέλαις ἐοίκασι πνευματικαῖς, τὰ δὲ ῥήματα καὶ νοήματα ὄμβρῳ προσέοικε πολλῷ τούτου βελτίονι· καὶ διὰ τοῦτο τὸν πνευματικὸν τοῦτον ὄμβρον καταμικρὸν ὑμῖν ἐνίεμεν, ἵνα πρὸς αὐτὸ τὸ βάθος χωρήσῃ τὰ ῥήματα. Διὰ τοῦτο τετάρτην σήμερον ἡμέραν ἔχοντες ἐξηγήσεως, οὐδέπω μίαν ἐπιγραφὴν παρελθεῖν ἠδυνήθημεν, ἀλλ' ἔτι περὶ αὐτὴν στρεφόμεθα. Βέλτιον γὰρ μικρὸν διασκάπτοντας χωρίον, καὶ πρὸς τὸ βάθος καταβαίνοντας πολὺν τῶν ἀναγκαίων εὑρίσκειν τὸν θησαυρὸν, ἢ πολ- B
λὰς ἀρούρας ἐπιόντας ἄνωθεν, ἁπλῶς καὶ εἰκῇ ταλαιπωρεῖσθαι καὶ μάτην. Καίτοι οἶδα πολλοὺς πρὸς τὴν βραδύτητα ταύτην δυσχεραίνοντας· ἀλλ' οὐ μέλει μοι τῆς ἐκείνων κατηγορίας, ἀλλὰ μέλει μοι τῆς ὑμετέρας ὠφελείας. Οἱ ὀξύτερον βαδίζειν δυνάμενοι τοὺς βραδυτέρους τῶν ἀδελφῶν ἀναμενέτωσαν· οὗτοι μὲν γὰρ ἐκείνους ἀναμεῖναι δύνανται, οἱ δὲ ἀσθενέστεροι πρὸς ἐκείνους ἑαυτοὺς παρεκτεῖναι οὐκ ἰσχύουσι. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλός φησιν, ὅτι οὐκ ὀφείλομεν τοὺς ἀσθενεῖς ἀναγκάζειν πρὸ καιροῦ, πρὸς τὴν

tantum has horas (non enim ad securitatem sufficit hæc auditio nuda), sed perpetuo: quisque domum reversus Libros sacros in manus sumat, et eorum quæ dicta sunt sensus percurrat, si quidem perpetuam et sufficientem utilitatem percipere cupiat ex Scriptura. Nam et lignum illud juxta rivos situm non ad duas et tres horas cum aquis versatur, sed omni die omnique nocte. Propterea foliis vernat, propterea fructu gravatur lignum illud, licet nullus ex hominibus illud irriget: quoniam juxta rivos est consitum, radicibus humorem attrahit, et quasi per meatus quosdam in totum corpus utilitatem transfundit: sic et is qui Scripturas sacras assidue legit, et juxta rivos illarum residet, licet neminem habeat, qui interpretetur, frequenti lectione quasi radicibus quibusdam utilitatem haurit. Idcirco nos quibus sollicitudines vestræ sunt notæ, occupationes, ac negotia multa, sensim ac paulatim vos ad Scripturæ sensa deducimus, ac lentitudine expositionis efficimus, ut eorum, quæ dicta sunt, memoria tenacius adhærescat. Nam et imber si vehemens irrumpat, superficiem terræ inundat, et profundo nihil prodest: sin autem sensim et pedetentim in morem olei in terræ faciem se insinuet, quasi per venas quasdam per meatus ejus ad profundum delabitur, ejusque viscera humore complens ad fruges ubertim pariendas fecundissimam illam reddit. Propterea nos quoque spiritualem hunc imbrem animabus vestris paulatim immittimus: siquidem Scripturæ spiritualibus sunt nubibus similes, at voces et sensus imbri similes sunt longe isto præstantiori: atque idcirco spiritualem hunc imbrem sensim vobis infundimus, ut ad fundum ipsum verba permeent. Eo fit, ut cum ad quartum jam diem expositionem produxerimus, necdum tamen unam inscriptionem potuerimus præterire, sed adhuc circa illam versemur. Satius enim est, ut exiguo perfosso agro, cum ad fundum descenderimus, multum illic rerum necessariarum thesaurum offendamus, quam si cum arva multa superficie tenus percurrerimus, frustra, temere, et incassum nos affligamus. At scio equidem multos hanc tarditatem ægre ferre; sed illorum ego reprehensionem nihil curo, sola mihi vestra curæ est utilitas. Qui celerius possunt incedere, tardiores fratres exspectent: nam isti quidem exspectare illos possunt, at infirmiores illos assequi minime possunt. Idcirco etiam Paulus non debere nos ait imbecilliores ante tempus urgere, cum ad robustorum perfectionem se ipsos minime

Ad lectionem [illegible] pturæ [illegible] hortatur.

Scriptura cum [illegible]bus collata.

1. *Cor.* 8. 9.

possint extendere : sed debere nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere. Nos de vestra sumus utilitate solliciti, non ut nos temere ostentemus : atque idcirco sensibus immoramur.

3. Itaque primo die non esse temere prætereundas inscriptiones dicebam, quo tempore titulum vobis altaris legi, ac Pauli sapientiam ostendi, qui militem alienum, quique in adversariorum acie stabat, ad cohortes suas transtulit. In hoc desiit priori die tota doctrina : post illam secundo die, qui libri esset illius auctor, quæsivimus, et invenimus Dei gratia Lucam evangelistam, multisque vobis demonstrationibus rem in quæstione positam probavimus, quarum aliæ clariores, abstrusiores aliæ fuerunt. Scio namque multos ex auditoribus ea, quæ postremo loco dicta sunt, assequutos non esse : nec tamen idcirco subtiliores sensus confidenter persequi desistemus. Itaque ea quæ clariora sunt, simplicioribus, profundiora vero proderunt his, qui acutius intuentur. Variam quippe mensam esse oportet ac differentem, quandoquidem et differens est eorum qui invitati sunt appetitus. Primo igitur die de inscriptione, secunda vero die de eo qui librum scripsit, tertia die heri disseruimus apud eos qui advenerant de initio scripturæ, et ostendimus, sicut illi norunt qui audierunt, quid sit actum, quid sit miraculum, et quid sit conversatio, quid signum et prodigium ac virtus, et quantum inter utraque sit discrimen : qua ratione alterum majus sit, utilius alterum : et qua ratione alterum solum per se regnum acquirit, alterum nisi operum subsidium assumat, extra vestibulum illud ejicitur. Hodie reliquum inscriptionis operæ pretium est dicamus, et quid significet Apostoli nomen ostendamus. Neque enim nudum est nomen hoc, sed magistratus est appellatio, maximi magistratus, magistratus maxime spiritualis, magistratus cælestis. Sed attendite diligenter. Nam quemadmodum in rebus sæcularibus magistratus sunt multi, non tamen ejusdem omnes dignitatis, sed alii majores, alii minores : exempli causa, ut ab inferiori enumerationem ordiamur, est Defensor civitatis; est illo sublimior gentis Præses; est alius post illum magistratus major : est rursus Magister militum : est Præfectus; est sublimior istis magistratus dignitas Consulum : et omnes quidem hi sunt magistratus, sed non ejusdem omnes di-

Homiliarum in principium Actorum ordo.

Quid significet nomen Apostoli.

τελειότητα τῶν δυνατῶν ἐκτείνεσθαι μὴ δυναμένους· C ἀλλ' ὅτι ἡμεῖς ὀφείλομεν οἱ δυνατοὶ τὰ ἀσθενήματα τῶν ἀδυνάτων βαστάζειν. Ὠφελείας ἡμῖν μέλει τῆς ὑμετέρας, οὐκ ἐπιδείξεως ἁπλῶς· διὰ τοῦτο ἐνδιατρίβομεν τοῖς νοήμασι.

Τῇ μὲν οὖν πρώτῃ ἡμέρᾳ ὅτι οὐχ ἁπλῶς παρατρέχειν χρὴ τὰς ἐπιγραφὰς ἔλεγον, ὅτε καὶ τὸ ἐπίγραμμα ὑμῖν ἀνέγνων τοῦ βωμοῦ, καὶ τὴν σοφίαν ἐπέδειξα Παύλου, τὸν ἀλλότριον στρατιώτην καὶ ἐν τῇ παρατάξει τῶν ἐχθρῶν ἑστηκότα πρὸς τὴν οἰκείαν [a] φάλαγγα μεταστήσαντος. Εἰς τοῦτο ἐν τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ D κατέληξεν ἡ διδασκαλία πᾶσα· μετ' ἐκείνην ἐν τῇ δευτέρᾳ ἡμέρᾳ ἐζητήσαμεν τίς ἦν ὁ τὸ βιβλίον γράψας· καὶ εὕρομεν τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι Λουκᾶν τὸν εὐαγγελιστήν, καὶ διὰ πλειόνων ἀποδείξεων ὑμῖν παρεστήσαμεν τὸ ζητούμενον, τῶν μὲν σαφεστέρων, τῶν δὲ βαθυτέρων. Οἶδα γὰρ ὅτι τοῖς ἐσχάτοις τῶν εἰρημένων πολλοὶ τῶν ἀκουσάντων οὐ παρηκολούθησαν· ἀλλ' ὅμως οὐ διὰ τοῦτο ἀποστησόμεθα τοῦ κατατολμᾷν λεπτοτέρων νοημάτων. Τὰ μὲν οὖν σαφέστερα τοῖς ἀφελεστέροις, τὰ δὲ βαθύτερα τοῖς ὀξύτερον ἐνορῶσιν ἔσται χρήσιμα. Ποικίλην γὰρ εἶναι δεῖ τὴν τράπεζαν καὶ διάφορον, ἐπειδὴ καὶ διάφορος ἡ τῶν κεκλημένων E ἐπιθυμία. Τῇ μὲν οὖν πρώτῃ ἡμέρᾳ περὶ ἐπιγραφῆς, τῇ δὲ δευτέρᾳ ἡμέρᾳ περὶ τοῦ γράψαντος τὸ βιβλίον, τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ χθὲς πρὸς τοὺς παραγενομένους περὶ τῆς ἀρχῆς τῆς γραφῆς διελέχθημεν, καὶ ἐδείξαμεν, καθάπερ ἴσασιν οἱ ἀκηκοότες, τί μέν ἐστι πρᾶξις, τί δέ ἐστι θαῦμα, καὶ τί μέν ἐστι πολιτεία, τί δέ ἐστι σημεῖον, καὶ τέρας, καὶ δύναμις, καὶ πόσον τὸ μέσον ἑκατέρων· καὶ πῶς τὸ μὲν μεῖζον, τὸ δὲ χρησιμώτερον· καὶ πῶς τὸ μὲν [b] καθ' ἑαυτὸν ὂν βασιλείαν προξενεῖ, τὸ δὲ ἐὰν μὴ λάβῃ τὴν ἀπὸ τῆς πράξεως συμμαχίαν, ἔξω τῶν προθύρων ἐκείνων ἐκβάλλεται. Σή- 75 A μερον ἀναγκαῖον εἰπεῖν τὸ ἐπίλοιπον τῆς ἐπιγραφῆς, καὶ δεῖξαι τί ποτέ ἐστι τὸ ὄνομα τῶν ἀποστόλων. Οὐδὲ γὰρ ψιλόν ἐστι τὸ ὄνομα τοῦτο, ἀλλ' ἀρχῆς ἐστι προσηγορία, ἀρχῆς μεγίστης, ἀρχῆς τῆς πνευματικωτάτης, ἀρχῆς τῆς ἄνω. Ἀλλὰ διανάστητε. Καθάπερ γὰρ ἐν τοῖς βιωτικοῖς πράγμασίν εἰσιν ἀρχαὶ πολλαί, οὐ πᾶσαι δὲ τῆς αὐτῆς ἀξίας, ἀλλ' αἱ μὲν μείζους, αἱ δὲ ἐλάττους· οἷον, ἵνα ἀπὸ τῆς κατωτέρας τὸν ἀριθμὸν ποιησώμεθα, ἔστιν ὁ τῆς πόλεως ἔκδικος· ἔστιν ἀνώτερος ἐκείνου ὁ τοῦ ἔθνους ἡγεμών· ἔστι μετ' ἐκεῖνον ἕτερος ἄρχων μείζων· ἔστι πάλιν ὁ στρατηλάτης· ἔστιν ὁ ὕπαρχος· ἔστιν ἀνωτέρα τούτων ἀρχή, ἡ τῶν ὑπάτων ἀρχή· καὶ πᾶσαι μὲν B αὗται ἀρχαί, οὐ πᾶσαι δὲ τῆς αὐτῆς ἀξίας· οὕτω καὶ τῶν πνευματικῶν πολλαὶ μὲν ἀρχαί, οὐ πᾶσαι δὲ τῆς αὐτῆς ἀξίας· πασῶν δὲ μείζων ἡ τῆς

[a] Φάλαγγα μεταστήσαντος. Hic incipit Ms. Colb.

[b] Ms. Colb. καθ' ἑαυτό.

ἀποστολῆς ἀξία. Καὶ γὰρ ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν ὑμᾶς ἐπὶ τὰ νοητὰ χειραγωγεῖν δεῖ. Οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ἐποίησε, περὶ Πνεύματος διαλεγόμενος ὕδατος ἐμνημόνευσεν. Ὁ γὰρ πίνων ἐκ τοῦ ὕδατος τούτου, διψήσει πάλιν, φησίν· ὁ δὲ πίνων ἐκ τοῦ ὕδατος, οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, οὐ μὴ διψήσει εἰς τὸν αἰῶνα. Ὁρᾷς αὐτὸν ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν ἐπὶ τὰ νοητὰ χειραγωγοῦντα τὸ γύναιον; Οὕτω καὶ ἡμεῖς ποιοῦμεν, καὶ κάτωθεν ἀναβαίνομεν ἄνω, ὥστε εὐσημότερον γενέσθαι τὸν λόγον. Διὰ τοῦτο περὶ ἀρχῆς διαλεγόμενοι, οὐ πνευματικῆς ἐμνήσθημεν ἀρχῆς, ἀλλ' αἰσθητῆς, ἵνα ἀπὸ ταύτης πρὸς ἐκείνην ὑμᾶς χειραγωγήσωμεν. Ἠκούσατε πόσας ἠριθμήσαμεν ἀρχὰς βιωτικὰς, καὶ πῶς αἱ μὲν μείζους, αἱ δὲ ἐλάττους, καὶ πῶς ἡ τῶν ὑπάτων ἀρχὴ καθάπερ κορυφὴ καὶ κεφαλὴ πᾶσιν ἐπίκειται· ἴδωμεν καὶ τὰς ἀρχὰς τὰς πνευματικάς. Ἔστιν ἀρχὴ πνευματικὴ, προφητείας ἀρχή· ἔστιν ἑτέρα ἀρχὴ εὐαγγελισμοῦ, ἔστι ποιμένος, ἔστι διδασκάλου, ἔστι χαρισμάτων, ἔστιν ἰαμάτων, ἔστιν ἑρμηνείας γλωσσῶν. Ταῦτα πάντα ὀνόματα μέν ἐστι χαρισμάτων, πράγματα δὲ ἀρχῶν καὶ ἐξουσιῶν. Ὁ προφήτης ἄρχων ἐστί· παρ' ἡμῖν ὁ δαίμονας ἐξελαύνων ἄρχων ἐστί· παρ' ἡμῖν ὁ ποιμὴν καὶ διδάσκαλος ἄρχων ἐστὶ πνευματικός· ἀλλὰ τούτων ἁπάντων μείζων ἐστὶν ἀρχὴ ἡ ἀποστολική. Καὶ πόθεν τοῦτο δῆλον; Ὅτι πρὸ πάντων ὁ ἀπόστολος τούτων ἐστί. Καὶ καθάπερ ὁ ὕπατος ἐν ταῖς αἰσθηταῖς ἀρχαῖς, οὕτως ὁ ἀπόστολος ἐν τοῖς πνευματικοῖς τὴν προεδρείαν ἔχει. Αὐτοῦ τοῦ Παύλου ἀκούσωμεν ἀριθμοῦντος τὰς ἀρχὰς, καὶ ἐν τῷ ὑψηλοτέρῳ χωρίῳ τὴν ἀποστολικὴν καθίζοντος. Τί οὖν οὗτός φησιν; Οὓς μὲν ἔθετο ὁ Θεὸς ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, πρῶτον ἀποστόλους, δεύτερον προφήτας, τρίτον διδασκάλους, καὶ ποιμένας· εἶτα χαρίσματα ἰαμάτων. Εἶδες κορυφὴν ἀρχῶν; εἶδες ὑψηλὸν καθήμενον τὸν ἀπόστολον, καὶ οὐδένα πρὸ ἐκείνου ὄντα, οὔτε ἀνώτερον; Πρῶτον γὰρ ἀποστόλους φησὶ, δεύτερον προφήτας, τρίτον διδασκάλους, καὶ ποιμένας· εἶτα χαρίσματα ἰαμάτων, ἀντιλήψεις, κυβερνήσεις, γένη γλωσσῶν. Οὐκ ἀρχὴ δὲ μόνον ἐστὶν ἡ ἀποστολὴ τῶν ἄλλων ἀρχῶν, ἀλλὰ καὶ ὑπόθεσις καὶ ῥίζα. Καὶ καθάπερ ἡ κεφαλὴ ἐν τῷ ὑψηλοτέρῳ τοῦ παντὸς καθημένη, οὐ μόνον ἀρχὴ τοῦ σώματός ἐστι καὶ ἐξουσία, ἀλλὰ καὶ ῥίζα (τὰ γὰρ νεῦρα τὰ διοικοῦντα τὸ σῶμα ἐξ ἐκείνης τικτόμενα, καὶ ἐξ αὐτοῦ βλαστάνοντα τοῦ ἐγκεφάλου, καὶ τὴν τοῦ Πνεύματος δεχόμενα χορηγίαν, οὕτως ἅπαν οἰκονομεῖ τὸ ζῶον), οὕτω καὶ ἡ ἀποστολὴ οὐ μόνον ὡς ἀρχὴ καὶ ἐξουσία τοῖς λοιποῖς ἐπίκειται χαρίσμασιν, ἀλλὰ καὶ τὰς ἁπάντων ῥίζας ἐν ἑαυτῇ συλλαβοῦσα κατέχει. Καὶ ὁ μὲν προφήτης οὐ δύναται εἶναι καὶ ἀπόστολος καὶ προφήτης· ὁ δὲ ἀπόστολος καὶ προφήτης ἐστὶ πάντως, καὶ χαρίσματα

gnitatis : ita multi sunt spirituales magistratus non æquales dignitate : porro major omnibus est dignitas Apostolatus. A sensilibus enim rebus ad spiritualia quasi manu ducendi estis. Ita fecit et Christus, de Spiritu disserens aquæ meminit. *Qui enim bibit ex aqua hac, sitiet iterum,* inquit; *qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum.* Vides eum a sensilibus ad spiritualia mulierculam illam de- Joan. 4. 13.

Christus a sensilibus ad spiritualia deducit.

C ducere? Sic nos etiam agimus, et ab inferioribus ad superiora conscendimus, ut magis perspicua fiat oratio. Propterea cum de magistratu loqueremur, non spiritualis tantum mentionem fecimus, sed sensibilis magistratus, ut ab hoc vos ad illum manu duceremus. Audistis quot sæculares magistratus enumeraverimus, et quo pacto alii quidem majores, alii vero sint minores, et quo pacto Consulum magistratus quasi culmen et caput præ reliquis cunctis emineat : videamus spirituales etiam magistratus. Spiritualis est

D magistratus, Prophetiæ magistratus : est alter Evangelistæ, est Pastoris, est Doctoris, est donorum, est curationum, est interpretationis linguarum. Hæc omnia nomina quidem sunt donorum, res autem magistratuum ac potestatum. Propheta magistratus est : apud nos is qui dæmones ejicit, magistratus est : apud nos Pastor et Doctor spiritualis est magistratus : verum his omnibus major est Apostolicus magistratus. Unde vero id constat? Quod omnes istos præcedat Apostolus. Et quemadmodum inter sensibi-

E les magistratus Consul, sic inter spirituales Apostolus honoris gaudet prærogativa. Audiamus ipsum Paulum enumerantem dignitates, et in sublimiori loco Apostolicam collocantem. Quid igitur ait ille? *Quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia, primum apostolos, secundo prophetas, tertio doctores, et pastores, exinde gratias curationum.* Vides fastigium dignitatum? vides Apostolum sublimem 1. Cor. 12. 28.

76 A sedere, nec ullum ipsum præcedere, aut sublimiorem illo esse? Primum enim Apostolos dicit, secundo Prophetas, tertio Doctores et Pastores : deinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum. Neque vero tantum principatus est cæterarum dignitatum Apostolatus, sed etiam radix ac fundamentum. Et quemadmodum caput in sublimiori loco situm non modo principatus est corporis atque dominatus, sed etiam radix (siquidem nervi, qui corpus regunt, oriuntur ex illo, et ex ejus cerebro nati, ac spiritus largitione ditati, deinde to-

tum animal moderantur), sic et Apostolatus non
Apostolatus dignitas quanta. modo tamquam principatus ac dominatus præ cæteris donis eminet, sed omnium quoque radices comprehensas apud se retinet. Ac Propheta quidem Apostolus esse non potest et Propheta: sed Apostolus est etiam omnino Propheta, et gratias habet curationum, et genera linguarum, et interpretationes linguarum: propterea principatus et radix est gratiarum.

4. Porro ut hæc ita se habere constet, testem vobis adduco Paulum. Prius tamen dicere convenit, quid illud tandem sit, genera linguarum. Quid igitur est genera linguarum? Olim is qui
Quid per genera linguarum intelligat baptizatus fuerat, et crediderat, statim ad Spiritus manifestationem diversis linguis loquebatur. Nam quoniam adhuc imbecilliores erant homines illius ævi, et spiritualia dona non poterant oculis carneis contueri, sensibile donum dabatur, ut innotesceret spirituale, quique baptizatus fuerat, statim lingua nostra et Persica, et Indica, et Scythica loquebatur; sic ut cum Spiritu sancto donatum esse intelligerent infideles. Ac signum quidem sensibus subjectum erat, talis inquam vox: siquidem corporis sensu illam audiebant: spiritualem autem, et quæ minime cernebatur, Spiritus gratiam subjectum sensibus signum istud omnibus manifestam reddebat. Et hoc signum genera linguarum appellabatur. Qui enim unicam a natura linguam habebat, beneficio gratiæ variis ac differentibus linguis loquebatur: ac videre erat hominem numero quidem unum, varium autem donis, ac diversa possidentem ora, linguasque diversas. Videamus itaque quo pacto Apostolus hoc quoque donum haberet, et alia omnia. De hoc quidem
1. Cor. 14. 18. ita loquitur: *Magis quam vos omnes linguis loquor.* Vides ut genera linguarum habeat, nec solum habeat, sed majori cum ubertate quam cæteri omnes fideles? Non enim dixit modo, Linguis loqui possum, sed *Magis quam omnes vos linguis loquor.* Prophetiam autem qua præditus erat, illis verbis indicabat, cum
2. Tim. 3. 1. 1. Tim. 4. 1. diceret, *Spiritus autem manifeste dicit, quod in novissimis temporibus instabunt tempora periculosa*: porro quæ novissimis temporibus evenient dicere, prophetiam esse nemo ignorat.
2. Tim. 3. 1. Et rursus, *Hoc scitote, quod in novissimis temporibus instabunt tempora periculosa*;
1. Thess. 4. 14. et rursus, *Dico enim vobis in verbo Domini, quoniam in adventu ejus nos qui vivimus,*

B ἔχει ἰαμάτων, καὶ γένη γλωσσῶν, καὶ ἑρμηνείας γλωσσῶν· διὸ ἀρχὴ καὶ ῥίζα ἐστὶ τῶν χαρισμάτων.

Καὶ ὅτι ταῦτα οὕτως ἔχει, Παῦλον ὑμῖν παραγάγω μάρτυρα. Πρῶτον δὲ ἀναγκαῖον εἰπεῖν, τί ποτέ ἐστι γένη γλωσσῶν. Τί οὖν ἐστι γένη γλωσσῶν; Τὸ παλαιὸν ὁ βαπτισθεὶς καὶ πιστεύσας εὐθέως πρὸς τὴν φανέρωσιν τοῦ Πνεύματος διαφόροις ἐλάλει γλώσσαις. Ἐπειδὴ γὰρ ἔτι ἀσθενέστερον διέκειντο οἱ τότε, καὶ τὰ νοητὰ χαρίσματα ὁρᾷν οὐκ ἠδύναντο τοῖς ὀφθαλμοῖς τῆς σαρκὸς, ἐδίδοτο αἰσθητὸν χάρισμα, * τὸ νοητὸν γενέσθαι καταφανές· καὶ ὁ βαπτισθεὶς εὐθέως καὶ
C τῇ ἡμετέρᾳ γλώσσῃ, καὶ τῇ τῶν Περσῶν, καὶ τῇ τῶν Ἰνδῶν, καὶ τῇ τῶν Σκυθῶν ἐφθέγγετο, ὥστε μαθεῖν καὶ τοὺς ἀπίστους, ὅτι Πνεύματος ἁγίου ἠξίωτο. Καὶ ἦν τὸ μὲν σημεῖον αἰσθητὸν, ἡ τοιαύτη φωνὴ λέγω· τῇ γὰρ αἰσθήσει τοῦ σώματος αὐτῆς ἤκουον· τὴν δὲ νοητὴν καὶ οὐχ ὁρωμένην τοῦ Πνεύματος χάριν πᾶσι τὸ αἰσθητὸν τοῦτο σημεῖον κατάδηλον ἐποίει. Καὶ τοῦτο τὸ σημεῖον ἐκαλεῖτο γένη γλωσσῶν. Ὁ γὰρ μίαν γλῶσσαν ἔχων ἀπὸ τῆς φύσεως, ποικίλαις ἐλάλει γλώσσαις καὶ διαφόροις ἀπὸ τῆς χάριτος· καὶ ἦν ἰδεῖν ἄνθρωπον ἕνα μὲν τῷ ἀριθμῷ, ποικίλον δὲ τοῖς χαρίσμασι, καὶ διάφορα στόματα ἔχοντα, καὶ διαφό-
D ρους γλώσσας. Ἴδωμεν οὖν πῶς ὁ ἀπόστολος καὶ τοῦτο εἶχε τὸ χάρισμα, καὶ τὰ ἄλλα πάντα. Περὶ μὲν τούτου οὕτω λέγει· Πάντων ὑμῶν μᾶλλον γλώσσαις λαλῶ. Εἶδες πῶς ἔχει τὰ γένη τῶν γλωσσῶν, καὶ οὐκ ἔχει μόνον, ἀλλὰ καὶ μετὰ πλείονος ὑπερβολῆς ἢ οἱ λοιποὶ πάντες πιστοί; Οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι γλώσσαις ἔχω λαλεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ, Πάντων ὑμῶν μᾶλλον γλώσσαις λαλῶ. Τὴν δὲ προφητείαν, ἣν εἶχε, δι' ἐκείνων δείκνυσι τῶν ῥημάτων, οὕτω λέγων· Τὸ δὲ Πνεῦμα ῥητῶς λέγει, ὅτι ἐν ὑστέροις καιροῖς ἐνστή-
E σονται καιροὶ χαλεποί· ὅτι δὲ τὰ ἐν ὑστέροις καιροῖς λέγειν, προφητεία ἐστὶ, παντί που δῆλον. Καὶ πάλιν, Τοῦτο δὲ γινώσκετε, ὅτι ἐν ἐσχάτοις καιροῖς ἐνστήσονται καιροὶ χαλεποί· καὶ πάλιν, Λέγω δὲ ὑμῖν ἐν λόγῳ Κυρίου, ὅτι ἐν παρουσίᾳ αὐτοῦ ἡμεῖς οἱ ζῶντες οἱ περιλειπόμενοι, οὐ μὴ φθάσωμεν τοὺς κοιμηθέντας. Καὶ τοῦτο δὲ προφητεία ἐστίν. Εἶδες πῶς γένη γλωσσῶν καὶ προφητείας ἔχει; Βούλει μαθεῖν πῶς ἔχει καὶ χαρίσματα ἰαμάτων; Ἀλλὰ τάχα τοῦτο οὐδὲ τῆς ἀπὸ τῶν λόγων ἀποδείξεως δεῖται, ὅταν ἴδωμεν οὐ μόνον

* [Cum Savil. in marg. et Venet. in Emend. legendum videtur ὥστε τὸ ν.]

τοὺς ἀποστόλους, ἀλλὰ καὶ τὰ ἱμάτια αὐτῶν χαρίσματα ἰαμάτων ἔχοντα. Ὅτι δὲ καὶ διδάσκαλος ἦν τῶν ἐθνῶν, πολλαχοῦ τοῦτο λέγει, καὶ ὅτι τῆς οἰκουμένης ἀντελαμβάνετο πάσης, καὶ διεκυβέρνα τὰς Ἐκκλησίας. Ὅταν οὖν ἀκούσῃς, πρῶτον ἀποστόλους, δεύτερον προφήτας, τρίτον ποιμένας καὶ διδασκάλους, χαρίσματα ἰαμάτων, ἀντιλήψεις, κυβερνήσεις, γένη γλωσσῶν, μάθε ὅτι πᾶσα ἡ χορηγία τῶν λοιπῶν χαρισμάτων, ὥσπερ ἐν κεφαλῇ, τῇ ἀποστολῇ ἐναπόκειται. Ἆρ' οὐ ψιλὸν ἐνομίζετε τοὔνομα τῶν ἀποστόλων πρὸ τούτου; Ἰδοὺ νῦν ἔγνωτε πόσον βάθος ἔχει νοήματος τὸ ὄνομα. Ταῦτα δὲ εἰρήκαμεν, οὐκ οἰκείας δυνάμεως ἐπίδειξιν ποιούμενοι· οὐ γὰρ ἡμέτερα τὰ λεγόμενα, ἀλλὰ τῆς τοῦ Πνεύματος χάριτος τῶν ῥαθυμοτέρων τὴν νωθρίαν διεγειρούσης, ὥστε μηδὲν παρατρέχειν ἁπλῶς. Εἰκότως ἄρα ὑπατίαν πνευματικὴν ἐκαλέσαμεν τὴν ἀποστολήν. Ἄρχοντες γάρ εἰσιν ὑπὸ Θεοῦ χειροτονηθέντες οἱ ἀπόστολοι· ἄρχοντες, οὐκ ἔθνη καὶ πόλεις διαφόρους λαμβάνοντες, ἀλλὰ πάντες κοινῇ τὴν οἰκουμένην ἐμπιστευθέντες. Καὶ ὅτι ἄρχοντές εἰσι πνευματικοὶ, καὶ τοῦτο ἀποδεῖξαι πειράσομαι, ἵνα μετὰ τὴν ἀπόδειξιν μάθητε, ὅτι τοσούτῳ βελτίους εἰσὶν οἱ ἀπόστολοι τῶν ἀρχόντων τῶν βιωτικῶν, ὅσῳ αὐτοὶ οἱ βιωτικοὶ ἄρχοντες τῶν παίδων τῶν παιζόντων ἀμείνους εἰσί. Πολὺ γὰρ μείζων αὕτη ἐκείνης ἡ ἀρχὴ, καὶ μᾶλλον τὴν ἡμετέραν συνέχει ζωὴν, καὶ ταύτης ἀρθείσης πάντα οἴχεται καὶ διαλέλυται. Τί ποτ' οὖν ἐστιν ἀρχῆς σύμβολον, καὶ τίνα ἔχειν τὸν ἄρχοντα χρή; Δεσμωτηρίου ἐξουσίαν, ὥστε τοὺς μὲν δῆσαι, τοὺς δὲ λῦσαι, τοὺς μὲν ἐκβάλλειν, τοὺς δὲ ἐμβάλλειν κύριός ἐστιν· ἀφεῖναι πάλιν χρημάτων ὀφλήματα, καὶ τοὺς μὲν ἀπολῦσαι ὄντας ὑπευθύνους, τοὺς δὲ κελεῦσαι ἀποδοῦναι κύριός ἐστιν· εἰς θάνατον πάλιν ἀπαγαγεῖν, καὶ ἀπὸ τοῦ θανάτου καλέσαι· μᾶλλον δὲ τοῦτο ἄρχοντος μὲν οὐκ ἔστι, βασιλέως δὲ μόνον· μᾶλλον δὲ οὐδὲ βασιλέως ὁλόκληρόν ἐστι τὸ δῶρον. Οὐ γὰρ ἀπὸ θανάτου καλεῖ τὸν ἀπιόντα, ἀλλ' ἐξ ἀπαγωγῆς μόνον, καὶ ἀπόφασιν μὲν [a] λῦσαι δύναται, ἀπὸ θανάτου δὲ ἀνακαλέσασθαι οὐ δύναται· καὶ τὸ μὲν χεῖρον ἔχει, τοῦ βελτίονος δὲ ἀπεστέρηται. Ἀπὸ τῆς ζώνης δὲ πάλιν δοκιμάζομεν τὸν ἄρχοντα, ἀπὸ τῆς τοῦ κήρυκος φωνῆς, ἀπὸ τῶν ῥαβδούχων, [b] ἀπὸ τοῦ ὀχήματος, ἀπὸ τοῦ ξίφους· ταῦτα γὰρ πάντα ἀρχῆς σύμβολα. Ἴδωμεν τοίνυν καὶ τὴν τῶν ἀποστόλων ἀρχὴν, εἰ ταῦτα ἔχει τὰ σύμβολα· ἔχει μὲν, οὐ τοιαῦτα δὲ, ἀλλὰ πολλῷ βελτίονα. Καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι ταῦτα μὲν ὀνόματα πραγμάτων, ἐκεῖνα δὲ ἀλήθεια πραγμάτων· ἵνα μάθῃς τὸ μέσον

A *qui residui sumus, non præveniemus eos, qui dormierunt.* Hoc quoque prophetia est. Vides illum et genera linguarum et prophetias habuisse? Vis etam discere, quo pacto gratias curationum habuerit? Sed hoc fortasse verborum demonstratione non indiget, cum non Apostolos tantum, sed ipsorum etiam vestes gratiis curationum præditas fuisse videamus. Doctorem autem gentium se fuisse multis in locis testatur, ac se toti terrarum orbi subvenisse, et Ecclesias gubernasse. Cum igitur audieris, primum Apostolos, deinde Prophetas, tertio Pastores ac Do-
B ctores, gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, disce reliquarum gratiarum copiam omnem tamquam in capite in Apostolatu residere. Numquid nudum esse nomen Apostolorum antea censebatis? Ecce, quanta profunditas sensuum hoc ex nomine comprehensa novistis. Hæc autem a nobis dicta sunt, non ut nostram virtutem ostentaremus: neque enim nostra sunt quæ dicuntur, sed gratiæ Spiritus quæ negligentiorum segnitiem excitat, ut nihil temere prætermittat. Merito igitur
C spiritualem Consulatum appellavimus Apostolatum. Sunt enim a Deo designati magistratus Apostoli; magistratus, quibus non gentes urbesque variæ tribuuntur, sed quorum omnium fidei simul totus orbis terrarum committitur. Porro magistratus illos esse spirituales demonstrare conabor, ut ex demonstratione intelligatis tanto meliores sæcularibus magistratibus esse Apostolos, quanto ipsi magistratus sæculares ludentibus pueris antecellunt. Multo quippe magistratus iste præstantior est illo magisque vitam nostram continet, eoque sublato omnia pessumdantur et
D pereunt. Quodnam igitur est magistratus insigne, et quænam sunt, quæ habere debet hic magistratus? Potestatem in carcerem, sic ut alios vincire compedibus, alios solvere, alios educere, alios possit conjicere: rursus pecuniarum debita dimittere, atque alios qui obnoxii erant absolvere, aliis ut restituant imperare ex ipsius pendet arbitrio: ad mortem rursus abducere, atque a morte revocare: vel potius hoc magistratus non est, sed Imperatoris solius: vel potius ne
E Imperatoris quidem est integrum donum. Neque enim revocat a morte defunctum, sed eum tantum, qui abducitur, ac sententiam quidem po-

Apostolatus Consulatus spiritualis.

[a] Colb. λῦσαι δύναται· ἀλλ' ἐμβάλλειν μὲν εἰς θάνατον δύναται, ἀπὸ θανάτου δὲ ἀνακαλέσασθαι οὐ δύναται· καὶ τὸ μὲν χεῖρον.

[b] Colb. ἀπὸ τοῦ ὀχήματος, *a curru*, quæ lectio germana, ut ex sequentibus arguitur. Editi σχήματος.

test rescindere, sed non potest a morte revocare; atque illud quidem habet quod deterius est, eo vero destitutus est, quod est præstantius. Rursus magistratum ex cingulo æstimamus, ex voce præconis, ex satellitibus, ex curru, ex gladio; hæc enim omnia magistratus sunt insignia. Videamus igitur num Apostolorum etiam magistratus hæc habeat insignia: habet ille quidem, sed non talia, verum multo præstantiora. Atque ut intelligas hæc quidem rerum esse nomina, illa vero rerum veritatem: ut quod sit discrimen intelligas inter pueros qui magistratus ludunt et eos qui magistratus gerunt; ac, si placet, a carcere initium enumerationis ducemus. Diximus enim in potestate situm esse magistratus, ut vinciat et solvat. Vide rur-
Matth. 18. 18. sus hoc imperium esse penes Apostolos. *Quoscumque enim ligaveritis super terram*, inquit, *erunt ligati in cælis: et quoscumque solveritis super terram, erunt soluti in cælis.* Vides carceris, et carceris potestatem: et nomen quidem idem, rem autem minime eamdem. Vincula et vincula; sed alia in terra, in cælo alia. Cælum quippe carcer illis est. Cognosce igitur amplitudinem magistratus. In terris sedentes sententiam ferunt, et ad cælos usque penetrat virtus sententiæ. Et quemadmodum Imperatores in una quidem civitate residentes sententiam ferunt, ac leges sanciunt, ac sententiarum legumque vis universum orbem terrarum permeat: sic etiam tum temporis Apostoli quidem uno in loco residentes hæc sanciebant: porro legum virtus et vinculorum istorum non solum orbem terrarum pervadebat, sed ad ipsum cælorum fastigium ascendebat. Vides carcerem et carcerem, alterum in terris, alterum in cælis; alterum corporum, alterum animarum: imo vero et animarum et corporum: neque enim corpora tantum, sed etiam animas vinciebant.

τῶν παιδίων τῶν παιζόντων ἀρχὰς, καὶ τῶν ἀρχῶν τῶν ἐχόντων τὰς ἀρχάς· καὶ, εἰ βούλεσθε, ἀπὸ τοῦ δεσμωτηρίου πρῶτον ἀριθμήσομεν. Καὶ γὰρ εἰρήκαμεν, ὅτι κύριος τοῦ δῆσαι καὶ λῦσαί ἐστιν ὁ ἄρχων.
78 A Ὅρα δὴ ταύτην τὴν ἀρχὴν τοὺς ἀποστόλους ἔχοντας. Ὅσους γὰρ ἂν δήσητε ἐπὶ τῆς γῆς, φησὶν, ἔσονται δεδεμένοι ἐν τοῖς οὐρανοῖς· καὶ ὅσους ἂν λύσητε ἐπὶ τῆς γῆς ἔσονται λελυμένοι ἐν οὐρανοῖς. Εἶδες δεσμωτηρίου, καὶ δεσμωτηρίου ἐξουσίαν· καὶ τὸ μὲν ὄνομα τὸ αὐτὸ, τὸ δὲ πρᾶγμα οὐ τὸ αὐτό. Δεσμὰ, καὶ δεσμά· ἀλλὰ τὰ μὲν ἐπὶ τῆς γῆς, τὰ δὲ ἐν οὐρανῷ. Οὐρανὸς γάρ ἐστιν αὐτοῖς τὸ δεσμωτήριον. Μάθε τοίνυν τὸ μέγεθος τῆς ἀρχῆς. Ἐπὶ τῆς γῆς καθήμενοι φέρουσι τὴν ψῆφον, καὶ τῆς ψήφου ἡ δύναμις διαβαίνει τοὺς οὐρανούς. Καὶ καθάπερ οἱ μὲν βασιλεῖς καθήμενοι ἐν μιᾷ πόλει ψηφίζονται καὶ νομοθετοῦσιν, ἡ δὲ τῶν ψηφισμάτων καὶ τῶν νόμων δύναμις πᾶσαν διατρέχει
B τὴν οἰκουμένην· οὕτω καὶ τότε, οἱ μὲν ἀπόστολοι ἐν ἑνὶ τόπῳ καθήμενοι ταῦτα ἐνομοθέτουν· ἡ δὲ τῶν νόμων δύναμις, καὶ τῶν δεσμῶν τούτων, οὐχὶ τὴν οἰκουμένην μόνον διέτρεχεν, ἀλλὰ καὶ εἰς αὐτὸ τὸ ὕψος τῶν οὐρανῶν ἀνέβαινεν. Εἶδες δεσμωτήριον, καὶ δεσμωτήριον· τὸ μὲν ἐπὶ γῆς, τὸ δὲ ἐν οὐρανῷ, τὸ μὲν σωμάτων, τὸ δὲ ψυχῶν· μᾶλλον δὲ καὶ ψυχῶν καὶ σωμάτων· οὐ γὰρ σώματα ἐδέσμουν μόνον, ἀλλὰ καὶ ψυχάς.

5. Vis intelligere, quo pacto in potestate il-
Debita dimittebant Apostoli. lorum esset et debita dimittere? Siquidem hic quoque multum discriminis offendes: neque enim pecuniarum debita, sed peccatorum debita
Joan. 20. 23. remittebant. *Quorum enim*, inquit, *remiseritis peccata, remittuntur eis, et quorum retinueritis, retenta sunt.* Quid post hæc opus est ostendere eos ad mortem transmisisse, ac rursus a morte revocasse, non post sententiam tantum latam, et jam abductos ad supplicium liberantes, sed reipsa defunctos et jam exstinctos a mortuis excitantes? Ubi ergo condemnarunt? ubi a morte vindicarunt? Ananias et Sapphira sacri-

Βούλει μαθεῖν πῶς κύριοι ἦσαν καὶ ὀφλήματα ἀφεῖναι; Καὶ γὰρ καὶ ἐνταῦθα πολὺ τὸ διάφορον ὄψει· οὐ γὰρ ὀφλήματα χρημάτων, ἀλλ' ὀφλήματα ἁμαρ-
C τημάτων ἀφίεσαν· Ὧν γὰρ, φησὶν, ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφέωνται αὐτοῖς· καὶ ὧν ἂν κρατῆτε, κεκράτηνται. Τί μετὰ τοῦτο ἀποδεῖξαι χρὴ, ὅτι καὶ εἰς θάνατον ἔπεμπον, καὶ ἀπὸ θανάτου πάλιν ἐκάλουν, οὐκ ἐξ ἀποφάσεως μόνης, καὶ ἀπαγωγῆς, ἀλλὰ καὶ ἐκ θανάτου τοὺς κειμένους ἤδη καὶ διαφθαρέντας ἀνιστῶντες; Ποῦ τοίνυν κατεδίκασαν; ποῦ δὲ ἀπήλλαξαν θανάτου; Ὁ Ἀνανίας καὶ ἡ Σάπφειρα ἱεροσυλίας ἑάλωσαν· εἰ γὰρ καὶ τὰ ἑαυτῶν ἔκλεψαν χρήματα, ἀλλ' ὅμως ἱεροσυλίας τὸ τόλμημα ἦν· μετὰ γὰρ τὴν

ὑπόσχεσιν οὐκ ἔτι ἦν αὐτῶν τὰ χρήματα. Τί οὖν ὁ ἀπόστολος; Ἄκουσον πῶς, καθάπερ ἐν δικαστηρίῳ καθήμενος, τὸν ἱερόσυλον εἰσάγει, καὶ πεῦσιν προσάγει καθάπερ δικαστὴς, καὶ τότε τὴν ἀπόφασιν ἐπάγει. Οὐ γὰρ πρὸ τῆς ἐρωτήσεως ἡ ἀπόφασις· δήλη μὲν γὰρ ἦν ἡ ἁμαρτία· ἀλλ' ἵνα ἡμᾶς τοὺς ἔξωθεν περιεστῶτας πείσῃ, ὅτι δικαίως ἐπάγει τὴν ψῆφον, διὰ τοῦτο ποιεῖται τὴν ἐρώτησιν, οὕτω λέγων· Διὰ τί ἐπλήρωσεν ὁ σατανᾶς τὴν καρδίαν σου, ψεύσασθαί σε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ νοσφίσασθαι ἀπὸ τῆς τιμῆς τοῦ χωρίου; Οὐχὶ μένον σοι ἔμενε, καὶ πραθὲν ἐπὶ τῇ σῇ ἐξουσίᾳ ὑπῆρχεν; Οὐκ ἐψεύσω ἀνθρώποις, ἀλλὰ τῷ Θεῷ. Τί οὖν ἀκούων ἐκεῖνος τοὺς λόγους τούτους; Πεσὼν ἐξέψυξεν. Εἶδες πῶς καὶ ξίφος ἔχουσιν οἱ ἀπόστολοι; Ὅταν ἀκούσῃς Παύλου λέγοντος, ὅτι Ἐπὶ πᾶσι τὴν μάχαιραν τοῦ Πνεύματος, ὅ ἐστι ῥῆμα Θεοῦ, ἀναμνήσθητι τῆς ἀποφάσεως ταύτης, ὅτι οὐδαμοῦ ξίφος, καὶ τῷ ῥήματι πληγεὶς ὁ ἱερόσυλος ἔπεσεν. Εἶδες μάχαιραν ἠκονημένην καὶ γεγυμνωμένην; Οὐδαμοῦ σίδηρος, οὐδαμοῦ λαβὴ, οὐδαμοῦ χεῖρες· ἀλλ' ἀντὶ τῆς χειρὸς ἡ γλῶττα, τὰ ῥήματα ἀντὶ τῆς μαχαίρας ἐξενεγκοῦσα, εὐθέως ἐκεῖνον ἀπέσφαξε. Μετὰ τοῦτον εἰσῆλθεν ἡ γυνὴ, καὶ ἐβούλετο αὐτῇ δοῦναι πρόφασιν ἀπολογίας, ἀφορμὴν συγγνώμης· διὰ τοῦτο πάλιν ἐρωτᾷ· Εἰπέ μοι, εἰ τοσούτου τὸ χωρίον ἀπέδοσθε. Καίτοι γε ᾔδει, ὅτι οὐ τοσούτου· ἀλλ' ἵνα αὐτὴν διὰ τῆς ἐρωτήσεως εἰς μετάνοιαν ἀγάγῃ, καὶ καταγνῷ τῶν ἡμαρτημένων, καὶ μεταδῷ συγγνώμης αὐτῇ, διὰ τοῦτο αὐτὴν ἐρωτᾷ· ἀλλ' ὅμως ἐκείνη μετὰ ταῦτα ἀναισχύντως διέκειτο· διὰ τοῦτο ἐκοινώνησε τῆς τιμωρίας τοῦ ἀνδρός. Εἶδες δεσμωτηρίου δύναμιν; εἶδες πῶς εἰσι κύριοι εἰς θάνατον πέμπειν; Ἴδωμεν καὶ τὸ βέλτιον, πῶς ἀπὸ θανάτου ἀποκαλοῦνται πάλιν. Ἡ Ταβιθὰ, ἡ μαθήτρια, ἐλεημοσύναις πολλαῖς κομῶσα ἀπέθανε· καὶ δρόμος εὐθέως ἐπὶ τοὺς ἀποστόλους. Ἤδεισαν γὰρ ὅτι καὶ θανάτου καὶ ζωῆς ἐξουσίαν εἶχον· ᾔδεισαν τὴν ἄνω ἀρχὴν κάτω κατενεχθεῖσαν. Τί οὖν ἐλθὼν ὁ Πέτρος; Ταβιθὰ, ἀνάστηθι, φησίν. Οὐδεμιᾶς πραγματείας ἐδέησεν αὐτῷ, οὐχ ὑπηρετῶν, οὐ διακόνων· ἀλλ' ἤρκεσε τὰ ῥήματα πρὸς τὴν ἀνάστασιν· ἤκουσε γοῦν τῆς φωνῆς ὁ θάνατος, καὶ οὐκ ἴσχυσε κατασχεῖν τὴν νεκράν. Εἶδες οἷαι τῶν δικαστῶν τούτων [a] αἱ φωναί; Αἱ μὲν γὰρ τῶν ἔξωθεν δικαστῶν ἀσθενεῖς. Κἂν γὰρ ἐπιτάξῃ τις ἐκείνων, ὁ δὲ διακονῶν μὴ ὑπηρετήσῃ, διεκόπη τὸ προσταχθέν·

[a] Colb. αἱ φωναί. Editi male ζῶναι.

legii convicti jam fuerant : tametsi enim suas D pecunias furati erant, fuit tamen crimen sacrilegii : quandoquidem post promissionem jam non erant illorum pecuniæ. Quid igitur Apostolus? Audi qua ratione, tanquam in judicio considens, sacrilegum ad judicium sistat, et interrogationem tamquam judex adhibeat, ac sententiam deinde pronuntiet. Neque enim ante quam sciscitetur, fert sententiam : quamquam enim manifestum erat delictum, tamen ut nobis qui foris adstamus persuaderet justam a se ferri sententiam, propterea interrogationem adhibet E his verbis utens : *Cur implevit satanas cor tuum, ut mentireris Spiritui sancto, et fraudares de pretio agri? Nonne manens tibi manebat, et venumdatum in tua erat potestate? Non es mentitus hominibus, sed Deo.* (Act. 5. 3. 4.) Quid igitur audiens ille sermones istos? Cecidit, et exspiravit. Vides ut gladium etiam habeant Apostoli? Cum dicentem Paulum audiveris, *In omnibus gladium Spiritus, quod est verbum Dei,* (Ephes. 6. 17.) recordare sententiæ istius, quod nusquam gladius sit, et solo verbo sacrilegus percussus 79 A ceciderit. Vidisti gladium exacutum ac nudatum? Nusquam ferrum, nusquam capulus, nusquam manus : sed loco manus lingua, verba proferens loco gladii, confestim illum occidit. Post hunc introivit uxor, et occasionem illi excusationis, ansam veniæ præbere voluit : propterea rursus interrogat, *Dic mihi, si tanti agrum vendidistis.* (Act. 5. 8.) Tametsi non tanti venditum sciebat : sed ut ipsam per interrogationem ad pœnitentiam invitaret, ac peccati se condemnaret, et illi veniam impertiret, idcirco eam interrogat : illa tamen in impudentia perseverabat ; propterea in consortium supplicii mariti venit. B Vides carceris potestatem? vides ut possint ad mortem mittere? Videamus id quod melius est, quo pacto rursus a morte revocent. Tabitha discipula mortua est, quæ multis eleemosynis celebris erat, et ad Apostolos statim curritur. Sciebant enim illos mortis ac vitæ potestatem habere : sciebant cœlestem principatum delapsum in terras. Quid ergo Petrus? *Tabitha, surge,* (Act. 9. 40.) inquit. Nullo alio illi opus fuit, non ministris, non famulis; sed ad resurrectionem verba suffecerunt : vocem igitur audivit mors, et retinere mortuam non potuit. Vides quales C sint judicum istorum voces? Siquidem externorum judicum voces imbecillæ sunt. Licet

enim imperet ex illis quispiam, si famulus non obtemperet, res imperata interrumpitur: hic autem non est opus famulis; tantum dixit, et continuo factum est. Vides eorum carcerem, quod magistratus est insigne: vides, quo pacto peccata dimittant, quo pacto mortem discutiant, quo pacto in vitam revocent. Vis cingulum etiam illorum cognoscere? Siquidem cinctos illos misit Christus non corio, sed veritate; hoc cingulum
Ephes. 6. 14. sanctum et spirituale; propterea dicit: *Succincti lumbos vestros in veritate.* Spiritualis enim est magistratus, quocirca nihil sensibile
Psal. 44. 14. quærendum; *Omnis* quippe *gloria filiæ regis ab intus.* Sed quid? num vis etiam carnifices videre? Carnifices sunt, qui reos virgis cædunt, qui in ligno suspendunt, et latera deradunt, qui castigant, qui puniunt. Visne igitur istos videre? Non homines habent, sed ipsum diabolum, et dæmones: qui corpore sunt et carne circumdati, ministras habebant incorporeas virtutes. Audi sane quo pacto cum auctoritate Paulus illis imperaret: siquidem de eo qui fornicatus erat,

Carnifices habent Apostoli dæmonas.

1. Cor. 5. 5. scribens dicebat: *Tradite hujusmodi satanæ in interitum carnis.* Rursus cum alii blasphe-
1. Tim. 1. 20. marent, hoc ipsum fecit: *Tradidi enim illos,* inquit, *satanæ, ut discant non blasphemare.* Quid restat ostendendum? num currus etiam illos habere? Sed ne hæc quidem nobis demon-
Act. 8. 39. 40. stratio deerit: siquidem Philippum, postquam eunuchum baptizavit, et sacris mysteriis initiavit, cum revertendum illi esset, rapuit ipsum Spiritus, et a deserto translatus Azoti repertus est. Vides currum alatum? vides celerius vento vehiculum? Rursus in paradisum pergere Apostolum oportuit, tanta itineris longinquitate, tam immenso dissitum intervallo: tum ille su-
2. Cor. 12. 2. bito raptus illuc nullo negotio et in brevi momento temporis transferebatur. Tales igitur currus sunt: vox autem præconis est, et ipsa rursus magistratu digna. Non enim antecedebat illos homo vocem mittens, verum Spiritus gratia, et per miracula demonstratio quavis tuba clariorem vocem mittebat, atque ita viam illis ubique faciebat. Et quemadmodum in multa dignitate ac magnificentia constituti sunt magistratus, nec audent privati passim cum illis mi-
Act. 5. 13. sceri: sic in Apostolis accidebat: *Cæterorum* enim, inquit, *nemo audebat se conjungere illis; sed magnificabat eos populus.* Vides carceris potestatem, et remittendi debita facultatem, et gladios illos habuisse, cinguloque fuisse præcinctos, curru vectos, vocem præce-

ἐνταῦθα δὲ οὐ δεῖται διακόνων· ἀλλ' εἶπε, καὶ εὐθέως ἐγένετο. Εἶδες αὐτῶν τὸ δεσμωτήριον, ὅπερ ἀρχῆς ἐστι σύμβολον· εἶδες πῶς ἀφιᾶσιν ἁμαρτήματα, πῶς λύουσι θάνατον, πῶς εἰς ζωὴν ἐπανάγουσι. Βούλει μαθεῖν καὶ τὴν ζώνην αὐτῶν; Καὶ γὰρ ἐζωσμένους αὐτοὺς ὁ Χριστὸς ἔπεμψεν, οὐχὶ ἐν δέρματι, ἀλλ' ἐν ἀληθείᾳ· αὕτη ἡ ζώνη ἁγία καὶ πνευματική· καὶ διὰ τοῦτό φησι· Περιεζωσμένοι τὴν ὀσφὺν ὑμῶν ἐν ἀληθείᾳ. Καὶ γὰρ ἡ ἀρχὴ πνευματική, διὸ μηδὲν αἰσθη-
D τὸν ζήτει· Πᾶσα γὰρ ἡ δόξα τῆς θυγατρὸς τοῦ βασιλέως ἔσωθεν. Ἀλλὰ τί; βούλει καὶ τοὺς δημίους ἰδεῖν; Δήμιοί εἰσιν οἱ τοὺς ὑπευθύνους μαστίζοντες, προσαρτῶντες τῷ ξύλῳ, διαξαίνοντες τὰς πλευράς, παιδεύοντες, κολάζοντες. Βούλει οὖν τούτους ἰδεῖν; Οὐκ ἀνθρώπους ἔχουσιν, ἀλλ' αὐτὸν τὸν διάβολον, καὶ τοὺς δαίμονας· οἱ σῶμα καὶ σάρκα περικείμενοι, τὰς ἀσωμάτους εἶχον ὑπηρετούσας δυνάμεις. Ἄκουσον γοῦν πῶς μετὰ αὐθεντίας ἐκείνοις ἐπέταττεν ὁ Παῦλος· περὶ γὰρ τοῦ πεπορνευκότος γράφων ἔλεγε· Παράδοτε τὸν τοιοῦτον τῷ σατανᾷ εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκός. Πάλιν ἐφ' ἑτέρων βλασφημούντων τὸ αὐτὸ τοῦτο πεποίηκε·
E Παρέδωκα γὰρ αὐτούς, φησὶ, τῷ σατανᾷ, ἵνα παιδευθῶσι μὴ βλασφημεῖν. Τί λοιπὸν ὑπολέλειπται δεῖξαι; ὅτι καὶ ὀχήματα ἔχουσιν; Ἀλλ' οὐδὲ ταύτης ἀπορήσομεν τῆς ἀποδείξεως· τὸν γὰρ Φίλιππον, ἐπειδὴ τὸν εὐνοῦχον ἐβάπτισε, καὶ πρὸς τὴν ἱερὰν μυσταγωγίαν ἐχειραγώγησεν, ἔδει δὲ αὐτὸν ἐπανελθεῖν, ἥρπασεν αὐτὸν τὸ Πνεῦμα, καὶ εὑρέθη εἰς Ἄζωτον ἀπὸ τῆς ἐρήμου. Εἶδες ὄχημα ὑπόπτερον; εἶδες ζεῦγος ἀνέμου σφοδρότερον; Πάλιν ἔδει τὸν ἀπόστολον εἰς τὸν παράδεισον ὁδεῦσαι, μῆκος οὕτω πολὺ, καὶ διάστημα ἄπειρον· κἀκεῖνος πάλιν ἀθρόον ἁρπαγεὶς ἐκεῖ μετεφέρετο
A ἀπονητὶ, καὶ ἐν βραχείᾳ καιροῦ ῥοπῇ. Τὰ μὲν οὖν ὀχήματα τοιαῦτα· ἡ δὲ τοῦ κήρυκος φωνὴ, καὶ αὕτη πάλιν ἀξία τῆς ἀρχῆς. Οὐ γὰρ ἄνθρωπος αὐτῶν προηγεῖτο, φωνὴν ἀφιείς, ἀλλ' ἡ τοῦ Πνεύματος χάρις, καὶ ἡ διὰ τῶν θαυμάτων ἀπόδειξις πάσης σάλπιγγος λαμπροτέραν ἠφίει φωνήν· οὕτως αὐτοῖς πανταχοῦ προοδοποιεῖ. Καὶ καθάπερ οἱ ἄρχοντες ἐν πολλῇ περιφανείᾳ καθεστήκασι, τῶν ἰδιωτῶν οὐ τολμώντων αὐτοῖς ἁπλῶς ἀναμίγνυσθαι· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν ἀποστόλων ἐγίνετο· Τῶν γὰρ λοιπῶν, φησὶν, οὐδεὶς ἐτόλμα κολλᾶσθαι αὐτοῖς· ἀλλ' ἐμεγάλυνεν αὐτοὺς ὁ λαός. Εἶδες δεσμωτηρίου δύναμιν, καὶ ἀφέσεως ὀφλη-
B μάτων ἰσχὺν, καὶ ξίφος ἔχοντας, καὶ ζώνην ἐζωσμένους, καὶ ὀχήματι ὁδεύοντας, καὶ φωνὴν πάσης σάλ-

πιγγος λαμπροτέραν προηγουμένην αὐτῶν, καὶ ἐν πολλῇ περιφανείᾳ ὄντας;

Ἀναγκαῖον δὴ καὶ τὰ κατορθώματα αὐτῶν δεῖξαι πάντα, καὶ ὅσα τὴν οἰκουμένην ὤνησαν. Καὶ γὰρ καὶ τοῦτο ἀρχόντων, τὸ μὴ τιμῆς ἀπολαύειν μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλὴν ἐνδείκνυσθαι πρὸς τοὺς ἀρχομένους τὴν πρόνοιαν καὶ τὴν προστασίαν. Ἀλλὰ πλείονα τοῦ δέοντος καὶ τὰ εἰρήμενα. Διὰ τοῦτο εἰς ἑτέραν ἀναβαλλόμενος ταῦτα διάλεξιν, πρὸς τὴν τῶν νεοφωτίστων παραίνεσιν παραγαγεῖν πειράσομαι λόγον. Μηδεὶς δὲ C ἄκαιρον νομιζέτω τὴν συμβουλήν. Καὶ γὰρ ἔφθην εἰπὼν, ὅτι οὐ μετὰ δέκα καὶ εἴκοσι ἡμέρας μόνον, ἀλλὰ καὶ μετὰ δέκα καὶ εἴκοσι ἔτη δυνατὸν νεοφωτίστους καλεῖν τοὺς μεμυημένους, ἐὰν νήφωσι. Τίς οὖν ἂν γένοιτο πρὸς τούτους ἀρίστη παραίνεσις; Εἰ τοῦ τρόπου τῆς γεννήσεως αὐτοὺς ἀναμνήσαιμεν, καὶ τοῦ προτέρου, καὶ τοῦ δευτέρου, τοῦ φυσικοῦ, καὶ τοῦ πνευματικοῦ, καὶ τί τὸ μέσον ἑκατέρας τῆς γεννήσεως δείξαιμεν. Μᾶλλον δὲ οὐ δεῖ παρ' ἡμῶν αὐτοὺς ταῦτα μανθάνειν· αὐτὸς ὁ τῆς βροντῆς υἱὸς περὶ τούτων αὐτοῖς διαλέξεται, ὁ ἀγαπητὸς τοῦ Χριστοῦ Ἰωάννης. Τί οὖν ἐκεῖνός φησιν; Ὅσοι δὲ ἔλαβον αὐ- D τὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι· εἶτα ἀναμιμνήσκων αὐτοὺς τῆς προτέρας γεννήσεως, καὶ ἐκ συγκρίσεως τὸ σεμνὸν τῆς παρούσης χάριτος ἐνδεικνύμενος, οὕτω φησί· Οἳ οὐκ ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ ἐκ θελήματος ἀνδρὸς, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ ἐγεννήθησαν. Ἑνὶ ῥήματι αὐτῶν ἔδειξε τὴν εὐγένειαν. Ὢ καθαρῶν ὠδίνων· ὢ πνευματικῶν τόκων· ὢ καινῶν λοχευμάτων· χωρὶς μήτρας σύλληψις, χωρὶς γαστρὸς γέννησις, χωρὶς σαρκὸς τόκος, τόκος πνευματικὸς, τόκος ἐκ χάριτος καὶ φιλανθρωπίας Θεοῦ, τόκος εὐφροσύνης γέμων καὶ χαρᾶς. Ἀλλ' οὐ τοιοῦτος ὁ πρότερος, ἀλλ' E ἀπὸ θρήνων ἔχει τὴν ἀρχήν. Τὸ γὰρ παιδίον ἐκ τῆς μήτρας ὀλισθαῖνον καὶ ἐκ τῆς νηδύος καταφερόμενον, πρώτην φωνὴν μετὰ δακρύων ἐκβάλλει, καθάπερ τίς φησι· Πρώτην φωνὴν τὴν ὁμοίαν ἅπασιν ἴσα κλαίων. Διὰ θρήνων γὰρ ἡ εἴσοδος εἰς τὸν βίον, διὰ δακρύων προοίμια, τῆς φύσεως τὸ μέλλον ὀδυνηρὸν προαναφωνούσης. Τί κλαίει τὸ παιδίον εἰς φῶς ἐλθόν; Διὰ τοῦτο· πρὸ μὲν τῆς ἁμαρτίας ἔλεγεν ὁ Θεὸς, Αὐξάνεσθε, καὶ πληθύνεσθε, ὅπερ εὐλογίας ἦν· τὸ δὲ, Ἐν λύπαις τέξῃ τέκνα, μετὰ τὴν ἁμαρτίαν, ὅπερ 81 A τιμωρίας ἦν. Οὐ δάκρυα δὲ ἐν τῇ γεννήσει μόνον, ἀλλὰ καὶ σπάργανα καὶ δεσμά· δάκρυα ἐν τῇ γεννήσει, δάκρυα ἐν θανάτῳ· σπάργανα ἐν γεννήσει, σπάργανα ἐν θανάτῳ· ἵνα μάθῃς ὅτι πρὸς θάνατον ἡ ζωὴ αὕτη τελευτᾷ, καὶ πρὸς ἐκεῖνο καταστρέφει τὸ τέλος. Ἀλλ' οὐχ ἡ γέννησις αὕτη. Οὐδαμοῦ δάκρυα καὶ σπάργανα, ἀλλὰ λελυμένος ὁ γεννηθεὶς, καὶ πρὸς ἀγῶνας παρεσκευασμένος· διὰ τοῦτο ἄφετοι οἱ πόδες καὶ αἱ χεῖρες, ἵνα τρέχῃ καὶ πυκτεύῃ· οὐδαμοῦ θρῆνος, οὐδαμοῦ δά-

dere quavis tuba clariorem, et in multa pompa illos fuisse ac splendore decoratos?

6. Jam operæ pretium fuerit et omnes illorum res præclare gestas indicare, et quæ illorum in orbem terrarum exstent beneficia. Nam et hoc magistratuum est, ut non honore tantum fruantur, sed et multam sollicitudinem et curam erga subditos præ se ferant. Sed jam plura dicta sunt, quam oportebat. Quocirca ad alium differens ista tractatum, et ad eorum cohortationem, qui nuper illuminati sunt, traducere sermonem conabor. Nemo autem consilium existimet intempestivum: jam enim dixi non modo post decem et viginti dies, sed et post decem et viginti annos posse nuper illuminatos vocari eos, qui mysteriis initiati sunt, si vigiles et sobrii fuerint. Qua igitur optima ad illos cohortatione utemur? Si nimirum iis modum nativitatis in memoriam revocemus, et priorem et posteriorem, naturalem ac spiritualem, et quodnam sit inter utramque nativitatem discrimen, ostendamus. Imo vero necesse non est, ut ex nobis illi ista discant: ipse tonitrui filius de his ipsos admonebit, dilectus Christi Joannes. Quid igitur ille dicit? *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri*: deinde priorem illis nativitatem in memoriam revocans, et ex comparatione sanctitatem ac dignitatem præsentis gratiæ declarans, sic ait: *Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.* Uno verbo nobilitatem illorum expressit. O munda natalia! o spirituales partus! o nova puerperia! sine utero conceptio, sine ventre nativitas, sine carne partus, partus spirituales, partus ex gratia et benignitate Dei, partus lætitiæ plenus et gaudii. At ille prior talis minime fuit, sed a lamentis initium duxit. Siquidem ubi prodiit infans ex utero et ex alvo dejectus est, primam cum lacrymis vocem mittit, prout dixit quispiam: *Primam vocem similem omnibus æque plorans.* Per lamenta siquidem ingressus in vitam, per lacrymas exordia, dum futuras molestias natura prænuntiat. Cur plorat infans cum exit in lucem? Hac de causa: ante peccatum quidem dicebat Deus, *Crescite, et multiplicamini,* quod erat benedictionis: illud autem, *In dolore paries filios,* post peccatum dictum est, quod erat pœnæ. Neque vero lacrymæ in nativitate tantum, sed et fasciæ et vincula: lacrymæ in nativitate, lacrymæ in morte: fasciæ in nativitate, fasciæ in morte: ut intelligas vitam hanc in mortem desi-

Ad nuper illuminatos cohortatio.

Joan. 1. 12.

Joan. 1. 13.

Sap. 7. 3.

Gen. 1. 28.

Gen. 3. 16.

nere, et illo fine terminari. Sed talis non est hæc nativitas. Nusquam lacrymæ et fasciæ, sed solutus est qui nascitur, et ad certamen paratus: propterea sunt etiam liberi pedes, et manus, ut et currat et pugnet : nusquam lamenta, nusquam lacrymæ hic, sed salutationes et oscula, et amplexus fratrum qui suum membrum agnoscunt, et tamquam ex longinqua reversum peregrinatione recipiunt. Nam quoniam ante baptismum inimicus erat, post baptismum autem amicus est factus communis omnium nostrum Domini, propterea gratulamur omnes; idcirco etiam osculum pax vocatur, ut discamus a Deo finitum esse bellum, et nos in amicitiam ejus receptos esse. Hanc igitur perpetuo conservemus, hanc pacem foveamus, hanc amicitiam augeamus, ut æterna quoque tabernacula consequamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem et cum quo Patri gloria, honor, imperium, una cum sancto ac vivifico Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

κρυα ἐνταῦθα, ἀλλ' ἀσπασμοὶ, καὶ φιλίαι, καὶ περιπλοκαὶ τῶν ἀδελφῶν τὸ οἰκεῖον μέλος ἐπιγινωσκόντων, καὶ ὥσπερ ἐκ μακρᾶς ἀπολαβόντων ἀποδημίας. Ἐπειδὴ γὰρ πρὸ τοῦ φωτίσματος ἐχθρὸς ἦν, μετὰ δὲ τὸ φώ- B τισμα γέγονε φίλος τοῦ κοινοῦ πάντων ἡμῶν Δεσπότου, διὰ τοῦτο πάντες συνηδόμεθα· διὰ τοῦτο καὶ τὸ φίλημα εἰρήνη καλεῖται, ἵνα μάθωμεν ὅτι πόλεμον κατέλυσεν ὁ Θεὸς, καὶ πρὸς τὴν οἰκείωσιν ἐπανήγαγε τὴν ἑαυτοῦ. Ταύτην οὖν τηρῶμεν διηνεκῶς, ταύτην φυλάττωμεν τὴν εἰρήνην, ταύτην ἐκτείνωμεν τὴν φιλίαν, ἵνα καὶ τῶν αἰωνίων ἐπιτύχωμεν σκηνῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ δόξα, τιμὴ, κράτος, ἅμα τῷ ἁγίῳ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

PERICULO NON CARERE, SI auditores ea taceant, quæ in ecclesia dicuntur, et cujus rei gratia legantur Acta Apostolorum in Pentecoste; et cur seipsum non omnibus Christus ostenderit, cum surrexisset a mortuis; eumque multo clariorem ipso conspectu demonstrationem exhibuisse resurrectionis per miracula, quæ sunt ab Apostolis edita.

C [a] ΟΤΙ ΟΥΚ ΑΚΙΝΔΥΝΟΝ ΤΟΙΣ ΑΚΡΟΑΤΑΙΣ τὸ σιγᾷν τὰ λεγόμενα ἐν ἐκκλησίᾳ, καὶ τίνος ἕνεκεν αἱ Πράξεις ἐν τῇ Πεντηκοστῇ ἀναγινώσκονται, καὶ διὰ τί οὐκ ἔδειξε πᾶσιν ἑαυτὸν ἀναστὰς ὁ Χριστὸς, καὶ ὅτι τῆς ὄψεως σαφεστέραν παρέσχε τὴν τῆς ἀναστάσεως ἀπόδειξιν τὴν διὰ τῶν σημείων τῶν ἀποστόλων.

1. Majorem debiti partem, quod ex occasione inscriptionis Actorum Apostolorum contraximus, superioribus vobis diebus exsolvimus: sed quoniam modicum adhuc reliquiarum quippiam restat, hoc quoque vobis hodierno die numeraturus exsurgo. An vero diligenter ea, quæ dicta sunt, conservetis, et studiose memoria teneatis, vos scitis qui pecunias accepistis, et a quibus istarum pecuniarum rationem in illo die exiget Dominus, cum illi, quorum fidei talenta commissa sunt, vocabuntur, et rationem reddent: cum Christus adveniet, et a numulariis hanc pecuniam exiget cum usuris.
Matth. 25. 17. *Oportuit* enim, inquit, *te committere pecuniam meam numulariis, et veniens ego cum*

Τὸ μὲν πλέον τοῦ χρέους τοῦ συντεθέντος ἡμῖν ὑπὸ τῆς ἐπιγραφῆς τῶν Πράξεων τῶν ἀποστολικῶν
D ἐν ταῖς ἔμπροσθεν ὑμῖν κατεβάλομεν ἡμέραις· ἐπειδὴ δὲ ἔτι μικρὸν ἐναπέμεινε λείψανον, ἀνέστην καὶ τοῦτο καταθήσων ὑμῖν σήμερον. Εἰ δὲ μετ' ἀκριβείας φυλάττετε τὰ εἰρημένα, καὶ μετὰ πολλῆς κατέχετε σπουδῆς, ὑμεῖς ἂν εἰδείητε οἱ τὸ ἀργύριον ὑποδεξάμενοι, καὶ τῶν ἀργυρίων τούτων μέλλοντες τὸν λόγον διδόναι τῷ Δεσπότῃ κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην, ὅταν οἱ τὰ τάλαντα πιστευθέντες καλῶνται, καὶ τὰς εὐθύνας ὑπέχωσιν· ὅταν ἐλθὼν ὁ Χριστὸς ἀπαιτῇ τοὺς τραπεζίτας τὸ ἀργύριον τοῦτο μετὰ τῶν τόκων. Ἔδει γάρ
E σε, φησὶ, καταβαλεῖν τὸ ἀργύριόν μου ἐπὶ τοὺς τραπεζίτας, καὶ ἐγὼ ἐλθὼν μετὰ τόκου ἂν ἀπήτησα αὐτό. Ὢ τῆς πολλῆς καὶ ἀφάτου φιλανθρωπίας τοῦ Δεσπό-

[a] Collata cum Ms. Colbert. 3058, in quo innumera menda. Hæc Homilia deest in Editione Savilii.

του. Ἀνθρώπους κωλύων ἀπαιτεῖν τόκους, αὐτὸς ἀπαιτεῖ τόκους. Διὰ τί; Ἐπειδὴ ἐκεῖνος ὁ τόκος διαβεβλημένος ἐστὶ καὶ κατηγορίας ἄξιος· οὗτος δὲ ἐπαινετὸς καὶ πολλῆς ἀποδοχῆς ἐστιν ἄξιος. Ἐκεῖνος τοίνυν ὁ τόκος, ὁ τῶν χρημάτων λέγω, καὶ τὸν λαμβάνοντα, καὶ τὸν διδόντα ζημιοῖ, καὶ τοῦ μὲν λαμβάνοντος ἀπόλλυσι τὴν ψυχὴν, τοῦ δὲ διδόντος ἐπιτρίβει τὴν πενίαν. Τί γὰρ ἂν γένοιτο χαλεπώτερον, ἀλλ' ἢ ὅταν τις τὴν πενίαν τοῦ πλησίον ἐμπορεύηται, καὶ τὰς τῶν ἀδελφῶν πραγματεύηται συμφοράς; ὅταν τις προσωπεῖον φιλανθρωπίας ἔχων πᾶσαν ἀπανθρωπίαν ἐπιδείκνυται, [a] καὶ ὁ χεῖρα μέλλων ὀρέγειν πρὸς τὸ βάραθρον ὠθῇ τὸν βοηθείας δεόμενον; Τί ποιεῖς, ἄνθρωπε; Οὐ διὰ τοῦτο πρὸς σὰς ἦλθε θύρας ὁ πένης, ἵνα αὐξήσῃς αὐτοῦ τὴν πενίαν, ἀλλ' ἵνα λύσῃς αὐτοῦ τὴν πενίαν· σὺ δὲ ταὐτὸν ποιεῖς, οἷον οἱ τὰ δηλητήρια κεραννύντες φάρμακα· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι τὴν συνήθη τροφὴν αὐτοῖς ἀναμίξαντες ἀνεπαίσθητον ποιοῦσι τὴν ἐπιβουλὴν, καὶ οὗτοι φιλανθρωπίας προσχήματι τῶν τόκων τὸν ὄλεθρον κρύψαντες, οὐκ ἐῶσιν αἰσθέσθαι τῆς βλάβης τοὺς μέλλοντας πίνειν τὸ θανάσιμον τοῦτο φάρμακον. Διόπερ εὔκαιρον, ὃ περὶ τῆς ἁμαρτίας εἴρηται, καὶ περὶ τῶν τοκιζόντων καὶ δανειζομένων εἰπεῖν. Τί δὲ περὶ τῆς ἁμαρτίας εἴρηται; Πρὸς καιρὸν, φησὶ, γλυκαίνει τὸν λάρυγγα, ὕστερον δὲ πικρότερον χολῆς εὑρήσεις, καὶ ἠκονημένον μᾶλλον μαχαίρας διστόμου. Τοῦτο τοίνυν καὶ ἐπὶ τῶν δανειζομένων γίνεται· ὅταν μὲν γὰρ λαμβάνῃ τὰ χρήματα ὁ δεόμενος, παραμυθίαν λαμβάνει μικράν τινα καὶ πρόσκαιρον· ὕστερον δὲ τῶν τόκων αὐξομένων, καὶ τοῦ φορτίου μείζονος τῆς δυνάμεως γενομένου, ἐκεῖνο τὸ γλυκὺ καὶ λιπᾶναν τὸν λάρυγγα πικρότερον χολῆς ὄψεται γινόμενον, καὶ ἠκονημένον μᾶλλον μαχαίρας διστόμου, τῶν πατρῴων πάντων ἀποστῆναι ἀθρόον ἀναγκαζόμενος.

Ἀλλ' ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν ἐπὶ τὰ πνευματικὰ τὸν λόγον μετάγωμεν. Ἔδει σε, φησὶ, καταβαλεῖν τὸ ἀργύριόν μου ἐπὶ τοὺς τραπεζίτας, ἐκείνου τοῦ ἀργυρίου τραπεζίτας ὑμᾶς καλῶν τοὺς τῶν ῥημάτων τούτων ἀκροατάς. Καὶ τίνος ἕνεκεν τραπεζίτας ὑμᾶς ἐκάλεσεν ὁ Θεός; Παιδεύων ἅπαντας τὴν αὐτὴν σπουδὴν ἐπιδείκνυσθαι περὶ τὴν δοκιμασίαν τῶν λεγομένων, ὅσην ἐκεῖνοι σπουδὴν ἔχουσι περὶ τὴν ἐξέτασιν καὶ εἴσοδον τῶν νομισμάτων. Καθάπερ γὰρ οἱ τραπεζῖται τὸ μὲν κίβδηλον καὶ παράσημον ἐκβάλλουσι νόμισμα, τὸ δὲ δόκιμον καὶ ὑγιὲς δέχονται, καὶ διακρίνουσι τὸ

[a] Colb. καὶ ὡς χεῖρα.

usura exegissem illam. O magnam et ineffabilem Domini benignitatem! Qui hominibus prohibet usuras ne exigant, ipse exigit usuras. Quid ita? Quoniam damnanda est usura illa et accusationi obnoxia; hæc autem laudabilis et
82 commendatione digna. Itaque usura illa, pecu-
A niarum inquam, et eum qui accipit, et eum qui solvit, damno afficit: siquidem et ejus qui accipit, animam perdit, et ejus qui solvit, egestatem affligit. Quid enim crudelius fieri potest, quam cum ex proximi egestate quispiam quæstum facit, et in fratrum calamitatibus lucra sectatur? cum quis benignitatis larvam gestans, inhumanitatem omnem exercet, et qui porrigere manum debuerat, cum in barathrum propellit, qui subsidio indigebat? Quid facis, mi homo? Non idcirco ad tuas appulit fores pauper, ut ipsius augeas paupertatem, sed ut ipsum liberes paupertate: at tu perinde agis, atque illi qui
B venena miscent: quandoquidem ipsi dum illa consuetis cibis admiscent, occultas ita parant insidias: isti quoque dum benignitatis specie perniciosam usuram occultant, damni sui sensum capere non sinunt eos, qui letiferum illud sunt venenum hausturi. Quamobrem id quod de peccato dictum est, opportune poterit et de illis qui fœnori dant, et mutuum accipiunt, efferri. Quid porro dictum est de peccato? *Ad tempus,* inquit, *mulcet fauces tuas: postea vero amarius illud felle invenies, et magis acutum, quam gladium ancipitem.* Hoc igitur et in iis
C accidit, qui fœnore accipiunt: siquidem cum pecunias accipit qui eis indiget, exiguo quopiam solatio ad tempus fruitur: postea vero ubi fœnus accrevit, et majus viribus factum est onus, dulce illud quod fauces impinguaverat, felle amarius sentiet factum esse, atque acutius gladio ancipiti, statimque bonis omnibus paternis cedere cogetur.

Usuram doctrinæ acceptæ exigit Deus.

Prov. 5. 3. 4.

Usuras qui exigunt quam iniqui sint.

2. Verum enimvero a sensilibus ad ea quæ spiritualia sunt orationem traducamus. *Oportuit,* inquit, *te committere pecuniam meam numulariis,* illius pecuniæ numularios vos appellans verborum istorum auditores. Quam vero
D ob causam numularios vos Deus appellavit? Ut omnes doceat ad examinanda ea, quæ dicuntur, idem studium conferre, quod illi adhibent, cum exploranda vel inferenda sunt numismata. Nam ut numularii adulterinum et perperam signatum numisma repudiant, probum et integrum ad-

Matth. 25. 27.

mittunt, et adulteratum a genuino distinguunt : ita fac tu quoque, neque sermonem quemvis admitte, sed adulterinum quidem, corruptumque abs te rejice, integrum autem et salutarem in tuam mentem admitte. Sunt enim, sunt etiam tibi stateræ ac trutinæ, non ex ære ferroque conflatæ, sed ex morum castimonia et fide compositæ, atque his omnem sermonem examina. Propterea namque dixit, Estote probi trapezitæ, non ut in foro stantes pecunias numeretis, sed ut omni adhibito studio sermones examinetis : propterea Paulus quoque dixit apostolus,

1. Thess. 5. 21. *Omnia probate, quod autem bonum est, tenete solum.* Neque vero propter explorationem tantum trapezitas appellavit, sed et propter eorum, quæ commissa sunt, distributionem. Nam et trapezitæ si pecunias acceptas tantum domi recludant, neque in alios illas distribuant, totus illis quæstus peribit; atque idem accidit auditoribus. Si enim acceptam doctrinam apud te concludas, nec in alios diffundas, tota tibi in nihilum recidet negotiatio. Propterea in illis quotidie videmus officinis homines ultro citroque commeare. Hoc igitur et in doctrina servetur. Siquidem apud numularios illos alios videmus pecunias committere, alios accipere statim et abire, idque toto die fieri quivis potest cernere. Hinc fit, ut quamvis propriæ minime sint illis pecuniæ, quia tamen ad ea, quæ necessaria sunt, illis utuntur, multum ex alienis lucrum colligatur. Ita fac tu quoque. Non sunt tua hæc eloquia, sed Spiritus sancti : si tamen illis probe uti noveris, multum tibi spirituale lucrum congeres : idcirco et Deus vos numularios appellavit. Cur autem sermonem pecuniam appellavit? Quod nimirum quemadmodum pecunia perfecta regis effigie insignita est (nisi enim eam expressam habeat, proba pecunia non est, sed dicitur adulterina), sic et doctrinam fidei figuram ac notam sermonis oportet perfectam habere. Rursus pecuniarum usus vitam omnem nostram continet, et contractuum omnium occasionem præbet, et seu sit emendum quidpiam, seu vendendum, per has cuncta peragimus. Hoc idem fit in doctrina, siquidem spiritualium occasio contractuum et radix est spiritualis hæc pecunia : quo fit, ut si quid a Deo coemere voluerimus, numerato prius precum sermone, tum demum illud accipiamus, quod postulamus. Quod si negligentem fratrem videamus, atque pereuntem, si tamquam pecuniam doctrinæ sermonem numeraverimus, salutem ipsius lucra-

νόθον ἀπὸ τοῦ γνησίου· οὕτω καὶ σὺ ποίησον, καὶ μὴ πάντα παραδέχου λόγον, ἀλλὰ τὸν μὲν κίβδηλον καὶ διεφθαρμένον ἔκβαλλε ἀπὸ σοῦ, τὸν δὲ ὑγιῆ καὶ σωτηρίαν ἔχοντα παράπεμπε τῇ διανοίᾳ. Ἔστι γὰρ, ἔστι καὶ σοὶ ζυγὰ καὶ στάθμια οὐκ ἀπὸ χαλκοῦ καὶ
E σιδήρου κατεσκευασμένα, ἀλλ' ἀπὸ ἁγνείας καὶ πίστεως συγκείμενα, καὶ διὰ τούτων δοκίμαζε λόγον ἅπαντα. Καὶ γὰρ διὰ τοῦτό φησι, γίνεσθε τραπεζῖται δόκιμοι, οὐχ ἵνα ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς ἑστῶτες τὰ ἀργύρια ἀριθμῆτε, ἀλλ' ἵνα τοὺς λόγους βασανίζητε μετὰ ἀκριβείας ἁπάσης· διὰ τοῦτο καὶ ὁ ἀπόστολος Παῦλός φησι· Πάντα δοκιμάζετε, τὸ καλὸν δὲ κατέχετε μόνον. Οὐ διὰ τὴν δοκιμασίαν δὲ μόνον ὑμᾶς τραπεζίτας ἐκάλεσεν, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν τῶν καταβαλλομένων νομήν.
A Καὶ γὰρ τοῖς τραπεζίταις, ἐὰν μόνον ὑποδεχόμενοι τὰ χρήματα κατακλείωσιν οἴκοι, μηκέτι δὲ εἰς ἑτέρους διανέμωσιν, ἅπαν τὸ τῆς ἐμπορίας οἰχήσεται· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν ἀκροατῶν τὸ αὐτὸ τοῦτο γίνεται. Ἂν γὰρ δεξάμενος τὴν διδασκαλίαν παρὰ σαυτῷ κατασχῇς, μηκέτι δὲ εἰς ἑτέρους ἐκβάλῃς, πᾶσά σου ἡ πραγματεία διαῤῥυήσεται. Διὰ τοῦτο ἐπὶ τῶν ἐργαστηρίων ἐκείνων διὰ πάσης ἡμέρας εἴσοδόν τε καὶ ἔξοδον γινομένην ὁρῶμεν. Τοῦτο τοίνυν καὶ ἐπὶ τῆς διδασκαλίας γινέσθω. Καὶ γὰρ καὶ ἐπὶ τῶν τραπεζιτῶν ἐκείνων ὁρῶμεν τοὺς μὲν καταβάλλοντας χρήματα, τοὺς δὲ λαμβάνοντας εὐθέως, καὶ ἀπιόντας, καὶ τοῦτο διὰ πάσης ἡμέρας γινόμενον ἴδοι τις ἄν. Διὰ τοῦτο, καίτοι τῶν
οὐδὲ ἀνέβη εἰς τοὺς οὐρανοὺς, οὐ μόνον οὐκ ἔδει μείζονα γίνεσθαι τὰ μετὰ ταῦτα σημεῖα τὰ μετὰ τὸν σταυρὸν, ἀλλὰ καὶ τὰ πρότερα γινόμενα ἀποσβεσθῆναι ἐχρῆν. Προσέχετέ μοι μετὰ ἀκριβείας ἐνταῦθα· ἀναστάσεως γάρ εἰσιν ἀναμφισβητήτου ἀποδείξεις τὰ λεγόμενα, διὸ καὶ πάλιν τὰ αὐτὰ ἐρῶ. Ἐποίησε σημεῖα πρὸ τούτου ὁ Χριστὸς, νεκροὺς ἤγειρε, λεπροὺς ἐκάθηρε, δαίμονας ἀπήλασεν· ἐσταυρώθη μετὰ ταῦτα, [a] καὶ ὡς οἱ παράνομοι Ἰουδαῖοι λέγουσιν, οὐκ ἀνέστη ἐκ νεκρῶν. Τί οὖν ἂν εἴποιμεν πρὸς αὐτούς; Ὅτι εἰ μὴ ἀνέστη, πῶς μετὰ ταῦτα ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ μείζονα ἐγένετο σημεῖα; Οὐδεὶς γὰρ τῶν ζώντων τελευτήσας μείζονα σημεῖα ἐποίησε μετὰ τὴν B τελευτὴν, ἐνταῦθα δὲ μείζονα καὶ τῷ τρόπῳ καὶ τῇ φύσει τὰ θαύματα μετὰ ταῦτα ἦν. Φύσει γὰρ μείζονα ἦν, ὅτι μὲν τοῦ Χριστοῦ οὐδέποτε σκιαὶ νεκροὺς ἀνέστησαν· ἐπὶ δὲ τῶν ἀποστόλων αἱ σκιαὶ αὐτῶν πολλὰ τοιαῦτα ἐποίουν. Τρόπῳ δὲ μείζονα ἐγένετο σημεῖα, ὅτι τότε μὲν αὐτὸς ἐπιτάττων ἐθαυματούργει· μετὰ δὲ τὸν σταυρὸν οἱ δοῦλοι αὐτοῦ τῷ σεβασμίῳ καὶ ἁγίῳ αὐτοῦ ὀνόματι χρώμενοι μείζονα καὶ ὑψηλότερα ἐποίουν, ὥστε μειζόνως αὐτοῦ καὶ ἐνδοξοτέρως διαλάμψαι τὴν ἰσχύν. Τοῦ γὰρ αὐτὸν ἐπιτάττειν πολλῷ μεῖζον ἦν τὸ ἕτερον τῷ ἐκείνου κεχρημένον ὀνόματι τοιαῦτα θαυματουργεῖν. Εἶδες, ἀγαπητὲ, καὶ τῇ φύ- C σει καὶ τῷ τρόπῳ μείζονα ὄντα τὰ σημεῖα τῶν ἀποστόλων μετὰ τὴν ἀνάστασιν τοῦ Χριστοῦ; Οὐκοῦν ἀναμφισβήτητος ἡ ἀπόδειξις τῆς ἀναστάσεως. Ὅπερ γὰρ ἔλεγον, καὶ πάλιν ἐρῶ, εἰ ἐτετελευτήκει ὁ Χριστὸς, καὶ οὐκ ἀνέστη, ἔδει καὶ τὰ σημεῖα τελευτῆσαι καὶ ἀποσβεσθῆναι· νυνὶ δὲ οὐ μόνον οὐκ ἀπεσβέσθη, ἀλλὰ καὶ λαμπρότερα καὶ ἐνδοξότερα γέγονε μετὰ ταῦτα. Εἰ γὰρ μὴ ἀνέστη ὁ Χριστὸς, οὐκ ἂν ἕτεροι ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ τοιαῦτα σημεῖα ἐποίησαν. Ἡ αὐτὴ μὲν γὰρ δύναμις καὶ πρὸ τοῦ σταυροῦ καὶ μετὰ τὸν σταυρὸν ἐθαυματούργει· καὶ πρῶτον μὲν δι' ἑαυτοῦ, ὕστερον δὲ διὰ τῶν μαθητῶν· ἵνα δὲ σαφεστέρα καὶ ἐνδοξοτέρα γένηται τῆς ἀναστάσεως ἡ D ἀπόδειξις, μείζονα καὶ ὑψηλότερα μετὰ τὸν σταυρὸν ἐγένετο τὰ σημεῖα. Καὶ πόθεν δῆλον ὅτι σημεῖα γέγονε τότε; ὁ ἄπιστος ἐρεῖ. Πόθεν δὲ καὶ δῆλον ὅτι ἐσταυρώθη ὁ Χριστός; Ἀπὸ τῶν θείων Γραφῶν, φησί. Καὶ γὰρ ὅτι σημεῖα γέγονε τότε καὶ ὅτι ἐσταυρώθη ὁ Χριστὸς, ἀπὸ τῶν ἁγίων Γραφῶν δῆλον. Ἐκεῖναι μὲν γὰρ καὶ ταῦτα κἀκεῖνα λέγουσιν. Εἰ δὲ λέγει ὁ ὑπεναντίος, ὅτι οὐκ ἐποίησαν σημεῖα οἱ ἀπόστολοι, μειζόνως αὐτῶν δεικνύεις τὴν δύναμιν καὶ τὴν θείαν χάριν, ὅτι χωρὶς σημείων τοσαύτην οἰκουμένην ἐπε- E σπάσαντο πρὸς θεοσέβειαν. Τοῦτο γὰρ μέγιστον σημεῖον καὶ παράδοξον θαῦμα, ὅταν οἱ πτωχοὶ, καὶ

opus fuit. Alioqui enim si, cum obiisset Christus, morte præpeditus mansisset, et sepultus, neque resurrexisset, ut aiunt Judæi, neque in cælum ascendisset, non solum majora postea fieri miracula post crucem non oportuisset, verum etiam ea quæ prius facta fuerant, opus fuisset exstingui. Hic mihi diligenter attendite: indubitatæ quippe resurrectionis demonstrationem continent hæc quæ dicimus: quamobrem eadem rursus eloquar. Signa fecit antea Christus, mortuos suscitavit, leprosos mundavit, dæmones ejecit, crucifixus est deinde, atque, ut dicunt scelesti Judæi, non resurrexit a mortuis. Quid igitur illis dicemus? Hoc nimirum, Si non resurrexit, quomodo postea in nomine ipsius majora facta sunt signa? Nullus enim ex vivis cum obiisset, majora post obitum signa fecit: at hic majora et modo et natura fuerunt quæ consequuta sunt miracula. Siquidem natura fuere majora, cum Christi umbra numquam mortuos suscitarit: at apostolorum umbra talia multa perfecit. Modo vero majora fuere signa, quod tum quidem ipse imperans miracula ederet: post passionem autem servi ejus augusto et sancto ejus nomine adhibito majora et sublimiora peragerent, ut amplius et gloriosius virtus ipsius effulgeret. Multo quippe majus fuit alterum nomen ipsius usurpantem talia miracula patrare, quam ipsum imperantem. Vides et natura et modo majora fuisse apostolorum signa, dilectissime, quæ Christi resurrectionem sequuta sunt? Itaque resurrectionis indubitata est demonstratio. Nam ut ante dixi, et iterum dicam, si mortem obiisset Christus, et non resurrexisset, signa etiam interire oportuisset ac deleri: jam vero non modo deleta non sunt, sed et illustriora deinde atque celebriora sunt facta. Si enim Christus non resurrexisset, numquam alii ejus in nomine talia signa fecissent. Eadem quippe virtus et ante passionem et post passionem edebat miracula: ac primum quidem per se, deinde vero per discipulos: ut autem evidentior et gloriosior fieret resurrectionis probatio, majora post crucem fiebant, et sublimiora prodigia. Unde vero constat, dicet infidelis, edita tum fuisse signa? Unde, quæso, crucifixum Christum fuisse constat? Ex sacris Literis, inquam. Nam et signa tum fuisse facta et crucifixum fuisse Christum ex sacris Literis constat. Illæ enim et hæc et illa narrant. Quod si tu noster adversarius dicas

Cur post Passionem miracula majora.

[a] Colb. καὶ ὡς Ἕλληνες λέγουσι

apostolos signa non fecisse, majorem ipsorum ostendis virtutem, et gratiam divinam, quod absque signis tantum orbem terrarum potuerint ad pietatem traducere. Hoc enim maximum est et inusitatum miraculum, cum pauperes atque mendici, abjecti, illiterati, imperiti, viles, et numero duodecim tot urbes, gentes, populos, reges, tyrannos, philosophos, oratores, et totam propemodum terram absque signis potuerint ad se pertrahere. An vero cupis etiam nunc fieri signa cernere? Tibi ego illa et majora prioribus ostendam, non unum mortuum suscitatum, non visum uni cæco restitutum, sed discussas erroris tenebras, quæ totam terram occupaverant: non leprosum unum mundatum, sed tot gentes, quæ peccati lepram absterserunt, ac per lavacrum regenerationis mundatæ sunt. Quod signum majus his quæris, mi homo, cum tantam et tam repente factam mutationem conspicias?

πένητες, καὶ εὐκαταφρόνητοι, καὶ ἀγράμματοι, καὶ ἰδιῶται, καὶ εὐτελεῖς, καὶ δώδεκα τὸν ἀριθμὸν, πόλεις τοσαύτας, καὶ ἔθνη, καὶ δήμους, καὶ βασιλεῖς, καὶ τυράννους, καὶ φιλοσόφους, καὶ ῥήτορας, καὶ πᾶσαν, ὡς εἰπεῖν, τὴν γῆν χωρὶς σημείων φαίνωνται πρὸς ἑαυτοὺς ἑλκύσαντες. Βούλει δὲ καὶ νῦν σημεῖα γινόμενα ἰδεῖν; Ἐγώ σοι δείξω καὶ μείζονα τῶν προτέρων, οὐχ ἕνα νεκρὸν ἐγειρόμενον, οὐχ ἕνα τυφλὸν
93 ἀναβλέποντα, ἀλλὰ πᾶσαν τὴν γῆν τὸ σκότος τῆς
A πλάνης ἀποθεμένην· οὐχ ἕνα λεπρὸν καθαιρόμενον, ἀλλ' ἔθνη τοσαῦτα τὴν λέπραν τῆς ἁμαρτίας [a] ἀποσμήξαντα καὶ διὰ τοῦ λουτροῦ παλιγγενεσίας καθαρθέντα. Τί τούτων τῶν σημείων μεῖζον ἐπιζητεῖς, ἄνθρωπε, ἀθρόον τοσαύτην τῆς οἰκουμένης μεταβολὴν ὁρῶν γεγενημένην;

8. Vin' tu intelligere, quo tandem pacto visum universo terrarum orbi restituerit Christus? Antea lignum et lapidem non existimabant homines lignum et lapidem esse, verum res sensus expertes deos vocabant, adeo excæcati erant: jam vero quid lignum sit, quidve lapis noverunt; quid sit Deus crediderunt. Sola quippe fide immortalis ac beata illa natura spectatur. Visne aliud quoque resurrectionis signum intueri? Ex ipsa discipulorum mente sumtum illud quoque majus videbis post resurrectionem affulsisse. Siquidem in confesso est apud omnes eum, qui erga viventem hominem benevole sit affectus, ipso mortuo fortasse ne quidem ejus meminisse: qui vero male affectus sit erga illum, dum viveret, et superstitem deseruerit, multo magis immemorem defuncti futurum. Quo fit, ut nemo qui amicum magistrumve superstitem reliquerit ac deseruerit, vita functum plurimi faciat, ac tum præcipue, cum propter exhibitam in eum benevolentiam mille pericula sibi viderit imminere. Ecce tamen illud quod nulli accidit, in Christo et discipulis evenit, et qui viventem illum negaverant ac deseruerant, et comprehensum reliquerant, et aufugerant, post innumera illa opprobria, et crucem, tanti eum fecerunt, ut pro ipsius confessione ac fide animas etiam suas exponerent. Enimvero si mortuus fuisset Christus, neque resurrexisset, qui fieri potuisset, ut qui, dum superstes esset, ob periculum imminens fugerant,

Fide sola cernitur Deus.

Βούλει μαθεῖν πῶς ἀναβλέψαι τὴν οἰκουμένην ἐποίησεν ὁ Χριστός; Τὸ πρότερον τὸ ξύλον καὶ τὸν λίθον οὐκ ἐνόμιζον εἶναι ξύλον καὶ λίθον οἱ ἄνθρωποι, ἀλλὰ θεοὺς ἐκάλουν τὰ ἀναίσθητα, οὕτως ἦσαν ἀποτετυφλωμένοι· νυνὶ δὲ εἶδον τί ξύλον, τί λίθος· ἐπίστευσαν τί Θεός. Πίστει γὰρ μόνῃ θεωρεῖται ἡ ἀνώλεθρος καὶ μακαρία φύσις ἐκείνη. Βούλει δὲ καὶ ἕτερον
B ἀναστάσεως ἰδεῖν σημεῖον; Ἀπὸ τῆς τῶν μαθητῶν γνώμης ὄψει καὶ τοῦτο μεῖζον γινόμενον μετὰ τὴν ἀνάστασιν. Καὶ γὰρ παρὰ πᾶσιν ὡμολόγηται, ὅτι ὁ μὲν περὶ ζῶντα ἄνθρωπον εὐνοϊκῶς διακείμενος καὶ ἀποθανόντος ἴσως οὐδὲ μέμνηται· ὁ δὲ περὶ ζῶντα ἀγνωμόνως διατεθεὶς καὶ ἐγκαταλιπὼν περιόντα, πολλῷ μᾶλλον ἀποθανόντος ἐπιλήσεται. Ὅθεν οὐδεὶς τῶν ἀνθρώπων τὸν φίλον καὶ τὸν διδάσκαλον ἀφεὶς ζῶντα καὶ ἐγκαταλιπὼν, τελευτήσαντα περὶ πολλοῦ ποιεῖται, καὶ μάλιστα ὅταν κινδύνους μυρίους αὐτῷ προκειμένους ἀπὸ τῆς περὶ ἐκεῖνον σπουδῆς βλέπῃ. Ἀλλ' ἰδοὺ τοῦτο τὸ ἐπὶ μηδενὸς συμβαῖνον, ἐπὶ τοῦ
C Χριστοῦ καὶ τῶν ἀποστόλων ἐγένετο, καὶ οἱ ζῶντα αὐτὸν ἀρνησάμενοι καὶ ἐγκαταλιπόντες, καὶ συλληφθέντα ἀφέντες, καὶ ἀποπηδήσαντες, μετὰ μυρία ἐκεῖνα ὀνείδη καὶ τὸν σταυρὸν, οὕτω περὶ πολλοῦ πεποίηνται, ὡς καὶ τὰς ψυχὰς ἐπιδοῦναι τὰς ἑαυτῶν ὑπὲρ τῆς εἰς αὐτὸν ὁμολογίας καὶ πίστεως. Καίτοι γε εἰ καὶ * οὐ τετελευτήκει Χριστὸς καὶ οὐκ ἀνέστη, πῶς εἶχε λόγον τοὺς ἡνίκα ἔζη φυγόντας διὰ τὸν ἐπικείμενον κίνδυνον, ἡνίκα ἐτελεύτησε μυρίοις ἑαυτοὺς δι' ἐκεῖνον περιβάλλειν κινδύνοις; Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι πάντες ἔφυγον, Πέτρος δὲ καὶ ἠρνήσατο μεθ' ὅρκου

[a] Colb. ἀποσμηξόμενα.

* [Delendum videtur οὐ, quod Interpres non agnoscit. Emend. Ven.]

τρίτον, καὶ ὁ μεθ' ὅρκου τρίτον αὐτὸν ἀρνησάμενος καὶ θεραπαινιδίου φόβον εὐτελοῦς δείσας, ἐπειδὴ ἐτελεύτησε, βουλόμενος ἡμᾶς πεῖσαι διὰ τῶν πραγμάτων αὐτῶν, ὅτι εἶδεν αὐτὸν ἀναστάντα, οὕτως ἀθρόον μετεβάλλετο ὡς ὁλοκλήρου καταγελάσαι δήμου, καὶ εἰς μέσον τῶν Ἰουδαίων τὸ θέατρον εἰσπηδῆσαι καὶ εἰπεῖν, ὅτι ὁ σταυρωθεὶς καὶ ταφεὶς ἀνέστη ἐκ νεκρῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀνέβη, καὶ μηδὲν αὐτὸν ὑποδεῖσθαι δεινόν. Πόθεν οὖν τὸ θαῤῥεῖν αὐτῷ ἐγένετο; Πόθεν ἄλλοθεν, ἀλλ' ἢ ἀπὸ τῆς πληροφορίας τῆς κατὰ τὴν ἀνάστασιν; Ἐπειδὴ γὰρ εἶδεν αὐτὸν, καὶ διελέχθη, καὶ περὶ τῶν μελλόντων ἤκουσε, διὰ τοῦτο ὡς ὑπὲρ ζῶντος κινδυνεύων λοιπὸν, οὕτως ἁπάντων κατετόλμησε τῶν δεινῶν, ἅτε δὴ καὶ πλείονα λαβὼν δύναμιν καὶ μεῖζον [b] τὸ θάρσος ὡς ὑπὲρ αὐτοῦ ἀποθανεῖν, καὶ τῷ σταυρῷ κατὰ κεφαλῆς προσομιλῆσαι. Ὅταν τοίνυν ἴδῃς καὶ σημεῖα μείζονα γινόμενα, καὶ τοὺς μαθητὰς πλείονα κεκτημένους εὔνοιαν περὶ αὐτὸν τοὺς πρότερον ἐγκαταλιπόντας αὐτὸν, καὶ παῤῥησίαν μείζονα ἐπιδεικνυμένους, καὶ πανταχόθεν λαμπροτέραν γινομένην τῶν πραγμάτων τὴν μεταβολὴν, καὶ ἐπὶ τὸ πεπαῤῥησιασμένον καὶ φαιδρὸν προελθόντα ἅπαντα, μάνθανε δι' αὐτῆς τῶν πραγμάτων τῆς πείρας, ὅτι οὐ μέχρι θανάτου τὰ κατὰ τὸν Χριστὸν ἔμεινεν, ἀλλὰ ἀνάστασις αὐτὸν διεδέξατο, καὶ ζῇ καὶ μένει διηνεκῶς ὁ σταυρωθεὶς Θεὸς ἀναλλοίωτος. Οὐ γὰρ ἂν εἰ μὴ ἀνέστη καὶ ἔζη, μείζονα μετὰ ταῦτα σημεῖα εἰργάσαντο οἱ μαθηταὶ τῶν πρὸ τοῦ σταυροῦ γινομένων. Τότε μὲν γὰρ αὐτὸν καὶ οἱ μαθηταὶ ἐγκατέλιπον· νυνὶ δὲ αὐτῷ καὶ ἡ οἰκουμένη προστρέχει ἅπασα, καὶ οὐχὶ Πέτρος μόνον, ἀλλὰ καὶ ἕτεροι μυρίοι, καὶ πολλῷ πλέον μετὰ Πέτρον τῶν οὐχ ἑωρακότων αὐτὸν τὰς ψυχὰς ἐπέδωκαν τὰς ἑαυτῶν ὑπὲρ ἐκείνου, καὶ τὰς κεφαλὰς ἀπετμήθησαν, καὶ μυρία ἔπαθον δεινὰ, ὥστε τὴν εἰς αὐτὸν ὁμολογίαν ὑγιῆ καὶ ἀκέραιον ἔχοντας ἀπελθεῖν. Πῶς οὖν ὁ νεκρὸς καὶ ἐν τῷ τάφῳ μένων, ὡς σὺ λέγεις, ὦ Ἰουδαῖε, τοσαύτην καὶ ἐν τοῖς μετ' ἐκείνους ἅπασιν ἐπεδείξατο τὴν ἰσχὺν καὶ τὴν δύναμιν, πείθων αὐτοὺς αὐτὸν μόνον προσκυνεῖν, καὶ πάντα αἱρεῖσθαι ὑπομεῖναι καὶ πάσχειν ὑπὲρ τοῦ μὴ τὴν πίστιν ἀπολέσαι τὴν εἰς αὐτόν; Ὁρᾷς διὰ πάντων σαφῆ τῆς ἀναστάσεως τὴν ὑπόδειξιν, διὰ τῶν σημείων τῶν τότε, τῶν νῦν, διὰ τῆς εὐνοίας τῶν μαθητῶν τῶν τότε, τῶν νῦν, διὰ τῶν κινδύνων ἐν οἷς διετέλεσαν οἱ πιστεύσαντες; Βούλει καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἰδεῖν πεφοβημένους αὐτοῦ τὴν ἰσχὺν καὶ τὴν δύναμιν, καὶ πολλῷ μᾶλλον μετὰ τὸν σταυρὸν ἀγωνιῶντας; Ἄκουε καὶ περὶ τούτων συνετῶς. Θεωροῦντες γὰρ, φησὶν, οἱ Ἰουδαῖοι τὴν τοῦ Πέτρου παῤῥησίαν καὶ Ἰωάννου, καὶ κατα-

D eo jam vita functo, propter illum mille periculis seipsos objicerent? Ac cæteri quidem omnes fugerunt, Petrus vero etiam cum juramento ter illum negavit, et qui ter illum cum juramento negaverat, et vilis ancillulæ fuerat timore perculsus, posteaquam obierat, nobis rebus ipsis volens fidem facere se suscitatum illum a mortuis vidisse, sic repente mutatus est, ut integrum populum aspernaretur, et in medium Judæorum theatrum prosiliret, diceretque illum qui crucifixus fuerat ac sepultus, a mortuis die tertia E surrexisse atque in cælos ascendisse, neque se mali quidquam reformidare. Unde igitur factum erat, ut adeo confidens esset? Non aliunde sane, quam ex eo quod de resurrectione certior factus esset. Cum enim illum vidisset, atque alloquutus esset, deque rebus futuris verba facientem audisset, hac de causa tanquam in gratiam hominis 94 A jam viventis periculum adiret, ita se malis omnibus objiciebat, utpote qui majori virtute corroboratus esset confidentiaque majori: sic ut pro ipso mortem oppeteret, et cruci capite in terram verso affigeretur. Cum ergo majora fieri signa videris, et discipulos majori cum benevolentia esse complexos, qui prius eum deseruerant, et majorem fiduciam præ se ferre, omni ex parte illustriorem rerum factam esse mutationem, omniaque tutiori ac jucundiori esse in statu collocata, tum ipso rerum experimento cognosce, res Christi non esse mortis finibus circumclusas, sed B resurrectionem illi successisse, ac vivere, superstitemque perpetuo crucifixum manere Deum immutabilem, immortalem. Neque enim discipuli, nisi resurrexisset ac viveret, majora postea miracula patrassent, quam quæ crucem præcesserant. Nam tum temporis etiam discipuli reliquerunt eum: jam vero totus ad illum orbis terrarum accurrit, neque Petrus solum, sed et mille alii, ac multo plures post Petrum, ex illis qui illum minime viderunt, animas pro illo suas exposuerunt, capite truncati sunt, et innumera sunt mala perpessi, ut integra C et illæsa ipsius confessione possent ex hac vita discedere. Quomodo ergo is qui mortuus erat et sepulcro conclusus, ut tu dicis, o Judæe, in omnibus qui sequuti sunt illos tantam vim exhibuit tantamque virtutem, ut eis persuaderet, solum illum ut adorarent, omniaque sustinere ac perpeti mallent, quam suam in illum fidem amittere? Vides in omnibus certam resurrectionis

Petrus quomodo crucifixus fuerit.

[b] Colb. τὸ θάρσος· οὐκ ἂν δὲ πλείονα δύναμιν ἔλαβεν παρὰ τοῦ νεκροῦ καὶ μένοντος ἐν τῷ θανάτῳ· ὅταν οὖν ἴδῃς.

comprobationem elucere, cum ex signis quæ tum facta sunt, quæque nunc fiunt, tum ex discipulorum benevolentia, qui tum vivebant, et qui nunc vivunt, tum ex periculis in quibus semper fideles versabantur? Visne etiamnum hostes cernere potentiam ac virtutem ejus pertimescere, ac multo amplius post crucem æstuare? Audi
Act. 4. 13. sane prudenter, quid de his scriptum sit. *Cum enim viderent,* inquit Scriptura, *Judæi Petri in loquendo libertatem, et Joannis, atque animadverterent homines illos literarum rudes et imperitos esse, mirabantur,* et metuebant non quod literas nescirent, sed quod cum
Ibid. v. 14. illiterati essent omnes sapientes vincerent, *Cumque hominem cernerent, qui sanatus erat, nihil poterant contradicere,* tametsi antea contradicebant cum signa fieri viderent. Cur igitur tum minime contradicebant? Cohibebat illorum linguam virtus invisibilis crucifixi: ille os eorum obturabat, ille libertatem in dicendo compescebat: propterea stabant, neque poterant contradicere. Cum autem verba etiam protulerunt, vide
Act. 5. 28. quo pacto metum suum fateantur. *Vultis,* inquiunt, *inducere super nos sanguinem hominis istius?* At enim si nudus homo est, cur ejus sanguinem pertimescis? quam multos prophetas occidisti, quam multos justos jugulasti, Judæe, nec ullius illorum sanguinem reformidasti? cur igitur hic reformidas? Vere conscientiam terrebat illorum crucifixus, suamque formidinem cum occultare non possent, vel etiam inviti suam coram inimicis imbecillitatem fatentur. Ac dum illum quidem crucifigerent, clamabant dicentes,
Matth. 27. 25. *Sanguis ejus super nos, et super filios nostros;* adeo sanguinem ejus spernebant. Post passionem autem cum effulgentem illius virtutem intuentur, pertimescunt et æstuant, dicuntque: *Vultis inducere sanguinem hominis istius super nos?* At enim si seductor erat, et adversarius Dei, prout dicitis, scelesti Judæi, quam ob causam sanguinem ipsius timetis? Etenim si talis erat, illius etiam fuerat cæde gloriandum. Sed quoniam talis non erat, idcirco tremunt.

λαβόμενοι, ὅτι ἄνθρωποι ἀγράμματοί εἰσι καὶ ἰδιῶται, ἐθαύμαζον, καὶ ἠγωνίων, οὐχ ἐπειδὴ ἀγράμματοι ἦσαν, ἀλλ' ἐπειδὴ ἀγράμματοι ὄντες πάντων τῶν σοφῶν περιεγένοντο, καὶ Τὸν ἄνθρωπον σὺν αὐτοῖς
D ὁρῶντες τὸν τεθεραπευμένον, οὐδὲν εἶχον ἀντειπεῖν· καίτοι γε πρὸ τούτου ἀντέλεγον σημεῖα ὁρῶντες γινόμενα. Πῶς οὖν τότε οὐκ ἀντεῖπον; Ἀπέστησεν αὐτῶν τὴν γλῶτταν ἡ ἀόρατος τοῦ σταυρωθέντος δύναμις· ἐκεῖνος τὸ στόμα αὐτῶν ἐνέφραξεν· ἐκεῖνος τὴν παῤῥησίαν κατέστειλε· διὰ τοῦτο καὶ εἱστήκεισαν μηδὲν ἔχοντες ἀντειπεῖν. Ὅταν δὲ καὶ ἐφθέγξαντο, ὅρα πῶς τὴν δειλίαν ὁμολογοῦσι τὴν ἑαυτῶν. Βούλεσθε, φησὶν, ἐπαγαγεῖν ἐφ' ἡμᾶς τὸ αἷμα τοῦ ἀνθρώπου τούτου; Καὶ μὴν, εἰ ἄνθρωπός ἐστι ψιλὸς, τί δέδοικας αὐτοῦ τὸ αἷμα; πόσους ἀνεῖλες προφήτας, πόσους ἔσφαξας δικαίους, ὦ Ἰουδαῖε, καὶ οὐδενὸς
E αὐτῶν τὸ αἷμα ἐφοβήθης; τίνος ἕνεκεν ἐνταῦθα φοβῇ; Κατέσεισεν αὐτῶν ὄντως τὸ συνειδὸς ὁ σταυρωθεὶς, καὶ τὴν ἀγωνίαν ἣν εἶχον κρύψαι μὴ δυνάμενοι, καὶ ἄκοντες ἐπὶ τῶν ἐχθρῶν ὁμολογοῦσι τὴν οἰκείαν ἀσθένειαν. Καὶ ὅτε μὲν ἐσταύρουν αὐτὸν ἐβόων λέγοντες, Τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν· οὕτω κατεφρόνουν τοῦ αἵματος αὐτοῦ. Μετὰ δὲ τὸν σταυρὸν ἰδόντες αὐτοῦ τὴν δύναμιν διαλάμπουσαν, φοβοῦνται καὶ ἀγωνιῶσι, καὶ λέγουσι· Βού-
95 A λεσθε ἐπαγαγεῖν ἐφ' ἡμᾶς τὸ αἷμα τοῦ ἀνθρώπου τούτου; Καίτοι γε εἰ πλάνος ἦν καὶ ἀντίθεος, καθὼς φατε, Ἰουδαῖοι παράνομοι, τίνος ἕνεκεν αὐτοῦ δεδοίκατε τὸ αἷμα; Καὶ γὰρ καὶ ἐγκαλλωπίζεσθαι ἔδει τῷ φόνῳ, εἰ τοιοῦτος ἦν. Ἀλλ' ἐπειδὴ τοιοῦτος οὐκ ἦν, διὰ τοῦτο τρέμουσιν.

9. Vides undique et inimicos æstuare ac timere? vides illorum anxietatem? Crucifixi quoque benignitatem cognosce. Siquidem illi
Matth. 27. 25. quidem dicebant: *Sanguis ejus super nos, et super filios nostros:* Christus autem non ita
Luc. 23. 34. fecit; verum supplicans Patri ait, *Pater, dimitte illis: non enim sciunt, quid faciunt.* Si enim super illos sanguis fuisset, et super filios illorum, nequaquam ex illorum filiis delecti essent apo-

Ὁρᾷς πανταχόθεν καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἀγωνιῶντας καὶ δεδοικότας; εἶδες αὐτῶν τὴν ἀγωνίαν; Μάθε καὶ τοῦ σταυρωθέντος τὴν φιλανθρωπίαν. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ἔλεγον· Τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν· ὁ δὲ Χριστὸς οὐκ ἐποίησεν οὕτως· ἀλλὰ πρὸς τὸν Πατέρα καθικετεύων λέγει, Πάτερ, ἄφες
B αὐτοῖς· οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσιν. Εἰ γὰρ ἐγένετο τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐπ' αὐτοὺς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα αὐτῶν, οὐκ ἂν ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῶν ἐγένοντο ἀπόστολοι·

οὐκ ἂν ὁμοῦ τρισχίλιοι ἐπίστευσαν, οὐκ ἂν πεντακισχίλιοι. Ὁρᾷς πῶς ἐκεῖνοι μὲν ὠμοὶ καὶ ἀπηνεῖς περὶ τὰ ἔκγονα αὐτῶν ὄντες καὶ τὴν φύσιν αὐτὴν ἠγνόησαν, ὁ δὲ Θεὸς πατέρων ἁπάντων φιλανθρωπότερος, καὶ μητέρων φιλοστοργότερος γέγονεν; Ἐγένετο μὲν γὰρ τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐπ' αὐτοὺς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα αὐτῶν· ἐπὶ τὰ τέκνα δὲ οὐχὶ πάντα, ἀλλ' ἐπ' ἐκεῖνα μόνον τὰ μιμησάμενα τὴν πατρικὴν ἀσέβειαν καὶ παρανομίαν, καὶ ὅσοι ἦσαν αὐτοῖς υἱοὶ οὐ κατὰ τὴν τῆς φύσεως διαδοχὴν, ἀλλὰ κατὰ τὴν τῆς προαιρέσεως μανίαν, οὗτοι μόνοι γεγόνασιν ὑπεύθυνοι C τῶν κακῶν. Σκόπει δέ μοι καὶ ἑτέρωθεν τὴν ἀγαθότητα καὶ φιλανθρωπίαν τοῦ Θεοῦ. Οὐ γὰρ εὐθέως ἐπήγαγεν ἐπ' αὐτοὺς τὴν κόλασιν καὶ τὴν τιμωρίαν, ἀλλὰ τεσσαράκοντα καὶ πλείονα ἔτη διέλιπε μετὰ τὸν σταυρόν. Αὐτὸς μὲν γὰρ ὁ Σωτὴρ ἐπὶ Τιβερίου ἐσταυρώθη· ἡ δὲ πόλις αὐτῶν ἐπὶ Οὐεσπασιανοῦ καὶ Τίτου ἑάλω. Τίνος οὖν ἕνεκεν τὸν μετὰ ταῦτα τοῦτον χρόνον διέλιπεν; Βουλόμενος αὐτοῖς δοῦναι καιρὸν μετανοίας, ὥστε ἀποδύσασθαι τὰ πεπλημμελημένα, ὥστε ἀποκρούσασθαι τὰ ἐγκλήματα. Ἐπειδὴ δὲ καὶ προθεσμίαν μετανοίας λαβόντες ἔμενον ἀνιάτως ἔχοντες, ἐπήγαγε λοιπὸν αὐτοῖς τὴν κόλασιν καὶ τὴν τι- D μωρίαν, καὶ τὴν πόλιν καθελὼν ἐξήγαγεν αὐτοὺς διασπείρας πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης, καὶ τοῦτο διὰ φιλανθρωπίαν ποιῶν. Διέσπειρε γὰρ αὐτοὺς, ἵνα πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης προσκυνούμενον ἴδωσι τὸν ὑπ' αὐτῶν σταυρωθέντα Χριστὸν, ἵνα ὁρῶντες αὐτὸν προσκυνούμενον ὑπὸ πάντων, καὶ μαθόντες αὐτοῦ τὴν δύναμιν, ἐπιγνῶσι τῆς οἰκείας ἀσεβείας τὴν ὑπερβολὴν, καὶ ἐπιγνόντες ἐπανέλθωσι πρὸς τὴν ἀλήθειαν. Καὶ λοιπὸν ἡ αἰχμαλωσία αὐτοῖς διδασκαλία ἐγίνετο, καὶ ἡ τιμωρία νουθεσία· εἰ γὰρ ἔμενον ἐπὶ τῆς Ἰουδαίας γῆς, οὐκ ἂν ἔγνωσαν τῶν προφητῶν τὴν ἀλήθειαν. Τί γὰρ καὶ ἔλεγον οἱ προφῆται; Αἴτησαι παρ' E ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς. Ἔδει τοίνυν αὐτοὺς ἐξελθεῖν εἰς τὰ πέρατα τῆς γῆς, ἵνα ἴδωσιν οἰκείοις ὀφθαλμοῖς, ὅτι καὶ τὰ πέρατα τῆς γῆς κατέχει ὁ Χριστός. Πάλιν οὖν ἕτερος προφήτης λέγει· Καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ ἕκαστος ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ. Ἔδει τοίνυν αὐτοὺς εἰς ἅπαντα διασπαρῆναι τόπον τῆς γῆς, ἵνα ἴδωσιν οἰκείοις ὄμμασιν ἕκαστον ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ προσκυνοῦντα αὐτόν. Πάλιν ἄλλος εἶπε· Πλησθήσεται ἡ γῆ τοῦ γνῶναι τὸν Κύριον, 96 ὡς ὕδωρ πολὺ κατακαλύψαι θαλάσσας. Ἔδει τοίνυν A αὐτοὺς εἰς ἅπασαν τὴν γῆν ἀπελθεῖν, ὥστε ἰδεῖν αὐτὴν πεπληρωμένην τοῦ γνῶναι τὸν Κύριον, καὶ τὰς θαλάσσας, τουτέστι τὰς πνευματικὰς ταύτας Ἐκκλησίας, τῆς θεοσεβείας μεμεστωμένας. Διὰ ταῦτα διέσπειρεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς πανταχοῦ τῆς γῆς· εἰ γὰρ ἐν Ἰουδαίᾳ ἐκάθηντο, ταῦτα ἂν ἠγνόησαν. Λοιπὸν

stoli: nequaquam ter mille simul credidissent, neque quinquies mille. Vides ut illi quidem crudeles ac sævi cum in suos liberos essent, ipsam etiam naturam abnegarint, Deus autem patres omnes superaverit benignitate, ac filios majori quam matres fuerit amore complexus? Sanguis enim ejus super illos et super illorum filios fuit; super filios vero non omnes, sed super illos tantum, qui paternam impietatem et iniquitatem imitati sunt, et quotquot illis filii fuerunt non secundum naturæ successionem, sed secundum voluntatis insaniam, hi soli malis facti sunt obnoxii. Tu vero mihi bonitatem ac benignitatem Dei aliunde quoque considera. Non enim statim illis supplicium ac pœnam intulit, sed quadraginta et plures elabi post passionem annos sivit. Siquidem Salvator ipse Tiberio imperante cruci affixus est: at illorum civitas imperantibus Vespasiano ac Tito capta est. Cur igitur consequens tempus omisit? Voluit illis spatium ad pœnitentiam agendam præbere, ut peccata deponerent, ut crimina a se depellerent. Postquam autem temporis spatium ad pœnitentiam præstitutum habentes immedicabili se laborare morbo præ se tulerunt, tum demum supplicium illis ac pœnam intulit, et eversa illorum urbe per universum orbem terrarum eductos illos dispersit. Atque hoc benignitatis ejus opus fuit. Siquidem illos dispersit, ut Christum, quem cruci affixerant, ubique terrarum cernerent adorari, ut cum ab omnibus adoratum illum cernerent, ejusque virtutem perciperent, summam suam impietatem agnoscerent, eaque cognita ad veritatem redirent. Atque ipsa captivitas illis deinde doctrinæ, ac supplicium admonitionis occasionem afferebat: si enim in regione Judææ remansissent, veraces fuisse prophetas non agnovissent. Quid enim prophetæ dicebant? *Postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ.* Itaque illos egredi oportuit ad terræ terminos, ut propriis oculis cernerent a Christo terræ terminos possideri. Rursus alius propheta dicit: *Et adorabunt eum singuli e loco suo.* Ergo illos per omnia terræ loca dispergi oportuit, ut unumquemque adorare illum propriis oculis cernerent. Rursus alius dixit: *Replebitur terra, ut cognoscat Dominum, sicut aqua multa ad operiendum maria.* In omnem igitur terram abire illos oportuit, ut repletam illam cognitione Domini viderent, et maria, hoc est spirituales istas Ecclesias, pietate redundantia. Propterea ubique terrarum dispersit

Jerusalem quando excisa.

Psal. 2. 8.

Soph. 2, 11.

Hab. 2, 14.

illos Deus : si enim in Judæa resedissent, hæc ignorassent. Jam vero prophetas veraces esse, atque ipsum virtute pollere suorum oculorum experimento vult ipsos cognoscere : ut, si quidem probi gratique fuerint, ad veritatem per ista de- B ducantur : sin autem in impietate perseverent, nullam habeant in tremenda die judicii excusationem. Propterea per universum orbem terrarum illos dispersit, ut et nos quidpiam inde lucri decerpamus, hoc est, dum prolatas illas de illorum dispersione prædictiones, deque Jero-
Dan. 9. 27. solymorum eversione cernimus, quas et Daniel, dum abominationis desolationis mentionem facit,
Mal. 1. 10. et Malachias dum ait : *Quia et in vobis claudentur januæ*, et David, et Isaias, et alii prophetæ multi de his prædixerunt, ut videntes eos C qui Dominum tot injuriis affecerant, ita fuisse punitos, patria libertate privatos et suis omnibus legibus ac paternis traditionibus, virtutem ejus agnoscamus, quæ illa prædixit atque perfecit, atque inimici quidem ex nostris bonis potentiam illius intelligant, nos autem ex supplicio de illis sumto immensam ejus benignitatem ac potentiam agnoscamus, nec umquam illum glorificare desinamus, ut et sempiterna atque ineffabilia bona consequamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri gloria, una cum sancto et vivifico Spiritu, honor et imperium, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

βούλεται αὐτοὺς καὶ τῆς τῶν προφητῶν ἀληθείας καὶ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως αὐταῖς ὄψεσι τὴν πεῖραν λαβεῖν· ἵνα ἐὰν μὲν εὐγνωμονῶσι, διὰ τούτων χειραγωγηθῶσι πρὸς τὴν ἀλήθειαν· ἂν δὲ ἐπιμένωσι τῇ ἀσεβείᾳ, μηδεμίαν ἔχωσιν ἀπολογίαν ἐν τῇ φοβερᾷ τῆς κρίσεως ἡμέρᾳ. Διὰ τοῦτο διέσπειρεν αὐτοὺς πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης, ἵνα καὶ ἡμεῖς ἐκ τούτου κερδάνωμέν τι, τουτέστιν ἐκείνας τὰς προῤῥήσεις ὁρῶντες τὰς περὶ τῆς διασπορᾶς αὐτῶν εἰρημένας, τὰς περὶ τῆς ἁλώσεως τῶν Ἱεροσολύμων, ἃς καὶ ὁ Δανιὴλ τοῦ βδελύγματος τῆς ἐρημώσεως μνησθεὶς, καὶ ὁ Μαλαχίας εἰπὼν, Ὅτι καὶ ἐν ὑμῖν συγκλεισθήσονται πύλαι, καὶ ὁ Δαυὶδ καὶ ὁ Ἡσαΐας καὶ ἕτεροι πολλοὶ προφῆται περὶ τούτων προανεφώνησαν, ἵνα ὁρῶντες τοὺς περὶ τὸν Δεσπότην ἀγνώμονας γεγενημένους οὕτω κολαζομένους, ἐκπεπτωκότας τῆς ἐλευθερίας τῆς πατρικῆς καὶ τῶν οἰκείων ἁπάντων θεσμῶν τε καὶ πατρικῶν παραδόσεων, μάθωμεν αὐτοῦ τὴν δύναμιν τὴν προειποῦσαν αὐτὰ καὶ ἐργασαμένην, καὶ οἱ μὲν ἐχθροὶ διὰ τῶν ἡμετέρων ἀγαθῶν ἴδωσιν αὐτοῦ τὴν ἰσχύν· ἡμεῖς δὲ διὰ τῶν εἰς ἐκείνους τιμωριῶν μάθωμεν αὐτοῦ τὴν ἄφατον φιλανθρωπίαν καὶ δύναμιν, καὶ διὰ παντὸς δοξάζοντες αὐτὸν διατελῶμεν, ὅπως καὶ τῶν αἰωνίων καὶ ἀποῤῥήτων ἀγαθῶν ἐπιτύχωμεν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι τιμὴ καὶ κράτος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

MONITUM

AD HOMILIAM IN ILLUD,

SAULUS AUTEM ADHUC SPIRANS MINAS ET CÆDEM,

ET IN RELIQUAS DE MUTATIONE NOMINUM.

Hæc concionatus est Chrysostomus post quartam habitam in inscriptionem Actorum homiliam. Id vero liquet ex iis quæ num. 5 dicuntur : ubi etiam hujus concionis argumentum declaratur his verbis : *Totum igitur debitum inscriptionis vobis persolvimus, inscriptionis, inquam, Actorum apostolicorum : ut igitur initium libri attingeremus, ordo exigebat, ac doceremus, quid hoc sibi velit :* Primum quidem sermonem fecimus de omnibus, o Theophile, quæ cœpit Jesus facere ac docere. *Verumtamen non sinit Paulus, ut hanc seriem ordinis sequar, sed ad se suaque recte facta linguam nostram invitat. Cupio namque videre illum introductum Damascum, non ferrea catena, sed Dominica voce vinctum.* Hic vides post Homilias in principium Actorum institutam concionem : vides

[illegible] ejus argumentum. Habitam item hanc de qua nunc agimus, antequam tempus paschale [illegible]-tur, aperte narrat num. 4 : *Nam si, dum solam vobis*, ait, *inscriptionem legimus et enarramus*, 97
dimidium solennitatis consumsimus, si ab exordio initio facto in ipsum libri pelagus orationem immittere cœpissemus, quantum, quæso, temporis impendissemus, ut ad illas de Paulo narrationes perveniremus? Et postea numero quinto non obscure significat illam homiliam, quæ nulla intermedia præcesserat, esse quartam in principium Actorum, in qua quæritur cur Acta Apostolorum in Pentecoste legantur. Hic namque sanctus doctor talia fatur : *Nonne in priore vobis collecta dicebam ea miracula, quæ crucem sequuta sunt, iis majora quæ ipsam præcesserant exstitisse? Nonne id ostendi vobis et ex miraculis et ex discipulorum benevolentia ; et quo pacto antea quidem Christus imperans mortuos suscitabat, postea vero servorum ejus umbra idipsum præstabat*, etc. quæ omnia diserte narrantur in illa quarta Homilia in principium Actorum num. 7. Hæc igitur homilia quartam illam in principium Actorum procul dubio sequitur. Qui vero fuerint illi πρόεδροι qui tum in hac, tum in sequenti homilia memorantur, in Vita Chrysostomi ad calcem operum adornanda disquiretur.

Die insequente post habitam Homiliam in illud, *Paulus autem adhuc spirans minarum*, etc. illam concionem habuit, quæ inscribitur *De nominum mutatione*. Quod argumentum ille in fine præcedentis homiliæ cœperat, hac proposita quæstione, cur Paulo, cur Petro, cur aliis in Veteri Testamento mutatum nomen fuerit. Id enim ipse narrat num. 2. *Neque enim*, ait, *de rebus trivialibus quæstionem habemus hodie, sed de re, quæ cœpit quidem hesterno die proponi, non potuit autem solutio quæstionis afferri, propter eorum multitudinem, quæ fuerant in medium prolata. Quid illud porro est? De nominum impositione quæstio erat, quæ Deus sanctis imposuit.* Et quibusdam interpositis : *Pauli præclara facinora narrare cupiebamus, jamque historiæ attigeramus exordium ; et his verbis conceptum initium narrationis invenimus* : Saulus autem adhuc spirans minas et cædem in discipulos Domini. *Continuo turbavit nos immutatio nominis*, et cætera de nominum mutatione, quæ pluribus ille prosequitur; ita ut hæc homilia sit ceu complementum præcedentis.

Hanc homiliam sequutus est sermo ille, qui post Homilias in Genesim nonus numeratur : ubi duæ illæ, de quibus jamjam egimus, homiliæ diserte memorantur, et de mutatione nominis Abrahæ, deque aliorum nominum propriorum, quæ in Veteri Testamento sunt, significatione tractatur. In hoc sermone perinde atque in præcedentibus homiliis, longo proœmio usus est Chrysostomus. Hinc querelæ populi Antiocheni, hinc reprehensiones in Chrysostomum, ob nimiam nempe proœmiorum prolixitatem. Cujus querimoniæ occasione paucis elapsis diebus illam de ferendis reprehensionibus homiliam habuit, quam nos in serie Homiliarum de nominum mutatione ponimus; quia ipsa, licet in prius editis distracta et procul ab aliis posita, sese prodit hoc ordine ponendam esse, num. 3, his verbis : *De Paulo autem sermo nobis nuper erat, quando de nominibus disserebamus, quærebamusque cur aliquando Saulus, postea vero Paulus vocatus fuerit. Inde vero digressi sumus ad veterem historiam, omnesque qui nomina habuerant examinavimus.* Pergit etiam in hac concione, ac disquirit cur Paulo nomen mutatum sit, et cur non statim ab ejus conversione, sed non modico post illam tempore sit mutatum.

Hanc aliquanto interposito tempore excepit Homilia in illud, *Paulus vocatus*, in cujus medio idem ipsum tangit argumentum, et tres priores homilias commemorat, his verbis : *Num, si recordamini, tres integros dies de solo hoc nomine disseruisse me scitis, dum causas afferrem, ob quas cum Saulus antea vocaretur, Paulus deinde vocatus est, et quam ob rem non statim ad fidem conversus hanc appellationem accepit, sed ad multum tempus nomen retinuit, quod illi parentes imposuerant.* Quibus tres hasce priores de nominum mutatione homilias ita diserte commemorat, ut nulla supersit adversum suspicandi causa. Hæ porro quatuor homiliæ in prius editis misere distractæ, et ut ita dicam dissipatæ erant, ut non nisi ingenti labore posset earum series internosci, quemadmodum et præcedentes aliæ quatuor in Actorum inscriptionem ; quanto autem id lectorum dispendio acciderit, norunt ii, qui vel primoribus labris rem ecclesiasticam literariam attigerunt.

Primæ, secundæ et quartæ homiliæ interpretatio Latina est Frontonis Ducæi, tertiæ vero homiliæ novam paravimus, quia vetus illa incerti versio non accurata erat.

CUM LECTUS ESSET ILLE TEXTUS, Saulus autem adhuc spirans minas et cædem, *cum exspectarent omnes homiliam in principium cap. 9. Actorum habendam, et quod resurrectionis demonstratio sit Pauli vocatio.*

1. Hæccine sunt ferenda? hæccine sunt toleranda? Singulis diebus eorum numerus nobis imminuitur, qui collectis intersunt: et plena quidem est hominum civitas, at ecclesia est hominibus vacua: plenum quidem est forum, et theatra, et porticus: domus autem Dei deserta est: imo vero, si verum dicendum est, destituta est hominibus civitas, et plena hominum est ecclesia. Siquidem homines appellandi sunt, non qui in foro, sed vos qui in ecclesia versamini: non illi socordes, sed vos diligentes: non illi, qui res sæculares ad stuporem usque mirantur, sed vos qui spiritualia præfertis sæcularibus. Non enim si quis hominis corpus ac vocem habeat, idcirco est homo: sed si quis hominis animam et affectionem animæ habeat. Porro humanæ animæ tale nullum est judicium, quam si divinorum eloquiorum amore ducatur: quemadmodum belluinæ ac rationis expertis animæ signum et argumentum tale nullum est, ac si eloquia divina contemnat. Vin' tu intelligere, quam vere qui divini verbi expositionem audire negligunt, per hunc contemtum homines esse desinant, et ipsa sua nativa nobilitate se spolient? Non meum vobis sermonem proferam, sed propheticam vocem proferam, quæ sententiam meam confirmet, ut videatis eos qui spiritualium sermonum amantes non sunt, ne homines quidem esse posse; ut civitatem hominibus desertam nobis esse videatis. Nam Isaias qui sublimitate vocis aliis antecellit, qui mirabilium illarum spectator visionum fuit, cui concessum est, ut cum adhuc esset carne circumdatus, Seraphinos videret, qui mysticum illum concentum audivit, is cum in urbem Judæorum metropolim hominibus refertam ingressus esset, Jerosolyma nimirum, atque in medio foro constitisset, cum toto populo circumseptus esset, cum significare vellet non hominem esse, qui propheticos sermones non audiret, clamans dicebat, *Veni, et non erat ho-*

Homines non sunt, qui Dei verbum spernunt.

Isai. 50. 2.

98 A ΑΝΑΓΝΩΣΘΕΙΣΗΣ ΠΕΡΙΚΟΠΗΣ, ΣΑΥΛΟΣ δὲ ἔτι ἐμπνέων ἀπειλῆς καὶ φόνου, πάντων προσδοκώντων εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ θ'. τῶν Πράξεων τὴν ὁμιλίαν λεχθήσεσθαι, ὅτι ἀναστάσεως ἀπόδειξις ἡ Παύλου κλῆσις.

Ἆρα ταῦτα φορητά; ἆρα ταῦτα ἀνεκτά; Καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἡμῖν ἡ σύναξις πρὸς τὸ ἔλαττον συστέλλεται· καὶ μεστὴ μὲν ἡ πόλις ἀνθρώπων, κενὴ δὲ ἡ ἐκκλησία ἀνθρώπων· μεστὴ μὲν ἡ ἀγορὰ, καὶ θέατρα, καὶ περίπατος· ἔρημος δὲ ὁ τοῦ Θεοῦ οἶκος· B μᾶλλον δὲ, εἰ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν, ἔρημος μὲν ἡ πόλις ἀνθρώπων, μεστὴ δὲ ἡ ἐκκλησία ἀνθρώπων. Ἀνθρώπους γὰρ οὐ τοὺς ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς δεῖ καλεῖν, ἀλλὰ τοὺς ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας ὑμᾶς· οὐκ ἐκείνους τοὺς ῥαθυμοῦντας, ἀλλ' ὑμᾶς τοὺς σπουδάζοντας· οὐκ ἐκείνους τοὺς περὶ τὰ βιωτικὰ κεχηνότας, ἀλλ' ὑμᾶς τοὺς τὰ πνευματικὰ τῶν βιωτικῶν προτιμῶντας. Οὐ γὰρ, εἴ τις σῶμα ἀνθρώπου καὶ φωνὴν ἔχει, οὗτος ἄνθρωπος· ἀλλ' εἴ τις ψυχὴν ἀνθρώπου, καὶ διάθεσιν ἔχει C ψυχῆς. Ψυχῆς δὲ ἀνθρωπίνης οὐδὲν οὕτω τεκμήριον, ὡς τῶν θείων ἐρᾷν λογίων· ὥσπερ οὐδὲν οὕτω κτηνώδους καὶ ἀλόγου ψυχῆς δεῖγμα καὶ σημεῖον, ὡς τῶν θείων ὑπερορᾷν λογίων. Βούλει μαθεῖν, ὅτι οἱ θείας ἀκροάσεως ὑπερορῶντες, καὶ τὸ εἶναι ἄνθρωποι διὰ τῆς ὑπεροψίας ταύτης ἀπώλεσαν, καὶ τῆς εὐγενείας αὐτῆς ἐξέπεσαν; Οὐκ ἐμὸν ὑμῖν ἐρῶ λόγον, ἀλλὰ προφητικὴν ἐρῶ ῥῆσιν, τὴν ἐμὴν γνώμην κυροῦσαν, ἵν' ἴδητε ὅτι λόγων οὐκ ἐρῶντες πνευματικῶν, οὐδὲ ἄνθρωποι εἶναι δύνανται· ἵνα ἴδητε ὅτι ἔρημος ἡμῖν D ἐστιν ἡ πόλις ἀνθρώπων. Ὁ γὰρ μεγαλοφωνότατος Ἡσαΐας, ὁ τῶν παραδόξων ὄψεων θεωρὸς, ὁ τὰ Σεραφεὶμ ἰδεῖν καταξιωθεὶς ἔτι ὢν ἐν σαρκὶ, ὁ τοῦ μυστικοῦ μέλους ἐκείνου[a], οὗτος εἰς τὴν πόλιν τῶν Ἰουδαίων τὴν μητρόπολιν εἰσελθὼν τὴν πολυάνθρωπον, τὰ Ἱεροσόλυμα λέγω, ἐν μέσαις ταῖς ἀγοραῖς ἑστὼς, τοῦ δήμου παντὸς αὐτὸν περιεστῶτος, βουλόμενος δεῖξαι, ὅτι ὁ μὴ ἀκούων τῶν λόγων τῶν προφητικῶν, οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος, ἐβόα λέγων· Ἦλθον, καὶ οὐκ ἦν ἄνθρωπος· ἐκάλεσα, καὶ οὐκ ἦν ὑπακουσόμενος. E Καὶ ὅτι οὐ διὰ τὴν ἐρημίαν τῶν παρόντων, ἀλλὰ διὰ τὴν ῥαθυμίαν τῶν ἀκροωμένων τοῦτο εἶπεν, εἰπὼν, Ἦλθον, καὶ οὐκ ἦν ἄνθρωπος, ἐπήγαγε, Καὶ οὐκ ἦν ὁ ὑπακουσόμενος. Ὥστε παρῆσαν μὲν, οὐκ ἐνομίζοντο δὲ παρεῖναι, ἐπειδὴ τοῦ προφήτου οὐκ ἤκουον· διὰ τοῦτο ἐπειδὴ ἦλθε, καὶ οὐκ ἦν ἄνθρωπος, ἐκάλεσε,

[a] Hic deesse videtur ἀκροατής.

καὶ οὐκ ἦν ὁ ὑπακουσόμενος, πρὸς τὰ στοιχεῖα τρέπει τὸν λόγον, καί φησιν, Ἄκουε οὐρανὲ, καὶ ἐνωτίζου γῆ. Ἐγὼ μὲν γὰρ, φησὶ, πρὸς ἀνθρώπους ἀπεστάλην, πρὸς ἀνθρώπους νοῦν ἔχοντας· ἐπειδὰν δὲ οὔτε λόγον, οὔτε αἴσθησιν ἔχοντες ὦσι, διὰ τοῦτο τοῖς οὐκ ἔχουσιν αἴσθησιν στοιχείοις διαλέγομαι, εἰς κατηγορίαν τῶν αἰσθήσει τετιμημένων μὲν, οὐ χρωμένων δὲ τῇ τιμῇ. Οὕτω καὶ ἕτερος προφήτης φησὶν ὁ Ἱερεμίας. Καὶ γὰρ καὶ ἐκεῖνος ἐν μέσῳ πλήθει τῶν Ἰουδαίων ἑστὼς, ἐν αὐτῇ τῇ πόλει, ὥσπερ οὐδενὸς παρόντος, οὕτως ἐβόα· Πρὸς τίνα λαλήσω καὶ διαμαρτυροῦμαι; Τί λέγεις; τοσοῦτον πλῆθος ὁρῶν, ἐρωτᾷς, πρὸς τίνα λαλήσεις; Ναὶ, φησί· τὸ πλῆθος γὰρ τῶν σωμάτων ἐστὶν, ἀλλ' οὐ πλῆθος ἀνθρώπων· σωμάτων ἐστὶ πλῆθος οὐκ ἐχόντων ἀκοήν. Διά τοι τοῦτο καὶ ἐπήγαγεν· Ἀπερίτμητα τὰ ὦτα αὐτῶν, καὶ οὐ δύνανται ἀκούειν. Ὁρᾷς ὅτι πάντες οὗτοι διὰ τὸ μὴ ἀκούειν οὐκ εἰσὶν ἄνθρωποι; Ἐκεῖνός φησιν, Ἦλθον, καὶ οὐκ ἦν ἄνθρωπος, ἐκάλεσα, καὶ οὐκ ἦν ὁ ὑπακουσόμενος· οὗτός φησι, Πρὸς τίνα λαλήσω καὶ διαμαρτυροῦμαι; ἀπερίτμητα τὰ ὦτα αὐτῶν, καὶ οὐ δύνανται ἀκούειν. Εἰ δὲ τοὺς παρόντας, ἐπειδὴ μὴ προσεῖχον μετὰ σπουδῆς τοῖς λεγομένοις, οὐδὲ ἀνθρώπους εἶναί φασιν οἱ προφῆται, τί ἂν εἴποιμεν ἡμεῖς περὶ τῶν οὐ μόνον οὐκ ἀκουομένων, ἀλλ' οὐδὲ ἐπιβῆναι τῶν ἱερῶν τούτων προθύρων ἀνεχομένων, περὶ τῶν ἔξω τῆς ἱερᾶς ταύτης ἀγέλης πλανωμένων, πόῤῥωθεν ὄντων τῆς μητρικῆς ταύτης οἰκίας, ἐν ἀμφόδοις καὶ στενωποῖς, καθάπερ τὰ ἄτακτα καὶ ῥᾴθυμα τῶν παιδίων; Καὶ γὰρ ἐκεῖνα τὸν πατρῷον οἶκον ἀφέντα, ἔξω που πλανᾶται, ἐν ἀθύρμασι διημερεύοντα παιδικοῖς· διά τοι τοῦτο καὶ τῆς ἐλευθερίας καὶ τῆς ζωῆς πολλάκις ἐξέπεσε τὰ τοιαῦτα παιδία. Περιτυγχάνοντα γὰρ ἀνδραποδιστῶν ἢ λωποδυτῶν χερσὶ, θάνατον πολλάκις τὴν τιμωρίαν τῆς ῥᾳθυμίας ἔδωκαν. Λαμβάνοντες γὰρ ἐκεῖνοι αὐτὰ, καὶ τὸν χρυσοῦν ἀφελόμενοι κόσμον, ἢ ῥεύμασι ποταμῶν ἀποπνίγουσιν, ἢ ὅταν φιλανθρωπότερόν τι περὶ αὐτῶν βουλεύσωνται, εἰς τὴν ἀλλοτρίαν ἀπαγαγόντες γῆν, τὴν ἐλευθερίαν αὐτῶν ἀποδίδονται. Τοῦτο καὶ οὗτοι πάσχουσιν. Ἐπειδὰν γὰρ τοῦ πατρῴου οἴκου καὶ τῆς ἐνταῦθα διατριβῆς ἀποπλανηθῶσι, περιτυγχάνουσι στόμασιν αἱρετικῶν, καὶ ταῖς γλώσσαις τῶν τῆς ἀληθείας ἐχθρῶν· εἶτα, καθάπερ ἀνδραποδισταὶ λαβόντες αὐτοὺς ἐκεῖνοι, καὶ τὸν χρυσοῦν τῆς πίστεως ἀφελόμενοι κόσμον, ἀποπνίγουσιν εὐθέως, οὐκ εἰς ποταμοὺς

mo : vocavi, et non erat qui obediret. Atque ut hoc esse dictum intelligas non ob raritatem eorum, qui adessent, verum ob eorum socordiam qui audirent, postquam dixit, *Veni, et non* 99 *erat homo*, subjunxit, *Et non erat qui obediret.* A Itaque aderant illi quidem, sed adesse non censebantur, quandoquidem prophetam non audiebant : propterea, quandoquidem venit, et non erat homo ; vocavit, et non erat qui obediret, orationem ad elementa convertit, et ait : *Audi, cælum et auribus percipe, terra.* Nam equidem ad homines, inquit, missus fueram, ad homines ratione ac mente præditos : quando autem neque ratione, neque sensu præditi sunt isti, propterea destituta sensu alloquor elementa, in reprehensionem eorum, qui cum honorati sensu fuissent, tamen honore illo non utuntur. Sic etiam alter propheta dixit Jeremias. Siquidem ille quoque in medio Judæorum cœtu cum stetisset, in eadem illa urbe, quasi nullus adesset, ita clamabat : *Ad quem loquar, et contestabor ?* Quid ais? cum tantam videas multitudinem, quæris, quem alloquuturus sis? Quæro equidem, inquit : siquidem multitudo corporum est, non hominum multitudo : corporum est multitudo, quæ auditu non pollent. Idcirco etiam adjecit : *Incircumcisæ sunt aures eorum, et audire non possunt.* Vides omnes istos eo quod non audiant, homines non esse? Ille dixit : *Veni, et non erat homo : vocavi, et non erat qui obediret :* hic dicit, *Ad quem loquar et contestabor ? incircumcisæ sunt aures eorum, et audire non possunt.* Quod si eos qui aderant, propterea quod diligenter ad ea quæ dicebantur non attendebant, ne homines quidem esse dicunt prophetæ : quid dicemus nos de illis qui non modo non audiunt, sed ne ingredi quidem hæc vestibula sacra dignantur, de illis qui extra sacrum hunc gregem vagantur, qui procul ab ædibus istis maternis in triviis et angiportis tamquam insolentes ac socordes quidam pueruli versantur? Nam et illi, cum paternam domum deseruerint, alicubi foris oberrant, et totos dies in ludis puerilibus transigunt : quam ob causam et libertate, ac sæpenumero vita pueruli tales privantur. Nam cum in manus plagiariorum aut prædonum inciderint, sæpe morte negligentiæ suæ pœnas luunt. Siquidem arreptis ipsis cum aurea ornamenta sustulerint illi, aut fluminum undis suffocant, aut si quid mitius de illis statuerint, in longinquam illos regionem ab-

Isai. 1. 2

Jer. 6. 10.

ductos ac servituti addictos divendunt. Idem istis etiam accidit. Cum enim longe a paterna domo et hujus templi frequentatione aberrarint, in hæreticorum ora incidunt, et in linguas hostium veritatis : tum illi cum tamquam plagiarii quidam ipsos invaserint, et aureo fidei ornatu spoliarint, confestim eos non in flumen projectos, sed in turbida dogmata fœtoris sui demersos enecant.

2. Vestrarum hoc partium fuerit, saluti fratrum consulere, atque ad nos illos reducere, licet resistant, licet reclament, licet lamententur. Puerilis est animi contentio ista et negligentia. Vos vero imperfectam adhuc atque ita misere affectam ipsorum animam corrigite; vestri muneris est, ut illis persuadeatis, ut homines fiant. Nam quemadmodum eum, qui humana aversetur alimenta, et cum pecudibus spinis herbisque pascatur, hominem esse minime dicemus : sic nimirum eum, qui veram et animæ convenientem humanæ escam oderit, quæ ex divinis constat eloquiis, in sæcularibus autem cœtibus et omni fœditate redundantibus circulis resideat, et iniquis alatur verbis, hominem appellare minime possumus. Siquidem apud nos homo est non is tantum qui pane vescatur, sed qui priusquam ullo cibo, divinis ac spiritualibus eloquiis perfruatur. Hoc autem hominem esse, disce ex his

Matth. 4. 4. quæ Christus effatus est : *Non in solo pane vivet homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.* Itaque duplex vitæ nostræ est alimentum, unum deterius, alterum vero præstantius : et hoc præcipue capessendum est, ut et animam alere possimus, neque fame illam torqueri sinamus. In vestra igitur potestate situm est, ut civitatem nobis hominum plenam efficiatis. Quando ergo destituta est hominibus ampla et populosa hæc civitas, æquum est ut patriæ vestræ hanc gratiam et munificentiam conferatis, ut transmissis ad eos quæ hic didiceritis, fratrum nobis animos reconcilietis. Tum enim mensæ participes non fuisse comprobamus, non cum mensam laudamus tantum, sed cum iis, qui abfuerint, cibariorum quidpiam largiri possumus. Hoc et vos nunc agite, sicque alterutrum ex his duobus omnino eveniet, ut vel illis persuadeatis, ad nos ut redeant, vel si in eadem contentione perseverent, vestræ linguæ opera nutriantur, imo vero plane revertantur. Non enim potius eligent gratuita beneficentia nutriri, cum pro suo jure possint ipsi hac paterna mensa potiri. Sed hoc vos facere, vel fecisse, vel esse

ἐμβάλλοντες, ἀλλ' εἰς τὰ θολερὰ τῆς δυσωδίας αὐτῶν καταποντίζοντες δόγματα.

Ὑμέτερον ἂν εἴη τῆς τῶν ἀδελφῶν τούτων προνοῆσαι σωτηρίας, καὶ ἐπαναγαγεῖν αὐτοὺς πρὸς ἡμᾶς, κἂν ἀνθέλκωσι, κἂν ἀντιτείνωσι, κἂν καταβοῶσι, κἂν ὀδύρωνται. Παιδικῆς ἡ φιλονεικία αὕτη καὶ ῥα-

E θυμία διανοίας ἐστίν. Ἀλλ' ὑμεῖς διορθώσατε τὴν ἀτελέστερον ἔτι διακειμένην αὐτῶν ψυχήν· ὑμέτερόν ἐστι πεῖσαι γενέσθαι ἀνθρώπους αὐτούς. Ὥσπερ γὰρ τὸν ἀνθρωπίνην ἀποστρεφόμενον τροφὴν, ἀκάνθας δὲ καὶ βοτάνας μετὰ τῶν θρεμμάτων βοσκόμενον, οὐκ ἂν εἴποιμεν ἄνθρωπον εἶναι· οὕτω δὴ τὸν τὴν ἀληθῆ καὶ προσήκουσαν ἀνθρωπίνῃ ψυχῇ μισοῦντα τροφὴν, τὴν ἀπὸ τῶν θείων λογίων, ἐν δὲ βιωτικοῖς συλλόγοις καὶ συνεδρίοις ἀεὶ αἰσχρότητος γέμουσι καθήμενον, καὶ παράνομα βοσκόμενον ῥήματα, οὐκ ἂν εἴποιμεν ἄνθρωπον εἶναι. Ἄνθρωπος γὰρ καθ' ἡμᾶς, οὐκ εἴ τις ἄρτον τρέφοιτο μόνον, ἀλλ' εἴ τις

[illegible]
A πρὸ τῆς τροφῆς ἐκείνης θείων λογίων μετέχοι καὶ πνευματικῶν. Καὶ ὅτι τοῦτο ἄνθρωπος, ἄκουσον τοῦ Χριστοῦ λέγοντος· Οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐν παντὶ ῥήματι ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος Θεοῦ. Ὥστε διπλῆ τῆς ζωῆς ἡμῶν ἡ τροφὴ, ἡ μὲν ἐλάττων, ἡ δὲ βελτίων· καὶ δεῖ μάλιστα ταύτης ἀντιποιεῖσθαι, ὥστε καὶ τὴν ψυχὴν διατρέφειν, καὶ μὴ περιορᾶν αὐτὴν λιμῷ τηκομένην. Ὑμέτερον οὖν ἂν εἴη ποιῆσαι τὴν πόλιν ἡμῖν μεστὴν ἀνθρώπων. Ἐπειδὴ οὖν ἔρημός ἐστιν ἀνθρώπων ἡ μεγάλη αὕτη καὶ πολυάνθρωπος, δίκαιοι δ' ἂν εἴητε τοῦτον τῇ πατρίδι τὸν ἔρανον εἰσενεγκεῖν, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς

B ἐπισπάσασθαι δεῖ, ἂν τὰ ἐντεῦθεν πρὸς ἐκείνους διακομίσητε. Καὶ γὰρ τραπέζης τότε πείθομεν ἀπολαύειν, οὐχ ὅταν ἐπαινῶμεν τὴν τράπεζαν μόνον, ἀλλὰ καὶ ὅταν τῶν ἐξ αὐτῆς ἐδεσμάτων τοῖς ἀπολειφθεῖσιν ἔχωμέν τι παρασχεῖν. Τοῦτο καὶ ὑμεῖς ποιήσατε νῦν, καὶ δυοῖν θάτερον ἔσται πάντως, ἢ * πείσατε αὐτοὺς πρὸς ἡμᾶς ἐπανελθεῖν, ἢ μένοντες ἐπὶ τῆς αὐτῆς φιλονεικίας, διὰ τῆς ὑμετέρας τραφήσονται γλώττης, μᾶλλον δὲ ἐπανήξουσι πάντως. Οὐ γὰρ αἱρήσονται ἐν χάριτος τρέφεσθαι μέρει, παρὸν μετ' ἐξουσίας τῆς

C πατρικῆς ταύτης ἀπολαύειν τραπέζης. Ἀλλ' ὅτι μὲν τοῦτο ποιεῖτε, ἢ πεποιήκατε, ἢ ποιήσετε, πάνυ θαῤῥῶ καὶ πιστεύω· καὶ γὰρ αὐτὸς συνεχῶς ταῦτα παραινῶν οὐ διέλιπον· καὶ ὑμεῖς δὲ πεπληρωμένοι ἐστὲ πάσης γνώσεως, δυνάμενοι καὶ ἄλλους νουθε-

* Savil. in notis emendat πείσετε.]

τεῖν. Ὥρα δὴ λοιπὸν τὴν ἡμετέραν ὑμῖν παραθεῖναι τράπεζαν τὴν εὐτελῆ ταύτην καὶ πτωχὴν, καὶ πενίας μὲν πολλῆς γέμουσαν, ἔχουσαν δὲ ὄψον ἄριστον, ὑμῶν τῶν ἀκροωμένων τὴν ἐπιθυμίαν. Τράπεζαν γὰρ ἡδίστην οὐχ ἐδεσμάτων πολυτέλεια ποιεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ τῶν κεκλημένων ποιεῖ ὄρεξις· οὕτω λαμπρὰ τράπεζα εὐτελὴς φανεῖται, ὅταν μὴ μετὰ τοῦ πεινῆν προσβάλωσιν οἱ παρόντες· οὕτω καὶ ἡ εὐτελὴς πολυτελὴς δείκνυται, ὅταν πεινῶντας λάβῃ τοὺς δαιτυμόνας. Ὅπερ οὖν καὶ ἕτερός τις συνιδὼν, ὅτι οὐ τῇ φύσει τῶν ἐδεσμάτων, ἀλλὰ τῇ διαθέσει ἑστιωμένων ἡ πολυτέλεια κρίνεται τῶν τραπεζῶν, οὕτω πώς φησι· Ψυχὴ ἐν πλησμονῇ οὖσα, κηρίοις ἐμπαίζει, ψυχῇ δὲ ἐνδεεῖ καὶ τὰ πικρὰ γλυκέα φαίνεται· οὐ τῆς φύσεως τῶν προκειμένων μεταβαλλομένης, ἀλλὰ τῆς διαθέσεως τῶν ἑστιωμένων κλεπτούσης τὴν αἴσθησιν. Εἰ δὲ τὰ πικρὰ γλυκέα φαίνεται διὰ τὴν ἐπιθυμίαν τῶν κεκλημένων, πολλῷ μᾶλλον τὰ εὐτελῆ πολυτελῆ φαίνεται. Διὸ δὴ καὶ ἡμεῖς ἐσχάτῃ συζῶντες πενίᾳ, τοὺς φιλοτίμους τῶν ἑστιατόρων μιμούμεθα, καθ' ἑκάστην σύναξιν πρὸς τὴν ἡμετέραν καλοῦντες ὑμᾶς τράπεζαν. Ποιοῦμεν δὲ τοῦτο, οὐ τῇ τῆς οἰκείας εὐπορίας πεποιθότες, ἀλλὰ τῇ τῆς ὑμετέρας ἀκροάσεως θαῤῥοῦντες *.

Τῆς μὲν οὖν ἐπιγραφῆς ὑμῖν τὸ χρέος ἅπαν καταβεβλήκαμεν, τῆς ἐπιγραφῆς, φημὶ, τῶν Πράξεων τῶν ἀποστολικῶν. Ἀκόλουθον δὲ λοιπὸν ἦν καὶ τῆς ἀρχῆς ἅψασθαι τοῦ βιβλίου, καὶ εἰπεῖν τί ποτέ ἐστι· Τὸν μὲν πρῶτον λόγον ἐποιησάμεν περὶ πάντων, ὦ Θεόφιλε, ὧν ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν. Ἀλλὰ Παῦλος οὐκ ἀφίησί με χρήσασθαι τῇ τάξει ταύτῃ τῆς ἀκολουθίας, πρὸς ἑαυτὸν καὶ τὰ οἰκεῖα κατορθώματα τὴν ἡμετέραν γλῶτταν καλῶν. Ἐπιθυμῶ γὰρ αὐτὸν ἰδεῖν εἰς Δαμασκὸν εἰσαγόμενον, δεδεμένον, οὐκ ἐν ἁλύσει σιδηρᾷ, ἀλλὰ φωνῇ δεσποτικῇ· ἐπιθυμῶ ἰδεῖν ἁλιευθέντα τὸν ἰχθὺν τοῦτον τὸν μέγαν, τὸν ἅπασαν ἀναβράσσοντα τὴν θάλασσαν, τὸν μυρία κύματα κατὰ τῆς Ἐκκλησίας ἐπεγείραντα· ἐπιθυμῶ ἰδεῖν αὐτὸν ἁλιευθέντα, οὐκ ἀγκίστρῳ, ἀλλὰ λόγῳ δεσποτικῷ. Καθάπερ γάρ τις ἁλιεὺς ἐπὶ πέτρας ὑψηλῆς καθήμενος, τὸν κάλαμον μετεωρίζων, ἀφ' ὑψηλοῦ τὸ ἄγκιστρον ἀφίησιν εἰς τὸ πέλαγος· οὕτω δὴ καὶ ὁ Δεσπότης ὁ ἡμέτερος, ὁ τὴν ἁλείαν δείξας τὴν πνευματικὴν, καθάπερ ἐφ' ὑψηλῆς πέτρας τῶν οὐρανῶν καθήμενος, ὥσπερ ἄγκιστρον τὴν φωνὴν ταύτην ἀφεὶς ἄνωθεν, καὶ εἰπὼν, Σαῦλε, Σαῦλε,

facturos plane confido credoque; quandoquidem frequenter ad hæc hortari vos non destiti, et vos quoque omni scientia repleti estis, qui et alios admonere possitis. Jam vero tempus est, ut nostram vobis hanc mensam apponamus, vilem quidem ipsam ac tenuem, et quæ multam penuriam præ se ferat, sed quæ optimo tamen cibi condi- *Rom.* 15. 14.
D mento, alacritate auditorum, instructa sit. Mensam enim efficit jucundissimam non ciborum sumtuositas solum, sed eorum etiam qui invitati fuerint appetitus: sic et lauta et magnifica mensa vilis ac tenuis apparebit, nisi fame pressi, qui adsunt, ad illam accedant; sic etiam vilis sumtuosa censebitur, si famelicos suos convivas acceperit. Idque cum probe nosset alius quispiam, non ex natura ciborum, sed ex affectu ac dispositione convivarum de mensarum magnificentia judicium ferri, his verbis utitur: *Anima, quæ in saturitate est, favis illudit: animæ autem* *Prov.* 27. 7.
E *egenti etiam amara dulcia videntur;* non quod eorum, quæ apposita sunt, natura mutetur, sed quod eorum affectio, qui convivio sunt excepti, sensum decipiat. Quod si propter convivarum cupiditatem amara dulcia videntur, multo magis ea quæ vilia sunt, sumtuosa videbuntur. Atque idcirco nos quoque, summa licet inopia pressi, magnificos convivatores imitamur, dum singulis collectis ad nostram vos mensam invitamus. Id vero facimus non nostris opibus freti, sed quod de vestra auditione confidamus. *Hic quidpiam deesse videtur. V. notas.*

3. Totum igitur debitum inscriptionis vobis persolvimus, inscriptionis, inquam, Actorum apostolicorum. Ut igitur initium libri attingeremus, ordo exigebat, ac doceremus, quid hoc sibi velit: *Primum quidem sermonem fecimus de omnibus, o Theophile, quæ cœpit* *Act.* 1. 1.
101 A *Jesus facere ac docere.* Verumtamen non sinit Paulus ut hanc seriem ordinis sequar, sed ad se suaque recte facta linguam nostram invitat. Cupio namque videre illum introductum Damascum, non ferrea catena, sed Dominica voce vinctum: cupio videre piscatu captum piscem hunc magnum, qui totum exæstuans mare conturbat, qui fluctus innumeros adversus Ecclesiam excitat: cupio videre ipsum piscatu captum non hamo, sed verbis Domini. Nam quemadmodum in sublimi rupe considens piscator, et arundinem attollens, hamum ab alto in mare demit- *Pauli conversi cum pisce comparatio.*
B tit: sic nimirum et Dominus noster spiritualem exhibens piscaturam tamquam in sublimi cælorum rupe considens, velut hamo quodam desuper hac voce missa cum dixisset, *Saule, Saule,* *Act.* 9. 4.

quid me persequeris? piscem hunc ingentem piscatus est. Et quod in pisce contigit, quem jussu Domini piscatus est Petrus, hoc et in isto evenit. Siquidem hic quoque piscis in ore staterem habens inventus est; staterem quidem, sed adulterinum: quippe qui zelum haberet, sed non secundum scientiam. Propterea cum scientiam illi largitus esset Deus, probum illum nummum reddidit: et quod piscatu captis accidit piscibus, hoc et in isto accidit. Nam ut illi cum primum extracti e mari fuerint, confestim cæci fiunt: sic et iste confestim hamum excepit, et extractus confestim est excæcatus: verum excæcatio hæc effecit, ut totus orbis terrarum visum reciperet. Hæc igitur omnia cupio cernere. Nam si forte bellum nos barbaricum circumsideret, et in aciem dispositi hostes innumera nobis negotia facesserent, deinde barbarorum exercitus ductor, qui machinis nos oppugnaret innumeris, resque nostras omnes conturbaret, et tumultu ac perturbatione compleret, urbem ipsam funditus eversurum se minaretur, et igne succensurum, qui servitutem intentaret, confestim ab Imperatore nostro vinctus et captivus in urbem introduceretur, nonne omnes cum mulieribus et puerulis ad spectaculum illud exsiliremus? Quando igitur et nunc bellum est indictum, dum omnia confundunt turbantque Judæi, et multis machinis Ecclesiæ quietem ac securitatem oppugnant; caput autem et princeps hostium cum esset Paulus, qui majora quam cæteri faciebat, ac dicebat, qui cuncta miscebat et conturbabat, jam a Domino nostro Jesu Christo Imperatore nostro vinctus est, et captivus abductus qui cuncta susque deque vertebat, non ad spectaculum istud egrediemur omnes, ut captivum ipsum duci videamus? Nam et angeli cum e cælis ipsum duci captivum cernerent, exsultabant: non quod vinctum cernerent tantum, sed quia, quam multos homines a vinculis expediturus esset, cogitabant: non quod manu duci spectarent, sed quod mente versarent, quam multos homines in cælum e terris injecta manu esset introducturus. Propterea gaudebant, non quod excæcatum viderent, sed quod intelligerent, quantos esset e tenebris educturus: *Proficiscere namque, inquit, ad gentes, et a tenebris liberatos in regnum eos dilectionis Christi transferes.* Propterea misso exordio, ad medium propero transilire: nam Paulus et in Paulum amor hunc dare saltum nos coegit. Paulus et in Paulum amor. Ignoscite mihi: vel potius, nolite ignoscere, sed et amorem istum æmulamini. Nam

τί με διώκεις; οὕτως ἡλίευσε τὸν ἰχθὺν τοῦτον τὸν μέγαν. Καὶ οἷον ἐπὶ τοῦ ἰχθύος γέγονεν, ὃν ἡλίευσε Πέτρος κατὰ τὸ πρόσταγμα τὸ δεσποτικὸν, τοιοῦτόν τι καὶ ἐπὶ τούτου συνέβη. Καὶ γὰρ καὶ οὗτος ὁ ἰχθὺς εὑρέθη στατῆρα ἔχων ἐν τῷ στόματι, στατῆρα μὲν, κίβδηλον δέ· εἶχε μὲν γὰρ ζῆλον, οὐ κατ' ἐπίγνωσιν δέ. Διὰ τοῦτο τὴν ἐπίγνωσιν αὐτῷ χαρισάμενος ὁ Θεὸς, δόκιμον ἐποίησε τὸ νόμισμα· καὶ ὅπερ ἐπὶ τῶν ἁλιευομένων ἰχθύων γίνεται, τοῦτο καὶ ἐπὶ τούτου γέγονε. Καθάπερ γὰρ ἐκεῖνοι τοῦ πελάγους εὐθέως
C ἀνελκυσθέντες ἀποτυφλοῦνται, οὕτω καὶ οὗτος δεξάμενος εὐθέως τὸ ἄγκιστρον, καὶ ἀνασπασθεὶς εὐθέως ἐπετυφλώθη· ἀλλ' ἐκείνη ἡ τύφλωσις πᾶσαν οἰκουμένην ἀναβλέψαι ἐποίησε. Ταῦτ' οὖν ἅπαντα ἰδεῖν ἐπιθυμῶ. Καὶ γὰρ εἰ πόλεμος ἡμῖν περιειστήκει βαρβαρικὸς, καὶ ἐπὶ τῆς παρατάξεως οἱ πολέμιοι μυρία παρεῖχον ἡμῖν πράγματα, εἶτα ὁ στρατηγὸς τῶν βαρβάρων, ὁ μυρία προσάγων μηχανήματα, καὶ πάντα συγχέων τὰ ἡμέτερα, καὶ πολλοῦ θορύβου καὶ ταραχῆς πληρῶν, καὶ τὴν πόλιν αὐτὴν ἀπειλῶν κατασκάψειν, καὶ παραδώσειν πυρὶ, καὶ δουλείαν ἡμῖν ἐπανατεινόμενος, ἐξαίφνης ὑπὸ τοῦ βασιλέως τοῦ ἡμετέρου δεθεὶς αἰχμάλωτος εἰς τὴν πόλιν ἤγετο,
D πάντες ἂν μετὰ γυναικῶν καὶ παιδίων πρὸς τὴν θεωρίαν ἐκείνην ἐξεπηδήσαμεν. Ἐπεὶ οὖν καὶ νῦν πόλεμος συνέστηκεν, Ἰουδαίων θορυβούντων ἅπαντα καὶ ταραττόντων, καὶ πολλὰ τῇ τῆς Ἐκκλησίας ἀσφαλείᾳ προσαγόντων μηχανήματα, τὸ δὲ κεφάλαιον τῶν πολεμίων ἦν ὁ Παῦλος, ὁ πάντων μείζονα καὶ ποιῶν καὶ λέγων, ὁ πάντα θορυβῶν καὶ ταράττων, ἔδησε δὲ αὐτὸν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ βασιλεὺς ὁ ἡμέτερος, ἔδησε καὶ αἰχμάλωτον εἰσήγαγε τοῦτον τὸν πάντα ἀνατρέποντα, οὐκ ἐξέλθωμεν ἅπαντες ἐπὶ τὴν θεωρίαν ταύτην, ὥστε ἰδεῖν αὐτὸν αἰχμάλωτον ἀγόμενον; Καὶ γὰρ οἱ ἄγγελοι τότε ἐκ τῶν οὐρανῶν
E ὁρῶντες αὐτὸν δεδεμένον καὶ εἰσαγόμενον, ἐσκίρτων· οὐχ ἐπειδὴ δεδεμένον εἶδον μόνον, ἀλλ' ἐπειδὴ ἐνενόουν ὅσους ἀνθρώπους ἀπὸ τῶν δεσμῶν λύειν ἔμελλεν· οὐχ ἐπειδὴ χειραγωγούμενον ἐθεάσαντο, ἀλλ' ἐπειδὴ ἐλογίζοντο, ὅσους ἀνθρώπους ἔμελλεν ἀπὸ τῆς γῆς εἰς τὸν οὐρανὸν χειραγωγεῖν ἐκεῖνος. Διὰ τοῦτο ἔχαιρον, οὐχ ἐπειδὴ πεπηρωμένον εἶδον, ἀλλ' ἐπειδὴ ἐνενόουν ὅσους ἔμελλεν ἀπὸ σκότους ἐξαγαγεῖν. Πορεύθητι γὰρ, φησὶν, εἰς τὰ ἔθνη, καὶ ἀπαλλάξας αὐτοὺς ἀπὸ σκότους, μεταστήσεις
102 αὐτοὺς εἰς τὴν βασιλείαν τῆς ἀγάπης Χριστοῦ.
A Διὰ ταῦτα τὸ προοίμιον ἀφεὶς, εἰς τὸ μέσον ἅλλεσθαι σπεύδω. Παῦλος γὰρ καὶ ὁ Παύλου πόθος ἠνάγκασεν ἡμᾶς πηδῆσαι τοῦτο τὸ πήδημα. Παῦλος καὶ ὁ Παύλου πόθος. Σύγγνωτέ μοι, μᾶλλον δὲ μὴ σύγγνωτε, ἀλλὰ καὶ ζηλώσατε τὸν ἔρωτα τοῦτον. Ὁ μὲν γὰρ ἄτοπον ἐρῶν ἔρωτα, εἰκότως συγγνώμην

αἰτεῖ· ὁ δὲ τοιοῦτον ἐρῶν, καλλωπιζέσθω τῷ πόθῳ, καὶ πολλοὺς ποιείτω κοινωνοὺς τῆς ἐπιθυμίας, καὶ συνεραστὰς αὐτοῦ κατασκευαζέτω μυρίους. Εἰ μὲν γὰρ ἦν ὁδῷ βαδίζοντα καὶ τάξει προβαίνοντα, καὶ τὰ πρότερα εἰπεῖν, καὶ πρὸς τὰ μέσα φθάσαι, οὐκ ἂν τὴν ἀρχὴν ἀφέντες, εὐθέως ἐπὶ τὸ μέσον ἤλθομεν· ἐπειδὴ δὲ τῶν πατέρων ὁ νόμος κελεύει μετὰ τὴν πεν- B τηκοστὴν ἀποτίθεσθαι τὸ βιβλίον, καὶ τῷ τέλει τῆς ἑορτῆς ταύτης συγκαταλύεται καὶ ἡ τοῦ βιβλίου ἀνάγνωσις, ἐφοβήθην μή ποτε περὶ τὰ προοίμια ἀσχολουμένων ἡμῶν καὶ διατριβόντων, προσεκδράμη τὴν ἡμετέραν ἄφιξιν τῆς ἱστορίας ἡ ἀκολουθία. Διὰ τοῦτο ἔδραμον ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ διηγήματος, καὶ καθάπερ κεφαλῆς ὄπισθεν κατέχων τὸ προοίμιον τῆς ἱστορίας, κελεύσας μεῖναι καὶ στῆναι ὑμᾶς ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς ὁδοῦ. Τῆς γὰρ τοῦ διηγήματος κεφαλῆς ἁψάμενος, θαῤῥῶν λοιπὸν ἅπασιν ἐπέξειμι τοῖς λοιποῖς, κἂν ἡ ἑορτὴ παρέλθῃ· οὐδεὶς γὰρ ἡμῖν ἀκαιρίαν ἐγκαλέσει, C αὐτῆς τῆς κατὰ τὴν ἀκολουθίαν ἀνάγκης τῶν τῆς ἀκαιρίας ἐγκλημάτων ἀπαλλαττούσης ἡμᾶς· διὰ τοῦτο ἀπὸ τῶν προοιμίων ἐπὶ τὸ μέσον ἔδραμον. Ὅτι γὰρ οὐκ ἦν ὁδῷ βαδίζοντα πρὸς Παῦλον ἐλθεῖν, ἀλλὰ προεξέδραμεν ἂν τῆς ἡμετέρας γλώττης τὸ βιβλίον, καὶ τὰς θύρας ἡμῖν ἀπέκλεισεν ἄν, ἐξ αὐτοῦ τοῦ προοιμίου ποιήσω φανερὸν, εἰ καὶ ἤδη γέγονε τοῦτο δῆλον.

Εἰ γὰρ ἐπιγραφὴν μόνην ὑμῖν ἀναγινώσκοντες καὶ ἐξηγούμενοι, τὸ ἥμισυ τῆς ἑορτῆς ἀνηλώσαμεν, εἰ καὶ πρὸς τὸ πέλαγος αὐτὸ τοῦ βιβλίου ἀπὸ τοῦ προοι- D μίου ἀρξάμενοι, τὸν λόγον ἀφεῖναι ἐπεχειρήσαμεν, πόσον ἂν ἀνηλώσαμεν χρόνον, ὥστε φθάσαι εἰς τὰ κατὰ τὸν Παῦλον διηγήματα; Μᾶλλον δὲ ἐξ αὐτοῦ τοῦ προοιμίου δῆλον ὑμῖν τοῦτο ποιῆσαι πειράσομαι. Τὸν μὲν πρῶτον λόγον ἐποιησάμην περὶ πάντων, ὦ Θεόφιλε. Πόσα νομίζετε ἐνταῦθα εἶναι ζητήματα; Πρῶτον, τίνος ἕνεκεν ἀναμιμνήσκει αὐτὸν τοῦ προτέρου βιβλίου. Δεύτερον, τίνος ἕνεκεν λόγον καλεῖ, καὶ οὐχὶ εὐαγγέλιον· καίτοι γε Παῦλος εὐαγγέλιον αὐτὸ καλεῖ, οὑτωσὶ λέγων, Οὗ ὁ ἔπαινος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ διὰ πασῶν τῶν Ἐκκλησιῶν, περὶ τοῦ Λουκᾶ λέγων. Τρίτον, τίνος ἕνεκέν φησι, Περὶ πάντων ὧν E ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς. Εἰ γὰρ Ἰωάννης, ὁ ἀγαπητὸς τοῦ Χριστοῦ, ὁ τοσαύτης ἀπολαύσας παῤῥησίας, ὁ ἐπὶ τὸ στῆθος ἐκεῖνο τὸ ἅγιον κατακλιθῆναι καταξιωθεὶς, ὁ τὰς πηγὰς ἐκεῖθεν ἀρυσάμενος τοῦ Πνεύματος, οὗτος οὐκ ἐτόλμησε τοῦτο εἰπεῖν, ἀλλὰ τοσαύτῃ κέχρηται ἀσφαλείᾳ, ὡς εἰπεῖν, ὅτι Εἰ ἐγράφετο καθ' ἓν πάντα

is qui turpi amore correptus est, merito veniam postulat: qui vero ejusmodi amore flagrat, hac cupidine glorietur, multosque faciat desiderii istius participes et innumeros comparet sibi rivales. Si enim fieri posset ut recta via pergentes, et ordine progredientes priora diceremus, et ad ea quæ in medio sunt perveniremus, nequaquam omisso principio confestim ad medium venissemus: sed quoniam post Pentecosten deponi librum lex patrum jubet, et una cum fine solennitatis hujus lectio libri terminatur, veritus sum, ne dum in exponendis prooemiis occupamur et immoramur, historiæ series nos prius effugeret, quam illam possemus attingere. Idcirco a principio narrationis ad alia properans, et prooemium historiæ tamquam a posteriori capitis parte prehensum retinens, manere vos jussi, et in principio viæ subsistere. Postquam enim narrationis caput attigero, confidenter deinceps quæ sequuntur, quamvis festum præterierit, cuncta percurram; neque vero nos accusare quisquam poterit, quod intempestivam narrationem afferamus, cum ordinis ipsius necessitas omni nos intempestivi argumenti accusatione liberet: quam ob causam a prooemio ad medium usque decurri. Non enim fieri potuisse, si recta via progressi essemus, ut ad Paulum perveniremus, sed linguam nostram prius evasurum fuisse librum, nobisque fores occlusurum, ex ipsius prooemii expositione demonstrabo, tametsi jam illud re ipsa patefactum est.

4. Nam si dum solam vobis inscriptionem legimus et enarramus, dimidium solennitatis consumsimus, si ab exordio initio facto in ipsum libri pelagus orationem immittere cœpissemus, quantum, quæso, temporis impendissemus, ut ad illas de Paulo narrationes perveniremus? Imo vero ex ipso prooemio vobis hoc ipsum conabor ostendere. *Primum quidem sermonem feci* Act. 1. 1. *de omnibus, o Theophile.* Quot existimatis hic esse quæstiones? Primum quidem, quam ob causam priorem librum in memoriam illi revocet. Secundo, quam ob causam *Sermonem* vocet, et non Evangelium: tametsi Paulus Evangelium illum vocat, dum sic ait: *Cujus laus est in* 2. Cor. 8. 18. *evangelio per omnes Ecclesias*, de Luca verba faciens. Tertio qua de causa dicat, *De omnibus quæ fecit Jesus.* Si enim Joannes Christi dilectus, qui tanta fiducia gratiaque apud illum valebat, cui datum fuerat, ut supra sacrum illud pectus recumberet, qui spiritus fontes inde hauserat, hic illud dicere minime ausus est, sed

Joan. 21. 25. tantam cautionem adhibuit, ut diceret : *Si scribantur per singula omnia, quæ fecit Christus, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros* : quomodo dicere hoc ausus est : *Primum quidem, sermonem feci de omnibus, o Theophile, quæ fecit Jesus?* an vero parva nobis hæc quæstio
Luc. 1. 3. videtur? Atque illic quidem, *Optime Theophile*, nomen cum laude positum est : neque enim hoc sine causa dictum est sanctis. Et forte illud ex parte demonstravimus, neque unum iota, neque apicem unum temere positum esse in Scripturis. Si ergo tot ac tantæ sunt in procemio quæstiones, quantum nobis temporis impendendum fuisset, si omnia quæ sequebantur, voluissemus percurrere? Has ob causas, prætermissis quæ interjecta erant, coactus sum ad Paulum venire. Cur igitur propositis quæstionibus earum solutionem non adjecimus? Ut scilicet vos assuefaceremus non semper mansum excipere cibum, sed sæpe numero solutionem sententiis per vos ipsos adjungere, quod facere solent columbæ. Siquidem illæ pullos quamdiu quidem in nido manent, ore proprio nutriunt : postquam autem ejicere illos e nido possunt, eisque cernunt jam natas alas, non jam amplius id præstant, sed granum quidem ore gestant et ostentant : ubi vero pulli sperantes propius accesserint, dimissam in pavimentum escam matres per seipsos jubent colligere : sic et nos fecimus, dum accepto in ore spirituali cibo vos invitavimus tamquam solutionem more consueto expositurі : postquam autem advenistis, et vos excepturos sperastis, vos dimisimus, ut ipsi per vos sententias colligatis. Propterea procemio derelicto ad Paulum festinamus. Dicturi porro sumus non ea solum quibus Ecclesiæ profuit, sed etiam ea quibus ei nocuit : nam et hæc e re nostra est oratio. Dicemus quo pacto verbum prædicationis oppugnaret, quo pacto Christo bellum inferret, quo pacto apostolos persequeretur, quo pacto hostili in eos animo esset, quo pacto Ecclesiæ plus negotii, quam cæteri omnes facesseret. Verumtamen neminem pudeat hæc audire de Paulo : non enim hæc sunt ejus accusationes, sed laudum potius occasiones. Non enim crimen est illi, cum prius improbus fuisset, bonum deinceps evasisse; sed si, cum prius virtute præditus fuisset, postea mutatus ad improbitatem descivisset; semper enim res ex fine judicantur. Nam et gubernatores, licet innumera sint passi naufragia, cum ad portum navem appulsuri sunt, si refertam mercibus

ὅσα ἐποίησεν ὁ Χριστὸς, οὐδ' ἂν αὐτὸν οἶμαι χωρῆσαι τὸν κόσμον τὰ γραφόμενα βιβλία· πῶς οὗτος ἐτόλμησεν εἰπεῖν, ὅτι Τὸν μὲν πρῶτον λόγον ἐποιησάμην περὶ πάντων, ὦ Θεόφιλε, ὧν ἐποίησεν ὁ Ἰη-
103 σοῦς; ἆρα μικρὸν ἡμῖν τὸ ζήτημα τοῦτο εἶναι δοκεῖ;
A Κἀκεῖ μὲν, Κράτιστε Θεόφιλε, μετ' ἐγκωμίου τὸ ὄνομα· οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς τοῦτο τοῖς ἁγίοις εἴρηται. Καὶ τάχα καὶ τοῦτο ἀπὸ μέρους ἐδείξαμεν, ὅτι οὐδὲ ἰῶτα ἓν, οὐδὲ μίαν κεραίαν ἁπλῶς ἔστιν ἰδεῖν ἐν ταῖς Γραφαῖς κειμένην. Εἰ τοίνυν ἐν τῷ προοιμίῳ τοσαῦτα ζητήματα, πόσον ἐμέλλομεν ἀναλίσκειν χρόνον τὰ ἑξῆς ἅπαντα ἐπιόντες; Διὰ ταῦτα ἠναγκάσθην τὸ ἐν μέσῳ παραδραμὼν, πρὸς Παῦλον ἐλθεῖν. Τίνος οὖν ἕνεκεν τὰ ζητήματα εἰπόντες, τὴν λύσιν αὐτῶν οὐκ ἐπηγάγομεν; Ἐθίζοντες ὑμᾶς μὴ διὰ παντὸς μεμασημένην δέχεσθαι τὴν τροφὴν, ἀλλὰ πολλαχοῦ καὶ αὐτοὺς ἐπάγειν τὴν λύσιν τοῖς νοήμασιν, ὅπερ ποιοῦσιν
B αἱ περιστεραί. Καὶ γὰρ ἐκεῖναι τοὺς νεοττοὺς, ἕως μὲν ἂν ἐν τῇ καλιᾷ μένουσι, τῷ οἰκείῳ τρέφουσι στόματι· ἐπειδὰν δὲ αὐτοὺς δυνηθῶσιν ἐξαγαγεῖν τῆς νοσσιᾶς, καὶ ἴδωσιν αὐτοῖς παγέντα τὰ πτερὰ, οὐκέτι τοῦτο λοιπὸν ποιοῦσιν, ἀλλὰ φέρουσι μὲν τὸν κόκκον ἐπὶ τοῦ στόματος καὶ δεικνύουσιν· ἐπειδὰν δὲ οἱ νεοττοὶ προσδοκήσαντες πλησίον ἔλθωσιν, αἱ μητέρες ἀφεῖσαι τὴν τροφὴν ἐπὶ τοῦ ἐδάφους, δι' ἑαυτῶν κελεύουσιν ἀναλέγεσθαι· οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐποιήσαμεν, λαβόντες τὴν πνευματικὴν τροφὴν ἐπὶ τοῦ στόματος, ἐκαλέσαμεν ὑμᾶς, ὡς δηλώσοντες ὑμῖν συνήθως τὴν λύσιν· ἐπειδὴ δὲ προσήλθετε καὶ προσεδοκήσατε
C δέξασθαι, ἀφήκαμεν, ὥστε ὑμᾶς δι' ὑμῶν αὐτῶν ἀναδέξασθαι τὰ νοήματα. Διὰ τοῦτο τὸ προοίμιον ἀφέντες, πρὸς Παῦλον ἐπειγόμεθα. Ἐροῦμεν δὲ οὐχ ὅσα τὴν Ἐκκλησίαν ὠφέλησε μόνον, ἀλλ' ὅσα καὶ ἔβλαψε· καὶ γὰρ ἀναγκαῖος ἡμῖν οὗτος ὁ λόγος. Ἐροῦμεν πῶς ἐμαχήσατο τῷ λόγῳ τοῦ κηρύγματος, πῶς ἐπολέμησε τῷ Χριστῷ, πῶς ἐδίωξε τοὺς ἀποστόλους, πῶς τὰ τῶν πολεμίων ἐφρόνει, πῶς πάντων πλείονα παρεῖχε τῇ Ἐκκλησίᾳ πράγματα. Ἀλλὰ μηδεὶς αἰσχυνέσθω περὶ Παύλου ταῦτα ἀκούων· οὐ γάρ ἐστιν αὐτοῦ κατηγορήματα, ἀλλ' ἐγκωμίων ὑπόθεσις. Οὐ γὰρ
D κατηγορία αὐτῷ πρότερον ὄντα φαῦλον, ὕστερον γενέσθαι χρηστὸν, ἀλλὰ τὸ πρότερον ὄντα σπουδαῖον, ὕστερον μεταβάλλεσθαι πρὸς πονηρίαν· ἀπὸ γὰρ τοῦ τέλους ἀεὶ τὰ πράγματα κρίνεται. Καὶ γὰρ τοὺς κυβερνήτας, κἂν μυρία ναυάγια ὑπομείνωσιν, ὅταν μέλλωσιν εἰς τὸν λιμένα καταίρειν, ἂν φορτίων πεπληρωμένην ὁλκάδα καταγάγωσιν, οὔ φαμεν πεπρᾶχθαι κακῶς, τοῦ τέλους τὰ παρελθόντα ἀποκρύψαντος· καὶ τοὺς ἀθλητὰς πάλιν, κἂν μυρία πρότερον ἡττηθῶσι, τὴν δὲ περὶ τοῦ στεφάνου πάλην κρατήσωσιν, οὐκ ἀποστεροῦμεν τῶν ἐγκωμίων τῶν ἐπὶ τῇ νίκῃ
E διὰ τὰ πρότερα. Οὕτω καὶ ἐπὶ Παύλου ποιήσωμεν.

Καὶ γὰρ καὶ οὗτος καὶ μυρία ναυάγια ὑπέμεινεν, ἀλλ' ὅτε εἰς τὸν λιμένα καταίρειν ἔμελλε, πεπληρωμένην ἐπήγαγε τῶν φορτίων τὴν ὁλκάδα. Καὶ ὥσπερ ὁ Ἰούδας οὐδὲν ὠφέλησε πρὸ τούτου μαθητὴς ὢν, εἶτα προδότης γενόμενος· οὕτω καὶ οὗτος οὐδὲν παρεβλάβη πρὸ τούτου διώκτης ὢν, μετὰ δὲ ταῦτα γενόμενος εὐαγγελιστής. Ἐγκώμια Παύλου ταῦτά ἐστιν, οὐκ ἐπειδὴ κατέσκαψε τὴν Ἐκκλησίαν, ἀλλ' αὐτὸς 104
A αὐτὴν πάλιν ᾠκοδόμησεν· οὐκ ἐπειδὴ ἐπόρθησε τὸν λόγον, ἀλλ' ἐπειδὴ πορθήσας τὸν λόγον, αὐτὸς αὐτὸν πάλιν ηὔξησεν· οὐκ ἐπειδὴ ἐπολέμησε τοὺς ἀποστόλους, οὐκ ἐπειδὴ διεσπάραξε τὴν ἀγέλην, ἀλλ' ἐπειδὴ διασπαράξας, ὕστερον αὐτὸς αὐτὴν συνεκρότησε.

Τί τούτου παραδοξότερον γένοιτ' ἄν; Ὁ λύκος ἐγένετο ποιμήν· ὁ τὸ αἷμα τῶν προβάτων ἐκπίνων, οὐ διέλιπε τὸ αἷμα ἑαυτοῦ ἐκχέων ὑπὲρ τῆς τῶν προβάτων σωτηρίας. Βούλει μαθεῖν πῶς τὸ αἷμα τῶν προβάτων ἐξέπινε; πῶς ᾑμαγμένη ἦν αὐτοῦ ἡ γλῶσσα; Σαῦλος δὲ ἔτι ἐμπνέων ἀπειλῆς καὶ φόνου εἰς τοὺς μαθητὰς τοῦ Κυρίου. Ἀλλ' οὗτος ὁ ἀπειλῆς καὶ φόνου ἐμπνέων, καὶ τὸ αἷμα τῶν ἁγίων ἐκχέων, ἄκουσον πῶς τὸ αἷμα τὸ ἑαυτοῦ ἐξέχεεν ὑπὲρ τῶν
B ἁγίων. Εἰ κατὰ ἄνθρωπον, φησὶν, ἐθηριομάχησα ἐν Ἐφέσῳ· καὶ πάλιν, Καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκω· καὶ πάλιν, Ἐλογίσθημεν ὡς πρόβατα σφαγῆς. Καὶ ταῦτα ἔλεγεν ὁ παρὼν ὅτε ἐξεχεῖτο τὸ αἷμα Στεφάνου, καὶ ἦν συνευδοκῶν τῇ ἀναιρέσει αὐτοῦ. Ὁρᾷς πῶς ὁ λύκος ποιμὴν ἐγένετο; Ἆρ' οὐκ αἰσχύνεσθε πρὸ τούτου ἀκούοντες ὅτι διώκτης ἦν καὶ βλάσφημος καὶ ὑβριστής; Εἴδετε πῶς μεῖζον αὐτοῦ ἐποίησε τὸ ἐγκώμιον ἡ προτέρα κατηγορία; Οὐκ ἔλεγον ὑμῖν ἐν τῇ προτέρᾳ συνάξει ὅτι τῶν πρὸ τοῦ σταυροῦ σημείων τὰ μετὰ τὸν σταυρὸν μείζονα ἐγένετο; οὐκ ἔδειξα ὑμῖν καὶ
C ἀπὸ τῶν σημείων, καὶ ἀπὸ τῆς εὐνοίας τῶν μαθητῶν, καὶ πῶς πρὸ τούτου μὲν ὁ Χριστὸς ἐπιτάττων ἤγειρε τοὺς νεκροὺς, ὕστερον δὲ αἱ σκιαὶ τῶν δούλων αὐτοῦ τοῦτο ἐποίουν; πῶς τότε μὲν αὐτὸς κελεύων ἐθαυματούργει, ὕστερον δὲ οἱ δοῦλοι αὐτοῦ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ κεχρημένοι μείζονα ἐποίησαν; οὐκ εἶπον ὑμῖν περὶ τῶν ἐχθρῶν, πῶς διέσεισεν αὐτῶν τὸ συνειδός; πῶς ἐκράτησε τῆς οἰκουμένης ἁπάσης; πῶς μείζονα τὰ σημεῖα μετὰ τὸν σταυρὸν ἦν τῶν πρὸ τοῦ σταυροῦ; Ἀδελφὸς ἐκείνου καὶ ὁ σήμερον εἰσελθὼν λόγος. Τί

onerariam deduxerint, nequaquam illos male functos esse munere suo dicimus, cum rei exitus omnia quæ præcesserant occultarit: et rursus athletas, licet multoties fuerint ante superati, modo in ea pugna vincant, in qua de corona agitur, nequaquam propter ea quæ præcesserunt, victoriæ præconiis defraudamus. Sic et erga Paulum nos geramus. Nam et ipse naufragia passus est innumera: sed cum ad portum appulsurus navem fuit, refertam mercibus onerariam deduxit. Et quemadmodum Judæ nihil profuit, discipulum prius fuisse, cum deinde factus sit proditor: ita nec isti quidquam nocuit antea persequutorem fuisse, cum evangelista deinceps evaserit. Hæc Pauli sunt præconia, non quod Ecclesiam subverterit, sed quod ipsam rursus ædificarit: non quod verbum Dei oppugnarit, sed quod, postquam verbum oppugnarat, ipse illud rursus amplificaverit: non quod apostolis bellum intulerit, non quod gregem dissiparit, sed quod, ubi dissipasset, illum ipse deinde congregarit.

5. Quid hoc admirabilius fieri possit? Lupus pastor est factus: qui sanguinem ovium absorbebat, sanguinem suum pro salute ovium fundere non cessavit. Vis tu intelligere quo pacto sanguinem ovium absorberet? quo pacto sanguinem ejus lingua stillaret? *Saulus autem adhuc* Act. 9. 1.
spirans minas et cædem in discipulos Domini. Attamen iste qui minas et cædem spirabat, et sanctorum sanguinem fundebat, audi quo pacto sanguinem suum pro sanctis funderet. *Si* 1. Cor. 15. 32.
secundum hominem, inquit, *ad bestias pugnavi Ephesi:* et rursus, *Quotidie morior:* et Ib. v. 31.
rursus, *Æstimati sumus sicut oves occisionis.* Rom. 8. 36.
Atque hoc dicebat is qui aderat, cum Stephani sanguis funderetur, et erat consentiens neci ejus. Vides ut lupus pastor evaserit? Numquid non erubescitis, cum audiveritis antea persequutorem illum, et blasphemum et contumeliosum fuisse? Vidistis ut prior accusatio laudes ejus nova accessione cumularit? Nonne in priori vobis collecta dicebam ea miracula, quæ crucem sequuta sunt, iis majora quæ ipsam præcesserant exstitisse? nonne id ostendi vobis et ex miraculis et ex discipulorum benevolentia; et quo pacto antea quidem Christus imperans mortuos suscitabat, postea vero servorum ejus umbra idipsum præstabat? quo pacto tum quidem ille suo jussu miracula patrabat: postea vero servi ejus nomen ipsius usurpantes majora faciebant? nonne de hostibus dicebam, quo pacto conscientiam illo-

[illegible]

etiam in Petro resurrectionis demonstratio manifesta fuisse videatur. Verumtamen de illo qui- B

[illegible]

[illegible]

διδασκαλίας, τὸν καὶ μετὰ τὸν σταυρὸν αὐτῷ πολεμοῦντα, τὸν ἀποκτιννύντα τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύον-

[illegible]

στῆναι, ἢ διᾶραι στόμα, φανῆναι δὲ ὅλως ὑπέμενον; Οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστιν· οὐκ ἦν ἀνθρωπίνη σπουδὴ τὸ γινόμενον, ἀλλὰ θείας χάριτος. Εἰ τοίνυν νεκρὸς ἦν, ὥς φατε, ὁ Χριστὸς, καὶ ἐλθόντες οἱ μαθηταὶ D αὐτοῦ ἔκλεψαν αὐτὸν, πῶς μείζονα τὰ σημεῖα μετὰ τὸν σταυρὸν ἐγένετο; πῶς πλείων ἡ ἀπόδειξις τῆς δυνάμεως; Οὐ γὰρ μόνον μετέστησε τὸν πολέμιον, καὶ ἀρχηγὸν τῆς μάχης ὑμῶν· καίτοι εἰ καὶ τοῦτο μόνον ἐποίησε, μεγίστης δυνάμεως ἦν τὸ τὸν ἐχθρὸν καὶ πολέμιον λαβεῖν αἰχμάλωτον· νῦν δὲ οὐχὶ τοῦτο μόνον εἰργάσατο, ἀλλὰ καὶ τούτου πολλῷ μεῖζον. Οὐ γὰρ μόνον μετέστησεν, ἀλλ' οὕτως οἰκεῖον ἐποίησεν, οὕτως ἐπεσπάσατο πρὸς τὴν εὔνοιαν τὴν ἑαυτοῦ, ὡς καὶ αὐτῷ πάντα τῆς Ἐκκλησίας τὰ πράγματα ἐγχειρίσαι. Σκεῦος γὰρ, φησὶν, ἐκλογῆς μοί ἐστιν οὗτος, E τοῦ βαστάσαι τὸ ὄνομά μου ἐνώπιον ἐθνῶν καὶ βασιλέων, καὶ πλείονα τῶν ἀποστόλων πεῖσαι καμεῖν ὑπὲρ τῆς Ἐκκλησίας τῆς πρότερον ὑπ' αὐτοῦ πολεμουμένης.

Βούλει μαθεῖν πῶς αὐτὸν μετέστησε; πῶς αὐτὸν ᾠκειώσατο; πῶς αὐτὸν ἐπεσπάσατο; πῶς εἰς τοὺς πρώτους τῶν φίλων κατέλεξεν; Οὐδενὶ τῶν ἀνθρώπων τοσαῦτα ἐθάῤῥησεν εἰπεῖν ἀπόῤῥητα, ὅσα τῷ Παύλῳ. Καὶ πόθεν τοῦτο δῆλον; Ἤκουσα ἄῤῥητα ῥήματα, φησὶν, ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι. Εἶδες, 106 ὁ ἐχθρὸς, ὁ πολέμιος πόσην εὔνοιαν ἐπεδείξατο; Διὰ A τοῦτο ἀναγκαῖον καὶ τὸν πρότερον βίον αὐτοῦ εἰπεῖν· καὶ γὰρ τὴν τοῦ Θεοῦ δείκνυσιν ἡμῖν φιλανθρωπίαν καὶ δύναμιν· φιλανθρωπίαν μὲν, ὅτι ἐβουλήθη τὸν τοσαῦτα κακὰ ἐργασάμενον σῶσαι, καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἐπισπάσασθαι· δύναμιν δὲ, ὅτι βουληθεὶς ἴσχυσε. Καὶ τὴν Παύλου δὲ τοῦτο δείκνυσι ψυχὴν, ὅτι οὐδὲν πρὸς φιλονεικίαν ἐποίει, οὐδὲ ἀνθρωπίνῃ προκατειλημμένος δόξῃ, καθάπερ οἱ Ἰουδαῖοι· ἀλλὰ ζήλῳ πεπυρωμένος, οὐκ ὀρθῷ μὲν, ζήλῳ δὲ ὅμως· ὅπερ καὶ αὐτὸς ἐδόα λέγων, ὅτι Διὰ τοῦτο ἠλεήθην, ὅτι ἀγνοῶν ἐποίησα ἐν ἀπιστίᾳ· καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ φιλαν-

conciliasset et ad se attraxisset? Dic enim, quæso, Judæe, quis Paulo persuasit, ut Christo se adjungeret? num Petrus? num Jacobus? num Joannes? Atqui omnes isti eum timebant et horrebant, neque tantum ante hoc tempus, sed tum etiam cum in amicorum numerum relatus erat, quando manu prehensum illum Barnabas Jerosolymam introduxit, adhuc illi propius se adjungere timebant; ac sedatum quidem erat bellum, metus tamen adhuc in apostolis permanebat. An igitur illi qui reconciliatum adhuc timebant, cum inimicus et hostis esset, oratione flectere ausi essent? an vero ad illum accedere omnino, vel coram illo subsistere, vel os aperire, aut omnino apparere potuissent? Non ita se res habet, non ita est; nec humanæ diligentiæ facinus illud fuit, sed gratiæ divinæ. Si ergo mortuus erat Christus, ut dicitis, et cum venissent discipuli ejus, furati sunt eum, quomodo majora post crucem facta sunt miracula? quomodo amplior virtutis sequuta est demonstratio? Non enim tantum hostem sibi reconciliavit et principem ducemque pugnæ vestræ; tametsi, licet hoc solum fecisset, maximæ fuit hoc potentiæ, inimicum et hostem abduxisse captivum; jam vero non hoc solum præstitit, sed et aliud multo majus. Non enim tantum sibi reconciliavit, sed ita sibi familiarem reddidit, sic eum ad amorem suum pellexit, ut ejus fidei Ecclesiæ negotia cuncta commiserit: *Vas* enim, inquit, *electionis est mihi iste, ut portet nomen meum coram gentibus, et regibus,* eique persuaserit, ut plus quam apostoli pro Ecclesia laboraret, quam antea oppugnabat. *Act. 9. 15.*

6. Vis tu intelligere quo pacto illum sibi reconciliarit? quo pacto familiarem reddiderit? quo pacto sibi adsciverit? quo pacto in numerum præcipuorum amicorum retulerit? Nulli hominum tam multa detegere arcana, quam multa Paulo est ausus. Unde vero id constat? *Audivi arcana verba,* inquit, *quæ non licet homini loqui.* Vides quantam inimicus et hostis benevolentiam exhibuerit? Quam ob causam operæ pretium fuerit priorem ejus vitam proferre: siquidem ita fiet, ut nobis Dei benignitas et potentia innotescat: benignitas quidem, quod eum, qui tam multa mala perpetraverat, servare voluerit, et sibi conciliare: potentiam vero, quod id, quod volebat, exsequi potuerit. Et vero animum Pauli hoc patefecit, quod nihil contentionis studio faceret, neque gloriæ humanæ cupiditate præoccupatus, quemadmodum Judæi: sed zelo *2. Cor. 12. 4.*

succensus non recto illo quidem, sed zelo tamen, 1 Tim. 1. 13. quod et ipse clamans dicebat : *Ideo misericordiam consequutus sum, quia ignorans feci in incredulitate* : et benignitatem Dei obstu- Ib. v. 16. pescens dicebat, *Ut in me primo ostenderet Christus omnem patientiam ad informationem eorum qui credituri sunt illi in vitam* Ephes. 1. 19. *æternam.* Et alibi rursus dicebat, *Operationem virtutis suæ maxime ostendit in nos qui credimus.* Vides ut et benignitatem Dei et virtutem prior vita Pauli ostenderit, et quam incorrupta sinceraque mente præditus ipse fuerit? Sane quidem ad Galatas scribens hoc protulit, ut se hominum causa minime fuisse mutatum, sed divina virtute fuisse conversum proba- Gal. 1. 10. ret. *Si enim hominibus,* inquit, *placerem, Christi servus non essem.* Unde vero id constat te non, ut hominibus placeres, ad prædica- Ib. v. 13. tionem fuisse conversum? *Audistis,* inquit, *conversationem meam aliquando in Judaismo, quoniam supra modum persequebar Ecclesiam Dei, et expugnabam eam.* Quod si hominibus placere voluisset, nequaquam ad fidem conversus fuisset. Quid ita? Colebatur a Judæis, et multa securitate fruebatur, ac præ cæteris honore afficiebatur : non igitur ad apostolorum vitam tot objectam periculis se transtulisset, quæ multa laborabat infamia, quæ tot calamitatibus redundabat : itaque quod illum honorem, quo apud Judæos fruebatur, repentina mutatione ac conversione, et vitam quietam deseruerit, et cum apostolorum vita commutaverit, innumeris objecta mortis generibus, maximum illud argumentum fuit non ob humanam quamdam occasionem Paulum esse conversum. Propterea nos etiam priorem ejus vitam in medium afferre voluimus, et ardentem zelum ejus ostendere, quo Ecclesiam oppugnabat, ut cum ejus pro Ecclesiæ defensione promtitudinem animi videris, Deum laudes, qui facit omnia et transformat. Propterea Pauli quoque discipulus diligenter nobis ac perspicue priora narravit, ita Act. 9. 1 dicens : *Saulus autem adhuc spirans minas, et cædem in discipulos Domini.* Ac vellem equidem ego quoque hodierno die proœmium inchoare, vellem ad initium narrationis aggredi, sed video pelagus quoddam sententiarum ex solo nomine se nobis obtrudere. Cogita namque quantam e vestigio nobis illud, *Saulus*, quæstionem moveat : siquidem aliud in epistolis positum

B θρωπίαν ἐκπληττόμενος ἔλεγεν· Ἵνα ἐν ἐμοὶ πρώτῳ ἐνδείξηται Χριστὸς τὴν ἅπασαν μακροθυμίαν, πρὸς ὑποτύπωσιν δὲ τῶν μελλόντων πιστεύειν ἐπ' αὐτῷ εἰς ζωὴν αἰώνιον· καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν ἔλεγεν, ὅτι Τὴν ἐνέργειαν τῆς δυνάμεως αὐτοῦ μάλιστα ἔδειξεν εἰς ἡμᾶς τοὺς πιστεύοντας. Εἶδες πῶς καὶ τὴν φιλανθρωπίαν ἔδειξε τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν δύναμιν, καὶ τὸ τῆς ἑαυτοῦ γνώμης ἀδέκαστον ὁ πρότερος Παύλου βίος; Τοῦτο γοῦν Γαλάταις γράφων εἰς ἀπόδειξιν παρήγαγε, τοῦ μὴ δι' ἀνθρώπους μεταβαλέσθαι, ἀλλὰ θείᾳ μετενενῆχθαι δυνάμει. Εἰ γὰρ ἀνθρώποις, φησὶν, ἤρεσκον, Χριστοῦ δοῦλος οὐκ ἂν ἤμην. Καὶ πόθεν C δῆλον ὅτι οὐκ ἀνθρώποις ἀρέσκων, πρὸς τὸ κήρυγμα μετέστης; Ἠκούσατε, φησὶ, τὴν ἐμὴν ἀναστροφήν ποτε ἐν τῷ ἰουδαϊσμῷ, ὅτι καθ' ὑπερβολὴν ἐδίωκον τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐπόρθουν αὐτήν. Οὐκ ἂν δὲ, εἰ ἀνθρώποις ἀρέσκειν ἤθελε, μετέθετο πρὸς τὴν πίστιν. Διὰ τί; Ἐτιμᾶτο παρὰ Ἰουδαίοις, καὶ ἀδείας ἀπήλαυε πολλῆς, καὶ προεδρίας ἠξιοῦτο· οὐκ ἂν οὖν πρὸς ἐπικίνδυνον μετέστη βίον τὸν τῶν ἀποστόλων, τὸν δυσφημίας γέμοντα, τὸν συμφορῶν ἐμπεπλησμένον· ὥστε αὐτὴν * (sic) ἀθρόᾳ μεταβολῇ καὶ μεταστάσει, καὶ τὸ καταλιπεῖν μὲν τὴν D παρὰ Ἰουδαίοις τιμὴν καὶ τὸν ἀπόλεμον βίον, ἀνταλλάξασθαι δὲ τὴν τῶν ἀποστόλων ζωὴν, τὴν μυρίους ἔχουσαν θανάτους, μεγίστη γέγονεν ἀπόδειξις τοῦ μὴ δι' ἀνθρωπίνην τινὰ πρόφασιν μετατεθῆναι τὸν Παῦλον. Διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς ἐβουλήθημεν τὸν πρότερον αὐτοῦ βίον εἰς μέσον ἀγαγεῖν, καὶ δεῖξαι τὸν πεπυρωμένον ζῆλον τὸν κατὰ τῆς Ἐκκλησίας, ἵν', ὅταν ἴδῃς τὴν πολλὴν προθυμίαν τὴν ὑπὲρ τῆς Ἐκκλησίας, θαυμάσῃς τὸν ποιοῦντα πάντα καὶ μετασκευάζοντα Θεόν. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ μαθητὴς ὁ Παύλου τὰ πρότερα ἡμῖν μετ' ἀκριβείας διηγήσατο, καὶ πολλῆς ἐμφάσεως, οὕτως εἰπών· Σαῦλος δὲ ἔτι E ἐμπνέων ἀπειλῆς καὶ φόνου εἰς τοὺς μαθητὰς τοῦ Κυρίου. Ἐβουλόμην μὲν οὖν καὶ αὐτὸς ἄρξασθαι τοῦ προοιμίου σήμερον, ἐβουλόμην ἐμβαλεῖν εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ διηγήματος, ἀλλ' ὁρῶ πέλαγος νοημάτων ἀπὸ τοῦ ὀνόματος μόνον. Ἐννόησον γὰρ ὅσον εὐθέως ἡμῖν κινεῖ ζήτημα, τὸ, Σαῦλος, τοῦτο· ἐν γὰρ ταῖς ἐπιστολαῖς ἕτερον ὄνομα ὁρῶ κείμενον· Παῦλος δοῦλος Ἰησοῦ Χριστοῦ, κλητὸς ἀπόστολος· Παῦλος καὶ Σωσθένης· Παῦλος κλητὸς ἀπόστολος· Ἰδὲ ἐγὼ Παῦλος λέγω ὑμῖν· νυνὶ δὲ ὡς Παῦλος, καὶ πανταχοῦ Παῦλος καλεῖται, ἀλλ' οὐχὶ Σαῦλος λέγεται. Τίνος οὖν ἕνεκεν πρὸ τούτου μὲν Σαῦλος, μετὰ δὲ ταῦτα Παῦ-
107 A λος ἐκλήθη; Οὐκ ἔστι ψιλὸν τὸ ζήτημα· καὶ γὰρ Πέτρος εὐθέως ἐπιτρέχει· καὶ γὰρ κἀκεῖνος πρὸ τούτου μὲν Σίμων ἐλέγετο, μετὰ δὲ ταῦτα ὠνομάσθη Κη-

* [Vid. Savilii notam ad calcem hujus voluminis.]

φᾶς· καὶ υἱοὶ Ζεβεδαίου, Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης, Υἱοὶ βροντῆς μετωνομάσθησαν. Καὶ οὐχ ἐν τῇ Καινῇ δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ Παλαιᾷ εὑρίσκομεν τὸν Ἀβραὰμ πρὸ τούτου μὲν Ἀβρὰμ λεγόμενον, μετὰ ταῦτα δὲ Ἀβραάμ· καὶ τὸν Ἰακὼβ νῦν μὲν Ἰακὼβ λεγόμενον, μετὰ δὲ ταῦτα Ἰσραήλ· καὶ τὴν Σάῤῥαν πρὸ τούτου Σάραν λεγομένην, μετὰ δὲ ταῦτα Σάῤῥαν· καὶ πολλὴν ἡμῖν τῶν ὀνομάτων ἡ μετάθεσις B παρέχει τὴν ζήτησιν· καὶ δέδοικα μὴ, πολλὰ ῥεύματα ποταμῶν ἐξαίφνης ἀφεὶς, ἀποπνίξω τῆς διδασκαλίας τὸν λόγον. Καθάπερ γὰρ ἐν χωρίῳ νοτίδα ἔχοντι, ὅπουπερ ἂν διασκάψῃ τις, πηγαὶ πανταχόθεν ἐκπηδῶσιν· οὕτω καὶ ἐν τῷ χωρίῳ τῶν θείων Γραφῶν, ὅπουπερ ἂν διανοίξῃς, ποταμοὺς ἐξιόντας ὄψει πολλοὺς, ὅθεν καὶ πάντας αὐτοὺς ἀθρόον ἀφεῖναι τήμερον δέος ἐστὶν οὐ μικρόν. Διόπερ τὸν ἡμέτερον ἀποφράξας ῥύακα, παραπέμψω τὴν ὑμετέραν ἀγάπην πρὸς τὴν ἱερὰν πηγὴν τῶν προέδρων τούτων καὶ C διδασκάλων τὴν καθαρὰν ταύτην καὶ πότιμον καὶ γλυκὺν, νᾶμα τὸ ἐξ αὐτῆς ἐξερχόμενον τῆς πέτρας τῆς νοητῆς. Παρασκευάσωμεν τοίνυν τὴν διάνοιαν πρὸς ὑποδοχὴν τῆς διδασκαλίας, ἀρύσασθαι τὰ πνευματικὰ νάματα, ἵνα γένηται ἐν ἡμῖν πηγὴ ὕδατος ἁλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ δόξα, τιμὴ, κράτος, ἅμα τῷ ἁγίῳ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

nomen occurrit : *Paulus servus Jesu Christi,* Rom. 1.1.
vocatus apostolus : Paulus et Sosthenes : 1.Cor.1.1.
Paulus vocatus apostolus : Ecce ego Paulus Galat.5.2.
dico vobis : jam vero ut Paulus, et ubique Paulus appellatur, non autem Saulus dicitur. Cur igitur antea Saulus, postea vero Paulus vocatus est? Neque vero simplex est illa quæstio : statim enim Petrus accurrit : nam et ipse antea Simon dicebatur, postea vero Cephæ nomen acce- Marc.3.16.
pit : et Zebedæi filii Jacobus et Joannes mutato 17.
nomine Filii tonitrui sunt appellati. Nec in Novo solum Testamento, sed etiam in Veteri reperimus Abraham antea dictum Abram, postea Abraham; et Jacob primum Jacob esse dictum, deinde Israel; et Sarram primum Saram esse, deinde Sarram : et multas nobis hæc mutatio nominum parit quæstiones, ac vereor, ne multis fluminum effusis fluentis, doctrinæ sermonem velut obruam et suffocem. Nam quemadmodum in agro humido et irriguo ubicumque quis fodit, undique fontes scaturiunt : sic et in agro divinæ Scripturæ ubicumque reseraveris, plurimos fluvios videbis erumpere : quam ob causam ne omnes illos simul hodierno die effundam, non mediocriter pertimesco. Quapropter rivum hunc nostrum claudens, caritatem vestram ad sacrum fontem præsulum istorum, magistrorumque transmittam, limpidum illum, potabilem ac dulcem, quod ex spirituali petra fluentum manat. Mentem igitur ad excipiendam doctrinam, ad spirituales latices hauriendos paremus, ut fiat in nobis fons aquæ salientis in vitam æternam : quam nos omnes obtinere contingat, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem et cum quo Patri gloria, honor, imperium, una cum sancto ac vivifico Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΕΓΚΑΛΟΥΝΤΑΣ ΥΠΕΡ ΤΟΥ μήκους τῶν εἰρημένων, καὶ πρὸς τοὺς δυσχεραίνοντας ὑπὲρ τῆς βραχυλογίας, καὶ περὶ τῆς τοῦ Σαύλου προσηγορίας καὶ Παύλου, καὶ τίνος ἕνεκεν Ἀδὰμ ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἐκλήθη, ὅτι χρησίμως καὶ συμφερόντως, καὶ εἰς τοὺς νεοφωτίστους.

D

AD EOS QUI REPREHENDEBANT eum ob prolixitatem eorum quæ dicta fuerant, et ad eos qui brevitatem orationis ægre ferebant, deque Sauli et Pauli appellatione, et cur primus homo vocatus sit Adam, et quod utiliter ac fructuose ; atque in eos qui recens fuerant illuminati.

Τί ποτε ἄρα χρὴ ἡμᾶς ποιῆσαι τήμερον; Τὸ μὲν γὰρ πλῆθος ὑμῶν ὁρῶν, δέδοικα πρὸς μῆκος ἐκτεῖναι τὸν λόγον. Καὶ γὰρ ὅταν ἡ διδασκαλία μακροτέρω προβαίνῃ, ὁρῶ συμπατουμένους ὑμᾶς, στενοχωρουμέ-

1. Quid quæso nobis agendum est hodierno die? Siquidem dum multitudinem vestram cerno, ne longius sermonem protraham, pertimesco. Cum enim provehitur longius doctrinæ sermo, video

vos in angustias redactos vos invicem conculcare, atque hanc ex angustiis afflictionem, quo minus diligenter audiatis, impedire: nisi enim quietus sit ac tranquillus auditor, nimime potest cum studio ad ea quæ dicuntur attendere. Cum igitur multitudinem vestram, ut dixi, video, ne longius sermonem protraham pertimesco, sed dum cupiditatem vostram considero, doctrinam contrahere reformido. Nam qui sitit, nisi prius poculum repletum viderit, ne labris quidem lubenter illud admovet, sed quamvis totum exhausturus non sit, totum repletum cernere concupiscit. Quamobrem, quo pacto me in hac concione gerere debeam, ignoro. Nam et brevitate sermonis laborem vestrum minuere volo, et orationis prolixitate vestram cupiditatem explere. Atqui utrumque istorum sæpenumero præstiti, ac ne semel quidem crimen effugi. Scio me persæpe, dum vobis parco, ante finem abrupisse sermonem, et in nos clamarunt ii, quorum animus satiari minime potest, qui sacris laticibus assidue fruuntur, sed numquam tamen explentur, *Beati illi, qui esuriunt, et sitiunt justitiam*, et istorum adversos clamores pertimescens rursus doctrinæ sermonem protraxi longius, et idcirco in crimen incurri. Nam qui sermonis brevitate delectantur, occurrentes orabant, ut ipsorum infirmitati parcerem, atque concionis prolixitatem contraherem. Dum igitur vos in angustias redactos intueor, sermonem silentio coercere studeo: dum vero vos angustiis pressos idcirco non recedere, sed ad longiorem cursum paratos esse, acuere linguam desidero. *Angustiæ mihi sunt undique.* Quid faciam? Nam is quidem qui uni domino servit, unique sententiæ cogitur famulari, facile domino potest placere, neque a proposito aberrare: at ego multos habeo dominos, qui tanto servire populo cogor, cujus diversa est sententia. Hæc autem non idcirco sunt a me dicta, quod servitutem ægre feram, absit, neque quod vestrum defugiam dominatum. Nihil enim mihi est hac servitute honorificentius. Non ita diademate ac purpura gloriatur Imperator, ut ego caritatis vestræ servitutem mihi honorificam duco. Siquidem illi regno mors succedit: huic autem servituti, si recte peracta fuerit, regnum cæleste præparatum est. Beatus enim est *Fidelis servus et prudens, quem constituit dominus ejus, ut conservis suis det tritici mensuram. Amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum.* Vides quantus sit servitutis hujus quæstus, si diligenter obita fuerit? Super omnia domini

Duo genera auditorum.

Matth. 5 6.

Dan. 13. 22.

Luc. 12. 42. 44.

E νους, καὶ τὴν ἀπὸ τῆς στενοχωρίας θλῖψιν τῇ τῆς ἀκροάσεως ἀκριβείᾳ λυμαινομένην· ἀκροατὴς γὰρ ἀνέσεως οὐκ ἀπολαύων, οὐδὲ μετὰ σπουδῆς προσέχειν τοῖς λεγομένοις δύναιτ' ἄν. Τὸ μὲν οὖν πλῆθος ὑμῶν, ὡς ἔφην, ὁρῶν, δέδοικα πρὸς μῆκος ἐκτεῖναι τὸν λόγον· τὸν δὲ πόθον ὑμῶν λογιζόμενος φοβοῦμαι συστεῖλαι τὴν διδασκαλίαν. Ὁ γὰρ διψῶν, ἐὰν μὴ πρότερον πεπληρωμένην ἴδῃ τὴν φιάλην, οὐδὲ τοῖς χείλεσιν αὐτὴν ἡδέως ἂν προσαγάγοι· ἀλλὰ κἂν μὴ πᾶσαν αὐτὴν ἐκπίνειν μέλλοι, πᾶσαν αὐτὴν γέμουσαν ἰδεῖν 105 A ἐπιθυμεῖ. Διὰ τοῦτο οὐκ ἔχω τί χρήσομαι τῇ δημηγορίᾳ. Καὶ γὰρ τῇ βραχυλογίᾳ τὸν κάματον ὑποτέμνεσθαι τὸν ὑμέτερον βούλομαι, καὶ τῷ μήκει τοῦ λόγου τὴν ἐπιθυμίαν ὑμῶν ἐμπλῆσαι. Ἀλλ' ἑκάτερα πολλάκις ταῦτα ἐποίησα, καὶ οὐδὲ ἅπαξ τὴν αἰτίαν διέφυγον. Οἶδα ὅτι πολλάκις φειδόμενος ὑμῶν πρὸ τοῦ τέλους κατέλυσα τὸν λόγον, καὶ κατεβόησαν ἡμῶν οἱ ψυχὴν ἀκόρεστον ἔχοντες, οἱ συνεχῶς μὲν τῶν θείων ἀπολαύοντες ναμάτων, οὐδέποτε δὲ ἐμπιπλάμενοι, οἱ Μακάριοι ἐκεῖνοι, οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην, καὶ τὰς παρὰ τούτων καταβοήσεις φοβηθεὶς πάλιν προῆλθον μέχρι πολλοῦ τὴν διδασκαλίαν B ἐκτείνων, καὶ διὰ τοῦτο αἰτίαν ὑπέμενον. Οἱ γὰρ βραχυλογίας ἐρῶντες ἀπαντῶντες παρεκάλουν τῆς αὐτῶν ἀσθενείας φείδεσθαι, καὶ συστέλλειν τὸ μῆκος τῶν λεγομένων. Ὅταν μὲν οὖν στενοχωρουμένους ὑμᾶς ἴδω, πρὸς σιγὴν συνελαύνω τὸν λόγον· ὅταν δὲ στενοχωρουμένους, καὶ οὐκ ἀφισταμένους, ἀλλ' ἐκκρεμαμένους πρὸς πλείονα δρόμον, τὴν γλῶτταν διεγείρειν ἐπιθυμῶ. Στενά μοι πάντοθεν. Τί πάθω; Ὁ μὲν γὰρ ἑνὶ δουλεύων κυρίῳ, καὶ μιᾷ γνώμῃ ὑπηρετεῖν ἀναγκαζόμενος, μετ' εὐκολίας ἀρέσκειν δύναται τῷ δεσπότῃ, καὶ μὴ διαμαρτάνειν· ἐγὼ δὲ πολλοὺς ἔχω δεσπότας, δήμῳ C τοσούτῳ δουλεύειν ἀναγκαζόμενος διάφορον ἔχοντι γνώμην. Ταῦτα δὲ εἶπον οὐ δυσχεραίνων τὴν δουλείαν, μὴ γένοιτο, οὐδὲ δραπετεύων τὴν δεσποτείαν ὑμῶν. Οὐδὲν γάρ μοι τῆς δουλείας ταύτης σεμνοτέρον. Οὐχ οὕτω βασιλεὺς ἐπὶ τῷ διαδήματι καὶ τῇ πορφυρίδι μέγα φρονεῖ, ὡς ἐγὼ νῦν ἐπὶ τῇ δουλείᾳ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης ἐγκαλλωπίζομαι. Ἐκείνην μὲν γὰρ τὴν βασιλείαν θάνατος διαδέχεται· ταύτην δὲ τὴν δουλείαν, ἂν ἀπαρτισθῇ καλῶς, βασιλεία οὐρανῶν ἀναμένει. Μακάριος γὰρ ὁ πιστὸς δοῦλος καὶ φρόνιμος, ὃν κατέστησεν ὁ κύριος αὐτοῦ διδόναι τὸ σιτομέτριον τοῖς συνδούλοις αὐτοῦ. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐπὶ πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτοῦ καταστήσει αὐτόν. Εἶδες πόσον τὸ κέρ- D δος τῆς δουλείας ταύτης, ὅταν σπουδαίως γένηται; Ἐπὶ πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσι τοῦ δεσπότου καθίσταται. Οὐ φεύγω τοίνυν τὴν δουλείαν· μετὰ γὰρ Παύλου δουλεύω. Καὶ γὰρ ἐκεῖνός φησιν, ὅτι Οὐχ ἑαυτοὺς κηρύττομεν, ἀλλὰ Χριστὸν Ἰησοῦν Κύριον, ἑαυτοὺς δὲ δούλους ὑμῶν διὰ Ἰησοῦν. Καὶ τί λέγω Παῦλον;

Εἰ ὁ ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφὴν δούλου λαβὼν διὰ τοὺς δούλους, τί μέγα εἰ ὁ δοῦλος ἐγὼ δοῦλος ἐγενόμην τοῖς συνδούλοις δι' ἐμαυτόν; Οὐ τοίνυν δραπετεύων ὑμῶν τὴν δεσποτείαν ταῦτα εἶπον, ἀλλ' ἀξιῶν συγγνώμης τυχεῖν, ἐὰν μὴ ταῖς ἁπάντων γνώμαις κατάλληλον παραθῶμαι τὴν τράπεζαν. Μᾶλλον δὲ τοῦτο ποιήσατε ὃ λέγω νῦν· Ὑμεῖς E οἱ μὴ δυνάμενοι ἐμπλησθῆναί ποτε, ἀλλὰ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην, καὶ μακρῶν ἐπιθυμοῦντες λόγων, διὰ τὴν ἀσθένειαν τῶν ὑμετέρων ἀδελφῶν ἀνάσχεσθε τοῦ συνήθους περικοπτομένου μέτρου τῶν λόγων. Πάλιν ὑμεῖς οἱ βραχυλογίας ἐρῶντες καὶ ἀσθενέστερον διακείμενοι, διὰ τοὺς ἀδελφοὺς τοὺς ὑμετέρους τοὺς ἀκορέστους μικρὸν καρτερήσατε πόνον, ἀλλήλων τὰ βάρη βαστάζοντες, καὶ οὕτως ἀναπληρώσατε τὸν νόμον τοῦ Χριστοῦ. Οὐχ ὁρᾶτε 109 A τοὺς Ὀλυμπιακοὺς ἀθλητὰς εἰς μέσον τοῦ θεάτρου ἑστῶτας ἐν μεσημβρίᾳ μέσῃ καθάπερ ἐν καμίνῳ τῷ σκάμματι καὶ γυμνῷ τῷ σώματι τὴν ἀκτῖνα δεχομένους ὥσπερ τινὰς ἀνδριάντας χαλκοῦς καὶ ἡλίῳ καὶ κονιορτῷ καὶ πνίγει μαχομένους, ἵνα τὴν τοσαῦτα ταλαιπωρήσασαν κεφαλὴν φύλλοις δάφνης ἀναδήσωνται; Ὑμῖν δὲ οὐ στέφανος δάφνης, ἀλλὰ στέφανος δικαιοσύνης πρόκειται τῆς ἀκροάσεως ὁ μισθὸς, καὶ οὐδὲ μέχρι μεσημβρίας μέσης ὑμᾶς κατέχομεν, ἀλλ' ἀπ' αὐτῶν τῶν προοιμίων τῆς ὑμετέρας ἕνεκα ὀλιγωρίας διαφίεμεν, ἔτι τοῦ ἀέρος ὄντος ψυχροτέρου, καὶ οὐ διαθερμαινομένου ταῖς ἀπὸ τῶν ἀκτίνων βολαῖς, οὐ γυμνῇ τῇ κεφαλῇ κελεύοντες ὑμᾶς τὴν ἀκτῖνα δέχεσθαι, B ἀλλ' ὑπὸ τὸν θαυμαστὸν τοῦτον ἄγομεν ὄροφον, καὶ τὴν ἀπὸ τῆς στέγης παρέχομεν παραμυθίαν παντὶ τρόπῳ ἐπινοοῦντες ὑμῖν ἄνεσιν, ὥστε γενέσθαι τῶν λεγομένων μόνιμον τὴν ἀκρόασιν. Μὴ δὴ γενώμεθα μαλακώτεροι τῶν παιδίων τῶν ἡμετέρων τῶν εἰς διδασκαλεῖα βαδιζόντων· ἐκεῖνα πρὸ τῆς μεσημβρίας οὐ τολμᾷ ἀναχωρῆσαι οἴκαδε, ἀλλ' ἄρτι τοῦ γάλακτος ἀποσπασθέντα, ἄρτι τῆς θηλῆς ἀποστάντα, οὐδέπω οὐδὲ πέντε ἐτῶν ἡλικίαν ἄγοντα, ἐν νεαρῷ καὶ ἁπαλῷ σώματι πᾶσαν καρτερίαν ἐπιδείκνυται· κἂν πνῖγος, κἂν δίψος, κἂν ἄλλο ὁτιοῦν παρενοχλῇ, πρὸς μεσημβρίαν μέσην διακαρτερεῖ, καὶ ταλαιπωρεῖται ἐν τῷ C διδασκαλείῳ καθήμενα. Εἰ καὶ μηδένα οὖν ἕτερον, ἐκεῖνα μιμησώμεθα τὰ παιδία ἡμεῖς οἱ ἄνδρες οἱ φθάσαντες εἰς μέτρον ἡλικίας. Εἰ γὰρ τοὺς λόγους τοὺς περὶ ἀρετῆς μὴ ἀνεχόμεθα ἀκούειν, τίς ἡμῖν πιστεῦσαι δυνήσεται, ὅτι τοὺς πόνους τοὺς ὑπὲρ τῆς ἀρετῆς ὑπομενοῦμεν; εἰ πρὸς τὴν ἀκρόασιν οὕτω βάναυσοι, πόθεν δῆλον, ὅτι πρὸς τὴν πρᾶξιν ἐσμὲν διεγηγερμένοι; εἰ τὸ εὐκολώτερον παραπεμψώμεθα, πῶς τὸ δυσκολώτερον οἴσομεν; Ἀλλὰ πολλὴ ἡ στενοχωρία, πολλὴ ἡ βία. Ἀλλ' ἄκουσον ὅτι βιασταὶ ἁρπάζουσι τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ὅτι στενὴ καὶ τεθλιμμένη

bona constituit. Non ergo defugio servitutem, quippe qui cum Paulo serviam. Nam et ille dicit : *Non nosmetipsos prædicamus, sed Christum Jesum Dominum : nos autem servos vestros propter Jesum.* 2. Cor. 4. 5. Et quid dico Paulum? Si is qui in forma Dei erat, semetipsum exinanivit formam servi accipiens propter servos, quid Phil. 2. 6. 7. magnum præsto, si ego servus fiam conservis ipse servus propter meipsum? Non ergo quod vestram servitutem detrectem, ista dixi, sed ut mihi venia detur, si forte minus convenientem omnium judicio mensam apponam. Vel potius id agite, quod nunc dicam. Vos qui numquam expleri potestis, sed esuritis justitiam, ac sititis, prolixosque sermones expetitis, propter fratrum vestrorum imbecillitatem aliquid sinite de consueta sermonis mensura resecari. Rursus vos qui brevitatem orationis adamatis, et imbecilliores estis, gratia fratrum vestrorum, qui exsaturari non possunt, laborem exiguum tolerate, vestraque Gal. 6. 2. invicem onera portate, atque ita Christi legem adimplete. Nonne videtis Olympicorum ludorum athletas in medio stantes theatro in ipso meridie tamquam in fornace in stadio ac nudo corpore solis radios excipientes quasi statuas quasdam æreas, et cum sole, pulvere, æstuque pugnare, ut tot ærumnis vexatum caput lauri foliis coronetur? Vobis autem non laurea corona, sed justitiæ corona in præmium auditionis est proposita, neque ad medium usque meridiem vos detinemus, sed ab ipsis lucis exordiis vos dimittimus propter vestram ignaviam, dum adhuc aer est frigidus, neque dum radiorum crebris jactibus concalefactus; non capite nudo vos jubemus solis æstum excipere, sed sub eximium laquear istud deducimus, vosque tecti solatio et quocumque genere jucunditatis a nobis excogitato recreamus, ut ea, quæ dicta fuerint, diutius et constantius audire possitis. Ne igitur puerulis nostris molliores fiamus, qui scholas frequentant : illi ante meridiem domum non audent redire, sed non ita pridem a lacte depulsi, paulo ante avulsi ab ubere, cum nondum quinque annorum ætatem attigerint, in juvenili ac tenero corpore tolerantiam omnem præ se ferunt : quamvis æstus, quamvis sitis, quamvis aliud quidvis molestiam afferat, ad medium usque meridiem in schola sedentes tolerando ac patienter ferendo perseverant. Itaque si nullum alium, puerulos illos imitemur nos viri, qui ad justam ac perfectam ætatem pervenimus. Si enim institutos de virtute sermones audire non sustinemus, quis nobis credere poterit nos labores toleraturos

pro virtute subeundos? si ad audiendum illiberales adeo simus ac sordidi, unde nos ad agendum promtiores fore constabit? si quod facilius est omittamus, quomodo quod difficilius est perferemus? At enim multæ sunt loci angustiæ, multa violentia. Audi sane, quod regnum cælorum rapiant violenti quod arcta sit et angusta via, quæ ducit ad vitam. Quando igitur per arctam et angustam viam incedimus, nos etiam oportet nos ipsos coarctare et comprimere, ut arctam et angustam conficere viam possimus. Nam qui seipsum dilatat, non ita facile viam angustam percurret, sed qui seipsum cohibet, comprimit et constringit.

Matth. 11. 12. *Matth.* 7. 4.

ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωήν. Ἐπεὶ οὖν στενὴν D καὶ τεθλιμμένην ὁδὸν βαδίζομεν, δεῖ ἡμᾶς καὶ ἑαυτοὺς στενοχωρεῖν καὶ θλίβειν, ἵνα δυνηθῶμεν διοδεῦσαι τὴν στενὴν καὶ τεθλιμμένην ὁδόν. Ὁ γὰρ ἐμπλατύνων ἑαυτὸν, οὐκ ἂν οὕτω ῥᾳδίως τὴν ἐστενωμένην ὁδὸν διαδράμοι, ἀλλ' ὁ συνέχων, καὶ θλίβων, καὶ πιέζων.

2. Neque enim de rebus trivialibus quæstionem habemus hodie, sed de re quæ cœpit quidem hesterno die proponi, non potuit autem solutio quæstionis afferri, propter eorum multitudinem, quæ fuerant in medium prolata. Quid illud porro est? De nominum impositione quæstio erat, quæ Deus sanctis imposuit. Res autem ista tenuis videtur esse, si quis audiat: multum vero continet thesaurum, si quis diligenter attendat. Nam et auream terram, quæ in fodinis reperitur, imperiti, et qui negligenter aspiciunt, terram nudam solum esse putant, neque quidquam amplius habere, quam aliam quamvis: qui vero artis oculis illam considerant, istius terræ nobilitatem noverunt, et dum illam in ignem injectam probant, omnem illius præstantiam patefaciunt. Sic nimirum in sacris Scripturis, qui oscitanter literas legunt, nudas esse literas arbitrantur, nec amplius quidquam in se continere quam cæteras: qui vero fidei oculis illas considerant, quemadmodum illi artis instrumentis, illarum probationem igni Spiritus committentes, totum illarum aurum facile cernent. Unde igitur quæstionis initium est ductum? Neque enim temere in hanc disceptationem incidimus, ne quis intempestivæ nos curiositatis condemnet: sed, cum apostolica vobis acta legerentur, Pauli præclara facinora narrare cupiebamus, jamque historiæ attigeramus exordium, et his verbis conceptum initium narrationis invenimus: *Saulus autem adhuc spirans minas et cædem in discipulos Domini*. Continuo turbavit nos immutatio nominis: invenimus enim in omnibus epistolis, et in illarum exordiis non Saulum eum, sed Paulum appellari, et hoc non in hoc solo, sed et in multis aliis accidisse. Nam et Petrus Simon dicebatur, et filii Zebedæi Jacobus et Joannes Filii tonitrui mutato deinde nomine sunt vocati: et in

Nominum mutatio quanti facienda.

Scripturæ Sacræ quomodo legendæ.

Act. 9. 1.

Οὐδὲ γὰρ περὶ τῶν τυχόντων ἐστὶν ἡμῖν ἡ ζήτησις τήμερον, ἀλλ' ὑπὲρ ζητήματος τὴν ἀρχὴν μὲν λαβόντος χθὲς, τὴν δὲ λύσιν μὴ λαβόντος διὰ τὸ πολλὰ γενέσθαι τὰ προβληθέντα. Τί δὴ τοῦτό ἐστι; Περὶ τῆς τῶν ὀνομάτων θέσεως ἐζητοῦμεν, ἅπερ ἐπέθηκε τοῖς ἁγίοις ὁ Θεός. Τοῦτο δὲ τὸ πρᾶγμα δοκεῖ μὲν ψιλὸν εἶναι, εἴ τις ἀκούσειε· πολὺν δὲ ἔχει θησαυρὸν, εἴ τις E μετὰ ἀκριβείας προσέχοι. Καὶ γὰρ τὴν χρυσῖτιν γῆν τὴν ἐν τοῖς μετάλλοις κειμένην οἱ μὲν ἄπειροι καὶ ἁπλῶς ὁρῶντες γῆν νομίζουσιν εἶναι μόνον ψιλὴν, καὶ οὐδὲν πλέον ἔχειν τῆς ἑτέρας· οἱ δὲ τοῖς ὀφθαλμοῖς τῆς τέχνης καταμανθάνοντες ἴσασι τῆς γῆς ταύτης τὴν εὐγένειαν, καὶ τῷ πυρὶ παραδόντες αὐτῆς τὴν βάσανον, ἅπασαν αὐτῆς ἐκκαλύπτουσι τὴν ὑπεροχήν. 110 Οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τῶν θείων Γραφῶν, οἱ μὲν ἁπλῶς A ἀναγινώσκοντες τὰ γράμματα, γράμματα εἶναι νομίζουσι ψιλὰ καὶ τῶν ἄλλων πλέον ἔχειν οὐδέν· οἱ δὲ τοῖς τῆς πίστεως ὀφθαλμοῖς αὐτὰ καταμανθάνοντες, καθάπερ ἐκεῖνοι τοῖς τῆς τέχνης ὀργάνοις, πυρὶ τοῦ Πνεύματος παραδιδόντες αὐτῶν τὴν ἐξέτασιν, ἅπαντα τὸν χρυσὸν αὐτῶν ὄψονται ῥᾳδίως. Πόθεν οὖν ἡ ἀρχὴ τῆς ζητήσεως γέγονεν; Οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς ἐνεπέσαμεν εἰς τὴν πραγματείαν ταύτην, ἵνα μή τις ἡμῶν ἀκαιρίαν καταγινώσκῃ· ἀλλ' ἐπεθυμήσαμεν εἰπεῖν τὰ Παύλου κατορθώματα, τῶν πράξεων τῶν ἀποστολικῶν ὑμῖν ὑπαναγινωσκομένων, καὶ ἡψάμεθα τοῦ προοιμίου τῆς ἱστορίας· ηὕραμεν δὲ τὴν ἀρχὴν τοῦ διηγήματος οὕτως ἔχουσαν· Σαῦλος δὲ ἔτι ἐμπνέων ἀπειλῆς καὶ B φόνου εἰς τοὺς μαθητὰς τοῦ Κυρίου. Εὐθέως ὑμᾶς διετάραξεν ἡ τοῦ ὀνόματος ἐναλλαγή· εὑρίσκομεν γὰρ ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς ἁπάσαις, καὶ ἐν τοῖς προοιμίοις ἐκείνοις οὐ Σαῦλον αὐτὸν, ἀλλὰ Παῦλον καλούμενον, καὶ τοῦτο οὐκ ἐπὶ τούτου μόνου, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πολλῶν ἑτέρων γινόμενον. Καὶ γὰρ καὶ ὁ Πέτρος Σίμων ἐλέγετο πρὸ τούτου, καὶ τὰ τέκνα Ζεβεδαίου Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης Υἱοὶ βροντῆς μετωνομάσθησαν ὕστερον, καὶ ἐν τῇ Παλαιᾷ δὲ τὸ ἔθος αὐτὸ τοῦτο ἴδοι τις ἂν ἐπ' ἐνίων κρατῆσαν· καὶ γὰρ ὁ Ἀβραὰμ πρότερον

Ἀβρὰμ λεγόμενος μετὰ ταῦτα Ἀβραὰμ ἐκαλεῖτο, καὶ Σάῤῥα πρὸ τούτου Σάρα, μετὰ δὲ ταῦτα Σάῤῥα ὠνομάσθη, καὶ ὁ Ἰακὼβ δὲ μετὰ ταῦτα Ἰσραὴλ προσηγορεύετο· C ἄτοπον οὖν ἔδοξεν ἡμῖν εἶναι τοσοῦτον ὀνομάτων θησαυρὸν παραδραμεῖν ἁπλῶς. Τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ ἀρχόντων τῶν ἔξωθεν συμβαῖνον εὕροι τις ἄν· καὶ γὰρ καὶ ἐκείνοις διπλοῦς ὁ χρηματισμὸς τῶν ὀνομάτων. Ὅρα δέ· Διεδέξατο, φησὶ, τὸν Φήλικα Πόρτιος Φῆστος· καὶ πάλιν, Συνῆν τις τῷ ἀνθυπάτῳ καλουμένῳ Σεργίῳ Παύλῳ· καὶ ὁ τὸν Χριστὸν ἐκδοὺς τοῖς Ἰουδαίοις Πόντιος Πιλάτος ἐλέγετο. Οὐ τοῖς ἄρχουσι δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς στρατιώταις πολλάκις διπλᾶ τὰ ὀνόματα, καὶ τοῖς τὸν ἰδιωτικὸν ἀνῃρημένοις βίον ἀπὸ αἰτίας τινὸς καὶ ὑποθέσεως διπλῆ γέγονεν ἡ D προσηγορία. Ἀλλ' ὑπὲρ μὲν ἐκείνων οὐδὲν ἡμῖν ὄφελος ζητεῖν πόθεν οὕτως ἐκλήθησαν· ὅταν δὲ ὁ Θεὸς ὀνομάζῃ, πᾶσαν ἐπιδείκνυσθαι σπουδὴν χρὴ ὡς εὑρεῖν τὴν αἰτίαν. Οὐδὲν γὰρ ἁπλῶς οὔτε εἰκῆ οὔτε ποιεῖν οὔτε λέγειν ὁ Θεὸς εἴωθεν, ἀλλ' ἕκαστον μετὰ τῆς αὐτῷ προσηκούσης σοφίας. Τί δήποτε οὖν Σαῦλος ἐλέγετο, ὅτε ἐδίωκεν, καὶ Παῦλος μετωνομάσθη, ὅτε ἐπίστευσε; Τινές φασιν ὅτι ἡνίκα μὲν ἐθορύβει καὶ ἐτάραττε καὶ συνέχεεν ἅπαντα, καὶ τὴν Ἐκκλησίαν ἐσάλευε, Σαῦλος ἐλέγετο, δι' αὐτὸ τοῦτο τὸ σαλεύειν τὴν Ἐκκλησίαν, ἀπὸ τοῦ πράγματος λαβὼν τὴν προσηγορίαν· ἐπειδὴ δὲ ἀπέστη τῆς μανίας ἐκείνης καὶ τὴν ταραχὴν ἀπέθετο, καὶ τὸν πόλεμον κατέλυσε, καὶ E τοῦ διώκειν ἐπαύσατο, πάλιν Παῦλος ἀπὸ τοῦ παύσασθαι μετωνομάσθη· ἀλλ' ἕωλος οὗτος ὁ λόγος καὶ οὐκ ἀληθὴς, καὶ διὰ τοῦτο αὐτὸν τέθεικα εἰς μέσον, ἵνα μὴ παρακρούησθε ταῖς ψιλαῖς αἰτιολογίαις. Πρῶτον μὲν γὰρ οἱ γονεῖς αὐτῷ τοῦτο τεθείκασι τοὔνομα οὐχὶ προφῆταί τινες ὄντες, καὶ τὸ μέλλον προορῶντες. Ἔπειτα εἰ διὰ τοῦτο Σαῦλος ἐλέγετο, ἐπειδὴ τὴν Ἐκκλησίαν ἐσάλευε καὶ ἐτάραττεν, ἔδει παυσάμενον αὐτὸν τοῦ σαλεύειν τὴν Ἐκκλησίαν εὐθέως καὶ τὸ ὄνομα ἀποθέσθαι· νῦν δὲ ὁρῶμεν αὐτὸν τοῦ μὲν σάλου 111 A τῶν κατὰ τῆς Ἐκκλησίας ἀποστάντα, τὸ ὄνομα δὲ οὐκ ἀποθέμενον, ἀλλ' ἔτι Σαῦλον λεγόμενον. Καὶ ἵνα μὴ νομίσητε ὅτι παρακρουόμενος ὑμᾶς ταῦτα λέγω, ἄνωθεν ὑμῖν τοῦτο ἀπαριθμήσομαι. Ἐξέβαλον τὸν Στέφανον, φησὶ, καὶ ἐλιθοβόλουν αὐτὸν, καὶ οἱ μάρτυρες ἀπέθεντο τὰ ἱμάτια αὐτῶν παρὰ τοὺς πόδας νεανίου καλουμένου Σαύλου· καὶ πάλιν, Σαῦλος δὲ ἦν συνευδοκῶν τῇ ἀναιρέσει αὐτοῦ· καὶ ἀλλαχοῦ, Σαῦλος δὲ ἐλυμαίνετο τὴν Ἐκκλησίαν κατὰ τοὺς οἴκους εἰσπορευόμενος, σύρων τε ἄνδρας καὶ γυναῖκας· καὶ πάλιν, Σαῦλος δὲ ἔτι ἐμπνέων ἀπειλῆς καὶ φόνου εἰς τοὺς μαθητὰς τοῦ Κυρίου· καὶ πάλιν, Ἤκουσε φωνὴν λέγουσαν αὐτῷ, Σαοὺλ, Σαοὺλ, τί με διώκεις; Οὐκοῦν ἐντεῦθεν αὐτὸν ἔδει λοιπὸν ἀποθέσθαι τὸ ὄνομα, καὶ B γὰρ ἀπέστη τοῦ διώκειν. Τί οὖν; εὐθέως ἀπέθετο;

Veteri Testamento hanc eamdem consuetudinem in quibusdam obtinuisse comperimus. Nam et Abraham prius Abram appellabatur, et Sarra prius Sara, deinde Sarra nominata est, et Jacob postea Israel est vocatus: absurdum igitur nobis est visum, si tantus a nobis thesaurus nominum temere præteriretur. Id vero in principibus etiam sæcularibus evenire comperimus: siquidem illi duplex quoque nomen assumunt. Vide autem: *Successit*, inquit, *Felici Porcius Festus:* et Act. 24. 28. rursus, *Erat quidam cum proconsule, qui* Act. 13. 7. *vocabatur Sergius Paulus,* et qui Judæis Christum tradidit, Pontius Pilatus dicebatur. Neque vero principibus tantum, sed et militibus sæpe duplicia fuerunt nomina, et illi qui privatam vitam elegerant, ob causam et occasionem aliquam duplicem sortiti sunt appellationem. Sed de illis quidem nobis nihil proderit si quæramus, unde ita fuerint appellati: cum vero Deus nomen imponit, omni studio incumbendum est, ut causam reperiamus. Neque enim temere aut sine causa quidquam vel facere Deus vel dicere consuevit, sed singula cum ea, quæ ipsi convenit, sapientia. Cur ergo tandem Saulus dicebatur, cum persequeretur, et Paulus mutato nomine dictus est, quando credidit? Nonnulli dicunt, quando turbabat, tumultuabatur, et miscebat omnia, Ecclesiamque exagitabat, Saulum illum fuisse dictum, et ab hac ipsa Ecclesiæ vexatione nomen esse sortitum: postquam autem ab illa recessit insania, turbasque ciere ac bellum inferre desiit, rursus Paulum, cum pausam fecisset, mutato nomine dictum esse; sed futilis et falsa est hæc oratio, atque idcirco a me prolata in medium, ne forte nudis quibusdam causarum expositionibus decipi vos sinatis. Primum enim parentes hoc illi nomen imposuerunt, non quod prophetæ quidam essent, et quod futurum erat præviderent. Deinde si propterea Saulus dicebatur, quoniam Ecclesiam exagitabat et vexabat, oportebat eum, cum exagitare desiisset Ecclesiam, continuo nomen quoque deponere: jam vero illum videmus, cum turbas ciere adversus Ecclesiam cessaret, nomen idcirco non deposuisse, verum adhuc Saulum esse appellatum. Ne vero putetis hæc idcirco a me dici, ut vos circumveniam, rem ipsam vobis a capite narrabo. *Ejecerunt*, inquit Scriptura, *Stephanum, et lapidabant eum, et testes deposuerunt vestimenta* Act. 7. 57. *sua secus pedes adolescentis, qui vocabatur Saulus;* et rursus, *Saulus autem erat consentiens neci ejus;* et alibi, *Saulus autem deva-* Act. 7. 59. Act. 8. 3.

Deus nihil facit frustra.

Cur Paulus nomen mutaverit.

Act. 9. 1. *stabat Ecclesiam, per domos intrans, et trahens viros ac mulieres;* et rursus, *Saulus autem adhuc spirans minas ac cædem in*
Act. 9. 4. *discipulos Domini;* et rursus, *Audivit vocem dicentem sibi, Saule, Saule, quid me persequeris?* Itaque oportuit ex hoc tempore ut Sauli nomen abjiceret, siquidem a persequutione abstinebat. Num igitur confestim abjecit? Nequaquam, idque ex iis quæ sequuntur, liquet: ani-
Ib. v. 8. madvertite, quæso. *Surrexit Saulus de terra, aperiisque oculis nihil videbat;* et rursus,
Ib. v. 11. *Dixit autem Ananiæ Dominus: Vade in vicum, qui vocatur Rectus, et invenies in domo Judæ Saulum nomine;* et rur-
Ib. v. 17. sus, *Introivit Ananias, et dixit, Saule frater, Dominus misit me, qui apparuit tibi in via, ut videas.* Deinde cœpit prædicare, et confundebat Judæos, nec tamen ita nomen deposuit, sed
Ib. v. 24. adhuc Saulus dicebatur. *Notæ enim,* inquit, *factæ sunt Saulo insidiæ Judæorum.* Num igitur his tantum in locis? Nequaquam, sed,
Act. 11. 29. 30. *Facta est fames,* inquit, *et proposuerunt discipuli mittere Jerosolymam sanctis in ministerium. Miserunt autem per manum Barnabæ et Sauli.* Ecce sanctis ministrat, et adhuc Saulus
Act. 11. 22. dicitur: et postea ingressus est Barnabas Antiochiam, et videns gratiam Dei, et magnam ibi esse multitudinem, profectus est Tarsum, ut quæreret Saulum. Ecce multos convertit, et Saulus dicitur;
Act. 13. 1. et rursus *Erant,* inquit, *Antiochiæ in Ecclesia, quæ illic erat, prophetæ, et doctores, Symeon qui vocabatur Niger, et Lucius Cyrenæus, et Manahen, qui erat Herodis tetrarchæ collactaneus, et Saulus.* Ecce et doctor factus erat et propheta, et adhuc Saulus dicebatur. Et rursus, *Ministrantibus autem illis*
Ib. v. 2. *Domino, et jejunantibus, dixit Spiritus sanctus: Segregate mihi Barnabam et Saulum.*

Pauli nomen ubi primum occurrerit.

3. Ecce etiam a Spiritu sancto segregatur, needum tamen nomen deponit, sed quando venit Salamina, quando magum invenit, tunc ait Lucas de illo: *Saulus autem, qui et Paulus, repletus Spiritu sancto dixit.* Hinc mutationis nominis initium est factum. Ne igitur defatige-
Act. 13, 9. mur, dum rationem hanc impositionis nominum quærimus. Siquidem nominum inventio in sæcularibus quoque negotiis vim non mediocrem obtinet. Nam et sæpenumero efficit, ut postmultum tempus elapsum homines agnoscamus, et latentem cognationem patefacit inventio nominum, atque exortas in judicio dubitationes solvit, et pugnas tollit, et bellum exstinguit inventio

Οὐδαμῶς, καὶ τοῦτο ἐκ τῶν ἑξῆς δῆλον· σκοπεῖτε δέ· Ἠγέρθη Σαῦλος ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἀνεῳγμένων τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ οὐδένα ἔβλεπε· καὶ πάλιν· Εἶπε δὲ Κύριος τῷ Ἀνανίᾳ· πορεύθητι εἰς τὴν ῥύμην καλουμένην Εὐθεῖαν, εὑρήσεις ἐν οἰκίᾳ Ἰούδα Σαῦλον ὀνόματι· καὶ πάλιν, Εἰσελθὼν ὁ Ἀνανίας εἶπε, Σαοὺλ ἀδελφὲ, ἀπέσταλκέ με ὁ Κύριος, ὁ ὀφθείς σοι ἐν τῇ ὁδῷ, ἵνα ἀναβλέψῃς. Εἶτα ἤρξατο κηρύσσειν καὶ συνέχεε τοὺς Ἰουδαίους, καὶ οὐδὲ οὕτως τὸ ὄνομα ἀπέθετο,
C ἀλλ' ἔτι Σαῦλος ἐλέγετο. Ἐγνώσθη γὰρ, φησὶ, τῷ Σαύλῳ ἡ ἐπιβουλὴ τῶν Ἰουδαίων. Ἆρ' οὖν ἐνταῦθα μόνον; Οὐδαμῶς, ἀλλ', Ἐγένετο λιμὸς, φησὶ, καὶ ὥρισαν οἱ μαθηταὶ πέμψαι εἰς Ἱεροσόλυμα τοῖς ἁγίοις εἰς διακονίαν. Ἔπεμψαν δὲ διὰ χειρὸς Βαρνάβα καὶ Σαύλου. Ἰδοὺ διακονεῖ τοῖς ἁγίοις, καὶ ἔτι Σαῦλος λέγεται. Εἰσῆλθε καὶ μετὰ ταῦτα Βαρνάβας εἰς Ἀντιόχειαν, καὶ ἰδὼν τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ, καὶ ὅτι πλῆθος ἦν ἐκεῖ πολὺ, ἐξῆλθεν εἰς Ταρσὸν ἀναζητῆσαι Σαῦλον. Ἰδοὺ καὶ ἐπιστρέφει πολλοὺς, καὶ Σαῦλος λέγεται· καὶ πάλιν· Ἦσαν, φησὶν, ἐν Ἀντιοχείᾳ κατὰ τὴν οὖσαν Ἐκκλησίαν προφῆται καὶ διδάσκαλοι, Συ-
D μεὼν ὁ καλούμενος Νίγερ, καὶ Λούκιος ὁ Κυρηναῖος, Μαναήν τε Ἡρώδου τοῦ τετράρχου σύντροφος, καὶ Σαῦλος. Ἰδοὺ καὶ διδάσκαλος ἐγένετο καὶ προφήτης, καὶ ἔτι Σαῦλος ἐλέγετο. Καὶ πάλιν, Λειτουργούντων δὲ αὐτῶν τῷ Κυρίῳ καὶ νηστευόντων, εἶπε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἀφορίσατέ μοι τὸν Βαρνάβαν καὶ τὸν Σαῦλον.

Ἰδοὺ καὶ ἀφορίζεται ὑπὸ τοῦ Πνεύματος, καὶ οὐδέπω τὸ ὄνομα ἀποτίθεται, ἀλλ' ὅτε ἦλθεν εἰς Σαλαμῖνα, ὅτε τὸν μάγον εὗρε, τότε φησὶν ὁ Λουκᾶς περὶ αὐτοῦ· Σαῦλος δὲ, ὁ καὶ Παῦλος, πλησθεὶς Πνεύματος ἁγίου, εἶπεν. Ἐντεῦθεν ἡ ἀρχὴ τῆς μετονομασίας ἐγίνετο.
E Μὴ τοίνυν ἀποκάμωμεν τὸν περὶ τῶν ὀνομάτων τοῦτον ζητοῦντες λόγον. Ὀνομάτων γὰρ εὕρεσις καὶ ἐν τοῖς βιωτικοῖς πράγμασι πολλὴν ἔχει τὴν ἰσχύν. Καὶ γὰρ ἀναγνωρισμὸν διὰ πολλοῦ χρόνου πολλάκις εἰργάσατο, καὶ συγγένειαν λανθάνουσαν ἐφανέρωσεν ὀνομάτων εὕρεσις, καὶ ἀμφισβητήσεις ἐν δικαστηρίῳ ἔλυσε, καὶ μάχας καθεῖλε, καὶ πόλεμον ἔσβεσεν ὀνομάτων εὕρεσις, καὶ πολλάκις ὑπόθεσις εἰρήνης γέγονεν. Εἰ δὲ ἐν τοῖς βιωτικοῖς πράγμασι τοσαύτη ἡ

δύναμις τῆς τῶν ὀνομάτων εὑρέσεως, πολλῷ μᾶλλον ἐν τοῖς πνευματικοῖς. Πρότερον δὲ ἀνάγκη αὐτὰ τὰ ζητήματα διακρῖναι μετὰ ἀκριβείας. Ζητεῖται τοίνυν πρῶτον μὲν, διὰ τί τῶν ἁγίων τοὺς μὲν ὠνόμασεν ὁ Θεὸς, τοὺς δὲ οὐκ ὠνόμασεν. Οὐ γὰρ δὴ πάντας τοὺς ἁγίους αὐτὸς ὠνόμασεν, οὔτε ἐν τῇ Καινῇ, οὔτε ἐν τῇ Παλαιᾷ· καὶ ὅπερ γέγονεν ἐν τῇ Καινῇ, τοῦτο καὶ ἐν τῇ Παλαιᾷ, ἵνα μάθῃς, ὅτι εἷς ἐστιν ὁ Δεσπότης ἑκατέρων τῶν διαθηκῶν. Ἐν μὲν οὖν τῇ Καινῇ τὸν Σίμωνα ὁ Χριστὸς Πέτρον ὠνόμασε, καὶ τὰ τέκνα Ζεβεδαίου Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην Υἱοὺς βροντῆς, τούτους μόνους· τῶν δὲ λοιπῶν μαθητῶν οὐδένα, ἀλλ' ἀφῆκεν αὐτοὺς ἐν ταῖς προσηγορίαις, ἐν οἷς ἔθεντο αὐτοὺς οἱ γονεῖς ἐξ ἀρχῆς· ἐν δὲ τῇ Παλαιᾷ τὸν Ἀβραὰμ ὁ Θεὸς μετωνόμασε καὶ τὸν Ἰακὼβ· οὔτε δὲ B τὸν Ἰωσὴφ, οὔτε τὸν Σαμουὴλ, οὔτε τὸν Δαυὶδ, οὔτε τὸν Ἠλίαν, οὔτε τὸν Ἐλισσαῖον, οὔτε τοὺς λοιποὺς προφήτας, ἀλλ' ἀφῆκεν αὐτοὺς ἐπὶ τῆς προσηγορίας μένειν τῆς ἐν ἀρχῇ. Ἓν μὲν τοῦτο πρῶτον ζήτημά ἐστι, διὰ τί τῶν ἁγίων οἱ μὲν μετωνομάσθησαν, οἱ δὲ οὔ· δεύτερον δὲ μετ' ἐκεῖνο, διὰ τί τούτων οἱ μὲν ἐν μέσῃ τῇ ἡλικίᾳ μετωνομάζοντο, οἱ δὲ ἐξ ἀρχῆς, καὶ πρὸ αὐτῶν τῶν ὠδίνων. Τὸν μὲν γὰρ Πέτρον καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην ἐν μέσῃ τῇ ἡλικίᾳ μετωνόμασεν ὁ Χριστός· Ἰωάννην δὲ τὸν βαπτιστὴν πρὸ αὐτῶν τῶν ὠδίνων. Ἦλθε γὰρ ἄγγελος Κυρίου, καὶ εἶπε· μὴ φοβοῦ, Ζαχαρία· ἰδοὺ ἡ γυνή σου Ἐλισάβετ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰωάν- C νην. Εἶδες πῶς πρὸ τῶν ὠδίνων ἡ προσηγορία; Τοῦτο καὶ ἐν τῇ Παλαιᾷ γέγονεν. Ὥσπερ γὰρ ἐν τῇ Καινῇ ὁ μὲν Πέτρος καὶ Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης εἰς ἄνδρας τελοῦντες μετωνομάσθησαν, καὶ διώνυμοι γεγόνασιν, Ἰωάννης δὲ ὁ βαπτιστὴς πρὸ αὐτῶν τῶν ὠδίνων καὶ τῶν τόκων ἔλαβε τὴν προσηγορίαν· οὕτω καὶ ἐν τῇ Παλαιᾷ ὁ μὲν Ἀβραὰμ καὶ Ἰακὼβ ἐν μέσῃ τῇ ἡλικίᾳ μετωνομάζοντο· ὁ μὲν γὰρ ἐκαλεῖτο Ἀβρὰμ, καὶ ἐκλήθη Ἀβραάμ· ὁ δὲ ἐκαλεῖτο Ἰακὼβ, ἐκλήθη δὲ Ἰσραήλ. Ὁ δὲ Ἰσαὰκ οὐκ ἔτι οὕτως, ἀλλὰ πρὸ D αὐτῶν τῶν ὠδίνων τὸ ὄνομα δέχεται· καὶ καθάπερ ἐκεῖ ὁ ἄγγελος εἶπεν· Ἡ γυνή σου λήψεται ἐν γαστρὶ, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰωάννην· οὕτω καὶ ἐνταῦθα ὁ Θεὸς εἶπε πρὸς τὸν Ἀβραάμ· Ἡ γυνή σου Σάῤῥα τέξεται υἱὸν καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰσαάκ. Ἓν μὲν οὖν τοῦτο ζήτημα, τίνος ἕνεκεν οἱ μὲν μετωνομάσθησαν, οἱ δὲ οὐκέτι· δεύτερον δὲ μετ' ἐκεῖνο, τί δήποτε οἱ μὲν ἐν μέσῃ τῇ ἡλικίᾳ, οἱ δὲ πρὸ αὐτῶν τῶν ὠδίνων, καὶ ταῦτα μὲν ἐν ἑκατέραις Διαθήκαις. Ἡμεῖς δὲ ἐπὶ τὸ δεύτερον ἴωμεν πρότερον· οὕτω γὰρ καὶ ἐκεῖνο σαφέστερον ἔσται· E καὶ ἴδωμεν τοὺς ἐξ ἀρχῆς ὀνομασθέντας, καὶ ἀναβαίνοντες μετὰ (f. κατὰ) μικρὸν ἐπὶ τὸν πρῶτον ὀνομασθέντα ἄνθρωπον παρὰ τοῦ Θεοῦ ἔλθωμεν, ἵνα

nominum, ac sæpe pacis ineundæ occasionem
112 suppeditat. Quod si sæcularibus in negotiis in-
A ventio nominum tantum valet, multo magis in spiritualibus. Sed prius necesse est, ut ipsas quæstiones accurate discernamus. Primum ergo quæritur, qua de causa quibusdam sanctis Deus nomen imposuerit, quibusdam non imposuerit. Neque enim omnibus sanctis nomina imposuit ipse, neque in Novo, neque in Veteri Testamento; quodque in Novo factum est, id etiam in Veteri, ut unum utriusque Testamenti Dominum esse cognoscas. Itaque in Novo quidem Simoni Christus Petri nomen imposuit, et filiis Zebedæi Jacobo et Joanni Filiorum tonitrui, solis istis: B reliquorum autem discipulorum nemini, sed suas illis appellationes reliquit, quas a principio parentes illis imposuerant; in Veteri autem Abrahamo nomen immutavit Deus et Jacob: non item Joseph, neque Samueli, neque Davidi, neque Heliæ, neque Elissæo, neque cæteris prophetis, sed ut priores illi appellationes retinerent, permisit. Hæc quidem prima est quæstio, quare quibusdam ex sanctis immutata sint nomina, quibusdam non item: secunda vero post illam est, cur ex his quibusdam in media ætate mutata sint nomina, quibusdam ab initio, atque ante ortum. Nam Petro quidem et Jacobo et Joanni in media C ætate nomina Christus immutavit: Joanni autem Baptistæ, priusquam etiam ex utero matris prodiret. *Venit enim angelus Domini, et dixit: Ne timeas, Zacharia: ecce uxor tua Elisabet pariet filium, et vocabis nomen ejus Joannem.* Vides impositum illi fuisse nomen, antequam nasceretur? Hoc et in Veteri accidit Testamento. Ut enim in Novo Petrus quidem et Jacobus et Joannes in virili ætate nomen aliud acceperunt, et duplici nomine sunt appellati, D Joannes autem Baptista nomen accepit antequam nasceretur: sic et in Veteri Abrahamo quidem et Jacob in media ætate nomen est immutatum; nam ille quidem Abram vocabatur, et Abraham vocatus est: hic vero Jacob vocabatur, et Israel est vocatus. Isaac autem non ita, sed antequam partu ederetur, nomen accepit; et quemadmodum illic angelus dixit: *Uxor tua in utero concipiet, et pariet filium, et vocabis nomen ejus Joannem*: ita hic quoque Deus ad Abraham dixit: *Uxor tua Sarra pariet filium, et* E *vocabis nomen ejus Isaac.* Una igitur hæc quæstio est, quare nonnullis mutatum sit nomen, nonnullis vero minime: altera vero ab illa, cur tandem nonnullis medio in ætatis decursu, non-

Nomina immutata in Veteri Testamento.

Luc. 1, 13.

Gen. 17. 19.

Duæ quæstiones de nominum mutatione.

nullis etiam antequam nascerentur; idque in utroque Testamento. Nos autem ad posteriorem prius aggrediamur; sic enim prior quoque dilucidior fiet: eosque qui ab initio nomen acceperunt videamus, ac pedetentim ascendentes ad primum hominem veniamus, cui a Deo nomen est impositum, ut ab ipso initio quæstionum solutio derivetur. Quis ergo prius a Deo nomen accepit? Quis vero alius, quam qui primus formatus est? Neque enim alius erat homo, cui nomen posset imponi. Qualem igitur appellationem accepit? Adam voce Hebraica dictus est: neque enim Græcum est nomen, sed in Græcam linguam versum nihil aliud significat, quam terrenum: siquidem Edem terram virginem sonat; talis porro fuit locus ille, in quo paradisum

Gen. 2. 8. Deus plantavit. *Plantavit enim Deus,* inquit, Scriptura, *paradisum in Edem ad Orientem;* ut intelligas non humanarum opus manuum fuisse paradisum: siquidem terra fuit virgo, quæ neque vomerem experta erat, neque sulco exarata, sed nullis agricolarum manibus culta solo jussu plantas illas germinarat. Propterea Edem illam appellavit, quod terram virginem

Terra virgo Edem, Virginis Matris figura. significat. Hæc virgo figura virginis illius fuit. Nam quemadmodum terra ista nullo excepto semine paradisum nobis germinavit: sic et illa nullo viri semine suscepto Christum nobis germinavit. Quando igitur dicet tibi Judæus, Quomodo virgo peperit? dic tu illi: Quomodo terra virgo stupendas illas arbores germinavit? Siquidem Hebræa lingua Edem dicitur terra virgo: quod si fidem habere quis renuat, Hebrææ linguæ peritos interroget, et hanc veram esse nominis Edem interpretationem comperiet. Non enim quoniam eos alloquimur qui linguam illam non tenent, idcirco vos velim fallere: sed in id unum incumbimus, ut inexpugnabiles vos reddamus, et tamquam præsentibus inimicis qui ista noverunt, ita cuncta diligenter interpretamur. Quoniam igitur ex Edem terra virgine formatus est homo, matri cognominis Adam vocatus est. Ita faciunt homines quoque, liberos qui nascuntur sæpe nominibus matrum appellant: ita Deus etiam formatum ex terra hominem, de nomine matris Adam dixit. Illa Edem, hic Adam.

ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τὰ ζητήματα τὴν λύσιν λαμβάνῃ. Τίνα οὖν πρῶτον ὠνόμασεν ὁ Θεός; Τίνα δὲ ἄλλον, ἀλλ' ἢ τὸν πρῶτον πλασθέντα; Οὐδὲ γὰρ ἦν ἄλλος ἄνθρωπος οὐδεὶς, ὥστε ἐπιθεῖναι αὐτῷ προσηγορίαν. Τίνα οὖν τοῦτον ὠνόμασεν; Ἀδὰμ τῇ Ἑβραίων φωνῇ·

113 οὐ γάρ ἐστιν Ἑλληνικὸν τὸ ὄνομα, εἰς δὲ τὴν Ἑλλάδα

A μεταβαλλόμενον, οὐδὲν ἄλλο δηλοῖ, ἀλλ' ἢ τὸν γήϊνον· τὸ γὰρ Ἐδὲμ τὴν παρθένον σημαίνει γῆν· τοιοῦτον δὲ ἦν τὸ χωρίον ἐκεῖνο, ἐν ᾧ τὸν παράδεισον ἐφύτευσεν ὁ Θεός. Ἐφύτευσε γὰρ τὸν παράδεισον ὁ Θεὸς, φησὶν, ἐν Ἐδὲμ κατὰ ἀνατολάς· ἵνα μάθῃς, ὅτι οὐκ ἀνθρωπίνων χειρῶν ἔργον ἦν ὁ παράδεισος· παρθένος γὰρ ἦν ἡ γῆ, καὶ οὔτε ἄροτρον δεξαμένη ἦν, οὔτε εἰς αὔλακα διανοιγεῖσα, ἀλλ' ἄπειρος οὖσα γεωργικῶν χειρῶν ἀπὸ ἐπιταγῆς μόνον ἐβλάστησε τὰ δένδρα ἐκεῖνα. Διὰ τοῦτο Ἐδὲμ αὐτὴν ἐκάλεσεν, ὅπερ ἐστὶ παρθένος γῆ· αὕτη ἡ παρθένος ἐκείνης τῆς παρθένου τύπος ἦν. Ὥσπερ γὰρ αὕτη ἡ γῆ μὴ δεξαμένη σπέρματα ἐβλάστησεν ἡμῖν τὸν παράδεισον· οὕτω καὶ

B ἐκείνη μὴ δεξαμένη σπέρμα ἀνδρὸς ἐβλάστησεν ἡμῖν τὸν Χριστόν. Ὅταν οὖν εἴποι σοι ὁ Ἰουδαῖος, πῶς ἔτεκεν ἡ παρθένος; εἰπὲ πρὸς αὐτὸν, πῶς ἐβλάστησεν ἡ παρθένος γῆ τὰ δένδρα ἐκεῖνα τὰ παράδοξα; Τὸ γὰρ Ἐδὲμ παρθένος γῆ λέγεται τῇ Ἑβραίων γλώττῃ· καὶ εἴ τις διαπιστεῖ, τοὺς τῆς γλώττης τῆς Ἑβραίων ἐμπείρους διερωτάτω, καὶ θεάσεται ταύτην οὖσαν τὴν ἑρμηνείαν τοῦ Ἐδὲμ ὀνόματος. Οὐδὲ γὰρ ἐπειδὴ ἀγνοοῦσι λέγομεν, διὰ τοῦτο παραλογίσασθαι ὑμᾶς βούλομαι, ἀλλὰ σπουδάζοντες ἀχειρώτους ποιεῖν, ὥσπερ αὐτῶν τῶν ἐχθρῶν παρόντων τῶν ταῦτα εἰδότων, οὕτω μετὰ ἀκριβείας ἅπαντα ἑρμηνεύομεν.

C Ἐπειδὴ οὖν ἀπὸ τῆς Ἐδὲμ τῆς παρθένου γῆς ἐπλάσθη ἄνθρωπος, ἐκλήθη Ἀδὰμ συνώνυμος τῇ μητρί. Οὕτω καὶ ἄνθρωποι ποιοῦσι, τὰ τικτόμενα παιδία εἰς ὄνομα τῶν μητέρων καλοῦσι πολλάκις· οὕτω καὶ ὁ Θεὸς τὸν πλασθέντα ἄνθρωπον ἀπὸ τῆς γῆς εἰς ὄνομα τῆς μητρὸς ἐκάλεσεν Ἀδάμ. Ἐκείνη Ἐδὲμ, οὗτος Ἀδάμ.

4. Sed quæ tandem inde dimanat utilitas? Homines enim nomine matrum vocant, ob honorem quem deferunt matribus, quæ pepererunt: Deus autem quam ob causam nomine matris appellavit? quid magni, vel exigui hoc agendo disposuit? Nihil enim temere aut sine causa fa-

Ἀλλὰ τί τὸ χρήσιμον; Ἄνθρωποι μὲν γὰρ καλοῦσιν εἰς ὄνομα τῶν μητέρων διὰ τὴν τιμὴν τῶν τετοκυιῶν γυναικῶν· ὁ Θεὸς τίνος ἕνεκεν εἰς ὄνομα τῆς μητρὸς ἐκάλεσεν; τί μέγα ἢ μικρὸν οἰκονομῶν ἐντεῦθεν; Οὐδὲν γὰρ ἁπλῶς οὐδὲ εἰκῇ ποιεῖ, ἀλλὰ μετὰ λόγου

D καὶ σοφίας πολλῆς· τῆς γὰρ συνέσεως αὐτοῦ οὐκ

ἐστιν ἀριθμός. Ἐδὲμ ἡ γῆ, Ἀδὰμ ὁ γήϊνος, ὁ χοϊκὸς, ὁ γηγενής. Διὰ τί οὖν οὕτως αὐτὸν ἐκάλεσεν; Ἀναμιμνήσκων αὐτὸν διὰ τοῦ ὀνόματος τῆς εὐτελείας τῆς κατὰ φύσιν, καὶ καθάπερ ἐν στήλῃ χαλκῇ τῇ προσηγορίᾳ κατατιθέμενος τὴν ταπεινότητα τῆς οὐσίας, ἵνα τὸ ὄνομα διδασκαλίαν ἔχῃ μετριοφροσύνης· ἵνα μὴ μείζονα τῆς οἰκείας ἀξίας ἔννοιαν λάβῃ. Ἡμεῖς μὲν γὰρ ὅτι γῆ ἐσμεν, ἴσμεν σαφῶς, καὶ ἀπ' αὐτῆς τῆς πείρας τῶν πραγμάτων· ἐκεῖνος δὲ οὐδένα εἶδε πρὸ E
αὐτοῦ τετελευτηκότα, οὐδὲ διαλυθέντα εἰς κόνιν, ἀλλὰ πολὺ τὸ κάλλος ἦν αὐτῷ τοῦ σώματος, καὶ καθάπερ χρυσοῦ ἀνδριὰς ἀπὸ χωνευτηρίου ἄρτι προελθὼν, οὕτως ἀπέλαμπεν. Ἵνα μὴ οὖν τὸ ὑπερέχον τῆς ὄψεως εἰς ἀπόνοιαν αὐτὸν ἐπάρῃ, ἀντέστησεν αὐτῷ ὄνομα ἱκανὴν ταπεινοφροσύνης διδασκαλίαν ἔχον· ἔμελλε γὰρ αὐτῷ καὶ ὁ διάβολος προσελθὼν διαλέγεσθαι περὶ ἀπονοίας· ἔμελλεν ἐρεῖν αὐτῷ, ὅτι Ἔσεσθε ὡς θεοί. Ἵνα οὖν μεμνημένος τοῦ ὀνόματος τοῦ διδάσκοντος αὐτὸν, ὅτι γῆ ἐστι, μηδέποτε ἰσο- 114
A θείαν φαντάζηται, διὰ τοῦτο προκαταλαμβάνει αὐτοῦ τὸ συνειδὸς τῷ ὀνόματι, ἱκανὴν αὐτῷ διὰ τῆς προσηγορίας προαποτιθέμενος ἀσφάλειαν τῆς μελλούσης ἐπάγεσθαι παρὰ τοῦ πονηροῦ δαίμονος ἐπιβουλῆς, καὶ τῆς πρὸς τὴν γῆν αὐτὸν ἀναμιμνήσκων συγγενείας, καὶ ἐμφαίνων τῆς φύσεως τὴν εὐγένειαν ἅπασαν, καὶ μονονουχὶ λέγων, ὅτι ἐὰν εἴποι σοι, ὅτι ἔσῃ ὡς Θεὸς, ἀναμνήσθητι τοῦ ὀνόματος, καὶ ἱκανὴν ἔλαβες παραίνεσιν, ὥστε μὴ δέξασθαι τὴν συμβουλήν. Ἀναμνήσθητι τῆς μητρὸς, ἀπὸ τῆς συγγενείας ἐπίγνωθι τὴν εὐτέλειαν, οὐχ ἵνα τὴν ταπεινότητα μάθῃς, ἀλλ' ἵνα μηδέποτε εἰς ἀπόνοιαν ἐπαρθῇς. Διὰ τοῦτο καὶ B
Παῦλος ἔλεγεν, Ὁ πρῶτος ἄνθρωπος Ἀδὰμ ἐκ γῆς χοϊκός. Τὸ γὰρ Ἀδὰμ ἑρμηνεύων ἡμῖν τί ποτέ ἐστιν, ἔλεγε τὸ, Ἐκ γῆς χοϊκός· ὁ δεύτερος ἄνθρωπος ὁ Κύριος ἐξ οὐρανοῦ. Ἀλλ' ἐπιπηδῶσιν ἡμῖν οἱ αἱρετικοὶ λέγοντες· ἰδοὺ οὐκ ἀνέλαβε σάρκα ὁ Χριστός· Ὁ δεύτερος γὰρ, φησὶν, ἄνθρωπος ὁ Κύριος ἐξ οὐρανοῦ. Ἀκούεις ὅτι δεύτερος ἄνθρωπος, καὶ λέγεις, ὅτι οὐκ ἀνέλαβε σάρκα; Καὶ τί ταύτης ἀναισχυντίας γένοιτ' ἂν ἴσον; τίς γάρ ἐστιν ἄνθρωπος σάρκα οὐκ ἔχων; Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἄνθρωπον καὶ δεύτερον αὐτὸν ἐκάλεσεν ἄνθρωπον, ἵνα ἴδῃς αὐτοῦ τὴν συγγένειαν, καὶ ἀπὸ τοῦ ἀριθμοῦ καὶ ἀπὸ τῆς φύσεως. Τίς οὖν ἐστι, φησὶν, ὁ δεύτερος ἄνθρωπος; Ὁ Κύριος ἐξ οὐρανοῦ. C
Ἀλλ' ὁ τόπος με σκανδαλίζει, φησὶ, καὶ τὸ λέγεσθαι Ἐξ οὐρανοῦ. Ὅταν ἀκούσῃς, ὅτι πρῶτος ἄνθρωπος Ἀδὰμ ἐκ γῆς χοϊκὸς, ἆρα γήϊνον αὐτὸν νομίζεις εἶναι; ἆρα χοϊκὸν ὑποπτεύεις μόνον εἶναι, μὴ ἔχειν δὲ δύναμιν ἀσώματον, τὴν ψυχὴν λέγω καὶ τὴν ἐκείνης φύσιν; Καὶ τίς ἂν τοῦτο εἴποι; Ὥσπερ οὖν περὶ τοῦ Ἀδὰμ ἀκούων, ὅτι χοϊκὸς ἦν, οὐκ ἔρημον τῆς ψυχῆς τὸ σῶμα ὑποπτεύεις· οὕτως ἀκούων, Ὁ Κύριος ἐξ

cit, sed multa cum ratione ac sapientia : quippe *Cujus sapientiæ non est numerus.* Edem terra, *Psal.* 146. 5.
Adam terrenus, pulvereus, e terra genitus. Cur igitur sic illum appellavit? Suam nimirum illi vilitatem naturalem hoc nomine in memoriam revocavit, et tamquam in æreo cippo substantiæ humilitatem exaravit, ut ex nominis sui magisterio modestiam discat, neque majorem, quam par sit, de sua dignitate opinionem concipiat. Nam nos quidem terram nos esse probe novimus, idque nobis ipsa rerum experientia compertum est : at ille neminem ante se viderat, qui mortem obiisset, neque in cinerem redactum, sed eximia corporis pulchritudine pollebat, et tamquam statua quædam aurea, quæ recens e conflatoria fornace prodiisset, ita fulgebat. Ne igitur propter eximiam speciem superbia efferretur, illi nomen opposuit, cujus magisterio sufficienter ad humilitatem informaretur : accedens enim diabolus ad superbiam verbis illum suis incitaturus erat, eique dicturus, *Eritis sicut dii.* *Gen.* 3. 5.
Ut igitur nominis sui recordaretur, a quo terram se esse docebatur, nec umquam æqualem se Deo futurum opinionis errore sibi fingeret, propterea conscientiam ejus præoccupat, et nominis subsidio sufficienti eum adversus insidias a scelerato dæmone struendas cautione præmunit, dum et suæ cum terra cognationis illum admonet, et omnem illi naturæ suæ nobilitatem declarat, hoc propemodum illi dicens : Si forte dixerit tibi, Eris sicut Deus, nominis tui recordare, et sufficienti admonitione instrueris, ut ne consilium admittas. Recordare matris, et cognationis agnosce vilitatem, non ut humilitatem discas, sed ne umquam superbia intumescas. Propterea Paulus quoque dicebat : *Primus homo de terra terrenus.* Adam quid sonet
Quid enim sit Adam nobis interpretans aiebat illud : *De terra terrenus, secundus homo ipse Dominus de cælo.* 1. *Cor.* 15. 47.
Sed invadunt nos hæretici, ac dicunt : Ecce carnem Christus non assumsit : ait enim Paulus, *Secundus homo, Dominus de cælo.* Audis *secundus homo,* et dicis eum carnem non assumsisse? Quis talem umquam impudentiam vidit? quis enim homo esse potest, qui carnem non habeat? Idcirco enim et hominem et secundum hominem appellavit, ut cum ex numero, tum ex natura cognationem ejus agnoscas. Quis igitur, inquit, secundus est homo? *Dominus de cælo.* At enim scandalizat me locus, inquit, et quod dicatur *de cælo.* Cum audis primum hominem Adamum esse de terra terrenum, num-

quid esse terrestrem ipsum arbitraris? numquid
terrenum esse tantum suspicaris, neque virtutem
quamdam incorpoream habere, animam, in-
Cur a terra nomen Adamo. quam, ejusque naturam? Et quis hoc dicat? Ut
igitur cum de Adamo audis terrenum ipsum
fuisse, non destitutum anima fuisse corpus su-
spicaris: ita cum audis, *Dominus de cælo*,
noli incarnationem negare, quod adjiciatur, *de
cælo*. Itaque jam primum nomen sufficienti de-
fensione communitum est: Adamus enim voca-
tus est de nomine matris, ne ultra quam vires
ejus ferant, de se magnifice sentiat, et diaboli
fraudibus nullis possit expugnari. Siquidem
aiebat: *Eritis sicut dii*. Age nunc quod reli-
quum est, ad alterum gradum facientes, qui ante
partum ipsum a Deo nomen accepit, finem di-
cendi faciamus. Quis igitur post Adamum a Deo
nomen priusquam nasceretur accepit? Isaac.
Gen. 17. 19. *Ecce enim*, inquit, *uxor tua Sarra concipiet
in utero, et pariet filium, et vocabis nomen
Gen. 21. 3. 6. ejus Isaac. Cum autem peperisset eum, vo-
cavit nomen ejus Isaac, dicens: Risum fecit
Ib. v. 7. mihi Deus*. Quare vero? *Quis enim*, inquit,
*annuntiabit Abraham, quod Sarra filium
lactet?* Hic mihi diligenter attendite, ut mira-
culum videatis. Non dixit, quod pepererit, sed
quod *lactet* puerulum. Nam ne forte quis sup-
posititium puerulum existimaret, genuini partus
fidem faciebant lactis fontes: itaque ex recorda-
tione nominis ipse quoque de mirabili genera-
tione satis superque instruebatur. Propterea di-
cit: *Risum fecit mihi Deus*, quoniam videre
erat mulierem senectute confectam, quæ in ca-
nitie longæva lactentem puerulum educabat. At
ille risus gratiam divinam in memoriam revoca-
bat, et lactentis nutricatio miraculi editi fidem
faciebat: neque enim naturæ opus illud erat, sed
totum fuit gratiæ præclarum facinus tribuen-
Gal. 4. 28. dum. Propterea Paulus quoque dicit, *Secundum
Isaac promissionis filii sumus*. Nam quemad-
modum illic operabatur gratia: ita hic quoque
prodiit ille ex utero jam frigido et effeto. Ascen-
disti tu ex aquis gelidis: quod igitur illi fuit
uterus, tibi lavacrum fuit aquarum. Vides par-
tus cognationem? vides gratiæ concordiam? vi-
des ubique naturam otiari, et totum Dei virtutem
operari? Idcirco *Secundum Isaac promissio-
nis sumus filii*. At enim una restat adhuc quæ-
Joan. 1. 13. stio: dixit de nobis, quod *Non ex sanguinibus,
neque ex voluntate carnis* simus. Quo tandem
pacto? Neque Isaac ex sanguinibus fuit: *De-
Gen. 18. 11. sierant enim Sarræ fieri muliebria ejus*. Ob-

οὐρανοῦ, μὴ ἀθέτει τὴν οἰκονομίαν διὰ τὸ προσκεῖ-
σθαι, Ἐξ οὐρανοῦ. Τέως μὲν οὖν τὸ πρῶτον ὄνομα
D ἱκανὴν ἔλαβεν ἀπολογίαν· Ἀδὰμ γὰρ ἐκλήθη ἀπὸ τοῦ
ὀνόματος τῆς μητρὸς, ἵνα μὴ μεῖζον φρονῇ τῆς οἰκείας
δυνάμεως· ἵνα ἀχείρωτος γένηται πρὸς τὴν ἀπάτην
τοῦ διαβόλου· καὶ γὰρ ἔλεγεν· Ἔσεσθε ὡς θεοί.
Δεῦρο δὴ λοιπὸν, καὶ ἐφ' ἕτερον τὸν πρὸ αὐτῶν τῶν
τόκων ὀνομασθέντα παρὰ τοῦ Θεοῦ μεταβάντες κατα-
παύσωμεν τὸν λόγον. Τίς οὖν μετὰ τὸν Ἀδὰμ ὑπὸ τοῦ
Θεοῦ προσηγορίαν ἔλαβε πρὶν ἢ γενέσθαι; Ὁ Ἰσαάκ·
Ἰδοὺ γὰρ, φησὶν, ἡ γυνή σου Σάῤῥα λήψεται ἐν γα-
στρὶ, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ
Ἰσαάκ. Ἐπειδὴ δὲ ἔτεκεν αὐτὸν, ἐκάλεσε τὸ ὄνομα
αὐτοῦ Ἰσαὰκ λέγουσα· γέλωτά μοι ἐποίησεν ὁ Θεός.
Διὰ τί; Τίς γὰρ, φησὶν, ἀναγγελεῖ τῷ Ἀβραὰμ, ὅτι
E Σάῤῥα θηλάζει υἱόν; Προσέχετέ μοι ἀκριβῶς ἐνταῦθα,
ἵνα ἴδητε τὸ θαῦμα. Οὐκ εἶπεν, ὅτι ἔτεκε παιδίον,
ἀλλ' ὅτι θηλάζει παιδίον. Ἵνα γὰρ μή τις ὑποβολι-
μαῖον εἶναι νομίσῃ τὸ παιδίον, αἱ τοῦ γάλακτος πηγαὶ
τὸν τοκετὸν ἐνεγυήσαντο, ὥστε ἀναμιμνησκόμενος
τοῦ ὀνόματος καὶ αὐτὸς ἱκανὴν εἶχε διδασκαλίαν τῆς
παραδόξου γεννήσεως. Διὰ τοῦτό φησι, Γέλωτά μοι
ἐποίησεν ὁ Θεὸς, ὅτι ἦν ἰδεῖν γυναῖκα γεγηρακυῖαν ἐν
βαθυτάτῃ πολιᾷ τιθηνουμένην, ὑπομάζιον ἔχουσαν
115 A παιδίον. Ἀλλ' ὁ γέλως τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος ὑπόμνη-
σις ἦν, καὶ ἡ γαλακτοτροφία τὴν θαυματοποιίαν
ἐπιστοῦτο· οὐδὲ γὰρ φύσεως ἔργον ἦν, ἀλλὰ τὸ πᾶν
τῆς χάριτος κατόρθωμα ἐγίνετο. Διὰ τοῦτό φησι καὶ ὁ
Παῦλος, Κατὰ Ἰσαὰκ ἐπαγγελίας τέκνα ἐσμέν. Ὥσπερ
γὰρ ἐκεῖ ἡ χάρις εἰργάσατο· οὕτω καὶ ἐνταῦθα προῆλ-
θεν ἐκεῖνος ἀπὸ μήτρας κατεψυγμένης. Ἀνέβης σὺ ἀπὸ
ὑδάτων ψυχρῶν· ὅπερ οὖν ἐκείνῳ ἡ μήτρα, τοῦτό σοι ἡ
κολυμβήθρα ἐγένετο τῶν ὑδάτων. Εἶδες τόκου συγγέ-
νειαν; εἶδες χάριτος συμφωνίαν; εἶδες πανταχοῦ τὴν
φύσιν σχολάζουσαν, καὶ τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ τὸ πᾶν
ἐργαζομένην; Διὰ τοῦτο Κατὰ Ἰσαὰκ ἐπαγγελίας
B τέκνα ἐσμέν. Ἀλλ' ἕν ἐστιν ἔτι τὸ ζητούμενον· περὶ
ἡμῶν εἶπεν, ὅτι Οὐκ ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ ἐκ θελήματος
σαρκός. Πῶς; Οὐδὲ Ἰσαὰκ ἐξ αἱμάτων· Ἐξέλιπε γὰρ
Σάῤῥα τοῦ γίνεσθαι τὰ γυναικεῖα αὐτῆς. Ἀπεσβέσθη-
σαν αἱ τοῦ αἵματος πηγαὶ, ἀνῃρέθη τῆς γεννήσεως ἡ
ὕλη, ἄχρηστον ἦν τῆς φύσεως τὸ ἐργαστήριον, καὶ ὁ
Θεὸς τὴν δύναμιν ἐπεδείξατο τὴν ἑαυτοῦ. Ἰδοὺ καὶ
τῆς τοῦ Ἰσαὰκ προσηγορίας ἀπηρτισμένην τὴν διδα-
σκαλίαν ἔχομεν. Λείπεται μὲν γὰρ ἐπὶ τὸν Ἀβραὰμ,
καὶ τοὺς υἱοὺς Ζεβεδαίου καὶ τὸν Πέτρον ἐλθεῖν·
C ἀλλ' ὥστε μὴ ἐνοχλῆσαι τῷ μήκει, εἰς ἑτέραν ταῦτα
διάλεξιν ὑπερθέμενοι καταπαύσομεν τὸν λόγον, παρα-
καλέσαντες ὑμᾶς, τοὺς γεννηθέντας κατὰ τὸν Ἰσαὰκ,
μιμεῖσθαι τοῦ Ἰσαὰκ τὴν πραότητα καὶ τὴν ἐπιεί-
κειαν καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν φιλοσοφίαν, ἵνα εὐχαῖς
ἐκείνου τοῦ δικαίου καὶ τῶν προέδρων τούτων ἁπάν-

των εἰς κόλπους Ἀβραὰμ ἅπαντες καταντῆσαι δυνηθῶμεν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ δόξα, τιμὴ, κράτος, ἅμα τῷ ἁγίῳ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

turati erant lactis fontes, sublata erat generationis materia, inutilis naturæ erat officina, tumque virtutis suæ Deus specimen edidit. Ecce appellationis Isaac doctrinam habemus absolutam. Restat enim, ut ad Abraham, et ad filios Zebedæi Petrumque veniamus : sed ne vobis nostræ orationis prolixitas tædium pariat, ad alterum sermonem ista differemus, et hic finem dicendi facientes vos cohortabimur, qui secundum Isaac nati estis, ut mansuetudinem ac modestiam Isaac imitemini, omnemque aliam ejus philosophiam; ut precibus justi illius et horum præsulum omnium adjuti ad sinum Abrahæ cuncti pervenire possimus, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem et cum quo Patri gloria, honor, imperium, simulque sancto et vivifico Spiritui nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ

D

Ἐγκαλέσαντας ὑπὲρ τοῦ μήκους τῶν προοιμίων, καὶ ὅτι χρήσιμον τὸ φέρειν ἐλέγχους, καὶ τίνος ἕνεκεν οὐκ εὐθέως πιστεύσας μετωνομάσθη Παῦλος, καὶ ὅτι οὐκ ἐξ ἀνάγκης, ἀλλ' ἐκ προαιρέσεως γέγονεν αὐτῷ ἡ μεταβολὴ, καὶ εἰς τὸ ῥητόν· Σαῦλε, Σαῦλε, τί με διώκεις;

AD EOS

Qui ipsum reprehenderant ob procemiorum prolixitatem, quod utile sit reprehensiones æquo animo ferre : et cur Paulo non statim atque credidit nomen mutatum est, itemque quod non ex necessitate, sed ex libera voluntate facta sit hæc mutatio, et in dictum illud : Saule, Saule, quid me persequeris? *Act.* 9. 4.

Ἐνεκάλεσαν ἡμῖν τινες τῶν ἀγαπητῶν τῶν ἡμετέρων, ὅτι τοῦ λόγου τὰ προοίμια πρὸς μῆκος ἐκτείνομεν, καὶ εἰ μὲν δικαίως, ἢ ἀδίκως ἐνεκάλεσαν, τότε εἴσεσθε, ἐπειδὰν καὶ τὰ παρ' ἡμῶν ἀκούσαντες, ὡς ἐν κοινῷ δικαστηρίῳ τὴν ψῆφον ἐνέγκητε. Ἐγὼ E δὲ καὶ πρὶν ἀποδεῖξαι τοῦτο, χάριν αὐτοῖς ἔχω τῶν ἐγκλημάτων· κηδεμονίας γὰρ, οὐ πονηρίας ἐστὶ τὰ ἐγκλήματα· καὶ τὸν φιλοῦντά με, οὐχ ὅταν ἐπαινῇ με μόνον, ἀλλὰ καὶ ὅταν ἐγκαλῇ καὶ διορθῶται, τότε φαίην ἂν ἔγωγε φιλεῖν. Τὸ μὲν γὰρ ἁπλῶς πάντα ἐπαινεῖν, καὶ τὰ καλῶς ἔχοντα, καὶ τὰ μὴ καλῶς, οὐκ ἔστι φιλοῦντος, ἀλλ' ἀπατεῶνος καὶ εἴρωνος· τὸ δὲ ἐπαινεῖν μὲν ἄν τι τῶν δεόντων γίνηται, ἐγκαλεῖν δὲ ἄν τι διαμαρτάνηται, τοῦτο φίλου καὶ κηδεμόνος. Καὶ ἵνα μάθητε, ὅτι τὸ ἁπλῶς πάντα ἐπαινεῖν καὶ μακαρίζειν ἐπὶ πᾶσιν, οὐκ ἔστι 116 φίλου, ἀλλὰ πλανῶντος· Λαός μου γὰρ, φησὶν, οἱ A μακαρίζοντες ὑμᾶς, πλανῶσιν ὑμᾶς, καὶ τὸν τρίβον τῶν ποδῶν ὑμῶν ἐκταράσσουσι. Τὸν μὲν οὖν ἐχθρὸν

1. Reprehenderunt nos amicorum quidam, quod prolixiora sermonum initia faceremus : an jure vel injuria reprehenderint, tunc intelligetis, cum audita defensione nostra, quasi in publico tribunali sententiam feretis. Ego vero priusquam id ostendam, ob reprehensionem gratias ipsis refero : nam ex mei cura atque studio, non ex malo animo illa proficiscitur : amicum vero, Quinam vere amici. non cum laudat modo, sed etiam cum reprehendit et corrigit, tunc me amare dixerim. Siquidem laudare omnia, tum quæ bene, tum quæ male se habent, id non amici, sed fallacis ac derisoris est : at laudare si quid boni, ac reprehendere si quid peccati admittatur, id vero amantis et curam habentis est. Atque ut discatis quod indiscriminatim omnia laudare et celebrare, non sit amici, sed decipientis : *Populo meus,* inquit, *qui vos* *Isai.* 3. *beatos dicunt, ipsi vos decipiunt, et semitam* 12. *pedum vestrorum exturbant.* Certe inimicum

10.

ne laudantem quidem admitto; amicum vero etiam reprehendentem amplexor. Ille etsi me deosculetur, insuavis est; hic etsi vulneret, amabilis : illius osculum suspicione plenum est, hujus vulnus curandi vim habet. Propterea Prov. 27. 6. dicit quidam : *Fideliora sunt vulnera amici, quam spontanea oscula inimici*. Quid dicis? Vulnera osculis meliora, inquit : non enim ad naturam eorum quæ fiunt, sed ad affectionem eorum qui faciunt attende. Vis discere quomodo fideliora sint vulnera amici, Matth. 26. 49. quam spontanea oscula inimici? Dominum osculatus est Judas; sed osculum erat proditione plenum; os veneno, lingua nequitia replebatur. Fornicarium apud Corinthios vulneravit Paulus; sed illi salutem conciliavit. Quomodo, inquies, 1. Cor. 5. 5. vulneravit? Satanæ tradens : *Tradite*, inquit, *hujusmodi satanæ in interitum carnis*. Ad quid? *Ut spiritus salvus sit in die Domini Jesu*. Vidistin' vulnera salutis? vidistin' osculum proditione repletum? Sic *Fideliora sunt vulnera amici*, *quam spontanea oscula inimici*. Id non apud homines tantum, sed etiam apud Deum et apud diabolum expendamus. Ille amicus, hic inimicus est; ille servator et curator, hic fraudulentus et inimicus. Hic aliquando osculatus est, ille vulneravit. Quomodo hic oscu- Gen. 3. 5. [illegible] latus est, ille vulneravit? Hic dixit, *Eritis sicut dii*; ille vero, *Terra es, et in terram reverteris*. Uter magis profuit, an hic, qui dixit, *Eritis sicut dii*; an ille qui dixit, *Terra es, et in terram reverteris?* Hic mortem interminatus est, ille immortalitatem promisit; sed qui immortalitatem promisit, ex paradiso exturbavit: qui vero mortem interminatus est, in cælum invexit. Viden' quomodo *Fideliora sunt vulnera amici, quam spontanea oscula inimici?* Ideo antequam id demonstrarem, gratiam retuli iis, qui me arguunt. Illi namque sive jure sive injuria arguant, non exprobrandi, sed corrigendi animo id agunt; inimici vero, etiamsi jure arguant, non corrigendi, sed infamandi animo arguunt. Hi igitur dum laudant, id student ut meliorem efficiant; illi vero, etiamsi laudent, nihilominus supplantare conantur. Cæterum quoquo modo reprehensio accidat, magnum certe bonum est si quis reprehensiones criminationes- Prov. 12. 1. que ita ferre possit, ut non exasperetur. *Qui enim odit increpationes*, ait Scriptura, *insipiens*

οὐδὲ ἐπαινοῦντα δέχομαι, τὸν δὲ φίλον καὶ ἐγκαλοῦντα προσίεμαι. Ἐκεῖνος, κἂν φιλῇ με, ἀηδής ἐστιν· οὗτος, κἂν τραυματίζῃ με, ποθεινός ἐστιν· ἐκείνου τὸ φίλημα ὑποψίας γέμει, τούτου τὸ τραῦμα κηδεμονίαν ἔχει. Διὰ τοῦτό φησί τις· Ἀξιοπιστότερα τραύματα φίλου, ἢ ἑκούσια φιλήματα ἐχθροῦ. [a] Τί λέγεις; Τραύματα φιλημάτων βελτίονα, φησίν· οὐ γὰρ τῇ φύσει τῶν γινομένων, ἀλλὰ τῇ διαθέσει τῶν ποιούντων πρόσεχε. Βούλει μαθεῖν, πῶς ἀξιοπιστότερα τραύματα φίλου, ἢ ἑκούσια φιλήματα ἐχθροῦ; Ἐφίλησε τὸν B Κύριον ὁ Ἰούδας, ἀλλὰ προδοσίας αὐτοῦ τὸ φίλημα ἔγεμεν, ἰὸν αὐτοῦ τὸ στόμα εἶχε, πονηρίας ἡ γλῶσσα ἐπέπληστο. Τὸν παρὰ Κορινθίοις πεπορνευκότα ἐτραυμάτισεν ὁ Παῦλος, ἀλλ' ἔσωσε. Καὶ πῶς ἐτραυμάτισε, φησί; Τῷ σατανᾷ παραδούς. Παράδοτε γὰρ, φησὶ, τὸν τοιοῦτον τῷ σατανᾷ εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκός. Διὰ τί; Ἵνα τὸ πνεῦμα σωθῇ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ. Εἶδες τραύματα σωτηρίαν ἔχοντα; εἶδες φίλημα προδοσίας γέμον; Οὕτως Ἀξιοπιστότερα τραύματα φίλου, ἢ ἑκούσια φιλήματα ἐχθροῦ. Τοῦτο μὴ ἐπ' ἀνθρώπων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐπὶ τοῦ διαβόλου ἐξετάσωμεν. Ὁ μὲν φίλος, ὁ δὲ ἐχθρός· ὁ μὲν σωτὴρ καὶ κηδεμὼν, ὁ δὲ C ἀπατεὼν καὶ πολέμιος. Ἀλλ' ὁ μὲν ἐφίλησέ ποτε, ὁ δὲ ἐτραυμάτισε. Πῶς ὁ μὲν ἐφίλησεν, ὁ δὲ ἐτραυμάτισεν; Ὁ μὲν εἶπεν, Ἔσεσθε ὡς θεοί· ὁ δὲ εἶπε, Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ. Τίς οὖν ὠφέλησε μᾶλλον, ἐκεῖνος ὁ εἰπὼν, ὅτι Ἔσεσθε ὡς θεοὶ, ἢ οὗτος ὁ εἰπὼν, ὅτι Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ; Οὗτος θάνατον ἠπείλησεν, ἐκεῖνος ἀθανασίαν ἐπηγγείλατο· ἀλλ' ὁ μὲν ἀθανασίαν ἐπαγγειλάμενος, καὶ τοῦ παραδείσου ἐξέβαλεν· ὁ δὲ θάνατον ἀπειλήσας, εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνήγαγεν. Εἶδες πῶς Ἀξιοπιστότερα τραύματα φίλου, ἢ ἑκούσια φιλήματα ἐχθροῦ; Διὰ τοῦτο D καὶ πρὶν ἀποδεῖξαι, χάριν ἔχω τοῖς ἐγκαλοῦσιν. Οἱ μὲν γὰρ, κἂν δικαίως, κἂν ἀδίκως ἐγκαλῶσιν, οὐχ ὀνειδίσαι βουλόμενοι, ἀλλὰ διορθῶσαι, τοῦτο ποιοῦσιν· οἱ δὲ ἐχθροὶ, κἂν δικαίως ἐγκαλῶσιν, οὐχὶ διορθῶσαι, ἀλλ' ἐκπομπεῦσαι σπουδάζοντες ἐλέγχουσιν. Οὗτοι τοίνυν ἐπαινοῦντες, σπουδαιότερον ζητοῦσι ποιῆσαι, ἐκεῖνοι δὲ, κἂν ἐπαινῶσιν, ὑποσκελίσαι σπεύδουσι. Πλὴν ὅπως ἂν ὁ ἔλεγχος κινῆται, μέγα ἀγαθὸν τὸ δύνασθαι φέρειν ἐλέγχους καὶ ἐγκλήματα, καὶ μὴ ἐχθηριοῦσθαι. Ὁ γὰρ μισῶν ἐλέγχους, ἄφρων ἐστὶ, φησίν. Οὐκ εἶπε, τοιούσδε ἢ τοιούσδε ἐλέγχους, ἀλλ' ἁπλῶς, ἐλέγχους. Εἰ μὲν γὰρ δικαίως ἐνεκάλεσεν ὁ φίλος, διόρθωσαι τὸ ἁμάρτημα· εἰ δὲ E ἀλόγως ἐμέμψατο, τέως ἐπαίνεσον αὐτὸν τῆς γνώμης, ἀπόδεξαι τὸν σκοπὸν, χάριν ὁμολόγησον τῆς φιλίας·

[a] Hæc sic forte melius legantur : *τί λέγεις; τραύματα φιλημάτων βελτίονα; ναὶ, φησίν. οὐ γάρ*, nam hic tropus apud Chrysostomum frequens est.

ἀπὸ γὰρ τοῦ σφόδρα φιλεῖν τὸ ἐγκαλεῖν γίνεται. Μὴ δυσχεραίνωμεν ἐλεγχόμενοι. Καὶ γὰρ μεγάλα ὀνίνησι τοῦτο τὴν ζωὴν τὴν ἡμετέραν, εἰ γίνοιτο παρὰ πάντων, εἰ καὶ ἐλέγχοιμεν τοὺς ἁμαρτάνοντας, καὶ ἁμαρτάνοντες φέροιμεν τοὺς ἐλέγχους εὐκόλως· ὅπερ γὰρ ἐπὶ τῶν τραυμάτων ἐστὶ τὰ φάρμακα, τοῦτο ἐπὶ τῶν
117 A ἁμαρτημάτων οἱ ἔλεγχοι· ὥσπερ οὖν ὁ τὰ φάρμακα διακρουόμενος, ἀνόητος, οὕτω καὶ ὁ τοὺς ἐλέγχους μὴ καταδεχόμενος, ἄφρων. Ἀλλ' ἐκθηριοῦνται πολλοὶ πολλάκις, πρὸς αὐτοὺς ἐννοοῦντες καὶ λέγοντες· σοφὸς, φησὶν, ἐγὼ καὶ συνετὸς τοῦ δεῖνος ἀνέξομαι; οὐκ εἰδότες, ὅτι τοῦτο αὐτὸ ἐσχάτης ἀνοίας τεκμήριον. Εἶδον γὰρ, φησὶν, ἄνθρωπον δοκοῦντα σοφὸν εἶναι παρ' ἑαυτῷ, ἐλπίδα δὲ ἔχει μᾶλλον ὁ ἄφρων αὐτοῦ. Διὰ τοῦτο καὶ Παῦλος λέγει, Μὴ γίνεσθε φρόνιμοι παρ' ἑαυτοῖς. Κἂν γὰρ μυριάκις εἶ σοφὸς, καὶ τὰ δέοντα συνορῶν, ἀλλ' ἄνθρωπος εἶ, καὶ χρείαν ἔχεις συμβούλου. Ὁ Θεὸς γὰρ μόνος ἐστὶν ἀνενδεὴς, καὶ
B μόνος οὐ δεῖται συμβούλου. Δι' ὃ καὶ περὶ ἐκείνου μόνου λέγεται· Τίς γὰρ ἔγνω νοῦν Κυρίου, ἢ τίς σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο; ἄνθρωποι δὲ, κἂν μυριάκις ὦμεν σοφοὶ, μυριάκις ἐλεγχόμεθα, καὶ τὸ τῆς φύσεως ἡμῶν ἀσθενὲς διαφαίνεται. Οὐ γὰρ δύναται πάντα εἶναι ἐν ἀνθρώποις, φησί. Διὰ τί; Ὅτι οὐκ ἀθάνατος υἱὸς ἀνθρώπου. Τί φωτεινότερον ἡλίου; Ἀλλ' ὅμως καὶ τοῦτο ἐκλείπει. Καθάπερ οὖν ἐκεῖνο τὸ φῶς τὸ λαμπρὸν, τὴν ἀπαστράπτουσαν ἀκτῖνα σκότος ἐπελθὸν ἀποκρύπτει· οὕτω πολλάκις καὶ τὴν σύνεσιν τὴν ἡμετέραν, καθάπερ ἐν σταθηρᾷ μεσημβρίᾳ λάμπουσαν καὶ διαφαινομένην, ἐπελθοῦσα ἄνοια
C ἀπέκρυψε πολλάκις· καὶ ὁ μὲν σοφὸς τὸ δέον οὐ συνεῖδεν, ὁ δὲ ἐλάττων ἐκείνου πολλῷ ὀξύτερον ἐκείνου τοῦτο ἐφώρασε. Καὶ τοῦτο γίνεται, ἵνα μήτε ὁ σοφὸς ἐπαίρηται, μήτε ὁ εὐτελὴς ἑαυτὸν ταλανίζῃ. Μέγα ἀγαθὸν ἐλέγχους δύνασθαι φέρειν, μέγα ἀγαθὸν δύνασθαι ἐλέγχειν· τοῦτο κηδεμονίας μεγίστης. Νυνὶ δὲ ἂν μὲν ἴδωμεν ἄνθρωπον τὸν χιτωνίσκον ἔχοντα παραλελυμένον ἐκ πλαγίων, ἢ τὴν ἄλλην στολὴν κακῶς περικειμένην, διορθοῦμεν καὶ ὑπομιμνήσκομεν· ἂν δὲ ἴδωμεν αὐτοῦ τὴν ζωὴν παραλελυμένην, οὐδὲ λόγον προϊέμεθα. Ἂν ἴδωμεν αὐτοῦ τὸν βίον ἀσχήμονα ὄντα, παρατρέχομεν· καίτοι τὰ μὲν τῶν
D ἱματίων, μέχρι γέλωτος, τὰ δὲ τῆς ψυχῆς, μέχρι κινδύνου καὶ τιμωρίας ἐστίν. Ὁρᾷς τὸν ἀδελφὸν, εἰπέ μοι, κατὰ κρημνοῦ φερόμενον, ἠμελημένον ἔχοντα βίον, οὐ συνορῶντα τὸ δέον, καὶ οὐκ ὀρέγεις χεῖρα; οὐκ ἀνιστᾷς ἐκ τοῦ πτώματος; οὐκ ἐγκαλεῖς καὶ ἐλέγχεις; ἀλλὰ τὸ μὴ προσκροῦσαι αὐτῷ καὶ φανῆναι ἐπαχθὴς προτιμᾷς τῆς ἐκείνου σωτηρίας; Καὶ ποίαν ἕξεις συγγνώμην παρὰ τοῦ Θεοῦ; τίνα ἀπολογίαν; Οὐκ ἤκουσας τί τοῖς Ἰουδαίοις ἐκέλευσεν ὁ Θεός· τὰ ὑποζύγια τῶν ἐχθρῶν μὴ περιορᾶν πλανώμενα,

est. Non dixit tales vel tales increpationes, sed tantum increpationes. Nam si jure arguat amicus, peccatum corrige; si absque ratione, lauda voluntatem, scopum ejus approba, amicitiæ gratiam confitere: ex magno quippe amore accusatio proficiscitur. Ne stomachemur, cum arguimur. Id admodum utile est vitæ nostræ, si ab omnibus fiat, si et peccantes arguamus, et dum labimur ab aliis argui libenter feramus: in peccatis enim idem sunt reprehensiones, quod in vulneribus remedia; quemadmodum igitur stultus est qui pharmaca rejicit, ita et insanus is, qui reprehensiones non admittit. Verum multi sæpe exasperantur, hæc apud se cogitantes et dicentes: Hunccine feram ego sapiens et prudens? ignorantes esse illud extremæ dementiæ argumentum. *Videbam* enim, inquit, *hominem, qui sibi videbatur sapiens, et majorem illo spem habet insipiens.* Eapropter et Paulus dicit: *Ne sitis prudentes apud vosmetipsos.* Licet enim mirum in modum sis sapiens et perspicax, attamen homo es et consilio opus habes. Solius enim Dei est nullius indigere, et nullo opus habere consiliario. Ideo de illo solo dicitur: *Quis enim novit sensum Domini, aut quis consiliarius ejus fuit?* At nos homines quantumcumque sapientes, multoties tamen sumus reprehensione digni, atque hinc apparet naturæ nostræ infirmitas. *Non enim omnia esse possunt in hominibus,* inquit. Quare? Quia filius hominis non est immortalis. Quid lucidius sole? Attamen et ille deficit. Sicut ergo fulgidam illam lucem et splendentem radium supervenientes tenebræ obtegunt: ita et intelligentiam nostram, quasi in meridie fulgentem et perspicuam, inconsiderantia obrepens sæpe tenebrosam reddit; acciditque ut sapiens quandoque non videat quod oportet, et is qui multo illi inferior est acutius illud perspiciat. Atque ita res se habet, ut neque sapiens se extollat, neque inferior illo sese miserum prædicet. Magnum bonum est, reprehensiones ferre: magnum item bonum posse reprehendere; nam hoc ad curam proximi maxime pertinet. Nunc vero si videamus hominem tunicam solutam et ex transverso habentem; aut aliud indumentum male positum, monemus et emendamus; si vero videamus vitam ejus dissolutam, ne verbum quidem proferimus. Si videamus vitam ejus indecoram, prætcrimus: tametsi ea quæ ad vestes pertinent, risum tantum, ea vero quæ ad animum, periculum et supplicium pariant. Cum vides fratrem per præcipitia ferri, de vita non curantem, nec eo, quo opus est,

Reprehensionum utilitas.

Prov. 26. 12.

Rom. 12. 16.

Rom. 11. 34.

Eccli. 17. 29.

spectantem, nonne manum porrigis? nonne a lapsu erigis? nonne reprehendis et arguis? an pluris facis non importunum videri vel offendere, quam ejus salutem curare? Ecquam habiturus es apud Deum veniam? quam defensionem? Non
Exod. 23. 4. 5. et Deut. 22. 1. audisti quid Judæis Deus præceperit, ut ne errantia inimicorum jumenta despicerent, et lapsa ne præterirent? Itane Judæi quidem jubentur bruta inimicorum suorum non despicere, nos vero fratrum animas quotidie supplantatas despiciemus? Quomodo id non extremæ crudelitatis et ferini animi fuerit, non tantum curæ hominibus impendere, quantum illi jumentis? Hoc omnia subvertit, hoc vitam nostram confundit, quod nec reprehensi generose feramus, neque alios reprehendere velimus: ideo enim molesti sumus, cum arguimus, quia exasperamur, cum arguimur. Enimvero si sciret frater tuus, se abs te laudatum iri, si te argueret, reprehensus et ipse parem rependeret vicem.

E μηδὲ παρατρέχειν πεπτωκότα; Εἶτα Ἰουδαῖοι μὲν τὰ ἄλογα κελεύονται μὴ περιορᾷν τῶν ἐχθρῶν, ἡμεῖς δὲ τὰς ψυχὰς τῶν ἀδελφῶν καθ' ἑκάστην ὑποσκελιζομένας ἡμέραν περιοψόμεθα; Καὶ πῶς οὐκ ἐσχάτης τοῦτο ὠμότητος καὶ θηριωδίας, μηδὲ τοσαύτην απονέμειν ἀνθρώποις πρόνοιαν, ὅσην τοῖς ἀλόγοις ἐκεῖνοι; Τοῦτο πάντα ἀνέτρεψε, τοῦτο τὸν βίον ἡμῶν συνέχεεν, ὅτι οὔτε ἐλεγχόμενοι φέρομεν γενναίως, οὔτε ἑτέρους ἐλέγχειν βουλόμεθα· διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἐπαχθεῖς ἐσμεν ἐλέγχοντες, ἐπειδὴ ἐκθηριούμεθα ἐλεγχόμενοι.
118 Εἰ γὰρ ᾔδει ὁ ἀδελφὸς, ὅτι ἐλέγξας σε ἐπῃνεῖτο παρὰ
A σοῦ, καὶ αὐτὸς ἐλεγχόμενος τὴν αὐτὴν ἀμοιβὴν ἀπέδωκεν ἄν.

2. Vis scire te, etiamsi admodum prudens esses, etiamsi perfectus, etiamsi ad summum virtutis apicem pervenisses, opus tamen habiturum esse consiliario, et eo qui te argueret ac reprehenderet? Audi veterem historiam. Nihil Moysi
Num. 12. 3. par erat: siquidem, *Mitissimus erat*, inquit Scriptura, *omnium hominum*, Deo amicus, externa philosophia imbutus, spiritualique intel-
Act. 7. 22. ligentia plenus. *Eruditus* enim *erat*, inquit, *Moyses omni sapientia Ægyptiorum*. Vides omnigenam eruditionem? *Eratque potens sermone et virtute*. Verum audi aliud quoque
Deut. 34. 10. testimonium. Cum multis, inquit, prophetis conversatus est Deus; sed cum nullo sic conversatus est: nam cum aliis per ænigmata et somnia, cum Moyse vero facie ad faciem. Quod illo majus virtutis ejus indicium requiras, quando omnium Dominus servum quasi amicum alloquitur?
Exod. 33. 11. Erat itaque sapiens tam peregrina, quam domestica institutione; erat potens sermone et opere; imperabat ipsi creaturæ, quia amicus erat Domini creaturæ; eduxit tantum populum ex Ægypto; mare divisit, atque iterum conjunxit: videreque erat stupendum miraculum. Tunc enim primum sol vidit mare, non navali, sed pedestri itinere transiri: pelagusque non remis et navigiis, sed equorum pedibus transfretari. Attamen ille sapiens, ille potens sermone et opere, amicus Dei, qui creaturæ imperabat, et tot miracula ediderat, non animadvertit rem, quam plerique mortalium facile perspiciunt; sed socer ejus barbarus et obscurus homo id animadvertit,

Βούλει μαθεῖν ὅτι κἂν σφόδρα συνετὸς ᾖς, κἂν σφόδρα ἀπηρτισμένος, κἂν πρὸς αὐτὴν τὴν ἄκραν κορυφὴν ἔλθῃς τῆς ἀρετῆς, χρείαν ἔχεις συμβούλου, καὶ διορθοῦντος καὶ ἐλέγχοντος; Ἄκουσον ἱστορίαν παλαιάν. Οὐδὲν Μωϋσέως ἦν ἴσον. Καὶ γὰρ πραότατος, φησὶν, ἦν πάντων ἀνθρώπων ἐκεῖνος, καὶ τῷ Θεῷ φίλος, καὶ τῆς ἔξωθεν φιλοσοφίας ἐνεπέπληστο, καὶ τῆς πνευματικῆς πλήρης ἦν συνέσεως. Ἐπαιδεύθη γὰρ, φησὶ, Μωϋσῆς πᾶσαν σοφίαν Αἰγυπτίων.
B Εἶδες ἀπηρτισμένην αὐτοῦ τὴν παίδευσιν; Καὶ ἦν δυνατὸς ἐν λόγῳ, καὶ ἄλλῃ ἀρετῇ. Ἀλλ' ἄκουσον καὶ ἑτέραν μαρτυρίαν. Πολλοῖς, φησὶ, προφήταις ὡμίλησεν ὁ Θεὸς, ἀλλ' οὐδενὶ οὕτως ὡμίλησεν· ἀλλὰ τοῖς μὲν ἄλλοις ἐν αἰνίγμασι καὶ δι' ὀνειράτων, τῷ δὲ Μωϋσῇ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον. Τί μεῖζον τούτου ζητεῖς τεκμήριον τῆς ἀρετῆς ἐκείνου, ὅταν ὁ πάντων Δεσπότης τῷ δούλῳ ὡς φίλῳ διαλέγηται; Ἦν τοίνυν σοφὸς καὶ τὴν ἔξω καὶ τὴν ἔσω παιδείαν· ἦν δυνατὸς ἐν λόγῳ καὶ ἔργῳ· ἐπέτασσεν αὐτῇ τῇ κτίσει, ἐπειδὴ φίλος ἦν τοῦ Δεσπότου τῆς κτίσεως· ἐξήγαγε λαὸν τοσοῦτον ἐξ Αἰγύπτου· τὴν θάλασσαν ἔσχισε, καὶ πάλιν συνήγαγε· καὶ ἦν ἰδεῖν θαῦμα πα-
C ράδοξον. Τότε γὰρ πρῶτον ἐπεῖδεν ἥλιος θάλασσαν οὐ πλεομένην, ἀλλὰ πεζευομένην, πέλαγος οὐχὶ κώπαις καὶ πλοίοις, ἀλλὰ ποσὶν ἵππων περώμενον. Ἀλλ' ὅμως ὁ σοφὸς, ὁ δυνατὸς ἐν λόγῳ καὶ ἔργῳ, ὁ φίλος τοῦ Θεοῦ, ὁ τῇ κτίσει ἐπιτάξας, ὁ τοσαῦτα θαυματουργήσας, οὐ συνεῖδε πρᾶγμα πολλοῖς τῶν ἀνθρώπων εὐσύνοπτον· ἀλλ' ὁ μὲν κηδεστὴς αὐτοῦ, βάρβαρος ἄνθρωπος καὶ εὐτελὴς, συνεῖδεν αὐτὸ, καὶ εἰς μέσον ἤγαγεν· ἐκεῖνος δὲ αὐτὸ οὐχ εὗρε. Τί οὖν ἐστι τοῦτο; Ἀκούσατε, ἵνα μάθητε, ὅτι ἕκαστος συμβούλου δεῖ-

ται, κἂν κατὰ Μωϋσέα γένηται, καὶ ὅτι τὰ τοὺς μεγάλους λανθάνοντα καὶ θαυμαστοὺς τοὺς ἀνθρώπους, τοὺς μικροὺς καὶ εὐτελεῖς πολλάκις οὐκ ἔλαθεν. D Ἐπειδὴ γὰρ ἐξῆλθεν ὁ Μωϋσῆς ἐξ Αἰγύπτου, καὶ ἦν ἐν τῇ ἐρήμῳ, εἱστήκει πλησίον αὐτοῦ ὁ λαὸς ἅπας, ἑξακόσιαι χιλιάδες, καὶ πᾶσι διέλυσε τὰ ἐγκλήματα τοῖς πρὸς ἀλλήλους ἀμφισβητοῦσιν. Ἰδὼν τοίνυν αὐτὸν ὁ κηδεστὴς τοῦτο ποιοῦντα ὁ Ἰοθὼρ, ἄνθρωπος καὶ ἀνόητος καὶ ἐν ἐρήμῳ βεβιωκὼς, καὶ οὔτε νόμων οὔτε πολιτείας τινὶ κοινωνήσας ποτὲ, ἀλλ' ἐν ἀσεβείᾳ ζῶν, οὗ τί γένοιτ' ἂν μεῖζον ἀνοίας τεκμήριον; Οὐδὲν γὰρ Ἑλλήνων ἀνοητότερον. Ἀλλ' ὅμως ἐκεῖνος ὁ βάρβαρος, ὁ ἀσεβὴς, ὁ ἀνόητος, ἰδὼν οὐ δεόντως αὐτὸν ποιοῦντα, διώρθωσε τὸν Μωϋσέα, τὸν σοφὸν καὶ συνετὸν καὶ τοῦ Θεοῦ φίλον. Καὶ εἰπὼν πρὸς αὐτὸν, Τί E οὗτοι ἑστήκασιν ἐνώπιόν σου; καὶ μαθὼν τὴν αἰτίαν λέγει· Οὐκ ὀρθῶς σὺ τοῦτο ἐποίησας, φησί. Μετ' ἐπιτιμήσεως ἡ συμβουλή· καὶ οὔτε οὕτως ἠγρίανεν ἐκεῖνος, ἀλλ' ἠνείχετο ὁ σοφὸς, ὁ συνετὸς καὶ τοῦ Θεοῦ φίλος, τοσαύταις ἐφεστηκὼς μυριάσιν. Οὐδὲ γὰρ τοῦτο μικρὸν, τὸ παρὰ τοῦ βαρβάρου καὶ ἰδιώτου παιδεύεσθαι. Καὶ οὔτε τὰ θαύματα, ἅπερ εἰργάσατο, οὔτε τὸ μέγεθος τῆς ἀρχῆς αὐτὸν ἐπῆρεν, οὔτε τὸ παρόντων τῶν ὑπηκόων διορθοῦσθαι, ἐρυθριάσαι 119 A ἐποίησεν· ἀλλ' ἐννοήσας ὅτι εἰ καὶ μεγάλα αὐτῷ εἴργασται σημεῖα, ἀλλ' ὅμως ἀνθρωπίνης φύσεως μετέχει, ἣν πολλὰ λανθάνει πολλάκις, μετ' ἐπιεικείας ἐδέξατο τὴν συμβουλήν. Πολλοὶ δὲ πολλάκις ὑπὲρ τοῦ μὴ φανῆναι δεόμενοι συμβουλῆς τῆς παρ' ἑτέρων, εἵλοντο προδοῦναι τὴν ὠφέλειαν τὴν ἀπὸ τῆς γνώμης, ἢ δεξάμενοι τὴν παραίνεσιν διορθῶσαι τὰ ἁμαρτήματα· μᾶλλον ἀγνοεῖν ἢ μαθεῖν κατεδέξαντο, οὐκ εἰδότες ὅτι οὐ τὸ μαθεῖν ἔγκλημα, ἀλλὰ τὸ ἀγνοεῖν κατηγορία· οὐ τὸ διδάσκεσθαι, ἀλλὰ τὸ ἐν ἀμαθείᾳ εἶναι· οὐ τὸ ἐλέγχεσθαι, ἀλλὰ τὸ ἁμαρτάνειν ἀδιόρθωτα. Ἔστι γὰρ, ἔστι καὶ παρὰ ἀνθρώπῳ μικρῷ καὶ εὐτελεῖ εὑρεθῆναί τι τῶν δεόντων, ὃ παρὰ τῷ σοφῷ καὶ μεγάλῳ B πολλάκις οὐχ εὕρηται. Ὅπερ οὖν συνιδὼν ὁ Μωϋσῆς ἤκουε μετὰ πάσης ἐπιεικείας ἐκείνου συμβουλεύοντος, καὶ λέγοντος· Ποίησόν σοι χιλιάρχους, ἑκατοντάρχους, πεντηκοντάρχους, δεκάρχους· καὶ τὸ ῥῆμα τὸ βαρὺ ἀνοίσουσιν ἐπὶ σὲ, τὸ δὲ κοῦφον αὐτοὶ διαλύσονται. Καὶ ἀκούσας οὐκ ᾐσχύνθη, οὐκ ἠρυθρίασεν, οὐκ ᾐδέσθη τοὺς ὑπηκόους, οὐκ εἶπε πρὸς ἑαυτὸν, ὅτι καταγνώσονταί σου οἱ ἀρχόμενοι, εἰ ἄρχων ὢν παρ' ἑτέρου μανθάνω τὰ δέοντα· ἀλλὰ καὶ ἐπείσθη καὶ ἐποίησε τὸ πρόσταγμα, καὶ οὐ μόνον ἐκείνους οὐκ ᾐσχύνθη τοὺς τότε, ἀλλ' οὐδὲ ἡμᾶς τοὺς μετὰ ταῦτα ἐσομένους· ἀλλ' ὥσπερ ἐγκαλλωπιζόμενος τῇ διορθώσει τῇ παρὰ τοῦ κηδεστοῦ γενομένῃ, οὐ τοὺς τότε μόνον C ἀνθρώπους, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐξ ἐκείνου μέχρι σήμερον γενομένους, καὶ τοὺς αὖθις ἐσομένους μέχρι τῆς τοῦ

et in medium protulit id, quod ille non excogitaverat. Quid igitur illud est? Audite, ut discatis unumquemque consiliario indigere, etiamsi Moysi conferri possit: multaque plerumque esse, quæ magni et admirabiles viri ignorant, quæ nullius pretii hominibus nota sunt. Cum *Exod.* 18. enim Moyses egressus esset ex Ægypto, in desertoque ageret, aderat universa plebs ad sexcenta hominum millia, omniumque lites disceptationesque ille solvebat. Quod ubi vidit socer ejus Jothor, homo imperitus, qui in deserto vitam egerat, nec legum politiæque consuetudinem ullam habuerat, et ad hæc in impietate vivebat, quo quid certius insipientiæ argumentum? Nihil enim gentilibus est insipientius. Verumtamen ille barbarus, impius, insipiens, videns Moysem non ut par erat agere, ipsum reprehendit, sapientem inquam illum, prudentem, Dei amicum. Dixitque illi: *Quare illi stant coram te?* et *Exod.* 18. 14. cum causam didicisset, ait: *Non recte tu facis.* *Ib.* v. 17. Consilium cum increpatione conjunctum; neque tamen ille indignatus est, sed patienter tulit vir ille sapiens, prudens et Dei amicus, qui tot myriadibus præerat. Neque enim parvum hoc est, a barbaro et privato homine erudiri. Neque edita miracula, neque imperii magnitudo animum ejus extollebant; neque rubore suffundebatur, quod præsentibus subditis corriperetur; sed cogitans se, etsi signa magna edidisset, humanæ tamen participem esse naturæ, cui multa sæpe ignota sunt, cum modestia consilium accepit. Multi contra, ne alieno videantur consilio egere, sæpe malunt utilitate consilii carere, quam suscepta admonitione peccatum emendare: imo malunt ignorare, quam discere, nescientes non esse crimen discere, sed potius ignorare; non doceri, sed in inscitia degere; non argui, sed peccare sine emendatione. Accidit enim etiam apud vilissimum hominem aliquid boni deprehendi, quod in sapiente magnoque viro plerumque non reperitur. Quod cum perpenderet Moyses, illum consulentem æquo audivit animo, et dicentem: *Fac tibi millenarios, centenarios,* *Exod.* 18. 21. 22. *quinquagenarios, et decuriones; et res graviores ad te referant, leviores autem ipsi solvant.* His auditis ille non erubuit, non pudefactus est, non est reveritus subditos: non dixit intra se: Me contemnent subditi, si dux cum sim ab alio quid faciendum sit didicero: sed obtemperavit, et consilium sequutus est, neque præsentes, neque post futuros erubuit; imo tamquam cohonestatus hac soceri correptione, non

Luc. 13. 34. cit: *Jerusalem, Jerusalem, quoties volui congregare filios tuos, et noluistis?* Quid igi-
Ibid. v. 35. tur? *Ecce relinquetur domus vestra deserta.* Viden' quod etsi Deus velit nos salvos facere, nos autem accedere nolimus, in interitu maneamus? Non enim invitum, non nolentem, ut sæpe repeto, sed libentem et volentem hominem ut salvum faciat Deus paratus est. Homines quidem famulis volentibus nolentibus dominari et imperare volunt, non ad servorum utilitatem, sed ad suam respicientes: Deus vero qui nemine indiget, cum tibi demonstrare velit se nulla rerum nostrarum indigentem, servitutem nostram expetere, sed ad utilitatem solum nostram respicere; ac non ad usum suum, sed ad emolumentum nostrum se omnia facere: nisi sponte ac volentes gratiamque servitutis ipsi reddentes accedamus, invitos ac resilientes numquam cogit nec vi adigit; ut ostendat, non se nobis gratiam servitutis, sed nos ipsi gratiam habituros esse dominii. Hæc itaque cum sciamus, Domini clementiam considerantes, dignum ejus benignitate, quantum facultas erit, vitæ institutum exhibeamus, ut et regnum cælorum consequamur: quo nos consortes fieri contingat, gratia et humanitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium, una cum Patre et sancto Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

σαυτὸν ὕπνῳ καὶ ῥαθυμίᾳ παραδοὺς, μὴ ἐγχειρῇς μὲν ταῖς ἀγαθαῖς πράξεσι, τὸ δὲ τοῦ Θεοῦ θέλημα προβάλλῃ μόνον, οὐδέποτέ σοι οὐδὲν ἔσται τῶν δεόντων. Ὅπερ γὰρ ἔφην, ἀνάγκῃ καὶ βίᾳ οὐδένα προσάγεταί ποτε ὁ Θεός· ἀλλὰ θέλει μὲν ἅπαντας σωθῆναι, οὐκ ἀναγκάζει δὲ οὐδένα· καθὼς καὶ Παῦλός φησιν, Ὁ θέλων πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν. Πῶς οὖν οὐχ ἅπαντες σώζονται, εἰ
B θέλει πάντας σωθῆναι; Ἐπειδὴ οὐχ ἁπάντων τὸ θέλημα τῷ θελήματι αὐτοῦ ἕπεται, αὐτὸς δὲ οὐδένα βιάζεται. Οὕτω καὶ πρὸς τὴν Ἱερουσαλὴμ φησιν· Ἱερουσαλὴμ, Ἱερουσαλὴμ, ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα σου, καὶ οὐκ ἠθελήσατε; Τί οὖν; Ἰδοὺ ἀφίεται ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος. Ὁρᾷς ὅτι, κἂν θέλῃ ὁ Θεὸς σῶσαι, ἡμεῖς δὲ ἑαυτοὺς μὴ ἐπιδῶμεν, μένομεν ἐπὶ τῆς ἀπωλείας; Οὐ γὰρ ἄκοντα, οὐδὲ μὴ βουλόμενον, ὅπερ λέγω πολλάκις, ἀλλ' ἑκόντα καὶ προαιρούμενον παρεσκεύασται σώζειν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον. Ἄνθρωποι μὲν γὰρ καὶ ἑκόντων καὶ ἀκόντων τῶν οἰκετῶν βού-
C λονται [a] εἶναι καὶ δεσπόζειν· οὐ πρὸς τὸ τοῖς οἰκέταις συμφέρον, ἀλλὰ πρὸς τὴν οἰκείαν χρείαν ὁρῶντες αὐτῶν δεσπόζουσιν· ὁ δὲ Θεὸς ἀνενδεὴς ὢν, καὶ βουλόμενός σοι δεῖξαι, ὅτι οὐδενὸς τῶν ἡμετέρων δεόμενος, τῆς δουλείας ἡμῶν ἐφίεται, ἀλλ' εἰς ἓν μόνον σκοπῶν τὸ συμφέρον ἡμῖν, καὶ οὐ τῆς αὐτοῦ χρείας ἕνεκεν, ἀλλὰ τῆς ἡμετέρας ὠφελείας ἅπαντα πράττει, ἂν μὲν ἑκόντες καὶ βουλόμενοι καὶ χάριν αὐτῷ τῆς δουλείας εἰδότες προσέλθωμεν· ἄκοντας καὶ ἀποπηδῶντας οὐκ ἀναγκάζει, οὐδὲ βιάζεται, αὐτὸ τοῦτο
D δεικνὺς, ὅτι οὐκ αὐτὸς ἡμῖν χάριν τῆς δουλείας, ἀλλ' ἡμεῖς αὐτῷ χάριν τῆς δεσποτείας ἔχειν ὀφείλομεν. Ταῦτ' οὖν εἰδότες, καὶ τὴν τοῦ Δεσπότου φιλανθρωπίαν ἐννοοῦντες, ἀξίαν αὐτοῦ τῆς ἀγαθότητος κατὰ δύναμιν τὴν ἡμετέραν πολιτείαν ἐπιδειξώμεθα, ἵνα καὶ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἐπιτύχωμεν· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, ἅμα τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Hic aliquid desiderari videtur. [F. κύριοι.]

E

ΕΠΙΤΙΜΗΣΙΣ

Κατὰ τῶν ἀπολειφθέντων, παραίνεσις πρὸς τοὺς παρόντας, εἰς τὸ κήδεσθαι τῶν ἀδελφῶν, καὶ εἰς τὸ προοίμιον τῆς πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῆς, Παῦλος κλητὸς, καὶ περὶ ταπεινοφροσύνης.

Ὅταν εἰς τὴν ὀλιγότητα ἀπίδω τὴν ὑμετέραν, καὶ τὸ ποίμνιον θεάσωμαι καθ' ἑκάστην σύναξιν ἐλαττούμενον, καὶ ἀθυμῶ, καὶ χαίρω· χαίρω μὲν δι' ὑμᾶς τοὺς παρόντας, ἀθυμῶ δὲ δι' ἐκείνους τοὺς ἀπόντας. Ὑμεῖς μὲν γὰρ ἐπαίνων ἄξιοι, οὐδὲ ἀπὸ τῆς ὀλιγότητος ῥαθυμότεροι γενόμενοι· ἐκεῖνοι δὲ 129 ὑπεύθυνοι ἐγκλημάτων, οὐδὲ ἀπὸ τῆς ὑμετέρας A σπουδῆς εἰς προθυμίαν διεγειρόμενοι. Διὰ τοῦτο ὑμᾶς μὲν μακαρίζω καὶ ζηλωτοὺς εἶναί φημι, ὅτι οὐδὲν ὑμᾶς παρέβλαψεν ἡ ἐκείνων ὀλιγωρία· ἐκείνους δὲ ταλανίζω καὶ δακρύω, ὅτι οὐδὲν αὐτοὺς ὠφέλησεν ἡ ὑμετέρα σπουδή. Οὐχ ἤκουσαν γὰρ τοῦ προφήτου λέγοντος· Ἐξελεξάμην παραῤῥιπτεῖσθαι ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ, ἢ οἰκεῖν με ἐν σκηνώμασιν ἁμαρτωλῶν. Οὐκ εἶπεν, ἐξελεξάμην κατοικεῖν ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ μου, οὐδὲ, διατρίβειν, οὐδὲ, εἰσιέναι· ἀλλ', Ἐξελεξάμην παραῤῥιπτεῖσθαι. Ἀγαπητόν μοι καὶ ἐν τοῖς ἐσχάτοις τετάχθαι· στέργω ἐν τούτῳ, κἂν τῶν προθύρων ἐπιβῆναι καταξιωθῶ, B φησί· μεγίστην ἡγοῦμαι δωρεὰν, κἄν με τῶν τελευταίων ἀριθμήσειέ τις ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ μου. Τὸν κοινὸν Δεσπότην ὁ πόθος ἴδιον ποιεῖται· τοιοῦτον γὰρ ἡ ἀγάπη. Ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ μου. Ὁ φιλῶν οὐχὶ τὸν φιλούμενον μόνον ἐπιθυμεῖ ἰδεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸν οἶκον ἐκείνου μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν πυλῶνα· οὐχὶ τὸν πυλῶνα τῆς οἰκίας μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν στενωπὸν καὶ τὸ ἄμφοδον· καὶ κἂν ἱμάτιον, κἂν ὑπόδημα ἴδῃ τοῦ φιλουμένου, αὐτὸν νομίζει παρεῖναι τὸν φιλούμενον. Τοιοῦτοι ἦσαν οἱ προφῆται· ἐπειδὴ τὸν Θεὸν οὐχ ἑώρων τὸν ἀσώματον, ἑώρων τὸν οἶκον, καὶ διὰ τοῦ οἴκου τὴν ἐκείνου παρουσίαν ἐφαντάζοντο. C Ἐξελεξάμην παραῤῥιπτεῖσθαι ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ μου μᾶλλον, ἢ οἰκεῖν με ἐν σκηνώμασιν ἁμαρτωλῶν. Ἕκαστος τόπος, ἕκαστον χωρίον, πρὸς τὴν σύγκρισιν τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ, σκήνωμα ἁμαρτωλῶν ἐστι, κἂν δικαστήριον εἴπῃς, κἂν βουλευτήριον, κἂν τὴν ἑκάστου οἰκίαν. Κἂν γὰρ εὐχαὶ γίνωνται ἐκεῖ, κἂν ἱκετηρίαι, ἀλλ' ἀνάγκη καὶ φιλονεικίας γίνεσθαι καὶ μάχας καὶ λοιδορίας, καὶ συλλόγους ὑπὲρ βιωτικῶν φροντίδων· ὁ δὲ οἶκος οὗτος τούτων καθαρεύει πάντων· διὰ τοῦτο, ἐκεῖνα μὲν σκηνώματα ἁμαρτωλῶν, οὗτος δὲ οἶκος τοῦ Θεοῦ· D

REPREHENSIO

Eorum, qui aberant ab ecclesia, et cohortatio ad præsentes, ut curam gerant fratrum : et in proœmium epistolæ ad Corinthios, Paulus vocatus, *et de humilitate.* 1. Cor. 1. 1.

1. Cum ad vestram paucitatem oculos meos converto, et collectis in singulis gregem nostrum minorem fieri cerno, mœreo simul et gaudeo: gaudeo quidem propter vos, qui adestis : mœreo vero propter illos, qui absunt. Nam vos quidem laudibus digni estis, quod nec ipsa paucitas negligentiores vos reddiderit: illi vero criminibus sunt obnoxii, quos neque studium vestrum ad majorem animi promptitudinem excitarit. Propterea beatos vos prædico, et æmulatione dignos censeo, quod nihil vobis illorum nocuerit negligentia : miseros autem illos prædico, et lacrymis prosequor, quod nihil eos studium vestrum potuerit adjuvare. Non enim prophetam audierunt dicentem : *Elegi abjectus esse in domo Dei magis, quam habitare in tabernaculis peccatorum.* (Psal. 83. 11.) Non dixit, Elegi habitare in domo Dei mei, neque versari, neque ingredi : sed, *Elegi abjectus esse.* Licet inter ultimos numerer, boni consulo, hac re contentus sum, si vel intrare vestibulum mihi concedatur, inquit; magni beneficii loco duco, si vel in numerum referar postremorum in domo Dei mei. Communem Dominum amor ut proprium sibi vindicat : ea siquidem vis est caritatis. *In domo Dei mei.* Qui amat, non eum tantum videre desiderat, quem amat, sed vel solam ejus domum, sed et vestibulum; neque vestibulum tantum ædium, sed vel angiportum vel vicum, et si vel vestem, vel calceamentum viderit ejus quem amat, ipsum se videre arbitratur quem amat. Sic affecti fuerunt prophetæ : quoniam Deum incorporeum non videbant, domum videbant, et per domum præsentem illum cernere sibi videbantur. *Elegi abjectus esse in domo Dei mei magis, quam habitare in tabernaculis peccatorum.* Quivis locus, quodvis spatium cum domo Dei comparatum tabernaculum est peccatorum, sive forum dixeris, sive curiam, sive domum singulorum. Licet enim preces illic fiant, licet supplicationes, tamen illic contentiones et pugnas et convicia, conventusque fieri de sæcularibus curis necesse est : at hic locus ab his

Amor propria facit, quæ communia.

Tabernacula peccatorum domus privatæ.

omnibus est immunis; propterea peccatorum quidem illa sunt tabernacula, hæc vero domus est Dei : et quemadmodum portus a ventis et fluctibus liber multam navibus in eo stationem eligentibus præbet securitatem, sic nimirum et Dei domus tamquam ab externorum negotiorum tempestate abreptos eos, qui intraverint, in multa tranquillitate collocat et securitate, sacrorumque eloquiorum auditionis participes efficit. Hic locus virtutis est occasio, philosophiæ schola : non in collecta solum, dum Scripturæ sacræ recitantur, et doctrina spiritualis porrigitur, ac venerandorum patrum senatus adstat : sed quovis etiam reliquo tempore, vestibula tantum ingredere, tum tu subito sæculares omnes curas depones. Intra in vestibulum, et tamquam aura quædam spiritualis animam tuam afflabit. Hæc tranquillitas horrorem incutit, et philosophari docet : mentem erigit, neque sinit præsentium recordari, a terra in cælum te transfert. Quod si absque collecta tantum quæstum facis, quod hic verseris, quando undique prophetæ clamant, quando apostoli evangelium prædicant, quando stat Christus in medio, quando quæ fiunt suscipit Pater, quando lætitiam suam Spiritus sanctus impertit, quanta qui adsunt utilitate cumulati recedunt, quanto damno afficiuntur qui absunt? Vellem scire ubinam versentur, qui collectæ interesse neglexerunt, quid eos detinuerit, et ab hac sacra mensa revocarit, de quibus inter se colloquantur. Imo vero jam probe novi; aut enim de absurdis ac ridiculis rebus colloquuntur, aut sæcularibus curis affixi sunt : utraque porro venia digna non est occupatio, et extremo supplicio est obnoxia. Ac de priori quidem neque verba facere opus est, vel demonstrationem afferre : eos vero qui res domesticas nobis objiciunt, et inde se intolerabili urgeri necessitate causantur, ne istos quidem veniam obtinere posse, cum semel in hebdomada huc vocentur, ac ne tum quidem res spirituales terrenis anteferre dignentur, ex evangeliis constat. Nam et illi qui ad spirituales nuptias fuerant invitati, ejusmodi excusationes obtendebant, quod hic quidem jugum emisset, ille vero prædium sibi comparasset, ille sponsam duxisset; sed puniti sunt tamen. Necessariæ quidem sunt illæ causæ; sed cum Deus invitat, nulla excusatione sunt dignæ : Deo namque nobis sunt omnia necessaria posthabenda. Ubi ejus honori fuerit satisfactum, tum in alia studium impendatur. Quis enim, quæso, famulus, antequam Domino debitum expleverit ministerium,

Luc. 14. 18.—20.

Dei cultus omnibus rebus præferendus.

καὶ καθάπερ λιμὴν πνευμάτων καὶ κυμάτων ἀπηλλαγμένος πολλὴν τοῖς ὁρμιζομένοις πλοίοις παρέχει τὴν ἀσφάλειαν, οὕτω δὴ καὶ ὁ τοῦ Θεοῦ οἶκος, ὥσπερ ἀπό τινος χειμῶνος τῶν ἔξωθεν πραγμάτων τοὺς εἰσιόντας ἐξαρπάζων, μετὰ πολλῆς παρέχει τῆς γαλήνης καὶ τῆς ἀσφαλείας ἑστάναι, καὶ τῶν θείων ἀκροᾶσθαι λογίων. Τοῦτο τὸ χωρίον ὑπόθεσίς ἐστιν ἀρετῆς, διδασκαλεῖον φιλοσοφίας· οὐκ ἐν συνάξει μόνον, ὅτε ἀκρόασις Γραφῶν καὶ διδασκαλία πνευματικὴ, καὶ συνέδριον πατέρων αἰδεσίμων· ἀλλὰ καὶ
E ἐν παντὶ τῷ λοιπῷ καιρῷ, ἐπίβηθι τῶν προθύρων μόνον, καὶ εὐθέως ἀπέθου τὰς φροντίδας τὰς βιωτικάς. Εἴσελθε τῶν προθύρων εἴσω, καὶ καθάπερ αὔρα τις πνευματικὴ περιΐσταταί σου τὴν ψυχήν. Αὕτη ἡ ἡσυχία εἰς φρίκην ἄγει, καὶ διδάσκει φιλοσοφεῖν· ἀνίστησι τὸ φρόνημα, καὶ οὐκ ἀφίησι μεμνῆσθαι τῶν παρόντων, μεθίστησί σε ἀπὸ γῆς εἰς τὸν οὐρανόν. Εἰ δὲ χωρὶς συνάξεως τοσοῦτον τὸ κέρδος τῆς ἐνταῦθα παρουσίας, ὅταν προφῆται πάντοθεν βοῶσιν, ὅταν ἀπόστολοι εὐαγγελίζωνται, ὅταν ὁ Χριστὸς ἐν μέσῳ
170 εἱστήκῃ, ὅταν Πατὴρ ἀποδέχηται τὰ γινόμενα, ὅταν
A Πνεῦμα ἅγιον παρέχῃ τὴν οἰκείαν ἀγαλλίασιν, πόσης μὲν ὠφελείας ἐμπλησθέντες οἱ παρόντες ἀπέρχονται; οἱ ἀπόντες δὲ πόσην ζημίαν ὑπομένουσιν; Ἐβουλόμην εἰδέναι ποῦ διατρίβουσιν οἱ τῆς συνάξεως καταφρονήσαντες, τί κατέσχεν αὐτοὺς, καὶ τῆς ἱερᾶς ταύτης τραπέζης ἀπήγαγε; περὶ τίνων ἡ διάλεξις. Μᾶλλον δὲ οἶδα σαφῶς· ἢ γὰρ περὶ ἀτόπων καὶ καταγελάστων πραγμάτων διαλέγονται, ἢ βιωτικαῖς εἰσι προσηλωμένοι φροντίσιν· ἀμφοτέρων δὲ ἡ διατριβὴ συγγνώμης ἀπεστέρηται, καὶ κόλασιν ἔχει τὴν ἐσχάτην. Καὶ περὶ μὲν τῆς προτέρας οὐδὲ λόγου δεῖ, οὔτε ἀποδείξεως·
B ὅτι δὲ καὶ οἱ τὰ τῆς οἰκίας ἡμῖν προβαλλόμενοι πράγματα, καὶ τὴν ἀφόρητον ἐκεῖθεν ἀνάγκην λέγοντες, οὐδὲ οὗτοι δύνανται συγγνώμης τυχεῖν, ἅπαξ τῆς ἑβδομάδος ἐνταῦθα καλούμενοι, καὶ οὐδὲ τότε ἀνεχόμενοι τὰ πνευματικὰ τῶν γηΐνων προτιμῆσαι πραγμάτων, ἀπὸ τῶν εὐαγγελίων δῆλον. Καὶ γὰρ οἱ κληθέντες ἐπὶ τὸν γάμον τὸν πνευματικὸν, ταύτας προεβάλλοντο τὰς προφάσεις, ὁ μὲν ὅτι ζεῦγος ὠνήσατο, ὁ δὲ ὅτι ἀγρὸν ἐπριάσατο, ὁ δὲ ὅτι νύμφην ἠγάγετο, ἀλλ' ἐκολάσθησαν ὅμως. Ἀναγκαῖαι μὲν αἱ αἰτίαι· ἀλλ' ὅταν ὁ Θεὸς καλῇ, ἀπολογίαν οὐκ ἔχουσι· μετὰ γὰρ τὸν Θεὸν ἡμῖν πάντα ἀναγκαῖα. Μετὰ τὴν ἐκείνου τιμὴν, τότε τὰ
C ἄλλα ἀπολαυέτω σπουδῆς. Τίς γὰρ οἰκέτης, εἰπέ μοι, πρὶν ἢ τὴν δεσποτικὴν πληρώσῃ διακονίαν, τῶν κατὰ τὴν ἰδίαν οἰκίαν ἐπιμελήσεταί ποτε; Πῶς οὖν οὐκ ἄτοπον ἐπ' ἀνθρώπῳ μὲν, ἔνθα ψιλὸν ὄνομα ἡ δεσποτεία, τοσαύτην τοῖς κυρίοις παρέχειν τὴν αἰδῶ καὶ τὴν ὑπακοὴν, τὸν δὲ ἀληθῶς Δεσπότην, οὐχ ἡμῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄνω δυνάμεων, μηδὲ τῆς

αὐτῆς τοῖς ἡμετέροις συνδούλοις ἀξιοῦν θεραπείας; Εἴθε ἦν δυνατὸν ὑμῖν εἰς τὸ συνειδὸς αὐτῶν εἰσεληλυθέναι, καὶ τότε εἴδετε ἂν καλῶς, πόσων τραυμάτων ἔγεμον, ὅσας ἀκάνθας εἶχον. Καθάπερ γὰρ γῆ, γεωργικῶν οὐκ ἀπολαύουσα χειρῶν, χερσοῦται καὶ ὑλομανεῖ· οὕτω καὶ ψυχὴ, πνευματικῆς οὐκ ἀπολαύουσα D διδασκαλίας, ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἐκπέμπει. Εἰ γὰρ ἡμεῖς οἱ καθ' ἑκάστην ἡμέραν τῆς τῶν προφητῶν καὶ ἀποστόλων μετέχοντες ἀκροάσεως, μόλις κατέχομεν θυμὸν, μόλις χαλινοῦμεν ὀργὴν, μόλις καταστέλλομεν ἐπιθυμίαν, μόλις ἐκβάλλομεν τηκεδόνα φθόνου, συνεχεῖς ἐπῳδὰς τὰς ἀπὸ τῶν θείων Γραφῶν ἐπᾴδοντες τοῖς ἡμετέροις πάθεσι, μόλις καταστέλλομεν τὰ ἀναίσχυντα θηρία· ἐκεῖνοι οἱ μηδέποτε ταύτης ἀπολαύοντες τῆς ἰατρείας, μηδὲ τῆς θείας ὑπακούοντες φιλοσοφίας, ποίαν σωτηρίας ἐλπίδα ἕξουσιν, εἰπέ μοι; E Ἐβουλόμην δύνασθαι δεῖξαι τοῖς ὑμετέροις ὀφθαλμοῖς τὴν ἐκείνων ψυχὴν, καὶ εἴδετε ἂν ῥυπῶσαν, αὐχμῶσαν, κατακεχυμένην, καὶ τεταπεινωμένην, καὶ ἀπαῤῥησίαστον. Ὥσπερ γὰρ τὰ βαλανείων οὐκ ἀπολαύοντα σώματα αὐχμοῦ καὶ ῥύπου γέμει πολλοῦ· οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ, διδασκαλίας οὐκ ἀπολαύουσα πνευματικῆς, πολλὴν τῶν ἁμαρτημάτων ἔχει περικειμένην αὐτῇ τὴν κηλῖδα. Καὶ γὰρ βαλανεῖόν ἐστι τὰ ἐνταῦθα πνευματικὸν, τῇ θέρμῃ τοῦ Πνεύματος πάντα ἀποσμῆχον ῥύπον· μᾶλλον δὲ οὐχὶ ῥύπον ἀποσμῆχον μόνον τὸ τοῦ Πνεύματος πῦρ, 131 A ἀλλὰ καὶ βαφήν. Ἐὰν γὰρ ὦσι, φησὶν, αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν ὡς φοινικοῦν, ὡς χιόνα λευκανῶ· κἂν μετὰ τῆς αὐτῆς, φησὶν, ἀκριβείας τῶν ἁμαρτημάτων ὁ ῥύπος δάκῃ τῆς ψυχῆς τὴν οὐσίαν, ὡς εἰς ἕξιν βαφῆς ἀκίνητον καταστῆναι, καὶ οὕτως ἐγὼ δύναμαι εἰς τὴν ἐναντίαν αὐτὴν καταστῆσαι ποιότητα· ἀρκεῖ γὰρ νεῦσαι, καὶ πάντα ἀφανίζεται τὰ ἁμαρτήματα.

Ταῦτα λέγω, οὐχ ἵνα ὑμεῖς ἀκούσητε· οὐδὲ γὰρ ὑμεῖς δεῖσθε τῶν φαρμάκων, διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν· ἀλλ' ἵνα ἐκεῖνοι δι' ὑμῶν μάθωσιν. Εἰ δὲ ἐδυνάμην εἰδέναι τοὺς τόπους ἐν οἷς συλλέγονται, οὐκ ἂν ἠνώχλησα τὴν ὑμετέραν ἀγάπην· ἀλλ' ἐπειδὴ ἀδύνατόν B μοι ἑνὶ ὄντι τοσοῦτον εἰδέναι δῆμον, ὑμῖν ἐγχειρίζω τῶν ἀδελφῶν τῶν ὑμετέρων τὴν θεραπείαν· ἐπιμελήσασθε τῶν ἀδελφῶν τῶν οἰκείων, ἐπισπάσασθε, καλέσατε. Οἶδα ὅτι πολλάκις τοῦτο ἐποιήσατε· ἀλλ' οὐδὲν τὸ πολλάκις τοῦτο ποιῆσαι, ἀλλ' ἕως τότε ποιῆσαι, ἕως ἂν πείσητε καὶ ἑλκύσητε. Οἶδα ὅτι

domui suæ umquam providebit? An non igitur absurdum est inter homines, ubi nudum nomen est dominatus, tantam heris reverentiam exhibere atque obedientiam: verum autem Dominum, non nostrum solum, sed supernarum etiam virtutum, ne eodem quidem, quo conservos nostros, cultu et honore dignari? Atque utinam fieri posset, ut in illorum conscientiam penetraretis, tum vero probe intelligeretis, quot vulneribus scaterent, quot spinas haberent. Ut enim terra, quæ manibus agricolarum exculta non est, deserta fit et sylvescit: haud secus anima, quæ spirituali doctrina non imbuitur, spinas et tribulos producit. Si enim nos qui quotidie lectione prophetarum fruimur et apostolorum, vix impetum animi cohibemus, vix iram frenamus, vix cupiditatem reprimimus, vix invidiæ tabem repellimus, licet assidua carmina ex Scripturis sacris depromta nostris perturbationibus occinamus, vix impudentes istas belluas cohibemus: illis quibus numquam ejusmodi est adhibita medicina, neque divinam philosophiam audiverunt, quæ salutis, quæso, spes est reliqua? Vellem mihi liceret animam illorum oculis vestris subjicere, tum illam et sordidam et squalentem, confusam et abjectam ac pudore suffusam cerneretis. Nam quemadmodum quæ balneis non utuntur corpora squalore ac sordibus multis scatent: ita quæ spirituali doctrina exculta non est anima multis sordibus peccatorum est obsita. Sunt enim balneum quoddam spirituale quæ hic fiunt, quod calore Spiritus sordes omnes abstergit: imo vero non sordes tantum Spiritus ignis abstergit, sed etiam colorem. *Si enim fuerint*, inquit, Isai. 1. 18. *peccata vestra sicut phœniceum, sicut nivem dealbabo;* quamvis non minus tenaciter peccatorum sordes animæ naturæ adhæserint, ac si colorem ex tinctura immobilem contraxisset: ita possum ego contrariam in eam qualitatem inducere: sufficit enim solus nutus meus, ut omnia peccata deleantur.

2. Hæc a me non eo fine dicuntur, ut vos audiatis: neque enim vel medicamentis indigetis, ob Dei benignitatem et gratiam; sed ut illi per vos intelligant. Quod si loca scire potuissem, in quibus congregantur, nequaquam molestiam caritati vestræ exhibuissem: sed quoniam fieri nequit, ut ego qui unus sum, tam numerosum populum noverim, vestræ fidei fratrum vestrorum curationem committo: estote de fratribus vestris solliciti, conciliate vobis illos, invitate. Scio vos istud persæpe fecisse, sed nihil est hoc persæpe

fecisse, nisi eo usque faciatis, quoad persuaseritis et allexeritis. Scio vos importunos fuisse, scio molestos sæpenumero visos esse, quod non persuaseritis: ideoque negligentiores redditi estis; sed consoletur vos Paulus, qui dicit, *Caritas omnia sperat, omnia credit, caritas numquam excidit.* Tu quod tui muneris est exsequere: quamvis curationem ille non admittat, tu apud Deum mercedem habes. Nam in terram quidem si semen jeceris, neque spicas produxerit, vacuis necesse est manibus inde discedas: at in anima non ita fit: sed tu quidem doctrinam consere; etiamsi vero non annuerit anima dictis tuis, plenam nihilominus recepisti mercedem, nec minorem, quam si persuasa plane fuisset: non enim simpliciter rerum exitum, sed animi propositum eorum qui laborant, attendit Deus, dum præmia solet decernere. Vos igitur hortor, ut quod faciunt, qui studiis theatrorum insaniunt, et in equorum certaminibus, hoc vos quoque faciatis. Quid illi porro faciunt? Jam ab ipsa vespera coeunt, et conveniunt inter se, et ad aliorum domos veniunt sub auroram, aliaque loca sibi designant, ut simul congregati majori cum voluptate ad satanicum spectaculum illud adscendant. Quemadmodum illi rei saluti animæ suæ noxiæ diligentem operam navant, seque mutuo deducunt: ita vos animæ vestræ curam gerite, vosque invicem servate: cumque futura erit collecta, ad ædes perge tui fratris, eumque foris pro vestibulo exspecta, atque egredientem retine: licet ab innumeris necessitatibus urgeatur, ne permittas, neve sinas sæculare aliquod negotium aggredi, priusquam ad ecclesiam illum adduxeris, et integræ collectæ persuaseris interesse: quamvis contendat, quamvis contradicat, quamvis innumeras excusationes obtendat, ne illi credas, nec acquiescas, sed dicens ac docens fore, ut tum illi cætera magis facilia et expedita reddantur, cum absoluta collecta, postquam particeps precum fuerit, patrumque benedictiones acceperit, deinceps ad illa properarit; atque his ac pluribus aliis verbis cum ipsum devinxeris, ad sacram istam mensam deducito, ut duplicem mercedem obtineas, cum ob tuum, tum ob illius adventum. Omnino si tantum studii tantumque diligentiæ ad illos venandos et alliciendos, qui negligentiores sunt, adhibuerimus, salutem assequemur. Quantumvis enim negligentes sint, et impudentes, et truculenti, assiduitatem propositi vestri reve-

1. Cor. 13. 7

Non rerum exitum, sed animi propositum Deus spectat.

ἠνωχλήσατε, ὅτι φορτικοὶ πολλάκις ἐνομίσθητε, ὅτι οὐκ ἐπείσατε· καὶ τοῦτο ὑμᾶς ὀκνηροτέρους ἐποίησεν· ἀλλὰ παραμυθείσθω ὑμᾶς ὁ Παῦλος λέγων· Ἡ ἀγάπη πάντα ἐλπίζει, πάντα πιστεύει, ἀγάπη
C οὐδέποτε ἐκπίπτει. Σὺ τὸ σαυτοῦ ποίησον· κἂν ἐκεῖνος μὴ δέξηται τὴν θεραπείαν, σὺ τὸν μισθὸν ἔχεις παρὰ τῷ Θεῷ. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς γῆς ἂν καταβάλῃς τὰ σπέρματα, καὶ μὴ ἐξενέγκῃ τοὺς ἀστάχυας, κεναῖς ἀνάγκη χερσὶν ἀπελθεῖν· ἐπὶ δὲ τῆς ψυχῆς οὐχ οὕτως· ἀλλὰ σὺ μὲν κατάβαλε τὴν διδασκαλίαν, ἐκείνη δὲ κἂν μὴ πεισθῇ τοῖς λεγομένοις, ἀπηρτισμένον ἔχεις τὸν μισθὸν, καὶ τοσοῦτον, ὅσον ἂν εἰ ἐπείσθη· οὐ γὰρ τῷ τέλει τῶν πραγμάτων ἁπλῶς, ἀλλὰ τῇ γνώμῃ τῶν πονούντων προσέχων ὁ Θεὸς, οὕτω τὰς ἀμοιβὰς ὁρίζειν εἴωθε. Παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς, ὅπερ ποιοῦσιν οἱ περὶ τὰ θέατρα μεμηνότες πρὸς τὰς τῶν
D ἵππων ἁμίλλας, τοῦτο καὶ ὑμεῖς ποιήσατε. Τί δὲ ἐκεῖνοι ποιοῦσιν; Ἀπὸ ἑσπέρας [a] ἀλλήλους συντάσσονται, καὶ εἰς τὰς οἰκίας ἀλλήλων ἀπαντῶσιν ὑπὸ τὴν ἕω, καὶ τόπους ἑτέρους ἑαυτοῖς ἀφορίζουσιν, ἵν' ὁμοῦ συγκροτηθέντες, μετὰ πλείονος ἡδονῆς ἐπὶ τὴν σατανικὴν ἐκείνην ἀνέλθωσι θέαν. Ὥσπερ ἐκεῖνοι κατὰ τῆς ἑαυτῶν σπουδάζουσι ψυχῆς, καὶ ἀλλήλους συγκατασπῶσιν· οὕτως ὑμεῖς προνοήσατε τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς, καὶ ἀλλήλους συνδιασώσατε, καὶ συνάξεως μελλούσης γίνεσθαι, ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἀπάντησον τοῦ ἀδελφοῦ, καὶ ἀνάμεινον ἔξω τῶν προθύρων, καὶ ἐξελθόντα κάτασχε· κἂν μυρίαι καλῶσιν ἀνάγκαι, μὴ
E συγχωρήσῃς, μηδὲ ἐπιτρέψῃς ἅψασθαί τινος τῶν βιωτικῶν, πρὶν εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἀγαγεῖν καὶ πεῖσαι τῆς συνάξεως μετασχεῖν ἁπάσης· κἂν φιλονεικῇ, κἂν ἀντιλέγῃ, κἂν μυρίας προβάληται προφάσεις, μὴ πεισθῇς, μηδὲ ἀνάσχῃ, ἀλλ' εἰπὼν καὶ διδάξας ὅτι καὶ τὰ ἄλλα αὐτῷ τότε μᾶλλον ἐξευμαρισθήσεται, ὅταν τὴν σύναξιν ἐπιτελέσας, καὶ κοινωνήσας εὐχῶν,
132 καὶ εὐλογιῶν πατέρων ἀπολαύσας, οὕτω πρὸς ἐκεῖνα
A βαδίζει, καὶ τούτοις καὶ πλείοσι τούτων ἑτέροις λόγοις καταδήσας αὐτὸν, οὕτως ἄγε πρὸς τὴν ἱερὰν ταύτην τράπεζαν, ἵνα διπλοῦν ἔχῃς τὸν μισθὸν, καὶ ὑπὲρ τῆς ἑαυτοῦ, καὶ ὑπὲρ τῆς ἐκείνου παρουσίας. Πάντως, ἂν τοσαύτῃ καὶ σπουδῇ καὶ προθυμίᾳ περὶ τὴν ἄγραν τῶν ῥᾳθυμοτέρων χρησώμεθα, ἐπιτευξόμεθα τῆς σωτηρίας. Κἂν γὰρ μυριάκις ὦσιν ὀλίγωροι καὶ ἀναίσχυντοι καὶ φονικοὶ, τὸ συνεχὲς ὑμῶν τῆς προαιρέσεως ἐρυθριάσαντες, ἀποστήσονταί ποτε τῆς ῥᾳθυμίας. Οὐ γάρ εἰσιν ἐκείνου τοῦ δικαστοῦ τοῦ τὸν Θεὸν οὐκ εἰδότος οὐδὲ ἀνθρώπους αἰσχυνομένου χαλεπώτεροι, κἂν μυριάκις ὦσιν ἀναίσθητοι· ἀλλ' ὅμως ἐκεῖνον τὸν ὠμὸν, τὸν ἄγριον, τὸν σιδηροῦν, τὸν ἀδά-
B μαντα μιᾶς γυναικὸς χήρας προσεδρεία συνεχὴς ἐδυσ-

[a] [Savil. in marg. conj. ἀλλήλοις.]

ὤπησε. Ποίας οὖν ἂν εἴημεν συγγνώμης ἄξιοι, εἰ γυναικὸς χήρας δικαστὴν ὠμὸν, καὶ μήτε τὸν Θεὸν φοβούμενον, μήτε ἀνθρώπους ἐντρεπόμενον, δυνηθείσης ἐπικάμψαι καὶ πεῖσαι δοῦναι τὴν χάριν, ἡμεῖς τοὺς ἀδελφοὺς τοὺς ἀνεκτοτέρους ἐκείνου πολλῷ, καὶ μετριωτέρους ἐκείνου, μὴ δυνηθείημεν ἐφελκύσασθαι, ὑπὲρ τῶν οἰκείων αὐτοὺς παρακαλοῦντες ἀγαθῶν; Ταῦτα πολλάκις εἶπον, καὶ λέγων οὐ παύσομαι, ἕως ἂν ἴδω τοὺς νοσοῦντας ὑγιαίνοντας. Καθ' ἑκάστην αὐτοὺς ἐπιζητῶ τὴν ἡμέραν, ἕως ἂν δυνηθῶ διὰ τῆς ὑμετέρας σπουδῆς αὐτοὺς εὑρεῖν. Δέομαι δὲ καὶ ὑμῶν, C μετὰ τῆς αὐτῆς ὀδύνης, μεθ' ἧς ταῦτα λέγω νῦν, μετὰ τοῦ αὐτοῦ πόνου τὴν ἔρευναν ποιεῖσθαι τῶν ῥαθυμοτέρων. Καὶ γὰρ οὐκ ἐμοὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑμῖν Παῦλος ἐπέταξε τῶν οἰκείων φροντίζειν μελῶν. Παρακαλεῖτε γὰρ, φησὶν, εἷς τὸν ἕνα ἐν τοῖς λόγοις τούτοις, καθὼς καὶ ποιεῖτε· καὶ πάλιν· Οἰκοδομεῖτε ἀλλήλους. Καὶ γὰρ ὁ μισθὸς μέγας τοῖς τῶν ἀδελφῶν κηδομένοις, καὶ τιμωρία μεγίστη τοῖς ἀμελοῦσι καὶ καταφρονοῦσι τῆς σωτηρίας αὐτῶν.

Ὅθεν σφόδρα θαῤῥῶ καὶ πεπίστευκα, ὅτι μετὰ πολλῆς τῆς προθυμίας ποιήσετε τὰ εἰρημένα· καὶ διὰ τοῦτο ἐνταῦθα ταύτην τὴν παραίνεσιν στήσας, ἐπὶ D τὴν Παύλου τράπεζαν ὑμᾶς ἀγαγεῖν πειράσομαι. Παῦλος κλητὸς ἀπόστολος. Ταῦτα πολλάκις καὶ ὑμεῖς ἠκούσατε, καὶ ἡμεῖς ἀνέγνωμεν· ἀλλ' οὐκ ἀναγινώσκειν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπιγινώσκειν χρὴ τὰ λεγόμενα· ἐπεὶ κέρδος οὐδὲν ἡμῖν ἔσται τῆς ἀναγνώσεως. Καὶ γὰρ θησαυρὸς ἄνωθεν πατούμενος οὐκ ἐνδείκνυται τὸν πλοῦτον, ἀλλὰ χρὴ διορύξαι πρῶτον αὐτὸν, καὶ καταβῆναι κάτω, καὶ οὕτως ἅπασαν τὴν εὐπορίαν εὑρεῖν· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν Γραφῶν· οὐκ ἀρκεῖ μόνον ἡ ἀνάγνωσις δεῖξαι τὸν τῶν ἀποκειμένων ἀγαθῶν θησαυρὸν, ἂν μὴ διερευνήσῃς τὸ βάθος. Εἰ ἤρκει ἀνάγνωσις, E οὐκ ἂν εἶπεν ὁ Φίλιππος τῷ εὐνούχῳ, Ἆρά γε γινώσκεις ἃ ἀναγινώσκεις; εἰ ἤρκει ἡ ἀνάγνωσις, οὐκ ἂν εἶπεν ὁ Χριστὸς τοῖς Ἰουδαίοις, Ἐρευνᾶτε τὰς Γραφάς· ὁ δὲ ἐρευνῶν οὐ μέχρι τῆς ἐπιφανείας ἵσταται, ἀλλὰ πρὸς τὸ βάθος αὐτὸ καταβαίνει. Καὶ γὰρ πολὺ πέλαγος νοημάτων ἐν τοῖς προοιμίοις ὁρῶ. Ἐν μὲν γὰρ ταῖς βιωτικαῖς ἐπιστολαῖς αἱ προσρήσεις ἁπλῶς γίνονται, θεραπείαν ἐμφαίνουσαι μόνον· ἐνταῦθα δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ πολλῆς σοφίας γέμει τὸ προοίμιον. Οὐ γὰρ Παῦλός ἐστιν ὁ φθεγγόμενος, ἀλλ' 133 ὁ κινῶν τὴν ἐκείνου ψυχὴν Χριστός. Παῦλος κλητός. A

riti, tandem a negligentia desistent. Neque enim illo judice qui Deum non noverat, neque homines reverebatur, asperiores sunt, quantumvis sint duri ac stupidi: attamen illum crudelem, sævum, ferreum, adamantem illum unius mulieris viduæ constans assiduitas exoravit. Quanam igitur venia digni erimus, si, cum mulier vidua crudelem judicem, qui neque Deum timebat, nec homines reverebatur, inflectere potuerit, et ad beneficium conferendum impellere, nos fratres nostros multo illo tolerabiliores multoque modestiores allicere non potuerimus, dum ad propria illos commoda capessenda cohortamur? Hæc sæpe dixi, neque dicere cessabo, donec eos sanos videro, qui ægrotant. Singulis diebus illos quæro, donec opera vestra illos inveniam. A vobis etiam summopere contendo, ut eodem cum animi dolore, cum quo hæc a me nunc dicuntur, cum eodem labore negligentiores disquiratis. Non enim mihi tantum, sed et vobis Paulus præcepit, ut membrorum vestrorum curam geratis. *Consolamini* enim, inquit, *invicem in verbis istis, sicut et facitis*: et rursus, *Ædificate alterutrum.* Magna quippe merces eos manet, qui de fratribus sunt solliciti, maximumque supplicium illis imminet, qui salutem illorum minime curant et negligunt.

Luc. 18. 2-5.
Exemplum viduæ orantis.
1. *Thess.* 5. 11.

5. Quamobrem valde confido credoque vos ea quæ diximus magna cum animi alacritate præstituros: quam ob causam hic adhortandi finem faciens, ad Pauli mensam deducere vos conabor. *Paulus vocatus apostolus.* Hæc sæpenumero et a vobis audita, et a nobis sunt lecta: sed non legere tantum, verum etiam intelligere quæ dicuntur oportet: alioqui nullum nobis lucrum ex lectione constabit. Siquidem thesaurus, si superne calcetur, divitias non ostendit; sed effodiendus est prius, et postquam infra descenderis, omnem deinde quæstum invenies: ita quoque fit in Scripturis; non sola sufficit lectio ad reconditos bonorum thesauros indicandos, nisi profundum scruteris. Si lectio sufficeret, non dixisset eunucho Philippus: *Putasne intelligis quæ legis?* si lectio sufficeret, Judæis Christus non dixisset: *Scrutamini Scripturas:* at is qui scrutatur, non superficie tenus subsistit, sed ad profundum ipsum usque descendit. Etenim in ipso exordio multum sensuum pelagus cerno. Atque in sæcularibus quidem epistolis salutationes quoquo modo fiunt, solum honorem cultumque deferentes: hic vero non ita, sed multa exordium sapientia redundat. Non enim Paulus est qui loquitur, sed

1. *Cor.* 1. 1.
Act. 8. 30.
Joan. 5. 39.

qui animam ejus movet Christus. *Paulus vocatus.* Hoc nomen, Paulus, unum quidem est nudumque nomen : sed tantum sensuum thesaurum habet reconditum, quantum experientia comperistis. Nam si recordamini, tres integros dies de solo hoc nomine disseruisse me scitis, dum causas afferrem, ob quas cum Saulus antea vocaretur, Paulus deinde vocatus est, et qua de causa non statim ad fidem conversus hanc appellationem accepit, sed ad multum tempus nomen retinuit, quod illi a principio parentes imposuerant: multamque Dei sapientiam et providentiam ex eo demonstravimus cum erga nos, tum erga sanctos illos exhibitam. Nam si liberis suis homines non temere nomen imponunt, sed vel a patre, vel ab avo, vel a majoribus cæteris nomina mutuantur : multo magis Deus servis suis non sine causa, nec sine ratione aliqua appellationes imposuit, sed majori cum judicio ac sapientia. Siquidem homines in honorem defunctorum, vel ad suam consolationem sæpenumero nominibus mortuorum filios suos appellant, eoque pacto per appellationem liberorum solatium sibi doloris excogitant, quem ex obitu defunctorum conceperant: Deus autem memoriam virtutis ac doctrinam tamquam in ærea columna in appellatione sanctorum recondit. Petrum quidem certe a virtute sic vocavit, et in ejus nomine firmitatis fidei argumentum et indicium collocavit, ut appellatione sua, perpetua tamquam magistra quadam ejusmodi firmitatis, utatur. Joannem quoque ac Jacobum a magnitudine vocis in evangelio prædicando nota vocavit. Sed ne eadem rursus memorando molestiam pariat oratio nostra, his omissis illud dicam, ipsa sanctorum nomina seorsim semper religiosis et piis viris veneratione digna esse, ac peccatoribus formidanda. Onesimum quidem certe, qui fugitivus et fur exstiterat, et de pecunia herili quidpiam interverterat, cum suscepisset Paulus, cumque immutasset, atque ita sacris mysteriis initiasset; cum deinceps cum domino suo redditurus esset, hæc ad illum scripsit : *Propter quod multam fiduciam habens in Christo imperandi tibi quod ad rem pertinet propter caritatem, magis obsecro, cum sim talis, ut Paulus senex, nunc autem et vinctus in Christo Jesu.* Vides illum addidisse tria, vincula propter Christum, conversationem ob ætatem, et nominis reverentiam? Nam cum unus esset qui obsecrabat, triplicem

Tribus diebus de nomine Pauli concionatus est.

Petri nomen quid designet.

Matth. 16. 18.

Philem. 8. 9.

Τὸ Παῦλος τοῦτο, ὄνομα μέν ἐστιν ἓν, καὶ ψιλὸν ὄνομα· τοσοῦτον δὲ ἔχει νοημάτων θησαυρὸν ἀποκείμενον, ὅσον διὰ τῆς πείρας ἔγνωτε. Εἰ γὰρ δὴ μέμνησθε, ἴστε ὅτι τρεῖς ἡμέρας ὁλοκλήρους ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τούτου διελέχθην μόνον, τὰς αἰτίας λέγων, δι' ἃς πρὸ τούτου Σαῦλος καλούμενος, μετὰ ταῦτα ἐκλήθη Παῦλος, καὶ τίνος ἕνεκεν οὐκ εὐθέως μεταστὰς πρὸς τὴν πίστιν, ἐδέξατο τὴν προσηγορίαν, ἀλλὰ μέχρι πολλοῦ διέμεινεν ἔχων τὸ ὄνομα, ὅπερ ἐξαρχῆς ἔθεντο οἱ γονεῖς· καὶ πολλὴν ἀπὸ τούτου τοῦ Θεοῦ B σοφίαν καὶ κηδεμονίαν ἀνεδείκνυμεν, καὶ περὶ ἡμᾶς, καὶ περὶ τοὺς ἁγίους ἐκείνους γεγενημένην. Εἰ γὰρ ἄνθρωποι τοῖς αὐτῶν παιδίοις οὐχ ἁπλῶς ἐπιτιθέασι τὰ ὀνόματα, ἀλλὰ τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ πατρὸς, τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ πάππου, τὸ δὲ ἀφ' ἑτέρων προγόνων καλοῦντες· πολλῷ μᾶλλον ὁ Θεὸς τοῖς ἑαυτοῦ δούλοις οὐχ ἁπλῶς, οὐδὲ ἄνευ λόγου τινὸς τὰς προσηγορίας ἐπέθηκεν, ἀλλὰ μετὰ πλείονος σοφίας. Ἄνθρωποι μὲν γὰρ εἴς τε τιμὴν τῶν ἀπελθόντων, εἴς τε ἑαυτῶν παραμυθίαν πολλάκις τοῖς τῶν τετελευτηκότων ὀνόμασι τοὺς ἑαυτῶν υἱοὺς καλοῦσι, παραμυθίαν τινὰ τῆς τῶν κατοι- C χομένων τελευτῆς διὰ τῆς τῶν παίδων προσηγορίας ἐπινοοῦντες· ὁ δὲ Θεὸς ἀρετῆς ὑπόμνησιν καὶ διδασκαλίαν, ὥσπερ ἐν στήλῃ χαλκῇ, τῇ προσηγορίᾳ τῶν ἁγίων ἐναποτίθεται. Τὸν γοῦν Πέτρον ἀπὸ τῆς ἀρετῆς οὕτως ἐκάλεσε, τὴν ἀπόδειξιν τῆς περὶ τὴν πίστιν στεῤῥότητος ἐναποτιθέμενος αὐτοῦ τῷ ὀνόματι, ἵνα ἔχῃ διδάσκαλον διηνεκῆ, τὴν προσηγορίαν, τῆς τοιαύτης στεῤῥότητος. Τοῦτο καὶ τὸν Ἰωάννην καὶ τὸν Ἰάκωβον ἐκάλεσεν, ἀπὸ τῆς κατὰ τὸ κήρυγμα μεγαλοφωνίας. Ἀλλ' ἵνα μὴ πάλιν τὰ αὐτὰ λέγων διενοχλῶ, ταῦτα ἀφεὶς, ἐκεῖνο ἐρῶ, ὅτι καὶ αὐτὰ καθ' ἑαυτὰ λεγόμενα τὰ ὀνόματα τῶν ἁγίων, καὶ τοῖς φιλοθέοις εἰσὶν αἰδέσιμα, καὶ τοῖς ἁμαρτάνουσι φο- D βερά. Τὸν γοῦν Ὀνήσιμον δραπέτην καὶ κλέπτην γενόμενον, καὶ τῶν δεσποτικῶν ὑφελόμενόν τι χρημάτων ὑποδεξάμενος ὁ Παῦλος καὶ μεταβαλὼν, καὶ οὕτω πρὸς τὴν ἱερὰν χειραγωγήσας μυσταγωγίαν· εἶτα μέλλων ἀποδιδόναι τῷ δεσπότῃ πάλιν, τοῦτο πρὸς αὐτὸν ἔγραφε· Διὸ πολλὴν ἐν Χριστῷ παῤῥησίαν ἔχων ἐπιτάσσειν σοι τὸ ἀνῆκον διὰ τὴν ἀγάπην, μᾶλλον παρακαλῶ, τοιοῦτος ὢν ὡς Παῦλος πρεσβύτης, νυνὶ δὲ καὶ δέσμιος ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ὁρᾷς ὅτι τρία ἐπέθηκε, τὰ δεσμὰ τὰ διὰ τὸν Χριστὸν, τὴν πολιτείαν τὴν ἀπὸ τῆς ἡλικίας, τὴν αἰδῶ τὴν ἀπὸ τῆς προσηγορίας; Ἐπειδὴ γὰρ εἷς ἦν ὁ παρακαλῶν, E τριπλοῦν ἐφιλονείκησε ποιῆσαι τὸν ὑπὲρ Ὀνησίμου δεόμενον, [a] τὸν πρεσβύτην. Ὁρᾷς ὅτι καὶ αὐτὰ τὰ ὀνόματα αἰδέσιμα τοῖς πιστοῖς ἐστι καὶ φιλόθεα; Εἰ γὰρ παιδίου φιλουμένου προσηγορία ὀνομασθεῖσα

[a] Hic legendum videtur τὸν δεσμώτην, τὸν πρεσβύτην, τὸν Παῦλον, ut sensus quadret.

πολλάκις καὶ μὴ βουλόμενον τὸν πατέρα ἔπεισε δοῦναι τὴν χάριν διὰ τὸ πρὸς τὸ ὄνομα φίλτρον, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τῶν ἁγίων συμβαίνειν τοῦτο εἰκὸς ἦν. Ὅτι δὲ καὶ τοῖς ἁμαρτάνουσι φοβερὰ ἦν, καθάπερ 134
A παιδίοις ῥαθυμοῦσι τὰ τῶν διδασκάλων ὀνόματα, ἄκουσον πῶς Γαλάταις ἐπιστέλλων αὐτὸ τοῦτο ᾐνίξατο. Ἐπειδὴ γὰρ εἰς ἀσθένειαν ἀπέκλιναν Ἰουδαϊκὴν, καὶ περὶ τὴν πίστιν αὐτὴν ἐκινδύνευον, βουλόμενος αὐτοὺς ἀναστῆσαι καὶ πεῖσαι μηδὲν Ἰουδαϊκὸν ἐπεισάγειν τῇ τοῦ εὐαγγελίου διδασκαλίᾳ, οὕτως ἔγραφεν· Ἰδὲ ἐγὼ Παῦλος λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐὰν περιτέμνησθε, Χριστὸς ὑμᾶς οὐδὲν ὠφελήσει. Εἶπες, Ἐγώ· τίνος ἕνεκεν προστιθεὶς τὸ ὄνομα; τὸ γὰρ, Ἐγὼ, οὐκ ἦν ἱκανὸν δηλῶσαι τὸν γράφοντα; Ἀλλ' ἵνα μάθῃς ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ τοῦ ὀνόματος παρενθήκη ἱκανὴ τῶν ἀκουόντων καθάψασθαι, διὰ τοῦτο προστίθησι τὴν προσηγορίαν, εἰς ὑπόμνησιν αὐτοὺς ἄγων
B τοῦ διδασκάλου. Καὶ ἡμεῖς δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο πάσχομεν· ὅταν γὰρ ἀναμνησθῶμεν τῶν ἁγίων, κἂν ἐν ῥαθυμίᾳ ὦμεν, διανιστάμεθα, κἂν ἐν καταφρονήσει, φοβούμεθα. Παῦλον γοῦν τὸν ἀπόστολον ὅταν ἀκούσω ἐγὼ, ἐννοῶ τὸν ἐν θλίψεσι, τὸν ἐν στενοχωρίαις, τὸν ἐν πληγαῖς, τὸν ἐν φυλακαῖς, τὸν ἐν τῷ βυθῷ νυχθήμερον γενόμενον, τὸν εἰς τρίτον ἁρπαγέντα οὐρανὸν, τὸν ἐν τῷ παραδείσῳ τὰ ἄῤῥητα ῥήματα ἀκούσαντα, τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, τὸν νυμφαγωγὸν τοῦ Χριστοῦ, τὸν εὐξάμενον ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν. Καὶ καθάπερ σειρά τις χρυσῆ, τῶν κατορθωμάτων
C ὁ ὁρμαθὸς μετὰ τῆς τοῦ ὀνόματος μνήμης τοῖς μετὰ ἀκριβείας προσέχουσιν ἐπεισέρχεται· καὶ οὐ μικρὸν ἡμῖν ἀπὸ τούτου γίνεται κέρδος.

Ἐνῆν καὶ πλείονα τούτων εἰς τὴν προσηγορίαν εἰπεῖν· ἀλλ' ἵνα καὶ τῆς δευτέρας ἁψώμεθα λέξεως, ἐνταῦθα τὴν περὶ τοῦ ὀνόματος στήσας θεωρίαν, ἐπ' ἐκείνην βαδιοῦμεν λοιπόν. Ὥσπερ γὰρ τὸ Παῦλος ὄνομα πολλὴν παρέσχεν ἡμῖν εὐπορίαν, οὕτω καὶ τὸ Κλητὸς, εἰ βουληθείημεν αὐτὸ καταμαθεῖν μετὰ τῆς προσηκούσης σπουδῆς, τῆς ἴσης ἢ καὶ πλείονος ἐμπλήσειε θεωρίας ἡμᾶς. Καὶ καθάπερ ἀπὸ κόσμου, ἢ διαδήματος βασιλικοῦ λίθον ἕνα τις ἐξελὼν, καὶ οἰ-
D κίας λαμπρὰς καὶ πολυτελεῖς ἀγροὺς, καὶ οἰκετῶν ἀγέλας, καὶ ἕτερα πολλῷ πλείονα τούτων πρίασθαι δύναιτ' ἂν, τὸν μαργαρίτην ἀποδόμενος ἐκεῖνον· οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τῶν θείων ῥημάτων, ἂν μιᾶς ῥήσεως ἔννοιαν ἀναπτύξαι θελήσῃς, πολλήν σοι παρέξει πνευματικῆς εὐπορίας ὑπόθεσιν, οὐκ οἰκίας, οὐδὲ ἀνδρά-

cum conabatur efficere, qui pro Onesimo supplicabat, vinctum, senem, Paulum. Vides ipsa seorsim nomina veneranda esse fidelibus ac religiosa? Si enim dilecti filioli nomen usurpatum sæpe vel invitum parentem ad conferendum beneficium inflexit ob nominis amorem, multo magis in sanctis id habere locum decebat. Porro formidabilia quoque peccatoribus esse, quemadmodum pigris puerulis nomina magistrorum, audi quo pacto Paulus scribens ad Galatas subindicarit. Nam quoniam ad Judaicam infirmitatem declinarant, et de ipsa fide periclitabantur, cum illos vellet erigere ac illis persuadere, ut in evangelicam doctrinam nihil Judaicum introducerent, ita scripsit: *Ecce ego Paulus dico vobis, quoniam si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit.* Dixisti, *Ego:* cur addidisti nomen? non igitur illud, *Ego,* sufficiebat ad eum indicandum qui scribebat? Ut nimirum discas ipsum nominis additamentum ad commovendos auditorum animos suffecisse, propterea nomen addit, ut eis memoriam refricet præceptoris. Idem quoque nobis accidit: cum enim nobis in memoriam sancti revocantur, tametsi desidia torpescimus, excitamur; licet contemnamus, terremur. Paulum quidem certe apostolum cum audio, animo intueor illum, qui in tribulationibus versabatur, in angustiis, in plagis, in carceribus, qui unius diei noctisque spatio in profundo maris fuit, qui tertium raptus in cælum fuit, qui in paradiso verba audivit arcana, vas electionis, Christi paranymphum, qui a Christo anathema esse pro fratribus optavit. Itaque tamquam aurea quædam catena recte factorum turba cum nominis memoria sese ingerit iis, qui diligenter attenderint: neque mediocre inde lucrum decerpitur.

Præceptorum nomina veneranda.

Gal. 5. 2.

4. Potuissemus his etiam plura de nomine dicere: sed ut secundam quoque dictionem attingamus, hic finita de nomine contemplatione, deinceps gradum ad illam faciemus. Ut enim nomen, *Paulus*, multum nobis lucri comparavit, ita et illud *Vocatus,* si convenienti studio velimus illud indagare, non minori vel etiam majori nos contemplatione complebit. Et quemadmodum si quis ex mundo aureo vel regio diademate lapillum unum eximat, et domos splendidas et agros magni pretii, ac famulorum greges aliaque multo his majora coemere poterit, illa margarita divendita: ita quoque fiet in verbis sacris: si unius dictionis sensum velis evolvere, multam spiritualis tibi quæstus materiam

De dictione *Vocatus* nunc agit.

præbebit; non quod domos aut mancipia vel terræ jugera tibi comparet, sed quod pietatis ac philosophiæ occasiones afferat eorum animabus, qui attenti ac seduli fuerint. Ipsum igitur illud, *Vocatus,* considera quantam ad spiritualium rerum historiam nos deducat. Prius autem illud discendum est, quid sit illud ipsum, *Vocatus,* ac deinde scrutandum, quam tandem ob causam *Rom.* 1. 1. ad Corinthios solum et ad Romanos, non ad ullum alium literas mittens ita scripserit. Neque enim sine causa vel temere id facit. Nam si nos epistolis non temere inscriptiones præfigimus, sed si ad inferiores literas mittamus, Talis tali, scribimus; cum autem ad æquales, etiam dominum in inscriptione vocamus eum, qui epistolam recipit; cum vero nostram dignitatem longe excedunt, alia quoque plura adjicimus nomina, quæ majorem cultum et honorem præ se ferant. Salutationes præmittuntur epistolis. Quod si nos tantam curam adhibemus, neque eodem modo ad omnes scribimus, sed pro varietate personarum quæ literas recipiunt, convenientes appellationes præmittimus: multo magis Paulus non temere, aut sine causa hoc modo ad hos, ad illos alio modo scribebat, sed cum aliqua spirituali sapientia. Ac nulli quidem alteri mittentem literas *vocatum* eum in exordio epistolæ seipsum appellasse, decursis ipsis epistolarum initiis discere possumus. Cur autem id ageret, jam nostrum est dicere, si prius quid sit, *vocatus,* demonstraverimus, quidque nos per hanc dictionem docere Paulus voluerit. Quid ergo docere nos vult Paulus, cum seipsum *vocatum* appellat? Se nimirum priorem ad Dominum non accessisse verum vocatum obedivisse: non ipsum quæsivisse atque invenisse, sed cum aberrasset, inventum esse: non ipsum ad lucem respexisse primum, sed lucem radios suos in ejus palpebras vibrasse, et exterioribus oculis orbato, interiores deinde esse reseratos. Cum igitur docere nos vellet, se nullum ex suis recte factis omnibus sibiipsi tribuere, sed Deo qui vocavit, seipsum *vocatum* appellat. Nam qui stadii mihi fores aperuit, inquit, et scammatis, ille coronarum etiam est auctor: qui præbuit initium et radicem plantavit, hic mihi fructuum, qui deinde germinarunt, occasiones suppeditavit. Quapropter alibi quoque rursus cum dixis- 1 *Cor.* 15. 10. set, *Plus omnibus laboravi,* subjunxit, *Non ego autem, sed gratia, quæ mecum est.* Itaque nomen illud, *Vocatus,* aliud nihil indicat, nisi Paulum nihil ex suis recte factis sibi proprium arbitrari, sed omnia Domino Deo tribuere.

ποδα, οὐδὲ πλέθρα γῆς κομίζουσα, ἀλλὰ θεοσεβείας καὶ φιλοσοφίας ἀφορμὰς ἐνιεῖσα ταῖς τῶν προσεχόντων ψυχαῖς. Σκόπει οὖν αὐτὸ τοῦτο τὸ Κλητὸς, εἰς ὅσην ἡμᾶς χειραγωγεῖ πραγμάτων ἱστορίαν E πνευματικῶν. Δεῖ δὲ πρότερον μαθεῖν, τί ποτέ ἐστιν αὐτὸ τὸ Κλητός· καὶ δεύτερον ἐξετάσαι, τίνος ἕνεκεν Κορινθίοις ἐπιστέλλων μόνον καὶ Ῥωμαίοις οὕτως ἔγραψεν, ἄλλῳ δὲ οὐδενί. Οὐ γὰρ ἁπλῶς, οὐδὲ εἰκῆ τοῦτο ποιεῖ. Εἰ γὰρ ἡμεῖς τῶν ἐπιστολῶν τὰς προῤῥήσεις οὐχ ἁπλῶς ποιούμεθα, ἀλλ' ὑποδεεστέροις μὲν ἐπιστέλλοντες, ὁ δεῖνα τῷ δεῖνι, γράφομεν, ὅταν δὲ ὁμοτίμοις, καὶ δεσπότην ἐν τῇ προῤῥήσει καλοῦμεν τὸν δεχόμενον τὴν ἐπιστολήν· ὅταν δὲ πολὺ τὴν ἀξίαν ὑπερέχωσι τὴν ἡμετέραν, καὶ ἕτερα πλείονα 135 A προστίθεμεν ὀνόματα, μείζονα ἔχοντα τὴν θεραπείαν· εἰ οὖν ἡμεῖς τοσαύτῃ προνοίᾳ κεχρήμεθα, καὶ οὐχ ἑνὶ τρόπῳ πᾶσι γράφομεν, ἀλλὰ τῇ διαφορᾷ τῶν δεχομένων προσώπων καταλλήλους ποιούμεθα τὰς προσηγορίας· πολλῷ μᾶλλον ὁ Παῦλος, οὐχ ἁπλῶς, οὐδὲ εἰκῆ τούτοις μὲν οὕτως, ἐκείνοις δὲ ἑτέρως ἐπέστελλεν, ἀλλὰ μετά τινος σοφίας πνευματικῆς. Ὅτι μὲν οὐδενὶ τῶν ἄλλων ἐπιστέλλων, κλητὸν ἑαυτὸν ἐν τῷ προοιμίῳ τῆς ἐπιστολῆς ἐκάλεσεν, ἔξεστιν ἡμῖν αὐτὰς τῶν ἐπιστολῶν τὰς ἀρχὰς ἐπελθοῦσι τοῦτο μαθεῖν. Τίνος δὲ ἕνεκεν τοῦτο ἐποίει, ἡμέτερον ἂν εἴη λοιπὸν εἰπεῖν, ἐπειδὰν δείξωμεν πρότερον τί ἐστιν ὁ κλητὸς, καὶ τί διὰ τῆς ῥήσεως ἡμᾶς διδάξαι ὁ Παῦλος B ἠθέλησε ταύτης. Τί ποτ' οὖν ἡμᾶς βούλεται διδάξαι διὰ τοῦ κλητὸν ἑαυτὸν καλέσαι; Ὅτι οὐκ αὐτὸς τῷ Δεσπότῃ προσῆλθε πρῶτος, ἀλλὰ κληθεὶς ὑπήκουσεν· οὐκ αὐτὸς ἐζήτησε καὶ εὗρεν, ἀλλ' εὑρέθη πλανώμενος· οὐκ αὐτὸς πρὸς τὸ φῶς ἀνέβλεψε πρῶτος, ἀλλὰ τὸ φῶς τὰς οἰκείας ἀκτῖνας πρὸς τὰς ὄψεις ἀφῆκε τὰς ἐκείνου, καὶ τοὺς ἔξω πηρώσας ὀφθαλμοὺς, οὕτω τοὺς ἔνδοθεν ἤνοιξε. Βουλόμενος οὖν ἡμᾶς παιδεῦσαι ὅτι τῶν κατορθωμάτων αὐτοῦ πάντων οὐδὲν ἑαυτῷ λογίζεται, ἀλλὰ τῷ κεκληκότι Θεῷ, κλητὸν ἑαυτὸν καλεῖ. Ὁ γὰρ τὰς πύλας μοι τοῦ σκάμματος ἀνοίξας, φησὶ, καὶ τὸ στάδιον, οὗτος καὶ τῶν στεφάνων αἴτιος C γίνεται· ὁ τὴν ἀρχὴν παρασχὼν καὶ τὴν ῥίζαν καταβαλλόμενος, οὗτος καὶ τῶν βλαστησάντων μοι μετὰ ταῦτα καρπῶν παρέσχε μοι τὰς ἀφορμάς. Διὰ τοῦτο καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν εἰπὼν, Πλείονα πάντων ἐκοπίασα, ἐπήγαγεν, Οὐκ ἐγὼ δὲ, ἀλλ' ἡ χάρις ἡ σὺν ἐμοί. Τὸ οὖν Κλητὸς ὄνομα οὐδενός ἐστιν ἔνδειξις ἑτέρου, ἢ τὸ μηδὲν οἰκεῖον νομίζειν εἶναι Παῦλον τῶν οἰκείων κατορθωμάτων, ἀλλὰ πάντα ἀνατιθέναι τῷ Δεσπότῃ Θεῷ. Ὅπερ οὖν καὶ ὁ Χριστὸς τοὺς μαθητὰς ἐδίδασκε λέγων, Οὐχ ὑμεῖς με ἐξελέξασθε, ἀλλ' ἐγὼ ἐξελεξάμην ὑμᾶς· καὶ ὁ ἀπόστολος τὸ αὐτὸ τοῦτο πάλιν D ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς αἰνίττεται λέγων· Τότε δὲ ἐπιγνώσομαι, καθὼς καὶ ἐπεγνώσθην· νῦν γάρ, φη-

σὶν, οὐκ ἐγὼ πρῶτος ἐπέγνων, ἀλλ' αὐτὸς ἐπεγνώσθην πρῶτος. Διώκοντα γὰρ αὐτὸν καὶ πορθοῦντα τὴν Ἐκκλησίαν ὁ Χριστὸς ἐκάλεσε, λέγων· Σαῦλε, Σαῦλε, τί με διώκεις; Διὰ τοῦτο κλητὸν ἑαυτὸν καλεῖ. Τίνος ἕνεκεν Κορινθίοις οὕτως ἐπέστελλεν; Ἡ Κόρινθος αὕτη τῆς Ἀχαΐας μητρόπολίς ἐστι, καὶ πνευματικοῖς ἐκόμα χαρίσμασι· καὶ μάλα εἰκότως· τῆς γὰρ Παύλου γλώττης πρώτη ἀπήλαυσε, καὶ καθάπερ ἄμπελος, ἀρίστου τινὸς καὶ ἐπιμελοῦς ἀπολαύουσα γεωργοῦ, πολλοῖς μὲν κομᾷ τοῖς φύλλοις, πολλῷ δὲ τῷ καρπῷ βρίθει διηνεκῶς· οὕτω δὴ καὶ ἡ πόλις ἐκείνη, ὥσπερ E τινὸς ἀρίστου γεωργοῦ, τῆς Παύλου διδασκαλίας μετασχοῦσα πρώτη, καὶ ἐπὶ πολὺν ἐντρυφήσασα χρόνον τῇ τούτου σοφίᾳ, πᾶσιν ἐτεθήλει τοῖς ἀγαθοῖς· οὐ πνευματικῶν δὲ αὕτη [a] χαρισμάτων περιουσία μόνη ἦν, ἀλλὰ καὶ βιωτικῶν πλεονεκτημάτων πολλὴν εἶχε τὴν ἀφθονίαν. Καὶ γὰρ σοφίᾳ λόγων τῶν ἔξωθεν, καὶ πλούτῳ καὶ δυναστείᾳ τῶν ἄλλων ἐκράτει πόλεων. Καὶ ταῦτα αὐτὴν ἐφύσησε καὶ πρὸς ἀπόνοιαν ἦρε, καὶ διὰ τῆς ἀπονοίας εἰς πολλὰ διέστησε μέρη. Τοιαύτη γὰρ τῆς ὑπερηφανίας ἡ φύσις· τὸν τῆς ἀγάπης διαῤ- 136 ῥήγνυσι σύνδεσμον, καὶ τὸν πλησίον ἀποσχίζει, καὶ A καθ' ἑαυτὸν ἕκαστον εἶναι ποιεῖ τὸν κεκτημένον αὐτήν. Καὶ καθάπερ τοῖχος φυσηθεὶς διαλύει τὴν οἰκοδομὴν, οὕτω δὴ καὶ ψυχὴ φυσηθεῖσα τῆς πρὸς ἕτερον συναφείας οὐκ ἀνέχεται, ὃ δὴ καὶ ἡ Κόρινθος ἔπαθε τότε· καὶ πρὸς ἀλλήλους διεστασίαζον, καὶ εἰς πολλὰ μέρη τὴν Ἐκκλησίαν κατέτεμον, καὶ μυρίους ἑαυτοῖς ἑτέρους ἐπέστησαν διδασκάλους, καὶ κατὰ φρατρίας καὶ συμμορίας γενόμενοι ἐλυμήναντο τὸ τῆς Ἐκκλησίας ἀξίωμα. Ἐκκλησίας γὰρ ἀξίωμα, ὅταν σώματος ἀκολουθίαν πρὸς ἑαυτοὺς οἱ συλλεγόμενοι διατηρῶσι.

Quod utique Christus discipulos suos docebat dicens, *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos*; (Joan. 15. 16.) atque apostolus istud ipsum rursus in eadem innuit epistola, cum ait: *Tunc cognoscam, sicut et cognitus sum*: (1. Cor. 13. 12.) nunc enim, inquit, non ego prior cognovi, sed prior sum cognitus. Dum enim persequeretur et popularetur Ecclesiam, Christus eum vocavit dicens, *Saule, Saule, quid me persequeris?* (Act. 9. 4.) Propterea *vocatum* seipsum appellat. Quam ob causam ad Corinthios ita scribebat? Corinthus hæc metropolis est Achaiæ, ac spiritualibus donis abundabat, et merito sane: siquidem prima Pauli potita est lingua; et quemadmodum vitis quæ ab optimo ac diligenti agricola excolitur, multis luxuriat foliis, multis fructibus semper oneratur: ita nimirum et urbs illa cum tamquam optimum agricolam Pauli doctrinam prima esset experta, ejusque sapientia longo tempore se oblectasset, bonis omnibus florebat; neque vero spiritualibus tantum donis abundabat, sed et commoda sæcularia illi affatim suppetebant. Nam et profanæ eruditionis sapientia, et divitiis, et potentia cæteris urbibus antecellebat. Atque his illa inflabatur, et in superbiam efferebatur, et per superbiam in varias partes divisa est. (Arrogantia mala.) Ea quippe natura est arrogantiæ: caritatis vincula disrumpit et proximum avellit, et efficit ut seorsim apud se degat is, qui ab illa correptus fuerit. Et sicut paries, qui intumuerit, ædificium destruit: sic anima inflata ferre non potest se cum altero copulari: quod et Corintho tum evenit: inter se dissidebant, et in multas partes Ecclesiam dividebant: atque innumeros sibi alios doctores cum præfecissent, in curias et classes distributi dignitatem Ecclesiæ pessumdabant. Dignitas enim est Ecclesiæ, cum illi qui congregati sunt, optime inter se concordiam pacemque conservant.

Δεῖ δὲ ταῦτα ἀποδεῖξαι ὑμῖν πάντα, ὅτι πρῶτοι Παύλου τῆς διδασκαλίας Κορίνθιοι τότε ἀπήλαυσαν, B ὅτι χαρισμάτων ἦσαν πνευματικῶν πεπληρωμένοι, ὅτι καὶ βιωτικοῖς πλεονεκτήμασιν ἐκράτουν, ὅτι διὰ ταῦτα ἀπονοηθέντες ἀλλήλοις ἀπεῤῥάγησαν, καὶ οἱ μὲν τούτοις, οἱ δὲ ἐκείνοις προσένεμον ἑαυτούς. Ὅτι μὲν οὖν πρῶτοι τῆς Παύλου διδασκαλίας ἀπήλαυσαν, ἄκουσον πῶς αὐτὸ τοῦτο ὁ Παῦλος ᾐνίξατο· Ἐὰν γὰρ, φησὶ, πολλοὺς παιδαγωγοὺς ἔχητε ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ἀλλ' οὐ πολλοὺς πατέρας. Ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ διὰ τοῦ εὐαγγελίου ἐγὼ ὑμᾶς ἐγέννησα· ὁ δὲ γεννήσας πρῶτος εἰς φῶς ἄγει τὸ τεχθέν. Καὶ πάλιν, Ἐγὼ

5. Hæc autem omnia vobis demonstranda sunt, et Corinthios Pauli doctrina tum excultos fuisse primos, eos donis spiritualibus divites fuisse, et commodis sæcularibus antecelluisse, atque idcirco in superbiam elatos a se invicem esse divulsos, et hos quidem his, illos autem illis sese addixisse. Ut igitur intelligas primos eos doctrina Pauli excultos fuisse, audi quo pacto idipsum indicet Paulus: *Nam si multos*, inquit, *pædagogos habeatis in Christo, sed non multos patres. Nam in Christo Jesu per evangelium ego vos genui*: (1. Cor. 4. 15.) atque is qui gi-

[a] [Savil. in marg. conj. αὐτῇ.]

gnit, primus in lucem producit quod genitum
1. Cor. 3. 6. est. Et rursus, *Ego plantavi, Apollo rigavit:* ostendens a se primum sparsam esse doctrinam. Porro donis eos spiritualibus redundasse inde
1. Cor. 1. 4. 5. constat: *Gratias ago Deo ob gratiam Dei, quæ data est vobis in Christo Jesu, quod in omnibus divites facti estis in illo, ita ut nihil vobis desit in ulla gratia.* Et vero profanæ illos sapientiæ fuisse participes, satis nobis declaravit multis illis longisque sermonibus, quibus in sapientiam illam invehitur. Cum enim alia in epistola non facile id præstitisse reperiatur, hic prolixa illos accusatione insectatur: ac merito sane. Nam quoniam hinc tumor et fastus exortus est, illic etiam sectionem admovit sic
1. Cor. 1. 17. dicens: *Non enim misit me Christus baptizare, sed evangelizare: non in sapientia verbi, ut non evacuetur crux Christi.* Vide quam acriter profanam sapientiam accuset, quod non modo nihil ad pietatem conferre videatur, sed etiam impedimentum et obstaculum fiat. Ut enim præclara corpora, et formosi pulchrique vultus, si quod ornatus exterius additamentum admittant, suæ pulchritudinis gloriam minuunt, quod fuci et pigmenta, et reliqua ejusmodi lenocinia et artificia formæ laudem divisam ad se trahant: quod si nihil eis addideris, pulchritudinem eorum magis detegis, dum sola forma decertat, et integra laude et commendatione perfruitur: ita fit in religione, et spirituali sponsa: si quid externum illi adjungas, sive divitias, sive potentiam, sive eruditionis vim, gloriam ejus perdis, nec sinis ut integra laus ejus appareat, sed in multas partes ejus gloriam dividis: sin eam solam sinas simplicem nudamque certare, amotis omnibus rebus humanis, tunc maxime pulchritudo ejus omnis apparebit, tunc invicta virtus ejus elucebit, cum neque divitiis indigens, neque sapientia, neque potentia, neque nobilitate, neque aliis ullis rebus humanis, omnia superare potuerit et subigere, dum per homines viles, abjectos, egenos, pauperes, idiotas, impiis oratoribus, philosophis, tyrannis, et universo terrarum orbe superior evadit.
1. Cor. 2. 1. Propterea Paulus quoque dicebat: *Non veni per sublimitatem sermonis annuntians vobis testimonium Dei*: et, *Quæ stulta sunt mundi*
1. Cor. 1. 27. *elegit Deus, ut confundat sapientes.* Non simpliciter dixit, Quæ stulta sunt, sed, *Quæ stulta sunt mundi;* neque omnino quod, *Quæ stulta sunt mundi,* sint etiam stulta apud Deum: sed multi ex illis qui videntur hic esse

Profana sapientia non confert ad pietatem.

C ἐφύτευσα, Ἀπολλὼς ἐπότισε· δεικνὺς ὅτι πρῶτος τὴν διδασκαλίαν κατεβάλλετο. Ὅτι δὲ χαρίσμασιν ἐκόμων πνευματικοῖς, ἐκεῖθεν δῆλον· Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου ἐπὶ τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ, τῇ δοθείσῃ ὑμῖν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὅτι ἐν παντὶ ἐπλουτίσθητε ἐν αὐτῷ, ὥστε ὑμᾶς μὴ ὑστερεῖσθαι ἐν μηδενὶ χαρίσματι. Καὶ μὴν ὅτι σοφίας μετεῖχον τῆς ἔξωθεν, ἐξ ὧν πολλοὺς καὶ μακροὺς κατὰ τῆς σοφίας ἀποτείνει λόγους, δῆλον ἡμῖν ἐποίησεν. Οὐδαμοῦ γὰρ αὐτὸ ταχέως ἐν ἑτέρᾳ ποιήσας ἐπιστολῇ, ἐνταῦθα καὶ πολλῇ κέχρηται τῇ κατηγορίᾳ· καὶ μάλα εἰκότως. Ἐπειδὴ γὰρ ἐντεῦθεν ἡ φλεγμονὴ γέγονεν, ἐκεῖ καὶ τὴν τομὴν ἐπήγαγεν,
D οὕτω λέγων· Οὐ γὰρ ἀπέστειλέ με Χριστὸς βαπτίζειν, ἀλλ' εὐαγγελίζεσθαι, οὐκ ἐν σοφίᾳ λόγου, ἵνα μὴ κενωθῇ ὁ σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ. Ὅρα πόση κατηγορία τῆς ἔξωθεν σοφίας, ὅτι μὴ μόνον μηδὲν φαίνεται συντελοῦσα πρὸς τὴν εὐσέβειαν, ἀλλὰ καὶ ἐμπόδισμα καὶ κώλυμα γίνεται. Καθάπερ γὰρ τὰ λαμπρὰ τῶν σωμάτων, καὶ τῶν ὄψεων εὐειδεῖς καὶ καλαὶ, ἂν μέν τινα καλλωπισμοῦ προσθήκην ἔξωθεν λάβωσιν, εἰς τὴν τῆς οἰκείας εὐμορφίας βλάπτονται δόξαν, τῶν ὑπογραμμάτων καὶ τῶν ὑπογραφῶν καὶ τῆς ἄλλης ἐπιτεχνήσεως μεριζομένων πρὸς ἑαυτὰς τὸν τοῦ κάλλους ἔπαινον· ἂν δὲ μηδὲν ἐπαγάγῃς αὐταῖς, μᾶλλον αὐ-
E τῶν ἐκφαίνεις τὴν εὐμορφίαν, γυμνῆς καθ' ἑαυτὴν τῆς ὥρας ἀγωνιζομένης, καὶ ὁλόκληρον καρπουμένης τὸ θαῦμα· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς εὐσεβείας καὶ τῆς νύμφης τῆς πνευματικῆς, ἂν μέν τι τῶν ἔξωθεν ἐπεισαγάγῃς αὐτῇ, ἢ πλοῦτον, ἢ δυναστείαν, ἢ λόγων ἰσχὺν, ἐκένωσας τὴν δόξαν αὐτῆς, οὐκ ἀφεὶς ὁλόκληρον αὐτῆς φανῆναι τὸ θαῦμα, ἀλλ' εἰς πολλὰ καταμερίσας αὐτῆς τὴν δόξαν· ἐὰν δὲ ἀφῇς γυμνὴν καθ' ἑαυτὴν ἀγωνίζεσθαι, πάντα ἀποστήσας τὰ ἀνθρώπινα, τότε ἀκριβῶς αὐτῆς φανεῖται τὸ κάλλος ἅπαν, τότε ἐκλάμψει σαφῶς ἡ ἄμαχος ἰσχὺς, ὅταν μήτε πλούτου, μήτε
137 σοφίας, μήτε δυναστείας, μήτε εὐγενείας, μήτε
A ἄλλου τινὸς τῶν ἀνθρωπίνων δεηθεῖσα, πάντων δύνηται κρατεῖν καὶ περιγίνεσθαι, δι' ἀνθρώπων εὐτελῶν καὶ ταπεινῶν καὶ ἠπορημένων καὶ πενήτων καὶ ἰδιωτῶν, καὶ ἀσεβῶν ῥητόρων καὶ φιλοσόφων καὶ τυράννων, καὶ τῆς οἰκουμένης κρατοῦσα ἁπάσης. Διὸ καὶ Παῦλος ἔλεγεν· Οὐκ ἦλθον καθ' ὑπεροχὴν λόγου, κηρύττων ὑμῖν το μαρτύριον τοῦ Θεοῦ· καὶ, Τὰ μωρὰ τοῦ κόσμου ἐξελέξατο ὁ Θεὸς, ἵνα καταισχύνῃ τοὺς σοφούς. Οὐχ ἁπλῶς εἶπε, τὰ μωρὰ, ἀλλὰ, Τὰ τοῦ κόσμου μωρά· οὐ πάντως δὲ, ὅτι τὰ τοῦ κόσμου μωρὰ, καὶ παρὰ τῷ Θεῷ μωρά· ἀλλὰ πολλοὶ τῶν ἐνταῦθα δοκούντων εἶναι ἀνοήτων, παρὰ τῷ Θεῷ
B πάντων εἰσὶ τῶν ἄλλων σοφώτεροι· ὥσπερ οὖν καὶ πολλοὶ τῶν ἐν πενίᾳ ζώντων ἐνταῦθα, πάντων εἰσὶν εὐπορώτεροι παρὰ τῷ Θεῷ. Ἐπεὶ καὶ ὁ Λάζαρος ἐκεῖνος πάντων πτωχότερος ὢν ἐν τῷ κόσμῳ, πάντων ἦν

εὐπορώτερος ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Μωρίαν τοίνυν τοῦ κόσμου καλεῖ τοὺς οὐκ ἔχοντας γλῶτταν ἠκονημένην, τοὺς τῆς ἔξωθεν οὐ μετεσχηκότας σοφίας, τοὺς εὐγλωττίας ἀπεστερημένους. Καὶ τούτους ἐξελέξατο, φησὶν, ὁ Θεὸς, ἵνα καταισχύνῃ τοὺς σοφούς. Καὶ πῶς, εἰπέ μοι, διὰ τούτων ἐκεῖνοι καταισχύνονται; Διὰ τῆς τῶν πραγμάτων πείρας. Ὅταν γὰρ τὴν χήραν τὴν ἔξω καθημένην καὶ προσαιτοῦσαν, πολλάκις δὲ καὶ τὸ σῶμα ἀνάπηρον οὖσαν ἐξετάσῃς περὶ ἀθανασίας ψυχῆς, περὶ σωμάτων ἀναστάσεως, περὶ προ- C
νοίας Θεοῦ, περὶ τῆς κατ' ἀξίαν ἀντιδόσεως, περὶ τῶν εὐθυνῶν τῶν ἐκεῖ, περὶ τοῦ φοβεροῦ δικαστηρίου, περὶ τῶν ἀποκειμένων τοῖς κατορθοῦσιν ἀγαθῶν, περὶ τῶν ἠπειλημένων τοῖς ἁμαρτάνουσι τιμωριῶν, περὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων· εἶτα μετὰ ἀκριβείας ἀποκρίνεται καὶ πληροφορίας πολλῆς· ὁ δὲ φιλόσοφος καὶ μέγα ἐπὶ κόμῃ καὶ βακτηρίᾳ φρονῶν, μετὰ τοὺς πολλοὺς καὶ μακροὺς τῶν λόγων διαύλους, μετὰ τὰς πολλὰς καὶ ἀκαίρους ἀδολεσχίας, μηδὲ χᾶναι δύναται, μηδὲ διᾶραι στόμα περὶ τούτων ἔχει· τότε γνώσῃ καλῶς, πῶς Ἐξελέξατο τὰ μωρὰ τοῦ κόσμου ὁ Θεὸς, ἵνα καταισχύνῃ τοὺς σοφούς. D
Ἅπερ γὰρ ἐκεῖνοι δι' ἀπόνοιαν καὶ ὑπερηφανίαν οὐκ ἠδυνήθησαν εὑρεῖν, τῆς μὲν τοῦ Πνεύματος ἑαυτοὺς ἀποστήσαντες διδασκαλίας, τοῖς δὲ οἰκείοις λογισμοῖς τὸ πᾶν ἐπιῤῥίψαντες, ταῦτα οἱ πτωχοὶ καὶ ἀπεῤῥιμμένοι, καὶ τῆς ἔξωθεν ἀπεστερημένοι παιδεύσεως, μετὰ ἀκριβείας ἔμαθον ἅπαντα, τῆς ἐκ τῶν οὐρανῶν ἐξαρτήσαντες ἑαυτοὺς διδασκαλίας. Οὐκ ἐνταῦθα δὲ μόνον ἵσταται κατηγορῶν τῆς ἔξωθεν σοφίας, ἀλλὰ καὶ ἕτερα τούτων πλείονα προστίθησι λέγων· Ἡ σοφία τοῦ κόσμου τούτου μωρία παρὰ τῷ Θεῷ· καὶ παραινῶν τοῖς ἀκούουσι πάλιν μετὰ πάσης αὐτοῖς E
ἀτιμίας καὶ σφοδρότητος ἔλεγεν· Εἴ γάρ τις δοκεῖ, φησὶν, ἐν ὑμῖν σοφὸς εἶναι ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, μωρὸς γενέσθω, ἵνα γένηται σοφός· καὶ πάλιν· Γέγραπται, Ἀπολῶ τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν, καὶ τὴν σύνεσιν τῶν συνετῶν ἀθετήσω· καὶ πάλιν, Κύριος γινώσκει τοὺς διαλογισμοὺς τῶν ἀνθρώπων, ὅτι εἰσὶ μάταιοι.

Ἀλλ' ὅτι μὲν σοφίας μετεῖχον οἱ Κορίνθιοι, δῆλον ἐκ τούτων· ὅτι δὲ μέγα ἐφρόνουν καὶ ἐφυσῶντο, πάλιν ἐξ αὐτῆς τῆς ἐπιστολῆς ἐστι φανερόν. Κατηγορήσας 138
γάρ που τοῦ πεπορνευκότος, ἐπήγαγε λέγων· Καὶ A
ὑμεῖς δὲ πεφυσιωμένοι ἐστέ. Ὅτι δὲ ἐκ τῆς ἀπονοίας πρὸς ἀλλήλους ἤριζον, καὶ αὐτὸ τοῦτο ἐδήλωσε πάλιν

insipientes, apud Deum sunt omnibus aliis sapientiores: quemadmodum nimirum multi qui egestate hic premuntur, omnibus apud Deum sunt opulentiores. Quandoquidem Lazarus etiam *Luc.* 16. 20.
ille cum omnium pauperrimus esset in mundo, 21.
ditissimus omnium erat in cælis. Stultitiam igitur mundi appellat eos, quibus lingua non est diserta, qui profana sapientia non sunt imbuti, qui eloquentia minime pollent. Et hos *Elegit*, inquit, *Deus, ut sapientes confundat.* Quo Humana
vero pacto, quæso, per hos illi confunduntur? sapientia confundi-
Per ipsam rerum experientiam. Cum enim foris tur.
sedentem ac mendicantem viduam, ac sæpenumero corporis membris multilatam de immortalitate animæ interrogaveris, de resurrectione corporum, de providentia Dei, de retributione pro meritis, de ratione illic reddenda, de tremendo judicio, de repositis eis, qui recte se gesserunt, bonis, de suppliciis quæ peccatoribus Deus comminatus est, de aliis omnibus: cumque illa valde accurate magna cum fiducia et securitate responderit; philosophus autem et qui plurimum coma et baculo gloriatur, post multa longaque spatia sermonum, post importunam multamque garrulitatem ne hiscere quidem potuerit, neque de istis verba facturus valuerit os diducere: tum probe intelliges, quo pacto *Deus elegerit stulta mundi, ut sapientes confunderet.* Nam quæ præ nimia superbia fastuque reperire illi minime potuerunt, tum quod seipsos a disciplina Spiritus sejunxissent, tum quod omnia propriis cogitationibus commisissent, hæc mendici et abjecti ac profanæ eruditionis expertes omnia exacte didicerunt, cum a cælesti disciplina penderent. Neque vero contentus est horum tenus profanam sapientiam incusare, sed et alia plura subjungit, dicens: *Sa-* 1. *Cor.* 3.
pientia hujus mundi stultitia est apud Deum; 19.
et auditores rursus adhortans cum contemtu ac vehementia dicebat: *Si quis enim videtur,* in- *Ibid.* v. 18.
quit, *inter vos sapiens esse in hoc sæculo; stultus fiat, ut sit sapiens;* et rursus, *Scri-* 1. *Cor.* 1.
ptum est, Perdam sapientiam sapientum, et 19.
prudentiam prudentum reprobabo; et rursus, *Dominus novit cogitationes hominum, quo-* 1. *Cor.* 3.
niam vanæ sunt. 20.

6. Ac sapientia quidem præditos fuisse Corinthios ex his liquet; eos autem superbos fuisse atque animis inflatos ex eadem epistola manifestum est. Cum enim uspiam eum qui fornicatus erat, reprehendisset, adjecit dicens: *Et vos* 1. *Cor.* 5. 2.
inflati estis. Porro præ nimia arrogantia inter

se illos contendisse ac jurgatos esse rursus indi-
1. Cor. 3. 3. cavit, cum dixit : *Cum enim sit inter vos*
contentio, et zelus, et dissidia, nonne car-
nales estis, et secundum hominem ambula-
tis? Quisnam autem fuit contentionis ille mo-
dus? In varios se rectores ac principes dividebant,
1. Cor. 1. 12. atque idcirco dicit : *Hoc autem dico, quod*
unusquisque vestrum dicit, Ego sum Pauli,
ego autem Apollo, ego vero Cephæ. Hæc au-
tem dicebat non quod Paulo et Cephæ et Apollo
se attribuerent, sed his nominibus obtegere vo-
luit eos, qui seditionis auctores fuerant, ne si
eos manifestaret, contentiosiores atque adeo im-
pudentiores redderet. Non enim Paulo et Petro
et Apollo seipsos illos attribuisse, sed aliis qui-
busdam, ex his quæ sequuntur liquet. Cum
enim ipsos propter hoc dissidium castigasset,
1. Cor. 4. 6. rursus adjunxit dicens : *Hæc autem, fratres,*
transfiguravi in me et Apollo propter vos,
ut in vobis discatis, ne supra quam scriptum
est sapiatis, ne unus adversus alterum infle-
tur pro alio. Multi enim ex imperitis cum non
possent ex domesticis meritis efferri, neque pro-
ximos insectari ac mordere, cum sibi quosdam
principes ac rectores præfecissent, illorum meri-
tis ac virtutibus ad fastum et insolentiam adver-
sus alios utebantur, et ex eorum, a quibus edocti
fuerant, sapientia occasionem arrogantiæ ad-
versus cæteros arripiebant : quod summi et in-
sani gloriæ amoris fuit, cum ii qui propriis me-
ritis gloriari non possent, aliorum excellentia
ad insolentiam contemtumque fratrum abuteren-
tur. Quoniam igitur et in superbiam elati erant,
et inter se dissidebant, atque in varias partes se-
ipsos diviserant, et propter doctrinam gloria-
bantur, tamquam propria illam industria sibi
comparassent, neque cælitus ac divina ex gratia
veritatis dogmata recepissent, volens eorum tu-
morem ac fastum reprimere, statim a principio
seipsum *vocatum* appellavit, hoc propemodum
dicens : Si ego magister nihil mea industria ad-
inveni, neque prior ipse ad Deum accessi, sed
cum vocatus essem, tum demum dicto audiens
fui, quomodo vos discipuli, quique a me do-
gmata accepistis, superbire potestis, perinde
quasi adinventa hæc a vobis fuissent? Quocirca
1. Cor. 4. 7. prius etiam dicebat illis : *Quis enim te discer-*
nit? quid autem habes, quod non accepisti?
si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non
acceperis? Nihil igitur aliud est istud vocabu-
lum *Vocatus*, nisi disciplina humilitatis et fastus
depressio et omnis arrogantiæ repressio : nihil

εἰπών· Ὅπου γὰρ ἐν ὑμῖν ἔρις καὶ ζῆλος καὶ διχο-
στασίαι, οὐχὶ σαρκικοί ἐστε, καὶ κατὰ ἄνθρωπον
περιπατεῖτε; Καὶ τίς ὁ τῆς ἔριδος τρόπος; Εἰς πολ-
λοὺς ἄρχοντας κατέτεμον ἑαυτοὺς, καὶ διὰ τοῦτό
φησι· Λέγω δὲ τοῦτο, ὅτι ἕκαστος ὑμῶν φησιν, ἐγὼ
μέν εἰμι Παύλου, ἐγὼ δὲ Ἀπολλῶ, ἐγὼ δὲ Κηφᾶ.
Ταῦτα ἔλεγεν, οὐχ ἐπειδὴ Παύλῳ καὶ Κηφᾷ καὶ
Ἀπολλῷ προσένεμον ἑαυτοὺς, ἀλλὰ τοῖς ὀνόμασι τού-
B τοις ἀποκρύψαι βούλεται τοὺς τῆς στάσεως αἰτίους
γεγενημένους, ὥστε μὴ φανεροὺς καταστήσας, φι-
λονεικοτέρους ποιῆσαι, καὶ εἰς μείζονα ἀναισχυντίαν
ἀγαγεῖν. Ὅτι γὰρ οὐ Παύλῳ καὶ Πέτρῳ καὶ Ἀπολλῷ
προσένεμον ἑαυτοὺς, ἀλλ' ἑτέροις τισὶ, καὶ τοῦτο ἐκ
τῶν ἑξῆς δῆλον. Ἐγκαλέσας γὰρ αὐτοῖς ἐπὶ τῇ δια-
στάσει ταύτῃ, πάλιν ἐπήγαγε λέγων· Ταῦτα δὲ,
ἀδελφοὶ, μετεσχημάτισα εἰς ἐμαυτὸν καὶ Ἀπολλὼ
δι' ὑμᾶς, ἵνα ἐν ὑμῖν μάθητε τὸ μὴ ὑπὲρ ὃ γέγραπται
φρονεῖν, ἵνα μὴ εἷς ὑπὲρ τοῦ ἑνὸς μὴ φυσιοῦσθε κατὰ
τοῦ ἑτέρου. Πολλοὶ γὰρ τῶν ἰδιωτῶν οὐκ ἔχοντες οἴ-
κοθεν ἐπαίρεσιν, οὐδὲ τοὺς πλησίον δάκνειν, προστη-
C σάμενοί τινας ἑαυτῶν ἄρχοντας, τοῖς ἐκείνων πλεον-
εκτήμασιν εἰς τὴν καθ' ἑτέρων ὑπερηφανίαν ἐκέ-
χρηντο· καὶ ἡ τῶν διδασκόντων αὐτοὺς σοφία τῆς
καθ' ἑτέρων αὐτοῖς ἀπονοίας ἐγένετο πρόφασις· ὅπερ
ἐσχάτης δοξομανίας ἦν, οἴκοθεν οὐκ ἔχοντας ἐναβρύ-
νεσθαι, ταῖς ἑτέρων ὑπεροχαῖς ἀποχρῆσθαι εἰς τὴν
κατὰ τῶν ἀδελφῶν ὑπεροψίαν. Ἐπεὶ οὖν καὶ εἰς ἀπό-
νοιαν ἤρθησαν καὶ διεστασίαζον, καὶ εἰς πολλὰ κατέ-
τεμνον μέρη ἑαυτοὺς, καὶ μέγα ἐφρόνουν ἐπὶ τῇ
διδασκαλίᾳ, ὡς οἴκοθέν τε καὶ παρ' ἑαυτῶν εὑρόντες,
ἀλλ' οὐχ ὡς ἄνωθεν δεξάμενοι καὶ ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ
D χάριτος τὰ τῆς ἀληθείας δόγματα, βουλόμενος αὐτῶν
καταστεῖλαι τὸ φύσημα, εὐθέως ἀπὸ τῶν προοιμίων
κλητὸν αὐτὸν ἐκάλεσε, μονονουχὶ λέγων· εἰ ἐγὼ ὁ
διδάσκαλος οὐδὲν οἴκοθεν εὗρον, οὔτε πρότερον αὐτὸς
τῷ Θεῷ προσῆλθον, ἀλλὰ κληθεὶς τότε ὑπήκουσα,
πῶς ὑμεῖς οἱ μαθηταὶ, καὶ παρ' ἐμοῦ τὰ δόγματα
δεξάμενοι, δύνασθε μέγα φρονεῖν, ὡς αὐτοὶ τούτων
εὑρέται γενόμενοι; Διὰ τοῦτο καὶ προϊὼν ἔλεγεν αὐ-
τοῖς· Τίς γάρ σε διακρίνει; τί δὲ ἔχεις ὃ οὐκ ἔλαβες;
εἰ δὲ καὶ ἔλαβες, τί καυχᾶσαι ὡς μὴ λαβών; Οὐδὲν
οὖν ἄλλο ἐστὶ τὸ Κλητὸς τοῦτο, ἀλλ' ἢ ταπεινοφρο-
σύνης διδασκαλία, καὶ τύφου καθαίρεσις, καὶ πάσης
E ἀλαζονείας καταστολή· οὐδὲν γάρ ἐστιν, οὐδὲν οὕτως
ὃ συγκρατεῖν καὶ συνέχειν ἡμᾶς δύναιτ' ἂν, ὡς τα-
πεινοφροσύνη, καὶ μετριάζειν, καὶ τὸ κατεστάλθαι
καὶ μηδὲν μηδέποτε περὶ ἑαυτῶν μέγα φαντάζεσθαι.
Ὅπερ καὶ ὁ Χριστὸς συνειδὼς, καὶ τῆς πνευματικῆς
ἐκείνης διδασκαλίας ἀρχόμενος, ἀπὸ ταπεινοφροσύνης
πρῶτον τῆς παραινέσεως ἤρξατο, καὶ τὸ στόμα ἀνοί-
ξας, τοῦτον πρῶτον εἰσήνεγκε τὸν νόμον, οὕτως εἰπών·
Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι. Καθάπερ γάρ τις

179 οἰκίαν μεγάλην καὶ λαμπρὰν οἰκοδομεῖσθαι μέλλων, ἀνάλογον καταβάλλεται τὸν θεμέλιον, ὥστε δυνηθῆναι τὸ μετὰ ταῦτα ἐπιτιθέμενον ἐνεγκεῖν βάρος· οὕτω δὴ καὶ ὁ Χριστὸς, τὴν μεγάλην ἐκείνην οἰκοδομὴν τῆς φιλοσοφίας ἐν ταῖς ψυχαῖς αὐτῶν ἐγείρων, ὥσπερ τινὰ θεμέλιον καὶ τρόπιν ἀσφαλῆ καὶ κρηπῖδα βεβαίαν καὶ ἀκίνητον, τὴν τῆς ταπεινοφροσύνης προκαταβάλλεται παραίνεσιν, εἰδὼς ὅτι ταύτης ἐῤῥιζωμένης ἐν ταῖς διανοίαις τῶν ἀκουόντων, ἅπαντα ἄλλα τῆς ἀρετῆς μέρη μετὰ ἀσφαλείας οἰκοδομεῖσθαι δύναται. Ὥσπερ οὖν ταύτης ἀπούσης, κἂν ἅπασάν τις τὴν λοιπὴν ἀρετὴν κατορθώσῃ, εἰκῆ καὶ μάτην καὶ εἰς οὐδὲν δέον ἐστὶ πεπονηκὼς, κατ' ἐκεῖνον τὸν ἐπὶ τῆς ψάμμου τὴν οἰκίαν οἰκοδομήσαντα, ὃς τὸν μὲν πόνον ὑπέμεινε, τοῦ δὲ κέρδους οὐκ ἀπώνατο, ἐπειδὴ θεμέλιον οὐ κατέβαλεν ἀσφαλῆ· οὕτως ὁ χωρὶς ταπεινοφροσύνης ὁτιοῦν μετιὼν ἀγαθὸν, ἀπώλεσεν ἅπαντα καὶ διέφθειρε. Ταπεινοφροσύνην δὲ, οὐ τὴν ἐν ῥήμασι λέγω, οὐδὲ τὴν ἐπὶ τῆς γλώττης, ἀλλὰ τὴν ἐν τῇ διανοίᾳ, τὴν ἀπὸ τῆς ψυχῆς, τὴν ἐν συνειδότι, ἣν ὁ Θεὸς δύναται μόνος ὁρᾷν. Ἀρκεῖ τοῦτο τὸ πλεονέκτημα, καὶ καθ' ἑαυτὸ πολλάκις φαινόμενον, ἵλεω ποιῆσαι τὸν Θεόν. Καὶ τοῦτο ὁ τελώνης ἐδήλωσεν· οὐδὲν γὰρ ἔχων ἀγαθὸν, οὐδὲ ἀπὸ κατορθωμάτων φανῆναι δυνάμενος, εἰπὼν μόνον, Ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ, κατῆλθεν ὑπὲρ τὸν Φαρισαῖον δικαιωθεὶς· καίτοι γε οὐδὲ ταπεινοφροσύνης ἦσαν ἐκεῖνα τὰ ῥήματα, ἀλλ' εὐγνωμοσύνης μόνον. Ταπεινοφροσύνης μὲν γάρ ἐστιν ὅταν μεγάλα τις ἑαυτῷ συνειδὼς, μηδὲν μέγα περὶ αὐτοῦ φαντάζηται· εὐγνωμοσύνη δὲ, ὅταν, ἁμαρτωλὸς ὢν, αὐτὸ τοῦτο ὁμολογῇ. Εἰ δὲ ὁ μηδὲν ἑαυτῷ συνειδὼς ἀγαθὸν, ἐπειδὴ τοῦτο, ὅπερ ἦν, ὡμολόγησεν, οὕτω τὸν Θεὸν εἰς εὔνοιαν ἐπεσπάσατο, πόσης ἀπολαύσονται παῤῥησίας οἱ πολλὰ μὲν ἔχοντες ἑαυτῶν κατορθώματα εἰπεῖν, πάντων δὲ ἐκείνων ἐπιλανθανόμενοι, καὶ εἰς τοὺς ἐσχάτους ἑαυτοὺς ἀριθμοῦντες; Καθάπερ οὖν καὶ ὁ Παῦλος ἐποίησε· πρῶτος γὰρ ἁπάντων ὢν τῶν δικαίων, πρῶτον ἑαυτὸν τῶν ἁμαρτωλῶν ἔλεγεν εἶναι· οὐκ ἔλεγε δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπέπειστο παρὰ τοῦ διδασκάλου μαθὼν, ὅτι μετὰ τὸ πάντα ποιῆσαι ἀχρείους δούλους ἑαυτοὺς χρὴ καλεῖν. Τοῦτό ἐστι ταπεινοφροσύνη, τοῦτον ζηλώσατε οἱ κατορθώματα ἔχοντες, τὸν δὲ τελώνην ὑμεῖς οἱ ἁμαρτημάτων γέμοντες, καὶ ὁμολογῶμεν ὥσπερ ἐσμὲν, καὶ τὸ στῆθος πλήττωμεν, καὶ τὴν διάνοιαν πείθωμεν μηδὲν, μέγα περὶ ἑαυτῶν φαντάζεσθαι. Ἂν γὰρ οὕτως ὦμεν διακείμενοι, ἀρκεῖ τοῦτο ἡμῖν εἰς προσφορὰν καὶ θυσίαν· καθάπερ καὶ ὁ Δαυῒδ ἔλεγε· Θυσία τῷ Θεῷ πνεῦμα συντετριμμένον· καρδίαν συντετριμμένην καὶ τεταπεινωμένην ὁ Θεὸς οὐκ ἐξουδενώσει. Οὐχ ἁπλῶς εἶπε τεταπεινωμένην, ἀλλὰ καὶ συντετριμμένην· τὸ γὰρ συντετριμ-

enim est quod nos ita continere ac cohibere possit, ut humilitas, et moderate agere, ac modestum esse, nihilque de se magnum animo fingere. Quod et Christus intelligens ac spiritualem illam doctrinam tradere incipiens, a cohortatione ad humilitatem illam inchoavit, atque os aperiens primum tulit hanc legem ita dicens: *Beati pauperes spiritu.* Nam quemadmodum is qui magnas et magnificas ædes fuerit ædificaturus, conveniens jacit fundamentum, ut eam, quæ postea imponetur, molem ferre possit: ita nimirum etiam Christus, cum ingens illud ædificium philosophiæ in illorum animabus erigeret, tamquam fundamentum, et carinam et basim firmam et immobilem, cohortationem humilitatis ponit prius; cum probe noverit, postquam hæc in auditorum mentibus radices egerit, reliqua omnia virtutum genera ædificari tuto posse. Ut igitur si hæc defuerit, licet reliquas omnes virtutes quis opere ipso exhibeat, frustra et incassum ac sine ullo fructu labores suscepit, illi persimilis, qui domum suam super arenam construxit, qui laborem quidem exantlavit, quæstum autem nullum fecit, propterea quod firmum fundamentum minime jecit: ita quisquis absque humilitate quidvis boni peragit, omnia perdit ac destruit. Humilitatem autem dico, non eam quæ in verbis, neque quæ in lingua, sed quæ in mente, in anima, in conscientia sita est, quam solus cernere Deus potest. Sufficit unum istud bonum, si vel solum sæpenumero appareat, ut propitium Deum reddat. Atque hoc publicanus ostendit: qui cum boni haberet nihil, neque recte factis insignis posset videri, cum solummodo dixisset, *Propitius esto mihi peccatori,* potius quam Pharisæus justificatus descendit, tametsi non humilitatis erant illa verba, sed modestiæ et æquitatis tantum. Siquidem humilitatis est, cum quis magnarum a se gestarum rerum conscius nihil de se magnificum animo fingit: modestia vero et æquitas, cum is, qui peccator est, istud ipsum fatetur. Quod si is, qui nihil a se boni gestum noverat, quoniam id quod erat confessus est, ita sibi Dei benevolentiam conciliavit: quantam apud eum fiduciam obtinebunt ii, qui cum multa sua possent commemorare præclara facinora, illorum omnium obliti sese in numerum rejecerint postremorum? Quod utique Paulus quoque fecit: cum enim justorum omnium primus esset, primum se esse dicebat peccatorum; neque dicebat solum, sed et credebat, cum a præceptore didicisset, postquam

Prima lex humilitatis.
Matth. 5. 3.
Matth. 7. 26. 27.
Luc. 18. 13.
1. Tim. 1. 15.

Luc. 17.10. omnia fecerimus, debere nos servos inutiles nos vocare. Istud est humilitas, istum imitemini qui recte factis insignes estis, publicanum vero vos qui peccatorum pleni estis : et confiteamur quod sumus, percutiamus pectus, et menti nostræ persuadeamus, ut nihil magnum de se concipiat. Si enim ita fuerimus affecti, sufficit hoc nobis ad oblationem et sacrificium : sicut et David di-
Psal. 50. 19. cebat : *Sacrificium Deo spiritus contribulatus ; cor contritum et humiliatum Deus non despiciet.* Non simpliciter dixit *humiliatum*, sed et *contritum*; quod enim est contritum, confractum est : neque enim potest, quantumvis cupiat, efferri. Ita nos quoque non humiliemus tantum animam nostram, sed conteramus etiam et compungamus : conteritur autem, dum suorum perpetuo peccatorum recordatur. Si ita illam humiliaverimus, ne si velit quidem in superbiam erigi poterit, dum a conscientia tamquam freno quodam correpta, ne se erigat, reprimetur, et ad modestiam servandam in omnibus compelletur. Ita poterimus et apud Deum gra-
Eccli. 3.20. tiam invenire : *Quanto* enim *major es*, inquit, *tanto magis teipsum humilia, et invenies gratiam apud Deum.* Porro qui gratiam apud Deum invenerit, nihil sentiet molestiæ, sed et in hac vita poterit cum Dei gratia cuncta illa adversa facile pertransire, ac repositas in altera vita peccatoribus pœnas effugere, præcedente ubique gratia Dei, et omnia illi propitia et placida reddente : quam utinam omnes obtinere possimus in Christo Jesu Domino nostro, per quem et cum quo Patri gloria, una cum sancto Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

μένον, καὶ διακεκλασμένον· οὐδὲ γὰρ, ἐὰν βούληται, ἐπαρθῆναι δύναται. Οὕτω δὴ καὶ ἡμεῖς μὴ ταπεινώσωμεν μόνον τὴν ψυχὴν τὴν ἡμετέραν, ἀλλὰ καὶ συντρίψωμεν καὶ κατανύξωμεν· συντρίβεται δὲ οἰκείων ἁμαρτημάτων μεμνημένη συνεχῶς. Ἂν οὕτως αὐτὴν ταπεινώσωμεν, οὐδὲ βουλομένη πρὸς τῦφον ἀναστῆναι δυνήσεται, ὥσπερ τινὸς χαλινοῦ τοῦ
140 A συνειδότος ἐπιλαμβανομένου διεγειρομένης αὐτῆς, καὶ καταστέλλοντος καὶ πείθοντος μετριάζειν ἐν ἅπασιν. Οὕτω δυνησόμεθα παρὰ τῷ Θεῷ καὶ χάριν εὑρεῖν· Ὅσῳ γὰρ μέγας εἶ, φησὶ, τοσούτῳ ταπείνου σεαυτὸν, καὶ ἐναντίον Κυρίου εὑρήσεις χάριν. Ὁ δὲ παρὰ τῷ Θεῷ χάριν εὑρὼν, οὐδενὸς αἰσθήσεται χαλεποῦ, ἀλλὰ καὶ ἐνταῦθα δυνήσεται μετὰ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος ἐκεῖνα ἅπαντα μετ᾽ εὐκολίας διαδραμεῖν τὰ δεινὰ, καὶ τὰς ἐκεῖ κειμένας τοῖς ἁμαρτάνουσι διαφυγεῖν τιμωρίας, τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ πανταχοῦ προηγουμένης, καὶ πάντα ἐξευμενιζούσης αὐτῷ· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἀπολαύειν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, δι᾽ οὗ καὶ μεθ᾽ οὗ τῷ Πατρὶ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

MONITUM

IN HOMILIAM DE GLORIA IN TRIBULATIONIBUS.

Nullam hæc concio præ se fert temporis notam, qua vel annus deprehendi vel internosci valeat Antiochiæne, an Constantinopoli habita fuerit. Cæterum omnes styli notæ hic Chrysostomum auctorem designant ; ut mirum sit virum doctum et accuratum Hermantium eam in νοθείας suspicionem vocare non dubitavisse, quem ideo jure refellit Tillemontius, et styli proprietate permotus et Catalogi Augustani perantiqui in notis supra editi testimonio ; in quo Catalogo sincera Chrysostomi opera accurate recensentur, et hæc ibidem quartadecima locatur.

Interpretatio Latina est Frontonis Ducæi.

[a] ΕΙΣ ΤΟ ΑΠΟΣΤΟΛΙΚΟΝ ΡΗΤΟΝ ΤΟ ΛΕΓΟΝ, B

Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ καυχώμεθα ἐν ταῖς θλίψεσιν, εἰδότες, ὅτι ἡ θλῖψις ὑπομονὴν κατεργάζεται, καὶ τὰ ἑξῆς.

Ἐπίπονον μὲν γηπόνῳ τὸ ζεῦξαι βόας, καὶ ἄροτρον ἑλκύσαι, καὶ αὔλακα ἀνατεμεῖν, καὶ σπέρματα καταβαλεῖν, καὶ ἀνασχέσθαι χειμῶνος, καὶ κρυμὸν ἐνεγκεῖν, καὶ περιελάσαι τάφρον, καὶ πλεονεξίαν ὑδάτων ἐπιοῦσαν τοῖς σπέρμασιν ἀποκρούσασθαι, καὶ ὄχθας ποταμῶν ὑψηλοτέρας ἐργάσασθαι, καὶ διὰ μέσης τῆς ἀρούρας βαθυτέρας αὔλακας ἀνατεμεῖν· ἀλλὰ τὰ ἐπίπονα ταῦτα, καὶ μόχθον ἔχοντα, κοῦφα γίνεται καὶ ῥᾷστα, ὅταν ταῖς ἐλπίσιν ὁ γεωργὸς C ἴδῃ κομῶντα τὰ λήϊα, καὶ τὴν δρεπάνην ἠκονημένην, καὶ τὴν ἅλωνα τῶν δραγμάτων ἐμπεπλησμένην, καὶ τὸν καρπὸν ὥριμον μετὰ πολλῆς τῆς εὐφροσύνης οἴκαδε εἰσκομιζόμενον. Οὕτω καὶ κυβερνήτης ἀγρίων κυμάτων κατατολμᾷ, καὶ χειμῶνος, καὶ μαινομένης θαλάττης πολλάκις καταφρονεῖ, καὶ πνευμάτων ἀστάτων, καὶ διαποντίους κλύδωνας καὶ μακρὰς οἶδε φέρειν ἀποδημίας, ὅταν τὰ φορτία ἀναλογίζηται, καὶ τοὺς τῆς ἐμπορίας λιμένας, καὶ τὸν ἐκ τούτων ἄπειρον πλοῦτον τικτόμενον ἴδῃ. Οὕτω καὶ στρατιώτης τραύματα φέρει, καὶ νέφη βελῶν ἀποδέχεται, καὶ λιμὸν ὑποφέρει, καὶ κρυμὸν, καὶ τὰς 141 A μακρὰς ἀποδημίας, καὶ τοὺς ἐπὶ τῆς παρατάξεως κινδύνους, ἐντεῦθεν τὰ τρόπαια καὶ τὰς νίκας καὶ τοὺς στεφάνους ἀναλογιζόμενος. Ἀλλὰ τίνος ἕνεκεν τούτων ἐμνήσθην, ἢ τί μοι βούλεται ταῦτα τὰ παραδείγματα; Παράκλησιν ὑμῖν ἐντεῦθεν πρὸς τὴν ἀκρόασιν εἰσαγαγεῖν βούλομαι, καὶ παραμυθίαν πρὸς τοὺς ὑπὲρ τῆς ἀρετῆς ἱδρῶτας. Εἰ γὰρ τῶν εἰρημένων ἕκαστος τὸ ἐπίπονον κοῦφον ἡγεῖται διὰ τὴν τῶν μελλόντων ἐλπίδα, καὶ ταῦτα, εἴ καί τις αὐτῶν ἐπιτυχεῖν δυνηθείη, τῷ παρόντι συγκαταλυόμενα βίῳ, πολλῷ μᾶλλον ὑμᾶς τὴν ὑπὲρ τῆς πνευματικῆς διδασκαλίας ἀκρόασιν ἀνέχεσθαι χρὴ, καὶ τὴν ὑπὲρ τῆς αἰωνίου ζωῆς παράταξίν τε καὶ τοὺς ἱδρῶτας γενναίως φέρειν. Τοῖς μὲν γὰρ ἄδηλα B τὰ τῆς προσκαίρου ἐλπίδος ἐστὶ, καὶ ἐν προσδοκίᾳ μόνῃ τῶν χρηστῶν πολλάκις γενόμενοι, τὸν βίον οὕτω κατέλυσαν, ἐντρυφήσαντες μὲν ταῖς ἐλπίσιν, ἐπὶ δὲ τῶν ἔργων αὐτῶν οὐκ ἐγγίσαντες, καὶ δὴ διὰ ταῦτα τὰ χαλεπώτερα ὑπομείναντες. Οἷόν τι λέγω· μετὰ τοὺς πολλοὺς ἐκείνους πολλάκις πόνους τε καὶ ἱδρῶτας ὁ γηπόνος ἐνίοτε ἐν αὐτῷ τῷ τὴν δρεπά-

IN DICTUM ILLUD APOSTOLI,

Non solum autem, sed et gloriamur in tribulationibus, scientes, quod tribulatio patientiam operatur, *et reliqua.* *Rom.* 5. 3.

1. Laboriosum est quidem agricolæ boves jungere, vomerem trahere, sulcum ducere, semina spargere, hyemem ferre, frigus tolerare, fossam circumducere, ingruentem aquarum copiam a satis arcere, fluminum ripas altiores reddere, ac per medium agrum profundiores sulcos ducere : sed hæc operosa, quæque multo labore illum fatigant, levia fiunt ac facilia, dum spe concipit segetem vernantem agricola, falcem exacutam, ac repletam manipulis aream et fruges maturas, quæ multa cum lætitia domum deferuntur. Sic et gubernator sævis audacter se fluctibus committit, tempestatem et furens pelagus sæpe contemnit, ventos instabiles, marinas procellas, et longas peregrinationes ferre novit, cum sarcinas mercium secum reputat et negotiationis portus, et immensas opes inde comparandas intuetur. Nec aliter miles fert vulnera, jaculorum nubem excipit, famem tolerat, frigus, longas peregrinationes, et in acie subeunda pericula, dum tropæa, victorias, et coronas secum reputat, quæ inde pariuntur. Ad quid autem hæc commemoravimus, aut quid hæc exempla sibi volunt? Hinc nimirum occasionem arripere placuit vos ad audiendum cohortandi, atque ad labores pro virtute subeundos incitandi. Nam si propter spem futurorum, idque ut eorum aliquis ea bona consequi possit, quæ cum hac vita finiuntur, hæc illi sustinent, multo magis vos oportet in audiendo perseverare, ut spirituali doctrina imbuamini, ac pro vita æterna pugnam generose sudoresque tolerare. Nam illorum quidem incerta spes est ac temporaria, et sæpe dum sola exspectatione lactantur, vitam finiunt, spe quidem se oblectantes, sed rebus ipsis necdum appropinquantes, tametsi graves illas difficultates exantlarint. Exempli causa, post multos illos labores ac sudores agricola nonnumquam, dum falcem exacuit, et ad messem se comparat, vel immissa ærugine, vel locustarum multitudine, vel immodica pluvia incidente, vel alia quapiam importata calamitate ex aeris intemperie, vacuis ma-

Labores pro virtute subeundi.

[a] Collata cum Mss. Regio 2343 et Colbertino 49.

nibus domum revertitur, postquam labores quidem sustinuit, sed speratis frugibus excidit. Pari ratione gubernator dum mercium copia lætatur, expansis magna cum voluptate velis cum multa maria fuerit emensus, in ipso persæpe portus ingressu vel occurrente rupe vel ad saxum in mari latens aut ad scopulum aliquem allisa navi, ac inopinato ejusmodi casu perculsus, cunctis mercibus amissis, post infinita illa pericula vix salvo corpore nudus evadit. Sic et miles postquam innumeris sæpe pugnavit in præliis, adversarios repulit, hostesque devicit, dum in ipsa victoriæ exspectatione versatur, nullis penitus commodis ex laboribus periculisque reportatis e vita discedit. At ejusmodi non sunt res nostræ: spes enim æternas, immotas, et firmas habent, quæque cum hac vita minime terminantur, sed ad immortalem beatamque vitam illam ac perpetuo duraturam spectant, et non modo nullis ex aeris intemperie vel inopinato rerum eventu patent incursibus, sed nec ab ipsa morte possunt deleri. Quin etiam dum sola spe fovemur, ejus in quovis etiam e vulgo fructus elucet, et quanta illi merces debeatur. Propterea beatus etiam
Rom. 5. 3. Paulus clamabat dicens: *Non solum autem, sed et gloriamur in tribulationibus.* Ne, quæso, leviter prætereamus, quæ dicta sunt: sed quando, nescio quo casu, sermo nos rursus ad præclari gubernatoris Pauli portum appulit, in hujus dicti consideratione libenter immoremur, brevis quidem illius, sed a quo multa philosophia erudimur. Quid tandem est ergo quod dicit, et quid his nobis indicat verbis, *Non solum autem, sed et gloriamur in tribulationibus?* Paulo altius, si placet, doctrinæ sermonem ordiamur, et multam inde nobis perspicuitatem videbimus ac vim sententiarum emergere. Sed neminem corpus in mollitiem ac pigritiam resolvat: quin potius tamquam rore quodam spiritualis doctrinæ cupiditate recreetur. Etenim de tribulatione verba facimus, de cupiditate bonorum æternorum, de patientia, deque mercede, quam illi obtinent, qui minime supini sunt ac desides. Quid igitur sibi vult illud, *Non solum?* Qui enim his verbis utitur, de multis aliis bonis se loquutum esse indicat, quæ præcesserint, et cum illis istud adjicere, quod ex tribulatione nascitur: quam ob causam et ipse dicebat: *Non solum autem, sed et gloriamur in tribulationibus.* Ut autem dilucidiora fiant hæc verba, nos ad brevem ho-

νην ἀκονᾷν, καὶ πρὸς τὸν ἄμητον παρασκευάζεσθαι, ἐρυσίβης κατενεχθείσης, ἢ πλήθους ἀκρίδων, ἢ πέρα τοῦ μέτρου τῆς ἐπομβρίας γενομένης, ἢ ἑτέρας τινὸς πληγῆς ἐπενεχθείσης ἐκ τῆς τῶν ἀέρων ἀνω-
C μαλίας, ἀπῆλθε κεναῖς οἴκαδε χερσὶ, τὸν μὲν πόνον ἅπαντα ὑπομείνας, τοῦ δὲ καρποῦ τῆς ἐλπίδος ἐκπεσών. Καὶ ὁ κυβερνήτης δὲ ὁμοίως χαίρων τῷ πλήθει τῶν φορτίων, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς ἡδονῆς τὰ ἱστία πετάσας, καὶ περάσας πολὺ πέλαγος, ἐν αὐτῷ πολλάκις τῷ στόματι τοῦ λιμένος, ἢ σπιλάδος ἐμπεσούσης, ἢ ὑφάλῳ καὶ σκοπέλῳ τινὶ προσαράξας, ἢ ἄλλῃ τινὶ τοιαύτῃ ἀδοκήτῳ περιστάσει πληγεὶς, πάντα τὸν φόρτον ἀπώλεσε, καὶ μόλις τὸ ἑαυτοῦ σῶμα γυμνὸν διέσωσε μετὰ τοὺς μυρίους κινδύνους ἐκείνους. Οὕτω καὶ ὁ στρατιώτης μυρίοις πολλάκις παραταξάμενος πολέμοις, καὶ ἀποκρουσάμενος τοὺς
D ἐναντίους, καὶ τῶν ἐχθρῶν περιγενόμενος, καὶ ἐν αὐτῇ ὢν τῇ προσδοκίᾳ τῆς νίκης, τὴν ζωὴν μεταλλάξας ἀπῆλθεν, οὐδενὸς ὅλως ἐκ τῶν μόχθων καὶ τῶν κινδύνων ἀπολαύσας χρηστοῦ. Τὰ δὲ ἡμέτερα οὐ τοιαῦτα· τάς τε γὰρ ἐλπίδας αἰωνίους ἔχει ἀκινήτους τε καὶ βεβαίας, καὶ οὐ τῷ προσκαίρῳ τούτῳ συγκαταλυομένας βίῳ, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἀκήρατον καὶ μακαρίαν ἐκείνην καὶ διαιωνίζουσαν ζωὴν, καὶ οὐ μόνον ἀνωμαλίᾳ ἀέρων καὶ ἀδοκήτων πραγμάτων περιστάσει οὐκ ἐπιβουλευομένας, ἀλλ' οὐδὲ αὐτῷ τῷ
E θανάτῳ διαλυομένας. Ἀπὸ τῶν ἐλπίδων δὲ αὐτῶν ἴδοι τις ἂν καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς τυχοῦσι λάμποντα αὐτῶν τὸν καρπὸν, καὶ πολλὴν καὶ μεγάλην οὖσαν τὴν ἀμοιβήν. Διὰ τοῦτο ὁ μακάριος Παῦλος ἐβόα, λέγων· Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ καυχώμεθα ἐν ταῖς θλίψεσι. Παρακαλῶ μὴ παραδράμωμεν τὸ εἰρημένον ἁπλῶς· ἀλλ' ἐπειδὴ, οὐκ οἶδα πῶς, πάλιν ἡμᾶς ὁ λόγος εἰς τὸν τοῦ καλοῦ κυβερνήτου Παύλου λιμένα εἰσήγαγεν, ἐντρυφήσωμεν τῇ λέξει, βραχείᾳ μὲν οὔσῃ, πολλῇ δὲ ἡμᾶς παιδευούσῃ φιλοσοφίᾳ. Τί ποτ' οὖν ἐστιν ἄρα τὸ εἰρημένον, καὶ τί τοῦτο εἰπὼν ᾐνίξατο ἡμῖν, λέγων, Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ καυχώμεθα ἐν ταῖς θλίψεσι; Μικρὸν, εἰ δοκεῖ, ἀνωτέρω τὸν τῆς διδα-
142 σκαλίας λόγον ἀγάγωμεν, καὶ πολλὴν ὀψόμεθα τὴν
A σαφήνειαν, καὶ τὴν τῶν νοημάτων δύναμιν ἐκεῖθεν τικτομένην ἡμῖν. Ἀλλὰ μηδένα τὸ σῶμα καταμαλακιζέτω· ἀλλ' ἀντὶ δρόσου γενέσθω ἡ τῆς πνευματικῆς ἀκροάσεως ἐπιθυμία. Καὶ γὰρ περὶ θλίψεως ἡμῖν ὁ λόγος καὶ ἐπιθυμίας ἀγαθῶν αἰωνίων, καὶ ὑπομονῆς, καὶ τῆς ἐκ τούτων γινομένης ἀμοιβῆς τοῖς οὐκ ἀναπεπτωκόσι. Τί ποτ' οὖν ἐστι τὸ, Οὐ μόνον; Ὁ γὰρ τοῦτο [a] εἰρηκὼς, εἰπεῖν ἡμῖν πολλὰ καὶ ἕτερα δείκνυσι προϋπηργμένα ἀγαθά· καὶ μετ' ἐκείνων καὶ τοῦτο προστίθησι, τὸ ἀπὸ τῆς θλίψεως· διὸ καὶ ἐλε-

[a] Duo Mss. εὑρηκώς, Editi εἰρηκώς.

γεν ὁ αὐτός· Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ καυχώμεθα ἐν ταῖς θλίψεσιν. Ὥστε δὲ σαφέστερον γενέσθαι τὸ εἰρημένον, βραχεῖαν ὥραν ἀνάσχεσθε, μακροτέραν ἡμῶν ποιουμένων τὴν διδασκαλίαν τῷ λόγῳ. B Ἐπειδὴ γὰρ κατηγγέλθη ὑπὸ τῶν ἀποστόλων τὸ θεῖον κήρυγμα, καὶ περιῄεσαν πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης σπείροντες τῆς εὐσεβείας τὸν λόγον, καὶ πρόῤῥιζον ἀνασπῶντες τὴν πλάνην, καὶ τοὺς πατρῴους τῶν ἀσεβῶν καταλύοντες νόμους, καὶ παρανομίαν ἅπασαν ἐλαύνοντες, καὶ τὴν γῆν ἐκκαθαίροντες, καὶ εἰδώλων μὲν καὶ ναῶν καὶ βωμῶν καὶ πανηγύρεων τῶν ἐκεῖθεν καὶ τελετῶν κελεύοντες ἀποπηδᾷν, ἐπιγινώσκειν δὲ τὸν τῶν ὅλων ἕνα καὶ μόνον Θεὸν, καὶ τὰς μελλούσας ἀναμένειν ἐλπίδας, καὶ περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος διελέγοντο, καὶ περὶ ἀναστάσεως ἐφιλοσόφουν, καὶ περὶ βασιλείας οὐρανῶν διελέγοντο· διὰ ταῦτα πόλεμος ἀνήφθη χαλεπὸς, καὶ C πολέμων ἁπάντων ὁ τυραννικώτατος, καὶ πάντα θορύβου καὶ ταραχῆς καὶ στάσεως ἔγεμε, καὶ πόλεις ἅπασαι, καὶ δῆμος ἅπας, καὶ οἰκία, καὶ οἰκουμένη καὶ ἀοίκητος, ἅτε δὴ τῶν παλαιῶν ἐθῶν διασαλευομένων, καὶ τῆς ἐπὶ τοσοῦτον κατασχούσης προλήψεως διασειομένης, καινῶν δὲ εἰσαγομένων δογμάτων, καὶ ὧν μηδεὶς μηδέποτε ἤκουσε· πρὸς ταῦτα βασιλεῖς ἠγρίαινον, καὶ ἄρχοντες ἐδυσχέραινον, καὶ ἰδιῶται ἐταράττοντο, καὶ ἀγοραὶ ἐθορυβοῦντο, καὶ δικαστήρια ἐχαλέπαινε, καὶ ξίφη ἐγυμνοῦτο, καὶ ὅπλα παρεσκευάζετο, καὶ νόμοι ἠγανάκτουν. Ἐκεῖθεν τιμωρίαι καὶ κολάσεις καὶ ἀπειλαὶ καὶ πάντα συν- D εκινεῖτο τὰ ἐν ἀνθρώποις εἶναι δοκοῦντα δεινά. Ὥσπερ θαλάττης μαινομένης καὶ χαλεπὰ ναυάγια ὠδινούσης, οὐδὲν ἄμεινον τὰ τῆς οἰκουμένης διέκειτο, πατρὸς παῖδα διὰ τὴν εὐσέβειαν τότε ἀποκηρύττοντος, καὶ νύμφης πρὸς πενθερὰν σχιζομένης, καὶ ἀδελφῶν διαιρουμένων, καὶ δεσποτῶν κατὰ τῶν οἰκετῶν ἀγανακτούντων, καὶ τῆς φύσεως σχεδὸν πρὸς ἑαυτὴν στασιαζούσης, καὶ οὐκ ἐμφυλίου μόνον, ἀλλὰ καὶ συγγενικοῦ διὰ πάσης οἰκίας διιόντος πολέμου. Ὁ γὰρ λόγος μαχαίρας δίκην εἰσιὼν, καὶ τὸ νοσοῦν ἀπὸ τοῦ ὑγιαίνοντος τέμνων, πολλὴν ἐποίει πανταχοῦ τὴν στάσιν εἶναι, καὶ τὴν φιλονεικίαν, E καὶ πανταχόθεν μυρίας αἴρεσθαι κατὰ τῶν πιστευόντων παρεσκεύασεν ἐπαχθείας καὶ μάχας. Ἐντεῦθεν οἱ μὲν εἰς δεσμωτήρια ἀπήγοντο, οἱ δὲ εἰς δικαστήρια, οἱ δὲ τὴν ἐπὶ θάνατον φέρουσαν ὁδόν· καὶ τῶν μὲν αἱ οὐσίαι ἐδημεύοντο, οἱ δὲ καὶ τῆς πατρίδος καὶ τῆς ζωῆς αὐτῆς πολλάκις ἐξέπιπτον, καὶ πανταχόθεν νιφάδων πυκνότερα περιειστήκει τὰ κακά· ἔνδοθεν μάχαι, ἔξωθεν φόβοι, παρὰ τῶν φίλων, παρὰ 143 A τῶν ἀλλοτρίων, παρ' αὐτῶν τῶν τῇ φύσει συνδεδεμένων ἀλλήλοις.

Ταῦτ' οὖν ὁρῶν ὁ μακάριος Παῦλος, ὁ τῇ οἰκου-

ram sustinete, dum prolixiori sermone doctrinam exponimus. Cum enim promulgata fuisset ab apostolis prædicatio divina, et omnes orbis terrarum plagas religionis sermonem illi serentes obirent, errorem radicitus exstirparent, patrias impiorum leges rescinderent, iniquitatem omnem exterminarent, terram expurgarent, atque ab idolis quidem, a fanis, altaribus, feriis ac ceremoniis inde nascentibus resilire juberent; unum autem, et solum universorum Deum agnoscere, spes futuras exspectare; deque Patre, Filio, ac Spiritu sancto dissererent, de resurrectione philosopharentur, ac de regno cælorum verba facerent: idcirco bellum exarsit grave, omniumque sævissimum, omnia tumultu, perturbatione, ac seditione redundabant, urbes omnes, populi ac domus omnes, omnis regio, sive inculta esset, sive deserta: quod nimirum antiquæ consuetudines labefactarentur, et quæ tamdiu obtinuerat anticipata opinio convelleretur, cum nova dogmata inveherentur, quæ nemo umquam audiverat: adversus ista sæviebant reges, indignabantur magistratus, privati tumultuabantur, fora perturbabantur, tribunalia concitabantur, stringebantur enses, arma parabantur, et leges succensebant. Inde supplicia, pœnæ, minæque, ac cuncta commovebantur, quæ inter homines gravia censentur. Quemadmodum cum iratum est mare, atque infesta naufragia parturit, nihilo meliori erat in statu orbis terrarum, cum religionis causa tum filium pater abdicaret, a socru nurus dissideret, fratres dividerentur, domini in famulos indignarentur, natura quodammodo in seipsam seditione commota insurgeret, nec civile tantum, sed gentile quoddam bellum domos omnes pervaderet. Verbum enim gladii in morem penetrans, et quod morbidum erat a sano resecans, magnam ubique seditionem et contentionem excitabat, et efficiebat, ut innumeræ undique adversus fideles inimicitiæ pugnæque insurgerent. Hinc fiebat, ut in carcerem alii detruderentur, alii ad judicia raperentur, et ad viam quæ tendit ad mortem: atque horum quidem bona publicabantur, illi vero et patria, et vita ipsa persæpe privabantur, et omni ex parte crebrius quam nix decidat, malis obsidebantur: intus pugnæ, foris timores, ab amicis, ab alienis, ab ipsis qui naturæ necessitudine conjuncti erant.

Adversarii fidei Christianæ quam multi.

Persequutiones variæ initio prædicationis.

2. Hæc igitur cum cerneret beatus Paulus,

ille terrarum orbis præceptor, et cælestium dogmatum doctor, cum res quidem adversæ in manibus essent, et ante oculos versarentur, res autem prosperæ in spe tantum et promissione, regnum, inquam, cælorum, et resurrectio, ac bonorum illorum adeptio, quæ cogitationem omnem ac sermonem excedunt : fornaces autem, sartagines, gladii, supplicia, tormentorum et mortium genera omnia non spe, sed experientia perciperentur : qui vero adversus hæc omnia certaturi erant, non ita pridem ab altaribus, ab idolis, a deliciis, a luxuria et ebrietate ad fidem traducti fuissent, neque dum ad sublime quidquam de vita æterna versandum animo assuefacti, sed rebus præsentibus potius inhærerent : et verisimile esset fore, ut multi eorum fatiscerent, conciderent animis ac deficerent, cum singulis diebus obsiderentur : vide quid ille faciat, qui arcanorum particeps cælestium fuerat, et sapientiam

De futuris assidue disserit Paulus.

Pauli considera. De futuris assidue disserit apud illos, ponit ob oculos præmia, coronas ostendit, incitat eos, et spe bonorum æternorum consola-

Rom. 8. 18.

tur. Quid autem dicit ? *Existimamus enim quod non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis.* Quid enim mihi vulnera, inquit, objicis, altaria, carnifices, supplicia, famem, proscriptiones, paupertatem, vincula et compedes? quæcumque volueris propone, quæ ab hominibus gravia censentur ; nihil tamen præmiis illis, coronis ac retributionibus dignum commemoras. Nam ista quidem una cum hac vita finiuntur, illa vero in infinito illo ævo finem non habent : hæc temporaria cum sint, prætereunt ; illa cum sint immortalia, perpetuo permanent. Quod ipsum

2. Cor. 4. 17.

et alio loco subindicans dicebat : *Id quod in præsenti est momentaneum et leve tribulationis :* sic quantitate qualitatem imminuit, et acerbitatem mitigat temporis brevitate. Quoniam enim gravia natura sua erant et molesta, quæ tum illis accidebant, brevitate molestiam minuit

2. Cor. 4. 17. 18.

dicens : *Id enim quod in præsenti est momentaneum et leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt : quæ autem non videntur, æterna sunt.* Et rursus ut ad cognoscendam bonorum illius vitæ magnitudinem illos provehat, creaturam ipsam ob præsentia mala dolentem et congementem introducit, ac futura tamquam valde jucunda vehementer

μένης παιδοτρίβης, ὁ τῶν οὐρανίων δογμάτων διδάσκαλος, ἐπειδὴ τὰ μὲν δεινὰ ἐν χερσὶν ἦν καὶ πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν πραττόμενα, τὰ δὲ χρηστὰ ἐν ἐλπίσι μόνον καὶ ἐπαγγελίαις, βασιλεία οὐρανῶν, λέγω, καὶ ἀνάστασις, καὶ τῶν ἀγαθῶν ἐκείνων λῆξις τῶν πάντα νοῦν καὶ λόγον ὑπερβαινόντων· κάμινοι δὲ καὶ τήγανα καὶ ξίφη καὶ τιμωρίαι καὶ παντοδαπαὶ κολάσεις καὶ θάνατοι οὐκ ἐν ἐλπίσιν, ἀλλ' ἐν πείρᾳ· οἱ δὲ πρὸς ταῦτα ἀγωνίζεσθαι μέλλοντες, ἀρτίως ἀπὸ βωμῶν καὶ εἰδώ- B λων καὶ τρυφῆς καὶ ἀκολασίας καὶ μέθης εἰσποιηθέντες ἦσαν τῇ πίστει, οὐδὲν ὑψηλὸν περὶ τῆς ἀϊδίου ζωῆς τέως μεμελετηκότες ἐννοεῖν, ἀλλὰ τῶν παρόντων ἀντεχόμενοι μᾶλλον· καὶ εἰκὸς τούτων πολλοὺς μικροψυχεῖν καὶ ἐκλύεσθαι, καὶ ἀναπίπτειν καθ' ἑκάστην πολιορκουμένους ἡμέραν· ὅρα τί ποιεῖ ὁ τῶν ἀπορρήτων κοινωνὸς, καὶ πρόσεχε τῇ Παύλου σοφίᾳ. Συνεχῶς περὶ τῶν μελλόντων αὐτοῖς διαλέγεται, καὶ τὰ βραβεῖα ὑπ' ὄψιν ἄγει, καὶ δείκνυσι τοὺς στεφάνους, ἀλείφων αὐτοὺς καὶ παραμυθούμενος ταῖς τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν ἐλπίσι. Καὶ τί φησι; Λογιζόμεθα γὰρ, ὅτι οὐκ C ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς. Τί γάρ μοι λέγεις, φησὶ, τραύματα καὶ βωμοὺς καὶ δημίους καὶ τιμωρίας καὶ λιμοὺς καὶ δημεύσεις καὶ πενίαν καὶ δεσμὰ καὶ ἁλύσεις; πάντα ὅσα βούλει τίθει τὰ δοκοῦντα ἐν ἀνθρώποις δεινὰ, καὶ οὐδὲν ἄξιον λέγεις τῶν ἐπάθλων ἐκείνων καὶ τῶν στεφάνων καὶ τῶν ἀμοιβῶν. Τὰ μὲν γὰρ τῷ παρόντι συγκαταλύεται βίῳ, τὰ δὲ ἐν τῷ ἀπείρῳ αἰῶνι τέλος οὐκ ἔχει· καὶ τὰ μὲν παροδεύει πρόσκαιρα ὄντα, τὰ δὲ παραμένει διηνεκῶς ἀγήρατα συνυπάρχοντα. Ὅπερ καὶ ἀλλαχοῦ τοῦτο αὐτὸ αἰνιτ- D τόμενος ἔλεγε· Τὸ γὰρ παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως· τῇ ποσότητι τὴν ποιότητα ὑποτεμνόμενος, καὶ τῷ χρόνῳ τὸ φορτικὸν παραμυθούμενος. Ἐπειδὴ γὰρ τῇ φύσει βαρέα καὶ φορτικὰ ἦν τὰ τότε συμβαίνοντα, τῷ προσκαίρῳ τὸ φορτικὸν αὐτῶν ὑποτέμνεται, λέγων· Τὸ γὰρ παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως ἡμῶν καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν αἰώνιον βάρος δόξης κατεργάζεται ἡμῖν, μὴ σκοπούντων ἡμῶν τὰ βλεπόμενα, ἀλλὰ τὰ μὴ βλεπόμενα. Τὰ γὰρ βλεπόμενα, πρόσκαιρα· τὰ δὲ μὴ βλεπόμενα, αἰώνια. Καὶ πάλιν ἀνάγων αὐτοὺς εἰς τὴν ἔννοιαν τοῦ μεγέθους τῶν τότε E ἀγαθῶν, αὐτὴν εἰσάγει τὴν κτίσιν ὀδυνωμένην καὶ συστενάζουσαν ἐπὶ τοῖς παροῦσι μοχθηροῖς, καὶ σφόδρα ἐπιθυμοῦσαν τὰ μέλλοντα, ὡς πάνυ ὄντα χρηστὰ, λέγων οὕτω· Καὶ γὰρ ἡ κτίσις συστενάζει καὶ συνωδίνει ἄχρι τοῦ νῦν. Τίνος ἕνεκεν στενάζει; τίνος ἕνεκεν ὠδίνει; Τὰ μέλλοντα ἐκεῖνα προσδοκῶσα ἀγαθὰ καὶ ἐπιθυμοῦσα τὴν ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταβολήν. Καὶ γὰρ καὶ αὐτὴ, φησὶν, ἡ κτίσις ἐλευθερωθήσεται ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης τῶν τέκνων τοῦ Θεοῦ. Ὅταν δὲ ἀκούσῃς, ὅτι στενάζει

καὶ ὠδίνει, μὴ λογικὴν εἶναι νόμιζε, ἀλλὰ μάνθανε 141 τῆς Γραφῆς τὸ εἶδος. Ὅταν γὰρ βούληται ὁ Θεὸς A μέγα καὶ χρηστὸν ἀναγγεῖλαι τοῖς ἀνθρώποις διὰ τῶν προφητῶν, καὶ αὐτὰ τὰ ἄψυχα αἰσθάνεσθαι ποιεῖ τῶν γινομένων θαυμάτων τὸ μέγεθος· οὐκ ἐπειδὴ αἰσθάνεσθαι τὴν κτίσιν φαμὲν, ἀλλ' ἵνα τῶν θαυμάτων τὸ μέγεθος παραστῆσαι δυνηθῇ ἐκ τῶν συμβαινόντων τοῖς ἀνθρώποις. Τοῦτο δὴ καὶ ἡμῖν ἔθος λέγειν, ὅταν τι τῶν ἀδοκήτων συμβῇ, [a] ὅτι αὐτὴ ἡ πόλις ἐστύγνασεν, αὐτὸ τὸ ἔδαφος σκυθρωπὸν ἐγένετο· καὶ ἐπὶ τῶν φοβερῶν δὲ ἀνθρώπων καὶ θηριώδη θυμὸν ἐχόντων τοῦτο αὐτὸ εἴποι τις ἄν· ὅτι αὐτὰ τὰ θεμέλια διέσεισεν, αὐτοὶ οἱ λίθοι αὐτὸν ἐτρόμαξαν· οὐκ ἐπειδὴ ὄντως οἱ λίθοι τοῦτον ἐτρόμαξαν, ἀλλ' ἵνα τὴν ὑπερβολὴν B τῆς θηριώδους καρδίας αὐτοῦ καὶ τὸν θυμὸν παραστῆσαι δυνηθῶσι. Διὰ δὴ τοῦτο καὶ ὁ θαυμάσιος προφήτης Δαυὶδ ἀπαγγέλλων τὰ ἀγαθὰ τὰ τοῖς Ἰουδαίοις συμβάντα, καὶ τὴν ἡδονὴν τὴν ἐκ τῆς ἐλευθερίας Αἰγύπτου ἐγγινομένην αὐτοῖς, ἔλεγεν· Ἐν ἐξόδῳ Ἰσραὴλ ἐξ Αἰγύπτου, οἴκου Ἰακὼβ ἐκ λαοῦ βαρβάρου, ἐγενήθη Ἰουδαία ἁγίασμα αὐτοῦ, Ἰσραὴλ ἐξουσία αὐτοῦ· ἡ θάλασσα εἶδε, καὶ ἔφυγεν, ὁ Ἰορδάνης ἐστράφη εἰς τὰ ὀπίσω· τὰ ὄρη ἐσκίρτησαν ὡσεὶ κριοὶ, καὶ οἱ βουνοὶ ὡς ἀρνία προβάτων, ἀπὸ προσώπου Κυρίου. Καὶ τοῦτο οὐδαμοῦ γενόμενον ἤκουσέ τις. Ἡ μὲν γὰρ θάλασσα, καὶ ὁ Ἰορδάνης ἀνεστράφη εἰς τὰ ὀπίσω προστάγματι τοῦ Θεοῦ· τὰ δὲ ὄρη καὶ οἱ βουνοὶ οὐκ C ἐσκιρτησαν· ἀλλ', ὅπερ ἔφθην εἰπὼν, τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἡδονῆς παραστῆσαι βουλόμενος, καὶ τὴν ἄνεσιν τὴν ἐκ τῆς τῶν Αἰγυπτίων κακώσεως ὑπηργμένην αὐτοῖς, καὶ αὐτὰ τὰ ἄψυχα σκιρτᾷν ἔλεγε καὶ πηδᾷν ἐπὶ τοῖς συμβεβηκόσιν αὐτοῖς χρηστοῖς· ὡς ὅταν τι καὶ λυπηρὸν ἀπαγγεῖλαι βούληται ἐξ ἡμετέρας ἁμαρτίας τικτόμενον, φησίν· Πενθήσει οἶνος, πενθήσει καὶ ἄμπελος· καὶ ἀλλαχοῦ· Ὁδοὶ Σιὼν πενθοῦσιν· ἀλλὰ καὶ δακρύειν τὰ ἀναίσθητα λέγει· Τεῖχος γὰρ θυγατρὸς Σιὼν κατάγαγε δάκρυα, φησί· καὶ αὐτὴν δὲ τὴν γῆν, καὶ Ἰουδαίαν πενθεῖν λέγει καὶ μεθύειν τῇ λύπῃ, D οὐχ ὡς τῶν στοιχείων αἰσθανομένων τούτων, ἀλλ' ὅπερ ἔφθην εἰπὼν, ἕκαστος τῶν προφητῶν [b] τὴν ὑπερβολὴν τῶν ἐκ Θεοῦ χορηγουμένων ἡμῖν ἀγαθῶν, καὶ τῶν τιμωριῶν τῶν ἐκ τῆς ἡμετέρας κακίας ἐπαγομέ-

optantem, dum sic ait : *Etenim creatura con-* Rom. 8. 22.
gemiscit, et simul parturit usque adhuc. Qua de causa gemit? qua de causa parturit? Dum illa nimirum futura bona præstolatur, et in melius mutationem desiderat. *Nam et ipsa*, inquit, *creatura liberabitur a servitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei.* Cum vero audis eam gemere ac parturire, noli ratione præditam illam arbitrari, sed idioma Scripturæ intellige. Cum enim vult Deus hominibus magnum aliquid ac jucundum per prophetas annuntiare, ipsas etiam res inanimatas fingit miraculorum, quæ fiunt, magnitudinem percipere, non quod sensu præditam esse creaturam dicamus, sed ut per ea quæ hominibus quadrant, magnitudo miraculorum exprimi possit. Hoc nimirum et nos dicere solemus, cum inopinatum quid acciderit, ipsam urbem esse contristatam, solum ipsum mœstius esse redditum : et cum de sævis ac terribilibus sermo fit hominibus ac ferina mente præditis, ita quis plerumque loquitur : Ipsa fundamenta concussit, ipsi lapides eum timuerunt : non quod hunc lapides re vera timuerint, sed ut summam cordis ejus feritatem et furorem possint exprimere. Hac etiam de causa mirabilis propheta David ea, quæ Judæis evenerant, bona commemorans, eamque voluptatem, qua perfusi erant, cum Ægypto liberati sunt, dicebat : *In* Psal. 113. 1.—4.
exitu Israel de Ægypto, domus Jacob de populo barbaro; facta est Judæa sanctificatio ejus, Israel potestas ejus. Mare vidit et fugit, Jordanis conversus est retrorsum. Montes exsultaverunt ut arietes, et colles sicut agni ovium, a facie Domini. Hoc vero nullus evenisse umquam audivit. Nam mare quidem et Jordanis retrorsum Dei jussu conversa sunt : montes autem et colles non exsultaverunt, sed, ut ante dixi, cum summam voluptatem vellet exprimere, ac relaxationem ex Ægyptiaca vexatione quæ illis contigerat, res etiam inanimatas exsultare dicebat, ac tripudiare propter ea bona, quæ illis obvenerant : quemadmodum cum triste quidpiam nuntiare voluerit, quod nostra nobis
peccata pepererint, ait, *Lugebit vinum, lugebit* Isai. 24.
et vitis : et alibi, *Viæ Sion lugent* : sed et la- 7. Thren. 1.
crymari res sensu destitutas ait, *Muri filiæ* 4. Thren. 2.
Sion deducite lacrymas : imo et terram ipsam 18.
et Judæam lugere dicit atque ebriam esse tristi-

Cur ingemiscat creatura. Ib. v. 21.

[a] *Ὅτι αὐτὴ ἡ πόλις ἐστ..... σκυθρωπὸν ἐγένετο*, hæc deerant in Editis, sed habentur in Mss. et a Frontone Ducæo lecta sunt.

[b] Colbertinus *τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἡδονῆς παραστῆσαι βουλόμενος, καὶ τὴν ἄνεσιν τὴν ἐκ τῆς τῶν Αἰγυπτίων,. . τὴν ὑπερβολὴν τῶν ἐκ τοῦ θεοῦ χορτ.*

tia, non quod hæc elementa id sentiant, sed, ut ante dixi, prophetarum unusquisque, dum indicare vult ingentem bonorum magnitudinem, quæ Deus largitur, et suppliciorum, quæ propter scelera nostra nobis infliguntur, ita loquitur : quam ob causam beatus etiam Paulus creaturam ingemiscentem ac dolentem introducit, ut Dei donorum exprimere possit magnitudinem, quæ nos post hanc vitam excipient.

3. Verum hæc omnia sunt in spe, dicet quispiam : pusillanimis autem ac miser homo, non ita pridem ab idololatria liberatus, neque dum sciens de rebus futuris philosophari, non admodum his sermonibus corrigitur, sed in præsenti tempore consolationem aliquam optat invenire. Idcirco nimirum et sapiens hic magister, cuique nota sunt omnia, non modo ex bonis futuris consolatur, sed ex præsentibus etiam commodis cohortatur. Ac primum quidem ea, quæ jam orbi terrarum obvenerant, bona commemorat, quæ non in spe et exspectatione sita erant, sed quibus reipsa fruebantur : quæ futurorum, et eorum quæ sperantur maxima est et evidentissima demonstratio : cumque bene longum de fide sermonem texuisset, atque patriarchæ Abraham mentionem fecisset, qui licet reluctante natura speravit tamen se patrem futurum, exspectavit et credidit, quapropter et tandem fuit : inde ducta occasione cohortatur, ut numquam ad ratiocinationum infirmitatem delabamur, sed animos nostros magnitudine fidei erigamus, attollamus, et alta sapiamus : deinde rerum, quas adepti jam sumus, explicat dignitatem. Quænam illa porro est? Quod nimirum Filium suum, inquit, unigenitum, genuinum, dilectissimum, hunc Deus pro nobis sceleratis servis dedit, et innumeris peccatis gravatos, tantisque delictorum oneribus oppressos non a peccatis solum liberavit, sed et justos effecit, nihil grave imperans aut laboriosum aut molestum, sed fidem a nobis tantum requirens justos reddidit, sanctos effecit, in Dei filios adoptavit, heredes regni instituit, Unigeniti coheredes renuntiavit, resurrectionem promisit, corporum incorruptionem, conditionem et sortem eamdem cum angelis, quæ rationem omnem ac mentem exsuperat, habitationem in cælis, conversationem cum ipso, ac Spiritus sancti gratiam jam inde nobis effudit, a diaboli nos possessione liberavit, nos a dæmonum servitute vindicavit, peccatum destruxit, maledictionem

Magnitudo rerum quas adepti sumus.

νων ἡμῖν παραστῆσαι θέλων· διὸ δὴ καὶ ὁ μακάριος Παῦλος καὶ αὐτὸς τὴν κτίσιν εἰσάγει στενάζουσαν καὶ ὀδυνωμένην, ἵνα τὸ μέγεθος τῶν δωρεῶν τοῦ Θεοῦ τῶν μετὰ ταῦτα διαδεξομένων ἡμᾶς παραστῆσαι δυνηθῇ.

Ἀλλὰ ταῦτα πάντα, φησὶν, ἐν ἐλπίσιν· ὁ δὲ μικρόψυχος καὶ ταλαίπωρος ἄνθρωπος, καὶ νῦν τῆς εἰδωλολατρείας ἀπαλλαγεὶς, καὶ οὐχ εἰδὼς περὶ τῶν μελλόντων φιλοσοφεῖν, οὐ σφόδρα τούτοις διορθοῦται E τοῖς λόγοις, ἀλλὰ ζητεῖ καὶ ἐν τῷ παρόντι καιρῷ εὑρέσθαι τινὰ παραμυθίαν. Διὰ δὴ τοῦτο καὶ ὁ σοφὸς οὗτος διδάσκαλος, καὶ πάντα εἰδὼς, οὐκ ἀπὸ τῶν μελλόντων μόνον [c] παραμυθεῖται ἀγαθῶν, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν παρόντων ἀλείφει χρηστῶν. Καὶ πρῶτον μὲν
145 τὰ ὑπηργμένα προλέγει τῇ οἰκουμένῃ ἀγαθὰ, τὰ οὐκ
A ἐν ἐλπίσι καὶ προσδοκίᾳ, ἀλλ' ἐν πείρᾳ καὶ ἀπολαύσει γενόμενα (ἅπερ καὶ τῶν μελλόντων καὶ ἐλπιζομένων μεγίστη καὶ σαφεστάτη ἀπόδειξίς ἐστι), καὶ πολὺν περὶ πίστεως κατατείνας τὸν λόγον, καὶ τοῦ πατριάρχου Ἀβραὰμ μνημονεύσας (καὶ τῆς φύσεως ἀπαγορευούσης τοῦ πατέρα αὐτὸν ἔσεσθαι, ἤλπισε καὶ προσεδόκησε, καὶ ἐπείσθη ἔσεσθαι, διὸ καὶ ἐγένετο), κἀκεῖθεν ἀνάγων εἰς τὸ μὴ δεῖν ποτε εἰς τὴν τῶν λογισμῶν καταπίπτειν ἀσθένειαν, ἀλλὰ τῷ μεγέθει τῆς πίστεως ὀρθοῦσθαι καὶ διανίστασθαι καὶ ὑψηλὰ φρονεῖν· μετὰ ταῦτα λέγει καὶ τῶν ὑπηργμένων τὸ μέγεθος. Τί δὲ τοῦτό ἐστιν; Ὅτι τὸν Υἱὸν, φησὶ, τὸν μο-
B νογενῆ, τὸν γνήσιον, τὸν ἀγαπητὸν, τοῦτον ὁ Θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν τῶν ἀγνωμόνων ἔδωκεν οἰκετῶν, καὶ τοὺς μυρίοις βεβαρημένους ἁμαρτήμασι, καὶ τοσούτοις φορτίοις πιεζομένους πλημμελημάτων, οὐχὶ τῶν ἁμαρτημάτων ἀπήλλαξε μόνον, ἀλλὰ καὶ δικαίους εἰργάσατο, οὐδὲν φορτικὸν, οὐδὲ ἐπίπονον ἐπιτάξας, οὐδὲ ἐπαχθὲς, ἀλλὰ πίστιν ζητήσας παρ' ἡμῶν μόνον, καὶ δικαίους ἐποίησε καὶ ἁγίους κατεσκεύασε, καὶ υἱοὺς Θεοῦ ἀπέφηνε, καὶ βασιλείας κληρονόμους ἀπέδειξε, καὶ τοῦ Μονογενοῦς συγκληρονόμους ἀπειργάσατο, καὶ ἀνάστασιν ἐπηγγείλατο, καὶ ἀφθαρσίαν σωμάτων, καὶ λῆξιν μετὰ ἀγγέλων, πάντα λόγον καὶ νοῦν ὑπερβαίνουσαν, καὶ τὴν ἐν οὐρανοῖς διατριβὴν,
C καὶ τὴν μετ' αὐτοῦ ὁμιλίαν, καὶ ἁγίου Πνεύματος ἐντεῦθεν ἤδη χάριν ἐξέχεε, καὶ τῆς τοῦ διαβόλου κατοχῆς ἡμᾶς ἀπήλλαξε, καὶ τῶν δαιμόνων ἡμᾶς ἐρρύσατο, καὶ τὴν ἁμαρτίαν κατέλυσε, καὶ τὴν κατάραν ἠφάνισε, καὶ ᾅδου πύλας συνέκλασε, καὶ τὸν παράδεισον ἠνέῳξεν, οὐκ ἄγγελον, οὐκ ἀρχάγγελον, ἀλλ' αὐτὸν

[c] Morel. [Savil. ex conj. in marg.] et unus Cod. παραμυθεῖται. Savil. in textu et alius προθυμεῖται.

ἀπέστειλε τὸν Μονογενῆ ὑπὲρ τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας, ὥς φησι διὰ τοῦ προφήτου· Οὐ πρέσβυς, οὐδὲ ἄγγελος, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Κύριος ἔσωσεν ἡμᾶς. Ταῦτα οὐ μυρίων στεφάνων λαμπρότερα; ὅτι ἡγιάσθημεν, ὅτι ἐδικαιώθημεν; ὅτι διὰ πίστεως; ὅτι τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ἐξ οὐρανῶν κατελθόντος ὑπὲρ ἡμῶν; D ὅτι τοῦ Πατρὸς τὸν ἀγαπητὸν αὐτοῦ δεδωκότος δι' ἡμᾶς; ὅτι Πνεῦμα ἅγιον ἐδεξάμεθα; ὅτι μετ' εὐκολίας ἁπάσης; ὅτι χάριτος ἀφάτου καὶ δωρεᾶς ἀπελαύσαμεν; Ταῦτα τοίνυν εἰπὼν, καὶ διὰ μικρῶν ῥημάτων ἅπαντα δηλώσας, πάλιν εἰς τὴν ἐλπίδα τὸν λόγον κατέλυσεν. Εἰπὼν γὰρ, Δικαιωθέντες οὖν ἐκ πίστεως, εἰρήνην ἔχομεν πρὸς τὸν Θεὸν διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν τῇ πίστει εἰς τὴν χάριν ταύτην, ἐν ᾗ ἑστήκαμεν, ἐπήγαγε· Καὶ καυχώμεθα ἐπὶ τῇ ἐλπίδι τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ. Ἐπεὶ οὖν εἶπε τὰ μὲν γεγενημένα, τὰ δὲ μέλλοντα· E τὸ μὲν γὰρ δικαιωθῆναι, καὶ τὸ τὸν Υἱὸν ὑπὲρ ἡμῶν σφαγῆναι, καὶ τὸ δι' αὐτοῦ τῷ Πατρὶ προσαχθῆναι, καὶ τὸ χάριτος ἀπολαῦσαι, καὶ δωρεᾶς, καὶ τὸ ἁμαρτημάτων ἀπαλλαγῆναι, καὶ τὸ εἰρήνην ἔχειν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ τὸ ἁγίου Πνεύματος μετασχεῖν, ταῦτα γεγενημένων ἐστί· τὰ δὲ μέλλοντα ἦν, ἡ δόξα ἐκείνη ἡ ἀπόρρητος· ὃ καὶ αὐτὸ ἐπήγαγε, λέγων· Ἐν ᾗ ἑστήκαμεν, καὶ καυχώμεθα ἐπὶ ἐλπίδι τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ· ἡ δὲ ἐλπὶς, ὥσπερ ἔφθην εἰπὼν, οὐ σφόδρα 146 A ἱκανὴ τὸν μικρόψυχον ὀρθῶσαι καὶ ἀναστῆσαι ἀκροατήν· ὅρα τί ποιεῖ πάλιν, καὶ θέασαι τὴν εὐτονίαν Παύλου, καὶ τὴν φιλόσοφον γνώμην. Ἀπὸ γὰρ αὐτῶν τῶν δοκούντων λυπεῖν καὶ θορυβεῖν καὶ ταράττειν τὸν ἀκροατὴν, ἀπ' αὐτῶν τούτων ἀναπλέκει τῆς παρακλήσεως καὶ τοῦ καυχήματος τοὺς στεφάνους. Ἐπειδὴ γὰρ ταῦτα πάντα κατέλεξε, λοιπὸν ἐπάγει λέγων· οὐ μόνον ταῦτα λέγω, ἅπερ εἶπον, φησὶν, οἷον τὸ, ὅτι ἡγιάσθημεν, ὅτι ἐδικαιώθημεν, ὅτι διὰ τοῦ Μονογενοῦς, ὅτι χάριτος ἀπηλαύσαμεν, ὅτι εἰρήνης, ὅτι δωρεᾶς, ὅτι ἁμαρτημάτων ἀφέσεως, ὅτι Πνεύματος ἁγίου κοινωνίας, ὅτι μετ' εὐκολίας ἁπάσης, ὅτι καὶ χωρὶς μόχθων, καὶ χωρὶς ἱδρώτων, ὅτι πίστει μόνῃ, ὅτι τὸν B Υἱὸν ἔπεμψε τὸν μονογενῆ, ὅτι τὸ μὲν ἔδωκε, τὸ δὲ ἐπηγγείλατο, δόξαν ἄῤῥητον, ἀφθαρσίαν, σωμάτων ἀνάστασιν, λῆξιν ἀγγελικὴν, τὴν μετὰ Χριστοῦ διαγωγὴν, τὴν ἐν οὐρανοῖς διατριβήν· ταῦτα γὰρ ἅπαντα παρέστησεν ἐν τῷ εἰπεῖν, Καὶ καυχώμεθα ἐπ' ἐλπίδι τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ. Οὐ τοίνυν ταῦτα λέγει μόνον τὰ γενόμενα καὶ τὰ ἐσόμενα, ἀλλὰ καὶ αὐτὰ τὰ δοκοῦντα εἶναι ἐν ἀνθρώποις λυπηρὰ, τὰ δικαστήρια λέγω, τὰς ἀπαγωγὰς, τοὺς θανάτους, τὰς ἀπειλὰς, τοὺς λιμοὺς, τὰς βασάνους, τὰ τήγανα, τὰς καμίνους, τὴν λεηλασίαν, τοὺς πολέμους, τὰς πολιορκίας, τὰς C μάχας, τὰς στάσεις, τὰς φιλονεικίας, καὶ ταῦτα τίθησιν ἐν τάξει δωρεᾶς καὶ κατορθωμάτων. Οὐ γὰρ ἐπ'

sustulit, inferorum portas confregit, paradisum aperuit, non angelum, non archangelum, sed ipsum Unigenitum pro salute nostra misit, sicut per prophetam inquit, *Non legatus, neque angelus, sed ipse Dominus salvos nos fecit.* (Isai. 63. 9.) Hæc nonne sexcentis splendidiora sunt coronis? quod sanctificati sumus? quod justificati? quod per fidem? quod unigenito Dei Filio pro nobis descendente? quod Patre Filium suum dilectissimum propter nos tradente? quod Spiritum sanctum accepimus? quod cum omni facilitate? quod copiosa gratia donoque potiti sumus? His itaque dictis et cum paucis verbis omnia declarasset, rursus commemoratione spei sermonem finivit. Cum enim dixisset, *Justificati igitur ex fide pacem habemus ad Deum per Dominum nostrum Jesum Christum, per quem et habuimus accessum per fidem in gratiam, in qua stamus,* (Rom. 5. 1. 2.) adjecit, *Et gloriamur in spe gloriæ Dei.* Postquam igitur dixit partim quæ jam evenerant, partim quæ eventura erant: nam quod justificati quidem sumus, quodque pro nobis et immolatus est Filius, et quod per eum accessum ad Patrem obtinuimus, quod gratiam et donum adepti sumus, quod a peccatis liberati sumus, quod ad Deum pacem habemus, et Spiritus sancti participes fuimus, hæc ex iis sunt quæ jam evenerunt: quæ vero sunt eventura, gloria nimirum est illa ineffabilis, quod ipsum etiam adjecit dicens: *In qua stamus, et gloriamur in spe gloriæ Dei:* (Rom. 5. 2.) porro spes, ut ante dixi, ad pusillanimem auditorem erigendum et excitandum non admodum est idonea: vide quid rursus faciat, et constantiam Pauli considera ac philosophicam mentem. Ex illis enim ipsis, quæ tristitiam aut perturbationem afferre videbantur, et auditorem turbare, ex his consolationis et gloriationis coronas contexit. His enim omnibus enumeratis deinceps adjicit dicens: Non solum hæc aio, quæ nunc dixi, quod nimirum sanctificati sumus, quod justificati, quod per Unigenitum, quod gratia potiti sumus, quod pace, quod dono, quod remissione peccatorum, quod communicatione Spiritus sancti, quod omni cum facilitate, quod absque labore, absque sudore, quod sola fide, quod Filium misit unigenitum, quod unum quidem largitus est, alterum vero promisit, ineffabilem gloriam, immortalitatem, resurrectionem corporum, conditionem et sortem angelicam, consuetudinem cum Christo, habitationem in cælis: hæc enim omnia verbis illis complexus est, *Gloriamur in spe gloriæ Dei.* (Rom. 5. 2.)

Non hæc igitur solum dicit, quæ contigerunt, et quæ sunt futura : sed ea quoque ipsa, quæ inter homines molesta censentur, tribunalia nimirum, carceres, mortes, minas, famem, tormenta, sartagines, fornaces, deprædationem, bella, oppugnationes, pugnas, seditiones, contentiones, hæc quoque refert in numerum donorum ac recte factorum. Non enim ob illa solum, quæ dicta sunt, lætandum est atque gaudendum, sed in his etiam gloriandum, ut cum ait, *Nunc gaudeo in passionibus meis pro vobis, et adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea.* Vides animam fortem, mentem sublimem, spiritum invictum, qui non ob coronas tantum gloriatur, sed et certaminibus ipsis oblectatur? non solum ob præmia gaudet, sed in luctis etiam exsultat? non modo propter retributiones lætatur, sed et ipso pancratio gloriatur? Ne mihi enim regnum cælorum commemora, neque coronas illas immarcescibiles, nec præmia, sed res ipsas præsentes, in quibus multa inest afflictio, labor, et molestia plurima : hæc profer in medium, et ostendere potero propter ista multo amplius esse gloriandum. Nam in profanis quidem agonibus laborem habent certamina, coronæ autem voluptatem : hic vero non ita; sed ante coronas ipsa certamina multam occasionem afferunt gloriandi. Atque ut hæc ita se habere intelligatis, unumquemque sanctorum per singulas generationes considerate, ut inquit ille, *Exemplum accipite, fratres, laboris et patientiæ, prophetas, qui loquuti sunt verbum in nomine Domini.* Quinetiam hic ipse qui nobis hoc certamen proposuit, et hoc spirituale theatrum convocavit, Paulus, inquam, postquam innumeras singulorum sanctorum afflictiones recensuit, quas neque nunc persequi numerando facile fuerit, adjungit dicens : *Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus,* et tamen propter hæc omnia lætabantur. Hoc vero cernere quivis potest, quando post carcerem, et probra cæsi verberibus ejiciebantur : quid ait? *Et illi quidem ibant gaudentes a conspectu consilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati.*

Ipsæ afflictiones sunt lætitiæ occasiones.

Col. 1. 24.

Jac. 5. 10.

Heb. 11. 37. 38.

Act. 5. 41.

ἐκείνοις μόνοις τοῖς εἰρημένοις χαίρειν δεῖ καὶ γεγηθέναι, ἀλλὰ καὶ ἐν τούτοις καυχᾶσθαι χρὴ, ὡς ὅταν λέγῃ· Νῦν χαίρω ἐν τοῖς παθήμασί μου ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ ἀνταναπληρῶ τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ σαρκί μου. Εἶδες ψυχὴν εὔτονον, καὶ γνώμην ὑψηλὴν, καὶ φρόνημα ἀπερίτρεπτον, οὐκ ἐπὶ τοῖς στεφάνοις καλλωπιζόμενον μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῖς ἀγωνίσμασιν ἐνηδυνόμενον; οὐκ ἐπὶ ταῖς ἀμοιβαῖς D χαίροντα, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῖς παλαίσμασιν ἐναβρυνόμενον; οὐκ ἐπὶ ταῖς ἀντιδόσεσι εὐφραινόμενον, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ παγκρατίῳ καυχώμενον; Μὴ γάρ μοι λέγε τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, μηδὲ τοὺς στεφάνους ἐκείνους τοὺς ἀκηράτους, μηδὲ τὰ βραβεῖα, ἀλλ' αὐτὰ τὰ παρόντα, τὰ θλίψιν ἔχοντα καὶ μόχθον καὶ ταλαιπωρίαν πολλήν· ταῦτα εἰς μέσον ἄγε, καὶ δυνήσομαι δεῖξαι, ὅτι ἐπὶ τούτοις καυχᾶσθαι δεῖ μᾶλλον μειζόνως. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἔξωθεν ἀγώνων τὰ μὲν παλαίσματα τὸν πόνον ἔχει, ὁ δὲ στέφανος τὴν ἡδονήν· ἐνταῦθα δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ καὶ πρὸ τῶν στεφάνων αὐτὰ τὰ παλαίσματα πολὺ φέρει τὸ καύχημα. Καὶ ἵνα μάθητε ὅτι ταῦτα τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, ἀναλο- E γίσασθε ἕκαστον τῶν ἁγίων τῶν ἐφ' ἑκάστης γενεᾶς, ὥς φησιν· Ὑπόδειγμα λάβετε, ἀδελφοὶ, τῆς [a] κακοπαθείας καὶ τῆς ὑπομονῆς, τοὺς προφήτας, οἳ ἐλάλησαν τὸν λόγον ἐν ὀνόματι Κυρίου. Ἀλλὰ γὰρ καὶ οὗτος αὐτὸς ὁ νῦν ἡμῖν τὸν ἀγῶνα τοῦτον προτείνας, καὶ τὸ παρὸν πνευματικὸν θέατρον συγκροτήσας, Παῦλον λέγω, μετὰ τὸ τὰς μυρίας αὐτὸν ἐκείνας ἑκάστου τῶν ἁγίων καταλέξαι ταλαιπωρίας, ἃς μηδὲ ῥᾴδιον νῦν κατὰ λόγον διεξιέναι, ἐπάγει λέγων· Περιῆλθον ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις [b] δέρμασιν, ὑστερούμε- 147 νοι, θλιβόμενοι, κακουχούμενοι, ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κό- A σμος, καὶ ἐπὶ τούτοις πᾶσιν ἀγαλλόμενοι. Τοῦτο δὲ αὐτὸ ἴδοι τις ἂν, ὅτε μετὰ τὴν φυλακὴν καὶ τὰς λοιδορίας μαστιχθέντες ἀπηλαύνοντο, τί φησιν; Οἱ μὲν οὖν ἐπορεύοντο χαίροντες ἀπὸ προσώπου τοῦ συνεδρίου, ὅτι κατηξιώθησαν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ ἀτιμασθῆναι.

4. Verum enim vero hæc nostra etiam ætate contigerunt; ac si velit, cogitet quivis ea quæ dico, qualia tempore persequutionum acciderint.

Ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐπὶ ἡμῶν ταῦτα γέγονε· καὶ εἰ βούλοιτό τις, ἐνθυμηθήτω ὃ λέγω, ἐν τῷ καιρῷ τῶν διωγμῶν οἷα συνέβαινεν. Εἰσῄει παρθένος ἁπαλὴ καὶ

[a] Colb. κακοπαθείας καὶ τῆς μακροθυμίας.

[b] Mss. δέρμασιν ἐν ἐρημίαις πλανώμενοι, καὶ ὄρεσι, καὶ σπηλαίοις, καὶ ταῖς ὀπαῖς τῆς γῆς, διωκόμενοι, ὑστερούμενοι ὧν οὐκ ἦν.

ἀπειρόγαμος, κηροῦ μαλακώτερον ἔχουσα σῶμα· εἶτα τῷ ξύλῳ προσηλωθεῖσα πάντοθεν, διωρύττετο τὰς πλευρὰς καταξεομένη, καὶ κατεῤῥεῖτο τῷ αἵματι, καὶ καθάπερ νυμφευομένη μᾶλλον καὶ ἐν παστάδι καθημένη, [B] οὕτω [b] μετ' εὐνοίας ἔφερε τὰ γινόμενα διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἐν αὐτοῖς τοῖς ἀγῶσι στεφανουμένη. Ἐννόησον ἡλίκον ἦν ἰδεῖν τύραννον μετὰ στρατοπέδων καὶ ξιφῶν ἠκονημένων καὶ ὅπλων τοσούτων ἀπὸ μιᾶς κόρης νικώμενον. Ὁρᾷς ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ θλίψις καύχησιν ἔχει μεγίστην; Καὶ μαρτυρεῖτε τοῖς λεγομένοις ὑμεῖς. Οὔπω γὰρ τῶν μαρτύρων ἀπολαβόντων τὰς ἀμοιβὰς, οὐδὲ τὰ βραβεῖα καὶ τοὺς στεφάνους, ἀλλ' εἰς κόνιν διαλυθέντων καὶ τέφραν, μετὰ πάσης προθυμίας συντρέχομεν εἰς τὰς ἐκείνων τιμὰς, καὶ θέατρον συγκροτοῦμεν πνευματικὸν, καὶ ἀνακηρύττομεν τούτους, καὶ στεφανοῦμεν [C] αὐτοὺς διά τε τὰ τραύματα καὶ τὸ αἷμα, διὰ τὰς βασάνους καὶ τὰς πληγὰς, διὰ τὰς θλίψεις ἐκείνας καὶ τὰς στενοχωρίας· οὕτω καὶ αὐταὶ αἱ θλίψεις καύχημα ἔχουσι καὶ πρὸ τῆς ἀμοιβῆς. Ἐννόησον ἡλίκος ἦν ὁ Παῦλος τότε τὰ δεσμωτήρια οἰκῶν, καὶ εἰς δικαστήρια ἐπαγόμενος, πῶς περίβλεπτος, πῶς λαμπρὸς, καὶ περιφανὴς παρὰ πᾶσιν ἐφαίνετο, μάλιστα δὲ παρ' ὧν ἐπολεμεῖτο, καὶ ἐπεβουλεύετο. Καὶ τί λέγω, ἀνθρώποις περίβλεπτος, ὅπου γε καὶ τοῖς δαίμοσι τότε μᾶλλον ἦν φοβερὸς, ὅτε ἐμαστίζετο; Ὅτε δὲ ἐδεσμεῖτο, ὅτε ἐναυάγει, τότε τὰ μέγιστα εἰργάζετο σημεῖα, τότε [D] μειζόνως περιεγένετο τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων. Εἰδὼς οὖν καλῶς τὸ ἀπὸ τῶν θλίψεων τούτων προσγινόμενον τῇ ψυχῇ κέρδος, ἔλεγεν· ὅταν ἀσθενῶ, τότε δυνατός εἰμι· εἶτα ἐπάγει· Διὸ εὐδοκῶ ἐν ἀσθενείαις, ἐν ὕβρεσιν, ἐν ἀνάγκαις, ἐν διωγμοῖς, ἐν παθήμασιν, ἵνα ἐπισκηνώσῃ ἐπ' ἐμὲ ἡ δύναμις τοῦ Χριστοῦ. Διὰ τοῦτο καὶ πρός τινας ἐν Κορίνθῳ διατρίβοντας, καὶ πρὸς τούτους ἀποτεινόμενος μεγαλοφρονοῦντας ἐφ' ἑαυτοῖς, τῶν δὲ λοιπῶν καταψηφιζομένους, τὸν χαρακτῆρα τῆς * ἐπιστολῆς ἀπογράφων, ἀνάγκην ἔσχεν [E] ἐντεῦθεν τῶν καθ' ἑαυτὸν κατορθωμάτων συνθεῖναι ἡμῖν τὴν εἰκόνα, καὶ τοῦτο οὐκ ἀπὸ τῶν σημείων, οὐκ ἀπὸ τῶν θαυμάτων, οὐκ ἀπὸ τῆς τιμῆς, οὐκ ἀπὸ τῆς ἀνέσεως, ἀλλ' ἀπὸ τῶν δεσμωτηρίων, καὶ τῶν δικαστηρίων, καὶ τοῦ λιμοῦ, καὶ τοῦ ψύχους, καὶ τῶν πολέμων, καὶ τῶν ἐπιβουλῶν, οὕτω λέγων αὐτοῖς· Διάκονοι Χριστοῦ εἰσι· παραφρονῶν λαλῶ, ὑπὲρ ἐγώ· καὶ δεικνὺς τὸ, Ὑπὲρ, καὶ τὴν ὑπεροχὴν, φησίν· Ἐν κόποις περισσοτέρως, ἐν πληγαῖς ὑπερβαλλόντως, ἐν φυλακαῖς περισσοτέρως, ἐν θανάτοις πολλάκις, καὶ τὰ ἑξῆς· Εἰ καυχᾶσθαι δεῖ, τὰ τῆς ἀσθενείας 145
μου καυχήσομαι. [A] Ὁρᾷς αὐτὸν ἐν τούτοις μᾶλλον μειζόνως καυχώμενον, ἢ ἐπὶ λαμπροῖς στεφάνοις

Ingrediebatur virgo tenera et innupta, cera quavis mollius habens corpus, tum affixa equuleo derasis lateribus perfodiebatur, et sanguine tota perfusa erat; at perinde quasi sponsa esset potius, et in thalamo sederet, ita libenter ea quæ fiebant ob regnum cælorum perferebat, in ipsis certaminibus coronam percipiens. Cogita quale spectaculum esset tyrannum cernere cum suis exercitibus, cum acuminatis ensibus, cum tot armis, quæ ab una puella vincebantur. Vides ipsam etiam afflictionem cum maxima gloriatione esse conjunctam? Vos vero nobis testes eorum estis quæ diximus. Cum enim nondum mercedes neque præmia receperint martyres, nec coronas, sed in pulverem ac cinerem abierint, summo studio ad eorum honores concurrimus, ac theatrum spirituale convocamus, victores eos renuntiamus, et coronamus propter vulnera, sanguinem, tormenta, plagas, afflictiones illas et angustias: sic fit ut et ipsæ afflictiones gloriationem suam habeant vel ante retributionem. Cogita quantus vir esset tum temporis Paulus, cum carceres habitaret, et ad tribunalia traheretur, quam conspicuus, quam celebris et illustris apud omnes appareret, præcipue vero apud eos, a quibus oppugnabatur et insidiis appetebatur. Sed quid ego conspicuum hominibus cum fuisse dico, quando vel ipsis dæmonibus tum magis fuit formidabilis, cum virgis cæderetur? Cum vero esset in vinculis, cum naufragia pateretur, tum maxima edebat miracula, tum magis adversarias potestates superabat. Cum igitur probe nosset, quantum ex his afflictionibus animæ lucrum obveniret, dicebat: *Cum infirmor, tunc potens sum*: deinde addit: *Propter quod placeo mihi in infirmitatibus, in contumeliis, in necessitatibus, in persequutionibus, in angustiis, ut inhabitet in me virtus Christi*. Idcirco etiam cum ad quosdam scriberet Corinthi degentes, et in eos inveheretur, qui de se magnifice sentiebant, alios vero damnabant, epistolæ formam exprimens nobis, coactus est suorum recte factorum imaginem depingere, idque non ex signis, non ex miraculis, non ex honore, non ex deliciis, sed ex carceribus, ex judiciis, ex fame, ex frigore, ex bellis, ex insidiis, ejusmodi verbis eos alloquens: *Ministri Christi sunt, ut minus sapiens dico, plus ego*, et indicans illud *Plus*, et in quo emineret, inquit, *In laboribus amplius, in carceribus abundantius, in plagis supra modum,*

Martyrum egregia certamina.

Paulus dæmonibus terribilis in afflictionibus.

2. Cor. 12. 10. 9.

2. Cor. 11. 23.

a Mss μετ' εὐκολίας, Editi μετ' εὐνοίας.

* [V. Montf. Præf. Tomi hujus § V.]

in mortibus frequenter, et quæ sequuntur : *Si gloriari oportet, in iis quæ infirmitatis meæ sunt gloriabor.* Vides eum in his multo amplius gloriari, quam ob splendidas coronas sibi placere, atque idcirco dicere, *Non solum autem, sed et gloriamur in tribulationibus?* Quid est autem illud, *Non solum?* Non solum, inquit, non animum despondemus afflicti, ærumnis oppressi, sed tamquam majorem ad honorem gloriamque provecti, gloriamur potius ob ea, quæ nobis contingunt, incommoda. Deinde quoniam maximam oriri gloriam, laudem et jactationem ex tribulationibus dixit, gloriam vero certum est voluptatem afferre : ubi enim voluptas est, omnino est etiam gloria : ubi vero talis gloria, ibi omnino est etiam voluptas : postquam igitur affligi splendidum quid et illustre esse demonstravit, et gloriationis occasionem afferre, alium ejus effectum maximum narrat fructumque summum ac stupendum. Quis ille porro sit videamus. *Scientes igitur*, inquit, *quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem, spes autem non confundit.* Quid est, *Scientes quod tribulatio patientiam operatur?* Hunc maximum fructum habet, quod hominem afflictum robustiorem reddit. Nam quemadmodum arbores, quæ in umbrosis ac ventorum expertibus locis aluntur, cum externa specie prospere germinent, molles fiunt atque fungosæ, et facile quovis incursu læduntur; quæ vero in excelsis montium verticibus sitæ sunt, a multis magnisque ventis agitantur, intemperiem aeris assidue ferunt, gravissima tempestate pulsantur, et multa nive feriuntur, ferro quovis robustiores evadunt : pari ratione corpora, quæ multis ac variis in deliciis educantur, quæ mollibus vestimentis ornantur, quæ continuis balneis et unguentis utuntur, ac diversi generis alimentis præter usum necessarium delicate fruuntur, prorsus ad sudores laboresque pro religione subeundos inutilia redduntur, maximoque supplicio sunt obnoxia : sic nimirum et animæ, quæ miseriarum expertem vitam ducunt, quæ deliciis affluunt, quæ libenter præsentibus rebus sunt deditæ, ac vitam doloris expertem præferunt afflictionibus pro regno cælorum more sanctorum omnium subeundis, cera quavis molliores et imbecilliores effectæ, igni pabulum exponuntur æterno; quæ vero periculis, laboribus et ærumnis afflictionis

2. Cor. 11. 30.

Gloria voluptatem affert.

Rom. 5. 3.—5.

ἐγκαλλωπιζόμενον, καὶ διὰ τοῦτο λέγοντα· Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ καυχώμεθα ἐν ταῖς θλίψεσι; Τί δέ ἐστι τὸ, Οὐ μόνον; Οὐ μόνον, φησὶν, οὐκ ἐκκακοῦμεν θλιβόμενοι καὶ ταλαιπωροῦντες, ἀλλ' ὡς ἐπὶ μείζονι προκόπτοντες τιμῇ καὶ δόξῃ, καυχώμεθα μᾶλλον ἐπὶ τοῖς συμβαίνουσι θλιβεροῖς. Εἶτα, ἐπειδὴ δόξαν ἔφησεν εἶναι μεγίστην καὶ καύχημα ἀπὸ τῶν θλίψεων καὶ καλλωπισμόν· ἡ δὲ δόξα εὔδηλον ὅτι καὶ ἡδονὴν ἔχει· ὅπου γὰρ ἡδονὴ, πάντως ὅτι καὶ δόξα,
B ὅπου δὲ δόξα τοιαύτη, πάντως καὶ ἡδονή· ἐπειδὴ τοίνυν ἔδειξε λαμπρὸν καὶ περιφανὲς τὸ θλίβεσθαι καὶ ποιοῦν καλλωπίζεσθαι, λέγει ἕτερον αὐτοῦ κατόρθωμα μέγιστον, καὶ καρπὸν μέγιστόν τινα καὶ παράδοξον. Τίς δὲ οὗτός ἐστιν ἴδωμεν. Εἰδότες οὖν, φησὶν, ὅτι ἡ θλίψις ὑπομονὴν [a] κατεργάζεται, ἡ δὲ ὑπομονὴ δοκιμὴν, ἡ δὲ δοκιμὴ ἐλπίδα, ἡ δὲ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει. Τί ἐστιν, Εἰδότες ὅτι ἡ θλίψις ὑπομονὴν κατεργάζεται; Τοῦτο μέγιστον ἔχει τὸν καρπὸν, ἰσχυρότερον ποιεῖ τὸν θλιβόμενον τοῦτο. Καθάπερ γὰρ τῶν δένδρων τὰ μὲν σκιατροφούμενα καὶ ἐν ἀπηνέμοις ἑστηκότα χωρίοις, εὐθαλοῦντα τῇ ἰδέᾳ, μαλακώτερα γίνε-
C ται καὶ χαῦνα, πάσῃ ἀνέμων προσβολῇ ταχέως βλαπτόμενα· τὰ δὲ ἐν κορυφαῖς ὀρέων ὑψηλοτέροις ἑστῶτα, καὶ πολλοῖς καὶ μεγάλοις ῥιπιζόμενα τοῖς ἀνέμοις, καὶ ἀνωμαλίαν ἀέρων συνεχῆ φέροντα, καὶ χαλεπωτάτῃ ζάλῃ κλονούμενα, καὶ χιόνι πολλῇ βαλλόμενα, σιδήρου παντὸς ἰσχυρότερα μᾶλλον καθέστηκε· καὶ σώματα δὲ ὁμοίως τὰ πολλαῖς καὶ ποικίλαις ἡδοναῖς συστρεφόμενα, καὶ μαλακοῖς ἱματίοις κοσμούμενα, καὶ συνεχέσι λουτροῖς καὶ μύροις κεχρημένα, καὶ πολυειδέσι τροφαῖς ὑπὲρ τὴν χρείαν τρυφῶντα, παντάπασιν ἄχρηστα πρὸς τοὺς ὑπὲρ τῆς
D εὐσεβείας ἱδρῶτας καὶ πόνους καθίστανται, κολάσεως ὄντα μεγίστης ὑπεύθυνα· οὕτω δὴ καὶ ψυχαὶ, αἱ μὲν τὸν ἀταλαίπωρον βίον μετιοῦσαι, καὶ ἀνέσεως γέμουσαι, καὶ τὸ ἡδέως διακεῖσθαι πρὸς τὰ παρόντα, καὶ τὸν ἀνάλγητον τοῦ διὰ τὴν βασιλείαν θλίβεσθαι κατὰ τοὺς ἁγίους ἅπαντας προτιμῶσαι βίον, κηροῦ παντὸς μαλακώτεραι μᾶλλον καὶ ἀσθενέστεραι καθιστάμεναι, αἰωνίου πυρὸς κατάβρωμα πρόκεινται· αἱ δὲ κινδύνοις καὶ πόνοις καὶ ταλαιπωρίαις τῆς διὰ τὸν Θεὸν θλίψεως ἐπιδεδομέναι, καὶ ἐν αὐταῖς συστρεφόμεναι, αὐτοῦ τοῦ σιδήρου, ἢ τοῦ ἀδάμαντος στεῤῥότεραι καὶ γενναιότεραι μᾶλλόν εἰσιν ἐκ τοῦ συνεχῶς πάσχειν
E κακῶς, τοῖς ἐπιοῦσιν ἀχείρωτοι καθιστάμεναι, καὶ ἕξιν τινὰ προσλαβοῦσαι ὑπομονῆς καὶ ἀνδρείας ἀκαταμάχητον. Καὶ καθάπερ οἱ μὲν πρῶτον νηὸς ἐπιβάντες ναυτιῶσί τε καὶ ἰλιγγιῶσι, ταραττόμενοι καὶ θορυβούμενοι ἀηδίᾳ καὶ σκοτοδινίᾳ κατεχόμενοι· οἱ δὲ πολλὰ καὶ μακρὰ διαβάντες πελάγη, καὶ μυρίων

[a] Reg. totum refert Pauli locum.

κυμάτων κατατολμήσαντες, καὶ ναυαγίων συνεχῶν ἀνασχόμενοι, μετὰ τοῦ θαῤῥεῖν ἅπτονται τῆς τοιαύτης ἀποδημίας· οὕτω δὴ καὶ ἡ ψυχὴ πολλοὺς ὑπομείνασα πειρασμοὺς, καὶ μεγάλας θλίψεις ἀνασχομένη, ἐν μελέτῃ λοιπὸν πόνων καὶ ἕξει καρτερίας καθίσταται, οὐχ ὑπάρχουσα ψοφοδεὴς, οὐδὲ εὐπτόητος, οὐδὲ ταραττομένη τοῖς προσπίπτουσι λυπηροῖς, ἀλλ' ἀπὸ τῆς συνεχοῦς γυμνασίας τῶν συμβαινόντων, καὶ τῆς πυκνῆς μελέτης τῶν γινομένων, μετὰ πολλῆς τῆς εὐκολίας ἅπαντα φέρουσα τὰ ἐπιόντα δεινά. Τοῦτο τοίνυν ὁ σοφὸς ἀρχιτέκτων τῆς οὐρανίου πολιτείας δηλῶν, ἔλεγεν· Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ καυχώμεθα ἐν ταῖς θλίψεσιν· ὅτι πρὸ τῆς βασιλείας καὶ τῶν οὐρανίων στεφάνων μέγιστον ἐντεῦθεν καρπούμεθα τὸν μισθὸν, ἀπὸ τοῦ συνεχῶς θλίβεσθαι καρτερικωτέρας τῆς ψυχῆς ἡμῶν γινομένης, καὶ τῶν λογισμῶν ἰσχυροτέρων κατασκευαζομένων. Ταῦτ' οὖν ἅπαντα εἰδότες, ἀγαπητοὶ, φέρωμεν γενναίως τὰ προσπίπτοντα λυπηρὰ, διά τε τὸ τῷ Θεῷ δοκοῦν, καὶ ἐπὶ τῷ ἡμετέρῳ συμφέροντι, καὶ μὴ ἀλύωμεν, μήτε ἀναπίπτωμεν τῇ τῶν πειρασμῶν ἐπαγωγῇ, ἀλλὰ καὶ μετὰ ἀνδρείας ἁπάσης ἱστάμενοι, εὐχαριστῶμεν τῷ Θεῷ διηνεκῶς ὑπὲρ πασῶν τῶν εἰς ἡμᾶς τελουμένων εὐεργεσιῶν, ἵνα καὶ τῶν παρόντων ἀπολαύσωμεν ἀγαθῶν, καὶ τῶν μελλουσῶν ἐπιτύχωμεν δωρεῶν, χάριτι καὶ οἰκτιρμοῖς καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ δόξα καὶ τὸ κράτος, ἅμα τῷ ἁγίῳ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Dei causa tolerandæ sunt expositæ, atque in ipsis enutritæ, ferro ipso vel adamante solidiores fiunt ac generosiores, et ex eo quod assidue vexentur, 149 inexpugnabiles adversariis redduntur, et invi- A ctum quemdam patientiæ ac fortitudinis habitum acquirunt. Et quemadmodum ii, qui cum primum navim conscendunt, nauseant et capitis vertigine laborant, turbati ac fastidio correpti : qui vero multa longaque maria sunt emensi, qui millies se fluctibus audacter commiserunt, et crebra sunt passi naufragia, peregrinationem ejusmodi confidenter aggrediuntur : sic nimirum et anima, quæ multas sustinuit tentationes, et magnas pertulit afflictiones, laboribus deinceps assuefacta, et sibi comparato habitu patientiæ, non amplius est meticulosa, nec terroribus obnoxia, nec in- B gruentibus malis turbatur : sed assidua rerum quæ accidunt exercitatione, ac frequenti casuum meditatione roborata, quæcumque insurgunt incommoda fert facillime. Hoc itaque peritus ille cælestis conversationis architectus indicans dicebat : *Non solum autem, sed et gloriamur in tribulationibus* : quoniam ante regni coronarumque cælestium adeptionem maximum hinc præmium reportamus, dum per assiduas afflictiones tolerantior anima nostra redditur, et ratio fortior evadit. Hæc igitur omnia cum nobis explorata sint, dilectissimi, generose quæcumque accidunt adversa toleremus, quod, cum ita Deo visum fuerit, ad utilitatem nostram id fiat, neque spem abjiciamus, nec animis concidamus, afflictionum impressione prostrati, sed fortiter stantes pro collatis in nos beneficiis perpetuo gratias Deo agamus, ut et præsentibus fruamur bonis et futura dona consequamur, gratia, misericordia, et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri gloria et imperium, simulque sancto ac vivifico Spiritui, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Præmium justorum in hac vita.

AD HOMILIAM IN ILLUD,

SCIMUS AUTEM QUONIAM DILIGENTIBUS DEUM OMNIA, ETC.

MONITUM.

Hujus homiliæ exordium prorsus simile est procemio Concionis in debitorem decem millium talentorum: in utroque enim auditoribus gratulatur Chrysostomus, quod post diuturnum morbum, sui amantem cœtum, et abs se pari animi affectu redamatum, sibi quasi ex longinqua peregrinatione reduci iterum convenire et alloqui liceat. Inde vero arguunt viri quidam docti, cum illa prior Homilia de decem millium talentorum debitore Antiochiæ proculdubio habita fuerit anno 387, hanc verisimiliter Constantinopoli dictam fuisse. Non enim, inquiunt, eodem exordio usus esset in una eademque urbe; sed cum Antiochiæ ægritudine levatus, hoc exorsus esset modo, postea quoque Constantinopoli, post restauratam iterum valetudinem, idem procemium apud auditores, quorum nullus sic unquam exorsum audierat, usurpaverit. Id non prorsus absimile vero videtur; sed cum Chrysostomus Antiochiæ frequenter adversa valetudine laboraverit, ut ex multis ejus homiliis arguitur, et alioquin eadem in urbe Antiochiæ non modo procemia, sed etiam conciones integras, retractatas, et parumper mutatas, intercurrente quodam annorum spatio, repetere solitus sit, ut jam sæpe vidimus: nihil officit quo minus, quod anno 387 Antiochiæ procemium dixerat, aliquot postea elapsis annis, morbo aliquo (nam frequenter ægrotabat) levatus, idem ipsum eadem in urbe repeteret. Potuit igitur Antiochiæ, potuit et Constantinopoli hanc homiliam habere: in utra autem urbe habuerit, non ita facile est augurari.

Interpretatio Latina est Frontonis Ducæi.

IN DICTUM ILLUD APOSTOLI,

Rom. 8. 28. Scimus autem quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, *et de patientia, et quantum lucrum ex tribulationibus oriatur.*

1. Quasi longo veniam ad vos intervallo, sic affectum hodierno die me sentio. Quamquam enim domo conclusus propter corporis infirmitatem manebam: tamen perinde quasi alicubi procul a vestra caritate translatus degerem, sic animo afficiebar. Qui enim sincere diligere novit, cum in congressum venire non datur ejus quem diligit, quamvis eamdem urbem incolat, non aliter afficitur ac si in aliena regione versaretur. Hoc norunt qui vere diligunt. Ignoscite igitur nobis, quæso: non enim ex negligentia nostra separatio ista ortum habuit, sed silentii causam infirmitas corporis attulit. Ac vos quidem

150 A

[a] ΕΙΣ ΤΗΝ ΑΠΟΣΤΟΛΙΚΗΝ ΡΗΣΙΝ

Τὴν λέγουσαν, Οἴδαμεν ὅτι τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Θεὸν πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθὸν, καὶ περὶ ὑπομονῆς, καὶ ὅσον τῶν θλίψεων τὸ κέρδος.

Ὡς διὰ μακροῦ τοῦ χρόνου πρὸς ὑμᾶς παραγενόμενος, οὕτω διάκειμαι σήμερον. Εἰ γὰρ καὶ οἴκοι καθειργμένος ἐτύγχανον διὰ τὴν τοῦ σώματος ἀῤῥωστίαν, ἀλλ' ὡς μακράν που ἀπῳκισμένος τῆς ὑμετέρας ἀγάπης, οὕτω διεκείμην. Ὁ γὰρ φιλεῖν εἰδὼς ἀκριβῶς,
B ὅταν μὴ ἐξῇ τῷ φιλουμένῳ συγγίνεσθαι, κἂν τὴν αὐτὴν πόλιν οἰκῇ, τῶν ἐν ἀλλοτρίᾳ διατριβόντων οὐδὲν ἔλαττον διακείσεται. Καὶ τοῦτο ἴσασιν ὅσοι φιλεῖν ἴσασι. Σύγγνωτε τοίνυν ἡμῖν, παρακαλῶ· οὐ γὰρ ἀπὸ ῥᾳθυμίας ἡμῖν ὁ χωρισμὸς οὗτος γέγονεν, ἀλλ' ἀσθενείας σώματος ἦν ἡ σιγή. Καὶ οἶδα μὲν ὅτι χαίρετε νῦν πάντες ὑμεῖς ὅτι ἀπεθέμεθα τὴν ἀῤῥωστίαν· ἐγὼ δὲ χαίρω, οὐχ ὅτι τὴν ἀῤῥωστίαν μόνον ἀπεθέ-

[a] Collata cum Ms. Regio 1974.

μην, ἀλλ' ὅτι καὶ τὰ ποθούμενα ὑμῶν πρόσωπα πάλιν ὁρᾷν δύναμαι, καὶ ἐντρυφᾷν ὑμῶν τῇ κατὰ Θεὸν ἀγάπῃ. Καὶ καθάπερ οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, μετὰ τὴν ἀπαλλαγὴν τῆς ἀῤῥωστίας, φιάλας καὶ ποτήρια C καὶ ψυχρὰ νάματα ἐπιζητοῦσιν· οὕτως ἐμοὶ πάσης εὐφροσύνης ἡδυτέρα καθέστηκεν ἡ συνουσία ἡ ὑμετέρα, καὶ τοῦτό μοι καὶ ὑγιείας ὑπόθεσις, καὶ εὐφροσύνης ἀφορμή. Φέρε οὖν, ἐπειδὴ διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν ἀλλήλους ἀπελάβομεν, ἀποδῶμεν ὑμῖν τὸ χρέος τῆς ἀγάπης, εἴ γε ἐστὶν ἀποδοθῆναι τοῦτό ποτε. Τοῦτο γὰρ μόνον τὸ ὄφλημα τέλος οὐκ ἐπίσταται· ἀλλ' ὅσῳ ἀποδίδοται, τοσούτῳ τὸ ὄφλημα ἐπιτείνεται· καὶ καθάπερ ἐπὶ τῶν χρημάτων τοὺς μηδὲν ὀφείλοντας ἐπαινοῦμεν, οὕτως ἐνταῦθα τοὺς πολλὰ ὀφείλοντας μακαρίζομεν. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλος Παῦλος γράφων ἔλεγε· Μηδενὶ μηδὲν ὀφείλετε, ἀλλ' ἢ τὸ ἀγαπᾷν ἀλλήλους, βουλόμενος ἡμᾶς τοῦτο τὸ χρέος καὶ ἀεὶ ἀποδιδόναι, καὶ ἀεὶ ὀφείλειν, καὶ μηδέποτε τὴν ὀφειλὴν ταύτην καταλύειν, μέχρις ἂν τὴν παροῦσαν ζωὴν καταλύσωμεν. Ὥσπερ οὖν τὰ χρήματα ὀφείλειν, βαρὺ καὶ ἐπαχθὲς, οὕτω τὸ τὴν ὀφειλὴν ταύτην μὴ ἀεὶ ὀφείλειν, κατηγορίας ἄξιον. Καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι τοῦτο οὕτως ἔχει, ἄκουε τῆς σοφίας τοῦ θαυμαστοῦ τούτου διδασκάλου, ὅπως τὴν παραίνεσιν E εἰσήγαγε. Πρότερον γὰρ εἰπὼν, Μηδενὶ μηδὲν ὀφείλετε, τότε ἐπήγαγεν, Εἰ μὴ τὸ ἀγαπᾷν ἀλλήλους, βουλόμενος πᾶσαν ἡμῶν τὴν ὀφειλὴν ἐνταῦθα κενοῦσθαι, καὶ τοῦτο τὸ χρέος θέλων ἀδιάλυτον μένειν διηνεκῶς. Τοῦτο γάρ ἐστι μάλιστα τὸ συγκροτοῦν καὶ συσφίγγον τὴν ζωὴν τὴν ἡμετέραν. Ἐπεὶ οὖν ἔγνωμεν ὅσον τῆς ὀφειλῆς ταύτης τὸ κέρδος, καὶ ὅτι ἐν τῷ ἀποδίδοσθαι μᾶλλον αὔξεται, φέρε, καὶ ἡμεῖς τὴν ὀφειλὴν, ἣν ὀφείλομεν ὑμῖν, οὐκ ἀπὸ ῥαθυμίας οὐδὲ ἀπὸ ἀγνωμοσύνης τινὸς, ἀλλ' ἀπὸ τῆς συμβάσης ἀῤῥω- 151 στίας, σήμερον, καθ' ὅσον οἷόν τε, ἐκτῖσαι σπουδάζωμεν, A μικρά τινα διαλεχθέντες πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, ὑπόθεσιν τῆς διαλέξεως ποιησάμενοι αὐτὸν τοῦτον τὸν θαυμαστὸν τῆς οἰκουμένης διδάσκαλον· καὶ ἅπερ σήμερον γράφων Ῥωμαίοις διελέγετο, ταῦτα εἰς μέσον ἀγαγόντες ἀναπολήσωμεν, καὶ διὰ μακροῦ τοῦ χρόνου τὴν ἑστίασιν τὴν πνευματικὴν παραθῶμεν ὑμῶν τῇ ἀγάπῃ. Τίνα δέ ἐστι τὰ ἀναγνωσθέντα ἀναγκαῖον εἰπεῖν, ἵν' ὑπομνησθέντες τῶν εἰρημένων, μετὰ πλείονος τῆς εὐκολίας δέξησθε τὰ παρ' ἡμῶν λεγόμενα. Οἴδαμεν, φησὶν, ὅτι τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Θεὸν πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθόν. Τί βούλεται αὐτὸ τοῦτο τὸ προοίμιον; B Οὐδὲν γὰρ ἁπλῶς, οὐδὲ εἰκῇ φθέγγεται ἡ μακαρία αὕτη ψυχὴ, ἀλλὰ κατάλληλα ἀεὶ τοῖς ὑποκειμένοις πάθεσι προσάγει τὰ φάρμακα τὰ πνευματικά. Τί οὖν ἐστιν ὅ φησιν; Ἐπειδὴ πολλοὶ πανταχόθεν οἱ πειρασμοὶ περιεστοιχίζοντο τοὺς τότε τῇ πίστει προσιόντας, καὶ ἐπάλληλα ἦν τὰ παρὰ τοῦ ἐχθροῦ

gaudere nunc omnes scio, quod ægritudinem deposuerimus : ego vero gaudeo non modo quod ægritudinem deposuerim, sed quod optatos vultus vestros rursus intueri possim, et caritate vestra secundum Deum oblectari. Et quemadmodum plurimi homines, cum e morbo fuerint recreati, phialas et pocula, gelidosque latices quærunt : ita mihi lætitia quavis jucundior exstitit congressus vester, et hoc mihi sanitatis materia fuit, et occasio gaudii. Age igitur, quandoquidem Dei beneficio nos invicem recuperavimus, caritatis vobis debitum persolvamus, siquidem ullo tempore possit illud persolvi. Hoc enim solum debitum finem nescit; sed quanto magis dissolvitur, tanto magis debitum augetur : et quemadmodum in re pecuniaria laudamus eos qui nihil debent, ita hic eos, qui multa debent, beatos prædicamus. Idcirco magister orbis terrarum Paulus scribens dicebat : *Nemini quidquam debeatis, nisi ut invicem diligatis*, quod nimirum velit nos hoc debitum et semper solvere, et semper debere, nec umquam hoc æs alienum solvere, donec vitam præsentem absolverimus. Ut igitur pecunias debere grave ac molestum est, ita debitum hoc non semper debere crimini est obnoxium. Atque ut hoc ita esse cognoscas, audi mirabilis istius doctoris sapientiam, quo pacto cohortationem induxerit. Cum enim ante dixisset, *Nemini quidquam debeatis*, tum adjunxit, *Nisi ut invicem diligatis*, quasi hoc velit, ut omne hic debitum dispungamus, et hoc æs alienum perpetuum ac numquam dissolubile perseveret. Hoc enim est præcipue quod vitam nostram continet, et constringit. Quando igitur, quanta ex hoc debito manet utilitas, scimus, et dum persolvitur, magis illud augeri, age, nos quoque debitum, quod non ex inertia quapiam, vel improbitate ac fraude aliqua, sed ex eventu morbi contraximus, hodie, quantum in nobis situm erit, reddere studeamus, et paucis vestram caritatem alloquentes argumentum sermonis ab hoc ipso orbis terrarum doctore ducamus : et quæ ad Romanos hodie scribens dicebat, hæc in medium adducta expendamus, ac longo intervallo spiritualem caritati vestræ mensam instruamus. Quæ vero lecta sint, operæ pretium fuerit indicare, ut de iis quæ dicta sunt admoniti, facilius quæ a nobis dicentur, percipere valeatis. *Scimus*, inquit, *quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*. Quid sibi vult hoc exordium? Nihil enim temere aut frustra loquitur beata hæc anima, sed convenientia semper objectis ægritudinibus

Caritatis debitum numquam solvitur.

Rom. 13. 8.

Rom. 8. 28.

spiritualia medicamenta solet adhibere. Quid igitur est hoc quod ait? Quandoquidem multæ undique tentationes eos circumsidebant, qui tum accedebant ad finem, et frequentes ab hoste machinæ admovebantur, et continuæ tendebantur insidiæ, neque prædicationis evangelii adversarii quiescebant, sed alios in carcerem conjiciebant, alios in exsilium mittebant, alios in alia præcipitia trahebant : propterea quemadmodum optimus imperator, cum hostem videt acrem iracundiam spirantem, circumiens suos excitat undique, corroborat, instruit, audaciores reddit, alacriores efficit, ut manus contra adversarium attollant, nec illius incursiones reformident, sed animo forti se illi opponant, ipsum ejus vultum si possint, vulnerent, nec illi resistere pertimescant : non aliter beatus iste, hæc anima ad cælum usque sublimis, fidelium volens animos excitare, et humi jacentem, ut ita dicam, illorum cogitationem erigere studens ita dicere occœpit : *Scimus autem quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* Vides prudentiam apostolicam? Non dixit, Scio, sed, *Scimus*, ut ipsos ad assensum præbendum orationi pelliceret, quod diligentibus Deum omnia cooperentur in bonum. Animadverte, quam accurate loquatur apostolus. Non dixit, Qui Deum diligunt, evitant mala, liberantur a tentationibus; sed, *Scimus*, inquit, hoc est, persuasum nobis est, certiores facti sumus, ipsa rerum experientia edocti demonstrationes accepimus : *Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.*

Persecutiones Christiani patiuntur.

Rom 8. 28.

μηχανήματα, καὶ συνεχεῖς αἱ ἐπιβουλαὶ, καὶ οὐκ ἠρέμουν οἱ τῷ κηρύγματι πολεμοῦντες, τοὺς μὲν εἰς δεσμωτήρια ἐμβάλλοντες, τοὺς δὲ εἰς *ἀπαγωγὰς, τοὺς δὲ εἰς μυρία ἕτερα βάραθρα καθέλκοντες· διὰ τοῦτο καθάπερ στρατηγὸς ἄριστος, ὁρῶν μετὰ πολλοῦ C θυμοῦ πνέοντα τὸν ἀντίπαλον, περιιὼν τοὺς οἰκείους πανταχόθεν διεγείρει, νευροῖ, ἀλείφει, θαρσαλεωτέρους καθίστησι, προθυμοτέρους ποιεῖ πρὸς τὸ τὰς χεῖρας ἀντᾶραι κατὰ τοῦ πολεμίου, καὶ μὴ δεδοικέναι τὰς ἐκείνου καταδρομὰς, ἀλλὰ στεῤῥῷ τῷ φρονήματι ἐξ ἐναντίας ἱσταμένους καὶ αὐτὴν αὐτοῦ συγκόπτειν, εἰ οἷόν τε, τὴν ὄψιν, καὶ μὴ καταπλήττεσθαι τὴν πρὸς αὐτὸν ἀντίστασιν· τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ὁ μακάριος οὗτος, ἡ οὐρανομήκης ψυχὴ, διεγεῖραι βουλόμενος τῶν πιστῶν τὰ φρονήματα, καὶ κάτω κείμενον, ὡς εἰπεῖν, αὐτῶν τὸν λογισμὸν ἀνορθῶσαι ἐπειγόμενος, οὕτως ἤρξατο λέγων· D Οἴδαμεν δὲ ὅτι τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Θεὸν πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθόν. Ὁρᾷς τὴν σύνεσιν τὴν ἀποστολικήν; Οὐκ εἶπεν, οἶδα, ἀλλ', Οἴδαμεν, καὶ αὐτοὺς εἰς συγκατάθεσιν ἐφελκόμενος τῶν λεγομένων, ὅτι τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Θεὸν πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθόν. Σκόπει ἀκρίβειαν ῥημάτων ἀποστολικῶν. Οὐκ εἶπεν, οἱ ἀγαπῶντες τὸν Θεὸν διαφεύγουσι τὰ δεινὰ, ἐλευθεροῦνται τῶν πειρασμῶν· ἀλλ', Οἴδαμεν, φησὶ, τουτέστι, πεπείσμεθα, πεπληροφορήμεθα, δι' αὐτῆς τῶν πραγμάτων τῆς [a] πείρας τὰς ἀποδείξεις εἰλήφαμεν· Οἴδαμεν ὅτι τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Θεὸν πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθόν.

2. Quantam huic brevi dictioni vim inesse arbitramini? *Omnia,* inquit, *cooperantur in bonum.* Noli enim mihi hujus vitæ commoda commemorare, neque jucunditatem tantum aut securitatem animo volvas, sed etiam contraria, carceres, tribulationes, insidias, quotidianos incursus, ac tum dictionis vim accurate cognosces. Ac ne forte ad longe petenda exempla caritatem vestram abducam, paucula quædam, si lubet, ex iis quæ beato isti acciderunt, in medium proferamus, et vim istius verbi cognoscetis. Nam cum regiones omnes circumiens, pietatis verbum spargens, spinas evellens, veritatem in singulorum animis plantare contendens, ad urbem quamdam appulisset Macedoniæ, quemadmodum beatus Lucas, is qui librum Actorum composuit, nobis enarravit, ancillam quamdam, quæ mali-

Πόσην οἴεσθε δύναμιν ἔχειν τὴν βραχεῖαν ταύτην λέξιν; Πάντα, φησὶ, συνεργεῖ εἰς ἀγαθόν· μὴ γάρ E μοι τὰ χρηστὰ ἐνταῦθα εἴπῃς, μηδὲ τὴν ἄνεσιν καὶ τὴν ἄδειαν μόνον λογίσῃ, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐναντία, τὰ δεσμωτήρια, τὰς θλίψεις, τὰς ἐπιβουλὰς, τὰς καθημερινὰς ἐφόδους, καὶ τότε ὄψει μετὰ ἀκριβείας τοῦ ῥήματος τὴν δύναμιν. Καὶ ἵνα μὴ μακράν που ἀγάγω τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, εἰ βούλεσθε, μικρά τινα τῶν τῷ μακαρίῳ τούτῳ συμβάντων εἰς μέσον ἀγάγωμεν, καὶ ὄψεσθε τοῦ ῥήματος τὴν ἰσχύν.
152 Ἐπειδὴ γὰρ περιιὼν πανταχοῦ, σπείρων τὸν τῆς
A εὐσεβείας λόγον, τὰς ἀκάνθας ἀνασπῶν, καὶ τὴν ἀλήθειαν ἐν τῇ ἑκάστου ψυχῇ καταφυτεύειν ἐπειγόμενος, γενόμενος κατά τινα πόλιν τῆς Μακεδονίας, καθὼς ὁ μακάριος Λουκᾶς, ὁ τὸ τῶν Πράξεων βιβλίον συνθεὶς, ἡμῖν διηγήσατο, παιδίσκην τινὰ πνεῦμα πονηρὸν ἔχουσαν, καὶ σιγᾷν οὐκ ἀνεχομένην, ἀλλὰ

* [V. Montf. Præf. tomi hujus § V.]

a Reg. πείρας πολλάκις τὰς ἀποδ.

περιιοῦσαν καὶ πανταχοῦ καταδήλους αὐτοὺς διὰ τοῦ δαίμονος ποιεῖν βουλομένην, μετὰ πολλῆς τῆς ἐξουσίας, λόγῳ καὶ ἐπιτάγματι, καθάπερ τινὰ μαστιγίαν ἀπελάσας, ἠλευθέρωσεν ἐκείνην τοῦ πονηροῦ δαίμονος· δέον τοὺς τὴν πόλιν ἐκείνην οἰκοῦντας, ὡς εὐεργέτας λοιπὸν καὶ σωτῆρας βλέπειν τοὺς ἀποστόλους, καὶ παντὶ θεραπείας τρόπῳ περὶ αὐτοὺς χρησαμένους ἀμείψασθαι τῆς τοσαύτης εὐεργεσίας, οἱ δὲ τοῖς ἐναντίοις ἀμείβονται. B Καὶ ἄκουε τίσιν αὐτοῖς ἀμείβονται. Ἰδόντες, φησὶν, οἱ κύριοι αὐτῆς, ὅτι ἐξῆλθεν ἡ ἐλπὶς τῆς ἐργασίας αὐτῶν, ἐπιλαβόμενοι τὸν Παῦλον καὶ τὸν Σίλαν, εἵλκυσαν εἰς τὴν ἀγορὰν ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας, καὶ προσήγαγον αὐτοὺς τοῖς στρατηγοῖς, καὶ πολλὰς ἐπιθέντες ἐκείνοις πληγὰς, ἔβαλον εἰς φυλακὴν, παραγγείλαντες τῷ δεσμοφύλακι ἀσφαλῶς τηρεῖν αὐτούς. Εἴδετε πονηρίας ὑπερβολὴν τῶν τὴν πόλιν ἐκείνην οἰκούντων; εἴδετε τῶν ἀποστόλων ὑπομονὴν καὶ καρτερίαν; Μικρὸν ἀναμείνατε, καὶ ὄψεσθε καὶ τοῦ Θεοῦ τὴν φιλανθρωπίαν. C Σοφὸς γὰρ ὢν καὶ εὐμήχανος, οὐκ ἐν ἀρχῇ καὶ ἐν προοιμίοις λύει τὰ δεινὰ, ἀλλ' ὅταν αὐξηθῇ πάντα τὰ παρὰ τῶν ἐναντίων, καὶ δειχθῇ διὰ τῶν πραγμάτων τῶν αὐτοῦ ἀθλητῶν ἡ ὑπομονὴ, τότε καὶ τὴν οἰκείαν ῥοπὴν ἐπιδείκνυται· ἵνα μηδεὶς ἔχῃ λέγειν, ὅτι διὰ τοῦτο ἐπιπηδῶσι τοῖς κινδύνοις, διὰ τὸ θαῤῥεῖν ὅτι οὐδὲν ἀηδὲς πείσονται. Διά τοι τοῦτό τινας μὲν καὶ ἐναφίησι τοῖς δεινοῖς, ἀποῤῥήτῳ τινὶ σοφίᾳ χρώμενος, τινὰς δὲ καὶ ἐξαρπάζει, ἵνα διὰ πάντων μάθῃς αὐτοῦ τὴν ὑπερβάλλουσαν φιλανθρωπίαν, καὶ ὅτι μείζους αὐτοῖς τὰς ἀμοιβὰς ταμιευόμενος, συγχωρεῖ πολλάκις ἐπιτείνεσθαι τὰ δεινά. D Οὕτως οὖν καὶ ἐνταῦθα ποιεῖ. Μετὰ γὰρ τὴν τοσαύτην θαυματουργίαν καὶ τὴν εὐεργεσίαν, ἣν ἐπεδείξαντο ἀπελάσαντες τὸν ἀναίσχυντον ἐκεῖνον δαίμονα, συνεχώρησε καὶ μαστιχθῆναι καὶ εἰς δεσμωτήριον ἐμβληθῆναι. Ἐντεῦθεν γὰρ μάλιστα διεδείκνυτο καὶ ἡ τοῦ Θεοῦ δύναμις. Διὸ καὶ ὁ μακάριος οὗτος ἔλεγεν· Ἥδιστα οὖν καυχήσομαι ἐν ταῖς ἀσθενείαις μου, ἵνα ἐπισκηνώσῃ ἐπ' ἐμοὶ ἡ δύναμις τοῦ Χριστοῦ. Καὶ πάλιν· Ὅταν ἀσθενῶ, τότε δυνατός εἰμι, ἀσθένειαν τοὺς πειρασμοὺς λέγων τοὺς ἐπαλλήλους. Ἀλλ' ἴσως ἄν τις διαπορήσειεν ἐνταῦθα, τίνος ἕνεκεν ἀπήλασαν τὸν δαίμονα οὐδὲν ἐναντίον αὐτοῖς λέγοντα, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ καταδήλους αὐτοὺς ποιοῦντα· E ἐπὶ πολλὰς γὰρ ἡμέρας ἐβόα λέγων, ὅτι Οὗτοι οἱ ἄνθρωποι δοῦλοι τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου εἰσὶν, οἵτινες καταγγέλλουσιν ἡμῖν ὁδὸν σωτηρίας. Μὴ ξενισθῇς, ἀγαπητέ· καὶ τοῦτο γὰρ τῆς συνέσεως ἦν τῆς ἀποστολικῆς, καὶ τῆς τοῦ Πνεύματος χάριτος. Εἰ γὰρ καὶ μηδὲν αὐτοῖς ἐναντίον ἔλεγεν, ἀλλ' ἵνα μὴ ἐντεῦθεν ἀξιόπιστος γενόμενος ὁ δαίμων, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ὑποσύρειν δύνηται τοὺς ἀφελεστέρους, διὰ τοῦτο ἐπιστομίσας αὐτὸν ἀπήλασεν, οὐ συγχωρήσας

gnum habebat spiritum, neque tacere poterat, sed circuibat, et ubique illos dæmonis opera patefacere volebat, multa cum auctoritate, solo verbo ac jussu tamquam verberonem quemdam abigens, illam a pravo dæmone liberasset: cum illius urbis incolas oportuisset tamquam benefactores suos ac salutis suæ vindices deinceps apostolos intueri, atque omni eos officiorum genere prosequentes, tantum beneficium remunerari, illi plane contraria rependunt. Atque audi quo pacto illos remunerentur. *Videntes*, inquit, *domini ejus, quia exivit spes quæstus eorum, apprehendentes Paulum et Silam perduxerunt in forum ad principes, et offerentes eos magistratibus, cum multas eis plagas imposuissent, miserunt eos in carcerem, præcipientes custodi, ut diligenter eos custodiret.* Videtis summam illius urbis incolarum improbitatem? videtis apostolorum patientiam ac tolerantiam? Exspectate paulisper, et Dei videbitis benignitatem. Cum enim sapiens sit ac solers, non in principio nec in exordiis mala tollit, sed cum incrementum acceperint adversariorum molimina, et rebus ipsis athletarum probata patientia fuerit, et innotuerit, tum subsidium suum præbet: ne dicere possit ullus, illos idcirco sponte periculis se objicere, quod se nihil molestum passuros esse confidant. Hanc nimirum ob causam quosdam etiam ineffabili quadam sapientia in malis derelinquit, quosdam eripit, ut ex omnibus discas summam ejus benignitatem, ipsumque majora illis præmia præparantem, mala frequenter augeri permittere. Ita hoc etiam loco fecit. Post tantum miraculum ac beneficium, quod impudente illo dæmone ejecto contulerant, virgis illos cædi permisit, et in carcerem mitti. Hinc enim maxime Dei virtus etiam elucebat. Quapropter et beatus hic dicebat: *Libentissime gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi;* et rursus, *Cum infirmor, tunc potens sum,* infirmitatem continuas tentationes appellans. Sed quæret fortasse quispiam hoc loco, cujus rei gratia dæmonem expulerint nihil ipsis contradicentem, sed potius illos patefacientem: spatio quippe multorum dierum clamabat dicens: *Isti homines servi Dei excelsi sunt, qui annuntiant nobis viam salutis.* Ne mireris, carissime: nam et hoc prudentiæ fuit apostolicæ ac beneficii Spiritus sancti. Licet enim contrarium illis diceret nihil, ne tamen inde fidem sibi dæmon aliquam conciliaret, et in aliis simpliciores subdole posset

[illegible]

Act. 16. 19.—23.

2. Cor. 12. 9. 10.

Cur ejectus dæmon fuerit.

Act. 16. 17.

attrahere, propterea cum illi os obturasset,
ejecit, neque sivit ea proloqui, quæ dignitatem
et captum ejus excedebant. Hoc autem præstitit,
ut Domini sui vestigiis insisteret: nam ad illum
Luc. 4. 34. etiam accedentes dicebant: *Scimus te, quis
sis, sanctus Dei,* et tamen hæc dicentes eos
ejiciebat. Id vero fiebat in accusationem impudentium Judæorum, quod illi quidem miracula
quotidie cernentes et innumera prodigia fieri,
non crederent: dæmones autem agnoscerent,
eumque Dei Filium faterentur.

3. Sed ad seriem instituti sermonis redeamus.
Ut igitur discatis, quo pacto diligentibus Deum
omnia cooperentur in bonum, totam vobis historiam operæ pretium fuerit recitari, ut inde
cognoscatis quo pacto post verbera, post carcerem, omnia Dei gratia in bonum mutarit. Sed
videamus, qua ratione beatus id Lucas indicet,
Act. 16. 24. dicens: *Cum autem tale præceptum accepisset carceris custos, misit eos in interiorem
carcerem, et pedes eorum strinxit ligno.* Animadverte quo pacto augeantur mala, ut apostolorum etiam patientia fiat illustrior, et immensa
Dei virtus omnibus manifesta reddatur. Audi
Ib. v. 25. vero quid sequatur: addit enim, *Media autem
nocte Paulus et Silas orantes laudabant
Deum.* Vide animum excitatum, vide vigilem
mentem: ne temere prætereamus quæ dicta sunt,
dilectissimi. Non enim sine causa tempus ipsum
designavit dicens, *Media autem nocte,* sed
quod vellet ostendere, id gestum esse eo tempore, quo cæteris omnibus dulcis advenit somnus, et palpebras consopit, et quo ii, præcipue
qui multis doloribus ac molestiis sunt obsessi,
somno corripi solent: tum igitur, inquit, cum
undique somni vis dominaretur et vigeret, tunc
illi *Orantes Deum laudabant,* et hoc suæ in
illum caritatis maximum indicium edebant.
Nam quemadmodum nos quoties doloribus corporis divexamur, propinquorum congressum
requirimus, ut intentionem doloris illorum alloquio mitigemus: sic etiam hi sancti amore in
Dominum inflammati, ac sacros hymnos offerentes, ne sensum quidem illarum molestiarum capiebant, sed toti in orationem incumbebant, et
mirabilem illum hymnorum cantum offerebant,
ac deinceps carcer ecclesia fiebat, et illorum
sanctorum cantu totus ille locus sanctificabatur.
Ac videre erat res miras et inusitatas, homines
ligno alligatos, neque tamen quo minus hymnos

αὐτῷ τὰ ὑπὲρ τὴν ἀξίαν φθέγγεσθαι. Τοῦτο δὲ ἐποίει,
153 ἀκολουθῶν τῷ οἰκείῳ Δεσπότῃ· ἐπεὶ καὶ ἐκείνῳ προσ-
A ιόντες ἔλεγον, Οἴδαμέν σε τίς εἶ, ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ,
καὶ ὅμως ταῦτα λέγοντας αὐτοὺς ἀπήλαυνεν. Ἐγίνετο δὲ τοῦτο εἰς κατηγορίαν τῶν ἀναισχύντων Ἰουδαίων, ὅτι ἐκεῖνοι μὲν καθ' ἑκάστην ἡμέραν θαύματα
ὁρῶντες καὶ μυρία παράδοξα γινόμενα, ἠπίστουν, οἱ
δὲ δαίμονες ἐπεγίνωσκον, καὶ Υἱὸν αὐτὸν τοῦ Θεοῦ
ὡμολόγουν.

Ἀλλ' ἐπὶ τὴν ἀκολουθίαν ἐπανέλθωμεν τοῦ λόγου.
Ἵνα τοίνυν μάθητε ὅπως τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Θεὸν πάντα
συνεργεῖ εἰς ἀγαθὸν, ἀναγκαῖον πᾶσαν ὑμῖν ἀναγνῶναι ταύτην τὴν ἱστορίαν, ἵνα καὶ ἐντεῦθεν γνῶτε,
ὅπως μετὰ τὰς πληγὰς, μετὰ τὸ δεσμωτήριον, εἰς
ἀγαθὸν ἅπαντα αὐτοῖς μετέβαλεν ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις.
B Ἀλλ' ἴδωμεν πῶς τοῦτο δείκνυσιν ὁ μακάριος Λουκᾶς
λέγων· Παραγγελίαν δὲ τοιαύτην εἰληφὼς ὁ δεσμοφύλαξ ἔβαλεν αὐτοὺς εἰς τὴν ἐσωτέραν φυλακὴν, καὶ
τοὺς πόδας αὐτῶν ἠσφαλίσατο εἰς τὸ ξύλον. Σκόπει
πῶς ἐπιτείνεται τὰ δεινὰ, ἵνα καὶ ἡ ὑπομονὴ τῶν
ἀποστόλων λαμπροτέρα γένηται, καὶ ἡ ἄφατος τοῦ
Θεοῦ δύναμις κατάδηλος ἅπασι καταστῇ. Ἄκουε δὲ
καὶ τὸ ἑξῆς. Ἐπάγει γὰρ, Κατὰ δὲ τὸ μεσονύκτιον
Παῦλος καὶ Σίλας προσευχόμενοι ὕμνουν τὸν Θεόν.
Ὅρα ψυχὴν ἐπτερωμένην, ὅρα διάνοιαν νήφουσαν·
μὴ ἁπλῶς παραδράμωμεν, ἀγαπητοὶ, τὸ εἰρημένον.
Οὐ γὰρ εἰκῇ καὶ τὸν καιρὸν ἡμῖν ἐπεσημήνατο, εἰ-
C πὼν, Κατὰ δὲ τὸ μεσονύκτιον, ἀλλὰ βουλόμενος
δεῖξαι, ὅτι, ὅτε τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἡδὺς ὁ ὕπνος
[a] ἐφίσταται καὶ κοιμίζει τὰ βλέφαρα, μάλιστα δὲ τοὺς
ἐν ὀδύναις πολλαῖς καθεστῶτας εἰκὸς κατὰ τὸν καιρὸν
ἐκεῖνον τοῦ ὕπνου καθέλκεσθαι, τότε τοίνυν, φησὶν,
ὅτε πάντοθεν περιεγένετο ἡ τοῦ ὕπνου τυραννὶς, τότε
ἐκεῖνοι Προσευχόμενοι ὕμνουν τὸν Θεὸν, τῆς περὶ
αὐτὸν ἀγάπης μέγιστον δεῖγμα τοῦτο ποιούμενοι.
Καθάπερ γὰρ ἡμεῖς ὑπὸ ἀλγημάτων σωματικῶν ἐνοχλούμενοι, τὴν τῶν γνησίων συνουσίαν ἐπιζητοῦμεν,
ἵνα ἐκ τῆς πρὸς ἐκείνους διαλέξεως τὴν ἐπίτασιν τῆς
ὀδύνης παραμυθησώμεθα· οὕτω καὶ οἱ ἅγιοι οὗτοι τῷ
D πόθῳ τῷ περὶ τὸν Δεσπότην πυρούμενοι, καὶ τοὺς
ἱεροὺς ὕμνους ἀναφέροντες, οὐδὲ αἴσθησιν ἐλάμβανον
τῶν ὀδυνῶν ἐκείνων, ἀλλ' ὅλοι τῆς ἱκετηρίας ἐγίνοντο,
καὶ τὴν θαυμαστὴν ἐκείνην ὑμνῳδίαν ἀνέφερον, καὶ
λοιπὸν ἐκκλησία ἐγίνετο τὸ δεσμωτήριον, καὶ ὁ τόπος
ἅπας ἡγιάζετο διὰ τῆς ὑμνῳδίας τῶν ἁγίων ἐκείνων.
Καὶ ἦν ἰδεῖν θαυμαστὰ καὶ παράδοξα πράγματα, ἀνθρώπους τῷ ξύλῳ προσδεδεμένους, καὶ οὐδὲν ἐμποδιζομένους πρὸς τὴν ὑμνῳδίαν. Τὸν γὰρ νήφοντα, καὶ ἐγρη-

[a] Reg. ἐφίπταται.

γορότα, καὶ ζέοντα πόθον ἔχοντα περὶ τὸν Θεὸν οὐδὲν κωλῦσαι δυνήσεταί ποτε τῆς πρὸς τὸν Δεσπότην συνουσίας· Θεὸς γὰρ, φησὶν, ἐγγίζων ἐγώ εἰμι, καὶ οὐ Θεὸς E πόῤῥωθεν· καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ, Ἔτι λαλοῦντός σου ἐρῶ, Ἰδοὺ πάρειμι. Ἔνθα γὰρ ἂν ἡ διάνοια νήφουσα, πτεροῦται ὁ λογισμὸς καὶ ἀπαλλάττεται· ὡς εἰπεῖν, τοῦ συνδέσμου τοῦ σώματος, καὶ πρὸς τὸν ποθούμενον ἀνίπταται, καὶ τῆς γῆς ὑπερορᾷ, καὶ τῶν ὁρωμένων ἀνωτέρω γενόμενος, πρὸς ἐκεῖνον ἐπείγεται· ὃ δὴ καὶ ἐπὶ τῶν ἁγίων τούτων γεγένηται. Ὅρα γὰρ τὴν παραχρῆμα τῶν ὕμνων ἐνέργειαν, καὶ ὅπως καὶ ἐν δεσμωτηρίῳ γενόμενοι καὶ τῷ ξύλῳ προσδεδεμένοι, 151 A καὶ μετὰ γοήτων καὶ [a] δεσμίων συναναμιγέντες, οὐ μόνον οὐδὲν παρεβλάβησαν, ἀλλὰ καὶ ταύτῃ μᾶλλον ἐξέλαμψαν, καὶ τῷ φωτὶ τῆς οἰκείας ἀρετῆς κατηύγασαν ἅπαντας τοὺς τὸ δεσμωτήριον οἰκοῦντας. Ἡ γὰρ φωνὴ τῶν ἱερῶν ὕμνων ἐκείνων εἰς τὴν ἑκάστου τῶν δεσμωτῶν εἰσιοῦσα ψυχὴν, μετέπλαττεν αὐτὴν, ὡς εἰπεῖν, καὶ μετεῤῥύθμιζεν. Ἄφνω γὰρ, φησὶ, σεισμὸς ἐγένετο μέγας, ὥστε σαλευθῆναι τὰ θεμέλια τοῦ δεσμωτηρίου, ἀνεῴχθησάν τε παραχρῆμα αἱ θύραι ἅπασαι, καὶ πάντων τὰ δεσμὰ ἀνέθη. Εἶδες τῶν ὕμνων τῶν εἰς τὸν Θεὸν τὴν δύναμιν; Οὐ μόνον αὐτοὶ παρακλήσεως ἀπέλαυσαν οἱ τοὺς ὕμνους ἀναφέροντες, ἀλλὰ καὶ πάντων τὰ δεσμὰ λυθῆναι παρε- B σκεύασαν· ἵνα δειχθῇ διὰ τῶν πραγμάτων αὐτῶν, ὅπως Τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Θεὸν πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθόν. Ἰδοὺ γὰρ καὶ πληγαὶ, καὶ δεσμωτήριον, καὶ ξύλον, καὶ μετὰ τῶν δημίων διαγωγὴ, καὶ ὅμως ταῦτα ἀγαθῶν ὑπόθεσις γεγένηται καὶ εὐδοκιμήσεως ἀφορμὴ, οὐκ αὐτοῖς μόνον, οὐδὲ τοῖς οἰκοῦσι τὸ δεσμωτήριον δεσμίοις, ἀλλὰ καὶ αὐτῷ τῷ δεσμοφύλακι. Ἔξυπνος γὰρ, φησὶ, γενόμενος ὁ δεσμοφύλαξ, καὶ ἰδὼν τὰς θύρας ἀνεῳγμένας τῆς φυλακῆς, σπασάμενος μάχαιραν, ἔμελλεν ἑαυτὸν ἀναιρεῖν, νομίσας ἐκπεφευγέναι τοὺς δεσμίους. Ὅρα μοι ἐνταῦθα τοῦ Θεοῦ τὴν φιλανθρωπίαν πάντα λόγον ὑπερβαίνουσαν. C Τίνος γὰρ ἕνεκεν κατὰ τὸ μεσονύκτιον ἅπαντα ταῦτα γίνεται; Οὐδενὸς ἑτέρου χάριν, ἀλλ' ἵνα ἀθόρυβον καὶ ἐν ἡσυχίᾳ τὸ πρᾶγμα οἰκονομηθῇ, καὶ τὴν σωτηρίαν πραγματεύσωνται τοῦ δεσμοφύλακος. Τοῦ γὰρ σεισμοῦ γενομένου καὶ τῶν θυρῶν ἀνοιχθεισῶν, τὰ δεσμὰ ἀνέθη πάντων τῶν αὐτόθι, καὶ οὐδεὶς αὐτῶν ἐκπηδῆσαι συνεχωρήθη. Σκόπει μοι καὶ ἄλλην ἐνταῦθα Θεοῦ σοφίαν. Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα πάντα γέγονεν, ὁ σεισμὸς, λέγω, καὶ ἡ τῶν θυρῶν ἄνοιξις, ἵνα μάθωσι διὰ τῶν ἔργων ἅπαντες, τίνες ἦσαν οἱ τότε τὸ δεσμωτήριον οἰκοῦντες, καὶ ὅτι οὐχ οἱ τυχόντες εἰσὶν ἄνθρωποι· οὐδενὶ δὲ ἐξελθεῖν ἐγένετο, ἵνα μὴ κινδύνων ἀφορμὴ γένηται τοῦτο τῷ δεσμοφύλακι. Καὶ ὅτι D

[a] Reg. δημίων.

canerent quidquam impediri. Vigilem enim et attentum, et ardenti in Deum amore correptum nihil unquam poterit a colloquio cum Domino prohibere: *Deus* enim, inquit, *appropinquans ego sum, et non Deus longe;* et alibi rursus, *Adhuc loquente te dicam, Ecce adsum.* Ubi siquidem vigilans animus fuerit, excitatur ratio, et propemodum corporis vinculis liberatur, et evolat ad eum quem diligit, terram despicit, et quæ sunt oculis subjecta exsuperans ad illum festinat: quod utique sanctis etiam istis contigit. Vide namque celerem et efficacem hymnorum vim, et quo pacto cum in carcere versarentur, et alligati ligno essent, atque impostoribus et captivis admixti, non modo nihil passi sint detrimenti, sed et hac ratione splendidiores evaserint, et omnes, qui carcerem incolebant, virtutis suæ radiis collustrarint. Quippe illa sacrorum vox hymnorum cum in animam uniuscujusque captivorum penetrasset, transmutavit illam propemodum, ac reformavit. *Subito* enim, inquit, *terræ motus factus est magnus, ita ut moverentur fundamenta carceris, et statim aperta sunt omnia ostia, et universorum vincula soluta sunt.* Vides hymnorum, qui Deo canuntur, virtutem? Non illi modo, qui obtulerunt hymnos, solatium perceperunt, sed etiam effecerunt, ut omnium vincula solverentur: ut factis ipsis innotesceret, quo pacto *Deum diligentibus omnia cooperentur in bonum.* Ecce namque verbera, carcer, compedes, et cum carnificibus conversatio, et tamen hæc omnia bonorum materia fuerunt et occasio gloriæ, non ipsis tantum, nec illis qui carcerem incolebant captivis, sed et ipsi custodi carceris. *Expergefactus* enim, inquit, *custos carceris, et videns januas apertas carceris, evaginato gladio volebat se interficere, æstimans fugisse vinctos.* Tu mihi hoc loco Dei benignitatem considera, quam nulla exprimere potest oratio. Cur enim media nocte fiunt hæc omnia? Nullam aliam ob causam, nisi ut provideatur, ut sine turbis et tranquille res succedat, et saluti custodis carceris consulatur. Cum enim terræ motus accidisset, et reseratæ fores essent, omnium qui erant ibi soluta sunt vincula, nec ulli permissum est ut inde discederet. Aliam quoque Dei sapientiam hic contemplare. Nam alia quidem evenerunt, terræ motus, inquam, et reseratio januarum, ut rebus ipsis omnes intelligerent

Jerem. 23. 23.

Isai. 58. 9.

Vis hymnorum quanta sit.

Act. 16. 26.

Ib. v. 27.

Cur hæc media nocte fierent.

μοσίᾳ πόρνῃ, κἂν θεραπαινίδι, κἂν ἄλλῃ τινὶ γυναικὶ ἄνδρα οὐκ ἐχούσῃ πρόσχῃ κακῶς καὶ ἀκολάστως, ἔχων γυναῖκα, μοιχείαν τὸ τοιοῦτον εἶναί φημι. Οὐ γὰρ δὴ μόνον ἀπὸ τῶν ὑβριζομένων, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν ὑβριζόντων τὸ τῆς μοιχείας συνίσταται ἔγκλημα. Μὴ γάρ μοι τοὺς ἔξωθεν νόμους εἴπῃς νῦν, οἳ E τὰς μὲν γυναῖκας μοιχευομένας εἰς δικαστήριον ἕλκουσι καὶ εὐθύνας ἀπαιτοῦσιν, ἄνδρας καὶ γυναῖκας ἔχοντας καὶ θεραπαινίσι προσφθειρομένους οὐκ ἀπαιτοῦσιν εὐθύνας· ἀλλ' ἐγώ σοι τὸν τοῦ Θεοῦ νόμον ἀναγνώσομαι, ὁμοίως καὶ ἐπὶ τῆς γυναικὸς καὶ ἐπὶ τοῦ ἀνδρὸς ἀγανακτοῦντα, καὶ μοιχείαν εἶναι τὸ πρᾶγμα λέγοντα. Εἰπὼν γάρ, Καὶ ἑκάστη τὸν ἴδιον ἄνδρα ἐχέτω, ἐπήγαγε· Τῇ γυναικὶ ὁ ἀνὴρ τὴν ὀφειλομένην εὔνοιαν ἀποδιδότω. Τί ποτε δηλοῦν βουλόμενος τοῦτο εἶπεν; 199 A ἆρα ἵνα τὰς προσόδους αὐτῇ τῶν χρημάτων διατηρήσῃ; ἵνα τὴν προῖκα σώαν, ἵνα ἱμάτια πορίσῃ πολυτελῆ; ἵνα τράπεζαν δαψιλεστέραν, ἵνα ἐξόδους λαμπράς; ἵνα οἰκετῶν θεραπείαν πολλήν; Τί λέγεις; ποῖον εὐνοίας εἶδος ζητεῖς; καὶ γὰρ ταῦτα πάντα εὐνοίας ἐστίν. Οὐδέν τι τοιοῦτο λέγω, φησίν, ἀλλὰ τὴν σωφροσύνην καὶ τὴν σεμνότητα. Τὸ σῶμα τοῦ ἀνδρὸς οὐκέτι τοῦ ἀνδρὸς, ἀλλὰ τῆς γυναικός. Τηρείτω τοίνυν αὐτῇ τὸ κτῆμα σῶον, καὶ μὴ μειούτω, μηδὲ παραφθειρέτω· καὶ γὰρ τῶν οἰκετῶν ἐκεῖνος εὔνους λέγεται, ὃς ἂν τὰ δεσποτικὰ δεξάμενος χρήματα, μηδὲν ἐξ αὐτῶν διαφθείρῃ. Ἐπειδὴ τοίνυν τῆς γυναικός ἐστι κτῆμα τὸ τοῦ ἀνδρὸς σῶμα, εὔνους ἔστω περὶ τὴν παρακαταθήκην ὁ ἀνήρ. Ὅτι γὰρ τοῦτό B φησιν, εἰπὼν, Τὴν εὔνοιαν ἀποδιδότω, ἐπήγαγεν· Ἡ γυνὴ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, ἀλλ' ὁ ἀνήρ· ὁμοίως καὶ ὁ ἀνὴρ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, ἀλλ' ἡ γυνή. Ὅταν τοίνυν ἴδῃς πόρνην δελεάζουσαν, ἐπιβουλεύουσαν, ἐρῶσαν τοῦ σώματος, εἰπὲ πρὸς αὐτήν· οὐκ ἔστιν ἐμὸν τὸ σῶμα, τῆς γυναικός ἐστι τῆς ἐμῆς· οὐ τολμῶ καταχρήσασθαι, οὔτε ἑτέρᾳ τοῦτο ἐνδοῦναι γυναικί. Τοῦτο καὶ γυνὴ ποιείτω. Πολλὴ γὰρ ἐνταῦθα ἡ ἰσοτιμία· καίτοι γε ἐν τοῖς ἄλλοις πολλὴν δίδωσιν ὑπεροχὴν ὁ Παῦλος, οὕτω λέγων· Πλὴν καὶ ὑμεῖς οἱ καθ' ἕνα, ἵνα ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα οὕτως ἀγαπᾷ ὡς ἑαυτόν· ἡ δὲ γυνὴ, C ἵνα φοβῆται τὸν ἄνδρα· καὶ, Κεφαλὴ γυναικὸς ὁ ἀνήρ, καὶ, Ὀφείλει ἡ γυνὴ ὑποτάσσεσθαι τῷ ἀνδρί. Καὶ πάλιν ἐν τῇ Παλαιᾷ, Πρὸς τὸν ἄνδρα σου ἡ ἀποστροφή σου, καὶ αὐτός σου κυριεύσει. Πῶς οὖν ἐνταῦθα ἴσην ἀντίδοσιν δουλείας καὶ δεσποτείας εἰσήγαγε; Τὸ γὰρ εἰπεῖν, Ἡ γυνὴ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, ἀλλ' ὁ ἀνήρ· ὁμοίως καὶ ὁ ἀνὴρ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, ἀλλ' ἡ γυνὴ, ἰσότητά τινα πολλήν ἐστιν εἰσάγοντος. Καὶ καθάπερ ἐκεῖνος δεσπότης ἐστὶ τοῦ σώματος αὐτῆς, οὕτω καὶ αὐτὴ δέσποινα τοῦ ἐκείνου σώματος. Τίνος οὖν ἕνεκεν τοσαύ-

rem corrumpit : ego vero sive cum vulgari scorto, sive cum ancilla, sive cum alia quapiam muliere non maritata, illegitimo lasciveque congressu jungatur, cum uxorem habeat, adulterium hoc esse contendo. Non enim ex eorum tantum qui contumeliam patiuntur, sed ex eorum etiam, qui contumeliam inferunt, conditione hoc crimen adulterii metimur. Noli enim mihi leges externas objicere, quæ mulieres quidem adulterium committentes in judicium pertrahunt, et pœnas ab eis repetunt : a viris vero ancillas vitiantibus non item : at ego legem tibi Dei recitabo, quæ pari ratione in mulierem et in virum excandescit, et rem adulterium appellat. Cum enim dixisset, *Et unaquæque suum virum habeat*, adjecit : *Uxori vir debitam benevolentiam reddat*. Quid tandem innuere volens hoc dixit? num ut ei pecuniæ reditus conservaret? ut dotem illæsam? ut vestes sumtuosas suppeditaret? ut lautiorem mensam? ut splendidos sumtus? ut multum servorum obsequium? Quid ais? quodnam benevolentiæ genus exigis? nam et hæc omnia sunt benevolentiæ. Nihil tale commemoro, inquit, sed castitatem ac pudicitiam. Viri corpus non amplius est viri, sed uxoris. Suam igitur possessionem illæsam illi servet, neque imminuat, nec corrumpat; siquidem inter famulos ille benevolus dicitur, qui herilibus acceptis pecuniis, nihil ex ipsis interverterit. Quando igitur uxoris possessio est viri corpus, benevolum vir erga depositum suum se præbeat. Ut enim scias hoc eum innuere, cum ait, *Benevolentiam reddat*, adjecit : *Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir : similiter et vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier*. Cum ergo meretricem allicientem videris, insidiantem, corpus adamantem, dic illi : Non est meum corpus, uxoris est meæ : illo abuti non audeo, neque alteri mulieri id exponere. Hoc et faciat mulier. Magna quippe hic est honoris æqualitas : tametsi multam in cæteris tribuit excellentiam et juris prærogativam Paulus ita dicens : *Verumtamen et vos singuli, ut unusquisque suam uxorem ita diligat, ut seipsum: uxor autem ut timeat virum suum* : et, *Caput mulieris est vir* : et, *Debet mulier viro esse subjecta*. Et rursus in Veteri Testamento : *Ad virum conversio tua, et ipse tui dominabitur*. Quomodo igitur hoc loco æqualem remunerationem servitutis et dominatus induxit? Cum enim dixerit, *Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir: similiter et vir sui corporis potesta-*

Adulterium etiam cum ancilla committitur.

1. Cor. 7. 3.

Ib. v. 4.

Ephes. 5. 33.

Ephes. 5. 21. 22.

Gen. 3 16.

1. Cor. 7. 4.

tem non habet, sed mulier, magnam æqualitatem constituit. Et quemadmodum ille corporis ejus est dominus, sic et ista corporis illius est domina. Cur igitur tantam æqualitatem honoris introduxit? Quod nimirum hic necessaria sit eminentia: ubi vero castitatis tempus est et pudicitiæ, nihil amplius habet vir, quam mulier, sed pari ratione cum illa plectitur, si leges conjugii violaverit, ac merito sane. Non enim ad te mulier idcirco venit, et patrem et matrem totamque domum derelinquit, ut a te contumeliis afficeretur, et vilem ancillulam ipsi superinduceres, ut innumeras pugnas excitares, comitem et sociam vitæ, liberam et honore parem accepisti. Annon enim absurdum est, ut cum dotem acceperis, omnem exhibeas benevolentiam nihilque ex illa imminuas: quod autem quavis dote pretiosius est, castitatem et pudicitiam, tuumque corpus, quod illius est possessio, corrumpas et polluas? Si dotem imminueris, socero rationem reddes: si castitatem imminueris, Deus a te pœnas exiget, qui nuptias introduxit, et uxorem tibi tradidit. Atque hoc verum esse colliges ex iis, quæ de
1. Thes. 4. 8. adulteris ait Paulus: *Qui enim spernit, non hominem spernit, sed Deum qui dedit Spiritum suum sanctum in vobis.* Vides quam multis verbis ostensum ex Scriptura sit adulterium esse, non solum si marito junctam mulierem, sed etiam si quamvis meretricem corrumpat is qui sit junctus uxori? Nam quemadmodum adulterio pollui mulierem dicimus, sive cum servo, sive cum alio quocumque peccet: sic etiam virum adulterium committere dicimus, sive cum ancillula, sive cum quocumque vulgari scorto uxorem habens libidinem expleat. Ne igitur salutem nostram negligamus, neve nostram animam per hoc peccatum diabolo exponamus. Hinc enim innumeræ familiarum oriuntur eversiones, et bella innumera: hinc fit, ut caritas dilabatur, et benevolentia subtrahatur. Nam ut fieri nequit, ut homo castus uxorem negligat umquam ac despiciat: sic neque fieri potest, ut homo intemperans et lascivus uxorem suam diligat, sit licet omnium formosissima. Nam ex castitate caritas oritur, ex caritate bona innumera. Fac igitur lapideas mulieres reliquas arbitreris, cum intelligas, si lascivis oculis alienam mulierem intuearis sive publicam sive junctam viro, te adulterorum crimini obnoxium esse factum. Hæc tibi ipsi quotidie verba occine: quod si alterius uxoris in te sentias cupiditatem exardescere, ac deinde minus idcirco tibi tuam uxo-

D τὴν ἰσοτιμίαν εἰσήγαγεν; Ὅτι ἐνταῦθα ἀναγκαία ἡ ὑπεροχή· ἔνθα δὲ σωφροσύνης καιρὸς καὶ σεμνότητος, οὐδὲν ἔχει πλέον τῆς γυναικὸς ὁ ἀνὴρ, ἀλλ' ὁμοίως ἐκείνῃ κολάζεται, τοὺς τοῦ γάμου παραφθείρας νόμους· καὶ μάλα εἰκότως. Οὐ γὰρ διὰ τοῦτο ἦλθεν ἡ γυνὴ πρὸς σὲ, καὶ πατέρα καὶ μητέρα ἐγκατέλιπε καὶ τὸν οἶκον ἅπαντα, ἵνα καθυβρίζηται, ἵνα θεραπαινίδιον εὐτελὲς ἐπεισάγῃς αὐτῇ, ἵνα μυρίους ποιῇς πολέμους, συνέμπορον ἔλαβες, καὶ κοινωνὸν τοῦ βίου, καὶ ἐλευθέραν, καὶ ὁμότιμον. Πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον τὴν προῖκα αὐτῆς ὑποδεχόμενον, πᾶσαν ἐπιδείκνυσθαι εὔνοιαν, καὶ μηδὲν αὐτῆς ἐλαττοῦν· ὃ δὲ τῆς προικός ἐστιν
E ἁπάσης τιμιώτερον, τὴν σωφροσύνην καὶ τὴν σεμνότητα καὶ τὸ σῶμα τὸ ἑαυτοῦ, ὅπερ ἐστὶν ἐκείνης κτῆμα, διαφθείρειν τε καὶ μιαίνειν; Ἂν τὴν προῖκα μειώσῃς, τῷ κηδεστῇ δίδως λόγον· ἂν τὴν σωφροσύνην μειώσῃς, τῷ Θεῷ τὰς εὐθύνας ὑφέξεις, τῷ τὸν γάμον εἰσαγαγόντι, καὶ τὴν γυναῖκα ἐγχειρίσαντι. Καὶ ὅτι τοῦτό ἐστιν ἀληθὲς, ἄκουσον τί φησιν ὁ Παῦλος περὶ τῶν μοιχευόντων· Ὁ γὰρ ἀθετῶν, οὐκ ἄνθρωπον ἀθετεῖ, ἀλλὰ τὸν Θεὸν τὸν δόντα τὸ Πνεῦμα
200 A αὐτοῦ τὸ ἅγιον εἰς ὑμᾶς. Ὁρᾷς δι' ὅσων ὁ λόγος ἀπέδειξεν ὅτι μοιχεία ἐστὶν, οὐ μόνον τὸ ὕπανδρον γυναῖκα διαφθείρειν, ἀλλὰ καὶ τὸ ἡντιναοῦν πόρνην, ἔχοντα γυναῖκα; Ὥσπερ γὰρ μοιχεύεσθαι γυναῖκα λέγομεν, κἂν εἰς οἰκέτην, κἂν εἰς ὀντιναοῦν ἁμάρτῃ, ἄνδρα ἔχουσαν· οὕτω καὶ ἄνδρα μοιχεύειν ἂν εἴποιμεν, κἂν εἰς θεραπαινίδα, κἂν εἰς ἡντιναοῦν δημώδη γυναῖκα ἀσελγαίνῃ, γυναῖκα ἔχων αὐτός. Μὴ τοίνυν ἀμελῶμεν τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας, μηδὲ τῷ διαβόλῳ προτείνωμεν ἡμῶν τὴν ψυχὴν διὰ τῆς ἁμαρτίας ταύτης. Καὶ γὰρ ἐντεῦθεν αἱ μυρίαι τῶν οἴκων ἀνατροπαὶ, οἱ μυρίοι πόλεμοι· ἐντεῦθεν τὰ τῆς ἀγάπης ὑποῤῥεῖ, καὶ τὰ τῆς εὐνοίας ὑποσύρεται. Ὥσπερ γὰρ
B ἀμήχανον σώφρονα ἄνθρωπον ὑπεριδεῖν γυναικὸς καὶ καταφρονῆσαί ποτε· οὕτως ἀμήχανον ἄνθρωπον ἀσελγῆ καὶ ἀκόλαστον φιλεῖν τὴν γυναῖκα τὴν ἑαυτοῦ, κἂν ἁπάντων εὐμορφοτέρα ᾖ. Ἀπὸ γὰρ σωφροσύνης ἀγάπη τίκτεται, ἀπὸ δὲ ἀγάπης τὰ μυρία ἀγαθά. Λιθίνας τοίνυν νόμιζε τὰς λοιπὰς γυναῖκας, εἰδὼς ὅτι μετὰ γάμον, κἂν ἀκολάστοις ἴδῃς ὀφθαλμοῖς ἑτέραν γυναῖκα, κἂν δημοσίαν, κἂν ὕπανδρον, τοῖς τῶν μοιχῶν ἐγκλήμασιν ὑπεύθυνος γέγονας. Ταῦτα σεαυτῷ καθ' ἑκάστην ἔπαδε τὰ ῥήματα· κἂν ἴδῃς ἐπιθυμίαν ἄλλης γυναικὸς ἐγειρομένην ἐν σοὶ, εἶτα ἐκ τούτου
C σοι τὴν γυναῖκα ἀηδῆ φαινομένην, εἴσελθε εἰς τὸν θάλαμον, καὶ τὸ βιβλίον ἀναπτύξας τοῦτο, καὶ λαβὼν Παῦλον μεσίτην, καὶ συνεχῶς ἐπᾴδων ταῦτα τὰ ῥήματα, κατάσβεσον τὴν φλόγα. Καὶ οὕτω καὶ ἡ γυνὴ πάλιν ἔσται σοι ποθεινοτέρα, οὐδεμιᾶς ἐπιθυμίας τὴν πρὸς αὐτὴν εὔνοιαν ὑποσυρούσης· οὐχ ἡ γυνὴ δὲ ἔσται ποθεινοτέρα μόνον, ἀλλὰ καὶ σὺ σεμνότερος πολλῷ

καὶ ἐλευθεριώτερος δόξεις εἶναι. Οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστιν οὐδὲν αἰσχρότερον ἀνθρώπου μετὰ γάμον πορνεύοντος. Οὐ γὰρ δὴ μόνον τὸν κηδεμόνα καὶ τοὺς φίλους καὶ τοὺς ἀπαντῶντας, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς ἐρυθριᾷ τοὺς οἰκέτας. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἐστὶ τὸ δεινὸν, ἀλλ' ὅτι καὶ τὴν οἰκίαν αὐτὴν δεσμωτηρίου παντὸς ἀηδεστέραν ὄψεται, πρὸς τὴν ἐρωμένην βλέπων, καὶ D τὴν πόρνην διηνεκῶς φανταζόμενος.

Βούλει μαθεῖν ἀκριβῶς ὅσον ἐστὶ τὸ δεινόν; Ἐννόησον οἷον οἱ τὰς γυναῖκας ἑαυτῶν ὑποπτεύοντες ζῶσι βίον, πῶς ἀηδῆ τὰ [a] σιτία, ἀηδῆ ποτά. Δηλητηρίων ἡ τράπεζα δοκεῖ γέμειν φαρμάκων· καὶ ὥσπερ ὄλεθρον, μυρίων γέμουσαν κακῶν, οὕτω φεύγουσι τὴν οἰκίαν. Οὐχ ὕπνος αὐτοῖς ἐστιν, οὐ νὺξ προσηνὴς, οὐ συνουσία φίλων, οὐκ αὐταὶ αἱ τοῦ ἡλίου E ἀκτῖνες· ἀλλὰ καὶ παρ' αὐτοῦ τοῦ φωτὸς ἐνοχλεῖσθαι νομίζουσιν, οὐχ ὅταν ἴδωσι μοιχευομένην τὴν γυναῖκα μόνον, ἀλλὰ κἂν ἁπλῶς ὑποπτεύωσι. Ταῦτα νόμιζε καὶ τὴν γυναῖκα πάσχειν, ὅταν ἀκούσῃ παρ' ὁτουοῦν, ἢ καὶ ὑποπτεύσῃ, ὅτι πόρνῃ γυναικὶ σαυτὸν ἐξέδωκας. Ταῦτα λογιζόμενος, μὴ τὰς μοιχείας φεῦγε μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς ὑποψίας· κἂν ἀδίκως ὑποπτεύσῃ, θεράπευσον καὶ πεῖσον. Οὐ γὰρ ἐξ ἔχθρας ἢ ἀπονοίας, 201 A ἀλλ' ἀπὸ κηδεμονίας τοῦτο ποιεῖ, καὶ τοῦ σφόδρα δεδοικέναι περὶ τοῦ κτήματος τοῦ ἰδίου. Κτῆμα γὰρ αὐτῆς ἐστιν, ὥσπερ ἔφθην εἰπὼν, τὸ σῶμα τὸ σὸν, καὶ κτῆμα τῶν ὄντων ἁπάντων τιμιώτερον. Μὴ τοίνυν αὐτὴν περὶ τὰ μέγιστα ἀδικήσῃς, μηδὲ καιρίαν δῷς τὴν πληγήν. Εἰ γὰρ ἐκείνης καταφρονήσεις, ἀλλὰ τὸν Θεὸν φοβήθητι, τὸν ἔκδικον τῶν τοιούτων, τὸν ἀφορήτους κολάσεις τοῖς τοιούτοις ἀπειλήσαντα ἁμαρτήμασι. Τῶν γὰρ τοιαῦτα τολμώντων, φησὶν, Ὁ σκώληξ οὐ τελευτήσει, καὶ τὸ πῦρ οὐ σβεσθήσεται. Εἰ δὲ οὐ σφόδρα σε δάκνει τὰ μέλλοντα, τὰ γοῦν παρόντα σε φοβείτω. Πολλοὶ γοῦν τῶν πόρναις προσεχόντων καὶ ἐνταῦθα κακοὶ κακῶς ἀπώλοντο, περιεργίας ὑπομείναντες B ὑπὸ τῶν πορνευομένων γυναικῶν. Φιλονεικοῦσαι γὰρ ἐκεῖναι τῆς μὲν συνοικούσης αὐτῷ καὶ κατεγγυηθείσης ἀποστῆσαι γυναικὸς, τῷ δὲ αὐτῶν ἔρωτι προσδῆσαι τέλεον, μαγγανείας ἐκίνησαν, καὶ φίλτρα κατεσκεύασαν, καὶ πολλὰς γοητείας ἔρραψαν· εἶτα οὕτως εἰς ἀρρωστίαν αὐτὸν ἐμβαλοῦσαι χαλεπὴν, καὶ φθορᾷ πα-

[a] Sic Ms. In Editis vero πῶς ἀηδῆ τὰ ποτά, δηλητ.

rem placere, ingressus conclave, librum hunc evolve, Paulumque adhibens interventorem, ac tibi hæc verba frequenter occinens flammam exstingue. Sic fiet ut et gratior tibi rursum futura sit uxor, cum nulla cupiditas tuam erga illam benevolentiam labefactet: neque tantum gratior erit uxor, sed tu quoque honestior ac venustior esse videberis. Nihil enim est, nihil plane turpius homine, qui contracto matrimonio scortatur. Non enim coram socero tantum, et amicis, et obviis, sed etiam coram servis ipsis erubescit. Neque solum est hoc malum, sed etiam, quod ipsius domus aspectus injucundior erit, quam carceris cujusvis, cum amicam ante oculos positam habeat, ac meretricis semper imaginem mente verset?

Nihil turpius viro scortante.

5. Vis tu probe intelligere, quantum sit hoc malum? Cogita qualem ducant vitam, qui suas uxores suspectas habent, quo pacto injucundæ illis sint escæ, injucundi potus. Venenis mensa videtur scatere, et tamquam exitium domum fugiunt malis innumeris redundantem. Non illis somnus, non nox est placida, non amicorum congressus, non ipsi radii solares: sed ab ipso lumine se offendi putant, non tum solum cum adulterio pollui uxorem viderint, sed etiam cum in qualemcumque suspicionem illius culpæ venerint. Idem accidere et uxori puta, cum a quolibet id audiverit, vel etiam fuerit suspicata, te mulieri meretrici teipsum addixisse. Hæc apud te cogitans non adulteria tantum fuge, sed etiam suspiciones: quod si immerito suspicetur, placa illam et verbis flecte. Non enim odio vel fastu impulsa, sed præ nimia tui cura id facit, quodque de sua possessione valde timeat. Possessio quippe ipsius est, ut ante dixi, corpus tuum, et possessio rerum omnium pretiosissima. Noli ergo in re maxima illam lædere, neque letale illi vulnus infligas. Quamvis enim illam contemnas, Deum tamen debes timere ejusmodi criminum vindicem, et qui talibus delictis intolerabile supplicium comminatur. Eorum enim, qui talia perpetrare sint ausi, inquit, *Vermis non morietur, et ignis non exstinguetur.* Marc. 9. 45. Quod si non admodum pungunt te futura, terreant te saltem præsentia. Multi quidem certe illorum, qui meretricibus adhærent, in hac etiam vita mali male perierunt, curiosis meretricum insidiis oppressi. Dum enim illæ contendunt a legitima uxore ac matrimonio juncta illum alie-

nare, suoque amore penitus illum devinctum
tenere, præstigiis et incantationibus utuntur,
amatoria parant veneficia, et multas fascinatio-
num fallacias texunt: sic deinde cum illum in
C gravem morbum conjecerint, dira lue correptum,
longa tabe consumtum et innumeris obrutum
malis, hujus lucis usura privant. Si forte ge-
hennam non reformidas, mi homo, præstigias
illarum reformida. Cum enim per luxuriam
istam divino præsidio te privaveris, et cælesti
auxilio spoliaveris, tum audacter invadens te
meretrix, suosque dæmones advocans laminis et
amuletis adhibitis, suisque structis insidiis facil-
lime salutem tuam expugnant, teque probris
obnoxium ac ridendum omnibus, qui civitatem
incolunt, propinat, ut nec illi calamitatis umquam
Eccli. 12. 13. D tuæ miseratione moveantur. *Quis enim misere-
bitur, inquit, incantatori a serpente percusso,
et omnibus qui appropinquant bestiis?* Præ-
tereo jacturam pecuniarum, et quotidianas su-
spiciones, fastum, arrogantiam, contumelias,
quibus stultos vexant meretrices, quæ multo
sunt acerbiora, quam si millies fuerit mors oppe-
tenda. Atque uxorem quidem sæpenumero, ne si
verbum quidem molestum dixerit, ferre potes,
ac meretricem etiam alapis te cædentem adoras.
Non te pudet, nec erubescis, nec optas ut tibi
E dehiscat terra? Qui poteris ad ecclesiam venire,
atque in cælum manus extendere? quo tandem
ore Deum invocabis, quo meretricem osculatus
es? Non tu, quæso, times, nec perhorrescis, ne
quando tuum caput impudens de cælo delapsum
fulmen exurat? Quamvis uxorem tuam, quam
afficis injuria, celes, at insomnem illum oculum
numquam celabis: quandoquidem adultero illi,
Eccli. 23. 26. qui dicebat, *Tenebræ circumdant me, et parie-
tes, quid vereor?* contradixit sapiens ille sic
202 Ib. v. 28. A dicens: *Oculi Domini millies lucidiores sunt
sole, inspicientes opera hominum.* Propter hæc
1. Cor. 7. 2. 3. omnia nimirum dicebat Paulus: *Unusquisque
suam uxorem habeat, et unaquæque virum
suum habeat: uxori vir debitam benevolen-
Prov. 5. 3. 4. tiam reddat; similiter et uxor viro. Mel di-
stillat a labiis mulieris meretricis, quæ ad
tempus impinguat fauces tuas: postea vero
eam amariorem felle invenies, et acutum
magis gladio ancipiti.* Venenum habet osculum
meretricis, venenum latens et absconditum. Cur
igitur damnandam persequeris voluptatem, quæ
B exitium parit, quæ plagam infert immedicabilem,

ραδοῦσαι, καὶ τηκεδόνι μακρᾷ, καὶ μυρίοις περιβαλοῦ-
σαι κακοῖς, ἀπήνεγκαν τῆς παρούσης ζωῆς. Εἰ μὴ
φοβῇ τὴν γέενναν, ἄνθρωπε, τὰς γοητείας αὐτῶν
φοβήθητι. Ὅταν γὰρ σαυτὸν διὰ τῆς ἀσελγείας ταύ-
C της ἔρημον ποιήσῃς τῆς τοῦ Θεοῦ συμμαχίας, καὶ
γυμνώσῃς σαυτὸν τῆς ἄνωθεν βοηθείας, λαβοῦσά σε
μετὰ ἀδείας ἡ πόρνη, καὶ τοὺς αὐτῆς καλέσασα δαί-
μονας, καὶ τὰ πέταλα ῥάψασα, καὶ τὰς ἐπιβουλὰς
ἐργασαμένη, μετὰ πολλῆς τῆς εὐκολίας περιγίνεταί
σου τῆς σωτηρίας, ὄνειδός σε καὶ γέλωτα τῶν τὴν
πόλιν οἰκούντων ἁπάντων καταστήσασα, ὥστε μηδὲ
ἐλεεῖσθαι κακῶν πάσχοντα. Τίς γὰρ ἐλεήσει, φησὶν,
ἐπαοιδὸν [a]ὀφιόδηκτον, καὶ πάντας τοὺς προσάγοντας
θηρίοις; Παρίημι τὴν τῶν χρημάτων ζημίαν, τὰς
καθημερινὰς ὑποψίας, τὸν τῦφον, τὴν ἀπόνοιαν, τὴν
ὕβριν τὴν παρὰ τῶν πορνῶν γινομένην εἰς τοὺς
D ἀνοήτους, ἃ θανάτων μυρίων ἐστὶ πικρότερα. Καὶ
τὴν μὲν γυναῖκα πολλάκις οὐδὲ βαρὺ ῥῆμα εἰποῦσαν
οὐκ ἤνεγκας, τὴν δὲ πόρνην καὶ ῥαπίζουσαν προσ-
κυνεῖς. Καὶ οὐκ αἰσχύνῃ, οὐδὲ ἐρυθριᾷς, οὐδὲ εὔχῃ
διαστῆναί σοι τὴν γῆν; Πῶς δυνήσῃ εἰς ἐκκλησίαν
εἰσελθεῖν, καὶ τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνατεῖναι;
ποίῳ στόματι καλέσαι τὸν Θεὸν, ᾧ τὴν πόρνην ἐφίλη-
σας; Καὶ οὐ δέδοικας, οὐδὲ φρίττεις, εἰπέ μοι, μή
ποτε σκηπτὸς ἄνωθεν ἐνεχθεὶς καταφλέξῃ τὴν ἀναί-
σχυντόν σου κεφαλήν; Κἂν γὰρ τὴν γυναῖκα λάθῃς
τὴν ἠδικημένην, ἀλλὰ τὸν ἀκοίμητον ὀφθαλμὸν οὐ
E λήσῃ ποτέ· ἐπεὶ καὶ τῷ μοιχῷ ἐκείνῳ τῷ λέγοντι,
Σκότος κύκλῳ μου καὶ τοῖχοι, τί εὐλαβοῦμαι; ἀντε-
φθέγξατο ὁ σοφὸς ἐκεῖνος, οὕτω λέγων· Ὅτι ὀφθαλμοὶ
Κυρίου μυριοπλασίως ἡλίου φωτεινότεροι, βλέποντες
εἰς τὰ ἔργα τῶν ἀνθρώπων. Διὰ τοῦτο δὴ πάντα ὁ
Παῦλος ἔλεγεν· Ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐχέτω,
καὶ ἑκάστη τὸν ἴδιον ἄνδρα ἐχέτω· τῇ γυναικὶ ὁ ἀνὴρ
τὴν ὀφειλομένην εὔνοιαν ἀποδιδότω, ὁμοίως καὶ ἡ
γυνὴ τῷ ἀνδρί. Μέλι ἀποστάζει ἀπὸ χειλέων γυναικὸς
202 πόρνης, ἣ πρὸς καιρὸν λιπαίνει σὸν φάρυγγα, ὕστερον
A μέντοι πικρότερον χολῆς εὑρήσεις, καὶ ἠκονημένον
μᾶλλον μαχαίρας διστόμου. Ἰὸν ἔχει τῆς πόρνης τὸ
φίλημα, ἰὸν λανθάνοντα καὶ ἐγκεκρυμμένον. Τί
τοίνυν διώκεις ἡδονὴν κατάγνωσιν ἔχουσαν, ὄλεθρον
τίκτουσαν, πληγὴν ἐπάγουσαν ἀνίατον, ἐξὸν εὐφραί-
νεσθαι καὶ μηδὲν πάσχειν δεινόν; Ἐπὶ γὰρ τῆς ἐλευ-
θέρας γυναικὸς ὁμοῦ καὶ ἡδονὴ καὶ ἀσφάλεια καὶ
ἄνεσις καὶ τιμὴ καὶ κόσμος καὶ συνειδὸς ἀγαθόν· ἐκεῖ
δὲ πολλὴ μὲν ἡ πικρία, πολλὴ δὲ ἡ βλάβη, διηνεκὴς
δὲ ἡ κατηγορία. Κἂν γὰρ μηδεὶς ἀνθρώπων ἴδῃ, τὸ
συνειδὸς οὐδέποτε παύσεταί σου κατηγοροῦν· ἀλλ'
ὅπουπερ ἂν ἀπέλθῃς, ἕψεται κατηγορῶν καὶ μεγάλα
B καταβοῶν ὁ κατήγορος οὗτος. Ὥστε εἴ τις ἡδονὴν

[a] Unus Mss. [748] ἐχιόδηκτον.

διώκει, οὗτος μάλιστα φευγέτω τὴν πρὸς τὰς πόρνας ὁμιλίαν. Οὐδὲν γὰρ ἐκείνης τῆς συνηθείας πικρότερον, οὐδὲν τῆς συνουσίας ἀηδέστερον, οὐδὲν τῶν τρόπων μιαρώτερον. Ἔλαφος φιλίας, καὶ πῶλος σῶν χαρίτων ὁμιλείτω σοι· ἡ πηγὴ τοῦ ὕδατός σου σοὶ ἔστω πηγή. Πηγὴν ὕδατος ἔχων καθαρὰν, τί τρέχεις ἐπὶ λάκκον βορβόρου γέμοντα, γεέννης ὄζοντα, καὶ κολάσεως ἀφάτου; ποίαν ἕξεις ἀπολογίαν; τίνα συγγνώμην; Εἰ γὰρ οἱ πρὸ τοῦ γάμου πορνείᾳ προσέχοντες κολάζονται καὶ δίκην διδόασι, καθάπερ ἐκεῖνος ὁ τὰ ῥυπαρὰ ἐνδεδυμένος ἱμάτια, πολλῷ μᾶλλον οἱ μετὰ τὸν γά- C μον. Διπλοῦν γὰρ ἐνταῦθα καὶ τριπλοῦν τὸ ἔγκλημα γίνεται, ὅτι τε παραμυθίας ἀπολαύοντες, ἀπεσκίρτησαν εἰς τὴν ἀσέλγειαν ἐκείνην, καὶ ὅτι τὸ πρᾶγμα οὐχὶ πορνεία μόνον, ἀλλὰ καὶ μοιχεία λογίζεται, ὃ πάσης ἁμαρτίας ἐστὶ χαλεπώτερον. Ταῦτ' οὖν καὶ ἑαυτοῖς καὶ ταῖς γυναιξὶν ἐπᾴδοντες οὕτω διατελῶμεν· διὸ δὴ καὶ αὐτὸς εἰς ταῦτα καταλύσω τὰ ῥήματα· Διὰ δὲ τὰς πορνείας ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐχέτω, καὶ ἑκάστη τὸν ἴδιον ἄνδρα ἐχέτω· τῇ γυναικὶ ὁ ἀνὴρ τὴν ὀφειλομένην εὔνοιαν ἀποδιδότω, ὁμοίως καὶ ἡ γυνὴ τῷ ἀνδρί. Ἡ γυνὴ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, ἀλλ' D ὁ ἀνήρ· ὁμοίως καὶ ὁ ἀνὴρ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, ἀλλ' ἡ γυνή. Μετὰ ἀκριβείας ταῦτα φυλάξαντες τὰ ῥήματα, καὶ ἐν ἀγορᾷ, καὶ ἐν οἰκίᾳ, καὶ ἐν ἡμέρᾳ, καὶ ἐν ἑσπέρᾳ, καὶ ἐπὶ τῆς τραπέζης, καὶ ἐπὶ τῆς εὐνῆς, καὶ πανταχοῦ καὶ αὐτοὶ μελετῶμεν, καὶ τὰς γυναῖκας παιδεύωμεν, καὶ πρὸς ἡμᾶς λέγειν, καὶ παρ' ἡμῶν ἀκούειν, ἵνα σωφρόνως τὸν παρόντα ζήσαντες βίον, καὶ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἐπιτύχωμεν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

cum oblectari possis, et nullum malum incurrere? Cum libera et honesta muliere simul voluptas est et securitas, et delectatio et honor, et ornatus et bona conscientia : illic autem acerbitas multa, damnum multum, accusatio perpetua. Quamvis enim nullus hominum viderit, numquam tamen accusare te desinet conscientia : sed quocumque perrexeris, te sequetur accusans et magna voce te persequens accusator iste. Itaque si quis voluptatem sectetur, is congressum cum meretricibus fugiat maxime. Nihil enim illa consuetudine injucundius, nihil illo congressu molestius, nihil moribus illarum scelestius. *Cervus amicitiæ, et pullus gratiarum* Prov. 5.
tuarum confabuletur tecum : fons aquæ tuæ 19. et 15.
sit tibi fons. Cum sit tibi fons purus, cur ad lacum luto plenum curris, gehennam olentem et supplicium ineffabile? qua excusatione, qua venia dignus poteris videri? Si enim qui ante contractum matrimonium scortantur, pœnas sustinent, et supplicio plectuntur, sicut ille qui sordidis erat vestimentis indutus, multo magis qui matrimonio contracto. Duplex enim inde ac triplex crimen oritur, tum quia cum deliciis fruerentur, ad lasciviam illam prosilierunt, tum quia non modo scortatio res illa, sed etiam adulterium censetur, quod peccato quovis est gravius. Hæc igitur et nobis et mulieribus inculcare non desinamus : quam etiam ob causam his verbis orationem concludam : *Propter fornicationem* 1. Cor. 7. 2.
unusquisque suam uxorem habeat, et una- —4.
quæque suum virum habeat. Uxori vir debitam benevolentiam reddat; uxor similiter viro. Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir. Similiter autem et vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Hæc verba studiose memoria tenentes, et in foro, et in ædibus, et interdiu, et vesperi, et ad mensam, et in lecto, et ubique locorum, cum ipsi ea meditemur, tum mulieres nobis dicere atque a nobis audire doceamus, ut cum hanc vitam caste traduxerimus, cælorum etiam regnum consequamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem et cum quo Patri, una cum Spiritu sancto gloria in sæcula sæculorum. Amen.

IN ILLUM LOCUM,

203 A

1. Cor. 7. 39. 40. Mulier alligata est legi quanto tempore vixerit vir ejus : si autem dormierit, libera est cui voluerit nubere, tantum in Domino. Beatior autem est si sic manserit.

1. Nuper nobis beatus Paulus de conjugio, conjugiique juribus legem tulit, Corinthiis sic scribens ac dicens : *De quibus autem scripsistis* (1. Cor. 7. 1. 2.) *mihi, Bonum esse homini mulierem non tangere : propter fornicationem autem, suam quisque uxorem habeat, et suum quæque virum habeat.* Eapropter et nos totum sermonem in hoc insumsimus. Itaque necesse est hodie de eodem argumento iterum vobiscum disserere, quandoquidem de eodem etiam ipse Paulus hodie disserit. Audivistis enim illum clamantem, ac dicentem : *Mulier alligata est legi quanto tempore vixerit vir illius : si autem obdormierit vir illius, libera est cui voluerit nubere, tantum in Domino : beatior autem est si sic manserit, secundum meum consilium : opinor autem quod et ego Spiritum Dei habeam.* Sequamur igitur illum et hodie, et de hac colloquamur materia : sequentes enim Paulum, per eum et Christum ipsum sequemur, eo quod ille non semetipsum, sed Christum per omnia sequens scripsit. Enimvero non est vulgaris res, conjugium bene constitutum : sicut etiam iis qui illo, non ut oportet, utuntur, innumerorum malorum fit materia. Nam sicut mulier adjutrix est, ita sæpe et insidiatrix. Et sicut portus est conjugium, ita et sæpe naufragium parit : non natura sua, sed animo eorum, qui illo male utuntur. Etenim qui secundum congruas leges illud observat, domum et uxorem suam, ut malorum omnium quæ vel in foro, vel alicubi obveniunt, consolatricem ac liberatricem reperit; qui autem temere et vulgariter hanc rem aggreditur, etiamsi multa in foro et alibi tranquillitate fruatur, ingressus domum, scopulos et petras videbit. Itaque quoniam non de rebus vulgaribus nobis est periculum, operæ pretium fuerit cum diligentia dictis attendere, et uxorem ducturum, juxta Pauli,

[a] ΕΙΣ ΤΟ,

Γυνὴ δέδεται νόμῳ, ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς· ἐὰν δὲ κοιμηθῇ, ἐλευθέρα ἐστὶν ᾧ θέλει γαμηθῆναι, μόνον ἐν Κυρίῳ. Μακαριωτέρα δέ ἐστιν, ἐὰν οὕτω μείνῃ.

Περὶ γάμου πρῴην ἡμῖν ὁ μακάριος Παῦλος ἐνομοθέτει, καὶ τῶν τοῦ γάμου δικαιωμάτων, Κορινθίοις οὕτω γράφων καὶ λέγων· Περὶ δὲ ὧν ἐγράψατέ μοι, καλὸν ἀνθρώπῳ γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι· διὰ δὲ τὰς πορνείας ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐχέτω, καὶ ἑκάστη τὸν ἴδιον ἄνδρα ἐχέτω. Διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς B τὴν διάλεξιν ἅπασαν εἰς ταῦτα τὰ ῥήματα ἀναλώσαμεν. Οὐκοῦν ἀνάγκη καὶ σήμερον περὶ τῆς αὐτῆς ὑμῖν ὑποθέσεως διαλεχθῆναι πάλιν, ἐπειδὴ καὶ σήμερον περὶ τῶν αὐτῶν ὁ αὐτὸς διαλέγεται Παῦλος. Καὶ γὰρ ἠκούσατε αὐτοῦ βοῶντος καὶ λέγοντος· Γυνὴ δέδεται νόμῳ, ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς· ἐὰν δὲ κοιμηθῇ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, ἐλευθέρα ἐστὶν ᾧ θέλει γαμηθῆναι, μόνον ἐν Κυρίῳ. Μακαριωτέρα δέ ἐστιν, ἐὰν οὕτω μείνῃ κατὰ τὴν ἐμὴν γνώμην· δοκῶ δὲ κἀγὼ Πνεῦμα Θεοῦ ἔχειν. [b] Ἑψώμεθα τοίνυν αὐτῷ καὶ σήμερον, καὶ περὶ ταύτης διαλεξώμεθα τῆς ὑπο- C θέσεως· ἀκολουθοῦντες γὰρ Παύλῳ, δι' αὐτοῦ πάντως τῷ Χριστῷ ἑψόμεθα, ἐπειδὴ καὶ οὗτος οὐχ ἑαυτῷ, ἀλλ' ἐκείνῳ ἀκολουθῶν, πάντα ἔγραφε. Καὶ γὰρ οὐ τὸ τυχὸν πρᾶγμα γάμος εὖ διακείμενος, ὥσπερ οὖν μυρίων συμφορῶν ὑπόθεσις γίνεται τοῖς οὐκ εἰς δέον αὐτῷ χρωμένοις. Ὥσπερ γὰρ βοηθός ἐστιν ἡ γυνή, οὕτω πολλάκις καὶ ἐπίβουλος γίνεται. Ὥσπερ οὖν λιμήν ἐστιν ὁ γάμος, οὕτω καὶ ναυάγιον, οὐ παρὰ τὴν οἰκείαν φύσιν, ἀλλὰ παρὰ τὴν γνώμην τῶν κα- D κῶς αὐτῷ χρησαμένων. Ὁ μὲν γὰρ κατὰ τοὺς προσήκοντας αὐτὸν ἐπιτελῶν νόμους, [c] τῶν ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς καὶ πάντων τῶν πανταχοῦ κακῶν παραμυθίαν τινὰ καὶ ἀπαλλαγὴν εὑρίσκει τὴν οἰκίαν, καὶ τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα· ὁ δὲ ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχε τὸ πρᾶγμα μεταχειριζόμενος, κἂν πολλῆς ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς ἀπολαύσῃ γαλήνης, σκοπέλους καὶ σπιλάδας εἰσελθὼν εἰς τὴν οἰκίαν ὄψεται. Ἐπεὶ οὖν οὐ περὶ τῶν τυχόντων ἡμῖν ὁ κίνδυνος, ἀναγκαῖον μετὰ ἀκριβείας τοῖς λεγομένοις E προσέχειν, καὶ τὸν μέλλοντα γυναῖκα ἄγεσθαι, μετὰ τῶν τοῦ Παύλου νόμων, μᾶλλον δὲ μετὰ τῶν τοῦ Χριστοῦ νόμων τοῦτο ποιεῖν. Οἶδα μὲν οὖν ὅτι πολλοῖς εἶναι δοκεῖ καινὸν καὶ παράδοξον τὸ λεγόμενον· πλὴν

[a] Collata cum Mss. Colbertinis 970 et 1030.

[b] Duo Mss. ἑπώμεθα.

[c] Iidem Mss. τῶν ἐπὶ τῆς.

οὐ διὰ τοῦτο σιγήσομαι, ἀλλὰ πρῶτον τὸν νόμον ὑμῖν ἀναγνοὺς, οὕτω τὴν δοκοῦσαν ἀντινομίαν λῦσαι πειράσομαι. Τίς οὖν ἐστιν ὁ νόμος, ὃν ὁ Παῦλος ἡμῖν ἔθηκε; Γυνὴ, φησὶ, δέδεται νόμῳ. Οὐκοῦν οὐ δεῖ ἀποσχίζεσθαι ζῶντος τοῦ ἀνδρὸς, οὐδὲ ἕτερον ἐπεισάγειν νυμφίον, οὐδὲ δευτέροις ὁμιλεῖν γάμοις. Καὶ ὅρα πῶς μετὰ ἀκριβείας καὶ αὐτῇ τῶν λέξεων τῇ φύσει κέχρηται. Οὐ γὰρ εἶπε, συνοικείτω τῷ ἀνδρὶ, ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ· ἀλλὰ τί; Γυνὴ δέδεται νόμῳ, ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς· ὥστε κἂν βιβλίον ἀποστασίου δῷ, καὶ τὴν οἰκίαν ἀφῇ, κἂν πρὸς ἄλλον ἀπέλθῃ, τῷ νόμῳ δέδεται, καὶ μοιχαλίς ἐστιν ἡ τοιαύτη. Ἐὰν τοίνυν ὁ ἀνὴρ ἐκβαλεῖν βούληται τὴν γυναῖκα, ἢ ἡ γυνὴ τὸν ἄνδρα ἀφεῖναι, ταύτης ἀναμιμνησκέσθω τῆς ῥήσεως, καὶ τὸν Παῦλον νομιζέτω παρεῖναι καὶ καταδιώκειν αὐτὴν βοῶντα καὶ λέγοντα, Γυνὴ δέδεται νόμῳ. Καθάπερ γὰρ οἱ δραπετεύοντες οἰκέται, κἂν τὴν οἰκίαν ἀφῶσι τὴν δεσποτικὴν, τὴν ἅλυσιν ἔχουσιν ἐπισυρομένην· οὕτω καὶ γυναῖκες, κἂν τοὺς ἄνδρας ἀφῶσι, τὸν νόμον ἔχουσι καταδικάζοντα ἀντὶ ἁλύσεως, κατηγοροῦντα μοιχείαν, κατηγοροῦντα τῶν λαμβανόντων, καὶ λέγοντα· περίεστιν ὁ ἀνὴρ ἔτι, καὶ μοιχεία τὸ γινόμενόν ἐστι. Γυνὴ γὰρ δέδεται νόμῳ, ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς. Καὶ πᾶς ὁ ἀπολελυμένην γαμῶν μοιχᾶται. Καὶ πότε, φησὶν, ἐξέσται αὐτῇ δευτέροις ὁμιλῆσαι γάμοις; Πότε; Ὅταν τῆς ἁλύσεως ἀπαλλαγῇ, ὅταν ὁ ἀνὴρ τελευτήσῃ. Τοῦτο γοῦν δηλῶν, οὐ προσέθηκεν, ὅτι ἐὰν τελευτήσῃ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, ἐλευθέρα ἐστὶν ᾧ θέλει γαμηθῆναι, ἀλλ', Ἐὰν κοιμηθῇ, μονονουχὶ παραμυθούμενος τὴν ἐν χηρείᾳ, καὶ πείθων μένειν ἐπὶ τῷ προτέρῳ, καὶ μὴ δεύτερον εἰσαγαγεῖν νυμφίον. Οὐκ ἐτελεύτησέ σου ὁ ἀνὴρ, ἀλλὰ καθεύδει. Τίς καθεύδοντα οὐκ ἀναμένει; Διὰ τοῦτό φησιν, Ἐὰν δὲ κοιμηθῇ, ἐλευθέρα ἐστὶν ᾧ θέλει γαμηθῆναι· οὐκ εἶπε, γαμείσθω, ἵνα μὴ δόξῃ βιάζεσθαι καὶ ἀναγκάζειν· οὔτε ἐκώλυσε βουλομένην ὁμιλεῖν δευτέρῳ γάμῳ, οὔτε μὴ θέλουσαν προετρέψατο, ἀλλὰ τὸν νόμον ἀνέγνω εἰπὼν, Ἐλευθέρα ἐστὶν ᾧ θέλει γαμηθῆναι. Ἐλευθέραν δὲ αὐτὴν μετὰ τὴν τοῦ ἀνδρὸς τελευτὴν γεγενῆσθαι λέγων, ἔδειξεν ὅτι πρὸ τούτου δούλη ἦν, ζῶντος ἐκείνου· δούλη δὲ οὖσα καὶ ὑποκειμένη τῷ νόμῳ, κἂν μυριάκις βιβλίον ἀποστασίου λάβῃ, τῷ τῆς μοιχείας ἁλίσκεται νόμῳ. Οἰκέταις μὲν γὰρ ἔξεστι δεσπότας ἀμείβειν ζῶντας· γυναικὶ δὲ οὐκ ἔξεστιν ἄνδρας ἀμείβειν, ζῶντος τοῦ ἀνδρός· ἐπεὶ τὸ πρᾶγμα μοιχεία ἐστί. Μὴ γάρ μοι τοὺς παρὰ τοῖς ἔξωθεν κειμένους νόμους ἀναγνῷς, τοὺς κελεύοντας διδόναι βιβλίον ἀποστασίου, καὶ ἀφίστασθαι. Οὐ γὰρ δὴ κατὰ τούτους σοι μέλλει κρίνειν τοὺς νόμους ὁ Θεὸς ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, ἀλλὰ καθ' οὓς αὐτὸς ἔθηκε. Καὶ οἱ τῶν ἔξωθεν δὲ νόμοι οὐχ ἁπλῶς, οὐδὲ προηγουμένως τοῦτο τεθείκασιν, ἀλλὰ

imo juxta Christi leges agere. Sane scimus, quod multis novum et inexspectatum videbitur quod dicimus : at propterea non silebo, sed primum legem vobis legam, et dein legem, quæ contraria videtur, solvere tentabo. Igitur quænam est lex illa, quam nobis Paulus posuit? *Mulier,* inquit, 204 *alligata est legi.* Oportet igitur ut minime se- A paretur, vivente viro, neque alium superinducat maritum, neque secundas nuptias adeat. Et vide quanta cum diligentia verborum usus sit proprietate. Non enim dixit, Cohabitet viro quoad vixerit; sed, *Mulier alligata est legi quanto tempore vixerit vir illius :* atque adeo etiamsi libellum repudii det, etiamsi domum relinquat, etiamsi ad alium abeat, legi adstricta adulteraque est. Quando igitur vir ejicere vult uxorem, et uxor relinquere virum, hujus memor sit dicti, et Paulum putet esse præsentem, et persequi se clamando et dicendo : *Mulier adstricta* B *est legi.* Nam quemadmodum servi fugitivi, etiamsi domum herilem relinquant, catenam secum trahunt : ita et mulieres etiamsi viros relinquant, legem habent pro catena, se persequentem et adulterii accusantem, accusantem etiam eum, qui duxerit, ac dicentem : Adhuc superest maritus, et facinus hoc adulterium est. *Mulier enim adstricta est legi, quoad vixerit maritus illius. Et omnis qui dimissam duxerit, mœchatur.* Quando igitur licebit illi secundas nuptias contrahere? Quando? Tunc ubi a catena liberata fuerit, quando vir morietur. C Hoc igitur declarans non addidit, Quod si mortuus fuerit vir illius, libera est cui voluerit nubere : sed, *Si autem dormierit vir illius,* quasi consolans viduam, et persuadens manere apud priorem, et non adjungere secundum maritum. Non mortuus est, inquit, vir tuus, sed obdormivit. Quis dormientem non præstolatur? Propterea dixit, *Si autem dormierit, libera est qui voluerit nubere.* Non dixit, Nubat, ut ne videatur vim facere et cogere : neque prohibuit volentem secundas nuptias contrahere : neque nolentem adhortatus est, sed legem legit, dicens : D *Libera est cui voluerit nubere.* Liberam autem illam post viri mortem esse factam dicens, ostendit, servam eam antea adhuc vivente marito fuisse; quæ autem serva est, ac subdita legi, etiamsi millies libellum repudii accipiat, adulterii ligabitur lege. Nam servis quidem licet mutare dominos viventes, uxori autem non licebit viros commutare, vivente suo : nam id adulterium esset. Ne mihi leges ab exteris con-

Non licet repudiatam ducere.

Matth. 5. 32.

ditas legas, præcipientes dari libellum repudii, et divelli. Neque enim juxta illas judicaturus est te Deus in die illa, sed secundum eas, quas ipse statuit. Etiam externæ leges non simpliciter, nec absolute hoc posuerunt: nam et ipsæ puniunt factum, et hinc liquet, eas peccatum valde ægre tulisse. Unde eam, quæ auctor fuerit repudii, nudam et spoliatam facultatibus ejiciunt, et eum a quo data fuerit dissolutionis occasio, etiam facultatum jactura puniunt, et sane hoc facientes, factum illud non commendabant.

Leges externæ divinæ legi cedunt.

2. Quid igitur? Et Moses, ajunt, hoc fecit: et ille propter eamdem ipsam causam. Tu vero audi Christum dicentem: *Nisi abundaverit justitia vestra plus quam scribarum et Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum.* Audi illum rursus dicentem: *Qui dimiserit uxorem suam, excepta causa adulterii, facit illam adulteram fieri: et qui dimissam in uxorem duxerit, adulter fit.* Propter hoc venit unigenitus Filius Dei, propter hoc servi formam assumsit, propter hoc sanguinem effudit pretiosum, mortem destruxit, peccatum exstinxit, largiorem Spiritus gratiam dedit, ut ad majus te sapientiæ studium induceret. Alias etiam Moses non ita simpliciter legem hanc tulit, sed cum cogeretur sese attemperare eorum quibus legem dabat, infirmitati. Nam quoniam ad cædes promti erant, et domos cognato replebant sanguine, et neque suis, neque alienis parcebant, ne intus occiderent uxores, quæ ingratæ erant, præcepit foras mittendas, quo gravius malum, nempe homicidiorum facilitas tolleretur. Sane quod homicidæ fuerint, audi prophetas dicentes: *Ædificantes Sion in sanguine, et Jerusalem* in injustitiis; et iterum: *Sanguinem sanguini miscent*; et iterum: *Manus vestræ sanguine plenæ.* Et quod non solum contra alienos, sed etiam contra suos sævierint, ita manifestans propheta dicebat: *Immolaverunt filios suos et filias suas dæmoniis.* Qui autem non parcebant liberis, utique nec uxoribus pepercissent. Ut ne itaque hoc accideret, illud permisit. Quapropter et Christus Judæis rogantibus, et dicentibus: *Quomodo igitur Moses permisit dare libellum repudii?* ostendens quod non contrariam suæ legem ferens ita scripserit, dixit: *Moses juxta duritiam cordis vestri loquutus est, ab initio autem non erat sic; sed qui fecit ab initio, masculum et feminam fecit illos.* Si hoc bonum fuisset, inquit, non unum virum et unam mulierem fecisset, sed uno Adam condito duas fecisset

Matth. 5. 20. — Matth. 5. 32. — Mich. 3. 10 — Osee. 4. 2. — Isai. 1. 15. — Psal. 105. 37. — Matth. 19. 7. — Ib. v. 8. — Ib. v. 4.

καὶ αὐτοὶ κολάζουσι τὸ πρᾶγμα· ὥστε καὶ αὐτόθεν δείκνυται, ὅτι ἀηδῶς πρὸς ταύτην ἔχουσι τὴν ἁμαρτίαν. Τὴν γοῦν αἰτίαν τοῦ ἀποστασίου γινομένην γυ- E μνὴν καὶ ἔρημον χρημάτων ἐκβάλλουσι, καὶ ὅθεν ἂν γένηται τῆς διαλύσεως ἡ πρόφασις, καὶ τῇ ζημίᾳ τῆς οὐσίας τοῦτον κολάζουσιν· οὐκ ἂν οὖν τοῦτο ποιήσαντες ἐπῄνουν τὸ γινόμενον.

Τί οὖν καὶ Μωϋσῆς; Τοῦτο ἔπραττε κἀκεῖνος διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. Σὺ δὲ ἄκουε τοῦ Χριστοῦ λέγοντος, ὅτι Ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν πλέον τῶν γραμματέων καὶ Φαρισαίων, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Ἄκουε αὐτοῦ πάλιν λέγοντος, Ὁ ἀπολύων τὴν γυναῖκα αὐτοῦ παρεκτὸς λόγου πορνείας, ποιεῖ αὐτὴν μοι- 205 χευθῆναι, καὶ ὁ ἀπολελυμένην γαμῶν μοιχᾶται. A Διὰ τοῦτο ἦλθεν ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, διὰ τοῦτο δούλου μορφὴν ἔλαβε, διὰ τοῦτο τὸ αἷμα ἐξέχεε τὸ τίμιον, τὸν θάνατον κατέλυσε, τὴν ἁμαρτίαν ἔσβεσε, δαψιλεστέραν τὴν τοῦ Πνεύματος ἔδωκε χάριν, ἵνα πρὸς μείζονά σε ἀγάγῃ φιλοσοφίαν. Ἄλλως δὲ, οὐδὲ ὁ Μωϋσῆς προηγουμένως τοῦτο ἐνομοθέτησεν, ἀλλ' ἀναγκαζόμενος συγκαταβῆναι τῇ τῶν νομοθετουμένων ἀσθενείᾳ. Ἐπειδὴ γὰρ πρὸς φόνους ἦσαν ἕτοιμοι, καὶ συγγενικῶν αἱμάτων τὰς οἰκίας ἐπλήρουν, καὶ οὔτε τῶν οἰκείων, οὔτε τῶν ἀλλοτρίων ἐφείδοντο· ἵνα μὴ κατασφάττωσι τὰς γυναῖκας ἔνδον, ἃς ἂν ἀηδῶς ἔχωσιν, ἐκέλευσεν ἐκβαλεῖν, μεῖζον ἀναι- B ρῶν κακὸν τὴν περὶ τὰς σφαγὰς εὐκολίαν. Ὅτι γὰρ μιαιφόνοι τινὲς ἦσαν, ἄκουε αὐτῶν τῶν προφητῶν λεγόντων· Οἰκοδομοῦντες Σιὼν ἐν αἵματι, καὶ Ἱερουσαλὴμ ἐν ἀδικίαις· καὶ πάλιν, Αἵματα ἐφ' αἵμασι μίσγουσι· καὶ πάλιν, Αἱ χεῖρες ὑμῶν αἵματος πλήρεις. Ὅτι δὲ οὐ κατὰ τῶν ἀλλοτρίων μόνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ τῶν οἰκείων ἐμαίνοντο, καὶ τοῦτο δηλῶν ὁ προφήτης ἔλεγε· Καὶ ἔθυσαν τοὺς υἱοὺς αὐτῶν καὶ τὰς θυγατέρας αὐτῶν τοῖς δαιμονίοις. Οἱ δὲ παίδων αὐτῶν μὴ φεισάμενοι, οὐκ ἂν ἐφείσαντο γυναικῶν. Ἵν' οὖν μὴ τοῦτο γένηται, τοῦτο ἐπέτρεψε. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς τοῖς Ἰουδαίοις ἐρωτῶσι καὶ C λέγουσι, Πῶς Μωϋσῆς ἐπέτρεψε δοῦναι βιβλίον ἀποστασίου; δεικνὺς ὅτι οὐκ ἀντινομοθετῶν αὐτῷ ταῦτα ἔγραφεν, οὕτω πώς φησι· Μωϋσῆς πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν εἶπεν, ἀπ' ἀρχῆς δὲ οὐ γέγονεν οὕτως· ἀλλ' ὁ ποιήσας ἐξ ἀρχῆς ἄρρεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς. Εἰ καλὸν τοῦτο ἦν, φησὶν, οὐκ ἂν ἕνα ἄνδρα ἐποίησε καὶ μίαν γυναῖκα, ἀλλὰ ἕνα ποιήσας τὸν Ἀδὰμ, δύο ἂν ἐποίησε τὰς γυναῖκας, εἴ γε ἐβούλετο τὴν μὲν ἐκβαλεῖν, τὴν δὲ εἰσαγαγεῖν· νῦν δὲ

διὰ τοῦ τρόπου τῆς δημιουργίας τὸν νόμον εἰσήγαγεν, ὃν ἐγὼ γράφω νῦν. Ποῖον δὴ τοῦτον; Τὸ τὴν κληρωθεῖσαν ἐξ ἀρχῆς γυναῖκα, ταύτην ἔχειν διαπαν- D τός· οὗτος ἐκείνου παλαιότερος ὁ νόμος, καὶ τοσοῦτον, ὅσον ὁ Ἀδὰμ τοῦ Μωϋσέως. Ὥστε οὐ καινοτομῶ νῦν ἐγὼ, οὐδὲ ξένα ἐπεισφέρω δόγματα, ἀλλὰ τοῦ Μωϋσέως πρεσβύτερα καὶ ἀρχαιότερα. Ἄξιον δὲ καὶ αὐτὸν τὸν νόμον ἀκοῦσαι Μωϋσέως, ὃν περὶ τούτου ἔθηκεν. Ἐάν τις γυναῖκα λάβῃ, φησὶ, καὶ συνοικήσῃ αὐτῇ, καὶ ἔσται, ἐὰν μὴ εὕρῃ χάριν ἐναντίον αὐτοῦ, ὅτι εὗρεν ἐν αὐτῇ ἀσχημοσύνης πρᾶγμα, γράψει αὐτῇ βιβλίον ἀποστασίου, καὶ δώσει αὐτῇ εἰς τὰς χεῖρας αὐτῆς. Ὅρα· οὐκ εἶπε, γραψάτω, καὶ δότω· ἀλλὰ τί; Γράψει αὐτῇ βιβλίον ἀποστασίου, καὶ δώσει αὐτῇ εἰς τὰς χεῖρας αὐτῆς. Πολὺ δὲ τούτου κἀκείνου τὸ μέσον· τὸ μὲν E γὰρ εἰπεῖν, γραψάτω, καὶ δότω, κελεύοντος καὶ ἐπιτάττοντος· τὸ δὲ εἰπεῖν, Γράψει βιβλίον ἀποστασίου, καὶ δώσει εἰς τὰς χεῖρας αὐτῆς, τὸ γεγενημένον ἀπαγγέλλοντος, οὐκ οἴκοθεν τὸν νόμον εἰσάγοντος. Ἐὰν οὖν τις, φησὶν, ἐκβάλῃ τὴν γυναῖκα, καὶ ἀποστείλῃ αὐτὴν ἐκ τῆς οἰκίας αὐτοῦ, καὶ ἀπελθοῦσα γένηται ἀνδρὶ ἑτέρῳ, καὶ μισήσῃ αὐτὴν καὶ ὁ ἀνὴρ ὁ ἔσχατος, καὶ γράψῃ αὐτῇ βιβλίον ἀποστασίου, καὶ δώσῃ εἰς τὰς χεῖρας αὐτῆς, καὶ ἐξαποστείλῃ αὐτὴν ἐκ τῆς οἰκίας αὐτοῦ, ἢ ἀποθάνῃ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, ὃς 296 ἔλαβεν αὐτὴν ἑαυτῷ γυναῖκα, οὐ δυνήσεται ὁ ἀνὴρ A ὁ πρότερος ἐξαποστείλας αὐτὴν ἐπαναστρέψαι καὶ λαβεῖν αὐτὴν ἑαυτῷ γυναῖκα. Εἶτα ἐνδεικνύμενος, ὅτι οὐκ ἐπαινεῖ τὸ γεγενημένον, οὐδὲ γάμον εἶναι νομίζει, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀσθένειαν αὐτῶν συγκαταβαίνει, εἰπὼν, Οὐ δυνήσεται ὁ ἀνὴρ ὁ πρότερος λαβεῖν αὐτὴν ἑαυτῷ γυναῖκα, ἐπήγαγε, Μετὰ τὸ μιανθῆναι αὐτὴν, ἐμφαίνων διὰ τοῦ τρόπου τῆς λέξεως, ὅτι ὁ δεύτερος γάμος, ζῶντος τοῦ προτέρου ἀνδρὸς γενόμενος, μίασμα μᾶλλόν ἐστιν, ἢ γάμος. Διὰ τοῦτο οὐκ εἶπε, μετὰ τὸ γαμηθῆναι αὐτήν. Ὁρᾷς ὅτι συνῳδὰ τῷ Χριστῷ φθέγγεται; Εἶτα καὶ τὴν αἰτίαν προσέθηκεν, Ὅτι βδέλυγμά ἐστιν ἐναντίον τοῦ Θεοῦ. B Καὶ Μωϋσῆς μὲν οὕτως· ὁ δὲ προφήτης Μαλαχίας σαφέστερον πολλῷ τοῦ Μωϋσέως αὐτὸ τοῦτο ἐνδείκνυται, μᾶλλον δὲ οὐ Μαλαχίας, ἀλλ' ὁ Θεὸς διὰ τοῦ Μαλαχίου, λέγων οὕτως· Εἰ ἄξιον ἐπιβλέψαι εἰς θυσίαν [a] ὑμῶν; ἢ λαβεῖν δεκτὸν ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν; εἶτα εἰπόντος, Τίνος ἕνεκεν, φησὶ, γυναῖκα ἐκ νεότητός σου ἐγκατέλιπες; καὶ δεικνὺς ἡλίκον ἐστὶ κακὸν, καὶ ἀποστερῶν πάσης συγγνώμης τὸν τοῦτο ποιήσαντα, διὰ τῶν ἑξῆς τὴν κατηγορίαν αὔξει, ἐπάγων οὕτω καὶ λέγων· Καὶ αὕτη κοινωνός σου, καὶ γυνὴ διαθήκης σου, καὶ ἐγκατάλειμμα πνεύμα- C

mulieres, si quidem voluisset unam quidem ejici, alteram vero induci; nunc vero ipso formationis modo legem induxit, quam ego nunc scribo. Et quænam est illa? Hæc utique: Eam sibi quisque uxorem servet semper, quam initio sortitus est. Hæc lex antiquior, quam illa de libello repudii, et tanto, quanto Adam ipso Mose. Et idcirco nunc nihil novum sector, neque peregrina affero decreta, sed Mose antiquiora et priora. Operæ autem pretium fuerit et Mosis legem illam, quam de hac re posuit, audire: *Si quis, inquit, acceperit uxorem, et habitaverit cum illa; et erit, si non invenerit gratiam coram illo, quia invenit in illa turpitudinis rem, scribet illi libellum repudii, et dabit in manus ejus.* Vide, non dixit, Scribito et dato, sed quid? *Scribet illi libellum repudii, et dabit in manus ejus.* Magnum autem inter hoc et illud discrimen: nam dicere, Scribat libellum repudii, et det in manus ejus, jubentis ac imperantis est; dicere autem, *Scribet libellum repudii, et dabit in manus ejus,* annuntiantis factum, et non propriam legem introducentis est. Igitur, *Si quis,* ait, *ejiciat uxorem, et dimittat illam ex domo sua: et cum abierit, si fuerit alteri viro, et odio illam habuerit etiam vir posterior, et scripserit illi libellum repudii, et dederit in manus ejus, et emittat illam ex domo sua: si mortuus fuerit illius vir, qui accepit sibi illam uxorem, non poterit vir prior, qui dimiserat illam, reducere, et accipere eam sibi in uxorem.* Deinde monstrans, se non laudare factum, neque conjugium esse putare, sed infirmitati eorum sese attemperare, postquam dixit: *Non poterit vir prior accipere illam sibi in uxorem,* addidit, *Postquam polluta est:* declarans per hujus verbi modum, quod secundæ nuptiæ, vivente priore viro, pollutio magis sint quam conjugium: propter hoc non dixit, Postquam illam in uxorem duxerit. Vides quam consona cum Christo loquatur? Deinde et causam apposuit, *Quod abominatio sit coram Deo.* Et Moses quidem sic: propheta autem Malachias multo manifestius, quam Moses, hoc demonstrat; imo potius non Malachias, sed Deus per Malachiam his verbis, *Numquid dignum respicere ad sacrificium vestrum? vel recipere acceptabile de manibus vestris?* et cum hæc di-

Inseparabile matrimonium ab initio.

Deut. 24. 1.

Ib. v. 2 — 4.

Ib. v. 4.

Ib.

Malach. 2. 13.

[a] Duo Mss. ὑμῶν, εἰ λαβεῖν δεκτὸν ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν, καὶ εἰπόντος, ἕνεκεν τίνος... ἐγκαταλίπῃς· εἶτα δεικνύς. [Savil. in marg. conj. εἰπών.]

Malach. 2. 14. xisset, *Quare dereliquisti*, ait, *uxorem adolescentiæ tuæ?* postea ut ostendat quantum sit malum, et quam indignus sit omni venia is qui hoc fecit, in sequentibus accusationem auget, sic
Ibid. dicens: *Et ista socia tua, et uxor pacti tui, et reliquiæ spiritus tui, et non alius fecit.* Vide quanta apponit jura; primum ætatem, dicens: *Uxor adolescentiæ tuæ;* deinde societatem vitæ, dicens: *Et ista socia tua;* postea modum formationis, dicens: *Reliquiæ spiritus tui.* *[Non enim de terra formata est sicut Adam, sed deformati e terra latere, et hoc est quod dicit ἐγκατάλειμμα, *Et reliquiæ spiritus tui.*]

3. Ad hæc omnia, quod omnibus illis majus fuerit, accedit Conditoris dignitas. Hoc enim significat illud, *Non alius fecit.* Non potes, inquit, dicere, quod te quidem Deus fecit, illam vero non Deus, sed alius quidam illo inferior; sed unus et idem utrosque ut essent produxit: et ita quamvis nihil aliud, hoc saltem reveritus, caritatem erga illam custodi. Nam si sæpe hoc servis litigantibus mutuæ dilectionis causa fuit, quia ambo uni et eidem domino serviunt: multo magis nobis hoc fieri convenit, quando eumdem et conditorem, et opificem utrique habemus. Vidisti quomodo etiam in Veteri initia et proœmia fere acceperint novæ philosophiæ præcepta? Nam ubi multo tempore in lege versati essent, et ad perfectiora mandata transire deberent, jamque properaret ad finem ipsorum politia, opportuno tempore ad ejusmodi sapientiam illos propheta inducit. Pareamus igitur huic bonæ legi, et nos ab omni confusione liberemus, neque nostras ejiciamus, neque ab aliis ejectas recipiamus. Nam qua facie virum uxoris aspicies? quibus oculis amicos illius et famulos? Nam si is qui mortui conjugis, cujus uxorem accepit, imaginem propositam viderit, afficitur aliquo modo, et graviter fert, ac si viventem maritum videat ejus quæ sibi cohabitat, qualem vitam aget? quo pacto ingredietur domum? quo animo, quibus oculis videbit illius uxorem suam? imo neque illius, neque suam juste quis talem appellet:
Adultera nullius est uxor. adultera enim nullius est uxor. Fefellit pacta quæ cum illo habuit, et ad te cum honestis legibus non venit. Quantæ igitur dementiæ fuerit, rem tot malis plenam in domum inducere? Num est feminarum penuria? Quare, cum multæ sint, quas licet pura conscientia et permittentibus

τός σου, καὶ οὐκ ἄλλος ἐποίησεν. Ὅρα πόσα τίθησι δικαιώματα· πρῶτον τὸ τῆς ἡλικίας, Γυνὴ νεότητός σου· εἶτα τὸ ἀναγκαῖον, Καὶ αὕτη κοινωνός σου· εἶτα τὸν τῆς δημιουργίας τρόπον, Ἐγκατάλειμμα πνεύματός σου.

Πρὸς τούτοις ἅπασιν, ὃ πάντων τούτων μεῖζον ἦν, τὸ τοῦ ποιήσαντος ἀξίωμα. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, Οὐκ ἄλλος ἐποίησεν. Οὐκ ἔχεις, φησὶν, εἰπεῖν, ὅτι σὲ μὲν ὁ Θεὸς ἐποίησεν, ἐκείνην δὲ οὐχ ὁ Θεὸς,
D ἀλλ' ἄλλος τις ἐκείνου καταδεέστερος· ἀλλ' εἷς καὶ ὁ αὐτὸς ἀμφοτέρους εἰς τὸ εἶναι παραγαγών· ὥστε εἰ καὶ μηδὲν ἕτερον, τοῦτο γοῦν αἰδεσθεὶς, φύλαττε τὴν πρὸς αὐτὴν ἀγάπην. Εἰ γὰρ [b] δούλοις πολλάκις τοῖς πρὸς ἀλλήλους στασιάζουσιν ὑπόθεσις τοῦτο γεγένηται, τὸ δεῖν λέγω τοὺς ἀμφοτέρους ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ δουλεῦσαι δεσπότῃ, πολλῷ μᾶλλον ἐφ' ἡμῶν τοῦτο γίνεσθαι χρὴ, ὅταν καὶ δημιουργὸν καὶ δεσπότην τὸν αὐτὸν ἔχωμεν οἱ ἀμφότεροι. Εἶδες πῶς καὶ ἐν τῇ Παλαιᾷ ἀρχὰς καὶ προοίμια λοιπὸν ἐλάμβανε τῆς καινῆς φιλοσοφίας τὰ προστάγματα; Ἐπειδὴ γὰρ
E πολὺν ἐνετράφησαν τῷ νόμῳ χρόνον, καὶ πρὸς τὰ τελειότερα παραγγέλματα ὁδεύειν ὤφειλον, καὶ πρὸς τὸ τέλος λοιπὸν ἀπήντα αὐτοῖς τὰ τῆς πολιτείας, μετὰ τοῦ προσήκοντος καιροῦ λοιπὸν ἐπὶ ταύτην ἄγει τὴν φιλοσοφίαν αὐτοὺς ὁ προφήτης. Πειθώμεθα τοίνυν τῷ καλῷ τούτῳ νόμῳ, καὶ πάσης αἰσχύνης ἑαυτοὺς ἀπαλλάξωμεν καὶ μήτε τὰς ἑαυτῶν ἐκβάλωμεν, μήτε τὰς ὑπὸ ἑτέρων ἐκβληθείσας δεχώμεθα. Ποίῳ γὰρ ὄψει προσώπῳ τὸν ἄνδρα τῆς γυναικός;
207 A ποίοις ὀφθαλμοῖς τοὺς φίλους τοὺς ἐκείνου, τοὺς οἰκέτας; Εἰ γὰρ τελευτήσαντος τοῦ συνοικοῦντος, τὴν γυναῖκά τις τὴν ἐκείνου λαβὼν, εἶτα τὴν εἰκόνα μόνην ἀνακειμένην ἰδὼν, ἔπαθέ τι καὶ ἐδυσχέρανεν, ὡς ζῶντα τὸν ἄνδρα ὁρῶν τῆς αὐτῷ συνοικούσης, ποῖον βιώσεται βίον; πῶς οἴκαδε εἰσελεύσεται; μετὰ ποίας γνώμης, μετὰ ποίων ὀφθαλμῶν ὄψεται τὴν ἐκείνου γυναῖκα τὴν αὐτοῦ; μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἐκείνου, οὔτε αὐτοῦ δικαίως ἄν τις τὴν τοιαύτην προσείποι· ἡ γὰρ μοιχαλὶς οὐδενός ἐστι γυνή. Καὶ γὰρ τὰς πρὸς ἐκεῖνον συνθήκας ἐπάτησε, καὶ πρὸς σὲ μετὰ τῶν προσηκόντων νόμων οὐκ ἦλθε. Πόσης οὐκ ἂν εἴη παρα-

* Hæc quæ uncinis clauduntur in Græco non exstant, nec in Mss., sed Interpres anonymus in exemplari suo legerat.

[b] Duo Mss. δούλους... στασιάζοντας.

νοίας, πρᾶγμα τοσούτων γέμον κακῶν εἰς τὴν οἰκίαν εἰσαγαγεῖν; Μὴ γὰρ σπάνις ἐστὶ γυναικῶν; Τίνος ἕνεκεν, πολλῶν οὐσῶν, ἃς μετὰ τῶν προσηκόντων νόμων καὶ μετὰ καθαροῦ συνειδότος λαμβάνειν ἔξεστιν, ἐπὶ τὰς κεκωλυμένας τρέχομεν, τὰς οἰκίας ἀνατρέποντες, καὶ πολέμους ἐμφυλίους εἰσάγοντες, καὶ πανταχόθεν ἔχθραν ἑαυτοῖς παρασκευάζοντες, μυρίων κατηγόρων ἀνοίγοντες στόματα, καὶ τὴν ζωὴν τὴν ἑαυτῶν καταισχύνοντες, καὶ, τὸ πάντων χαλεπώτατον, ἀπαραίτητον ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως συνάγοντες ἑαυτοῖς κόλασιν; Τί γὰρ ἐροῦμεν τότε τῷ μέλλοντι κρίνειν ἡμᾶς, ὅταν τὸν νόμον παρενεγκὼν εἰς μέσον καὶ ἀναγνοὺς εἴποι· ἐκέλευσα ἀπολελυμένην γυναῖκα μὴ λαμβάνειν, εἰπὼν ὅτι μοιχεία τὸ πρᾶγμά ἐστι; Πῶς οὖν ἐτόλμησας ἐπὶ κεκωλυμένον γάμον ἐλθεῖν; Τί ἐροῦμεν, καὶ τί ἀποκρινούμεθα; Οὐ γὰρ δεῖ τοὺς παρὰ τῶν ἔξωθεν κειμένους νόμους ἐκεῖ προβαλέσθαι, ἀλλ' ἀνάγκη σιγῶντας καὶ δεδεμένους εἰς τὸ τῆς γεέννης ἀπάγεσθαι πῦρ μετὰ τῶν μοιχῶν καὶ τῶν τοὺς ἀλλοτρίους ἀδικησάντων γάμους· ὅ τε γὰρ ἀπολύσας χωρὶς αἰτίας, τῆς ἐπὶ πορνείᾳ, ὅ τε ἐκβεβλημένην γαμῶν, τοῦ ἀνδρὸς ζῶντος, ὁμοίως μετὰ τῆς ἐκβληθείσης κολάζονται. Διὸ παρακαλῶ, καὶ δέομαι καὶ ἀντιβολῶ, μήτε ἄνδρας ἐκβάλλειν γυναῖκας, μήτε γυναῖκας ἄνδρας ἀφιέναι, ἀλλ' ἀκούειν τοῦ Παύλου λέγοντος· Γυνὴ δέδεται νόμῳ, ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς· ἐὰν δὲ κοιμηθῇ ὁ ἀνὴρ, ἐλευθέρα ἐστὶν ᾧ θέλει γαμηθῆναι, μόνον ἐν Κυρίῳ. Ποίαν γὰρ ἔχοιεν συγγνώμην οἱ, τοῦ Παύλου καὶ δεύτερον ἐπιτρέποντος γάμον μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ συνοικοῦντος, καὶ τοσαύτην παρέχοντος ἄδειαν, πρὸ τῆς τελευτῆς τολμῶντες τοῦτο ποιεῖν; τίνος ἂν τύχοιεν ἀπολογίας, ἢ οὗτοι οἱ ζώντων τῶν ἀνδρῶν τὰς γυναῖκας λαμβάνοντες, ἢ ἐκεῖνοι οἱ πρὸς τὰς πανδήμους ἀπερχόμενοι πόρνας; Καὶ γὰρ καὶ ἐκεῖνο μοιχείας ἕτερον εἶδος, τὸν γυναῖκα ἔχοντα ἔνδον, πόρναις γυναιξὶν ὁμιλεῖν. Ὥσπερ γὰρ ἡ τὸν ἄνδρα ἔχουσα γυνὴ, κἂν οἰκέτῃ, κἂν ἐλευθέρῳ τινὶ γυναῖκα μὴ ἔχοντι ἑαυτὴν ἐκδῷ, τοῖς τῆς μοιχείας ἁλίσκεται νόμοις· οὕτω καὶ ὁ ἀνὴρ, κἂν εἰς πάνδημον πόρνην, κἂν εἰς ἑτέραν γυναῖκα ἄνδρα οὐκ ἔχουσαν ἁμάρτοι, γυναῖκα ἔχων, μοιχείας τὸ πρᾶγμα νενόμισται. Φεύγωμεν τοίνυν καὶ τοῦτον τὸν τρόπον τῆς μοιχείας. Τί γὰρ ἕξομεν εἰπεῖν, τί δὲ προβαλέσθαι τοιαῦτα τολμῶντες; ποίαν εὐπρόσωπον παρεξόμεθα πρόφασιν; Τὴν τῆς φύσεως ἐπιθυμίαν; Ἀλλ' ἐφέστηκεν ἡ κληρωθεῖσα γυνὴ, τῆς ἀπολογίας ἡμᾶς ταύτης ἀποστεροῦσα. Διὰ τοῦτο γάμος εἰσενήνεκται, ἵνα μὴ πορνεύσῃς· μᾶλλον δὲ οὐχ ἡ γυνὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἕτεροι πολλοὶ τῆς αὐτῆς ἡμῖν μετασχόντες φύσεως ταύτης ἡμᾶς ἀποστεροῦσι τῆς συγγνώμης. Ὅταν γὰρ ὁ σύνδουλός σου, τὸ αὐτὸ

stus dilexit Ecclesiam; deinde rursus idem agit humanis rationibus: *Sic debent viri suas* Ephes. 5. 28. *uxores diligere, ut sua ipsorum corpora;* deinde rursum ad Christum revertitur: *Quoniam* Ib. v. 30. *membra sumus ex corpore ejus, et ex carne ejus, et ex ejus ossibus;* ac rursum ad humanas rationes redit. *Propterea relinquet homo* Ib. v. 31. *patrem suum et matrem, et adhærebit uxori suæ;* lectaque hac lege: *Mysterium,* inquit, Ib. v. 32. *hoc magnum est.* Quomodo magnum est, dic mihi? Quod virgo asservata omni tempore, sponsum numquam ante visum mox a prima die sic desiderat, et amat tamquam corpus proprium: rursum vir quam numquam vidit, numquam alloquutus est, mox a prima die præfert cæteris omnibus, et amicis et familiaribus, denique ipsis parentibus. Parentes item, si per aliam causam auferatur eis pecunia, dolenter ferunt, et in jus trahunt eum qui abstulit: homini autem sæpe numquam ante viso et ignoto etiam dotem una cum filia luculentam in manus dant. Idque libenter faciunt, neque se damno affici existimant; sed videntes abduci filiam non meminerunt consuetudinis, non dolent, non anguntur, sed gratias agunt insuper et rem optabilem putant filiam e domo cum multa abduci pecunia. Hæc igitur omnia Paulus considerans, quod parentibus relictis ambo sibi mutuis jungantur nexibus, novumque consortium majorem antiqua consuetudine vim accipiat: animadvertensque non esse hoc humanum negotium, sed divinitus amores tales inseri, ut nuptæ pari et tradentium et accipientium cum lætitia elocentur atque assumantur, *Mysterium,* inquit, *hoc magnum est.* Et sicut recens natus infantulus adspectu statim parentes agnoscit, priusquam sciat voces edere: ita sane et sponsus ac sponsa, nemine sequestro, nemine hortatore, primo statim adspectu conciliantur invicem. Id cum in Christo etiam animadvertisset, et præsertim in Ecclesia, non sine stupore quodam admiratus est. Quomodo igitur in Christo et Ecclesia idem contigit? Sicut sponsus relicto patre ad sponsam properat, ita et Christus relicto paterno solio, venit ad sponsam: non nos evocavit ad supera, sed ipse ultro ad nos advenit. Cum autem adventum audis, non migrationem, sed attemperationem intellige: nam etiam cum nobiscum esset, cum Patre erat. Quapropter inquit: *Mysterium hoc est magnum.* Magnum sane etiam apud homines; sed cum video in Christum quoque et Ecclesiam idem competere, tum certe miraculo rei

Parentibus præferenda uxor.

reddor attonitus. Quamobrem cum dixisset, *Mysterium hoc magnum est,* subjecit mox: *Ego autem dico in Christo et in Ecclesia.* (Ephes. 5. 32.) Itaque cum scias quantum sit in conjugio mysterium, et quanti figura negotii, non temere de hoc delibera, neque ducturus sponsam, pecuniarum accessionem respice. Non enim negotiatio, sed vitæ societas conjugium existimandum est.

εἰς τὸν Χριστὸν καὶ εἰς τὴν Ἐκκλησίαν αὐτὸ συμβαῖνον, τότε ἐκπλήττομαι, τότε θαυμάζω. Διὰ τοῦτο εἰπὼν, Τὸ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστὶν, ἐπήγαγεν· Ἐγὼ δὲ λέγω, εἰς τὸν Χριστὸν, καὶ εἰς τὴν Ἐκκλησίαν. Εἰδὼς τοίνυν ἡλίκον μυστήριόν ἐστιν ὁ γάμος, καὶ ἡλίκου πράγματος τύπος, μὴ ἁπλῶς, μηδὲ ὡς ἔτυχε περὶ τούτου βουλεύου, μηδὲ χρημάτων εὐπορίαν ζήτει μέλλων ἄγεσθαι νύμφην. Οὐ γὰρ καπηλείαν, ἀλλὰ βίου κοινωνίαν εἶναι τὸν γάμον δεῖ νομίζειν.

4. Multos enim audivi dicentes, Ille opulentior post nuptias factus est, cum fuisset pauper antea; nunc ducta uxore divite et ipse agit in deliciis. Quid ais, bone vir? ex uxore lucrari cupis, et non erubescis? non præ pudore sub terram te abdis talium lucrorum appetens? hæccine sunt verba viri? Mulieris unum est officium, ut parta custodiat, ut conservet reditus, et curet rem domesticam: nam idcirco eam Deus dedit, ut hac (Mulier creata ut auxilietur viro.) in re et in cæteris nobis sit auxilio. Quoniam enim vita hæc nostra e duobus constat, e rebus privatis et publicis, suam utrique partem Deus attribuit, femineo quidem generi curam rei domesticæ, viris autem negotia publica, forensia, judicia senatoria, militaria, cætera denique omnia. Non potest mulier hastam torquere aut jaculari spiculum; sed colum potest sumere, et telam texere, et cætera negotia domestica obire egregie. Non potest in senatu sententiam dicere; sed potest de re familiari ferre sententiam, et sæpe melius quam maritus prospexit rebus domesticis. Non potest administrare publica; sed pulchre potest educare liberos, quæ quidem præcipua est possessio: potest ancillarum malefacta deprehendere, et in officio continere familiam, alias securitates exhibere marito illumque liberare sollicitudine, dum ipsa domi curat penum, lanificium, culinam, decorem vestium, cæteraque neque decora maribus, neque facilia, si sibi illa usurpare voluerint. Est enim et hoc divinæ providentiæ, quod is qui in majoribus negotiis est utilis, in minoribus reperitur deterior, ut necessaria sit mulierum opera. Si enim in utrisque vir præcelleret, facile contemneretur genus femineum: contra si in præstantioribus major esset usus mulierum, plenæ essent insolentia. Quamobrem non commisit uni utraque, ne alterius generis deterior fieret conditio ut supervacanei: nec tamen ex æquo distribuit officia, ne inter æquatos honore oriretur de principatu contentio, uxoribus non dignantibus viris prærogativa cedere: sed quo et concordiæ et decoro prospice-

217 A Καὶ γὰρ πολλῶν ἤκουσα λεγόντων, ὁ δεῖνα εὐπορώτερος γέγονεν ἀπὸ τοῦ γάμου, πένης ὤν· ἐπειδὴ γυναῖκα εὔπορον ἔλαβε, πλουτεῖ καὶ τρυφᾷ νῦν. Τί λέγεις, ἄνθρωπε; ἀπὸ γυναικὸς κερδαίνειν ἐπιθυμεῖς, καὶ οὐκ αἰσχύνῃ, οὐδὲ ἐρυθριᾷς; οὐδὲ εἰς τὴν γῆν καταδύῃ τοιούτους κερδῶν ἐπιζητῶν τρόπους; καὶ ποῦ ταῦτα ἀνδρὸς τὰ ῥήματα; Γυναικὸς ἕν ἐστι μόνον, τὰ συλλεγόμενα διαφυλάττειν, τὰς προσόδους διατηρεῖν, τῆς οἰκίας ἐπιμελεῖσθαι· καὶ γὰρ διὰ τοῦτο αὐτὴν ἔδωκεν ὁ Θεὸς, ἵνα ἐν τούτοις ἡμῖν βοηθῇ μετὰ τῶν ἄλλων ἁπάντων. Ἐπειδὴ γὰρ τὸν βίον τὸν ἡμέτερον δύο ταῦτα συγκροτεῖν εἴωθε, τὰ πολιτικὰ καὶ ἰδιωτικὰ πράγματα, διελὼν ἀμφότερα ταῦτα ὁ Θεὸς, ταύτῃ μὲν τὴν τῆς οἰκίας προστασίαν ἀπένειμε, B τοῖς δὲ ἀνδράσι τὰ τῆς πόλεως ἅπαντα πράγματα, τά τε ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς, δικαστήρια, βουλευτήρια, στρατηγίας, τὰ ἄλλα πάντα. Οὐ δύναται ἀκοντίσαι δόρυ, οὐδὲ ἀφεῖναι βέλος ἡ γυνή· ἀλλ' ἠλακάτην δύναται λαβεῖν, καὶ ἱστὸν ὑφᾶναι, καὶ τὰ ἄλλα πάντα τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν διαθεῖναι καλῶς. Οὐ δύναται γνώμην εἰσηγήσασθαι ἐν βουλευτηρίῳ· ἀλλὰ δύναται γνώμην εἰσηγήσασθαι ἐν οἰκίᾳ, καὶ πολλάκις ἅπερ συνεῖδεν ὁ ἀνὴρ τῶν κατὰ τὴν οἰκίαν, βέλτιον αὕτη συνεῖδεν. Οὐ δύναται τὰ δημόσια διαθεῖναι καλῶς· ἀλλὰ δύναται παιδία διαθρέψαι καλῶς, τὸ κεφάλαιον τῶν κτη- C μάτων· δύναται θεραπαινίδων κακουργίας συνιδεῖν, καὶ σωφροσύνης ἐπιμεληθῆναι τῶν διακονουμένων, τὴν ἄλλην ἅπασαν τῷ συνοικοῦντι παρέχειν ἄδειαν, καὶ πάσης αὐτὸν τοιαύτης ἀπαλλάξαι φροντίδος ἐν οἴκοις, ταμιείων, ἐριουργίας, ἀρίστου παρασκευῆς, ἱματίων εὐσχημοσύνης, τῶν ἄλλων ἁπάντων ἐπιμελουμένη, ἅπερ ἀνδρὶ οὔτε εὐπρεπὲς, οὔτε εὔκολον μεταχειρίσασθαί ποτε, κἂν μυρία φιλονεικῇ. Καὶ γὰρ καὶ τοῦτο τῆς τοῦ Θεοῦ φιλοτιμίας καὶ σοφίας ἔργον, τὸν ἐν τοῖς μείζοσι χρήσιμον, ἐν τοῖς ἐλάττοσι καταδεέστερον καὶ ἄχρηστον εἶναι, ἵνα ἀναγκαία γένηται D τῆς γυναικὸς ἡ χρεία. Εἰ γὰρ ἐν ἀμφοτέροις ἐποίησε τὸν ἄνδρα ἐπιτήδειον εἶναι, εὐκαταφρόνητον ἂν τὸ τῶν γυναικῶν ἐγένετο γένος· πάλιν, εἰ τὸ μεῖζον καὶ χρησιμώτερον ἐπέτρεψε τῇ γυναικὶ, πολλῆς ἂν ἐνέπλησε τὰς γυναῖκας τῆς ἀπονοίας. Διὰ τοῦτο οὔτε ἀμφότερα ἑνὶ ἔδωκεν, ἵνα μὴ τὸ ἕτερον ἐλαττωθῇ

γένος, καὶ περιττὸν εἶναι δοκῇ· οὔτε ἐξίσης ἀμφότερα ἑκατέρῳ διένειμεν, ἵνα μὴ πάλιν ἐκ τῆς ἰσοτιμίας μάχη τις γένηται καὶ φιλονεικία, τῆς αὐτῆς προεδρίας τοῖς ἀνδράσι φιλονεικουσῶν ἀξιοῦσθαι τῶν γυναικῶν· ἀλλ' ὁμοῦ καὶ τῆς εἰρήνης προνοῶν, καὶ τὴν πρέπουσαν ἑκάστῳ τάξιν διατηρῶν, εἰς δύο ταῦτα διελὼν ἡμῶν τὴν ζωὴν, τὸ μὲν ἀναγκαιότερον καὶ χρησιμώτερον τῷ ἀνδρὶ, τὰ δὲ ἔλαττον καὶ καταδεέστερον δέδωκε τῇ γυναικί· ἵν' ὁ μὲν διὰ τὸ ἀναγκαῖον τῆς χρείας περισπούδαστος ἡμῖν ᾖ, ἡ δὲ διὰ τὸ καταδεέστερον τῆς διακονίας μὴ κατεξανιστᾶται τοῦ συνοικοῦντος. Ταῦτ' οὖν ἅπαντες εἰδότες, ἓν μόνον ζητῶμεν, ψυχῆς ἀρετὴν καὶ εὐγένειαν τρόπων, ἵνα εἰρήνης ἀπολαύωμεν, ἵνα ἐντρυφῶμεν ἐν ὁμονοίᾳ καὶ ἀγάπῃ διηνεκεῖ. Ὁ μὲν γὰρ εὔπορον λαβὼν γυναῖκα, δέσποιναν μᾶλλον ἔλαβεν ἢ γυναῖκα. Εἰ γὰρ, καὶ χωρὶς τούτου, φρονήματός εἰσιν αἱ γυναῖκες ἐμπεπλησμέναι, καὶ πρὸς δόξης ἔρωτα εὐέμπτωτοι, ἂν καὶ ταύτην προσλάβωσι τὴν προσθήκην, πῶς ἔσονται φορηταὶ τοῖς συνοικοῦσιν αὐταῖς; Ὁ δὲ ὁμότιμον ἢ πενεστέραν λαβὼν γυναῖκα, βοηθὸν καὶ σύμμαχον ἔλαβε, καὶ πάντα εἰς τὴν οἰκίαν εἰσήγαγε τὰ ἀγαθά. Ἡ γὰρ τῆς πενίας ἀνάγκη θεραπεύειν αὐτὴν μετὰ πολλῆς τῆς ἐπιμελείας ἀναπείθει τὸν ἄνδρα, καὶ πάντα εἴκειν καὶ πείθεσθαι, καὶ ἔριδος μὲν, καὶ μάχης, καὶ ἀπονοίας, καὶ ὕβρεως πᾶσαν ἀναιρεῖ πρόφασιν· εἰρήνης δὲ, καὶ ὁμονοίας, καὶ ἀγάπης, καὶ συμφωνίας γίνεται σύνδεσμος. Μὴ τοίνυν τοῦτο ζητῶμεν ὅπως χρήματα ἔχωμεν, ἀλλ' ὅπως εἰρήνην, ὅπως ἡδονῆς ἀπολαύωμεν· διὰ τοῦτο γάμος, οὐχ ἵνα πολέμου καὶ μάχης τὰς οἰκίας ἐμπιπλῶμεν, οὐχ ἵνα ἔρεις καὶ φιλονεικίας ἔχωμεν, οὐχ ἵνα πρὸς ἀλλήλους διαστασιάζωμεν, καὶ ἀβίωτον τὸν βίον ποιῶμεν, ἀλλὰ ἵνα βοηθείας ἀπολαύωμεν, καὶ λιμένα ἔχωμεν καὶ καταφυγὴν, καὶ παραμυθίαν τῶν ἐπικειμένων κακῶν, ἵνα μεθ' ἡδονῆς τῇ γυναικὶ διαλεγώμεθα. Πόσοι πλουτοῦντες, γυναῖκας λαβόντες εὐπόρους, τὴν οὐσίαν αὐξήσαντες, τὴν ἡδονὴν καὶ τὴν ὁμόνοιαν κατέλυσαν, καθημερινὰς μάχας ἐπὶ τῆς τραπέζης ποιούμενοι, φιλονεικίας ἔχοντες; πόσοι πένητες πενεστέρας λαβόντες, εἰρήνης ἀπολαύουσι, καὶ μετ' εὐφροσύνης πολλῆς τὸν ἥλιον τοῦτον βλέπουσιν· οἱ δὲ εὔποροι, πανταχόθεν αὐτοῖς περικειμένης τρυφῆς, διὰ τὰς γυναῖκας ηὔξαντο πολλάκις ἀποθανεῖν, καὶ τῆς παρούσης ἀπαλλαγῆναι ζωῆς; οὕτως οὐδὲν χρημάτων ὄφελος, ὅταν ψυχῆς μὴ ἐπιτυγχάνωμεν ἀγαθῆς. Καὶ τί χρὴ λέγειν περὶ εἰρήνης καὶ ὁμονοίας; Καὶ γὰρ εἰς αὐτὴν τῶν χρημάτων τὴν κτῆσιν πολλάκις τὸ πλουσιωτέραν λαβεῖν ἡμᾶς παρέβλαψεν. Ὅταν γὰρ εἰς τὸν τῆς προικὸς λόγον ἅπασαν τὴν περιουσίαν ἐπιδοὺς, εἶτα ἀώρου συμβάντος θανάτου, καταβαλεῖν παρὰ τῶν κηδεστῶν ἀναγκάζηται τὴν προῖκα ἅπασαν· καθάπερ

ret, ita ordine suas cuique sexui functiones distribuit, ut utilior ac magis necessaria pars viro obtingeret, minor autem et inferior feminæ; et ille quidem propter præcipuum sui usum fieret honorabilis, hæc vero propter viliora ministeria contra conjugem non insurgeret. Hæc igitur omnes cum sciamus, unum tantum quæramus, nempe virtutem animi, et morum egregiam in- E dolem, ut pace fruamur, et oblectemur concordia perpetuaque benevolentia. Qui enim divitem duxit uxorem, dominam magis sibi quæsivit, quam conjugem. Cum enim et absque hoc mulieres ingenio superbo sint honorisque cupido, si opes quoque accesserint, quomodo erunt maritis tolerabiles? Qui autem æqualem duxit, aut opibus sibi imparem, iis adjutricem duxit et sociam, et omnia bona suis induxit ædibus. Ipsa enim 218 paupertatis necessitas ei persuadet, ut maritum A colat modis omnibus, cedens illi et obsequens per omnia: sicque contentionis, rixæ, insolentiæ, contumeliarum materia tollitur: pacis autem, concordiæ, dilectionis consensusque accedit vinculum. Pax igitur et jucunda consuetudo quærenda est, non pecunia. In hoc factum est conjugium, non ut rixis plena sit domus et bello, non ut lites adsint et contentio, non ut mutuis laboremus dissidiis, et sic vivamus ut vitæ tædeat: sed ut fruamur adjutorio, et portum habeamus, refugium atque solatium quo levius feramus incommoda, utque jucundis uxoris recreemur colloquiis. Quot divites ductis opulentis uxoribus, re aucta exciderunt a voluptate con- B cordiæ, ne mensa quidem vacante a quotidianis pugnis et contentionibus? quot pauperes ductis etiam pauperioribus vivunt in pace, et admodum læti solem hunc aspiciunt; divites contra omnibus affluentes deliciis, propter uxores vitam exosam habent, et mortem votis expetunt? adeo nulla est pecuniarum utilitas, nisi in bonam animam inciderint. Et quid opus est de pace loqui et concordia, quando ditiorem duxisse nonnumquam ad pecunias parandas fuit obstaculum? Fit enim interdum ut qui totam substantiam in accessione dotis uxoriæ contribuit, paulo post C ob immaturum conjugis obitum totam dotem numerare cogatur affinibus: et quemadmodum naufragi enatant nudo corpore, ita et hic post tot contentiones, rixas, lites et injurias ægre tueatur libertatem corporis. Et sicut insatiabiles negotiatores repleta navi innumeris sarcinis, et congestis pluribus quam perferri possint oneribus, merso navigio perdunt omnia: ita et qui

Sola virtus et morum probitas in uxore quærenda.

Uxoris divitis incommoda.

prægraves opibus sequuntur nuptias, dum majorem per conjugium adipisci se putant substantiam, amittunt et eam, quæ prius ipsis fuerat; sicut enim illic unius fluctus impetu navis opprimitur: sic et hic immatura mors conjugis superveniens cum uxore etiam rem omnem eripit.

5. Hæc igitur omnia cogitantes non pecunias spectemus, sed probitatem, honestatem, et prudentiam. Mulier enim cordata, probata, modesta, sit licet pauper, paupertatem commodius feret quam divitias: sicut contra morosa, contentiosa, et intemperans, etiamsi ingentes thesauros in ædibus inveniat, quavis procella citius eos dissipat, maritumque et paupertate et innumeris involvit calamitatibus. Non igitur divitias quæramus, sed quæ præsentes facultates dispenset commode. Ante omnia disce quænam fuerit causa conjugii, et quamobrem in communem vitam introductum sit, nec quidquam requiras amplius. Quæ igitur fuit causa conjugii, et cur illud datum est divinitus? Audi Paulum dicentem, *Ad vitandas autem scortationes quisque suam uxorem habeat*. Non dixit, Ut evitetur paupertas, et parentur divitiæ: sed quid? Ut scortationem evitemus, ut moderemur concupiscentiam, ut vivamus sobrie, ut Deo placeamus contenti uxore propria: hoc nobis affert conjugium, hic ejus fructus, hoc inde lucrum est. Cave igitur omissis potioribus secteris quæ minoris sunt pretii: mens enim sobria longe præstat divitiis. Hoc enim unum in conjugio spectandum est maxime, ut peccatum effugiamus, ut immunes simus a scortationibus: in hoc quærendæ sunt nuptiæ, ut ad vitam pudice degendam nos adjuvent: quod ita demum futurum est, si talis sponsa contigerit, quæ ad pietatem, ad temperantiam et probitatem nos magnam redigat. Corporis enim pulchritudo nisi conjunctam habeat virtutem animi, poterit quidem maritum usque ad decem aut viginti, trigintave dies capere, sed eamdem vim non obtinebit ulterius, quod incentivum illud amoris vanescat detecta malitia; at quæ animi pollent pulchritudine, quo magis temporis processu generositatem suam approbant,

Cur institutum fuerit conjugium.
1. Cor. 7. 2.

οἱ ναυάγιον ὑπομένοντες ἐπὶ τῆς θαλάσσης τὸ σῶμα διασώζουσι μόνον, οὕτω δὴ καὶ οὗτος, μετὰ πολλὰς φιλονεικίας, καὶ μάχας, καὶ ὕβρεις, καὶ δικαστήρια, μόλις τὸ σῶμα ἐλεύθερον ἔχων ἐξέρχεται. Καὶ καθάπερ οἱ τῶν ἐμπόρων ἄπληστοι, μυρίων τὴν ναῦν πλήσαν-
D τες φορτίων, καὶ πλέον τῆς δυνάμεως τὸν ὄγκον ἐπιθέντες, κατέδυσαν τὸ σκάφος, καὶ πάντα ἀπώλεσαν· οὕτω δὴ καὶ οὗτοι τοὺς ὑπερόγκους ἀγόμενοι γάμους, μείζονα πολλάκις δόξαντες περιβαλέσθαι οὐσίαν διὰ τῆς γυναικὸς, καὶ τῆς οὔσης ἐξέπεσον· καὶ ὥσπερ ἐκεῖ κύματος ἐμβολὴ βραχεῖα ἐμπεσοῦσα βαπτίζει τὸ σκάφος, οὕτω καὶ ἐνταῦθα θάνατος ἄωρος προσπεσὼν μετὰ τῆς γυναικὸς καὶ πάντα τὰ ὄντα αὐτοῦ ἀφείλετο.

Ταῦτ' οὖν ἅπαντα ἐννοοῦντες, μὴ χρήματα περισκοπῶμεν, ἀλλὰ τρόπων ἐπιείκειαν, καὶ σεμνότητα καὶ
E σωφροσύνην. Γυνὴ γὰρ σώφρων, καὶ ἐπιεικὴς καὶ μετρία, κἂν πένης ᾖ, τὴν πενίαν πλούτου βέλτιον διαθεῖναι δυνήσεται· ὥσπερ ἡ διεφθαρμένη, καὶ ἀκόλαστος, καὶ φίλερις, κἂν μυρίους εὕρῃ θησαυροὺς ἔνδον κειμένους, ἀνέμου παντὸς τάχιον αὐτοὺς ἐκφυσήσασα, καὶ συμφοραῖς μυρίαις μετὰ τῆς πενίας περιβάλλει τὸν ἄνδρα. Μὴ τοίνυν πλοῦτον ζητῶμεν, ἀλλὰ τὴν χρησομένην καλῶς τοῖς οὖσι. Πρότερον μάθε, τίς ἡ τοῦ γάμου
219 αἰτία, καὶ τίνος ἕνεκεν εἰς τὸν βίον εἰσενήνεκται τὸν
A ἡμέτερον, καὶ μηδὲν πλέον ἀπαίτει. Τίς οὖν ἡ τοῦ γάμου πρόφασις, καὶ τίνος ἕνεκεν ἔδωκεν αὐτὸν ὁ Θεός; Ἄκουσον τοῦ Παύλου λέγοντος· Διὰ δὲ τὰς πορνείας ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐχέτω. Οὐκ εἶπε, διὰ δὲ τὴν τῆς πενίας ἀπαλλαγὴν, ἢ διὰ τὴν τῆς εὐπορίας κτῆσιν· ἀλλὰ τί; Ἵνα πορνείας φύγωμεν, ἵνα τὴν ἐπιθυμίαν καταστείλωμεν, ἵνα σωφροσύνῃ συζήσωμεν, ἵνα εὐαρεστήσωμεν Θεῷ, τῇ οἰκείᾳ ἀρκούμενοι γαμετῇ. Τοῦτο τοῦ γάμου τὸ δῶρον, οὗτος ὁ καρπὸς, τοῦτο τὸ κέρδος. Μὴ τοίνυν τὰ μείζονα ἀφεὶς, τὰ ἐλάττονα ζήτει· πολὺ γὰρ σωφροσύνης ἐλάττων ὁ πλοῦτος. Δι' ἓν γὰρ τοῦτο μόνον χρὴ
B λαμβάνειν γυναῖκα, ἵνα τὴν ἁμαρτίαν φύγωμεν, ἵνα πορνείας ἁπάσης ἀπαλλαγῶμεν· πρὸς τοῦτο χρὴ τὸν γάμον καθίστασθαι πάντα, ἵνα εἰς σωφροσύνην ἡμῖν συμπράττῃ· ἔσται δὲ τοῦτο, ἐὰν τοιαύτας ἀγώμεθα νύμφας, αἳ πολλὴν μὲν εὐλάβειαν, πολλὴν δὲ σωφροσύνην, πολλὴν δὲ ἐπιείκειαν ἡμῖν εἰσαγαγεῖν δύνανται. Ἡ μὲν γὰρ τοῦ σώματος εὐμορφία, ὅταν μὴ συνεζευγμένην ἔχῃ τὴν τῆς ψυχῆς ἀρετὴν, καὶ εἴκοσι καὶ τριάκοντα ἡμέρας δυνήσεται τὸν ἄνδρα ἑλεῖν, περαιτέρω δὲ οὐ προβήσεται, ἀλλὰ δείξασα τὴν κακίαν, ἅπαν καταλύσει τὸ φίλτρον· αἱ δὲ τῷ κάλλει
C τῆς ψυχῆς καταλάμπουσαι, ὅσῳπερ ἂν ὁ χρόνος προΐῃ, καὶ πεῖραν τῆς οἰκείας εὐγενείας παρέχωσι, τοσούτῳ μάλιστα θερμότερον τοῖς οἰκείοις ἀνδράσι ποιοῦσι τὸν ἔρωτα, καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν ἐξάπτουσιν

ἀγάπην. Τούτου δὲ ὄντος, καὶ φιλίας μεταξὺ κειμένης θερμῆς καὶ γνησίας, ἅπαν ἐλαύνεται πορνείας εἶδος, καὶ οὐδὲ ἔννοιά τις ἀκολασίας τῷ φιλοῦντι τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκά ποτε ἐμπεσεῖται, ἀλλὰ μένει διηνεκῶς τὴν ἑαυτοῦ στέργων καὶ διὰ τῆς σωφροσύνης τὸν Θεὸν ἐπισπώμενος εἰς τὴν τῆς οἰκίας ἁπάσης εὔνοιάν τε καὶ προστασίαν. Οὕτως ἐλάμβανον οἱ γενναῖοι τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν γυναῖκας, ψυχῆς εὐγένειαν ἐπιζητοῦντες, καὶ οὐκ εὐπορίαν χρημάτων; Καὶ ὅτι τοῦτό ἐστιν ἀληθὲς, παραδείγματος ἕνεκεν, ἑνὸς ἐπιμνησθήσομαι γάμου. Καὶ Ἀβραὰμ πρεσβύτερος ἦν καὶ προβεβηκὼς ἡμερῶν, φησὶ, καὶ εἶπε τῷ παιδὶ αὐτοῦ τῷ πρεσβυτέρῳ τῆς οἰκίας αὐτοῦ, τῷ ἄρχοντι τῶν αὐτοῦ πάντων, Θὲς τὴν χεῖρά σου ὑπὸ τὸν μηρόν μου, καὶ ἐξορκιῶ σε Κύριον τὸν Θεὸν τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ἵνα μὴ λάβῃς γυναῖκα τῷ υἱῷ μου Ἰσαὰκ ἀπὸ τῶν θυγατέρων τῶν Χαναναίων, μεθ' ὧν ἐγὼ οἰκῶ μετ' αὐτῶν, ἀλλ' εἰς τὴν γῆν μου οὗ ἐγεννήθην, πορεύσῃ, καὶ εἰς τὴν φυλήν μου, καὶ λήψῃ γυναῖκα τῷ υἱῷ μου ἐκεῖθεν. Εἶδες τοῦ δικαίου τὴν ἀρετὴν, πόσην ὑπὲρ γάμου πρόνοιαν ἐποιήσατο; Οὐ γὰρ δὴ μαστρωποὺς καλέσας γυναῖκας, καθάπερ οἱ νῦν, οὐδὲ προμνηστρίας, οὐδὲ γραΐδια μυθεύοντα, ἀλλὰ τὸν οἰκέτην τὸν ἑαυτοῦ, τούτῳ τὸ πρᾶγμα ἐνεχείρισεν· ὃ καὶ αὐτὸ τῆς εὐλαβείας τοῦ πατριάρχου μέγιστόν ἐστι σημεῖον, ὅτι τοιοῦτον κατεσκεύασε τὸν οἰκέτην, ὡς καὶ τοιούτου πράγματος νομίσαι ἀξιόπιστον εἶναι διάκονον. Εἶτα γυναῖκα ζητεῖ, οὐκ εὔπορον, οὐδὲ εὔμορφον, ἀλλ' εὐγενῆ τοῖς τρόποις, καὶ διὰ τοῦτο τοσαύτην ὁδὸν ἀποδημίας προπέμπει. Ὅρα δὲ καὶ τοῦ οἰκέτου τὴν εὐγνωμοσύνην· οὐδὲ γὰρ εἶπε, τί ποτε τοῦτό ἐστιν; ἔθνη τοσαῦτα πλησίον ἡμῶν, εὐπόρων ἀνδρῶν θυγατέρες τοσαῦται, ἐπισήμων καὶ περιφανῶν· σὺ δὲ εἰς μακρὰν οὕτω πέμπεις γῆν, πρὸς ἀνθρώπους ἀγνῶτας· τίνι διαλέξομαι; τίς με εἴσεται; τί δὲ, ἂν δόλον μοι ῥάψωσιν, ἂν ἀπάτην ἐργάσωνται; οὐδὲν γὰρ οὕτως εὐεπιχείρητον, ὡς ξένος. Οὐδὲν τούτων εἶπεν, ἀλλὰ ταῦτα ἅπαντα παριδὼν, ὃ μάλιστά ἐστιν ὑπιδέσθαι, τοῦτο ὑπείδετο, ἀπὸ μὲν τοῦ μηδὲν ἐκείνῳ ἀντειπεῖν τὴν ὑπακοὴν ἐπιδεικνύμενος, ἀπὸ δὲ τοῦ μόνον ἐκεῖνο ἐρέσθαι, ὃ μάλιστα πάντων ζητῆσαι ἔδει, τὴν σύνεσιν τὴν αὐτοῦ καὶ πρόνοιαν δηλῶν. Τί ποτ' οὖν ἐστι τοῦτο; καὶ τί τὸν δεσπότην ἤρετο τὸν ἑαυτοῦ; Ἐὰν δὲ μὴ βουληθῇ, φησὶν, ἡ γυνὴ πορευθῆναι μετ' ἐμοῦ, ἀποστρέψω τὸν υἱόν σου εἰς τὴν γῆν, ὅθεν ἐξῆλθες; Εἶτα ὁ Ἀβραάμ· Μὴ [a] ἀποστρέψῃς τὸν υἱόν μου ἐκεῖ. Κύριος ὁ Θεὸς τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὃς ἔλαβέ με ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός μου, καὶ ἐκ τῆς γῆς, ἧς ἐγεννήθην, ὃς ἐλάλησέ μοι καὶ ὤμοσέ μοι λέγων, σοὶ δώσω τὴν γῆν

[a] Duo Mss. ἀποστρέψεις.

tanto acriori flamma urunt maritorum pectora. Hoc pacto ubi fervida et germana innascitur benevolentia, omne stupri genus exsulat, et sic amanti uxorem ne in mentem quidem venit voluptas nisi legitima, immanenti amoribus propriis, et per pudicitiam captanti favorem cælestis numinis, cujus auspiciis et benevolentia inter D conjuges sit perpetua, et ejus ope administretur res domestica. Sic uxores sibi quærebant prisci illi virtute nobiles, præclaram animi indolem in eis spectantes, non pecuniarum copiam, quod ita esse ut dixi uno exemplo indicabitur. *Abrahamus jam senior provectæque ætatis dixit servo majori domus suæ, qui præerat ejus omnibus facultatibus, Pone manum tuam subter femur meum, ut adjurem te per Dominum Deum cæli et terræ, ut non accipias uxorem filio meo Isaac de filiabus Chananæorum, inter quos habito, sed ad terram meam ubi natus sum, et ad cognationem meam proficiscaris, et inde uxorem filio meo capias.* E Viden' justi hujus virtutem, quanta cura nuptiis prospexerit? Non enim adhibuit perductrices mulierculas, ut nunc fit, neque pronubas aut anus garrulas, sed famulo suo commisit hoc negotium : quod ipsum magnum pietatis patriarchæ argumentum est, quod tam bene instituit famulum, ut dignus fieret, cui crederetur tale ministerium. Deinde mulierem quærit non formosam aut divitem, sed generosis moribus præ-
220 ditam : et hac de causa hominem jubet tam A longinquam peregrinationem suscipere. Nunc contemplare et famuli mentem egregiam : non enim dixit : Quid hoc rei est? tot sunt propinquæ gentes, tot in eis filiæ nobilium et illustrium, simulque prædivitum; et tu me mittis in terram tam longe dissitam, ad ignotos homines : quem illic compellabo? quis me agnoscet? quid si insidias mihi struant? quid si conentur decipere? nihil enim hospite magis injuriis expositum. Nihil tale dixit : sed missis talibus cogitationibus, quod maxime suspectum esse poterat, suspicatus est, sine contradictione obediens, neces-B saria tamen interrogatione declarans suam prudentiam. Quid igitur est quod interrogavit dominum? *Si noluerit,* inquit, *mulier venire mecum, numquid reducere debeo filium tuum ad regionem ex qua egressus es?* Respondit Abrahamus: *Cave nequando reducas filium meum illuc. Dominus Deus cæli et terræ,*

Gen. 24. 1.-4.

Exemplum Abrahami filio suo uxorem quærentis.

Gen. 24. 5.

Ibid. v. 6. 7

qui tulit me de domo patris mei, et de terra nativitatis meæ, qui loquutus est mihi et juravit, dicens, Tibi dabo terram hanc et semini tuo, ipse mittet angelum suum coram te, qui iter tuum prosperum faciet. Viden' viri fidem? Non advocavit amicos, aut cognatos, non alium quemquam, sed Deum adjunxit ei sequestrum et comitem : et quo magis animum adderet famulo, non simpliciter dixit, *Dominus Deus cœli et terræ* : sed subjunxit, *Qui sumsit me e domo patris mei.* Recordare, inquit, quomodo tantam peregrinationem suscepimus, quomodo relicto solo patrio majorem apud exteros felicitatem invenimus : quomodo quæ impossibilia videbantur, facta sunt possibilia. Nec hoc solum in mentem ei revocans dixit, *Qui sumsit me e domo patris mei,* sed etiam quod debitorem Deum habeat. Obligavit se nobis, inquit, ipse pollicitus est terram hanc mihi se daturum et meo semini. Quapropter etiamsi nos indigni simus, certe ne promissio fiat irrita, nobis aderit, et cuncta quæ destinavimus reddet facilia, et ad effectum, qualem optamus, perducet.

Famuli Abrahæ laudatio.

His dictis misit famulum. Ille ubi pervenit illuc, non adiit ullum ex civibus, non alloquutus est homines, non compellavit mulieres : sed vide quam bona fide, quem acceperat sequestrum, retinuit, præter eum appellavit neminem;

Gen 24. 12.

et stans oravit, *Et ait, Domine Deus domini mei Abrahami, sis mihi hodie præsens ac propitius :* nec dixit, Domine Deus meus : sed quid? *Domine Deus domini mei Abrahami.* Etiamsi ego abjectus sim, inquit, et humilis, certe herum meum pro me allego: non enim mihi, sed illi ministraturus huc veni : illius igitur virtutis respectu conatus meos adjuva.

6. Deinde ne putes eum tamquam debitum

Gen. 24. 12.

repetere, audi quæ sequuntur : *Et fac misericordiam cum domino meo Abraham.* Etiamsi plurima exstarent, inquit, nostra merita, rogamus tamen ut tua nos serves gratia, totum ut beneficium acceptum ferentes, non ut debitum. Et quid

Gen. 24. 13. 14.

tibi postulas? *Ecce ego sto,* inquit, *prope fontem aquæ, et filiæ habitatorum civitatis egredientur ad hauriendam aquam. Igitur puella cui dixero : Præbe hydriam tuam ut bibam, et illa responderit, Bibe, quin et camelis tuis dabo potum : ipsa est quam præparasti servo tuo Isaac, et per hoc cognoscam, quod feceris misericordiam cum hero meo Abraham.* Vide sapientiam famuli, quale signum ponat. Non dixit, Si quam videro mulis carpentove invehi,

ταύτην καὶ τῷ σπέρματί σου, αὐτὸς ἀποστελεῖ τὸν ἄγγελον αὐτοῦ ἔμπροσθέν σου, καὶ κατευοδώσει τὴν ὁδόν σου. Ὁρᾷς πίστιν ἀνδρός; Οὐ παρεκάλεσε φίλους, ἢ συγγενεῖς, οὐκ ἄλλον οὐδένα, ἀλλὰ τὸν Θεὸν ἔδωκεν αὐτῷ μεσίτην καὶ συνοδοιπόρον. Εἶτα βου-

C λόμενος παραθαρσῦναι τὸν οἰκέτην, οὐχ ἁπλῶς εἶπε, Κύριος ὁ Θεὸς τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ἀλλὰ προστίθησιν, Ὅς ἔλαβέ με ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός μου. Ἀναμνήσθητι, φησὶ, πῶς τοσαύτην ἤλθομεν ἀποδημίαν, πῶς τὴν οἰκείαν ἀφέντες ἐπὶ τῆς ἀλλοτρίας πλείονος ἀπελαύσαμεν εὐημερίας, πῶς τὰ ἀδύνατα γέγονε δυνατά. Οὐ τοῦτο δὲ μόνον βουλόμενος δηλῶσαι ἔλεγεν, Ὅς ἔλαβέ με ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός μου, ἀλλ' ὅτι καὶ ὀφειλέτην ἔχει τὸν Θεόν. Χρεώστης, φησὶν, ἡμῖν ἐστιν· αὐτὸς εἶπε, σοὶ δώσω τὴν γῆν ταύτην καὶ τῷ σπέρματί σου. Ὥστε εἰ καὶ ἡμεῖς ἀνάξιοι, διά γοῦν τὴν ὑπόσχεσιν αὐτὸς τὴν ἑαυτοῦ,

D καὶ ἵνα αὐτὴν εἰς τέλος ἀγάγῃ, συμπαρέσται, καὶ ἐξευμαριεῖ τὰ προκείμενα ἅπαντα, καὶ τέλος ἐπιθήσει τούτου οὗπερ εὐχόμεθα. Ταῦτα εἰπὼν ἔπεμψε τὸν παῖδα. Εἶτα ἐλθὼν ἐκεῖνος εἰς τὴν χώραν ἐκείνην, οὐ προσῆλθέ τινι τῶν τὴν πόλιν οἰκούντων, οὐ διελέχθη ἀνθρώποις, οὐκ ἐκάλεσε γυναῖκας· ἀλλ' ὅρα πῶς καὶ ἐκεῖνος πιστὸς ὢν, τὸν μεσίτην, ὃν ἔλαβεν, αὐτὸν κατεῖχεν, αὐτῷ διελέγετο μόνῳ, καὶ στὰς ηὔξατο, φησὶ, Καὶ εἶπε, Κύριε ὁ Θεὸς τοῦ κυρίου μου Ἀβραὰμ, εὐόδωσον ἐναντίον μου σήμερον· καὶ οὐκ εἶπε, Κύριε ὁ Θεός μου, ἀλλὰ τί; Κύριε ὁ Θεὸς

E τοῦ κυρίου μου Ἀβραάμ. Εἰ καὶ ἐγὼ εὐτελὴς καὶ ἀπερριμμένος, φησὶν, ἀλλὰ τὸν δεσπότην προβάλλομαι τὸν ἐμόν· οὐ γὰρ ἐμαυτῷ, ἀλλ' ἐκείνῳ διακονῶν ἥκω· ἐκείνου τοίνυν αἰδεσθεὶς τὴν ἀρετὴν, συγκατάπραξόν μοι τὸ προκείμενον ἅπαν.

Εἶτα ἵνα μὴ νομίσῃς ὅτι ὡς χρέος ἀπαιτεῖ, ἄκουσον καὶ τῶν ἑξῆς· Καὶ ποίησον ἔλεος μετὰ τοῦ κυρίου μου Ἀβραάμ. Κἂν μυρία ὦμεν, φησὶ, κατωρθωκότες, ἀξιοῦμεν χάριτι σωθῆναι, καὶ ἀπὸ φιλανθρωπίας τοῦτο λαβεῖν, οὐκ ἐξ ὀφειλῆς τινος καὶ χρέους. Τί τοίνυν βούλει; Ἰδοὺ ἕστηκα, φησὶν, ἐπὶ τῆς πηγῆς

221 τοῦ ὕδατος· αἱ δὲ θυγατέρες τῶν οἰκούντων τὴν πόλιν

A ἐκπορεύονται ἀντλῆσαι ὕδωρ· καὶ ἔσται ἡ παρθένος, ᾗ ἂν ἐγὼ εἴπω, ἐπίκλινόν μοι τὴν ὑδρίαν σου, ἵνα πίω, καὶ εἴπῃ, πίε καὶ σὺ, καὶ τὰς καμήλους σου ποτιῶ, ἕως ἂν παύσωνται πᾶσαι πίνουσαι, ταύτην ἡτοίμασας τῷ παιδί σου Ἰσαὰκ, καὶ ἐν τούτῳ γνώσομαι ὅτι ἐποίησας ἔλεος τῷ κυρίῳ μου Ἀβραάμ. Ὅρα σοφίαν οἰκέτου, οἷον τίθησι σημεῖον. Οὐκ εἶπεν· ἐάν τινα ἴδω ἐπὶ ἡμιόνων φερομένην, ἐπὶ ὀχήματος ὀχουμένην, εὐνούχων δὲ ἑσμὸν ἐπισυρο-

μένην, πολλὴν ἔχουσαν θεραπείαν, εὔμορφον καὶ ἀπολάμπουσαν κατὰ τὴν τοῦ σώματος ὥραν, ταύτην ἡτοίμασας τῷ παιδί σου· ἀλλὰ τί; Ἢ ἂν ἐγὼ εἴπω, ἐπίκλινόν μοι τὴν ὑδρίαν σου, ἵνα πίω. B Τί ποιεῖς, ἄνθρωπε; οὕτως εὐτελῆ γυναῖκα τῷ δεσπότῃ σου ζητεῖς, ὑδροφοροῦσαν, καί σοι διαλεχθῆναι δυναμένην; Ναὶ, φησίν· οὐ γὰρ ἔπεμψέ με χρημάτων εὐπορίαν, οὐδὲ γένους λαμπρότητα, ἀλλὰ ψυχῆς εὐγένειαν ἐπιζητήσοντα. Πολλαὶ πολλάκις τῶν ὑδροφορουσῶν τούτων ὁλόκληρον ἔχουσιν ἀρετὴν, ἄλλαι δὲ ἐν οἴκοις λαμπροῖς καθήμεναι, πάντων εἰσὶ χείρους καὶ φαυλότεραι. Εἶτα καὶ πόθεν τοῦτο, ὅτι ἐνάρετός ἐστιν ἡ γυνή; Ἀπὸ τοῦ σημείου, φησὶν, οὗ εἶπε. Καὶ ποῖον τοῦτο τὸ σημεῖον ἀρετῆς; Μέγιστον καὶ ἀναμφισβήτητον. Φιλοξενίας γὰρ τοῦτο μέγα σημεῖόν ἐστιν, ὥστε πᾶσαν παρασχεῖν ἀπόδειξιν. C Ὃ τοίνυν λέγει τοιοῦτόν ἐστιν, εἰ καὶ μὴ ταῦτα φθέγγεται τὰ ῥήματα· ἐκείνην ζητῶ τὴν παρθένον, ἥτις οὕτω φιλόξενός ἐστιν, ὡς πᾶσαν παρασχεῖν ἐν οἷς ἂν δύνηται θεραπείαν. Καὶ οὐχ ἁπλῶς τοῦτο ἐζήτει· ἀλλ' ἐπειδὴ τοιαύτης οἰκίας ἦν, ἐν ᾗ μάλιστα τὰ τῆς φιλοξενίας ἤνθει κατορθώματα, τοῦτο πρὸ τῶν ἄλλων ἐζήτησεν, ὁμότροπον τοῖς ἑαυτοῦ δεσπόταις λαβεῖν. Εἰς οἰκίαν αὐτὴν μέλλομεν, φησὶν εἰσαγαγεῖν, ξένοις ἀνεῳγμένην· ἵνα μὴ πόλεμος ᾖ καὶ μάχη, τοῦ ἀνδρὸς προϊεμένου τὰ ὄντα, καὶ τὸν πατέρα μιμουμένου, [a] καὶ τοὺς ξένους ὑποδεχομένου· ταύτης δὲ σμικρολογουμένης τε καὶ μὴ ἀνεχούσης, καὶ κωλυούσης, ὃ πολλάκις ἐν πολλαῖς οἰκίαις εἴωθε γίνεσθαι· D ἐντεῦθεν ἤδη βούλομαι μαθεῖν εἰ φιλόξενός ἐστι· καὶ γὰρ ἐντεῦθεν ἡμῖν ἅπαντα γέγονε τὰ ἀγαθά. Οὕτω τὸν νυμφίον ἐκτήσατο ὁ δεσπότης ὁ ἐμός· οὕτω πατὴρ ἐγένετο, μόσχον ἔθυσε, καὶ παιδίον ἔλαβεν, ἄλευρα ἔφυρε, καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν ἄστρων τοὺς ἐκγόνους αὐτῷ ὑπέσχετο δώσειν ὁ Θεός. Ἐπεὶ οὖν ἐντεῦθεν ἡμῖν καὶ τῇ οἰκίᾳ ἅπαντα γέγονε τὰ ἀγαθὰ, τοῦτο πρὸ τῶν ἄλλων ἐπιζητῶ. Μὴ γὰρ τοῦτο ἴδωμεν, ὅτι ὕδωρ ἐπεζήτησεν, ἀλλ' ἐκεῖνο σκοπήσωμεν, E ὅτι σφόδρα φιλοξένου ψυχῆς, μὴ μόνον δοῦναι τὸ αἰτηθὲν, ἀλλὰ καὶ πλέον ὧν ᾔτησε παρασχεῖν. Καὶ ἐγένετο, φησὶ, πρὸ τοῦ συντελέσαι αὐτὸν λαλοῦντα, ἰδοὺ Ῥεβέκκα ἐξεπορεύετο, καὶ τὸ προφητικὸν ἐκεῖνο ἐπληροῦτο· Ἔτι λαλοῦντός σου ἐρῶ, ἰδοὺ πάρειμι. Τοιαῦται τῶν γενναίων ἀνδρῶν αἱ εὐχαί· πρὸ τοῦ τέλους πείθουσι τὸν Θεὸν ἐπινεῦσαι τοῖς λεγομένοις. Καὶ σὺ τοίνυν, ἐπειδὰν μέλλῃς γυναῖκα ἄγεσθαι, μὴ πρὸς ἀνθρώπους καταφύγῃς, μηδὲ πρὸς γυναῖκας ἐμπορευομένας τὰς ἀλλοτρίας συμφορὰς, καὶ ζητούσας ἓν μόνον, ὅπως 222 A αὐταὶ μισθὸν λάβωσιν· ἀλλὰ καταφυγε ἐπὶ τὸν Θεόν.

eunuchorumque agmen post se trahere, et numerosum famulitium, puellam ætate ac forma florida, eam præparasti tuo famulo; sed quid? *Cui dixero : Præbe hydriam tuam, ut bibam.* Quid agis, bone vir? adeone vilem hero tuo quæris conjugem, aquatum missam, et quæ te alloqui potest? Etiam, inquit : missus enim sum non pecuniosam aut nobilem, sed moribus ingenuis præditam quærere. Multæ sæpe ex istis, quæ aquatum mittuntur, in solidum virtutem possident : aliæ contra in magnificis desidentes ædibus, ignavissimæ sunt et deterrimæ. Et qui scis hanc esse virtute præditam? E signo, inquit, quod dixi. Et quale hoc virtutis signum est? Indubitatum et maximum. Est enim hospitalitatis signum certissimum. Sic igitur, etsi non eisdem verbis, loquitur : Illam quæro virginem, quæ tam hospitalis est, ut nullum, quantum potest, recuset ministerium. Idque non temere quærit, sed quia in eis fuerat educatus ædibus, in quibus maxime colebatur hospitalitas : ante omnia mores quærit herorum suorum moribus consimiles, ducturus sponsam in ædes patentes hospitibus. Sic ergo cogitabat : ne qua rixa oriatur inter ipsam et conjugem, dum maritus sua benigne communicat, in hoc a patre non degener, et hospites ultro invitans; hæc contra præ nimia parcimonia id vetat, et non sustinet, ut fit in plerisque domibus; jam nunc experiri volo quam hospitalis sit : quandoquidem hospitalitati omnem nostram felicitatem debemus. Per hanc sponsum ipsum herus consequutus est, per hanc pater factus est, vitulum mactavit, et accepit filiolum, farinam fermentavit, et quanta stellarum est, tantam multitudinem nepotum ei Deus est pollicitus. Quando igitur hinc omnia bona influxerunt in nostram familiam, hanc virtutem requiro ante omnia. Non hoc enim consideremus, quod homo aquam postulaverit, sed quod admodum hospitalis sit animi, non solum dare quod petitur, sed ultro offerre amplius. *Et accidit,* inquit, *ut priusquam is finem loquendi faceret, prodiret Rebecca ex oppido.* Prophetarum illud hic impletum est : *Adhuc loquente te dicam, Ecce adsum.* Tales sunt bonorum preces : ante finem earum sentiunt annuisse Deum propitium. Ergo tu quoque uxorem ducturus non confugias ad homines, aut ad mulieres quæstum facientes ex alienis infortuniis, et nihil aliud

Hospitalitas bonorum causa.

Gen. 24. 15.

Is. 58. 9.

[a] [Verborum ordinem in Montfauconi Editione valde turbatum restituimus ex Morelli Editione : Savilii textus hic lacunosus est.]

quærentes quam ut ipsæ operæ mercedem capiant: sed ad Deum confugito. Non gravabitur
Matth. 6. 33. esse tuus pronubus. Ipsius est promissio: *Quærite regnum cælorum, et hæc omnia adjicientur vobis.* Ne dicas, quomodo Deum videre possum? qui possum habere cum eo colloquium, et interrogare cominus? Infidelis hæc verba sunt animæ. Potest enim Deus et absque voce quidquid vult e vestigio conficere: quod hic quoque factum est. Nam et iste nec vocem ullam audivit, nec visionem vidit, sed ad fontem stans ac pre-
Gen. 24. 15. 16. catus, confestim voti compos factus est. *Accidit,* B
inquit, *ut priusquam finem loquendi faceret, Rebecca prodiret gestans aqualem in humeris, filia Bathuelis e Melcha progeniti, virgo valde formosa, virgo et viro incognita.* Quid mihi narras pulchritudinem corporis? Ut discas insignem ejus pudicitiam, ut discas animi pulchritudinem. Suspicienda namque res est ipsa pudicitia, sed magis etiam si conjuncta sit cum
Gen. 39 6. egregia specie. Hinc est quod de Joseph nobis narraturus ejusque temperantia, præfatus est de illius eximia pulchritudine corporis, dicens formosum fuisse, aspectuque gratum et in ipso flore C
pulchritudinis, atque ita demum subjunxit de juvenis temperantia, docens quod formæ decore non sit usus ad lasciviam. Haudquaquam enim pulchritudo scortationis causa semper est, sicut nec deformitas continentiæ. Multæ enim illustres insigni specie corporis illustriores factæ sunt per pudicitiam: aliæ facie turpes turpiorem animam stupris sordidaverunt innumeris. Utrobique causa est propositum animi, non natura corporis.

Οὐκ ἐπαισχύνεταί σου γενέσθαι νυμφαγωγός. Αὐτὸς ὑπέσχετο καὶ εἶπε· Ζητεῖτε τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν. Καὶ μὴ λέγε, πῶς δύναμαι τὸν Θεὸν ἰδεῖν; μὴ γὰρ ἀφεῖναί μοι φωνὴν ἔχει, καὶ διαλεχθῆναι φανερῶς, ἵνα προσελθὼν ἐρωτήσω; Ἀπίστου ταῦτα ψυχῆς. Καὶ γὰρ ὀξέως καὶ χωρὶς φωνῆς πάντα, ὅσα ἂν θέλῃ, δύναται κατασκευάζειν ὁ Θεός· ὃ δὴ καὶ ἐπὶ τούτου γέγονεν. Οὐδὲ γὰρ φωνὴν ἤκουσεν, οὐδὲ ὄψιν τινὰ εἶδεν· ἀλλ' ἐπὶ πηγῇ ἑστὼς ηὔξατο, καὶ ταχέως ἐπέτυχεν. Ἐγένετο γὰρ πρὶν ἢ συντελέσαι λαλοῦντα αὐτὸν, φησὶ, Ῥεβέκκα ἐξεπορεύετο ἡ τεχθεῖσα Βαθουὴλ τῷ υἱῷ Μελχᾶς, ἔχουσα τὴν ὑδρίαν ἐπὶ τῶν ὤμων· ἡ δὲ παρθένος ἦν καλὴ τῇ ὄψει σφόδρα, παρθένος ἦν, ἀνὴρ οὐκ ἔγνω αὐτήν. Τί μοι λέγεις τὴν εὐμορφίαν τοῦ σώματος; Ἵνα μάθῃς τὴν ὑπερβολὴν τῆς σωφροσύνης, ἵνα μάθῃς τὸ κάλλος τὸ ἐν τῇ ψυχῇ. Θαυμαστὸν μὲν γὰρ τὸ σωφρονεῖν· πολλῷ δὲ θαυμαστότερον, ὅταν μετ' εὐμορφίας τοῦτο γίνηται. Διὰ τοῦτο καὶ περὶ τοῦ Ἰωσὴφ μέλλων ἡμῖν διηγεῖσθαι καὶ τῆς ἐκείνου σωφροσύνης, πρότερον τὴν εὐμορφίαν τοῦ σώματος τέθεικεν, εἰπών· Καλὸς ἦν τῷ εἴδει, καὶ ὡραῖος τῇ ὄψει σφόδρα· καὶ τότε τὴν σωφροσύνην αὐτοῦ διηγήσατο δεικνὺς, ὅτι τὸ κάλλος αὐτὸν εἰς ἀσέλγειαν οὐ προήγαγεν. Οὔτε γὰρ τὸ κάλλος πορνείας αἴτιον, οὔτε ἡ ἀμορφία σωφροσύνης πάντως. Πολλαὶ γὰρ κατὰ τὴν ὥραν τοῦ σώματος λάμψασαι, μειζόνως κατὰ τὴν σωφροσύνην ἔλαμψαν· ἄλλαι πάλιν αἰσχραὶ καὶ δυσειδεῖς οὖσαι, αἰσχρότεραι κατὰ τὴν ψυχὴν ἐγένοντο, μυρίαις ῥυπωθεῖσαι πορνείαις. Οὐ γὰρ ἡ φύσις τοῦ σώματος, ἀλλ' ἡ προαίρεσις τῆς ψυχῆς καὶ τούτου κἀκείνου αἰτία.

Cur bis appellet virginem Rebeccam. 7. Nec temere eam bis appellat virginem. Cum enim jam dixisset, *Virgo erat,* subjunxit: *Virgo erat, et viro incognita.* Quoniam enim D
multæ virgines corpus incorruptum servantes, animam habent plenam intemperantia, fucisque turbam amatorum attrahunt, et inescantes oculos juvenum in insidias eos trahunt, atque ad barathra pelliciunt, ostendens Moses quod hæc non talis, sed tam animo quam corpore virgo fuerit, dixit, *Virgo erat, et viro incognita.* Tametsi multas habebat occasiones, per quas a viris cognosceretur: primum corporis pulchritudinem, deinde modum ministerii, quo perfungi est soli- E
ta. Si enim in thalamo desedisset perpetuo, sicut nostri temporis virgines, nec forum adiisset, nec exisset paternam domum, nulla esset laus, si diceretur viro incognita. Cum autem videas eam forum petere, quotidieque cogi aquatum ire se-

Οὐχ ἁπλῶς δὲ δεύτερον αὐτὴν παρθένον εἶπεν. Εἰπὼν γὰρ, Παρθένος ἦν, ἐπήγαγε· Παρθένος ἦν, ἀνὴρ οὐκ ἔγνω αὐτήν. Ἐπειδὴ γὰρ πολλαὶ παρθένων τὸ σῶμα ἀδιάφθορον τηροῦσαι, τὴν ψυχὴν πολλῆς ἀκολασίας πληροῦσι, καλλωπιζόμεναι, μυρίους πανταχόθεν ἐπισπώμεναι ἐραστὰς, καὶ τοὺς τῶν νέων ὀφθαλμοὺς ἀναπτεροῦσιν, ἐνέδρας τιθεῖσαι καὶ βάραθρα, δεικνὺς ὁ Μωϋσῆς ὅτι οὐχ αὐτὴ τοιαύτη, ἀλλ' ἑκατέρωθεν ἦν παρθένος, ἀπό τε σώματος, ἀπό τε ψυχῆς, φησὶ, Παρθένος ἦν, ἀνὴρ οὐκ ἔγνω αὐτήν. Καίτοι γε πολλὰς εἶχεν ἀφορμὰς τοῦ γνωρισθῆναι ἀνδράσι· πρῶτον μὲν, τὸ κάλλος τοῦ σώματος· δεύτερον δὲ, ὁ τῆς διακονίας τρόπος. Εἰ μὲν γὰρ ἐν θαλάμῳ διηνεκῶς ἐκάθητο, καθάπερ αἱ νῦν παρθένοι, καὶ μηδέποτε εἰς ἀγορὰν ἐνέβαλεν, μηδὲ ἐξῄει τὴν οἰκίαν τὴν πατρῴαν, οὐδὲν τοσοῦτον ἦν εἰς ἐγκώμιον λέγεσθαι περὶ αὐτῆς, ὅτι ἀνὴρ οὐκ ἔγνω αὐτήν. Ὅταν δὲ ἴδῃς αὐτὴν εἰς ἀγορὰν ἐξιοῦσαν, καθ' ἑκάστην ἡμέ-

ραν ὑδροφορεῖν ἀναγκαζομένην, καὶ ἅπαξ καὶ δὶς καὶ πολλάκις, εἶτα μηδενὶ γνώριμον οὖσαν ἀνδρὶ, τότε μάλιστα αὐτῆς δυνήσῃ κατιδεῖν τὸ ἐγκώμιον. Εἰ γὰρ ὀλιγάκις εἰς ἀγορὰν παραβάλλουσα παρθένος, καὶ δυσειδὴς οὖσα καὶ ἄμορφος, πολλῶν ἑπομένων θεραπαινίδων, ἀπὸ τῶν ἐξόδων τούτων διεφθάρη τὸ ἦθος πολλάκις· ἡ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐκ τῆς πατρῴας 223 οἰκίας ἐξιοῦσα μόνη, καὶ οὐχ εἰς ἀγορὰν ἁπλῶς, ἀλλ' A εἰς τὴν πηγὴν ἀπαντῶσα καὶ ὑδρευομένη, ἔνθα πολλοὺς καὶ ἑτέρους συνιέναι ἀνάγκη, πῶς οὐκ ἂν εἴη μυρίων ἀξία θαυμάτων, οὔτε ἀπὸ τῶν ἐξόδων τῶν συνεχῶν, οὔτε ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν ὄψιν εὐμορφίας, οὔτε ἀπὸ τοῦ πλήθους τῶν παραγινομένων, οὔτε ἄλλοθεν οὐδαμόθεν διαφθαρεῖσα τὸ ἦθος, ἀλλὰ τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν ἀδιάφθορος μείνασα, καὶ τὴν σωφροσύνην τῶν ἐν γυναικωνίτισι καθημένων ἀκριβέστερον διατηρήσασα, καὶ τοιαύτη φανεῖσα, οἵαν ὁ Παῦλος ἐπιζητεῖ λέγων, Ἵνα ᾖ ἁγία σώματι καὶ πνεύματι; Καταβᾶσα τοίνυν ἐπὶ τὴν πηγὴν ἔπλησε τὴν ὑδρίαν τοῦ ὕδατος, καὶ ἀνέβη· καὶ ἔδραμεν ὁ παῖς εἰς συνάντησιν αὐτῆς, καὶ εἶπε· πότισόν με μικρὸν ἐκ τῆς ὑδρίας σου. Ἡ δὲ εἶπε· πίε, κύριε· καὶ ἔσπευσε, καὶ καθεῖλε τὴν ὑδρίαν ἐπὶ τὸν βραχίονα αὐτῆς, καὶ ἐπότισεν αὐτὸν ἕως ἐπαύσατο πίνων· καὶ εἶπε· καὶ ταῖς καμήλοις σου ὑδρεύσομαι, ἕως ἂν πᾶσαι πίωσι. Καὶ ἔσπευσε καὶ ἐξεκένωσε τὴν ὑδρίαν εἰς τὸ ποτιστήριον, καὶ ἔδραμεν ἐπὶ τὸ φρέαρ ἀντλῆσαι καὶ ὑδρεύσασθαι πάσαις ταῖς καμήλοις. Πολλὴ μὲν τῆς γυναικὸς ἡ φιλοξενία, πολλὴ δὲ ἡ σωφροσύνη, καὶ ἀμφότερα ταῦτα καὶ ἀφ' ὧν ἐποίησε, καὶ ἀφ' ὧν εἶπε, μάλιστά ἐστι καταμαθεῖν. Εἶδες πῶς οὔτε ἡ σωφροσύνη τὴν φιλοξενίαν ἐλυμήνατο, οὔτε ἡ φιλοξενία τὴν σωφροσύνην διέφθειρε; Τὸ μὲν γὰρ μὴ προτέραν ἐπιδραμεῖν, μηδὲ προσειπεῖν τὸν ἄνδρα, σωφροσύνης ἦν· τὸ δὲ αἰτηθεῖσαν μὴ ἀνανεῦσαι, μηδὲ ἀρνήσασθαι, φιλοξενίας καὶ φιλανθρωπίας πολλῆς. Ὥσπερ γὰρ εἰ προτέρα προσέδραμε, καὶ μηδὲν εἰπόντι διελέχθη, ἰταμότητος ἦν καὶ ἀναισχυντίας· οὕτως, εἰ παρακαλέσαντα διεκρούσατο, ὠμότητος ἦν καὶ ἀπανθρωπίας. Νῦν δὲ οὐδέτερον τούτων ἐποίησεν· οὔτε διὰ τὴν σωφροσύνην τὴν φιλοξενίαν ἐλυμήνατο, οὐδ' αὖ πάλιν διὰ τὴν φιλοξενίαν τὸ τῆς σωφροσύνης ἐγκώμιον ὑπετέμετο, ἀλλ' ὁλόκληρον ἑκατέραν ἐπεδείξατο τὴν ἀρετὴν, τῷ μὲν ἀναμεῖναι τὴν αἴτησιν τὴν σωφροσύνην ἐπιδεικνυμένη, τῷ δὲ παρασχεῖν μετὰ τὴν αἴτησιν τὴν φιλοξενίαν τὴν ἄφατον. Καὶ γὰρ ἀφάτου φιλοξενίας ἦν, τὸ μὴ μόνον ὅπερ ᾔτησε δοῦναι, ἀλλὰ καὶ πλέον τι παρασχεῖν τῶν αἰτηθέντων. Εἰ δὲ ὕδωρ ἦν τὸ διδόμενον, τούτου κυρία ἦν τότε. Τοὺς δὲ φιλοξένους οὐκ ἀπὸ τῆς πολυτελείας τῶν διδομένων, ἀλλ' ἀπὸ τῆς δυνάμεως, ἧς παρέχουσι, κρίνειν εἰώθασιν· ἐπεὶ καὶ τὸν ποτήριον δόντα ψυχροῦ ὁ Θεὸς ἐπῄνεσε, καὶ

mel, bis aut sæpius, atque ita manere viro incognitam, ea vero laus est non minima. Cum enim nonnumquam accidat, ut raro forum petens virgo, nec formosa, et comitata ancillis aliquot, amittat morum puritatem in ejusmodi evagationibus: hæc quæ quotidie sola prodit e paternis ædibus, idque non in forum tantum, sed aquatum ad fontem, quo et alios multos convenire est necesse, an non magna admiratione digna est? quippe cujus probitati neque crebri e domo exitus, neque egregia vultus forma, neque frequentes juvenum occursus, neque aliud quidquam, detrimentum ullum afferat, dum tam animo quam corpore servat pudicitiam diligentius, quam quæ numquam e gynæceo se proferunt, plane talis qualem Paulus requirit dicens, *Ut sit sancta corpore et spiritu?* (1. Cor. 7. 34.) *Cum igitur ad fontem descendisset, jamque repleta hydria reverteretur, occurrens ei servus ait: Præbe* (Gen. 24. 16.–20.) B *mihi pauxillum potus de tua hydria. Quæ respondit, Bibe, domine; celeriterque deposuit hydriam super ulnam suam, et præbuit ei donec desineret bibere. Moxque ait, Etiam camelis tuis hauriam, donec omnes bibant. Festinansque effusa aqua in alveum unde potum sumerent, accurrit ad puteum, ut hauriret aquam camelis omnibus.* Magna hospitalitas feminæ, magna modestia, ut ex ipsius tam dictis quam factis est conspicuum. Viden' quomodo nec modestiæ hospitalitas obfuit, nec hospitalitati modestia?

Hospitalitas et modestia Rebeccæ.

Quod enim non C prior occurrit, nec appellavit virum, hoc fuit modestiæ: rursum quod ad postulata non renuit, neque negavit se facturam, hoc magnæ hospitalitatis ac humanitatis fuit officium. Ut enim impudenter fecisset, si prior occurrisset, et ultro appellasset hominem: ita inhumanum erat et barbarum, si rogantis verba repulisset. Nunc vero neutrum fecit: nec modestiæ studio hospitalitati defuit, nec hospitalitatis cura laudem verecundiæ sibi minuit, sed utramque virtutem integram obtinuit, declarando suam modestiam, dum ro- D gari exspectat; miram vero hospitalitatem, dum rogata sine mora obsequitur. Etenim summæ hospitalitatis fuit, non modo quæ postulavit dedisse, sed etiam plus quam ille petiit exhibuisse. Nec refert quod aqua erat quæ offerebatur: tum enim hanc solam habuit.

Non ex sumtu æstimanda hospitalitas.

Hospitales autem non ex sumtu censendi sunt, sed ex facultatibus; quando Deus eum etiam laudat, qui dedit frigidæ poculum (Matth. 10. 42.); et eam, quæ duos æreos minutos obtulit, ait contulisse plus omnibus, quia totum (Luc. 21. 2.–4.)

quod habuit conjecerat. Sic et ista his bonum illum virum excepit xeniis, quæ sola tum ad manum aderant. Nec temere additum est, quod festinans cucurrit, et similia, sed ut intelligas eam alacriter fecisse omnia, non ægre ac gravatim, nec invitam et coactæ similem. Et ne id parvum putes, sæpe aliquem prætereuntem rogavimus, ut paulisper gradum sisteret, summissaque sua face nostram accenderet, aut a bajulante aquam petiimus ut modicum inde bibere liceret: nec id facere sustinuit, sed tulit graviter : hæc autem non modo summisit ei hydriam, sed camelis etiam omnibus aquam hausit affatim, labori non parcens, et suo corpore hospitalitati comiter subserviens : non enim factum hoc solum, verum etiam alacritas adjuncta virtutem puellæ indicat, quæ hominem ignotum et tum primum visum vocat dominum. Et sicut Abrahamus ipsius socer prætereuntes non interrogat, quinam sint et cujates, quove iter et unde faciant, sed simpliciter hospitalitati dat operam : ita et hæc non sciscitatur, quis es et unde? qua de causa venis? sed hospitalitatis opes congregans, non est curiosa cæterorum. Etenim gemmarii et nummularii hoc unum curant, ut lucrum capiant ex iis cum quibus negotiantur, parum solliciti quales tandem illi sint : sic hæc solum id quærit, ut hospitalitatis fructum capiat, utque solidam ejus mercedem percipiat. Bene sciebat hospitem maxime verecundum esse, ideoque magnam ei comitatem exhibendam esse et modestiam non curiosam : quod si de rebus ejus percontemur immodice, tergiversari eum et gravatim accedere. Quapropter neque hæc se ita gerit erga illum, neque ejus socer Abraham erga hospites, ne sic venationem suam absterreat : sed curatis prætereuntium corporibus et obsequutus suo animo, sic eos dimittit.

Gen. 18. 8. Hoc pacto etiam angelos aliquando excepit, circa quos si fuisset curiosior, non parum decessisset mercedi ejus debitæ. Admiramur enim eum non quod exceperit angelos, sed quod nesciens esse angelos, exceperit. Nec enim mirandum si prudens ac sciens tractasset eos comiter, quorum dignitas quantumvis immane pectus ac saxeum ad humanitatem benignitatemque posset cogere : sed hoc meretur admirationem quod viatores vulgares ratus, tantum honoris eis habuit. Talis erat hæc quoque : nesciebat hominem quisnam esset, aut curnam venisset,

τὴν δύο λεπτὰ καταβαλοῦσαν πάντων πλέον καταβεβληκέναι ἔφη, ἐπειδὴ πάντα, ἅπερ εἶχε, τότε κα-
E τέβαλεν. Οὕτω καὶ αὕτη τούτοις τὸν γενναῖον ἐκεῖνον ἐξένισεν, ὧν οὐδὲν εἶχε πλέον αὐτῷ παρασχεῖν. Οὐχ ἁπλῶς δὲ πρόσκειται τὸ, Ἔσπευσε, καὶ ἔδραμε, καὶ ὅσα τοιαῦτα, ἀλλ' ἵνα μάθῃς τὴν προθυμίαν, μεθ' ἧς ἐποίει τὸ πρᾶγμα, οὐχ ἄκουσα, οὐδὲ ἀναγκαζομένη, οὐδὲ δυσχεραίνουσα, οὐδὲ ἀγανακτοῦσα. Καὶ ὅτι οὐ μικρὸν τοῦτό ἐστι, πολλάκις παριόντα τινὰ στῆναι μικρὸν ᾐτήσαμεν δᾷδα κατέχοντα, ἵνα ἅψωμεν, ἢ ὕδωρ βαστάζοντα, ὥστε ἀποπιεῖν, καὶ οὐχ ἠνέσχετο, ἀλλ' ἐδυσχέρανεν· ἐκείνη δὲ οὐ μόνον ἀπέκλινεν αὐτῷ τὴν ὑδρίαν, ἀλλὰ καὶ ταῖς καμήλοις πά-
224 σαις ὑδρεύσατο, πόνον τοσοῦτον ἀνασχομένη, καὶ
A τὴν ἀπὸ τοῦ σώματος λειτουργίαν εἰς τὴν φιλοξενίαν εἰσενεγκοῦσα μετὰ πολλῆς προσηνείας· οὐ γὰρ τὸ ποιῆσαι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ προθύμως, δείκνυσιν αὐτῆς τὴν ἀρετήν· κύριον καλεῖ ἄνθρωπον ἀγνῶτα καὶ τότε φανέντα πρῶτον. Καὶ καθάπερ ὁ κηδεστὴς αὐτῆς Ἀβραὰμ οὐκ ἠρώτα τοὺς παριόντας, τίνες τέ ἐστε, καὶ πόθεν; καὶ ποῦ πορεύεσθε; καὶ πόθεν ἥκατε; ἀλλ' ἁπλῶς τὴν φιλοξενίαν ἐκαρποῦτο· οὕτω καὶ αὕτη οὐκ εἶπε, τίς εἶ, καὶ πόθεν, καὶ τίνος ἕνεκεν παραγέγονας; ἀλλὰ καρπωσαμένη τὴν εὐπορίαν τῆς φιλοξενίας, τὰ περιττὰ πάντα ἀφῆκε. Καὶ γὰρ οἱ μαργαρίτας ὠνούμενοι, καὶ χρυσίον λαμβάνοντες, ἓν τοῦτο ζητοῦσι μόνον, ὅπως κερδαίνοιεν ἀπὸ τῶν ἐχόν-
B των τὰ χρήματα, οὐχ ὅπως αὐτοὺς περιεργάσοιντο· καὶ αὕτη τοῦτο μόνον ζητεῖ, ὅπως δέξηται τὸν τῆς φιλοξενίας καρπὸν, ὅπως λάβοι τὸν μισθὸν ἀπηρτισμένον. Ἤδει τοῦτο σαφῶς, ὅτι ὁ ξένος μάλιστα πάντων αἰσχύνεται· διὰ τοῦτο δεῖται πολλῆς τῆς φιλοφροσύνης, καὶ ἀπεριεργάστου τῆς σωφροσύνης· ἂν τοίνυν μέλλωμεν αὐτὸν περιεργάζεσθαι καὶ πολυπραγμονεῖν, ὀκνεῖ καὶ ἀναδύεται, καὶ ἀηδῶς προσέρχεται. Διὰ τοῦτο οὐδὲ αὕτη τοῦτο ἐποίησεν ἐπὶ τούτου, οὐδὲ ἐπὶ τῶν ξένων ὁ κηδεστὴς ὁ ταύτης, ἵνα μὴ τὴν θήραν ἀποσοβήσῃ· ἀλλ' ἐθεράπευε τοὺς παριόντας μόνον, καὶ καρπούμενος δι' αὐτῶν ὅπερ ἐβούλετο,
C οὕτως αὐτοὺς ἐξέπεμπε.

Διὰ τοῦτο καὶ ἀγγέλους ποτὲ ὑπεδέξατο· ὡς εἴ γε περιειργάζετο, ἠλαττώθη ἂν αὐτῷ ὁ ἐπικείμενος μισθός. Καὶ γὰρ θαυμάζομεν αὐτὸν, οὐχ ὅτι ἀγγέλους ὑπεδέξατο, ἀλλ' ὅτι ἀγνοῶν ὑπεδέξατο. Εἰ μὲν γὰρ εἰδὼς ἐθεράπευσεν, οὐδὲν θαυμαστὸν ἐποίει, τῆς ἀξίας τῶν ὑποδεχθέντων καὶ τὸν σφόδρα λίθινον καὶ ἀπηνῆ καταναγκαζούσης φιλάνθρωπον γενέσθαι καὶ ἥμερον· τὸ δὲ θαυμαστὸν τοῦτο ἦν, ὅτι ὁδίτας τινὰς αὐτοὺς εἶναι νομίζων, τοσαύτην ἐπ' αὐτοῖς ἐπεδείξατο τὴν θεραπείαν. Τοσαύτη καὶ αὕτη ἦν· οὐκ οἶδεν τίς ἦν,
D οὐδὲ ἐπὶ τί παρεγένετο, οὐδὲ ὅτι αὐτὴν μνηστευσόμενος ἦλθεν, ἀλλὰ ξένον τινὰ καὶ ὁδοιπόρον ἐνόμισε. Διὰ

τοῦτο μείζων αὐτῇ ὁ μισθὸς τῆς φιλοξενίας ἐγίνετο, ὅτι τὸν οὐδαμόθεν ὄντα γνώριμον μετὰ τοσαύτης ὑπεδέξατο εὐνοίας, ὁμοῦ καὶ τὴν σωφροσύνην διατηροῦσα. Οὐδὲ γὰρ ἀναισχύντως, οὐδὲ ἰταμῶς, οὔτε ἀναγκάζουσα, οὔτε ὀργιζομένη, ἀλλὰ μετὰ τῆς προσηκούσης σεμνότητος τοῦτο ἐποίει. Τοῦτο γὰρ αὐτὸ ᾐνίξατο ὁ Μωϋσῆς λέγων· Ὁ δὲ ἄνθρωπος κατεμάνθανεν αὐτὴν, καὶ παρεσιώπα τοῦ γνῶναι, εἰ εὐώδωσε Κύριος τὴν ὁδὸν αὐτοῦ. Τί ἐστι, Κατεμάνθανεν αὐτήν; Καὶ σχῆμα, καὶ βάδισμα, καὶ βλέμμα, καὶ ῥῆμα, καὶ πάντα ἀκριβῶς ἐξήταζεν, ἀπὸ τῶν τοῦ σώματος κινημάτων τὴν ἕξιν τῆς ψυχῆς καταμανθάνων. Καὶ οὐδὲ τούτοις ἠρκέσθη μόνον, ἀλλὰ δευτέραν προσάγει πεῖραν. Ἐπειδὴ γὰρ ἐπότισεν αὐτὸν, οὐχ ἔστη μέχρι τούτου, ἀλλ' εἶπεν αὐτῇ, Τίνος θυγάτηρ εἶ, ἀνάγγειλόν μοι, καὶ εἰ ἔστι παρὰ τῷ πατρί σου τόπος τοῦ καταλῦσαι; Τί οὖν ἐκείνη; Ἀνεξικάκως καὶ πράως καὶ τὸν πατέρα εἶπε, καὶ οὐκ ἠγανάκτησε, λέγουσα, σὺ δέ τις εἶ ὁ πολυπραγμονῶν, καὶ ζητῶν, καὶ τὴν οἰκίαν περιεργαζόμενος; ἀλλὰ τί; Θυγάτηρ Βαθουὴλ εἰμι ἐγὼ υἱοῦ Μελχᾶς, ὃν ἔτεκεν τῷ Ναχώρ· καὶ ἄχυρα καὶ χορτάσματα πολλὰ παρ' ἡμῖν, καὶ τόπος τοῦ καταλῦσαι. Ὥσπερ ἐπὶ τοῦ ὕδατος, πλέον ὧν ᾔτησεν ἔδωκεν· ὁ μὲν γὰρ πιεῖν ᾔτησε μόνον, ἡ δὲ καὶ τὰς καμήλους ὑπέσχετο ποτίζειν, καὶ ἐπότισεν· οὕτω καὶ ἐνταῦθα· αὐτὸς τόπον ᾔτησε μόνον, ἡ δὲ καὶ ἄχυρα καὶ χορτάσματα καὶ ἄλλα πολλὰ, διὰ τούτων πάντων αὐτὸν ἐκκαλουμένη, καὶ πρὸς τὴν οἰκίαν ἕλκουσα, ἵνα τὸν τῆς φιλοξενίας καρπώσηται μισθόν. Ταῦτα δὲ μὴ παρέργως μηδὲ ἁπλῶς ἀκούωμεν, ἀλλ' ἡμᾶς αὐτοὺς καθ' ἑαυτοὺς ἐννοοῦντες, καὶ τούτοις παραβάλλοντες, οὕτως εἰσόμεθα τὴν ἀρετὴν τῆς γυναικός. Πολλάκις γοῦν γνωρίμους τινὰς καὶ ἐπιτηδείους ὑποδεχόμενοι δυσχεραίνομεν, κἂν μίαν ἢ δευτέραν ἡμέραν ἐνδιατρίψωσι, βαρυνόμεθα· αὕτη δὲ τὸν ἀγνῶτα καὶ ξένον μετὰ πολλῆς εἰς τὴν οἰκίαν εἷλκε τῆς προθυμίας, καὶ ταῦτα οὐκ αὐτῷ μόνον, ἀλλὰ καὶ καμήλοις τοσαύταις μέλλουσα παρέξειν τὴν θεραπείαν. Ἐπειδὴ δὲ εἰσῆλθε, σκόπει ἐντεῦθεν μᾶλλον αὐτοῦ τὴν σύνεσιν. Ὡς γὰρ παρέθηκε φαγεῖν αὐτῷ ἄρτους, φησίν· Οὐ μὴ φάγω, ἕως ὅτου λαλήσω τὰ ῥήματά μου. Εἶδες πῶς ἦν ἐγρηγορὼς καὶ νήφων; Εἶτα, ἐπειδὴ εἰπεῖν ἐπέτρεψαν, ἴδωμεν πῶς αὐτοῖς διαλέγεται. Ἆρα ταῦτα εἶπε πρὸς αὐτοὺς τὰ ῥήματα, ὅτι δεσπότην ἔχοι περιφανῆ καὶ λαμπρὸν, παρὰ πάντων τιμώμενον, πολλῆς παρὰ τῶν ἐγχωρίων προεδρίας ἀπολαύοντα; καίτοι γε εἴπερ ἐβούλετο ταῦτα εἰπεῖν, οὐκ ἂν ἠπόρησε· καὶ γὰρ ἐν τάξει βασιλέως αὐτὸν οἱ ἐπιχώριοι ἐτίμων. Ἀλλ' ὅμως οὐδὲν τούτων εἶπεν, ἀλλὰ τὰ ἀνθρώπινα ταῦτα ἀφεὶς, ἀπὸ τῆς ἄνωθεν αὐτὸν ῥοπῆς ἐκόσμησεν οὕτω λέγων· Παῖς Ἀβραὰμ ἐγώ εἰμι· Κύριος εὐλόγησε τὸν κύριόν μου σφόδρα, καὶ ὑψώθη, καὶ ἔδωκεν αὐτῷ

neque quod conciliaturus esset ipsius nuptias, sed viatorem unum aliquem putabat et hospitem. Idcirco uberior ei hospitalitatis merces contingit, quod modis omnibus ignotum tanta prosequuta sit benevolentia, servata interim et modestia. Neque enim effrena temeritate, neque vim afferens aut stomachabunda hoc faciebat, sed cum decoro ita ut par erat. Hoc enim ipsum Moses subindicat his verbis : *Ille* Gen. 24. 21.
autem contemplabatur eam tacitus, scire volens utrum prosperum iter suum fecisset Do-
E *minus*. Quid est, *Contemplabatur eam?* Et habitum, et incessum, et aspectum, et verba, omnia denique diligenter examinabat, ex corporis gestibus habitudinem animi colligens. Nec his contentus, alterum experimentum adhibet. Accepto enim ab ea potu non destitit, sed rogare pergit : *Cujus es filia, indica mihi : estne in* Gen. 24.
domo patris tui locus quo possim divertere? 23.
225 A Quid illa ad hæc? Patienter ac mansuete suum patrem indicat. Non dixit indignabunda : Tu vero quis es tam curiosus percontator etiam de nostris ædibus? sed quid? *Filia sum Bathue-* Ib. v. 24.
lis filii Melchæ, quem Nachori peperit. Pa- 25.
learum quoque et fœni apud nos est copia, et locus ad divertendum. Sicut ante aquam petenti plus quam posceret obtulit : nam cum ille potum sibi soli petiisset, etiam camelis se præbituram est pollicita, et utique præbuit : sic etiam hic requirenti tantummodo diversorium, insuper de paleis ac fœno prospicit, deque aliis multis, alliciens cum his omnibus, et domum pertrahens,
B ut hospitalitatis fructum et mercedem capiat. Hæc autem non obiter, neque negligenter audiamus, sed nosmetipsos considerantes, ad hoc exemplum conferamus : sic enim intelligemus virtutem hujus feminæ. Sæpenumero notos aliquos et necessarios excipientes ægre ferimus, et gravamur, si unum aut alterum diem commorati fuerint; hæc autem ignotum et hospitem magna alacritate domum pertraxit, præsertim cum non ipsi soli, sed tot camelis etiam offerret curam et ministerium. Postquam autem intro-
C gressus est hospitium, jam magis considera servi prudentiam. Apposita enim mensa, inquit, *Non prius cibum capiam quam loquar verba* Gen. 24.
mea. Vide quam vigilans fuerit et sobrius? 33.
Deinde postquam permissum est ei dicere, videamus quomodo illos alloquitur. Num ista verba ad eos dixit : herum se habere illustrem et splendidum, honoratum ab omnibus, virum magnæ auctoritatis apud cives regionis, in qua

Abraham tamquam rex colebatur. tum degeret? tametsi poterat, si voluisset, hæc vere dicere : etenim tamquam rex colebatur ab ejus nationis hominibus. Attamen nihil horum dixit, sed omissis istis, quæ apud homines sunt in pretio, a divino eum favore commendat his

Gen. 24. 34. 35. verbis : *Ego Abrahæ servus : Dominus benedixit Domino meo valde, exaltatusque est, et dedit ei oves et boves, argentum et aurum.* Divitias ejus memorat, non ut opulentum, sed ut pium esse ostendat, hoc nomine laudans quod a Deo hæc acceperit, non quod tantarum rerum

Gen. 24. 36. sit dominus. Deinde loquitur de sponso : *Et peperit Sarra, uxor domini mei, filium domino meo jam seni.* Hic et partus modum subindicat docens quod et partus ei divina providentia concessus sit, non naturæ ordine. Ergo tu quoque sive sponsum, sive sponsam quæras, hoc inquire ante omnia, an Deo placens sit, an valde illi favor cælestis adspiret. Si enim hæc adsint, consequenter et alia : sin autem desint, etiamsi res familiaris abunde suppetat, nihil proderit. Deinde ne audiat ab eis, Cur igitur

Ib. v. 37. 38. nullam indigenam in uxorem accipit? *Adjuravit me,* inquit, *dominus meus dicens : Non accipies uxorem filio meo ex filiabus Chananæorum, sed ad domum patris mei proficisceris, et de tribu mea accipies uxorem filio meo.* Sed ne totam historiam in medium afferentes molesti videamur, ad finem transeamus. Cum enim retulisset, quomodo ad fontem adstiterit, quid a puella petierit, quomodo illa plus, quam petitum esset dederit, quomodo Deus mediator fuerit, cumque omnia diligenter nuntiasset, sermonis finem fecit. His omnibus auditis illi non amplius dubitaverunt, neque neglexerunt rem, sed quasi divinitus instincti sine mora ei promiserunt filiam. Respondentesque Laban et Ba-

Gen. 24. 50. 51. thuel dixerunt : *Mandatum hoc egressum est a Deo : ideo non possumus tuæ postulationi contradicere. En Rebecca, tolle eam et propera, et sit uxor domini tui, sicut loquutus est Dominus.* Quis non obstupesceret? quis non admiraretur, quanta impedimenta brevi temporis momento sublata sint? Etenim vel quod hospes erat, vel quod servus, vel quod ignotus, vel quod longum esset itineris intervallum, vel quod nec socer, nec sponsus, neque alius ex eorum necessariis notus erat, horum unumquodque per se satis erat impedimenti, quominus hoc connubium succederet : attamen

πρόβατα, καὶ μόσχους, καὶ χρυσίον, καὶ ἀργύριον. Τὸν D πλοῦτον εἶπεν, οὐχ ἵνα εὔπορον δείξῃ ὄντα, ἀλλ' ἵνα φιλόθεον· οὐ γὰρ ἀπὸ τοῦ κεκτῆσθαι, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ παρὰ Θεοῦ ταῦτα αὐτὸν εἰληφέναι ἐγκωμιάσαι βούλεται· εἶτα περὶ τοῦ νυμφίου διαλεγόμενος· Καὶ ἔτεκε Σάῤῥα, ἡ γυνὴ τοῦ κυρίου μου, υἱὸν ἕνα τῷ κυρίῳ μου μετὰ τὸ γηρᾶσαι αὐτόν. Ἐνταῦθά μοι καὶ τὸν τρόπον τῶν ὠδίνων ᾐνίξατο, δεικνὺς ὅτι καὶ ὁ τόκος ἀπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ γέγονε προνοίας τῆς πρὸς ἐκεῖνον, οὐ κατὰ φύσεως ἀκολουθίαν. Καὶ σὺ τοίνυν ἄν τε νυμφίον, ἄν τε νύμφην ἐπιζητῇς, ταῦτα πρὸ τῶν ἄλλων ζήτει, εἰ θεοφιλής ἐστιν, εἰ πολλῆς ἄνωθεν ἀπολαύει τῆς εὐνοίας. Ἂν γὰρ ἐκεῖνα ᾖ, καὶ τὰ ἄλλα ἕπεται· τούτων δὲ οὐκ ὄντων, κἂν μετὰ πολλῆς τῆς E ἀδείας αὐτοῖς ὑπάρχῃ τὰ βιωτικὰ, κέρδος οὐδέν. Εἶτα ἵνα μὴ λέγωσι, τίνος οὖν ἕνεκεν οὐδεμίαν τῶν ἐπιχωρίων ἔλαβε γυναικῶν; Ὥρκισέ με, φησὶ, λέγων· οὐ λήψῃ τῷ υἱῷ μου γυναῖκα ἀπὸ τῶν θυγατέρων τῶν Χαναναίων, ἀλλ' εἰς τὸν οἶκον τοῦ πατρός μου πορεύσῃ, καὶ εἰς τὴν φυλήν μου, καὶ λήψῃ γυναῖκα τῷ υἱῷ μου. Ἀλλ' ἵνα μὴ πᾶσαν τὴν ἱστορίαν εἰς μέσον φέροντες παρενοχλεῖν δόξωμεν, ἐπὶ τὸ τέλος ἴωμεν. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπε, πῶς ἐπὶ τῆς πηγῆς ἔστη, πῶς ᾔτησε τὴν κόρην, πῶς ἔδωκεν ἐκείνη πλέον τῆς αἰτήσεως, πῶς ὁ Θεὸς μεσίτης ἐγένετο, καὶ πάν- 226 τα μετὰ ἀκριβείας ἀπαγγείλας, κατέλυσεν ἐν τούτοις A τὸν λόγον. Ταῦτα ἅπαντα ἀκούσαντες ἐκεῖνοι, οὐκέτι λοιπὸν ἀμφέβαλον, οὐδὲν ἠμέλησαν, ἀλλ' ὥσπερ τοῦ Θεοῦ τὴν ψυχὴν αὐτῶν εἰς τοῦτο κινήσαντος, εὐθέως αὐτῷ καθωμολόγησαν τὴν θυγατέρα. Καὶ ἀποκριθεὶς Λάβαν καὶ Βαθουὴλ εἶπον· Τὸ πρόσταγμα τοῦτο παρὰ Θεοῦ ἐξῆλθεν· οὐ δυνησόμεθα οὖν σοι ἀντειπεῖν κακόν· ἰδοὺ Ῥεβέκκα, λαβὼν ἀπότρεχε, καὶ ἔσται γυνὴ τῷ κυρίῳ σου, καθάπερ ἐλάλησε Κύριος. Τίς οὐκ ἂν ἐκπλαγείη; τίς οὐκ ἂν θαυμάσειεν, ὅσα καὶ ἡλίκα κωλύματα ἐν βραχείᾳ καιροῦ ῥοπῇ ἀνῃρεῖτο; B Καὶ γὰρ τὸ ξένον εἶναι, καὶ οἰκέτην, καὶ ἀγνῶτα, καὶ πολὺ τῆς ὁδοῦ τὸ διάστημα, καὶ τὸ μηδὲ τὸν κηδεστὴν, μηδὲ τὸν νυμφίον, μήτε ἄλλον τινὰ τῶν [a] ἐκείνῃ προσηκόντων γνωρίζεσθαι, καὶ καθ' ἑαυτὸ τούτων ἕκαστον ἱκανὸν ἦν κωλῦσαι τὸν γάμον· ἀλλ' ὅμως οὐδὲν ἐκώλυσεν, ἀλλὰ πάντα ταῦτα ἐξηυμαρίζετο καὶ καθάπερ γνωρίμῳ καὶ πλησίον οἰκοῦντι, καὶ ἐκ πρώτης ἡμέρας συναναστραφέντι, οὕτως αὐτῷ θαῤῥοῦντες ἐνεχείριζον τὴν νύμφην· τὸ δὲ αἴτιον, ὁ Θεὸς ἦν ἐν μέσῳ. Ὥσπερ γὰρ ὅταν χωρὶς αὐτοῦ τι ποιῶμεν, κἂν ἅπαντα ᾖ λεῖα καὶ ῥᾴδια, βάραθρα καὶ κρημνοὺς καὶ μυρίας ἐν αὐτοῖς ἀποτυχίας εὑρίσκομεν· C οὕτως ὅταν παρῇ καὶ συνεφάπτηται, κἂν ἁπάντων ἀπορώτερα ᾖ τὰ προκείμενα, ἅπαντα λεῖα καὶ ῥᾴδια

[a] [Savil. in marg. conj. ἐκείνῳ.]

γίνεται. Μηδὲν οὖν μήτε ποιῶμεν, μήτε λέγωμεν, πρὶν ἢ τὸν Θεὸν καλέσαι καὶ παρακαλέσαι συνεφάψασθαι τῶν ἐν χερσὶν ἡμῖν ἁπάντων, καθάπερ οὖν καὶ οὗτος ἐποίησεν.

Ἀλλ' ἴδωμεν, ἐπειδὴ αὐτὴν ἔλαβε, ποίῳ τρόπῳ τὸν γάμον ἐπετέλεσεν. Ἆρα κύμβαλα καὶ σύριγγας καὶ χοροὺς καὶ τύμπανα καὶ αὐλοὺς καὶ τὴν ἄλλην ἐπεσύρατο φαντασίαν; Οὐδὲν τούτων, ἀλλὰ μόνην λαβὼν οὕτως ἀπῄει, τὸν ἄγγελον ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ παραπέμποντα αὐτὴν καὶ συνοδοιποροῦντα, ὃν ὁ δεσπότης αὐτοῦ τὸν Θεὸν ἱκέτευσεν αὐτῷ συναποστεῖλαι ἐκ τῆς D οἰκίας ἐξερχομένῳ. Καὶ ἤγετο λοιπὸν ἡ νύμφη αὐλῶν μὲν καὶ κιθάρας καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων οὐδενὸς ἀκούσασα, μυρίας δὲ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τὰς εὐλογίας ἔχουσα, στέφανον διαδήματος παντὸς λαμπρότερον. Ἤγετο οὐ χρυσᾶ περιβεβλημένη ἱμάτια, ἀλλὰ σωφροσύνην καὶ εὐλάβειαν, καὶ φιλοξενίαν, καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν ἀρετήν. Ἤγετο οὐκ ἐπὶ ὀχήματος κατάστεγου, οὐδὲ ἐπὶ ἄλλης τινὸς φαντασίας τοιαύτης, ἀλλ' ἐπὶ τῆς καμήλου καθημένη. Μετὰ γὰρ τῆς ἀρετῆς τῆς ἐν τῇ ψυχῇ, καὶ τὰ σώματα ταῖς παρθέ- E νοις τὸ παλαιὸν πολλῆς μετεῖχε τῆς εὐεξίας. Οὐ γὰρ οὕτως αὐτὰς ἔτρεφον αἱ μητέρες, καθάπερ τὰς νῦν, βαλανείοις πυκνοῖς, μύρων ἀλοιφαῖς, ἐπιτρίμμασι σκιαγραφίας, μαλακοῖς ἱματίοις, ἑτέροις μυρίοις διαφθείρουσαι τρόποις, καὶ τοῦ δέοντος μαλακωτέρας ποιοῦσαι, ἀλλ' εἰς ἅπασαν αὐτὰς ἤγαγον ἐκεῖναι σκληραγωγίαν. Διὰ τοῦτο αὐταῖς καὶ τοῦ σώματος ἡ ὥρα σφόδρα ἦν εὐανθὴς καὶ γνησία, ἅτε φυσική τις οὖσα, ἀλλ' οὐ χειροποίητος, οὔτε ἐπιτετηδευμένη. Διὰ τοῦτο καὶ ὑγείας ἀπέλαυον καθαρᾶς, καὶ κάλλος αὐταῖς ἀμήχανον ἦν, οὐδεμιᾶς ἀῤῥωστίας ἐνοχλούσης τῷ σώματι, ἀλλὰ πάσης βλακείας ἐκβεβλημένης. Οἱ γὰρ πόνοι καὶ αἱ ταλαιπωρίαι καὶ τὸ ἐν ἅπασιν αὐ- 227 τουργεῖν βλακείαν μὲν ἀπήλαυνε πᾶσαν, εὐρωστίαν A δὲ καὶ ὑγείαν μετὰ πολλῆς παρεῖχε τῆς ἀσφαλείας. Διὸ δὴ καὶ ποθεινότεραι τοῖς ἀνδράσιν ἦσαν, καὶ μᾶλλον ἐπέραστοι· οὐ γὰρ δὴ τὸ σῶμα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ψυχὴν τούτοις βελτίω καὶ σωφρονεστέραν κατειργάσαντο. Καθημένη τοίνυν ἐπὶ τῆς καμήλου καὶ φθάσασα εἰς τὴν χώραν, πρὶν αὐτὴν ἐλθεῖν ἐγγὺς, ἀναβλέψασα εἶδε τοῖς ὀφθαλμοῖς τὸν Ἰσαὰκ, καὶ κατεπήδησεν ἀπὸ τῆς καμήλου. Εἶδες ἰσχύν; εἶδες εὐεξίαν;

hæc universa facilia sunt reddita, et haud secus quam si notus esset, habitaretque prope, et totam ætatem cum eis versatus fuisset, commiscerunt sponsam ejus fidei, hac de causa, quod auspice Deo res agebatur. Sicut enim si quid eo parum favente aggrediamur, etiamsi omnia sint plana et facilia, voragines et salebras et innumeras frustrationes obiter offendimus : sic eodem præsente et adjuvante, licet omnia quæ habemus præ manibus, sint impeditissima, plana fiunt et facilia. Nihil igitur vel faciamus, vel dicamus, nisi invocato Numine, ut res quas tractamus dirigat, ut ille fecit.

Deo auspice quæ fiunt bene succedunt.

9. Nunc videamus, postquam eam accepit, quo pacto adornet nuptias. Num cymbala, fistulas, choreas, tympana, tibias secum traxit, reliquasque apparatus species? Nihil horum, sed illa sola assumta abiit, deducente et comitante angelo, quem herus, dum famulum e domo dimitteret, una mitti a Deo supplex impetraverat. Atque ita ducebatur sponsa nullis tibiis et citharis occinentibus, sed innumeris a Deo caput ornata benedictionibus, vice coronæ pretiosioris quovis diademate. Ducebatur autem non auratis amicta vestibus, sed ornata modestia, pietate, hospitalitate, cæterisque virtutibus omnibus. Ducebatur non in carpento camerato, aut apparatu aliquo simili, sed camelo insidens. Nam præter virtutes animi, etiam corpora virginum olim optima fuerunt habitudine. Non enim sic educabantur a matribus, ut fit hodie, crebra inter unguenta et balnea, fucum et pigmenta, in mollibus indumentis, aliisque corruptelarum modis innumeris, quibus fiant plusquam decet molliculæ : sed modis omnibus dura erat earum educatio. Quamobrem et corporis nativa florebant pulchritudine, nullis adjutæ externis lenociniis, et valetudine æque felici ac forma fruebantur, nulla infestante ægritudine, ablegataque omni mollitie. Labores enim et opera, quibus exercebantur, varia, languorem omnem pellebant, robur autem et sanitatem tutam eis conciliabant, reddebantque tanto magis maritis gratas et amabiles : sic enim non solum corpora, sed et animi in melius proficiebant. Vecta igitur camelo postquam ad destinatam regionem pervenit, sublatis procul oculis vidit Isaacum, moxque a camelo desiliit. Vides robur? vides bonam habitudinem? A camelo desiliit. Tantum illi virium una cum modestia supererat. Et ait ad servum : *Quis est ille homo qui progressus est in campum? Respondit servus : Ipse est domi-*

Gen. 24. 65.

nus meus. Tum illa æstivo palliolo sumto se obnupsit. Observa omnia testari ejus modestiam, quam pudens erat ac verecunda. *Et accepit eam uxorem Isaac, dilexitque in tantum ut leniret dolorem, qui illi ex morte Sarræ matris acciderat.* Hæc non temere dicuntur, quod dilexerit eam, quodque pro solamine luctus habuerit, sed ut discas, quibus rebus illa maritum in amorem sui pellexerit, quas domo secum attulerat. Quis enim talem non adamaret, tam modestam, tam honestam, tam hospitalem, humanam et amabilem, fortem animo et validam corpore? Hæc dixi, ut non audiatis tantum, aut auditis applaudatis, sed ut etiam æmulemini. Et patres quidem providentiam patriarchæ imitamini, qua usus est in paranda uxore simplici, non pecunias quærens, non splendorem generis, non pulchritudinem corporis, non aliud quidquam præter generositatem animi: vos autem matres date operam, ut ad hunc modum educetis vestras filias. Porro sponsi qui eas ducturi sunt, ducant cum honestate simili, exterminantes risum, choreas, turpiloquium, fistulas, tibias, diabolicum illum apparatum et reliqua hujusmodi, semperque invocantes Deum, ut mediator adsit actionum nostrarum omnium. Si enim res nostras hoc pacto disposuerimus, nullum divortium erat, nulla adulterii suspicio: aut occasio zelotypiæ, non rixa, non contentio, sed multa fruemur pace, multaque concordia, a quibus non aberunt virtutes cæteræ. Sicut enim uxore a marito dissidente nihil sani est in ædibus, etiamsi alioquin res eorum secundo ferantur flatu: ita dum pax constabit et concordia, nihil erit insuave, etiamsi quotidie tempestates accidant plurimæ. Si hoc modo conciliabuntur nuptiæ, perfacile poterimus ad virtutem educare liberos. Ubi enim mater tam honesta fuerit, ac sobria, omnique virtute prædita, profecto maritum desiderio sui capiet ac devinciet; atque ita habebit eum alacrem adjutorem in curandis atque instituendis communibus liberis; simulque Deum ad prospiciendum eis attrahet: quo aspirante tam honestæ administrationi domesticæ, et exercente puerorum animos, omnia posthac jucunda erunt et felicia, rebus tam bene compositis, et iis qui præsunt sic affectis: poteritque unusquisque una cum sua domo, videlicet uxore, liberis ac famulis, et præsentem vitam secure peragere, et ad cælorum regnum pervenire: quæ nobis omnibus per gratiam, benignitatem, et misericordiam suam concedat Dominus noster

Gen 24.67.

Quomodo erudiendæ filiæ a matribus.

Κατεπήδησεν ἀπὸ τῆς καμήλου. Οὕτως αὐταῖς ῥώμη πολλὴ μετὰ σωφροσύνης ἦν. Καὶ εἶπε τῷ παιδί· Τίς ἐστιν ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος ὁ πορευόμενος ἐν τῷ πεδίῳ; Εἶπε δὲ ὁ παῖς, Ὁ κύριός μου. Εἶτα λαβοῦσα τὸ θέριστρον περιεβάλετο. B Ὅρα πανταχοῦ τὴν σωφροσύνην αὐτῆς μαρτυρουμένην, πῶς ἦν αἰσχυντηρὰ, πῶς ἦν αἰδέσιμος. Καὶ ἔλαβεν αὐτὴν ὁ Ἰσαὰκ, καὶ ἐγένετο αὐτῷ εἰς γυναῖκα καὶ ἠγάπησεν αὐτὴν, καὶ παρεκλήθη περὶ Σάῤῥας τῆς μητρὸς αὐτοῦ. Οὐχ ἁπλῶς δὲ ταῦτα εἴρηται, ὅτι ἠγάπησεν αὐτὴν, καὶ παρεκλήθη περὶ τῆς Σάῤῥας τῆς μητρὸς αὐτοῦ, ἀλλ' ἵνα μάθῃς τοῦ φίλτρου καὶ τῆς ἀγάπης τὰς ὑποθέσεις, ἃς οἴκοθεν ἔχουσα ἦλθεν ἡ γυνή. Τίς γὰρ τὴν τοιαύτην οὐκ ἂν ἠγάπησε, τὴν οὕτω σώφρονα, τὴν οὕτω κοσμίαν, τὴν οὕτω φιλόξενον καὶ φιλάνθρωπον καὶ ἥμερον, τὴν ἀνδρείαν μὲν κατὰ τὴν ψυχὴν, ῥωμαλέαν δὲ κατὰ τὸ C σῶμα; Ταῦτα εἶπον, οὐχ ἵνα ἀκούσητε, οὐδ' ἵνα ἀκούσαντες ἐπαινέσητε μόνον, ἀλλ' ἵνα καὶ ζηλώσητε. Καὶ πατέρες μὲν τὴν πρόνοιαν τοῦ πατριάρχου μιμεῖσθε, ἣν ἐποιεῖτο περὶ τοῦ λαβεῖν γυναῖκα ἄπλαστον, οὐ χρήματα ἐπιζητήσας, οὐ γένους λαμπρότητα, οὐ σώματος κάλλος, οὐκ ἄλλο οὐδὲν, ἀλλὰ ψυχῆς εὐγένειαν μόνον· μητέρες δὲ οὕτω τὰς ἑαυτῶν ἀνατρέφετε θυγατέρας. Οἱ δὲ ἄγεσθαι αὐτὰς μέλλοντες νυμφίοι, μετὰ τοσαύτης αὐτὰς ἄγετε κοσμιότητος, χορείας μὲν καὶ γέλωτας καὶ ῥήματα αἰσχρὰ, καὶ σύριγγας καὶ αὐλοὺς, καὶ τὴν διαβολικὴν φαντασίαν, καὶ τὰ ἄλλα πάντα τὰ τοιαῦτα ἐξορίζοντες, τὸν Θεὸν D δὲ ἀεὶ παρακαλοῦντες μεσίτην γενέσθαι τῶν πραττομένων ἁπάντων. Ἂν γὰρ οὕτω τὰ καθ' ἑαυτοὺς οἰκονομήσωμεν, οὐκ ἀποστάσιον ἔσται ποτὲ, οὐ μοιχείας ὑποψία, οὐ ζηλοτυπίας πρόφασις, οὐ μάχη καὶ ἔρις, ἀλλὰ πολλῆς μὲν ἀπολαυσόμεθα τῆς εἰρήνης, πολλῆς δὲ τῆς ὁμονοίας· ταύτης δὲ οὔσης, καὶ αἱ ἄλλαι πάντως ἕψονται ἀρεταί. Ὥσπερ γὰρ, γυναικὸς πρὸς ἄνδρα στασιαζούσης, οὐδὲν ὑγιὲς ἔσται ἐπὶ τῆς οἰκίας, κἂν ἅπαντα τὰ ἄλλα κατὰ ῥοῦν φέρηται πράγματα· οὕτως ὁμονοούσης καὶ εἰρηνευούσης, οὐδὲν ἔσται ἀηδὲς, κἂν μυρίοι χειμῶνες καθ' ἑκάστην τίκτωνται E τὴν ἡμέραν. Ἂν οὕτως οἱ γάμοι γένωνται, καὶ τὰ παιδία μετὰ πολλῆς τῆς εὐκολίας εἰς ἀρετὴν ἀγαγεῖν δυνησόμεθα. Ὅταν γὰρ ἡ μήτηρ οὕτως ᾖ κοσμία, καὶ σώφρων, καὶ πᾶσαν ἀρετὴν κεκτημένη, πάντως καὶ τὸν ἄνδρα ἑλεῖν δυνήσεται καὶ χειρώσασθαι τῷ περὶ αὐτὴν πόθῳ· ἑλοῦσα δὲ αὐτὸν, μετὰ πολλῆς ἕξει τῆς προθυμίας βοηθοῦντα πρὸς τὴν τῶν παίδων ἐπιμέλειαν, καὶ τὸν Θεὸν οὕτως ἐπισπάσεται πρὸς τὴν αὐτὴν ταύτην πρόνοιαν· ἐκείνου δὲ συνεφαπτομένου τῆς καλῆς ταύτης οἰκονομίας, καὶ τὰς ψυχὰς τῶν παίδων ἀσκοῦντος, οὐδὲν ἀηδὲς ἔσται λοιπὸν, ἀλλὰ καὶ τὰ τῆς οἰκίας εὖ διακείσεται, τῶν ἀρχόντων οὕτω 225 A διακειμένων· καὶ μετὰ τῆς οἰκίας οὕτως ἕκαστος δυ-

νήσεται, τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς λέγω, καὶ παίδων καὶ οἰκετῶν, καὶ τὸν ἐνταῦθα μετὰ ἀδείας ἁπάσης διανύσαι βίον, καὶ εἰς τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν εἰσελθεῖν· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ δόξα, καὶ κράτος, σὺν τῷ ἁγίῳ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Jesus Christus, cum quo Patri, simulque Spiritui vivifico et sancto gloria, imperium, et honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

MONITUM

AD HOMILIAM IN ILLUD,

NOLO VOS IGNORARE, FRATRES, QUOD, ETC.

De anno quo hæc habita est concio nihil habemus : æstate solum pronuntiatam, et die post Homiliam in sanctum Barlaam insequente ex Chrysostomi dictis eruitur. Sub initium namque ait : *Ita et ego hanc anni tempestatem maxime diligo; non quia liberati sumus hieme, nec quod æstate perfruamur; sed quia adsunt spirituales portus, qui nos frequenter excipiunt, festi nempe sanctorum martyrum dies.* Et paucis interpositis : *Horum omnium vos testes estis, qui in certaminibus beati Barlaam heri oblectati, et cum magna tranquillitate in ejus portum festinantes, sæcularium curarum salsuginem abluistis.* Antiochiæ vero habitam fuisse vel inde liquet, quod dicta sit post festum sancti Barlaami, Antiochiæ celebrari solitum, ut videas in Monito ad Homiliam in sanctum Barlaamum Tom. II. Chrysostomi scopus est demonstrare, res in Veteri Lege actas futurarum rerum prædictionibus fidem facere : esseque illas rerum Novi Testamenti typum et umbram. Marcionem, Manichæum et Paulum Samosatenum obiter perstringit, et postulatis in fine sanctorum precibus homiliam claudit.

Incerti interpretationem Latinam, utpote non accuratam, rejecimus, novamque paravimus.

[a] ΕΙΣ ΤΟ ΑΠΟΣΤΟΛΙΚΟΝ ΡΗΤΟΝ, A

Οὐ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοὶ, ὅτι οἱ πατέρες ἡμῶν πάντες ὑπὸ τὴν νεφέλην ἦσαν, καὶ πάντες διὰ τῆς θαλάσσης διῆλθον.

Οἱ ναῦται τοῦτο μάλιστα φιλοῦσι τοῦ πελάγους τὸ μέρος, ὅπερ ἂν λιμέσι πυκνοῖς καὶ νήσοις διειλημμένον ᾖ. Τὸ μὲν γὰρ ἀλίμενον πέλαγος, κἂν γαλήνην ἔχῃ, πολὺν παρέχει τοῖς πλέουσι τὸν τρόμον· ἔνθα δὲ ἂν ὦσιν ὅρμοι, καὶ ἀκταὶ, καὶ αἰγιαλοὶ πανταχόθεν ἐκτεταμένοι, μετὰ πολλῆς πλέουσι τῆς ἀσφαλείας. Κἂν γὰρ βραχὺ διεγερθεῖσαν τὴν θάλασσαν ἴδωσι, δι' B

IN APOSTOLICUM DICTUM,

Nolo vos ignorare, fratres, quod patres nostri 1. Cor. 10.
omnes sub nube fuerunt, et omnes per mare 1.
transierunt.

1. Nautæ eam maris partem libentius frequentant, quæ multis portibus insulisque instructa est. Pelagus enim portubus destitutum, etiam tranquillo tempore, multum incutit navigantibus tremorem : ubi autem portus et litora undecumque patent, cum magna securitate navigant. Etiamsi enim mare aliquantum sævire

[a] Collata cum Mss. Colbertinis 970 et 3058.

videant, cum in proximo refugium habeant, promte facileque possunt ab instantibus periculis liberari. Eapropter non modo cum prope portum sunt, sed etiamsi procul sint, a solo portus aspectu magnam consolationem accipiunt. Non enim parum illos recreare solent montium cacumina procul visa, fumus exsiliens, et ovium greges ad littus pascentes. Verum ubi ad portus ingressum devenerunt, plena fruuntur lætitia. Tunc enim et remum deponunt, et corpora salsugine confecta potabilibus oblectant aquis, et ad litus egressi, in terraque nudis corporibus aliquantum versantes, nauticum omne tædium deponunt. Quemadmodum igitur illi eam maris partem libentius amplexantur, ob frequentes illas et assiduas recreationes : ita et ego hanc anni tempestatem maxime diligo, non quia liberati sumus hieme, nec quod æstate fruamur, zephyro suaviter afflante, sed quia adsunt spirituales portus, qui nos frequenter excipiunt, festi nempe sanctorum martyrum dies. Non enim portus perinde nautas, atque dies festi sanctorum horum fideles recreare solent. Illos quippe a fluctuum impetu et diuturna remigatione portus liberant; hos autem ad martyrum solennitatem accedentes, a violenta per malignos impurosque spiritus, perque absurdas cogitationes in animo excitata tempestate, sanctorum memoria eripit. Sive quis ex publicis, sive ex privatis negotiis mœrore contracto huc ingrediatur, illo prorsus deposito revertitur, atque expeditior leviorque abit, non posito remo, nec relictis gubernaculis, sed excussa illa onerosa variaque sæcularis tristitiæ sarcina, multaque repletus animi lætitia. Horum omnium vos testes estis, qui in certaminibus beati Barlaam heri oblectati, et cum magna tranquillitate in ejus portum festinantes, sæcularium curarum salsuginem abluistis, atque auditis de illo sermonibus, leves et expediti domum recessistis. At ecce alia martyrum accedit festivitas. Donec igitur ad illorum portum appellamus, age nautas imitemur; et sicut illi navigantes in pelago cantant, cantu laborem sedantes : ita et nos donec ad illorum portum appellamus, spirituales quosdam inter nos conferamus sermones, beato Paulo hujus pulchri colloquii duce constituto, ut eum, qua jusserit ille via, sequamur. Quanam porro sequi via jubet? Per desertum et per miracula, quæ illic contigerunt. Etenim audistis illum hodie

Habita die sequenti post Concionem in sanctum Barlaam.

ὀλίγου τὴν καταφυγὴν ἔχοντες, ταχίστην καὶ εὔκολον τῶν ἐπικειμένων κακῶν ἀπαλλαγὴν εὕρασθαι δύναιντ' ἄν. Διὰ δὴ ταῦτα, οὐχ ὅταν πλησίον λιμένος ἐλαύνωσι μόνον, ἀλλὰ κἂν πόῤῥωθεν ὦσι, πολλὴν καὶ ἀπὸ τῆς ὄψεως ταύτης παράκλησιν δέχονται. Οὐ γὰρ ὡς ἔτυχεν αὐτῶν τὰς ψυχὰς ἀνακτᾶσθαι πέφυκε καὶ ὄρους κορυφὴ φαινομένη πόῤῥωθεν, καὶ καπνὸς ἀναθρώσκων, καὶ προβάτων ποίμνια παρὰ τὴν ὑπώρειαν νεμόμενα. Ἐπειδὰν δὲ καὶ εἰς αὐτὸ τοῦ λιμένος τὸ
229 στόμα ἔλθωσιν, ὁλόκληρον καρποῦνται τὴν εὐφροσύ-
A νην. Τότε γὰρ καὶ κώπην ἀποτίθενται, καὶ τὰ σώματα ὑπὸ τῆς ἅλμης τεταριχευμένα ποτίμοις περικλύζουσιν ὕδασι, καὶ εἰς τὸν αἰγιαλὸν ἐξελθόντες, καὶ τῇ γῇ μικρὸν ὁμιλήσαντες γυμνοῖς τοῖς σώμασι, πᾶσαν τὴν ἀπὸ τῆς ναυτιλίας ἀποτίθενται ταλαιπωρίαν. Ὥσπερ οὖν ἐκεῖνοι τοῦτο μάλιστα τῆς θαλάσσης ἀσπάζονται τὸ μέρος διὰ τὰς πυκνὰς ταύτας καὶ συνεχεῖς ἀναπαύσεις· οὕτω δὴ καὶ ἐγὼ ταύτην μάλιστα φιλῶ τὴν ὥραν, οὐκ ἐπειδὴ χειμῶνος ἀπηλλάγμεθα, οὐδὲ ἐπειδὴ θέρους ἀπολαύομεν, ζεφύρου λιγυρὰ πνέοντος, ἀλλ' ἐπειδὴ τοὺς πνευματικοὺς λιμένας ἔχομεν συνεχῶς διαδεχομένους ἡμᾶς, τῶν ἁγίων
B μαρτύρων λέγω τὰς πανηγύρεις. Οὐ γὰρ οὕτως οἱ λιμένες πλωτῆρας, ὡς αἱ τῶν ἁγίων τούτων ἑορταὶ τοὺς πιστοὺς ἀνακτᾶσθαι πεφύκασιν. Ἐκείνους μὲν γὰρ θαλαττίων κυμάτων ἐμβολῆς καὶ ἐρεσίας μακρᾶς ἀπαλλάττουσι λιμένες· τοὺς δ' εἰς πανήγυριν μαρτύρων ἀπαντῶντας πνευμάτων πονηρῶν καὶ ἀκαθάρτων, λογισμῶν ἀτόπων, πολλῆς τῆς ἐν ψυχῇ γινομένης ζάλης, ἡ τῶν ἁγίων μνήμη τούτων ἐξαρπάζειν εἴωθε. Κἂν ἐκ τῶν πολιτικῶν, κἂν ἐκ τῶν οἰκιακῶν πραγμάτων ἀθυμίαν τινὰ ἐπισυρόμενος εἰσέλθῃ, πᾶσαν αὐτὴν ἀποθέμενος, οὕτως ἄπεισι, καὶ ῥᾴων γίνεται καὶ κουφότερος, οὐχὶ κώπην ἀποτιθέμενος, οὐδὲ οἰάκων ἐξανιστάμενος, ἀλλὰ τὸ δυσβάστακτον
C καὶ ποικίλον τῆς βιωτικῆς λύπης φορτίον διαλύων, καὶ πολλὴν τῇ ψυχῇ δεχόμενος τὴν εὐφροσύνην. Καὶ τούτων ἁπάντων μάρτυρες ὑμεῖς, οἱ τοῖς ἄθλοις τοῦ μακαρίου Βαρλαὰμ χθὲς ἐντρυφήσαντες, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς ἀδείας εἰς τὸν ἐκείνου σκιρτήσαντες [a] λιμένα, καὶ τὴν ἅλμην τῶν βιωτικῶν φροντίδων ἀπολουσάμενοι, καὶ κοῦφοι οἴκαδε ἀπὸ τῶν ἐκείνου διηγημάτων ἀναχωρήσαντες. Ἀλλ' ἰδοὺ καὶ ἑτέρων μαρτύρων προσελαύνει πάλιν πανήγυρις. Ἕως ἂν οὖν εἰς τὸν ἐκείνων λιμένα φθάσωμεν, φέρε δὴ μιμησώμεθα τοὺς πλωτῆρας· καὶ καθάπερ ἐκεῖνοι τὸ πέλαγος πλέοντες ᾄδουσι, τῇ ᾠδῇ τὸν πόνον παραμυθούμενοι·
D οὕτω δὴ καὶ ἡμεῖς, ἕως εἰς τὸν ἐκείνων φθάσωμεν λιμένα, λόγους τινὰς πνευματικοὺς πρὸς ἀλλήλους κινήσωμεν, τὸν μακάριον Παῦλον τῆς καλῆς ταύτης

[a] Duo Mss. λιμένα, Editi λειμῶνα. Priorem lectionem postulare series videtur.

ὁμιλίας ἡγεμόνα ποιησάμενοι, [b]καὶ ἥνπερ ἂν αὐτὸς κελεύῃ, ταύτην ἑπόμενοι. Ποίαν οὖν ἕπεσθαι κελεύει; Τὴν διὰ τῆς ἐρήμου, καὶ τῶν ἐκεῖ συμβάντων θαυμάτων ὁδόν. Καὶ γὰρ ἠκούσατε σήμερον αὐτοῦ βοῶντος, καὶ λέγοντος· Οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοὶ, ὅτι οἱ πατέρες ἡμῶν πάντες ὑπὸ τὴν νεφέλην ἦσαν, καὶ πάντες διὰ τῆς θαλάσσης διῆλθον, καὶ πάντες εἰς τὸν Μωϋσῆν ἐβαπτίσαντο, καὶ πάντες τὸ αὐτὸ βρῶμα πνευματικὸν ἔφαγον, καὶ πάντες τὸ αὐτὸ πόμα πνευματικὸν ἔπιον. Ἔπινον γὰρ ἐκ πνευματικῆς ἀκολουθούσης πέτρας, ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστός. Ἀλλ' οὐκ ἐν τοῖς πλείοσιν αὐτῶν εὐδόκησεν ὁ Θεός· κατεστρώθησαν γὰρ ἐν τῇ ἐρήμῳ. Ταῦτα δὲ τύποι ἡμῶν ἐγενήθησαν, εἰς τὸ μὴ εἶναι ἡμᾶς ἐπιθυμητὰς κακῶν, καθὼς κἀκεῖνοι ἐπεθύμησαν· μηδὲ εἰδωλολάτρας γίνεσθαι, καθώς τινες αὐτῶν, ὥσπερ γέγραπται· Ἐκάθισεν ὁ λαὸς φαγεῖν καὶ πιεῖν, καὶ ἀνέστησαν τοῦ παίζειν. Μηδὲ πορνεύωμεν, καθώς τινες αὐτῶν ἐπόρνευσαν, καὶ ἔπεσον ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ, εἰκοσιτρεῖς χιλιάδες. Μηδὲ ἐκπειράζωμεν τὸν Χριστὸν, καθώς τινες αὐτῶν ἐπείρασαν, καὶ ὑπὸ τῶν ὄφεων ἀπώλοντο. Μηδὲ γογγύζωμεν, καθώς τινες αὐτῶν ἐγόγγυσαν, καὶ ἀπώλοντο ὑπὸ τοῦ ὀλοθρευτοῦ. Καὶ δοκεῖ μὲν εἶναι σαφῆ τὰ λεγόμενα, παρέχει δέ τινα διαπόρησιν οὐ τὴν τυχοῦσαν τοῖς προσέχουσι. Καὶ γὰρ ἄξιον ζητῆσαι πρῶτον, τίνος ἕνεκεν [a] τὰς παλαιὰς αὐτὸς ἐμνημόνευσεν ἱστορίας, ἐκ ποίας ἀκολουθίας περὶ εἰδωλοθύτων διαλεγόμενος εἰς ταύτην ἐνέπεσε τὴν διήγησιν, τὰ ἐπὶ τῆς ἐρήμου φέρων εἰς μέσον. Οὐ γὰρ ἁπλῶς, οὐδὲ ὡς ἔτυχεν, ὁ μακάριος ἐκεῖνος φθέγγεται, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς τῆς ἀκολουθίας καὶ ἀκριβῆ διατηρῶν πανταχοῦ τῶν ὑπ' αὐτοῦ λεγομένων τὴν συμφωνίαν. Τίνος οὖν ἕνεκεν, καὶ πόθεν εἰς ταύτην ἐνέπεσε τὴν ἱστορίαν; Ἐπετίμα τοῖς ἁπλῶς καὶ ἀνεξετάστως εἰς τὰ εἴδωλα εἰσιοῦσι, καὶ μιαρᾶς ἀπογευομένοις τραπέζης, καὶ εἰδωλοθύτων ἁπτομένοις· καὶ δείξας, ὅτι διπλῆν ἀπὸ τοῦ πράγματος ὑπομένουσι βλάβην, τούς τε ἀσθενεῖς πλήττοντες, καὶ αὐτοὶ κοινωνοὶ δαιμόνων γινόμενοι, καὶ καταστείλας αὐτῶν ἱκανῶς τὰ φρονήματα διὰ τῶν ἔμπροσθεν εἰρημένων, καὶ παιδεύσας, ὅτι δεῖ τὸν πιστὸν μὴ τὸ ἑαυτοῦ βλέπειν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ τῶν πολλῶν, βουλόμενος αὐτοῖς ἐπιτεῖναι τὸν φόβον, παλαιῶν αὐτοὺς ἀναμιμνήσκει διηγημάτων. Ἐπειδὴ γὰρ ἐκεῖνοι μέγα ἐφρόνουν, ὡς πιστοὶ, καὶ πλάνης ἀπαλλαγέντες, καὶ γνώσεως καταξιωθέντες, καὶ τῶν ἀποῤῥήτων κοινωνήσαντες μυστηρίων, καὶ πρὸς βασιλείαν οὐρανῶν κληθέντες, δεῖξαι θέλων, ὅτι τούτων ὄφελος

sic clamantem: *Nolo vos ignorare, fratres, quod patres nostri omnes sub nube fuerunt, et omnes per mare transierunt, et omnes in Moysem baptizati sunt, et omnes eamdem escam spiritualem comederunt, et omnes eumdem potum spiritualem biberunt. Bibebant enim de spirituali sequente petra; petra autem erat Christus. Sed non in pluribus eorum beneplacitum fuit Deo: prostrati* E *enim sunt in deserto. Hæc autem figuræ nostri fuere, ut non simus concupiscentes malorum, sicut et illi concupiverunt; neque idololatræ simus, sicut quidam illorum, sicut scriptum est: Sedit populus manducare et bibere et surrexerunt ludere. Neque fornicemur, sicut quidam illorum fornicati* 230 *sunt, et ceciderunt uno die, viginti tria millia.* A *Neque tentemus Christum, sicut quidam illorum tentaverunt, et a serpentibus perierunt. Neque murmuremus, sicut quidam illorum murmuraverunt, et perierunt ab exterminatore.* Videntur quidem hæc manifesta esse; sed diligenter advertentibus dubitationem afferunt non vulgarem. Etenim primo quæritur, cur veteres memoret historias: et qua consequentia, cum de iis disputasset, quæ idolis sunt immolata, in hanc inciderit narrationem, ea afferens in medium, quæ in deserto contigerunt. Neque enim temere vel fortuito casu sanctus ille B loquitur, sed cum magna consequentia, et accuratam semper servat dictorum consonantiam. Cur ergo et unde in hanc incidit historiam? Increpabat eos, qui temere et sine examine ad idola ingrediebantur, deque polluta mensa degustabant, atque idolothyta contingebant: et cum ostendisset ipsos hinc duplici damno affici, cum et infirmis offendiculo essent, et ipsi dæmonum participes essent: et cum per prædicta satis illorum animos coercuisset, docuissetque, oportere fidelem non sua tantum respicere, sed etiam ea, quæ aliorum multorum sunt, volens C ipsis timorem addere, veteres historias commemorat. Quia enim illi altum sapiebant, utpote fideles, et ab errore liberati, atque scientiam assequuti, et ineffabilium mysteriorum participes effecti, ad regnumque cælorum vocati: declarare volens eorum nullam esse utilitatem

1. Cor. 10. 1.—10.

Exod. 32. 6.

[b] Duo Mss. καὶ ἥπερ ἂν.... ταύτῃ ἑπόμενοι.

[a] Duo Mss. τῆς παλαιᾶς αὐτοὺς ἀνέμνησεν.

nisi adesset vita tantæ gratiæ consona, ex veteri historia ipsos erudit.

2. At hoc ipsum multas complectitur quæstiones. Cur non ex verbis Christi in evangelio positis cum ipsis disputet? cur non gehennam memoret, non tenebras exteriores, non venenatum vermem, non vincula perpetua, non ignem paratum diabolo et angelis ejus, non stridorem dentium, et alia inenarrabilia supplicia? Si enim terrere voluit, a gravioribus id faciendum oportuit, non autem ab iis, quæ in deserto contigerunt. Illi enim, etiamsi plexi sint, at mitiore et temporanea pœna, atque una tantum die; hi autem immortali ac graviori sunt supplicio plectendi. Cur ergo illos non ex hisce terruit, neque Christi dicta commemoravit? Poterat enim illis dicere, Nolo vos ignorare, fratres, quas leges Christus posuerit iis, qui cum fidem habeant, vitam tamen optimam non exhibent. Etenim eos etiam, qui miracula patrabant et prophetiæ dono fulgebant, exclusit a regno cælorum, dicens:
Matth. 7. 22. 23. *Multi dicent mihi in die illa, Domine, Domine, nonne in nomine tuo dæmonia ejecimus, et in nomine tuo prophetavimus, et virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor eis, Recedite a me, non novi vos, qui operamini*
Matth. 25. 10.—12. *iniquitatem.* Et virgines quoque non de fide et dogmatibus arguens, sed de perversa vita, et inhumanitate et crudelitate, exclusit e thalamo
Matth. 22. 11.—13. nuptiali; illum vero qui sordidis indutus erat vestibus, ideo vinctum ejecit: non quod dogmata recta non teneret, sed quod vitam sordidam et
Matth. 25. 41. impuram egisset; illos item, quos abduci jussit in ignem paratum diabolo et angelis ejus, non propterea illo misit, quod a fide excidissent, sed quod nullius umquam miserti essent. Hæc omnia et similia commemorare poterat, ac dicere, Nolo vos ignorare, fratres, hos omnes baptismum esse consequutos et mysteriorum participes effectos, multam exhibuisse fidem, scientiam habuisse perfectam; sed quia vitam fidei consonam non instituerunt, a regno exclusos, et igni traditos fuisse. Cur ergo hæc non dixit, sed his missis omnibus, sic loquutus est: *Nolo autem vos ignorare, fratres, quod patres nostri omnes sub nube fuerunt,* et ea commemorans, quæ ad Moysem spectabant, quæ ad gratiam pertinebant tacuit? Non temere nec sine causa sic agit; multa quippe sapientia plenus erat. Sed cur, et propter quid? Duabus hisce de causis; ut videlicet illos tangeret, simulque ostenderet, magnam esse cognationem Vetus inter et

οὐδὲν, ἂν μὴ πολιτεία προσῇ συμφωνοῦσα τῇ τοσαύτῃ χάριτι, ἐκ παλαιᾶς αὐτοὺς παιδεύει ἱστορίας.

Ἀλλὰ καὶ τοῦτο αὐτὸ πάλιν πολλῆς γέμει ζητήσεως. Τίνος ἕνεκεν οὐκ ἀπὸ τῶν τοῦ Χριστοῦ ῥημάτων αὐτοῖς διαλέγεται τῶν ἐν εὐαγγελίῳ κειμένων, οὐδὲ
D γεέννης αὐτοὺς ἀναμιμνήσκει, καὶ σκότους ἐξωτέρου, καὶ σκώληκος ἰοβόλου, καὶ δεσμῶν ἀθανάτων, καὶ πυρὸς τοῦ ἡτοιμασμένου τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ, καὶ τοῦ βρυγμοῦ τῶν ὀδόντων, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἀποῤῥήτων κολάσεων; Εἰ γὰρ φοβῆσαι ἐβούλετο, ἀπὸ τῶν μειζόνων τοῦτο ποιῆσαι ἔδει, οὐκ ἀπὸ τῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ, εἰ καὶ ἐκολάσθησαν, ἀλλ' ἡμερώτερον καὶ προσκαίρως, καὶ ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ· οὗτοι δὲ ἀθάνατα μέλλουσι τιμωρεῖσθαι καὶ χαλεπώτερα. Τίνος οὖν ἕνεκεν ἐκεῖθεν αὐτοὺς ἐφόβησεν, οὐδὲ ἀνέμνησε τῶν τοῦ Χριστοῦ ῥημάτων; Καὶ γὰρ ἠδύνατο λέγειν πρὸς αὐτούς· οὐ θέλω
E δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοὶ, οἵους ὁ Χριστὸς ἔθηκε νόμους περὶ τῶν πίστιν μὲν ἐχόντων, βίον δὲ ἄριστον οὐκ ἐπιδεικνυμένων. Καὶ γὰρ θαύματα ποιήσαντας ἀνθρώπους, καὶ προφητείαν ἐπιδεικνυμένους ἐξέβαλε τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, λέγων· Πολλοί ἐροῦσί μοι ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, Κύριε, Κύριε, οὐ τῷ σῷ ὀνόματι δαιμόνια ἐξεβάλομεν, καὶ τῷ σῷ ὀνόματι προεφητεύσαμεν, καὶ δυνάμεις πολλὰς ἐποιήσαμεν; Καὶ τότε ὁμολογήσω αὐτοῖς, ὑπάγετε ἀπ' ἐμοῦ, οὐκ οἶδα ὑμᾶς, οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν. Καὶ τὰς παρθένους δὲ οὐχ ὑπὲρ πίστεως ἐγκαλῶν καὶ δογμάτων, ἀλλ' ὑπὲρ
231 A βίου διεφθαρμένου καὶ ἀπανθρωπίας καὶ ὠμότητος, ἀπέκλεισε τοῦ νυμφῶνος· καὶ τὸν τὰ ῥυπαρὰ ἐνδεδυμένον ἱμάτια διὰ τοῦτο δεδεμένον ἐξέβαλεν, οὐκ ἐπειδὴ δόγματα οὐκ εἶχεν ὀρθὰ, ἀλλ' ἐπειδὴ βίον ῥυπαρὸν καὶ ἀκάθαρτον· καὶ οὓς ἐκέλευσεν εἰς τὸ πῦρ ἀπενεχθῆναι τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ, οὐ διὰ τοῦτο ἔπεμψεν ἐκεῖ, ἐπειδὴ τῆς πίστεως ἦσαν ἐκπεπτωκότες, ἀλλ' ἐπειδὴ οὐδέποτε οὐδένα ἠλέησαν. Τούτων πάντων καὶ τῶν τοιούτων αὐτοὺς ἀναμνῆσαι ἠδύνατο, καὶ εἰπεῖν· οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοὶ, ὅτι οὗτοι πάντες καὶ βαπτίσματος ἔτυχον, καὶ μυστηρίων ἐκοινώνησαν, καὶ πίστιν πολλὴν ἐπεδείξαντο, καὶ γνῶσιν εἶχον ἀπηρ-
B τισμένην· ἀλλ' ἐπειδὴ βίον οὐ παρέσχον τῇ πίστει συνᾴδοντα, τῆς βασιλείας ἐξεβλήθησαν, καὶ τῷ πυρὶ παρεδόθησαν. Τίνος οὖν ἕνεκεν οὐ ταῦτα εἶπεν, ἀλλὰ ταῦτα πάντα ἀφεὶς, οὕτω πώς φησιν, Οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοὶ, ὅτι οἱ πατέρες ἡμῶν πάντες ὑπὸ τὴν νεφέλην ἦσαν, καὶ τῶν Μωϋσέως αὐτοὺς ἀναμιμνήσκων, τὰ ἐπὶ τῆς χάριτος τέως σιγήσας; Οὐχ ἁπλῶς, οὐδὲ ἄνευ λόγου τινὸς τοῦτο ποιεῖ· πολλῆς γὰρ σοφίας ἦν πεπληρωμένος. Ἀλλὰ τί δήποτε, καὶ διὰ τί; Δυοῖν ἕνεκα τούτων· ὁμοῦ τε αὐτῶν βουλό-
C μενος καθάψασθαι μᾶλλον, καὶ δεῖξαι τῆς παλαιᾶς Δια-

θήκης πρὸς τὴν καινὴν πολλὴν οὖσαν τὴν συγγένειαν. Ἐπειδὴ γὰρ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, οἱ μὲν τῇ γεέννῃ διαπιστοῦσι, καὶ οὐδὲ εἶναι κόλασιν νομίζουσιν, ἀλλὰ τὸν Θεὸν ἁπλῶς ἕνεκεν φόβου καὶ σωφρονισμοῦ ταῦτ' ἠπειληκέναι, σκώληκα τὸν ἀτελεύτητον, τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον, τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον, τοῖς δὲ παρελθοῦσιν οὐκ ἔχουσιν ἀπιστῆσαι. Τὰ γὰρ γεγενημένα πῶς ἄν τις δύναιτο λέγειν μὴ γενέσθαι; Τοῖς μὲν γὰρ οὐδέπω φανεῖσιν, οὐδὲ εἰς ἔργον ἐξελθοῦσίν εἰσι πολλοὶ οἱ διαπιστοῦντες, τοῖς δὲ γεγενημένοις καὶ τέλος εἰληφόσι, κἂν μυριάκις τις ἀνεύθυνος ᾖ καὶ ἀγνώμων, οὔτε, εἰ βουληθείη, δυνήσεταί ποτε ἀπιστεῖν. Ἀπὸ τῶν σφόδρα ὡμολογημένων, καὶ τέλος ἐχόντων, καὶ ὧν πολλὰ μένει τὰ λείψανα, βούλεται αὐτοὺς πιστώσασθαι περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ δικαιοκρισίας, μονονουχὶ λέγων· εἰ μὴ νομίζεις εἶναι γέενναν, μηδὲ τιμωρίαν καὶ κόλασιν, ἀλλ' ἁπλῶς τὸν Θεὸν ἠπειληκέναι, τὰ παρελθόντα ἀναλογισάμενος, καὶ τοῖς μέλλουσι πίστευε. Εἰ γὰρ ὁ αὐτός ἐστι Θεὸς, ὁ καὶ τὰ πρότερα καὶ τὰ νῦν οἰκονομῶν, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς Παλαιᾶς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς χάριτος, ὥσπερ οὖν καὶ ἔστιν ὁ αὐτὸς, ποῖον ἂν ἔχοι λόγον, ἐκείνους μὲν ἁμαρτάνοντας κολάσαι καὶ τιμωρήσασθαι, ἡμᾶς δὲ ταῦτα, καὶ πολλῷ χαλεπώτερα ἐκείνων πταίοντας ἀτιμωρήτους ἀφεῖναι; Ἐρωτῶ τοίνυν· ἐπόρνευσαν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ ἐκολάσθησαν; ἐγόγγυσαν, καὶ ἐτιμωρήθησαν; Ἀνάγκη πᾶσα ὁμολογῆσαι. Πῶς οὖν ὁ τιμωρησάμενος ἐκείνους, σὲ τὰ αὐτὰ τολμῶντα παρόψεται; Οὐκ ἂν ἔχοι [a] λόγον. Ἀλλ' οὐκ ἔδωκας δίκην ἐνταῦθα; Διὰ τοῦτο μάλιστα πίστευε γέενναν εἶναι καὶ κόλασιν, ἐπειδὴ δίκην ἐνταῦθα οὐκ ἔδωκας. Εἰ γὰρ μὴ ἔμελλέ τις ἀποκεῖσθαι μετὰ ταῦτα τιμωρία, * οὐκ ἂν [b] τὰ αὐτὰ τοῖς προτέροις τολμήσας, ἀτιμώρητος ἔμεινας. Καὶ σὺ τοίνυν ὅταν λάβῃς τινὰ χαῦνον, καὶ διαλελυμένον, καὶ πολλὴν ἀσέλγειαν ἐπιδεικνύμενον, καὶ λέγῃ πρὸς σὲ, ὅτι μῦθος ταῦτά ἐστιν, οὐκ ἔστι κόλασις, οὔτε γέεννα, ἀλλ' ἁπλῶς ὁ Θεὸς ἠπείλησε φοβῆσαι βουλόμενος, λέγε πρὸς αὐτόν· ἄνθρωπε, τοῖς μέλλουσιν ἀπιστεῖς, ἐπειδὴ μὴ φαίνεται, μηδὲ εἰς μέσον ἦλθε, μηδὲ ὑπὸ τοῖς ὀφθαλμοῖς κεῖται τοῖς ἡμετέροις· μὴ ἐπὶ τοῖς γεγενημένοις καὶ τέλος εἰληφόσι δυνατὸν ἀπιστῆσαί τινα; Ἐννόησόν μοι τὰ Σόδομα καὶ τὰ Γόμοῤῥα. Ἐκείνη δὲ χώρα δι' οὐδεμίαν ἑτέραν ἁμαρτίαν τοσαύτην ἔδωκε δίκην, ἢ ὅτι παρανόμους εἰσήγαγον μίξεις οἱ τὰς πόλεις οἰκήσαντες ἐκείνας, καὶ ἀθέσμους ἔρωτας, καὶ τοὺς τῆς φύσεως νόμους ἐκ βάθρων ἀνέτρεψαν. Πῶς οὖν ἂν ἔχοι λόγον, τὸν Θεὸν, τὸν αὐτὸν ὄντα καὶ τότε καὶ νῦν, ἐκείνους μὲν ἁμαρτάνοντας κολάσαι χωρὶς συγγνώμης

Novum Testamentum. Quoniam enim multi sunt, qui nec gehennam nec supplicium esse putant, sed autumant Deum simpliciter, ut metum et temperantiam induceret, hæc comminatum esse, vermem immortalem, ignem inexstinguibilem, tenebras exteriores; sed non possunt præteritis fidem negare. Nam quæ facta sunt, quo pacto quis dicere possit non facta esse? Iis quippe quæ non visa, nec in opus educta sunt, multi non credunt; iis autem quæ facta sunt, et ad finem deducta, quamtumvis perversus et improbus quis fuerit, ne quidem si velit, poterit
D fidem negare. Ab iis ergo, quæ in confesso apud omnes sunt, utpote facta, quorum etiam reliquiæ manent, vult eos de recto Dei judicio fieri certiores; ac si diceret: Si non putas esse gehennam, neque pœnam, neque supplicium, sed Deum frustra comminatum esse, præterita repetens, futuris etiam crede. Si enim is ipse est Deus, qui et præterita et præsentia dispensat; itemque ea quæ sub Veteri Lege, et ea quæ in statu gratiæ, sicut revera idem et ipse est, qua ratione illos quidem peccantes castigavit et pœnis subjecit, nos vero qui paria, imo multo gra-
E viora admisimus, inultos dimittet? Quæro igitur, annon Judæi fornicati sunt et plexi sunt? annon murmuraverunt, et supplicio sunt affecti? Id confiteri necesse est. Quomodo ergo qui illos affecit pœna, te paria ausum præteribit? Id sane non est rationi consonum. At hic non dedisti pœnas? Ideo maxime crede gehennam esse atque supplicium, quia hic non dedisti pœnas. Nisi enim posthac aliquod supplicium futurum esset, nequaquam eadem quæ illi priores ausus, inultus mansisses. Tu ergo si quempiam deprehenderis mollem, dissolutum, multamque lasciviam
232 A exhibentem, qui dicat tibi, Hæc sunt fabulæ; non est supplicium, neque gehenna, sed Deus hæc frustra terrendi causa comminatus est, responde illi: Homo, non credis futuris, quia non apparent, neque in medio vel sub oculis sunt constituta: num potes fidem negare iis, quæ facta finemque sortita sunt? Cogita Sodomam et Gomorrham. Regio illa nulla alia de causa tantas dedit pœnas, quam quod incolæ ejus illicitos coitus induxerunt, illegitimosque amores, ac naturæ leges radicitus subverterunt. Qua igitur ratione fieri possit ut Deus idem ipse nunc qui tunc erat, illos peccantes sine venia

Præterita gesta futurorum prædictionibus fidem faciunt.

* Hic aliquid desiderari videtur. [Immo vitiosa erat lectio.]

[a] [Savil. in marg. addit ἐκείνους μὲν ἁμαρτάνοντας κολάσαι, ἡμᾶς δὲ ταῦτα, καίτοι πολλῷ αἰσχρότερα ἐργαζομένους οὐ κολάσαι.]

[b] [Dedimus e Cod. 748 τὰ αὐτά. Editiones τοιαῦτα.]

punierit, te vero qui post illos peccasti et majore dignus es ultione, quia gratiam sortitus es, neque illorum supplicio emendatus, inultum sinat?

3. Ideoque Paulus, nihildum de gehenna loquutus, quia futura a multis non creduntur, ab iis quæ jam contigerant, et quibus illi fidem habebant, ipsos erudire vult. Etiamsi enim futura terribiliora sint, popularibus tamen præterita sunt credibiliora, et hæc plus quam illa terrori sunt ipsis. Idcirco ex iis argumentum mutuatur, quibus ne impudentiores quidem fidem negare possunt: simul autem et Marcioni et Manichæo et iis qui pari morbo laborabant, letalem infligit plagam. Si enim non est idem Veteris qui Novi Testamenti Deus, qui et illa monuit, et hanc formam traditurus erat, frustra mihi hoc dicis, o Paule, et nullum auditoribus timorem incutis. Nam potest is qui audit dicere: Si alius ille, alius hic Deus est: hic certe non secundum illius sententiam judicabit, neque iisdem obtemperabit legibus. Quid enim si Deo Veteris Legis visum est omnes punire, quas larvas profers, quid terres? Alium habeo Dominum, qui me judicaturus est. Itaque si alius fuisset Veteris, alius Novæ Legis, Paulus contra, quam volebat, fecisset: non modo enim non terruisset auditorem, sed etiam ab omni angustia et metu liberasset, quod nemo quantivis pretii, etiam insipiens fecerit, nedum Paulus tanta plenus sapientia. Unde palam est eumdem esse Deum, qui et Judæos in eremo prostravit, et de nobis eos ulturus est, qui peccaverint. Neque enim, nisi unus esset (id iterum dico), per ea quæ olim a se gesta sunt, de futuris etiam nos terreret; quia autem idem ipse est, supplicii exspectationem, cui contradici nequit, ipsis induxit, ostendens metuendum formidandumque esse. Qui enim patres nostros peccantes ultus est, non utique nobis parcet paria peccantibus. Jam operæ pretium fuerit principium narrationis repetere, et dicta singula cum omni accuratione examinare. *Nolo autem vos ignorare, fratres.* Discipulos vocat fratres; non dignitatis, sed caritatis nomine ipsos compellans. Sciebat enim, apprime utique sciebat, huic appellationi æquale nihil esse, et maximam dignitatis speciem, speciem esse caritatis. Hoc autem prius et nos imitemur. Etiamsi quidam nostrum valde inferiores sint, ipsos mi-

Probatur eumdem esse Novi ac Veteris Testamenti Deum.

B ἁπάσης, σὲ δὲ τὸν μετ' ἐκείνους ἁμαρτόντα, τὸν πολλῷ μείζονος ὄντα τιμωρίας ἄξιον καὶ κολάσεως, ὅσῳ καὶ χάριτος ἀπήλαυσας, καὶ οὐδὲ ταῖς ἐκείνων [a] ἐσωφρονίσθης τιμωρίαις, ἀτιμώρητον ἀφεῖναι;

Διὰ δὴ ταῦτα καὶ Παῦλος οὐδὲν περὶ γεέννης τέως εἰπὼν, ἐπειδὴ πολλοῖς τὰ μέλλοντά ἐστιν ἄπιστα, ἀπὸ τῶν ἤδη συμβάντων, καὶ ὧν ἱκανὴν εἶχον πίστιν, αὐτοὺς σωφρονίσαι βούλεται. Εἰ γὰρ καὶ φοβερώτερα τὰ μέλλοντα, ἀλλὰ τοῖς ἀτελεστέροις τῶν ἀνθρώπων τὰ παρελθόντα πιστότερα, καὶ ταῦτα μᾶλλον αὐτοὺς ἐκείνων φοβεῖν εἴωθε. Διὰ ταῦτα ἐντεῦθεν αὐτοῖς δια-
C λέγεται, οἷς οὐδὲ τὸν σφόδρα ἀναισχυντοῦντα ἀπιστῆσαι δυνατὸν ἦν· ὁμοῦ δὲ καὶ Μαρκίωνι καὶ Μάνεντι, καὶ πᾶσι τοῖς τὰ αὐτὰ ἐκείνοις νοσοῦσι καιρίαν δίδωσι τὴν πληγήν. Εἰ γὰρ μή ἐστιν ὁ αὐτὸς Θεὸς τῆς Παλαιᾶς καὶ τῆς Καινῆς, ὁ καὶ ἐκεῖνα νουθετήσας, καὶ ταῦτα μέλλων διατυποῦν, περιττῶς μοι ταῦτα λέγεις, ὦ Παῦλε, καὶ φόβον οὐδένα τοῖς ἀκροαταῖς ἐντίθης. Δύναται γὰρ ὁ ἀκούων λέγειν, ὅτι εἰ ἕτερος ἐκεῖνός ἐστι Θεὸς, καὶ ἕτερος οὗτος, οὐ πάντως οὗτος κατὰ τὴν ἐκείνου κρινεῖ γνώμην, οὐδὲ τοῖς αὐτοῖς πείθεται νόμοις. Τί γὰρ, εἰ τῷ τῆς Παλαιᾶς Θεῷ πάντας ἔδοξε κολάσαι καὶ τιμωρήσασθαι, τί μορμολύττεις καὶ
D ἐκφοβεῖς; Ἕτερον ἔχω Δεσπότην τὸν μέλλοντά με κρίνειν. Ὥστε εἰ ἕτερος ἦν ὁ τῆς Παλαιᾶς, καὶ ἕτερος ὁ τῆς Καινῆς, τοὐναντίον, ὅπερ ἐβούλετο, ὁ Παῦλος ἐποίησεν· οὐ γὰρ μόνον οὐκ ἐφόβησε τὸν ἀκούοντα, ἀλλὰ καὶ πάσης ἀγωνίας καὶ δέους ἀπήλλαξεν· ὅπερ οὐδὲ τῶν τυχόντων ἀνθρώπων καὶ σφόδρα ἀνοήτων τις ἔπαθεν ἂν, μήτι γε Παῦλος ὁ τοσαύτης γέμων σοφίας. Ὅθεν δῆλον, ὅτι εἷς καὶ ὁ αὐτός ἐστι Θεὸς ὁ καὶ τοὺς Ἰουδαίους ἐπὶ τῆς ἐρήμου καταστρώσας, καὶ ἡμῶν τοὺς ἁμαρτάνοντας κολάζειν μέλλων. Οὐ γὰρ εἰ μὴ εἷς ἦν (πάλιν γὰρ τὸ αὐτὸ ἐρῶ), ἀπὸ τῶν ἤδη γεγενημένων ὑπ' ἐκείνου, καὶ περὶ τῶν μελλόν-
E των ἡμᾶς ἐφόβει· ἐπειδὴ δὲ ὁ αὐτός ἐστιν, ἀναντίρρητον εἰσήγαγεν αὐτοῖς τὴν περὶ τῆς τιμωρίας προσδοκίαν, δεικνὺς ὅτι δεδοικέναι χρὴ καὶ φοβεῖσθαι. Οὐ γὰρ ἂν ὁ τοὺς πατέρας ἡμῶν κολάσας ἁμαρτάνοντας, ἡμῶν φείσεται τὰ αὐτὰ πλημμελούντων. Ἄξιον δὲ ἐπ' αὐτὴν τὴν ἀρχὴν ἐλθεῖν τοῦ διηγήματος, καὶ ἑκάστην διερευνήσασθαι ῥῆσιν μετ' ἀκριβείας ἁπάσης. Οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοί. Τοὺς μαθητὰς ἀδελφοὺς ἐκάλεσεν, οὐκ ἀπὸ τοῦ τῆς ἀξίας, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ τῆς ἀγάπης αὐτοὺς προσαγορεύων ὀνόματος. Ἤδει
233 γὰρ, ᾔδει σαφῶς, ὅτι ταύτης ἴσον οὐδὲν, καὶ τὸ μέγιστον
A τῆς ἀξίας εἶδος, τὸ τῆς ἀγάπης εἶδός ἐστι. Τοῦτο δὲ πρῶτον καὶ ἡμεῖς ζηλώσωμεν. Κἂν σφόδρα καταδεέστεροί τινες ἡμῶν [a] ὦσι, τοῖς τῆς θεραπείας αὐτοὺς

[a] [Dedimus e Cod. 748. Editiones σωφρονισθεὶς.]
[a] [Quod in marg. conjecerat Savil. ὦσι dedimus e Cod. 748. Editiones ὄντες.]

καλῶμεν ὀνόμασι, μὴ μόνον ἐλευθέρους, ἀλλὰ καὶ δούλους, μὴ μόνον πλουσίους, ἀλλὰ καὶ πένητας, ἐπεὶ καὶ Παῦλος οὐχὶ τοὺς πλουσίους τοὺς παρὰ Κορινθίοις, οὐδὲ τοὺς ἐλευθέρους καὶ περιφανεῖς, οὐδὲ τοὺς ἐπισήμους μόνον, ἀλλὰ καὶ ἰδιώτας, καὶ οἰκέτας, καὶ πάντας ἁπλῶς ταύτῃ τετίμηκε τῇ προσηγορίᾳ. Ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ οὐ δοῦλος, οὐκ ἐλεύθερος, οὐ βάρβαρος, οὐ Σκύθης, οὐ σοφὸς, οὐκ ἄσοφος, ἀλλὰ πᾶσα ἀξίας ἀνωμαλία βιωτικῆς ἀνῄρηται. Καὶ τί θαυμαστὸν, εἰ Παῦλος τοὺς ὁμοδούλους οὕτως ἐκάλεσεν, ὅπου γε καὶ ὁ Δεσπότης αὐτοῦ τὴν ἡμετέραν οὕτω B ἐκάλεσε φύσιν, οὕτω λέγων· Ἀπαγγελῶ τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου, ἐν μέσῳ Ἐκκλησίας ὑμνήσω σε; Οὐ μόνον δὲ ἐκάλεσεν ἡμᾶς ἀδελφοὺς, ἀλλὰ καὶ γενέσθαι ἀδελφὸς ἡμῶν ἠθέλησε, καὶ ἐγένετο τὴν σάρκα ὑποδὺς τὴν ἡμετέραν, καὶ τῆς φύσεως ἡμῶν κοινωνήσας τῆς αὐτῆς. Ὅπερ οὖν καὶ αὐτὸ θαυμάζων ὁ Παῦλος ἔλεγεν· Οὐ γὰρ ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται ὁ Θεὸς, ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπιλαμβάνεται, ὅθεν ὤφειλε κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῆναι. Καὶ πάλιν· Ἐπεὶ οὖν καὶ τὰ παιδία κεκοινώνηκε σαρκὸς καὶ αἵματος, παραπλησίως καὶ αὐτὸς μετέσχε τῶν αὐτῶν. Πάντα δὲ ταῦτα ἀκούοντες, ἀλαζονείαν, καὶ τῦφον, καὶ ἀπόνοιαν ἅπασαν τῆς ψυχῆς ἐξορίσωμεν C τῆς ἡμετέρας, καὶ μετὰ πολλῆς τοῦτο κατορθώσωμεν τῆς σπουδῆς, τὸ θεραπευτικοῖς ὀνόμασι καὶ τιμὴν ἔχουσι τοὺς πλησίον καλεῖν. Εἰ γὰρ καὶ μικρὸν καὶ ψιλὸν εἶναι δοκεῖ τὸ κατόρθωμα, ἀλλ' ὅμως μεγάλων ἀγαθῶν ἐστιν αἴτιον· ὥσπερ οὖν τὸ ἐναντίον πολλὰς πολλάκις ἔχθρας καὶ ἔρεις και φιλονεικίας ἐποίησεν. Οὐ ταύτην δὲ μόνον τὴν ῥῆσιν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἑξῆς μετὰ πολλῆς ἐξεταστέον τῆς ἀκριβείας· οὐδὲ γὰρ ταύτην ἁπλῶς τέθεικεν. Εἰπὼν γὰρ, Οὐ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοί, ἐπήγαγεν, Ὅτι οἱ πατέρες ἡμῶν πάντες· οὐκ εἶπεν, ὅτι οἱ Ἰουδαῖοι, οὐδὲ οἱ ἐξ Αἰγύπτου ἐξελθόντες· ἀλλὰ τί; Οἱ πατέρες ἡμῶν πάν- D τες· ὁμοῦ καὶ τὴν ταπεινοφροσύνην ἐπιδεικνύμενος τὴν ἑαυτοῦ, ὅτι οὐκ ἀπηξίωσε τὴν πρὸς ἐκείνους συγγένειαν, τοσοῦτον αὐτοὺς ἀναβεβηκὼς κατὰ τὸν τῆς ἀρετῆς λόγον, καὶ τῶν τὴν Παλαιὰν διαβαλλόντων ἐπιστομίζων τὴν ἀναίσχυντον γλῶτταν. Οὐ γὰρ ἂν, εἰ πρὸς ἐκείνην ἀπεχθῶς διέκειτο, ἀπὸ τῶν εὐφημοτέρων ὀνομάτων ἂν ἐμνήσθη, τῶν τότε γενομένων ἁπάντων διαβολὴν ἐχόντων. Πάντες. Οὐδὲ τοῦτο ἁπλῶς τέθεικε τὸ, Πάντες, οὐδὲ παρέργως, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς τῆς σοφίας. Οὐδὲ γὰρ ἅπαξ εἰπὼν ἐσίγησεν, ἀλλὰ καὶ δὶς καὶ τρὶς καὶ πολλάκις, ἵνα μάθῃς, ὅτι οὐ E παρέργως αὐτὰ προσέρριψεν. Εἰπὼν γὰρ, Ὅτι οἱ πατέρες ἡμῶν πάντες ὑπὸ τὴν νεφέλην ἦσαν, ἐπήγαγε, Καὶ πάντες διὰ τῆς θαλάσσης διῆλθον, καὶ πάντες εἰς τὸν Μωϋσῆν ἐβαπτίσαντο, καὶ πάντες τὸ αὐτὸ βρῶμα πνευματικὸν ἔφαγον, καὶ πάντες τὸ

nisterii nomine compellemus, non solum liberos, sed etiam servos; non solum divites, sed etiam pauperes: quandoquidem et Paulus non solum Corinthiorum divites, liberos et conspicuos et nobiles, sed etiam privatos et domesticos, et omnes indiscriminatim hac appellatione honoravit. Nam in Christo Jesu neque servus neque liber, non barbarus, non Scytha, non sapiens, neque insipiens, sed omnis sæcularis dignitatis inæqualitas sublata est. (*Gal.* 3. 28.) Ecquid mirum si Paulus conservos sic appellaverit, quando et Dominus ejus naturam nostram sic vocavit, his verbis: *Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio Ecclesiæ laudabo te?* (*Psal.* 21. 23.) Neque tantum nos fratres vocavit, sed et ipse frater esse noster voluit, et vere fuit cum carnem nostram induit, et naturæ nostræ consors factus est. Quod ipsum admirans Paulus dicebat: *Non enim angelos apprehendit Deus, sed semen Abrahæ apprehendit; unde debuit per omnia fratribus assimilari.* (*Hebr.* 2. 16. 17.) Et rursum: *Quoniam vero pueri participaverunt carni et sanguini, similiter et ipse participavit iisdem ipsis.* (*Ibid.* v. 14.) Hæc porro omnia audientes, arrogantiam, fastum et superbiam quamlibet ex animis nostris eliminemus: id summo studio curemus, ut obsequii et honoris nominibus proximos nostros compellemus. (Proximi honeste compellandi.) Licet enim hoc officium parvi momenti esse videatur, magna tamen parit bona: quemadmodum et oppositum multas inimicitias, lites et contentiones plerumque peperit. Neque hoc solummodo dictum, sed etiam illud quod sequitur, magna accuratione excutiamus: neque enim illud sine causa posuit. Cum enim dixisset, *Nolo vos ignorare, fratres;* adjecit, *Quod patres nostri omnes:* non dixit, quod Judæi, neque ii, qui ex Ægypto egressi fuerant; sed quid? *Patres nostri omnes;* simul suam exhibens humilitatem, cum eorum cognationem non dedignatus est, etsi tantum superior virtute; et impudentem eorum linguam coercens, qui Veterem Legem criminantur. Neque enim si odisset illam, honorabilioribus illam nominibus commemorasset, cum illi omnes qui tunc vixerant criminationi essent obnoxii. *Omnes.* Neque illud temere posuit, *Omnes,* neque supervacanee, sed magna cum sapientia. Neque cum semel dixisset, id postea tacuit; sed et bis et ter et sæpe pronuntiavit, ut ediscas illum non perfunctorie hoc protulisse. Cum dixisset enim, *Quod patres nostri omnes sub nube fuerunt,* adjecit, *Et omnes per mare Rubrum transierunt*

et omnes in Moysem baptizati sunt, et omnes eamdem escam spiritualem comederunt, et omnes eumdem potum spiritualem biberunt. Audisti quomodo sæpe illud, *Omnes*, posuerit? Quod nequaquam fecisset, nisi magnum quid et mirabile mysterium subindicare voluisset. Si enim simpliciter posuisset, satis erat id semel dictum postea tacere, et sic dicere: Quod patres nostri omnes sub nube fuerunt, et per mare transierunt, et in Moysem baptizati sunt, et eamdem escam spiritualem comederunt, et eumdem potum spiritualem biberunt. Nunc autem non ita dixit, sed ad singula gesta illud, *Omnes*, adjiciens, non parvam nobis sententiæ suæ januam aperuit, ut ejus sapientiam consideremus. Cur ergo hanc vocem frequenter repetit? Ut ostendat magnam esse Legis Veteris cum Nova cognationem, et illa fuisse horum figuram, et futurorum umbram. Atque primum hinc consonantiam ostendit. Volebat enim demonstrare quod, quemadmodum in Ecclesia non est discrimen inter servum et liberum, neque inter peregrinum et civem, senem et juvenem, sapientem et insipientem, privatum et principem, mulierem et virum, sed omnis ætas et dignitas, atque uterque sexus similiter in eamdem illam aquarum piscinam descendunt, ac sive rex sive mendicus eadem expiatione fruuntur: id quod est maximum nostræ nobilitatis argumentum, quod simili modo mendicum ac purpura vestitum ad mysteria admittamus, atque in mysteriorum ratione nihil hic plus illo habeat: sic et in Veteri Lege illud, *Omnes*, frequenter posuit. Neque enim dicere potes, Moysem per aridam, Judæos vero per mare transivisse; neque opulentos per hanc viam, pauperes per aliam, neque mulieres sub aere, viros sub nube; sed omnes per mare, sub nube omnes, et in Moysem omnes. Quoniam enim transitus ille futuri baptismatis typus erat, hoc primum per figuram exprimi oportuit, nempe omnes eorumdem consortes fuisse, quemadmodum et hic omnes eadem æqualiter participant. Et quomodo potest, inquies, illud præsentium esse typus? Si prius didiceris quid sit typus, quid veritas, tunc tibi hujusce rei rationem reddam.

Transitus per mare Rubrum baptismi typus.

αὐτὸ πόμα πνευματικὸν ἔπινον. Ἤκουσας πῶς πολλάκις τὸ, Πάντες, τέθεικεν; Οὐκ ἂν δὲ τοῦτο ἐποίησεν, εἰ μὴ μέγα τι καὶ θαυμαστὸν μυστήριον αἰνίξασθαι
231 ἤθελεν. Εἰ γὰρ ἁπλῶς ἐτίθει, ἤρκει ἅπαξ εἰπόντα
1. Cor. 16 2. declarat: *Per unam sabbati*, inquit, *unusquisque vestrum apud se seponat, recondens quod sibi placuerit, ut non cum venero, tunc collectæ fiant.* Unam sabbatorum Dominicam vocavit. Et cur talem diem oblationi deputat? cur non dixit, Secunda sabbatorum aut tertia sabbatorum, aut in ipsis sabbatis? Non temere profecto, nec sine causa; sed quod vellet a temporis opportunitate juvari, ut majus offerentibus studium accederet. Neque enim parva res omnibus in negotiis temporis opportunitas. Et quid, dices, opportunitatis habet tempus, ut quis persuadeatur eleemosynam dare? Quod hac die ab omni opere cessetur, quod hilarior animus ex hac quiete reddatur, quodque omnium maximum est, quod illo die innumeris fruamur bonis. Hac quippe die soluta mors est, exstincta maledictio, deletum peccatum, portæ inferi confractæ, vinctus diabolus, diuturnum bellum diremtum, reconciliati Deo homines, nostrumque genus ad pristinam, imo potius ad longe majorem nobilitatem rediit: viditque sol admirandum illud spectaculum, hominem factum immortalem. Hæc omnia et talia volens ipse nobis in memoriam revocare, diem illum in medium attulit, ceu in advocatum illum assumens, ut singulis dicat: Cogita, homo, quot qualibusque bonis donatus sis hodie, quot quantisque malis ereptus: qualis cum prius esses, qualis postea factus sis. Quod si dies natales nostros recolimus, multi autem servi etiam eos, quibus libertate donati sunt, magno cum honore celebrant, ita ut alii convivia faciant, alii autem liberiores dona largiantur: multo magis nos hunc diem venerari par est, quem non erraverit, si quis totius humanæ naturæ diem natalem vocaverit. Perditi enim eramus, et inventi sumus; mortui, et reviximus; inimici, et reconciliati sumus. Quapropter cum honore spirituali colere par est, non conviviis, non vini potu, non ebrietate, non tripudiis, sed fratribus nostris pauperioribus ad rerum copiam adductis. Hæc dico non ut laudetis tantum, sed ut etiam imitemini. Ne putetis enim hæc ad Corinthios solum dicta fuisse, sed etiam ad nostrum singulos et ad universos, qui post futuri sunt. Idipsum vero faciamus quod Paulus præcepit: et die dominico unusquisque nostrum domi opes dominicas reponat: sitque hoc lex et consuetudo immutabilis,

Die dominica præsertim eleemosyna eroganda.

μνήσκει πόλεων, ἀλλὰ ἔθνους ὁλοκλήρου; Ἵνα πλείονα δέξωνται προθυμίαν, καὶ τὰ ἑτέρων ἐγκώμια αὐτοῖς ὑπόθεσις γένηται ζήλου. Εἶτα λέγει καὶ τὸν τρόπον,
C καθ' ὃν διέταξε· Κατὰ μίαν σαββάτων, φησὶν, ἕκαστος ὑμῶν παρ' ἑαυτῷ τιθέτω θησαυρίζων ὅ τι ἂν εὐοδῶται, ἵνα μὴ, ὅταν ἔλθω, τότε λογίαι γίνωνται. Μίαν σαββάτων τὴν κυριακὴν ἐκάλεσε. Καὶ τίνος ἕνεκεν ταύτην ἐπέταξε τῇ εἰσφορᾷ τὴν ἡμέραν; διὰ τί μὴ εἶπε, τῇ δευτέρᾳ τῶν σαββάτων, τῇ τρίτῃ τῶν σαββάτων, ἢ αὐτοῖς τοῖς σάββασιν; Οὐχ ἁπλῶς, οὐδὲ εἰκῆ· ἀλλὰ βουλόμενός τινα καὶ ἀπὸ τοῦ καιροῦ λαβεῖν συμμαχίαν εἰς τὸ προθυμοτέρους ποιῆσαι τοὺς εἰσφέροντας. Οὐ μικρὸν δὲ ἐπιτηδειότης καιροῦ ἐν ἅπασι πράγμασι. Καὶ τί, φησὶν, ὁ καιρὸς ἐπιτήδειον
D ἔχει πρὸς τὸ πεῖσαι διδόναι ἐλεημοσύνην; Κατὰ τὴν ἡμέραν ταύτην τὸ πάσης ἐργασίας ἀφίστασθαι, τὸ φαιδροτέραν γίνεσθαι τὴν ψυχὴν ἐκ τῆς ἀνέσεως, τὸ δὲ πάντων μεῖζον, τὸ μυρίων ἡμᾶς κατ' αὐτὴν ἀπολελαυκέναι καλῶν. Ἐν ταύτῃ γὰρ τῇ ἡμέρᾳ κατελύθη ὁ θάνατος, ἐσβέσθη ἡ κατάρα, ἁμαρτία ἠφανίσθη, ᾅδου πύλαι συνεκλάσθησαν, καὶ δέσμιος ὁ διάβολος γέγονε, καὶ ὁ χρόνιος ἀνῃρέθη πόλεμος, καὶ καταλλαγαὶ Θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους ἐγένοντο· καὶ πρὸς τὴν προτέραν, μᾶλλον δὲ πρὸς πολλῷ μείζονα ἐπανῆλθεν εὐγένειαν ἡμῶν τὸ γένος, καὶ τὸ θαυμαστὸν ἐκεῖνο
E καὶ παράδοξον εἶδε θέαμα ἥλιος, ἄνθρωπον ἀθάνατον γεγενημένον. Τούτων δὲ πάντων ἡμᾶς ἀναμνῆσαι βουλόμενος, καὶ τῶν τοιούτων, τὴν ἡμέραν εἰς μέσον ἤγαγε, μονονουχὶ συνήγορον αὐτὴν λαμβάνων, καὶ πρὸς ἕκαστον λέγων· ἐννόησον πόσων καὶ ἡλίκων ἀπέλαυσας ἀγαθῶν κατὰ τὴν ἡμέραν ταύτην, ἄνθρωπε· πόσων ἀπηλλάγης κακῶν· τίς ὢν τὸ πρότερον, τίς ἐγένου μετὰ ταῦτα. Εἰ δὲ τὰς γενεθλίους ἡμῶν ἡμέρας, πολλοὶ δὲ τῶν οἰκετῶν κἀκείνας, ἐν αἷς ἠλευθερώθησαν, μετὰ πολλῆς ἄγουσι τῆς τιμῆς, καὶ οἱ μὲν συμπόσια ποιοῦνται, οἱ δὲ ἐλεύθεροι καὶ
253 δῶρα δωροῦνται, πολλὰ τὸν καιρὸν τιμῶντες· πολλῷ
A μᾶλλον ἡμᾶς χρὴ τιμᾶν τὴν ἡμέραν ταύτην, ἣν οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἁπάσης γενέθλιον προσειπών. Ἀπολωλότες γὰρ ἦμεν, καὶ εὑρέθημεν· νεκροὶ, καὶ ἀνεζήσαμεν· ἐχθροὶ, καὶ κατηλλάγημεν. Διὰ τοῦτο καὶ προσήκει αὐτὴν τιμᾶν τιμὴν πνευματικὴν, οὐχὶ συμπόσια ποιοῦντας, οὐδὲ οἶνον ἐκχέοντας, οὐδὲ μεθύοντας καὶ χορεύοντας, ἀλλὰ τοὺς πτωχοτέρους τῶν ἀδελφῶν ἐν πολλῇ καθιστάντας ἀφθονίᾳ. Ταῦτα λέγω, οὐχ ἵνα ἐπαινῆτε, ἀλλ' ἵνα καὶ μιμῆσθε. Μὴ γὰρ δὴ μόνον πρὸς Κορινθίους ταῦτα εἰρῆσθαι νομίζετε, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἡμῶν ἕκαστον, καὶ τῶν μετὰ ταῦτα ἐσομένων ἁπάντων· καὶ ποιῶμεν
B αὐτὸ δὲ τοῦτο, ὅπερ Παῦλος ἐπέταξε· καὶ κατὰ κυριακὴν ἕκαστος ἀποτιθέσθω οἴκοι χρήματα δεσποτικά· καὶ νόμος ἔστω τὸ πρᾶγμα καὶ συνήθεια ἀκίνητος,

καὶ οὐ δεησόμεθα παραινέσεως λοιπὸν, οὐδὲ συμβουλῆς· οὐ γὰρ οὕτω λόγος καὶ παραίνεσις ἰσχύει τὰ τοιαῦτα κατορθοῦν, ὡς συνήθεια χρόνῳ βεβαιωθεῖσα. Ἂν τοῦτο κυρώσωμεν κατὰ κυριακὴν ἀποτίθεσθαί τι πρὸς τὴν τῶν πενήτων ἀντίληψιν, οὐδ' ἂν μυρίαι γένοιντο ἀνάγκαι, τὸν νόμον παραβησόμεθα τοῦτον. Εἰπὼν δὲ, Κατὰ μίαν σαββάτων, ἐπήγαγεν, Ἕκαστος ὑμῶν. Οὐχὶ πλουσίοις λέγω, φησὶ, μόνον, ἀλλὰ καὶ πένησιν· οὐκ ἐλευθέροις, ἀλλὰ καὶ δούλοις· οὐκ ἀνδράσιν, ἀλλὰ καὶ γυναιξί· μηδεὶς ἔστω ταύτης ἀτελὴς τῆς C λειτουργίας, μηδὲ ἄμοιρος τοῦ κέρδους, ἀλλ' ἕκαστος εἰσφερέτω. Οὐδὲ γὰρ ἡ πενία κώλυμα γένοιτ' ἂν τῆς τοιαύτης εἰσφορᾶς. Κἂν γὰρ μυριάκις ᾖς πένης, οὐκ εἶ πενέστερος τῆς χήρας ἐκείνης, ἣ τὴν οὐσίαν πᾶσαν ἐκένωσε. Κἂν μυριάκις ᾖς πτωχὸς, οὐκ εἶ πτωχότερος τῆς Σιδωνίας γυναικὸς, ἣ δράκα ἀλεύρου μόνον ἔχουσα, οὐδὲ οὕτως ἐστενοχωρεῖτο πρὸς τὴν τοῦ προφήτου δεξίωσιν· ἀλλ' ὁρῶσα καὶ χορὸν περιεστῶτα παίδων, καὶ λιμὸν ἐπικείμενον, καὶ οὐδὲν ἀποκείμενον ἕτερον, μετὰ πολλῆς τῆς προθυμίας τὸν προφήτην ἐδέχετο. Τίνος δὲ ἕνεκεν εἶπεν, ὅτι Παρ' ἑαυτῷ τι- D θέτω θησαυρίζων; Ἐπειδὴ ὁ τιθεὶς ἴσως ᾐσχύνετο καὶ ἠρυθρία ὀλίγον ὂν ἐπιδεῖξαι. Διὰ τοῦτό φησι, σὺ τήρει καὶ φύλαττε, καὶ ὅταν ταῖς κατὰ μέρος εἰσφοραῖς τὸ ὀλίγον πολὺ γένηται, τότε ἄγε εἰς μέσον. Καὶ οὐκ εἶπε, συλλέγων, ἀλλὰ, Θησαυρίζων, ἵνα μάθῃς ὅτι ἡ δαπάνη αὕτη θησαυρός ἐστιν, ὅτι τὸ ἀνάλωμα τοῦτο πρόσοδος γίνεται· θησαυρὸς θησαυροῦ παντὸς βελτίων. Οὗτος μὲν γὰρ ὁ αἰσθητὸς καὶ ἐπιβουλεύεται καὶ μειοῦται, καὶ τοὺς εὑρόντας πολλάκις ἀπώλεσεν· ὁ δὲ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, τοὐναντίον ἅπαν· ἀνάλω- E τος μένει καὶ ἀνεπιβούλευτος, σωτηρία τοῖς κεκτημένοις καὶ τοῖς μεταλαμβάνουσιν. Οὐ γὰρ δαπανᾶται χρόνῳ, οὐχ ἁλίσκεται φθόνῳ, ἀλλ' ἔστιν ἀχείρωτος πάσαις ταῖς τοιαύταις ἐπιβουλαῖς, καὶ μυρία κομίζει τοῖς λέγουσιν αὐτὸν ἀγαθά.

Πειθώμεθα τοίνυν, καὶ ποιῶμεν οὕτω καὶ ἡμεῖς· καὶ ἔστω καὶ ἱερὰ χρήματα μετὰ τῶν ἰδιωτικῶν ἐν ταῖς οἰκίαις ἀποκείμενα ταῖς ἡμετέραις, ἵνα καὶ τὰ ἰδιωτικὰ διὰ τούτων φυλάττηται. Καθάπερ γὰρ ἐν ταμιείοις βασιλικοῖς ἂν φανῇ τινος τῶν ἀρχομένων ἀποκείμενα χρήματα, κἀκεῖνα διὰ ταῦτα πολλῆς 254 ἀπολαύει τῆς ἀσφαλείας· οὕτω δὴ καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ τῇ A σῇ ἂν ἀποθῇ χρήματα πενήτων καὶ κατὰ κυριακὴν συλλέγῃς, ταῦτα ἐκείνων ἔσται ἀσφάλεια. Οὕτω καὶ οἰκονόμος γενήσῃ τῶν σαυτοῦ χρημάτων ὑπὸ Παύλου χειροτονηθείς. Τί λέγω; Καὶ τὰ ἤδη συλλεγέντα πρὸς τὸ πλείονα συλλέξαι πάλιν ὑπόθεσίς σοι γενήσε-

neque admonitione deinceps vel consilio opus erit nobis: non enim tantum valet sermo et admonitio, quantum inveterata consuetudo. Si hoc statuamus, ut singulis Dominicis aliquid in subsidium pauperum deponamus, ne quidem si sexcentæ urgeant necessitates, hanc legem transgrediemur. Postquam vero dixit, *Per unam sabbati,* subdidit, *Unusquisque vestrum.* Non divites tantum alloquor, inquit, sed etiam pauperes; non liberos tantum, sed etiam servos; non viros modo, sed et mulieres: nullus sit ab hoc ministerio immunis, neque hoc lucro vacuus, sed unusquisque offerat: neque collationi huic obstet inopia. Quantumcumque enim pauper sis, non es pauperior vidua illa, quæ omnem substantiam suam exhausit. Quantumcumque pauper sis, non es pauperior muliere Sidonia, quæ licet pugillum farinæ tantum haberet, ne sic quidem ab excipiendo propheta cohibita est; sed licet circumstantes liberos videret, urgentemque famem, neque aliud quidquam haberet depositum, magna cum alacritate prophetam excepit. Qua vero de causa dixit, *Apud se seponat thesaurizans?* Quia fortasse cum modicum esset, id ostendere verebatur et erubescebat. Quapropter dixit, Tu serva et custodi, et cum oblationum frequentia quod parvum erat, multum effectum fuerit, tunc in medium producito. Neque dixit, Colligens, sed *Thesaurizans;* ut discas, expensam illam esse thesaurum, quia sumtus ille thesaurus efficitur: thesaurus, inquam, omni thesauro melior. Nam hic, qui sub sensum cadit, thesaurus insidiis impetitur et imminuitur, sæpeque eos, qui ipsum invenerant, perdidit: thesaurus vero cælestis secus; imminui namque et insidiis impeti nequit, salus possidentibus et accipientibus. Non tempore consumitur, non perit invidia, sed talibus prorsus insidiis inaccessus, sexcenta colligentibus confert bona.

Omnes eleemosynam pro viribus dare oportet.

Luc. 21. 2.—4.

3. Reg. 17. 10. sqq.

1. Cor. 16. 2.

4. Obtemperemus igitur, et sic nos ipsi faciamus: sintque sacræ pecuniæ in domibus nostris cum privatis opibus repositæ, ut per eas privatæ illæ conserventur. Quemadmodum enim in regiis ærariis, si subditi cujusdam pecuniæ intersint, privatæ regiarum causa in tuto collocantur: sic et si domi repositas habeas pauperum pecunias, quas die dominico colligas, illæ tuis securitatem parient. Ita dispensator eris pecuniarum tuarum a Paulo constitutus. Quid dico? Eæ quæ jam collectæ ad plures colligendas occasionem tibi ansamque præbebunt. Si enim bonæ huic con-

suetudini initium dederis, ipse teipsum excitare poteris sine ullo symbolo. Sit igitur hoc modo cujusque domus ecclesia, sacris pecuniis intus repositis. Enimvero gazophylacia, quæ hic habentur, illarum symbolum sunt. Ubi pauperum pecuniæ jacent, inaccessus dæmonibus est locus: collectæ namque ad eleemosynam pecuniæ plus, quam scutum, hasta, et arma, omneque corporis robur, aut militum manus domos muniunt. Cum dixisset ergo, quando, a quibus et quomodo hujusmodi pecuniæ colligendæ sint, quantas illas esse oporteat offerentium arbitrio relinquit. Non enim dixit, Tantum et tantum offer, ne onerosum sit præceptum, multis paupertatem objicientibus; ne pauperes dicerent, Quid igitur si non possimus? sed facultati offerentium oblationis modum permisit: *Unusquisque*, inquit, *vestrum apud se seponat thesaurizans quod sibi placuerit.* Non dixit, Quod potuerit, aut quod repertum fuerit; sed, *Quod sibi placuerit*, sive quod commodum fuerit, ostendens supernum nutum et benevolentiam ipsi adfuturam esse. Non enim id solum spectabat Paulus, ut pecuniæ pauperibus subministrarentur, sed ut id magna cum alacritate fieret. Etenim Deus non ob id tantum eleemosynam præcepit, ut alantur egeni, sed etiam ut dantibus beneficia accederent; propterque hos magis, quam propter illos. Nam si pauperum dumtaxat habuisset rationem, præcepisset tantum ut pecuniæ erogarentur, neque erogantium alacritatem requisivisset: at nunc vides apostolum omni sollicitudine præcipientem, ut læti hilaresque sint largitores. Et aliquando dicit, *Non ex tristitia, aut ex necessitate: hilarem enim datorem diligit Deus;* non simpliciter datorem, sed eum qui libenter id agit. Et iterum alibi: *Qui tribuit in simplicitate, qui præest in sollicitudine, qui miseretur in hilaritate.* Hæc est enim eleemosyna, si ita dederis, ut gaudeas, et putes te magis accipere, quam dare. Ideoque modis omnibus conatur ut leve faciat præceptum, ac cum alacritate fiat oblatio. Et considera quot capitibus præcepti pondus auferre satagat. Primo jubet non unum, aut duos tresve offerre, sed universam civitatem. Collecta enim nihil aliud est, quam collatio et symbolum ab omnibus oblatum. Secundo accipientium dignitati prospicit; non enim dixit, Pauperes, sed *Sanctos.* Tertio exemplum affert aliorum, qui simile quiddam fecerant: *Sicut ordinavi*, inquit, *Ecclesiis Galatiæ.* Ad hæc diei opportunitatem adjicit: *Per unam sabbatorum*, ait, *unusquisque ve-*

Margin notes: 1. Cor. 16. 2. — Eleemosyna cum gaudio eroganda. — 2. Cor. 9. 7 — Rom. 12. 8. — Eleemosynæ ritus.

ται καὶ ἀφορμὴ πλείων. Ἂν γὰρ ἀρχὴν ποιήσῃ μόνον τῆς καλῆς ταύτης συνηθείας, αὐτὸς ὑπὸ σαυτοῦ δυνήσῃ διανίστασθαι πάλιν, οὐδενὸς γενομένου συμβόλου. Γενέσθω τοίνυν ἐκκλησία τῷ τρόπῳ τούτῳ ἡ ἑκάστου οἰκία, χρημάτων ἱερῶν ἔνδον ἀποκειμένων. Καὶ γὰρ τὰ γαζοφυλάκια τὰ ἐνταῦθα κείμενα τούτων ἐστὶ
B σύμβολον. Ὅπου πενήτων κεῖται χρήματα, ἄβατος τοῖς δαίμοσιν ὁ τόπος ἐστί· καὶ ὑπὲρ ἀσπίδα, καὶ δόρυ, καὶ ὅπλα, καὶ σώματος ἰσχὺν, καὶ στρατιωτῶν πλῆθος, τὰ πρὸς ἐλεημοσύνην συλλεγόμενα χρήματα τειχίζει τὰς οἰκίας. Εἰπὼν τοίνυν πότε, καὶ παρὰ τίνων, καὶ πῶς τὰ τοιαῦτα συλλέγεσθαι δεῖ χρήματα, τὴν ποσότητα λοιπὸν αὐτοῖς τοῖς εἰσφέρουσιν ἐπέτρεψεν. Οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι τόσον καὶ τόσον εἰσένεγκε, ἵνα μὴ βαρὺ τὸ ἐπίταγμα γένηται, πολλῶν πενίαν προβαλλομένων· ὥστε μὴ λέγειν τοὺς πένητας, τί οὖν, ἂν μὴ δυνώμεθα; ἀλλὰ τῇ δυνάμει τῶν εἰσφερόντων τὸ μέτρον τῆς εἰσφορᾶς ὡρίσατο.
C Ἕκαστος, φησὶν, ὑμῶν παρ' ἑαυτῷ τιθέτω θησαυρίζων, ὅ τι ἂν εὐοδῶται. Καὶ οὐκ εἶπεν, ὅπερ ἂν δυνηθῇ, ἢ ὅπερ ἂν εὑρεθῇ, ἀλλ', Ὅπερ ἂν εὐοδωθῇ· δεικνὺς ὅτι καὶ τὴν ἄνωθεν ῥοπὴν καὶ εὔνοιαν ἕξει συναντιλαμβανομένην αὐτῷ. Οὐ γὰρ δὴ τοῦτο μόνον ὁ Παῦλος ἐσκόπει, ὅπως εἰσενεχθείη τοῖς πένησι χρήματα, ἀλλὰ καὶ ὅπως μετὰ προθυμίας πολλῆς. Ἐπεὶ καὶ ὁ Θεὸς τὴν ἐλεημοσύνην διὰ τοῦτο ὥρισεν, οὐχ ἵνα τρέφωνται μόνον οἱ δεόμενοι, ἀλλ' ἵνα καὶ οἱ παρέχοντες εὐεργετῶνται, καὶ διὰ τούτους μᾶλλον, ἢ δι' ἐκείνους. Εἰ γὰρ τὸ ἐκείνων ἐσκόπει μόνον, ὅπως δο-
D θείη τὰ χρήματα μόνον ἐπέταττεν ἂν, οὐκ ἂν δὲ τὴν προθυμίαν τῶν διδόντων ἐζήτει· νυνὶ δὲ ὁρᾷς ἄνω καὶ κάτω ὑπὲρ τούτου μάλιστα τὸν ἀπόστολον διαταττόμενον, ὅπως χαίροντες, ὅπως ἱλαροὶ παρέχοιεν οἱ παρέχοντες. Καί ποτε μέν φησι, Μὴ ἐκ λύπης ἢ ἐξ ἀνάγκης· ἱλαρὸν γὰρ δότην ἀγαπᾷ ὁ Θεός· οὐχ ἁπλῶς δότην, ἀλλὰ τὸν μεθ' ἡδονῆς τοῦτο ποιοῦντα. Καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ, Ὁ μεταδιδοὺς ἐν ἁπλότητι, ὁ προϊστάμενος ἐν σπουδῇ, ὁ ἐλεῶν ἐν ἱλαρότητι. Ἐπεὶ καὶ τοῦτό ἐστιν ἐλεημοσύνη, τὸ χαίροντα καὶ νομίζοντα λαμβάνειν μᾶλλον ἢ διδόναι, οὕτω παρέχειν. Διὰ τοῦτο παντὶ τρόπῳ πειρᾶται εὔκολον ποιῆσαι τὸ ἐπίταγμα,
E ἵνα μετὰ προθυμίας ἡ εἰσφορὰ γένηται. Καὶ σκόπει πόσοις ἐπεχείρησε κεφαλαίοις τὸ βαρὺ τοῦ πράγματος ἐπιτεμνόμενος. Ἑνὶ μὲν καὶ πρώτῳ, τῷ μὴ παρ' ἑνὸς καὶ δύο ἢ τριῶν, ἀλλὰ παρὰ πάσης αὐτὸ κελεῦσαι εἰσενεχθῆναι τῆς πόλεως. Λογία γὰρ οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἀλλ' ἢ συλλογὴ καὶ ἔρανος παρὰ πάντων ἐπιδιδόμενος. Δευτέρῳ, τῷ τῶν λαμβανόντων ἀξιώματι· οὐ γὰρ εἶπε, πτωχοὺς, ἀλλ', Ἁγίους. Τρίτῳ, τῷ παραδείγματι τῶν ἤδη πεποιηκότων· Καθὼς διέταξα γὰρ, φησὶ, ταῖς Ἐκκλησίαις τῆς Γαλατίας. Πρὸς τούτοις, τῇ τῆς ἡμέρας εὐκαιρίᾳ· Κατὰ μίαν γὰρ,

φησὶ, σαββάτων ἕκαστος ὑμῶν παρ' ἑαυτῷ τιθέτω θησαυρίζων. Πέμπτῳ, τῷ μὴ πᾶσαν ὑφ' ἓν κελεῦσαι 263 εἰσενεχθῆναι τὴν ἐλεημοσύνην· ἀλλ' ἠρέμα καὶ κατὰ A μικρόν. Οὐ γάρ ἐστιν ἴσον ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ κελεύειν τὸ εἰσφέρειν, καὶ ἐν τοσούτῳ κατακερματίζειν αὐτὸ χρόνῳ· τὸ γὰρ τοιοῦτον οὐδὲ αἴσθησιν παρέχει δαπάνης. Ἕκτῳ, τῷ μὴ μέτρον ὁρίσαι, ἀλλ' ἐπιτρέψαι τῇ γνώμῃ τῶν εἰσφερόντων, καὶ δεῖξαι παρὰ Θεοῦ τοῦτο διδόμενον· τῷ γὰρ εἰπεῖν, Ὅ τι ἂν εὐοδῶται, ἀμφότερα ταῦτα ἐδήλωσε. Προσέθηκε καὶ ἕβδομον ἕτερον τρόπον εἰπὼν, Ἵνα μὴ, ὅταν ἔλθω, τότε λογίαι γίνωνται. Ὁμοῦ τε γὰρ αὐτοὺς καὶ κατεπείγει προσδοκῶντας αὐτοῦ τὴν παρουσίαν, καὶ παραμυθεῖται, προθεσμίαν αὐτοῖς πολλὴν παρέχων. Καὶ οὐδὲ τούτοις ἠρκέσθη μόνον, ἀλλὰ καὶ ὄγδοον προσέθηκεν B ἕτερον. Ποῖον δὲ τοῦτο; Ἐπειδὰν δὲ, φησὶ, παραγένωμαι, οὓς ἂν δοκιμάσητε δι' ἐπιστολῶν, τούτους πέμψω ἀπενεγκεῖν τὴν χάριν ὑμῶν· καὶ ἐὰν ᾖ ἄξιον τοῦ κἀμὲ πορεύεσθαι, σὺν ἐμοὶ πορεύσονται. Ὅρα τὸ ἄτυφον καὶ ἐπιεικὲς τῆς μακαρίας καὶ γενναίας ἐκείνης ψυχῆς, καὶ τὸ κηδεμονικὸν καὶ φιλόστοργον. Οὐ γὰρ ἠθέλησεν αὐτὸς, οὐδὲ ἠνέσχετο τοὺς διακονησομένους τοῖς χρήμασι τούτους χειροτονῆσαι ἐξ οἰκείας γνώμης· ἀλλ' ἐκείνοις τὴν αἵρεσιν τούτων ἐπέτρεψε, καὶ οὐκ ἐνόμιζεν ὕβριν εἶναι τὸ πρᾶγμα, εἰ τῇ Κορινθίων ψήφῳ καὶ γνώμῃ, ἀλλὰ μὴ τῇ Παύ- C λου μέλλοιεν οὕτω καθίστασθαι· τοὐναντίον μὲν οὖν αὐτῷ ἄτοπον εἶναι ἐφαίνετο, τὴν μὲν εἰσφορὰν ἐκείνων εἶναι, τὴν δὲ αἵρεσιν τῶν ὑπηρετησομένων αὐτοῦ. Διὰ τοῦτο αὐτοῖς τοῦτο ἐπέτρεψεν, ὁμοῦ τε τὴν ἐπιείκειαν ἐπιδεικνύμενος, ὁμοῦ τε πᾶσαν λαβὴν ἀναιρῶν καὶ σκιὰν ὑποψίας ἀτόπου. Εἰ γὰρ καὶ τοῦ ἡλίου λαμπρότερος ἦν, καὶ πάσης πονηρᾶς ὑποψίας ἀπηλλαγμένος, ἀλλ' ὅμως καὶ οὕτως ἐκ περιουσίας ἐσπούδαζε καὶ τῶν ἀσθενεστέρων φείδεσθαι, καὶ τὰς ψευδεῖς ὑπονοίας διαφεύγειν. Διὰ τοῦτό φησιν· Ἐπειδὰν παραγένωμαι, οὓς ἐὰν δοκιμάσητε, τούτους D πέμψω ἀπενεγκεῖν τὴν χάριν ὑμῶν. Τί λέγεις; σὺ δὲ οὐ πλεῖς, οὐδὲ δέχῃ τὰ χρήματα, ἀλλ' ἑτέροις τὸ πρᾶγμα ἐπιτρέπεις; Ἵν' οὖν μὴ ταῦτα ἐννοοῦντες ῥαθυμότεροι γένωνται, ὅρα πῶς καὶ τοῦτο πάλιν διώρθωσεν. Οὐ γὰρ εἶπεν ἁπλῶς, οὓς ἐὰν δοκιμάσητε πέμψω, ἀλλὰ τί; Δι' ἐπιστολῶν. Κἂν μὴ τῷ σώματι παρῶ, ἀλλὰ τοῖς γράμμασι παρέσομαι τοῖς ἐμοῖς, καὶ συναντιλήψομαι τῆς διακονίας ἐκείνοις.

Ἆρα ἄξιοι τῆς σκιᾶς ἐσμεν τῆς τοῦ Παύλου, ἢ τῶν ὑποδημάτων ἐκείνου, ὅταν ἐκεῖνος μὲν τοσαύτην παρὰ πᾶσι δόξαν ἔχων διακρούηται τὰς παρὰ πάντων τιμὰς, ἡμεῖς δὲ καὶ ἀγανακτῶμεν, καὶ δυσχεραίνω- E μεν, ἂν μὴ τῇ ἡμετέρᾳ γνώμῃ μηδὲ τῇ κρίσει καὶ τῇ ψήφῳ οἱ τὰ τοιαῦτα διακονούμενοι χρήματα χειροτονῶνται; ὅταν ὕβριν εἶναι νομίζωμεν τὸ μὴ μεθ'

strum apud se seponat thesaurizans. Quinto, non jubet omnem confertim inferri eleemosynam, sed sensim et paulatim. Non enim par est ratio omnia uno die inferri præcipere, aut in diuturnum tempus illa minutatim dividere: nam hoc modo impensa ne sentitur quidem. Sexto, non præscribit mensuram, sed offerentium arbitrio relinquit, et illud a Deo datum declarat: nam cum dicit, *Quod commodum fuerit,* hæc ambo indicat. Septimum quoque alium modum adjicit, dicens, *Ut non, cum venero, tunc collectæ fiant.* Simul enim eos excitat exspectantes adventum suum, et consolatur, certum adventus sui diem significans. Neque his contentus, octavum aliud adjicit. Quodnam illud? *Cum autem* 1. *Cor.* 16. *præsens fuero,* inquit, *quos probaveritis per* 3. 4. *epistolas, hos mittam perferre gratiam vestram. Quod si dignum fuerit ut et ego eam, mecum ibunt.* Vide quam aliena a fastu et quam modesta sit beata et generosa illa anima, vide quam sollicita, quam amoris plena. Noluit enim, neque passus est ut ii, qui pecunias administraturi erant, arbitratu sui ipsius constituerentur, sed eorum electionem ipsis permisit, neque contumeliæ loco habuit, si Corinthiorum calculo atque sententia, non autem Pauli, constituerentur; contra vero absurdum fore censuit, si oblatio eorum esset, ministrorum autem electio sua. Ideoque id illis commisit, modestiam simul suam ostendens, atque omnem ansam umbramque adversæ suspicionis resecans. Nam licet sole splendidior et ab omni mala suspicione alienus esset: ex abundanti tamen curabat infirmioribus se attemperare, et falsas suspiciones effugere. Propterea dicit: *Cum autem præsens fuero, quos probaveritis, hos mittam perferre gratiam vestram.* Quid dicis? tu non navigas, neque pecunias accipis, sed aliis rem committis? Ne igitur talia cogitantes segniores evaderent, vide quomodo et hoc iterum caveat. Non enim simpliciter dixit, Quos probaveritis, mittam, sed quid? *Per epistolas.* Etiamsi corpore non adfuturus sim, at literis meis præsens ero, eorumque ministerii particeps.

5. Num vel umbra Pauli, vel calceamentis ejus digni sumus, quando ille tanta apud omnes gloria fulgens omnium rejicit honores, nos autem stomachamur et ægre ferimus, si non sententia et calculo nostro talium pecuniarum promi creentur, contumeliamque nobis inferri putamus cum nobis inconsultis quipiam pecunias impen-

dunt suas? Vide etiam qua ratione sui ubique mentionem faciat, neque uspiam obliviscatur : neque enim hic mandatum vocat illud, neque eleemosynam, sed *Gratiam ;* ostendens sicut mortuos suscitare, dæmones pellere et leprosos mundare, sic et pauperes juvare gratiæ opus esse; imo potius hoc quam illud : atque etiamsi gratia sit, studio tamen et alacritate opus nobis est ut eligamus et velimus, et nos gratia dignos reddamus. Hoc itaque ad consolationem attulit, quod literas suas cum illis mitteret; aliud vero majus adjecit, quod se polliceretur itineris socium fore : *Quod si dignum fuerit*, inquit, *ut*
Ibid. *et ego eam, mecum ibunt*. Hic animadvertas velim ejus prudentiam. Neque enim negavit se simul iturum, neque omnino pollicitus est; sed illud etiam dantium arbitrio permisit, eosque profectionis suæ dominos fecit; indicans, si donum tantum foret, ut se incitare posset, iter se suscepturum esse. Nam cum dicit, *Si dignum fuerit*, id subindicantis est. Quod si profectionem illam omnino negasset, ipsos ignaviores segnioresque reddidisset; sin dubie promisisset, negligentiores fecisset. Ideo nec omnino negat, neque pollicetur; sed illud arbitrio Corinthiorum relinquit dicens, *Quod si dignum fuerit.* Audientes enim Paulum ipsum delaturum oblationem suam, majori studio et alacritate ad id rei ferebantur, quod sanctæ illæ manus dona tractaturæ essent, et huic sacrificio preces illius accederent. Porro si Paulo tradituri dona Corinthii, id cum majore alacritate faciebant, tu Pauli Domino daturus (nam per pauperes ille suscipit), quam excusationem habiturus es? Neque enim, nisi magna fuisset oblatio multaque cura digna, ille cui totus orbis creditus, et cui curæ erant omnes sub sole Ecclesiæ, pollicitus esset se pecunias administraturum esse. Hæc igitur animo reputantes, sive largiendum sit, sive aliis largientibus ministrandum, ne segnes simus, neque mœsti, quod facultates nobis minuantur. Quomodo enim absurdum non fuerit, dum agricola semen jaciens, et bona effundens, non tristatur, nec dolet, neque id sumtus loco habet, sed lucrum potius et proventum esse putat, tametsi spes sit incerta : te, qui non pro paribus, sed pro multo majoribus seminas, et qui in ipsas Christi manus argentum jacturus es, refugere, torpere, et inopiam prætendere? Annon poterat Deus præcipere telluri, ut proferret aurum pu-
Gen. 1. 11. rum? Qui enim dixit, *Germinet terra herbam fœni,* moxque comantem exhibuit, poterat haud

ἡμῶν καὶ τῆς ἡμετέρας γνώμης τοὺς τὰ αὐτῶν δαπανῶντας τοῦτο ποιεῖν; Καὶ ὅρα πῶς ἑαυτοῦ πανταχοῦ μέμνηται, καὶ οὐδαμοῦ ἐπιλανθάνεται· οὐδὲ γὰρ ἐνταῦθα ἐντολὴν ἐκάλεσεν, οὐδὲ ἐλεημοσύνην, ἀλλὰ, Χάριν· δεικνὺς, ὅτι καθάπερ νεκροὺς ἐγείρειν, καὶ δαίμονας ἐλαύνειν, καὶ λεπροὺς καθαίρειν, χάριτος ἔργον ἐστίν· οὕτω καὶ πενίαν διορθοῦν, καὶ τοῖς δεομένοις χεῖρα ὀρέγειν, καὶ πολλῷ μᾶλλον τοῦτο ἢ
256 ἐκεῖνο· ἀλλ' εἰ καὶ χάρις ἐστὶ, καὶ τῆς ἡμετέρας δεῖ-
A ται σπουδῆς καὶ προθυμίας, ἵνα ἑλώμεθα καὶ βουληθῶμεν, καὶ τῆς χάριτος ἀξίους ἑαυτοὺς παρασκευάσωμεν. Ἑνὶ μὲν οὖν τούτῳ παρεμυθήσατο, τῷ τὰ γράμματα αὐτοῦ πέμπειν μετ' ἐκείνων· ἑτέρῳ δὲ μείζονι τοῦ προτέρου πάλιν, τῷ καὶ αὐτὸν ὑποσχέσθαι τῆς ἀποδημίας ταύτης κοινωνήσειν αὐτοῖς· Ἐὰν γὰρ ᾖ ἄξιον, φησὶ, τοῦ κἀμὲ πορεύεσθαι, σὺν ἐμοὶ πορεύσονται. Καὶ σκόπει κἀνταῦθα αὐτοῦ τὴν σύνεσιν. Οὔτε γὰρ ἠρνήσατο συναπιέναι, οὔτε ὑπέσχετο καθάπαξ, ἀλλὰ πάλιν τῇ τῶν διδόντων γνώμῃ τοῦτο ἐπέτρεψε, καὶ κυρίους αὐτοὺς ἐποίησε τῆς ἀποδημίας τῆς ἑαυτοῦ, ἐνδειξάμενος ὅτι εἰ δαψιλὲς εἴη τὸ δεδομένον καὶ τοσοῦτον ὡς καὶ αὐτὸν διαναστῆσαι, πάν-
B τως ἅψεται τῆς ὁδοῦ. Τὸ γὰρ εἰπεῖν, Ἐὰν ᾖ ἄξιον, τοῦτό ἐστιν αἰνιττομένου. Εἰ μὲν οὖν καθόλου τὴν ἀποδημίαν ταύτην ἠρνήσατο, ἀθυμοτέρους ἂν ἐποίησε καὶ ὀκνηροτέρους αὐτούς· πάλιν εἰ ἀμφιβόλως ὡμολόγησε καὶ ὑπέσχετο, ῥαθυμοτέρους ἂν εἰργάσατο. Διὰ δὴ τοῦτο οὔτε ἀπαγορεύει καθόλου, οὔτε ὑπισχνεῖται· ἀλλ' ἐπὶ τῇ γνώμῃ τῶν Κορινθίων τοῦτο ποιεῖ, εἰπὼν, Ἐὰν δὲ ᾖ ἄξιον. Ἀκούοντες γὰρ ὅτι Παῦλος μέλλει τὴν προσφορὰν αὐτῶν ἀποφέρειν, πλείονι προθυμίᾳ καὶ σπουδῇ πρὸς τὸ πρᾶγμα ἐκέχρηντο· ὥστε τὰς ἁγίας χεῖρας ἐκείνας διακονήσασθαι τοῖς διδομένοις, καὶ τὰς εὐχὰς τὰς ἐκείνου
C προστεθῆναι τῇ θυσίᾳ ταύτῃ. Εἰ δὲ Παύλῳ διδόναι μέλλοντες οἱ Κορίνθιοι ὥστε διακομίσαι, μετὰ πλείονος τοῦτο ἐποίουν τῆς προθυμίας· σὺ τῷ Παύλου μέλλων διδόναι Δεσπότῃ (διὰ γὰρ τῶν πενήτων ἐκεῖνος λαμβάνει), ποίαν ἕξεις ἀπολογίαν ἀναβαλλόμενος; Οὐδὲ γὰρ ἂν, εἰ μὴ μέγα ἦν τὸ πρᾶγμα καὶ πολλῆς ἄξιον σπουδῆς, ὁ τὴν οἰκουμένην πᾶσαν ἐγχειρισθεὶς, καὶ τὰς ὑφ' ἡλίῳ κειμένας μεριμνῶν Ἐκκλησίας, ὑπέσχετο τῇ τῶν χρημάτων οἰκονομίᾳ διακονήσασθαι τούτων. Ταῦτ' οὖν καὶ ἡμεῖς λογιζόμενοι, ἄν τε δοῦναι δέῃ, ἄν τε παρέχουσιν ἑτέροις ὑπηρετεῖν, μὴ κα-
D τοκνῶμεν, μηδὲ ἀθυμῶμεν, ὡς τῆς οὐσίας ἡμῖν ἐλαττουμένης. Πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον, τὸν μὲν γηπόνον τὰ σπέρματα καταβάλλοντα, καὶ τὰ ὄντα κενοῦντα, μὴ δάκνεσθαι, μηδὲ ἀλγεῖν, μηδὲ ἀνάλωμα νομίζειν εἶναι τὸ γινόμενον, ἀλλὰ κέρδος καὶ πρόσοδον, καίτοι ἀδήλου τῆς ἐλπίδος οὔσης· σὲ δὲ οὐκ ἐπὶ τοιούτοις, ἀλλ' ἐπὶ πολλῷ μείζοσι σπείροντα, καὶ αὐτῷ μέλ-

λοντα τὸ ἀργύριον ἐγχειρίζειν τῷ Χριστῷ, ἀναδύεσθαι, καὶ ναρκᾷν, καὶ πενίαν προβάλλεσθαι; Μὴ γὰρ οὐκ ἠδύνατο ὁ Θεὸς κελεῦσαι τῇ γῇ χρυσίον ἀπηρτισμένον ἐκβαλεῖν; Ὁ γὰρ εἰπὼν, Βλαστησάτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου, καὶ δείξας αὐτὴν ἐξαίφνης κομῶσαν, ἠδύνατο κελεῦσαι καὶ πηγὰς καὶ ποταμοὺς χρυσίου ῥεῦσαι πάντοθεν. Ἀλλ' οὐκ ἠθέλησεν, ἀλλ' ἀφῆκεν εἶναι πολλοὺς ἐν πτωχείᾳ, διά τε τὸ ἐκείνοις, διά τε τὸ σοὶ συμφέρον. Καὶ γὰρ πρὸς ἀρετὴν ἐπιτηδειότερον πενία πλούτου· καὶ τοῖς ἐν ἁμαρτήμασι καθεστηκόσιν οὐ μικρὰ παραμυθία γίνεται ἀπὸ τῆς εἰς τοὺς δεομένους βοηθείας, καὶ τοσαύτη τοῦ πράγματος σπουδὴ τῷ Θεῷ, ὅτι καὶ παραγενόμενος, καὶ σάρκα περιβαλόμενος, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναναστραφεὶς, οὐ παρῃτήσατο, οὐδὲ αἰσχύνης ἄξιον εἶναι ἐνόμισεν οἰκονομεῖν αὐτὸς τὰ τῶν πενήτων. Καίτοι γε τοσούτους ἐργασάμενος ἄρτους, καὶ πάντα ἐξ ἐπιτάγματος ποιῶν ἅπερ ἤθελε, καὶ δυνάμενος δεῖξαι μυρίους ἀθρόον θησαυροὺς, οὐκ ἐποίησε τοῦτο· ἀλλὰ γλωσσόκομον ἔχειν ἐκέλευσε τοῖς μαθηταῖς, καὶ τὰ βαλλόμενα βαστάζειν, καὶ τοῖς δεομένοις ἐκεῖθεν ἐπικουρεῖν. Ὅτε γοῦν τῷ Ἰούδᾳ περὶ τῆς προδοσίας αἰνιγματωδῶς διελέγετο, μὴ συνιέντες οἱ μαθηταὶ τὸ λεχθὲν, ἐνόμισαν, φησὶν, ὅτι εἶπεν αὐτῷ ἵνα τοῖς πτωχοῖς τι δῷ· Καὶ γὰρ τὸ γλωσσόκομον αὐτὸς, φησὶν, εἶχε, καὶ τὰ βαλλόμενα ἐβάσταζε. Πολὺς γὰρ τῷ Θεῷ λόγος ἐλέους, οὐ τοῦ παρ' αὐτοῦ μόνον εἰς ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ τοῦ παρ' ἡμῶν εἰς τοὺς συνδούλους ὀφείλοντος γίνεσθαι· καὶ ἐν τῇ Παλαιᾷ, καὶ ἐν τῇ Καινῇ μυρίους ὑπὲρ τούτου τίθησι νόμους, κελεύων διὰ πάντων εἶναι φιλάνθρωπον, καὶ διὰ ῥημάτων, καὶ χρημάτων, καὶ πραγμάτων. Καὶ Μωϋσῆς ἄνω καὶ κάτω τοὺς περὶ τούτων διασπείρει λόγους ταῖς νομοθεσίαις ἁπάσαις· καὶ οἱ προφῆται ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ τοῦτο βοῶσιν, ὅτι Ἔλεον θέλω, καὶ οὐ θυσίαν· καὶ οἱ ἀπόστολοι πάντες συνῳδὰ τούτοις καὶ ποιοῦσι καὶ λέγουσι. Μὴ τοίνυν καταμελῶμεν τοῦ πράγματος· οὐ γὰρ τοὺς πένητας, ἀλλ' αὐτοὺς ἡμᾶς τὰ μέγιστα ὠφελοῦμεν, καὶ μείζονα λαμβάνομεν ὧν παρέχομεν.

Ταῦτα δὲ οὐχ ἁπλῶς λέγω νῦν, ἀλλ' ἐπειδὴ πολλοὶ πολλάκις πρὸς τοὺς δεομένους ἀκριβολογοῦνται, καὶ πατρίδα ἐξετάζοντες, καὶ βίον, καὶ τρόπους, καὶ ἐπιτήδευμα, καὶ τὴν τοῦ σώματος εὐεξίαν, ἐγκλήματα ποιούμενοι, καὶ μυρίας ὑπὲρ ὑγιείας ἀπαιτοῦντες εὐθύνας. Διά τοι τοῦτο, καὶ πολλοὶ πηρώσεις ὑπεκρίναντο σώματος, ἵνα τὴν ὠμότητα τὴν ἡμετέραν καὶ τὴν ἀπανθρωπίαν τῷ τῆς συμφορᾶς ταύτης ἐπικάμψωσι δράματι. Καὶ τὸ μὲν, θέρους ὄντος, ταῦτα ἐγκαλεῖν, δεινὸν ὂν, οὐχ οὕτω δεινόν ἐστι· τὸ δὲ ἐν κρυμῷ καὶ ψύχει οὕτως ὠμὸν καὶ ἀπάνθρωπον γίνεσθαι δικαστὴν, καὶ μηδεμίαν ἀπονέμειν τοῖς ἀργοῦσι συγγνώμην, οὐκ ἂν ἔχοι τινὰ ὠμότητος ὑπερβολήν; Τί

dubie præcipere ut fontes et fluvii aurum jugiter funderent. Verum id noluit, sed multos in paupertate dimisit tum ob ipsorum, tum ob tuam utilitatem. Nam ad virtutem opportunior est paupertas divitiis, et iis, qui in peccatis sunt,
E non parva consolatio oritur ab auxilio egenis præstito. Tantaque hujusce rei cura est Deo, ut cum advenisset carneque indutus cum hominibus conversaretur, non detrectaret, neque ignominiæ loco haberet, quod ipse quæ ad pauperes spectabant dispensaret. Etsi vero tot panes fecerat, et quæcumque vellet jussu perficiebat, licet posset sexcentos thesauros confertim ostendere, noluit tamen; sed marsupium habere discipulos
257 jussit, et quæ immittebantur portare, atque inde
A egenis subministrare. Nam cum Judam ænigmatice de proditione alloqueretur, non intelligentes discipuli quod dicebatur, putabant, inquit, ipsum dixisse illi ut pauperibus aliquid daret: nam *Marsupium*, inquit, *ipse habebat, et quæ immittebantur portabat.* *Joan.* 12. 6. Magnam quippe Deus rationem habet de misericordia, non de sua tantum erga nos, sed de nostra etiam in conservos: qua de re multas et in Veteri et in Novo Testamento leges constituit, hominem jubens et verbis et pecuniis et operibus benignum esse. Hac de re passim Moyses in legibus sermonem inserit: hoc ex persona Dei prophetæ clamant, *Miseri-* *Osee.* 6. 6.
B *cordiam volo, et non sacrificium*: apostoli *Matth.* 9. 13. quoque iis consona et faciunt et dicunt. Ne itaque rem illam negligamus: non enim pauperibus tantum, sed nobis ipsis maxime prosumus, majoraque accipimus, quam præbemus.

C 6. Hæc non sine causa nunc dico, sed quia plerique egenos curiose interrogant, inquirunt patriam, vitam, mores, artem, corporis valetudinem: accusationes intentant, et sexcentas de sanitate rationes repetunt. Ideeque multi corporis mutilationes simulant, ut fictæ calamitatis artificio crudelitatem immanitatemque nostram flectere valeant. Et æstate quidem taliter criminari, grave licet sit, non usque adeo tamen grave est: hyeme vero, urgente frigore ita se inhumanum et ferum præstare judicem, veniam-
D que nullam otiosis concedere, annon summæ crudelitatis fuerit? Cur itaque Paulus, dicet

Non perquirenda egenorum vita ut eleemosyna erogetur.

aliquis, Thessalonicensibus hanc legem ferebat : 2.Thess. 3. 10. *Si quis non vult laborare, nec manducet?* Ut et tu hæc audias, et non ipsum tantum, sed te quoque hisce Pauli verbis compelles. Pauli quippe leges non pauperibus tantum, sed etiam nobis positæ sunt. Dicam aliquid onerosum et molestum : scio fore ut vos succenseatis; attamen dicam ; non enim ut offendam, sed ut emendem dico. Illis otium objicimus, rem sæpe venia dignam : nos autem ea perpetramus, quæ otio longe graviora sint. At ego, inquies, paternam hereditatem habeo. An ergo, dic mihi, quia ille pauper est et ex pauperibus ortus, nec opulentos majores habuit, dignus est qui pereat? Profecto ea ipsa de causa commiseratione et misericordia apud divites dignus fuerit. Tu quidem sæpe diem in theatris transigens, vel in concessibus, colloquiisque, ex quibus nihil accedit lucri, multis obloqueris, nihilque mali te facere nec otiosum esse putas : hunc vero miserum et ærumnosum, qui in precibus, lacrymis milleque ærumnis toto die versatur, damnas, ad tribunal trahis, de eoque rationes exposcis? Hæccine, quæso, humani sunt animi? Igitur quando dicis, Quid dicemus Paulo? tu ea ipsa tibi, non pauperibus dicito. Alioquin vero, ne minas ejus tantum legas, sed et veniam quoque: nam qui dicit, *Si quis non laborat, nec man-* 2.Thess. 3. 13. *ducet*, adjecit : *Vos autem, fratres, nolite deficere bene facientes.* At quonam illi specioso obtentu utuntur? Fugitivi sunt, inquiunt, peregrini, verberones, qui sua relicta patria in civitatem nostram confluunt. Ideone, quæso, stomacharis, et civitatis coronam vellicas, quia omnes eam communem esse portum existimant, et propriæ alienam præferunt? Imo vero hac de causa exsultare oportuit ac lætari, quia ad manus vestras, quasi ad commune quoddam emporium, omnes accurrunt, et communem matrem hanc civitatem esse arbitrantur. Ne, quæso, tantum encomium labefactetis, neque antiquam hanc paternamque laudem decidatis. Olim namque cum fames totum orbem invasura esset, hujus civitatis incolæ Jerosolymitanis, iisdem ipsis, de quibus jam sermo habetur, per Barna- Act. 11.30. bam et Paulum pecunias non paucas miserunt. Qua igitur fuerimus venia, qua defensione digni, quando majores quidem nostri etiam procul positos suis pecuniis, etiam ad ipsos accurrentes, aluerunt : nos vero eos, qui aliunde ad nos confugiunt, pellimus, deque illis rationes expetimus, cum sciamus nos plurimo-

οὖν ὁ Παῦλος, φησὶν, ἐνομοθέτει Θεσσαλονικεῦσι, λέγων· Εἴ τις οὐ θέλει ἐργάζεσθαι, μηδὲ ἐσθιέτω; Ἵνα καὶ σὺ ταῦτα ἀκούσῃς, καὶ μὴ πρὸς ἐκεῖνον μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς σαυτὸν διαλέγῃ τὰ τοῦ Παύλου ῥήματα. Οἱ γὰρ τοῦ Παύλου νόμοι οὐχὶ τοῖς πένησι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡμῖν κεῖνται. Εἴπω τι φορτικὸν καὶ ἐπαχθές· οἶδα μὲν ὅτι ὀργιεῖσθε· πλὴν ἀλλ' ὅμως ἐρῶ· οὐδὲ γὰρ ὥστε πλῆξαι, ἀλλ' ὥστε διορθῶσαι τοῦτο λέγω. Τούτοις μὲν ἀργίαν ἐγκαλοῦμεν, πρᾶγμα καὶ συγγνώμης πολλάκις ἄξιον· αὐτοὶ δὲ ἐργαζόμεθα τοιαῦτα πολλάκις, ἃ πάσης ἀργίας ἐστὶ χαλεπώτερα. E Ἀλλ' ἐγὼ πατρῷον ἔχω κλῆρον, φησίν. Ἐπεὶ οὖν οὗτος πένης ἐστὶ, καὶ ἐκ πενήτων, καὶ οὐκ ἔσχε προγόνους εὐπόρους, ἀπόλλυσθαι δίκαιος, εἰπέ μοι; Δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο μάλιστα ἐλεεῖσθαι καὶ κατοικτείρεσθαι ἄξιος ἂν εἴη παρὰ τῶν ἐχόντων. Σὺ μὲν γὰρ πολλάκις διημερεύων τὴν ἡμέραν ἐν θεάτροις, ἢ ἐν συνεδρίοις καὶ συλλόγοις οὐδὲν ἔχουσι κέρδος, καὶ μυρίοις λέγων κακῶς, οὐδὲν ἡγῇ ποιεῖν δεινὸν, οὐδὲ ἀργεῖν· τὸν δὲ ἄθλιον τοῦτον καὶ ταλαίπωρον πᾶσαν ἀναλίσκοντα τὴν ἡμέραν ἐν ἱκετηρίαις, ἐν δάκρυσιν, ἐν μυρίᾳ ταλαιπωρίᾳ, κρίνεις, καὶ εἰς 258 A δικαστήριον ἕλκεις, καὶ εὐθύνας ἀπαιτεῖς; Καὶ ποῦ ταῦτα γνώμης ἀνθρωπίνης, εἰπέ μοι; Ὥστε ὅταν λέγῃς, τί οὖν ἐροῦμεν τῷ Παύλῳ; μὴ τοῖς πένησιν, ἀλλὰ καὶ σαυτῷ διαλεγόμενος ταῦτα λέγε. Ἄλλως δὲ, μὴ τὴν ἀπειλὴν ἀναγίνωσκε μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν συγγνώμην· ὁ γὰρ εἰπὼν, Εἴ τις μὴ ἐργάζεται, μηδὲ ἐσθιέτω, προσέθηκεν· Ὑμεῖς δὲ, ἀδελφοὶ, μὴ ἐκκακήσητε τὸ καλὸν ποιοῦντες. Ἀλλὰ τίς αὐτῶν ἡ εὐπρόσωπος πρόφασις; Δραπέται τινές εἰσι, φησὶ, καὶ ξένοι, καὶ μαστιγίαι, καὶ τὰς αὐτῶν ἀφέντες πατρίδας, εἰς τὴν ἡμετέραν πόλιν συῤῥέουσι. Διὰ τοῦτο οὖν ἀγανακτεῖς, εἰπέ μοι, καὶ τὸν στέφανον τῆς πόλεως διατίλλεις, ὅτι κοινὸν λιμένα πάντες αὐτὴν εἶναι B νομίζουσι, καὶ τῆς ἐνεγκούσης τὴν ἀλλοτρίαν προτιθέασι; Διὰ τοῦτο μὲν οὖν ἀγάλλεσθαι ἔδει καὶ χαίρειν, ὅτι καθάπερ εἰς κοινὸν ἐμπόριον τὰς ὑμετέρας χεῖρας τρέχουσιν ἅπαντες, καὶ μητέρα κοινὴν εἶναι ταύτην τὴν πόλιν νομίζουσι. Μὴ δὴ διαφθείρητε τὸ ἐγκώμιον, μηδὲ ἀκρωτηριάσητε τὸν ἔπαινον πάτριον ὄντα αὐτῇ καὶ ἀρχαῖον. Καὶ γάρ ποτε λιμοῦ μέλλοντος εἰς τὴν γῆν ἐμβαλεῖν ἅπασαν, οἱ τὴν πόλιν ταύτην οἰκοῦντες τοῖς ἐν Ἱεροσολύμοις καθημένοις, αὐτοῖς δὲ (f. δὴ) τούτοις, περὶ ὧν ἡμῖν οὗτος ὁ λόγος ἅπας κεκίνηται, διὰ χειρὸς Βαρνάβα καὶ Σαύλου χρή- C ματα ἔπεμψαν οὐκ ὀλίγα. Τίνος οὖν ἂν εἴημεν ἡμεῖς συγγνώμης ἄξιοι, ποίας δὲ ἀπολογίας, ὅταν οἱ μὲν πρόγονοι οἱ ἡμέτεροι καὶ τοὺς πόῤῥωθεν καθημένους φαίνωνται διὰ τῶν οἰκείων τρέφοντες χρημάτων, καὶ αὐτοὶ πρὸς ἐκείνους τρέχοντες· ἡμεῖς δὲ καὶ τοὺς ἀλλαχόθεν πρὸς ἡμᾶς καταφεύγοντας ἀπελαύνωμεν, καὶ

ἀπαιτῶμεν εὐθύνας ἀκριβεῖς, καὶ ταῦτα εἰδότες, ὅτι μυρίων ὑπεύθυνοί ἐσμεν κακῶν; Κἂν ὁ Θεὸς οὕτως ἀκριβῶς τὰ καθ' ἡμᾶς ἐξετάσῃ, ὥσπερ ἡμεῖς τὰ τῶν πενήτων, οὐδεμιᾶς τευξόμεθα συγγνώμης, οὐδὲ ἐλέου τινός· Ἐν ᾧ γὰρ κρίματι κρίνετε, φησὶ, καὶ ὑμεῖς κριθήσεσθε. Γενοῦ τοίνυν φιλάνθρωπος καὶ ἥμερος τῷ συνδούλῳ, καὶ πολλὰ ἄφες τῶν ἡμαρτημένων, καὶ ἐλέησον, ἵνα καὶ αὐτὸς τοιαύτης τύχῃς τῆς ψήφου. Τί πράγματα σαυτῷ πλέκεις; τί περιεργάζῃ; Ἆρα εἰ προσέταξεν ὁ Θεὸς βίους ἐρευνᾷν, καὶ εὐθύνας ἀπαιτεῖν, καὶ πολυπραγμονεῖν τρόπους, οὐκ ἂν ἐδυσχέραινον πολλοί; οὐκ ἂν εἶπον πρὸς ἑαυτούς· τί ποτε τοῦτό ἐστι; δύσκολον ἡμῖν τὸ πρᾶγμα κατέστησεν ὁ Θεός· μὴ γὰρ δυνάμεθα τὴν ἑτέρων ζωὴν ἐξετάζειν; μὴ γὰρ ἴσμεν τὰ ἡμαρτημένα τῷ δεῖνι; Οὐκ ἂν πολλοὶ πολλὰ τοιαῦτα εἶπον; Νῦν δὲ, ὅτε πάσης ἡμᾶς τοιαύτης πολυπραγμοσύνης ἀπήλλαξε, καὶ ὑπέσχετο δώσειν ἀπηρτισμένον τὸν μισθὸν, κἂν πονηροὶ, κἂν χρηστοὶ οἱ λαμβάνοντες ὦσιν, ἑαυτοῖς πράγματα ἐπισπώμεθα. Καὶ πόθεν τοῦτο δῆλον, φησὶν, ὅτι χρηστοῖς, καὶ τοῖς μὴ τοιούτοις δόντες ληψόμεθα τὸν μισθόν; Ἀφ' ὧν αὐτὸς εἶπεν· Εὔχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων καὶ διωκόντων ὑμᾶς, ὅπως γένησθε ὅμοιοι τοῦ Πατρὸς ὑμῶν, τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὅτι τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους. Ὥσπερ οὖν ὁ Δεσπότης σου, μυρίων αὐτὸν βλασφημούντων, μυρίων πορνευόντων, κλεπτόντων, λῃστευόντων, τάφους ἀνορυττόντων, μυρία ἐργαζομένων κακὰ, οὐκ ἀφίσταται τῆς εἰς ἅπαντας εὐεργεσίας, ἀλλὰ κοινὴν τὴν ἀκτῖνα, κοινοὺς τοὺς ὄμβρους, καὶ τοὺς καρποὺς τοὺς ἀπὸ τῆς γῆς προτίθησι, τὴν φιλανθρωπίαν ἐπιδεικνύμενος τὴν ἑαυτοῦ· οὕτω καὶ σὺ ποίησον, καὶ ὅταν ἐλέους καιρὸς ᾖ καὶ φιλανθρωπίας, διόρθου τὴν πενίαν, λύε τὸν λιμὸν, ἀπάλλαττε τῆς θλίψεως, μηδὲν περαιτέρω περιεργάζου. Εἰ γὰρ δὴ μέλλοιμεν βίους ἐρευνᾶσθαι, οὐδέποτε οὐδένα ἄνθρωπον ἐλεήσομεν· ἀλλ' ὑπὸ τῆς ἀκαίρου ταύτης πολυπραγμοσύνης ἐμποδισθέντες, ἄκαρποι καὶ πάσης ἔρημοι βοηθείας διαμενοῦμεν, καὶ πολὺν ὑποστησόμεθα πόνον εἰκῇ καὶ μάτην. Διὸ δὴ παρακαλῶ τὴν ἄκαιρον ταύτην περιεργίαν ἐκβαλόντας, τοῖς δεομένοις διδόναι πᾶσι, καὶ μετὰ πολλῆς τοῦτο ποιεῖν τῆς δαψιλείας, ἵνα καὶ αὐτοὶ κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην πολλοῦ τοῦ ἐλέους καὶ τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας τύχωμεν· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

rum malorum esse reos? Quod si Deus ita diligenter nos scrutaretur, ut nos causam pauperum, nullam veniam vel misericordiam consequeremur: *In quo* enim *judicio*, inquit, *judicabitis, judicabimini.* Matth. 7. 2. Esto igitur benignus humanusque conservo: multaque peccata dimitte, ac D misericordiam exerce, ut et ipse talem impetres sententiam. Quid tibi ipsi negotia facessis? quid curiose scrutaris? Si Deus præcepisset ut aliorum vitam scrutaremur, rationes exposceremus, moresque curiose disquireremus, annon multi id moleste ferrent? annon intra se dicerent, Quid igitur hoc est? difficilem nobis rem Deus præscripsit: an possumus aliorum vitam examinare? num scimus quænam ille talis peccata admiserit? Annon multi similia plurima dicerent? Nunc vero, cum nos ab hujusmodi perqui- E sitione liberavit, ac mercedem nobis perfectam se daturum pollicitus est, sive mali sive boni sint ii, qui accipiunt, nobis ipsis negotium facessimus. Et unde hoc liquet, inquies, quod sive bonis, sive malis dederimus, mercedem accepturi simus? Eo quod ipse dixerit: *Orate pro insectantibus, et calumniantibus vos, ut sitis similes Patris vestri, qui in cælis est, qui solem suum oriri facit super bonos et malos, et pluit super justos et injustos.* Matth. 5. 44. 45. 259 Quemadmodum ergo Dominus tuus, cum in- A numeri ipsum blasphement, innumeri fornicentur, furentur, latrocinentur, sepulcra effodiant, infinita mala perpetrent, a suis erga omnes beneficiis non absistit; sed communes radios, communes imbres et fructus terræ profert, suam exhibens erga homines beneficentiam: sic et tu facito, et cum tempus misericordiæ humanitatisque exhibendæ adfuerit, pauperes fove, famem seda, ab ærumnis libera, nihil ulterius scrutare. Nam si vitam hominum curiose disquiramus, nullius umquam misere- B bimur: sed hac intempestiva curiositate præpediti, absque fructu, et omni adjumento destituti manebimus multumque laboris frustra et incassum suscipiemus. Quapropter rogo, inopportunam hanc curiositatem abjicientes, egenis omnibus largiamur, idque abundanter faciamus, ut et ipsi illo die magnam a Deo misericordiam et benignitatem consequamur; quam nos omnes obtinere contingat, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri, simulque sancto Spiritui gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

MONITUM

AD TRES SEQUENTES HOMILIAS IN ILLUD APOSTOLI,

HABENTES AUTEM EUMDEM SPIRITUM, ETC.

An Chrysostomi sint necne tres sequentes homiliæ ausus est quispiam dubitare, cum tamen ita sese prodat Chrysostomi stylus, dictio, tropus, ut si quis vel primoribus labris ejus conciones attigerit, eumdem ipsum S. doctorem loquentem statim agnoscat. Dubitandi causæ viro alioquin docto et facundo hujusmodi fuere: quod nempe hic concionator hom. I, num. 3, Semipelagianis favere videatur, cum dicit, de initio fidei loquens : *Neque enim Deus, neque Spiritus gratia nostrum prævenit propositum : sed tametsi vocet, exspectat tamen ut sponte et propria voluntate accedamus, ac tum demum, cum accesserimus, nobis suum totum exhibet auxilium.* Verum tum ex præcedentibus subsequentibusque hac in homilia Chrysostomi verbis, tum etiam ex aliis huic similibus per diversa ejus opera dispersis locis demonstrari potest, licet non pauca quæ supra dictis consonant, subinde apud Chrysostomum occurrant, cum tamen vere ad initium fidei gratiæ auxilium necessarium esse censuisse. Quia vero quæ ad gratiam spectant, nondum in controversiam vocata, necdum erant certis vocum limitibus circumscripta, ideo aliqua similia apud Chrysostomum, hæc obiter loquentem, occurrunt ; unde si quis hinc νοθείας sententiam ferat, is plane in S. doctoris scriptis sese peregrinum esse comprobet. Verum alius ad hæc fusius pertractanda nobis est constitutus locus. Aliam dubitandi causam effert is ipse qui priorem protulit : Sub initium tertiæ homiliæ, inquit ille, hic scriptor dicit, a Pauli tempore quingentos elapsos annos esse, quæ longe recentiorem Chrysostomo auctorem arguant. Hanc vero nullam esse dubitandi rationem statim advertet, quisquis lectioni Chrysostomi assuetus, perpetuam ejus in annorum calculis negligentiam observaverit. Sic non semel ille annos quingentos enumerat a postrema templi Jerosolymitani destructione, quæ aliquot annis Pauli mortem subsequuta est. Sic et alibi passim ἀναχρονισμοὶ, in scriptore nempe temporum rationem parum curante, deprehenduntur.

Antiochiæ habitas fuisse tres hasce conciones, arguunt ea, quæ de monachis habet, verticem montium occupantibus, asperamque vitæ rationem agentibus. Quos sane monachos in vicinis montibus de-
260 gentes, in Antiochenis homiliis sæpe commemorat, secus vero in Constantinopolitanis. De anno autem ne conjectura quidem loqui possumus. In hisce porro homiliis de eroganda eleemosyna præcipue agitur : quod argumentum summe est a Chrysostomo frequentatum. In secundæ homiliæ priore parte multa contra Manichæos effert, pluribusque demonstrat, Vetus Testamentum cum Novo consonare, atque unum et eumdem esse utriusque legislatorem.

Interpretatio Latina est Sigismundi Gelenii, quam aliquot in locis castigavimus.

[a] ΕΙΣ ΤΗΝ ΑΠΟΣΤΟΛΙΚΗΝ ΡΗΣΙΝ,

Τὴν λέγουσαν, Ἔχοντες δὲ τὸ αὐτὸ πνεῦμα τῆς πίστεως, κατὰ τὸ γεγραμμένον· καὶ εἰς τὸ, Ἐπίστευσα, διὸ ἐλάλησα, καὶ περὶ ἐλεημοσύνης.

Οἱ σοφώτατοι τῶν ἰατρῶν ἐπειδὰν ἴδωσιν ἕλκος σιδήρου δεόμενον, ἐπάγουσι μὲν τὴν τομὴν, ἐπάγουσι δὲ οὐκ ἀναλγήτως, οὐδὲ ἀσυμπαθῶς, ἀλλὰ καὶ ἀλγοῦσι καὶ χαίρουσιν αὐτῶν οὐχ ἧττον τῶν τεμνομένων· καὶ ἀλγοῦσι μὲν διὰ τὴν ἐκ τῆς πληγῆς γινομένην ὀδύνην, χαίρουσι δὲ διὰ τὴν ἐξ αὐτῆς τικτομένην ὑγίειαν. Τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος ἐποίησεν ὁ σοφὸς τῶν ψυχῶν ἰατρός. Κορινθίοις γάρ ποτε δεομένοις ἐπιτιμήσεως σφοδροτέρας ἐπιτιμήσας, καὶ ἥσθη καὶ ἐλυπήθη· ἐλυπήθη μὲν, ὅτι ὠδύνησεν, ἥσθη δὲ, ὅτι ὠφέλησε. Καὶ ἀμφότερα ταῦτα δηλῶν, ἔλεγεν· Ὥστε εἰ καὶ ἐλύπησα ὑμᾶς ἐν τῇ προτέρᾳ ἐπιστολῇ, οὐ μεταμέλομαι, εἰ καὶ μετεμελόμην. Διὰ τί μετεμέλου; διὰ τί δὲ πάλιν οὐ μεταμέλῃ; Μετεμελόμην, ἐπειδὴ σφοδρότερον ἔπληξα· οὐ μεταμέλομαι, ἐπειδὴ διώρθωσα. Καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι διὰ τοῦτο, ἄκουσον τῶν ἑξῆς· Βλέπω γὰρ, ὅτι ἡ ἐπιστολὴ ἐκείνη, εἰ καὶ πρὸς ὥραν, ἐλύπησεν ὑμᾶς· νῦν χαίρω, οὐχ ὅτι ἐλυπήθητε, ἀλλ' ὅτι ἐλυπήθητε εἰς μετάνοιαν. Εἰ καὶ πρὸς ὥραν ἐλύπησα ὑμᾶς, [b]τὸ λυπητήριον πρόσκαιρον, φησὶ, τὸ δὲ ὠφέλιμον διηνεκές. Δότε δὴ κἀμοὶ ταῦτα τὰ ῥήματα, παρακαλῶ, πρὸς τὴν ἀγάπην τὴν ὑμετέραν εἰπεῖν· ὥστε εἰ καὶ ἐλύπησα ὑμᾶς ἐπὶ τῇ προτέρᾳ παραινέσει, οὐ μεταμέλομαι, εἰ καὶ μετεμελόμην· βλέπω γὰρ, ὅτι ἡ παραίνεσις ἐκείνη καὶ ἡ συμβουλὴ, εἰ καὶ πρὸς ὥραν ὑμᾶς ἐλύπησεν, ἀλλ' ἡμᾶς μειζόνως ηὔφρανεν, Οὐχ ὅτι ἐλυπήθητε, ἀλλ' ὅτι ἐλυπήθητε εἰς μετάνοιαν. Ἰδοὺ γὰρ αὐτὸ τοῦτο τὸ κατὰ Θεὸν λυπηθῆναι ὑμᾶς πόσην κατειργάσατο ἐν ὑμῖν σπουδήν; Λαμπρότερος ἡμῖν σήμερον ὁ σύλλογος, φαιδρότερον τὸ θέατρον, πλείων τῶν ἀδελφῶν ὁ χορός. Αὕτη ἡ σπουδὴ τῆς λύπης ἐκείνης καρπός. Διὰ τοῦτο, ὅσον ὠδυνήθην τότε, τοσοῦτον νῦν χαίρω, ὁρῶν τὴν ἄμπελον ἡμῖν τὴν πνευματικὴν τῷ καρπῷ βριθομένην. Εἰ γὰρ ἐπὶ τῶν ἐδεσμάτων τῶν αἰσθητῶν φέρει τινὰ φιλοτιμίαν καὶ εὐφροσύνην τῷ καλοῦντι τῶν δαιτυμόνων τὸ πλῆθος, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τῶν ἐδεσμάτων τῶν πνευματικῶν τοῦτο γένοιτ' ἄν· καίτοι γε ἐκεῖ τὸ πλῆθος τῶν κεκλημένων μᾶλλον ἀναλίσκει τὰ παρακείμενα, καὶ δαπάνην ἐργάζεται πλείω· ἐνταῦθα δὲ

A

DE VERBIS APOSTOLI,

Habentes autem eumdem spiritum fidei, sicut scriptum est. *Item de his verbis,* Credidi, propter quod locutus sum, *et de eleemosyna.* 2. Cor. 4. 13. Psal. 115. 10.

1. Sapientissimi medici ubi vident ulcus egere ferro, admovent quidem sectionem, sed hoc faciunt non sine affectu, et commiseratione, verum et mœrent et gaudent non minus quam ipsi qui secantur: mœrent quidem propter dolorem quem secando inferunt, gaudent autem propter sanitatem, quæ hoc modo comparatur. Idem et Paulus fecit, sapiens ille animarum medicus. B Corinthios enim cum acriori objurgatione opus haberent increpans, lætatus est simul et tristatus: tristabatur quod dolorem inferret, lætabatur quod prodesset. Et utrumque hoc significans dicebat: *Quare etiamsi contristavi vos per priorem epistolam, non me pœnitet, tametsi pœnituerat.* 2. Cor. 7. 8. Cur pœnituerat? et cur non pœnitet? Pœnituerat, quia acrius objurgavi; non pœnitet, quia erratum correxi. Et ut scias hanc esse causam, audi quid sequatur: *Video namque quod epistola illa, tametsi ad tempus,* Ibid. v. 9. C *contristavit vos: nunc gaudeo, non quod contristati fueritis, sed quod contristati sitis ad pœnitentiam.* Etiamsi ad tempus vos contristavi, molestia illa momentanea fuit, inquit: utilitas autem ejus perpetua. Permittite nunc mihi quoque his verbis apud dilectionem vestram uti: quare etiamsi contristavi vos per priorem admonitionem, non me pœnitet, tametsi pœnituerat: video enim admonitionem illam et consilium, tametsi ad tempus vos contristavit, mihi tamen magnam lætitiam attulisse, *Non* D *quod contristati fueritis, sed quod contristati sitis ad pœnitentiam.* Ibid. Ecce enim hoc ipsum quod contristati estis secundum Deum, quantum in vobis excitavit alacritatis? Luculentior est hodie noster conventus, festivius nostrum theatrum, numerosior fratrum chorus. Hæc ipsa alacritas tristitiæ illius est fructus. Ideo quantum tunc indolui, tantum nunc gaudeo, videns spiritualem hanc nostram vineam fructibus refertam. Si enim in vulgaribus istis conviviis

[a] Collata cum Codicibus Mss. Colb. 970 et 1030.

[b] Unus Mss. habet τὸ λυπηρόν.

honorem quemdam et hilaritatem convivatori affert convivarum frequentia, quanto magis in spiritualibus his conviviis idem fieri convenit: quamvis illic invitatorum multitudo magis absumat ea, quæ apponuntur, majorique sit sumtui: hic autem contra, nedum absumat mensas vocatorum multitudo, abundantiam quoque parit; quod si illic sumtus voluptatem affert, quanto magis hic idem faciet accessio et reditus?

Dona spiritualia largitione crescunt. Hæc est enim spiritualium rerum natura, quo pluribus distribuuntur, hoc amplius crescunt. Quoniam igitur video refertam convivis mensam, exspecto etiam Spiritus gratiam menti nostræ insonaturam. Quando enim multos adesse videt, tunc copiosiores epulas apponere solet; non quod paucos fastidiat, sed quod multorum salutem desideret. Hac de causa Paulum quoque prætercurrentem cæteras urbes, apud Corinthum commorari Christus per visionem jussit, dicens:

Act. 18. 9. 10. Corinthi commorari cur jussus Paulus. *Noli timere, sed loquere, et ne taceas, quoniam populus est mihi multus in hac civitate.* Si enim propter unam oviculam montes et nemora et inaccessa loca pervagatus est pastor, qui fieri potest ut non longe majorem curam adhibeat, quoties multæ oves a socordia et errore sunt revocandæ? Quod enim ne paucas

Matth. 18. 14. quidem contemnat, audi ipsum dicentem: *Non est voluntas Patris mei, ut pereat vel unus ex istis parvulis.* Neque paucitas, inquit, neque vilitas inducit eum, ut negligat salutem nostram.

261 A τοὐναντίον, οὐ μόνον οὐκ ἀναλίσκει τὸ πλῆθος τῶν κεκλημένων, ἀλλὰ καὶ πλεονάζει τὴν τράπεζαν· εἰ δὲ ἐκεῖ ἡ δαπάνη ἡδονὴν ἐργάζεται, πολλῷ μᾶλλον ἐνταῦθα [a] πρόσοδος τοῦτο ἐργάσεται· καὶ γὰρ τοιαύτη τῶν πνευματικῶν ἡ φύσις, εἰς πολλοὺς διανεμομένη, μᾶλλον αὔξεται. Ἐπεὶ οὖν πλήρης ἡμῖν ἡ τράπεζα, προσδοκῶ καὶ τὴν τοῦ Πνεύματος χάριν ἐνηχῆσαι ἡμῶν τῇ διανοίᾳ. Ὅταν γὰρ ἴδῃ πολλοὺς παρόντας, τότε δαψιλεστέραν παρατίθεται τὴν ἑστίασιν· οὐχ ἐπειδὴ τῶν ὀλίγων καταφρονεῖ, ἀλλ' ἐπειδὴ τῆς τῶν πολλῶν ἐφίεται σωτηρίας. Διὰ τοῦτο καὶ τὸν Παῦλον παρατρέχοντα τὰς ἄλλας πόλεις, ἐν Κορίνθῳ μένειν B ἐκέλευσε φανεὶς ὁ Χριστὸς, καὶ εἰπών· Μὴ φοβοῦ, ἀλλὰ λάλει, καὶ μὴ σιωπήσῃς, διότι λαὸς πολύς ἐστί μοι ἐν τῇ πόλει ταύτῃ. Εἰ γὰρ ὑπὲρ ἑνὸς προβάτου ὄρη καὶ νάπας καὶ τὴν ἄβατον ἔπεισι χώραν ὁ ποιμὴν, ὅταν πολλὰ πρόβατα μέλλῃ ῥᾳθυμίας καὶ πλάνης ἀπάγειν, πῶς οὐ πολλὴν ἐπιδείξεται σπουδήν; Ὅτι γὰρ οὐδὲ τῶν ὀλίγων καταφρονεῖ, ἄκουσον αὐτοῦ λέγοντος· Οὐκ ἔστι θέλημα τοῦ Πατρός μου, ἵνα ἀπόληται ἓν τῶν μικρῶν τούτων. Οὔτε οὖν ἡ ὀλιγότης, φησὶν, οὔτε ἡ εὐτέλεια ὑπεριδεῖν αὐτὸν πείθει τῆς σωτηρίας ἡμῶν.

2. Quando igitur tantam habet parvulorum ac paucorum curam, tantam etiam multorum, toti ab ejus favore pendentes, ad Pauli verba

2. Cor. 5. 1. quæ hodie lecta sunt, sermonem flectamus. *Scimus,* inquit, *quod si terrenum nostrum domicilium hujus tabernaculi destructum fuerit.* Imo vero altius et ad ipsum exordium hujus sententiæ redeamus. Quemadmodum enim qui fontem pervestigant, invento riguo loco non illic solum fodiunt, sed humorem eum, et venam sequentes interius scrutantur, donec ad caput ipsum et initium fluentorum perveniant, sic et nos faciamus. Posteaquam invenimus spiritualem fontem e Paulina sapientia manantem, verba hæc tamquam venam quampiam sequendo ad caput ipsum sententiæ ascendamus. Quod est igitur

2. Cor. 4. 13. Psal. 115. 10. illud fontis caput? *Habentes igitur eumdem spiritum fidei, sicut scriptum est, Credidi*

Ποῦ νῦν εἰσιν οἱ τὴν Παλαιὰν διαβάλλοντες, οἱ τὸ σῶμα τῆς Γραφῆς διασπῶντες, οἱ τῇ Καινῇ μὲν ἄλλον, ἕτερον δὲ τῇ Παλαιᾷ Θεὸν ἀπονέμοντες; Ἀκουέτωσαν Παύλου τὰ στόματα τὰ [a]ἄθεα ἐμφράττοντος, καὶ ἐπιστομίζοντος τὴν θεομάχον γλῶτταν, E καὶ διὰ τῆς ῥήσεως ταύτης δεικνύοντος, ὅτι τὸ αὐτὸ Πνεῦμα καὶ ἐν τῇ Παλαιᾷ, καὶ ἐν τῇ Καινῇ. Καὶ γὰρ αὐτὰ τὰ ὀνόματα πολλὴν ἡμῖν τῶν Διαθηκῶν δείκνυσι τὴν συμφωνίαν. Ἡ γὰρ Καινὴ διὰ τὴν Παλαιὰν εἴρηται, καὶ ἡ Παλαιὰ διὰ τὴν Καινήν· καθάπερ οὖν καὶ ὁ Παῦλός φησιν, Ἐν τῷ λέγειν Καινὴν πεπαλαίωκε τὴν προτέραν. Εἰ δὲ μὴ τοῦ αὐτοῦ εἶεν Δεσπότου, οὔτε αὕτη Καινὴ, οὔτ' ἐκείνη Παλαιὰ δύναιτ' ἂν λέγεσθαι. Ὥστε αὕτη ἡ ἐν τοῖς ὀνό- 271 μασι διαφορὰ τὴν συγγένειαν ἑκατέρας [b]ἐκδείκνυται, A καὶ ἡ διαφορὰ δὲ αὕτη οὐ κατὰ τὴν οὐσίαν, ἀλλὰ κατὰ τὴν τῶν χρόνων ἐναλλαγήν ἐστι· καὶ γὰρ τὸ καινὸν τῷ παλαιῷ κατὰ τοῦτο ἀντιδιαστέλλεται μόνον· ἡ δὲ τῶν χρόνων ἐναλλαγὴ οὐδὲ διαφορὰν δεσποτείας οὐδὲ μείωσιν εἰσάγει. Καὶ τοῦτο πάλιν ὁ Χριστὸς ἐνέφηνεν, εἰπών· Διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν, πᾶς γραμματεὺς μαθητευθεὶς ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν

quapropter et loquimur. De qua igitur fide sit sermo, utrum de ea per quam patrantur prodigia, de qua Christus dicit, *Si habueritis fidem sicut* Matth. 17. *granum sinapi, dicetis monti huic, Migra, et* 19. *migrabit :* an de ea, quæ cognitionem in nobis gignit, secundum quam omnes sumus fideles; tum qua de causa Spiritus fidei sit dictus, et quænam sit hæc fides : hæc omnia pro viribus apud vestram disseruimus caritatem, atque interim etiam de eleemosyna verba fecimus. Cum vero superesset disquirendum, cur dictum sit, *Eumdem Spiritum fidei*, et præ multitudine eorum quæ jam dixeram, non liceret etiam hæc verba diligenter enarrare : ideo in præsentem diem ea reposuimus, et nunc illud debitum vobis reddituri venimus. Cur igitur dixit, *Eumdem ?* Magnam cognationem Novi Testamenti et Veteris vult ostendere : ideo prophetæ etiam verba nobis commemorat dicens : *Habentes autem eumdem Spiritum;* et adjiciens : *Sicut scriptum est : Credidi, propter quod loquutus sum.* Hoc autem jamdudum et ante multas ætates David dixerat, quod nunc Paulus adduxit, indi- Psal. 115. cans eamdem Spiritus gratiam, et tunc in illo, 10. et nunc in nobis, fidei radices posuisse : ac si diceret, Idem est fidei Spiritus, qui in illo loquutus est, et in nobis operatus.

2. Ubi nunc sunt qui Vetus Testamentum Contra Manichæos. criminantur, qui corpus Scripturæ dilacerant, qui alium Novo, alium Veteri Testamento Deum attribuunt? Audiant Paulum impia ora obturantem, impugnatrices Dei linguas cohibentem, et hoc dicto ostendentem eumdem esse Spiritum tam Novi quam Veteris Testamenti. Nam et ipsa nomina magnam nobis Testamentorum consonantiam significant. Novum enim ad differentiam Veteris dicitur, et Vetus ad differentiam Novi, sicut et Paulus inquit : *Dicendo* Heb. 8. 13. *Novum, antiquavit illud prius.* Nisi vero ejusdem essent Domini, neque hoc Novum, neque illud Vetus appellari posset. Itaque hoc ipsum nominum discrimen cognationem utriusque indicat : et differentia hæc non est in eorum essentia, sed in mutatione temporum : solo enim tempore novum a veteri distat. Cæterum temporum differentia nullam dominii mutationem affert, neque diminutionem : id quod et Christus indicavit dicens : *Propterea dico vobis : omnis scriba* Matth. 13. *doctus in regno cœlorum similis est homini* 52.

[a] Alii ἄθεα ἐνδιαβάλλοντος, ἐμφράττοντος, ἐπιστομίζοντος.

[b] [Cod. 748 ἐνδείκνυται.]

patrifamilias, qui profert de thesauro suo nova et vetera. Vides diversas quidem possessiones, idem vero dominium? Quemadmodum igitur ille potest depromere nova et vetera, cum sit unus et idem paterfamilias : ita hic quoque nihil vetat ejusdem esse Dei tum Novum, tum Vetus Testamentum : hoc ipsum enim maxime indicat ejus divitias et abundantiam, quod non solum nova possideat, verum etiam in veteribus abundantiam præ se ferat. Itaque nomine tantum inter se differunt Testamenta, at non pugnant, neque sunt contraria. Vetus enim ex novo fit vetus; hoc autem non pugnæ est neque contrarietatis, sed differentiæ nominis tantummodo. Ego autem addo, quod etiamsi contrariæ essent leges Veteris legibus Novi, asseverarem ne sic quidem alium Deum fuisse superinducendum. Si enim eodem tempore, eisdem hominibus, in eisdem rebus versantibus, eadem munia obeuntibus, contrarias leges statuisset, rationem fortassis aliquam habere potuisset commentum ipsorum : quod si aliis illæ, aliis hæ scriptæ sunt, alio tempore illis, alio his, aliter se habentibus illis hominibus, aliter his, quid necesse est propter legum differentiam duos contrarios legislatores inducere? Equidem nullam necessitatem video : ipsi proferant, si habent quod dicant : sed nihil habere possunt. Namque et medicus sæpenumero multa contraria facit, sed non contraria ratione, imo eadem et conveniente. Etenim urit et non urit, secat et non secat unum et idem corpus : nunc amara, nunc dulcia pharmaca ad bibendum offert : et facit quidem contraria, sed ratione simili atque eadem : unum enim finem spectat, nimirum ægri sanitatem. Annon igitur absurdum est medicum quidem non incusare, quod multa contraria faciat circa unius corporis naturam, Deum autem criminari quod diverso tempore, diversis hominibus, diversa mandata dederit?

Non contraria sunt duo Testamenta.

3. Demonstratum est igitur non fuisse incusandum, etiamsi leges inter se fuissent contrariæ : ut autem sciamus non esse contrarias, sed diversas tantum, age ipsas leges in medium producamus. *Audistis*, inquit, *quod dictum sit antiquis, Non occides.* Hæc lex est vetus; videamus nunc novam : *Ego autem dico vobis, quicumque irascitur fratri suo temere, reus est gehennæ ignis.* Hæccine sunt, obsecro, contraria mandata? Et quis hoc diceret mortalium

Matth. 5. 21. 22.

Contraria non sunt invicem duo Testamenta.

ὅμοιός ἐστιν ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ, ὅστις ἐκβάλλει ἐκ τοῦ θησαυροῦ αὐτοῦ καινὰ καὶ παλαιά. Ὁρᾷς διάφορα μὲν τὰ κτήματα, μίαν δὲ τὴν δεσποτείαν; Ὥσπερ οὖν ἐκεῖνος δύναται ἐκβάλλειν καινὰ καὶ B παλαιὰ εἷς ὢν οἰκοδεσπότης, οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα δυνατὸν ἑνὸς εἶναι Θεοῦ τὴν Καινὴν καὶ τὴν Παλαιάν· αὐτὸ γὰρ τοῦτο μάλιστα δείκνυσιν αὐτοῦ τὸν πλοῦτον καὶ τὴν περιουσίαν, τὸ μὴ μόνον καινὰ κεκτῆσθαι, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς παλαιοῖς τὴν περιουσίαν ἐνδείκνυσθαι. Ὥστε διαφορὰ μόνον ἐστὶν ὀνομάτων ἐν ταῖς Διαθήκαις, οὐ μάχη, οὐδὲ ἐναντίωσις. Τὸ γὰρ παλαιὸν ἐκ τοῦ καινοῦ γίνεται παλαιόν· τοῦτο δὲ οὐ μάχης, οὐδὲ ἐναντιώσεως, ἀλλὰ διαφορᾶς ὀνόματος μόνης. Ἐγὼ δὲ τοσαύτην ὑπερβολὴν ποιοῦμαι, ὅτι εἰ καὶ ἐναντίοι ἦσαν οἱ νόμοι τῆς Παλαιᾶς τοῖς τῆς Καινῆς, σφόδρα ἂν δισχυρισάμην, ὡς οὐδὲ C οὕτως ἕτερον ἐπεισάγειν Θεὸν ἐχρῆν. Εἰ μὲν γὰρ κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν, τοῖς αὐτοῖς ἀνθρώποις, περὶ τὰ αὐτὰ διατρίβουσιν, ἐν τοῖς αὐτοῖς οὖσι πράγμασιν, ἐναντίους ἐπέταττε νόμους, εἶχεν ἄν τινα αὐτοῖς λόγον ἴσως τὸ σόφισμα· εἰ δὲ ἑτέροις μὲν ἐκεῖνοι, ἑτέροις δὲ ἐγράφησαν οὗτοι, καὶ ἐν ἑτέρῳ μὲν ἐκείνοις καιρῷ, ἐν ἑτέρῳ δὲ τούτοις, ἄλλως ἐκείνοις διακειμένοις, καὶ ἑτέρως τούτοις, [b] ποία ἀνάγκη διὰ τὴν τῶν νόμων διαφορὰν ἐναντίους εἰσάγειν νομοθέτας δύο; Ἐγὼ μὲν οὐδεμίαν ὁρῶ, εἰ δὲ αὐτοὶ λέγειν ἔχουσι, εἰπάτωσαν· ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοιεν. Καὶ γὰρ καὶ ἰατρὸς ἐναντία πολλὰ ποιεῖ πολλάκις· ἀλλ' D οὐκ ἀπὸ ἐναντίας τῆς γνώμης, ἀλλ' ἀπὸ μιᾶς καὶ συμφώνου. Καὶ γὰρ καίει καὶ οὐ καίει, τέμνει καὶ οὐ τέμνει τὸ αὐτὸ σῶμα πολλάκις· καὶ νῦν μὲν πικρὰ, νῦν δὲ γλυκέα δίδωσι πίνειν φάρμακα· καὶ τὰ μὲν γινόμενα ἐναντία, ἡ γνώμη δὲ, ἀφ' ἧς ταῦτα γίνεται, σύμφωνος καὶ μία· πρὸς γὰρ ἓν τέλος βλέπει, τὴν τοῦ κάμνοντος ὑγίειαν. Πῶς οὖν οὐκ ἄτοπον ἰατρῷ μὲν μὴ ἐγκαλεῖν ἐναντία ποιοῦντι πολλὰ καὶ περὶ σώματος ἑνὸς φύσιν, τῷ Θεῷ δὲ μέμψιν ἐπάγειν, εἰ κατὰ διαφόρους καιροὺς διαφόροις ἀνθρώποις διάφορα ἔδωκε τὰ προστάγματα;

E Ὅτι μὲν οὖν, εἰ καὶ ἐναντίοι ἦσαν οἱ νόμοι, οὐδὲ οὕτως ἐγκαλεῖν ἔδει, δῆλον ἐκ τούτων· ὅτι δὲ οὐδέ εἰσιν ἐναντίοι, ἀλλὰ διάφοροι μόνον, φέρε, τοὺς νόμους εἰς μέσον προχειρισώμεθα. Ἠκούσατε, φησὶν, ὅτι ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις, Οὐ φονεύσεις. Οὗτος παλαιὸς ὁ νόμος· ἴδωμεν τὸν τῆς Καινῆς· Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῇ, ἔνοχός ἐστιν εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός. Ταῦτα ἐναντία, εἰπέ μοι, τὰ προστάγματα; Καὶ τίς ἀνθρώπων, κἂν ὁπωσοῦν διανοίας μετέχων, τοῦτο ἂν εἴποι; Εἰ μὲν γὰρ

[b] Mss. ποία ἀνάγκη. Vox ποία totum mutat sensum. Præstat autem Editorum lectioni, in quibus ποία deest.

τοῦ προτέρου κελεύσαντος μὴ φονεύειν, οὗτος ἐκέλευσεν, ἴσως ἄν τις ἀντινομίαν ἔφησεν εἶναι τὸ λεγόμενον· εἰ δὲ ἐκείνου κελεύοντος μὴ φονεύειν, οὗτος ἐκέλευσε μηδὲ ὀργίζεσθαι, ἐπίτασις, οὐκ ἐναντίωσις ὁ πρότερος [a] τοῦ δευτέρου νόμος ἐστίν· ὁ μὲν γὰρ τὸν καρπὸν τῆς κακίας ἐξέτεμε, τὸν φόνον, οὗτος δὲ καὶ τὴν ῥίζαν ἀνέσπασε, τὴν ὀργήν· ἐκεῖνος τὸ ῥεῦμα τῆς πονηρίας ἐξέκοψεν, οὗτος καὶ τὴν πηγὴν αὐτὴν ἐξήρανε. Πηγὴ γὰρ καὶ ῥίζα τοῦ φόνου θυμὸς καὶ ὀργή. Ἐκεῖνος [b] τοῦτο προπαρεσκεύασεν ὁ νόμος τὴν φύσιν τὴν ἡμετέραν, οὗτος ἐλθὼν τὸ λεῖπον ἐπλήρωσε. Ποία ἐναντιότης, ὅταν ὁ μὲν τὸ τέλος τῶν κακῶν, ὁ δὲ καὶ τὴν ἀρχὴν ἐκκόπτῃ; Ἐκεῖνος τὴν χεῖρα καθαρὰν ἐποίησεν αἵματος, οὗτος καὶ τὴν διάνοιαν αὐτὴν ἀπήλλαξε τῶν πονηρῶν βουλευμάτων. Ταῦτα δὲ συμφωνούντων ἀλλήλοις νόμων, οὐχὶ μαχομένων ἐστίν· ὅπερ ἄνω καὶ κάτω σπουδάζουσι κατασκευάζειν οἱ τῆς ἀληθείας ἐχθροί, μὴ συνορῶντες, ὅτι ἐκ τούτου μεγάλῃ ῥαθυμίας καὶ ὑπεροψίας αἰτίᾳ τὸν τῆς Καινῆς Θεὸν ὑποβάλλουσιν· εὑρεθήσεται γὰρ (ἡ δὲ βλασφημία εἰς τὴν τῶν ταῦτα ἀναγκαζόντων ἡμᾶς λέγειν περιτραπείη κεφαλήν) ἀκαίρως τὰ καθ' ἡμᾶς οἰκονομήσας· τὸ δὲ πῶς, ἐγὼ λέγω. Γαλακτοτροφίᾳ προσέοικεν ἡ τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης παιδαγωγία, στερεᾷ δὲ τροφῇ τῆς Καινῆς Διαθήκης ἡ φιλοσοφία· οὐδεὶς δὲ πρὶν ἢ θρέψαι γάλακτι, πρὸς τὴν στερεὰν ἄγει τροφήν. Ὅπερ ἔσται πεποιηκὼς ὁ τῆς Καινῆς Θεὸς ἄνπερ μὴ αὐτὸς ᾖ ὁ τὴν Παλαιὰν δεδωκώς· πρὸ γὰρ τοῦ θρέψαι γάλακτι καὶ τῇ διὰ τοῦ νόμου παιδαγωγίᾳ, ἐπὶ τὴν στερεὰν ἡμᾶς ἤγαγε τροφήν. Οὐ τούτῳ δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑτέρῳ μείζονι τούτου πάλιν αὐτὸν ὑποβάλλουσιν ἐγκλήματι, εἴ γε μετὰ πεντακισχίλια καὶ πλείονα ἔτη τοῦ γένους ἧκε προνοήσων τοῦ ἡμετέρου. Εἰ γὰρ μὴ αὐτὸς ἦν, ὁ διὰ τῶν προφητῶν καὶ τῶν πατριαρχῶν καὶ τῶν δικαίων ἀνθρώπων τὰ καθ' ἡμᾶς ἅπαντα οἰκονομῶν, ἀλλ' ἕτερός τις παρὰ τοῦτον ὀψέ ποτε καὶ βραδέως εὑρεθήσεται τῆς ἡμετέρας ἐπειλημμένος προνοίας, ὥσπερ ἔκ τινος μετανοίας ἀνενεγκών· ὅπερ οὐ Θεοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀνθρώπου τοῦ τυχόντος ἀνάξιον ἂν εἴη, τοσούτους ἀφέντος ἀπολέσθαι ἐν τοσούτῳ χρόνῳ, ὀψέ ποτε ἐν ἐσχάτῳ τῶν καιρῶν τῆς τῶν ὀλίγων ἐπιλαβέσθαι προνοίας.

Ὁρᾷς ὅσαις τὸν Θεὸν ὑποβάλλουσι βλασφημίαις ἐκεῖνοι, ἕτερον μὲν τῆς Καινῆς, ἕτερον δὲ τῆς Παλαιᾶς λέγοντες εἶναι νομοθέτην; Ἅπερ ἅπαντα λύεται, ἂν ἕνα ἑκατέρας τῆς Διαθήκης δῶμεν εἶναι

272 A modo rationis compos? Si enim priore lege vetante occidere, posterior juberet, fortasse aliquis in his verbis legum pugnam esse diceret : nunc cum illa jubente non occidere, hæc jubet ne irasci quidem, augetur prius mandatum, non affertur contrarium : illa enim fructum malitiæ resecat, videlicet cædem : hæc vero etiam radicem ipsam evellit, nimirum iracundiam : illa rivum tollit vitii, hæc fontem ipsum exsiccat. Fons enim et radix cædis est furor et iracundia. Illa lex naturam nostram posteriori paratiorem reddidit, hæc superveniens quod desiderabatur B supplevit. Quænam hæc est contrarietas, dum una finem malorum, altera vero etiam principium exstirpat? Illa manum puram facit a sanguine, hæc mentem etiam servat a mala cogitatione. Hæc autem consentientium sunt legum, non pugnantium, sicut veritatis inimici adstruere conantur, non animadvertentes, quod hinc magno segnitiæ ac despectus crimini Novi Testamenti Deum obnoxium reddunt : comperietur enim Deus (quæ quidem blasphemia in caput illorum vertat, qui nobis hæc loquendi necessitatem imponunt) intempestive res nostras dispensavisse. Quæ autem dico, sic vobis C clariora faciam. Lactis alimento similis est Veteris Testamenti educatio, solido vero cibo Novi Testamenti philosophia : at nemo ante lactis alimoniam solidum cibum adhibet. Quod quidem Novi Testamenti Deus fecit, si non idem est qui etiam Vetus prodidit : prius enim quam lacte nutriret, hoc est legis disciplina, ad solidum nos cibum adduxit. Non hujus autem solum, sed majoris etiam criminis eum reum faciunt, quandoquidem post quinquies mille demum annos aut D plures providentiam nostri generis suscepit. Si enim nonidem erat, qui per prophetas et patriarchas et justos homines res nostras dispensabat, sed alter quispiam præter hunc, sero admodum et tarde videbitur nostri providentiam aggressus, quasi per anteactorum pœnitentiam ad se reversus : quod quidem tantum abest a Deo, ut nec in unum quemvis e vulgo hominem competat, tanto tempore tam multis perire permissis, in extremis demum sæculis ad paucorum quorumdam providentiam ac curam accedere.

Radix cædis iracundia.

4. Videsne quantis blasphemiis Deum faciant obnoxium isti, qui alium Novi Testamenti legislatorem dicunt, alium Veteris? Quæ sane omnes evanescunt, si unum utriusque Testa-

Unus est utriusque Testamenti legislator.

[a] [Savil. conj. ὁ δεύτερος τοῦ προτέρου].

[b] Fort. τούτῳ.

menti assentiamur esse Deum. Sic enim apparebit, cum ordine et bona ratione res nostras dispensare, tunc quidem per legem, nunc autem per gratiam: et non recens, neque nuper, sed jam inde ab initio et a prima usque die nostra omnia gubernare. Quo autem magis eorum ora obstruamus, age jam testimonia tum prophetarum, tum apostolorum adducamus, clamantium, unum esse utriusque Testamenti legislatorem. Procedat igitur in medium Jeremias in utero sanctificatus, et probet hoc manifeste, unum esse eumdemque Deum tum Novi Testamenti, tum Veteris. Quid igitur hic dicit ex persona legislatoris clamans? *Testabor vobis testamentum novum, non sicut testamentum quod testatus sum patribus vestris.* Itaque qui Novum Testamentum dedit, idem est Deus, qui olim Vetus etiam illud dederat. Hic sane Pauli quoque Samosatensis sectatoribus ora sunt occlusa, qui negant ante sæcula fuisse Unigenitum Dei. Si enim ante Mariæ partum, et antequam in carne se videndum præberet, non erat, quomodo legem ferebat cum non esset? quomodo autem dicebat: *Testabor vobis testamentum novum, non sicut testamentum, quod testatus sum patribus vestris?* quomodo enim testamentum dabat patribus eorum, cum nondum esset, ut illi quidem affirmant? Sed contra Judæos quidem, eodemque morbo laborantes Paulianos, idoneum est quod opponatur prophetæ hujus testimonium: ut autem etiam Manichæorum ora cohibeamus, ex Novo Testamento adducamus testimonium, quandoquidem Vetus nihili pendunt: imo vero etiam Novum, cui quamvis honorem habere videre velint, non minorem tamen huic quam illi alteri injuriam inferunt: uno quidem modo, quod dum illud a Veteri exscindunt, hujus quoque auctoritatem labefactant. Non parum enim veritatem ejus illustrant Veteris Testamenti prophetarum præconia, quos isti aversando non intelligunt majore apostolos quam prophetas contumelia se afficere. Unam, inquam, Novo Testamento injuriam faciunt istam; alio vero modo iterum, quod bonam ex eo partem resecant. Attamen tanta est eorum, quæ in illo continentur, vis, ut vel ex ipsis reliquiis facile maleficium istorum deprehendatur: resecta enim membra clamant, et pristinum cum suis membris consensum indesinenter requirunt.

Jerem. 31. 31.

Pauli Samosateni error.

Probat ex

5. Quomodo igitur demonstrabimus Veteris

E Θεόν. Εὑρεθήσεται γὰρ κατὰ λόγον τὰ καθ' ἡμᾶς οἰκονομῶν, τότε μὲν διὰ τοῦ νόμου, νῦν δὲ διὰ τῆς χάριτος, καὶ οὐ προσφάτως, οὐδὲ νεωστὶ, ἀλλ' ἄνωθεν καὶ ἐκ πρώτης ἡμέρας τῆς ἡμετέρας ἐπειλημμένος προνοίας. Ἵνα δὲ μειζόνως αὐτῶν τὰ στόματα ἀποῤῥάψωμεν, φέρε, καὶ αὐτὰς τὰς ῥήσεις παραγάγωμεν, καὶ προφήτας, καὶ ἀποστόλους βοῶντας, ὅτι Καινῆς καὶ Παλαιᾶς εἷς ἐστιν ὁ νομοθέτης. Παρίτω τοίνυν εἰς μέσον ὁ ἐκ κοιλίας ἁγιασθεὶς Ἱερεμίας, 273 καὶ αὐτὸ τοῦτο δεικνύτω σαφῶς ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν A ἑκατέρας ὄντα τῆς Διαθήκης Θεόν. Τί οὖν οὗτός φησιν, ἐκ προσώπου τοῦ νομοθέτου κηρύττων; Διαθήσομαι ὑμῖν διαθήκην καινὴν, οὐ κατὰ τὴν διαθήκην, ἣν διεθέμην τοῖς πατράσιν ὑμῶν. Ὥστε ὁ τὴν Καινὴν αὐτοῖς διαθέμενος, αὐτός ἐστιν ὁ καὶ τὴν Παλαιὰν δοὺς Θεός. Ἐνταῦθα καὶ τοὺς ἀπὸ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως ἐπεστόμισεν ἱκανῶς, οἳ τὴν προαιώνιον ὕπαρξιν ἀναιροῦσι τοῦ Μονογενοῦς. Εἰ γὰρ πρὸ τοῦ τόκου τῆς Μαρίας οὐκ ἦν, οὐδὲ ὑπῆρχε πρὶν ἢ φανῆναι ἐν σαρκὶ, πῶς ἐνομοθέτει ὁ μὴ ὤν; πῶς δὲ ἔλεγε, Διαθήσομαι ὑμῖν διαθήκην καινὴν, οὐ κατὰ τὴν διαθήκην, ἣν διεθέμην τοῖς πατράσιν ὑμῶν; πῶς B γὰρ διέθετο τοῖς πατράσιν αὐτῶν μὴ ὑπάρχων, μηδὲ ὢν, κατὰ τὸν ἐκείνων λόγον; Ἀλλὰ πρὸς Ἰουδαίους μὲν καὶ τοὺς τὰ Ἰουδαίων νοσοῦντας Παυλιανοὺς ἱκανὴ στῆναι ἡ τοῦ προφήτου μαρτυρία· ἵνα δὲ καὶ Μανιχαίους ἐπιστομίσωμεν, ἀπὸ τῆς Καινῆς τὴν μαρτυρίαν παραγάγωμεν, ἐπειδὴ τῆς Παλαιᾶς οὐδεὶς αὐτοῖς ἐστι λόγος, μᾶλλον δὲ οὐδὲ τῆς Καινῆς· ἀλλὰ καὶ ταύτην, ἣν δοκοῦσι τιμᾶν, οὐχ ἧττον ἐκείνης καθυβρίζουσιν· ἑνὶ μὲν τρόπῳ, τῷ τῆς Παλαιᾶς ἐκκόψαι, καὶ τὸ ἀξιόπιστον αὐτῆς λυμήνασθαι. Οὐ γὰρ μικρὰ τῶν ἐν αὐτῇ κειμένων τῆς ἀληθείας ἀπόδειξις, τῶν C ἐν τῇ Παλαιᾷ προφητειῶν ἡ προαναφώνησις ἦν, οὓς ἀποστραφέντες οὗτοι οὐκ αἰσθάνονται τῶν προφητῶν μᾶλλον τοὺς ἀποστόλους ἀτιμάσαντες. Ἑνὶ μὲν οὖν τρόπῳ τούτῳ τὴν Καινὴν καθυβρίζουσιν, ἑτέρῳ δὲ πάλιν δευτέρῳ, τῷ τὰ πλείονα αὐτῆς ἐκκόψαι. Πλὴν ἀλλὰ καὶ αὐτὴ τῶν ἐν τῇ αὐτῇ κειμένων ἡ δύναμις [a] τοσαύτη, ὡς καὶ ἀπ' αὐτῶν τῶν λειψάνων εὐφώρατον αὐτῶν γενέσθαι ποιεῖ τὴν κακουργίαν· τὰ γὰρ ἀποκοπέντα μέλη κράζει καὶ βοᾷ, τὴν πρὸς τὰ οἰκεῖα μέλη συμφωνίαν ἐπιζητοῦντα.

D Πῶς οὖν ἀποδείξομεν, ὅτι Καινῆς καὶ Παλαιᾶς εἷς

[a] Τοσαύτη deest in Mss. [Cod. 748 δύν. ἱκανὴ ὡς.]

ἐστιν ὁ νομοθέτης; [b]Ἀπὸ τούτων τῶν παρ' αὐτοῖς ὑπολελειμμένων ῥημάτων τῶν ἀποστολικῶν, ἃ δοκεῖ μὲν ἔχειν τοῦ νόμου κατηγορίαν, συνίστησι δὲ αὐτὸν μάλιστα, καὶ δεικνύει θεῖον ὄντα χρησμὸν καὶ ἄνωθεν ἥκοντα. Καὶ τοῦτο δὲ τῆς τοῦ Πνεύματος ἐγένετο σοφίας, ὥστε τῇ προχείρῳ ῥήσει δελεασθέντας τοὺς τοῦ νόμου κατηγοροῦντας ἄκοντας καὶ ἀγνοοῦντας δέξασθαι τὴν ὑπὲρ αὐτοῦ γεγραμμένην ἀπολογίαν· ἵνα, ἂν μὲν θελήσωσι πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἰδεῖν, ἔχωσι τὴν ῥῆσιν τὴν χειραγωγοῦσαν αὐτούς· ἂν δὲ ἐπιμένωσι τῇ ἀπιστίᾳ, μηδεμιᾶς συγγνώμης λοιπὸν τύχωσι, E καὶ αὐτοῖς, οἷς δοκοῦσι πιστεύειν, ἀπιστοῦντες κατὰ τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας. Ποῦ τοίνυν ἡ Καινὴ ἑαυτῆς καὶ τῆς Παλαιᾶς ἕνα τὸν νομοθέτην εἶναί φησι; Πολλαχοῦ μὲν καὶ ἀλλαχοῦ· ἡμεῖς δὲ ἐκείνην τέως σπουδάζομεν τὴν περικοπὴν εἰς μέσον ἀγαγεῖν, τὴν καὶ παρὰ τοῖς Μανιχαίοις σωζομένην ἔτι καὶ νῦν. Τίς οὖν ἐστιν αὕτη; Λέγετέ μοι, οἱ ὑπὸ νόμον θέλοντες εἶναι, φησὶ, τὸν νόμον οὐκ ἀκούετε, ὅτι Ἀβραὰμ δύο υἱοὺς ἔσχεν, 274 ἕνα ἐκ τῆς παιδίσκης, καὶ ἕνα ἐκ τῆς ἐλευθέρας; A Ἤκουσαν οἱ αἱρετικοὶ, ὅτι ἕνα ἐκ τῆς παιδίσκης, καὶ εὐθέως ἐπεπήδησαν· ἐνόμισαν γὰρ κατηγορίαν εἶναι τοῦ νόμου τὸ λεγόμενον· καὶ ἐκκόψαντες αὐτὴν τῆς λοιπῆς ἀκολουθίας, ὡς συνηγοροῦσαν αὐτοῖς κατέχουσι. Φέρε οὖν ἀπ' αὐτοῦ δείξωμεν ἕνα ὄντα τὸν νομοθέτην. Ἀβραὰμ δύο υἱοὺς ἔσχεν, ἕνα ἐκ τῆς παιδίσκης, καὶ ἕνα ἐκ τῆς ἐλευθέρας· ταῦτα δέ ἐστι, φησὶν, ἀλληγορούμενα. Τί δέ ἐστιν, Ἀλληγορούμενα; Τύποι τῶν ἐν τῇ χάριτι γενομένων ἦσαν τὰ ἐν τῇ Παλαιᾷ Διαθήκῃ γινόμενα. Ὥσπερ γὰρ ἐκεῖ δύο γυναῖκες, οὕτως ἐνταῦθα δύο Διαθῆκαι. Πρῶτον μὲν B ἐν τούτῳ δείκνυσι τὴν συγγένειαν τῆς Καινῆς πρὸς τὴν Παλαιὰν, ὅταν ἐκεῖνα τούτων ᾖ τύπος. Ὁ γὰρ τύπος τῆς ἀληθείας οὐκ ἐναντίον, ἀλλὰ συγγενές. Εἰ δὲ ἐναντίος ἦν ὁ Θεὸς τῆς Παλαιᾶς τῷ Θεῷ τῆς Καινῆς, οὐκ ἔμελλε διὰ τῶν γυναικῶν προδιατυποῦν τῆς Καινῆς Διαθήκης τὴν ὑπεροχήν. Εἰ δὲ καὶ ἐκεῖνος προδιετύπωσε, τὸν Παῦλον ἐχρῆν μὴ ἀποχρήσασθαι τῷ τύπῳ. Εἰ δὲ λέγοιεν, ὅτι Ἰουδαϊκῇ συγκαταβαίνων ἀσθενείᾳ, τοῦτο ἐποίει, ἐχρῆν καὶ Ἕλλησι κηρύττοντα τύπους Ἑλληνικοὺς εἰσάγειν, καὶ ἱστορίας μεμνῆσθαι τῶν παρ' Ἕλλησι γεγενημένων πραγμάτων. Ἀλλὰ οὐκ ἐποίησε τοῦτο· καὶ μάλα εἰκότως. C Ἐκεῖνα μὲν γὰρ οὐδὲν κοινὸν εἶχε πρὸς τὴν ἀλήθειαν, ταῦτα δὲ Θεοῦ χρησμοὶ καὶ νόμοι· διὸ καὶ πολλὴν συγγένειαν ἔχει τὰ παλαιὰ πρὸς τὴν Καινὴν Διαθήκην.

[b] Mss. ἀπ' αὐτῶν.

et Novi Testamenti unum esse legislatorem? Ex ipsis apostolicis verbis, quæ apud ipsos etiam relicta sunt: quæ tametsi prima fronte videantur Vetus illud accusare, non mediocriter tamen id commendant, et divinis oraculis cælitus proditum esse indicant. Et hoc sancti Spiritus sapientia factum est, ut accusatores legis, allecti prima facie verborum, imprudentes et inviti adscriptam ejus defensionem receperint: ut si vellent ad verum respicere, haberent sermonem quem sequerentur: quod si in incredulitate permanerent, nullam sibi in posterum veniæ spem reliquam facerent: ut qui etiam illis quæ alias recipere videntur, fidem in suam ipsorum perniciem abrogarent. Ubi igitur Novum Testamentum suarum ac veterum legum eumdem auctorem esse testatur? Et alibi quidem non uno loco: nos tamen data opera eam textus partem adducemus, quæ vel in Manichæorum codicibus hactenus mansit incolumis. Quænam hæc? *Dicite mihi*, inquit, *qui sub lege vultis esse, legem non audistis? quod Abraham duos filios habuit: unum ex ancilla, alterum e libera?* Audiverunt hæretici unum habuisse ex ancilla, et confestim accurrerunt: rati enim his verbis legis accusationem contineri, resectis consequentibus, illam accusationem retinent sibi patrocinantem. Age igitur ex hoc ipso loco ostendamus eumdem esse legislatorem. *Abraham duos filios habuit, unum ex ancilla, alterum ex libera. Hæc autem sunt*, inquit, *per allegoriam dicta*. Quid est, *Per allegoriam dicta?* Figuræ eorum, quæ sub gratia gererentur, erant quæcumque sub Lege fiebant. Sicut enim illic duæ mulieres, ita hic duo Testamenta. Primum in hoc apparet cognatio Novi cum Veteri, quod illa horum figuræ erant. Figura enim veritati non contraria est, sed cognata. Quod si Veteris illius Deus Novi hujus Deo contrarius esset, haudquaquam per illas mulieres Novi præcellentiam præfigurasset. Quod si ille præfiguravit, par erat Paulum non abuti hac figura. Sin autem dicant, quod ad Judaicam infirmitatem se demittens hoc faciebat, oportebat eum etiam Græcis prædicantem figuras Græcorum adhibere, et rerum apud Græcos gestarum historias commemorare. Sed hoc nusquam fecit, et merito. Illa enim nihil cum veritate commune habebant, hæc autem Dei leges erant, et oracula: quapropter magna cognatio veteribus illis cum Novo Testamento intercedit.

Apostolicis verbis unum esse legislatorem utriusque Testamenti.

Gal. 4. 21. 22.

Ib. v. 24.

Figura non est contraria veritati.

6. Primum igitur argumentum hoc est, Vetus Testamentum modis omnibus cum Novo consonare : secundum autem illo non minus, ex ipsa historia sumitur. Quemadmodum enim tunc duæ mulieres erant unius viri : ita nunc duo Testamenta unius legislatoris; si enim alius esset Novi, alius Veteris, supervacaneum erat hanc historiam adducere. Neque enim alium habebat Sarra virum, alium Agar; sed utraque unum et eumdem. Itaque dicendo, *Hæc enim sunt duo testamenta*, nihil aliud dicit quam quod eumdem habeant legislatorem, sicut illæ unum virum Abraham. Sed altera quidem erat serva, altera vero libera. Quid tum? hactenus enim quærebatur, an unus utriusque sit legislator. Recipiant igitur prius hoc, ac tum demum ad illud alterum eis respondebimus. Si enim eos hoc ut admittant ac nobis assentiantur, coegeris, universum illorum dogma corruet. Comperto enim etiam Veteris Testamenti eumdem legislatorem esse, sicut revera est, finem habebit omnis illorum nobiscum controversia. Attamen ne vel hinc turbemini, advertamus diligenter hæc verba. Non enim dixit, Una quidem serva, una vero libera : sed, *Una quidem in servitutem gignens* : nec statim serva est, quæ in servitutem gignit : et hoc ipsum ad servitutem natum esse non matris est crimen, sed parvulorum qui nascuntur. Quoniam enim sua malitia seipsos libertate privaverunt, et a jure ingenuitatis exciderunt, non secus quam ingratos servos tractavit eos Deus, terrore ac minis castigans. Quin et hodie multi patres liberos suos non ut filios, sed ut servos metu coercent : quæ culpa non parentum est, sed filiorum, qui causa fuerunt parentibus, ut servilem in modum ab eis educarentur. Eumdem ad modum etiam Deus ejus temporis populum terroribus ac pœnis erudiebat, non aliter quam nullius frugis servum; nec tamen hæc Dei culpa fuit aut legis, sed Judæorum respuentium frenum, et duriori freno opus habentium. Siquidem in ipso Veteri Testamento multos reperire licet, qui non ad eamdem sint tracti disciplinam, ut Abel, Noe, Abraham, Isaac, Jacob, Joseph, Moses, Elias, Elisæus, et omnes qui Novi Testamenti instituta sunt æmulati : non enim terrore ac pœnis, nec minis ac mulctis, sed amore Dei et ferventi erga illum affectione tales erga Deum sunt redditi, quales fuerunt. Non enim opus habebant mandatis neque præscriptis et legibus, ut virtutem sectarentur ac vitia fugerent : sed ut ingenui et liberali ingenio filii, agnoscentes suam conditionem,

Argumentum secundum ex eadem historia.

Gal. 4. 24.

Ib.

Ib.

Non pauci in Veteri Testamento amore ducti, non timore.

Πρῶτον μὲν οὖν τοῦτο δείκνυσιν, ὅτι πολλὴ ἡ συμφωνία τῆς Καινῆς πρὸς τὴν Παλαιάν· δεύτερον δὲ οὐκ ἔλαττον τούτου, καὶ αὐτῇ τῇ ἱστορίᾳ. Ὥσπερ γὰρ τότε δύο γυναῖκες ἦσαν ἑνὸς ἀνδρὸς, οὕτω καὶ νῦν δύο Διαθῆκαι ἑνὸς νομοθέτου· ἐπεὶ, ἂν ἄλλος ᾖ τῆς Καινῆς, καὶ ἄλλος τῆς Παλαιᾶς, περιττῶς τὴν ἱστορίαν εἰσήγαγεν. Οὐ γὰρ ἄλλος μὲν ἦν τῆς Σάῤῥας ἀνὴρ, ἄλλος δὲ τῆς Ἄγαρ, ἀλλ' εἷς καὶ ὁ αὐτός. Ὥστε, ὅταν λέγῃ, Αὗται γάρ εἰσι δύο διαθῆκαι, D οὐδὲν ἕτερον λέγει, ἀλλ' ἢ, ὅτι ἕνα ἔχουσι νομοθέτην, καθάπερ ἐκεῖναι ἕνα ἄνδρα τὸν Ἀβραάμ. Ἀλλ' ἡ μὲν δούλη, φησὶν, ἡ δὲ ἐλευθέρα ἦν. Καὶ τί τοῦτο; τέως γὰρ ζητούμενον ἦν, εἰ εἷς ἑκατέρων νομοθέτης. Καταδεξάσθωσαν τοίνυν τοῦτο πρότερον, καὶ τότε πρὸς ἐκεῖνο αὐτοῖς ἀποκρινούμεθα. Ἂν γὰρ τοῦτο καταναγκάζῃς αὐτοὺς δέξασθαι, καὶ πεισθῶσιν, ἅπαν αὐτῶν τὸ δόγμα οἰχήσεται. Ὅταν γὰρ εὑρεθῇ τοῦ αὐτοῦ νομοθέτου καὶ ἡ Παλαιὰ οὖσα, καθάπερ οὖν καὶ ἔστι, πᾶσα λέλυται ἡμῖν ἡ πρὸς ἐκείνους ἀμφισβήτησις. Ἵνα δὲ μηδὲ τοῦτο ὑμᾶς θορυβῇ, πρόσχωμεν E ἀκριβῶς τῇ ῥήσει. Οὐ γὰρ εἶπε, μία μὲν δούλη, μία δὲ ἐλευθέρα· ἀλλὰ, Μία μὲν εἰς δουλείαν γεννῶσα· οὐ πάντως δὲ ἡ εἰς δουλείαν γεννήσασα, δούλη· καὶ αὐτὸ δὲ τὸ εἰς δουλείαν τεχθῆναι, οὐ τῆς τεκούσης ἔγκλημα, ἀλλὰ τῶν τεχθέντων παιδίων. Ἐπειδὴ γὰρ τῆς ἐλευθερίας διὰ τὴν κακίαν ἑαυτοὺς ἀπεστέρησαν, καὶ τῆς εὐγενείας ἐξέπεσον, ὡς δούλους αὐτοὺς ἀγνώμονας ἐπαίδευσεν ὁ Θεὸς φόβῳ διηνεκεῖ, κολάζων 275 τιμωρίαις καὶ ἀπειλαῖς. Πολλοὶ γοῦν καὶ νῦν πατέρες A τοὺς ἑαυτῶν υἱοὺς, οὐχ ὡς υἱοὺς ἐνάγουσιν, ἀλλὰ μετὰ τοῦ πρέποντος οἰκέταις φόβου· καὶ τὸ ἔγκλημα οὐχὶ τῶν πατέρων ἐστὶν, ἀλλὰ τῶν τοὺς πατέρας παρασκευασάντων παίδων, ὡς δούλοις κεχρῆσθαι τοῖς ἐλευθέροις. Οὕτω καὶ ὁ Θεὸς τὸν λαὸν τότε ἐκεῖνον μετὰ τοσούτου φόβου καὶ τιμωρίας τοσαύτης ἦγε, μεθ' ὅσης εἰκὸς ἦν οἰκέτην ἀγνώμονα· ἀλλ' οὐ κατηγορία τοῦ Θεοῦ τὸ γινόμενον, οὐδὲ ἔγκλημα τοῦ νόμου, ἀλλὰ τῶν ἀφηνιαζόντων Ἰουδαίων, σφοδροτέρου δεηθέντων χαλινοῦ. Ἐν αὐτῇ γοῦν τῇ Παλαιᾷ εὑρεθήσονται πολλοὶ οὐχ οὕτως ἀχθέντες, οἷον ὁ Ἄβελ, ὁ Νῶε, ὁ Ἀβραὰμ, ὁ Ἰσαὰκ, ὁ Ἰακὼβ, ὁ Ἰωσὴφ, ὁ B Μωϋσῆς, ὁ Ἠλίας, ὁ Ἐλισσαῖος, οἱ ἄλλοι πάντες, ὅσοι τὴν ἐν τῇ Καινῇ φιλοσοφίαν ἐζήλωσαν. Οὐ γὰρ φόβῳ καὶ κολάσει, οὐδὲ ἀπειλῇ καὶ τιμωρίᾳ, ἀλλ' ἀγάπῃ θείᾳ καὶ φίλτρῳ ζέοντι τῷ περὶ Θεὸν ἐγένοντο τοιοῦτοι, οἷοι δὴ καὶ ἐγένοντο. Οὐ γὰρ ἐδεήθησαν προσταγμάτων, οὐδὲ ἐντολῶν καὶ νόμων, ὥστε ἀρετὴν ἑλέσθαι καὶ φεύγειν κακίαν, ἀλλ' ὥσπερ εὐγενεῖς παῖδες καὶ ἐλεύθεροι, τὴν οἰκείαν ἐπιγνόντες ἀξίαν, χωρὶς φόβου τινὸς καὶ κολάσεως ηὐτομόλησαν πρὸς τὴν ἀρετήν· οἱ δὲ λοιποὶ πάντες Ἰουδαῖοι, ἐπειδὴ πρὸς κακίαν ἀπέκλιναν, τοῦ κατὰ τὸν νόμον ἐδεήθη-

σαν χαλινοῦ. Ὅτε γοῦν ἐποίησαν τὸν μόσχον, καὶ τὸ γλυπτὸν προσεκύνησαν, τότε ἤκουσαν· Κύριος ὁ Θεός σου, Κύριος εἷς ἐστιν· ὅτε ἐφόνευσαν, καὶ τὰς γυναῖκας τῶν πλησίον διέφθειραν, τότε ἤκουσαν, Οὐ φονεύσεις, οὐ μοιχεύσεις, καὶ τὰ ἄλλα δὲ πάντα ὁμοίως.

absque metu ullo aut castigatione in virtutis castra se contulerunt: reliquum vero vulgus Judæorum, quoniam ad malitiam defecerant, legis freno necessario coercendi fuerunt. Ideoque postquam vitulum finxerunt, et sculptile adoraverunt, tum demum audierunt, *Dominus Deus tuus Dominus unus est;* (Deut. 6. 4.) posteaquam cædes patraverunt et uxores proximi stupraverunt, tunc audiverunt, *Non occides, non mœchaberis:* et simili modo reliqua omnia.

Ὥστε οὐκ ἔγκλημα τοῦ νόμου τὸ κόλασιν ἐπάγειν καὶ τιμωρίαν, καὶ καθάπερ οἰκέτας ἀγνώμονας παιδεύειν καὶ σωφρονίζειν, ἀλλὰ καὶ ἐγκώμιον μέγιστον, καὶ οὐχ ὁ τυχὼν ἔπαινος, ὅτι τοὺς πρὸς τοσαύτην κατενεχθέντας κακίαν ἠδυνήθη διὰ τῆς οἰκείας σφοδρότητος ἀπαλλάξαι τῆς πονηρίας, μαλάξαι τε καὶ ποιῆσαι [a] καταπειθεῖς τῇ χάριτι, καὶ πρὸς τὴν τῆς Καινῆς ὁδηγῆσαι φιλοσοφίαν. Τὸ γὰρ αὐτὸ Πνεῦμα καὶ τὰ ἐν τῇ Παλαιᾷ, καὶ τὰ ἐν τῇ Καινῇ πάντα ᾠκονόμει, εἰ καὶ διαφόρως. Διὰ τοῦτο καὶ Παῦλος ἔλεγεν· Ἔχοντες δὲ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα τῆς πίστεως κατὰ τὸ γεγραμμένον· Ἐπίστευσα, διὸ ἐλάλησα. Οὐ διὰ τοῦτο δὲ μόνον ἔλεγε, Τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, ἀλλὰ καὶ δι' ἑτέραν αἰτίαν οὐκ ἐλάττονα τῆς εἰρημένης, ἣν ἐβουλόμην μὲν νῦν εἰπεῖν, δεδοικὼς δὲ μὴ τὰ εἰρημένα ἐκβλύσητε, εἰς ἑτέραν ὑμῖν διάλεξιν ταύτην ταμιεύσομαι, τέως ταύτης μεμνῆσθαι πάσης παρακαλέσας ὑμᾶς, καὶ μετὰ ἀκριβείας φυλάττειν αὐτὴν, καὶ τὴν ἀπὸ τῆς πολιτείας ἀρετὴν προστιθέναι, καὶ τῇ τῶν δογμάτων συνυφαίνειν αὐτὴν καθαρότητι· Ἵνα ἄρτιος ὁ ἄνθρωπος ᾖ τοῦ Θεοῦ, πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἐξηρτισμένος· ἐπεὶ κέρδος οὐδὲν ἔσται ἡμῖν τῶν ὀρθῶν δογμάτων, ὅταν ὁ βίος διεφθαρμένος ᾖ· ὥσπερ οὖν οὐδὲ πολιτείας ἀρίστης ὄφελος, πίστεως οὐκ οὔσης ὑγιοῦς. Ἵνα οὖν ἀπηρτισμένην ἔχωμεν τὴν ὠφέλειαν, ἑκατέρωθεν ἑαυτοὺς ἀσφαλιζώμεθα, ἔν τε τοῖς ἄλλοις ἅπασι καρποὺς ἐπιδεικνύμενοι γενναίους, καὶ μετὰ τῶν ἄλλων τὴν ἐλεημοσύνην, περὶ ἧς καὶ πρῴην ὑμῖν διελέχθην, μετὰ πολλῆς μὲν τῆς προθυμίας, μετὰ πολλῆς δὲ αὐτὴν ἐπιτελοῦντες τῆς δαψιλείας. Ὁ γὰρ σπείρων φειδομένως, φησὶ, φειδομένως καὶ θερίσει· καὶ ὁ σπείρων ἐπ' εὐλογίαις, ἐπ' εὐλογίαις καὶ θερίσει. Τί ἐστιν, Ἐπ' εὐλογίαις; Μετὰ πολλῆς τῆς ἀφθονίας. Ἐνταῦθα μὲν οὖν ἐπὶ τῶν βιωτικῶν πραγμάτων καὶ ὁ ἀμητὸς καὶ ὁ σπόρος τῶν αὐτῶν ἐστι σπερμάτων· καὶ γὰρ ὁ σπείρων, πυρὸν ἢ κριθὰς καταβάλλει, ἢ καὶ ἄλλο τι τῶν τοιούτων, καὶ ὁ θερίζων τὸ αὐτὸ θερίζει πάλιν· ἐπὶ δὲ τῆς ἐλεημοσύνης οὐχ οὕτως, ἀλλὰ ἑτέρως. Σὺ μὲν γὰρ καταβάλλεις ἀργύριον, συλλέγεις δὲ παῤῥησίαν τὴν πρὸς τὸν Θεόν·

7. Itaque non est vituperium legis quod puniat et mulctet, et servos velut improbos emendet ac castiget, sed præconium insigne, nec vulgaris laus, quod eos qui ad extremam malitiam prolapsi fuerant, potuerit severitate sua liberare a vitiis, mollireque et obsequentes gratiæ facere, atque ad novam hanc philosophiam ceu viam quamdam sternere. Idem enim Spiritus tum in Veteri Testamento, tum in Novo dispensabat omnia, licet diverso modo. Propterea Paulus dicebat: *Habentes autem eumdem Spiritum fidei, sicut scriptum est, Credidi, propter quod loquutus sum.* Nec solum propter hoc dixit, *Eumdem Spiritum*, sed et ob aliam non leviorem causam, quam volebam quidem nunc afferre; sed veritus ne pluribus gravati jam dictorum obliviscamini, in aliam diem vobis eum sermonem servabo, interim hortatus, ut præsentem totem in memoriam recondatis, atque diligenter retineatis, utque virtutes Christianas cum dogmatum puritate conjungatis: *Ut sic fiat integer homo Dei ad omne opus bonum præparatus:* (2. Tim. 3. 17.) quandoquidem nihil nobis profuerit recte sentire, si vita interim fuerit malis moribus vitiata: quemadmodum contra nihil prodest vita incorrupta, nisi accedat fidei quoque sinceritas. Ut igitur integram utilitatem consequamur, utrinque nobis provideamus, fructus etiam generosos in aliis proferentes; et cum primis eleemosynam, de qua etiam nuper ad vos verba feci, magna cum largitate atque alacritate illam exercentes. *Qui* enim *parce seminat,* ait Scriptura, *parce et metet; et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet.* (2. Cor. 9. 6.) Quid est, *In benedictionibus?* Cum magna largitate. Hic quidem in rebus sæcularibus tam messis quam sementis eorumdem est seminum: nam qui serit, triticum aut hordeum seminat, aut aliquid simile, et qui metit, idipsum metit; at in eleemosyna non idem usu venit: sed spargis argentum, et colligis fi-

Morum [illegible]

[a] Unus Ms. καταπειθεῖς προκατασκευάσαι τῇ χάρ. Alius [718] καταπειθεῖς κατασκευάσαι τῇ χάρ.

duciam erga Deum: das pecuniam, et accipis remissionem peccatorum: præbes panem ac vestem, et pro his regnum cælorum tibi paratur, bona-
1. Cor. 2. 9. que illa infinita, quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt: et quod est omnium bonorum summa, similis efficeris Deo, quatenus id homini est possibile. Nam cum de eleemosyna et benignitate disseruisset Chri-
Matth. 5. 45. stus, subjunxit: *Ut efficiamini similes Patri vestro cælesti, qui solem suum oriri jubet super malos ac bonos, et pluit super justos ac injustos.* Tu non potes oriri jubere solem, neque imbres immittere, neque beneficus esse in orbem terrarum tam longe lateque patentem: utere facultatibus tuis ad beneficentiam, et factus es similis ei qui solem suum oriri jubet, in quantum hominem Deo similem fieri licet.

8. Animadvertite diligenter quæ dico. *Super bonos ac malos*, inquit. Ergo tu quoque quoties eleemosynam facis, ne vitam examines, neque
Eleemosyna etiam indignis datur. morum rationem reposcas. Eleemosyna enim, hoc est miseratio, ideo dicitur, ut etiam indignis præbeamus: qui enim miseratur, non recte viventem, sed peccantem miseratur: nam qui recte vivit, laude est dignus et corona; qui vero peccat, venia et misericordia. Quapropter hac quoque parte Deum imitabimur, si etiam malis benignitatem nostram non subducamus. Considera enim quam multi orbem terrarum habitent blasphemi, scelerati, præstigiatores, omnibus vitiis referti; attamen hos quoque per singulos dies enutrit Deus, docens nos ut universos homines beneficentia complectamur. Nos vero omnia contrario modo facimus: non solum enim malos et improbos homines aversamur, verumetiam cum sanus quispiam nos adit, aut propter probitatem, aut propter libertatem, forte etiam propter pigritiam (ut et hoc addam), in paupertate vivens, probra, contumelias, et innumera in eum jaculati dicteria, vacuis ipsum manibus remittimus, valetudinem exprobrantes, otium objicientes, pœnas reposcentes. Hoccine jussus es, o homo, objurgare tantum ac increpare egenos? Miserari ac sublevare paupertatem eorum jussit Deus, non rationem reposcere ac conviciari. Sed vis illius mores corrigere, et hominem inertem a segnitie sua revocatum ad opus aliquod applicare? Da prius, ac tum demum increpa, ut non crudelitatis suspectus fias, sed benignitatis laudem reportes. Eum enim qui nihil dans tantum opprobrat,

δίδως χρήματα, καὶ λαμβάνεις ἁμαρτημάτων λύσιν· παρέχεις ἄρτον καὶ ἱμάτιον, καὶ ἀντὶ τούτων σοι ἡ τῶν οὐρανῶν εὐτρεπίζεται βασιλεία, καὶ τὰ μυρία ἀγαθὰ, ἃ μήτε ὀφθαλμὸς εἶδε, μήτε οὖς ἤκουσε, μήτε ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη· τὸ δὴ πάντων κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν, ὅμοιος γίνῃ τῷ Θεῷ, κατὰ δύναμιν τὴν ἀνθρωπίνην. Περὶ γὰρ ἐλεημοσύνης καὶ φιλανθρωπίας διαλεχθεὶς ὁ Χριστὸς ἐπήγαγεν· Ὅπως γένησθε ὅμοιοι τοῦ Πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὅτι τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγα-
C θοὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους. Οὐ δύνασαι ἀνατεῖλαι ἥλιον, οὐδὲ ὄμβρους ἀφεῖναι σὺ, οὐδὲ οἰκουμένην εὐεργετῆσαι τοσαύτην· τοῖς οὖσι χρήμασιν ἀπόχρησαι πρὸς τὴν φιλοφροσύνην, καὶ γέγονας ὅμοιος τῷ τὸν ἥλιον ἀνατέλλοντι, ὡς ἄνθρωπον ὅμοιον Θεῷ γενέσθαι δυνατόν.

Προσέχετε μετὰ ἀκριβείας τοῖς εἰρημένοις. Ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, φησί. Καὶ σὺ τοίνυν, ὅτε ἐλεημοσύνην ποιεῖς, μὴ βίον ἐξετάσῃς, μηδὲ τρόπων εὐθύνας ἀπαίτει. Ἐλεημοσύνη γὰρ διὰ τοῦτο λέγεται, ἵνα καὶ τοῖς ἀναξίοις παρέχωμεν· ὁ γὰρ ἐλεῶν, οὐ τὸν κατωρθωκότα, ἀλλὰ τὸν ἡμαρτηκότα ἐλεεῖ· ὁ μὲν
D γὰρ κατορθῶν, ἐπαίνων ἄξιος καὶ στεφάνων ἐστίν· ὁ δὲ ἁμαρτάνων, ἐλέου καὶ συγγνώμης. Ὥστε καὶ κατὰ τοῦτο μιμησόμεθα τὸν Θεὸν, ἐὰν καὶ πονηροῖς παρέχωμεν. Ἐννόησον γὰρ ὅσοι τὴν οἰκουμένην οἰκοῦσι βλάσφημοι, μιαροὶ, γόητες, πάσης ἐμπεπλησμένοι κακίας· ἀλλὰ καὶ τούτους καθ' ἑκάστην τρέφει τὴν ἡμέραν ὁ Θεὸς, ἡμᾶς παιδεύων τὴν φιλοφροσύνην ἐπὶ πάντας ἐκτείνειν. Ἡμεῖς δὲ ἅπαν τοὐναντίον ποιοῦμεν· οὐ γὰρ πονηροὺς, οὐδὲ φαύλους ἀνθρώπους ἀποστρεφόμεθα μόνον, ἀλλὰ κἂν ὑγιαίνων τις ἡμῖν προσέλθῃ ἢ δι' ἐπιείκειαν, ἢ δι' ἐλευθερίαν, ἢ καὶ δι' ἀργίαν ἴσως (καὶ γὰρ καὶ τοῦτο τίθημι), πενίᾳ
E συζῶν, λοιδορίας, ὕβρεις, μυρία κατ' αὐτοῦ συνείροντες σκώμματα, κεναῖς αὐτὸν ἀποπέμπομεν χερσὶ, τὴν ὑγείαν ὀνειδίζοντες, τὴν ἀργίαν προσφέροντες, εὐθύνας ἀπαιτοῦντες. Μὴ γὰρ τοῦτο προσετάγης, ἄνθρωπε, ἐγκαλεῖν καὶ ἐπιτιμᾷν ἁπλῶς τοῖς δεομένοις; Ἐλεεῖν καὶ διορθοῦσθαι τὴν πενίαν αὐτῶν ὁ Θεὸς ἐκέλευσεν, οὐχὶ εὐθύνας ἀπαιτεῖν καὶ ὑβρίζειν. Ἀλλὰ βούλει διορθῶσαι τὸν τρόπον, καὶ τῆς ἀργίας ἀπαγα-
277 A γεῖν, καὶ εἰς ἔργον ἐμβαλεῖν τὸν ἀργοῦντα; Δὸς πρότερον, καὶ τότε ἐπιτίμησον, ἵνα μὴ ὠμότητος ὑποψίαν, [a] ἐγκληθεὶς βαρύτητα, ἀλλὰ κηδεμονίας δόξαν λάβῃς. Τὸν μὲν γὰρ μὴ δόντα, ἀλλ' ἐγκαλοῦντα μόνον ἀποστρέφεται, καὶ ἀηδίζει, καὶ οὐδὲ ἰδεῖν ἀνάσχοιτ' ἂν ὁ πένης· καὶ μάλα εἰκότως. Οὐ γὰρ διὰ κηδεμονίαν, ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι δοῦναι νομίζει

[a] Mss. ἐγκληθῇς. [Cod. 748 ἵνα μὴ ὠμότητος ὑποψίαν ἐγκληθῇς καὶ βαρύτητα. Recte.]

τὰ ἐγκλήματα γίνεσθαι· ὅπερ οὖν καὶ ἔστιν ἀληθές. Ὁ δὲ μετὰ τὸ δοῦναι ἐγκαλῶν, εὐπαράδεκτον ποιεῖ τὴν παραίνεσιν· οὐ γὰρ ἐξ ἀπανθρωπίας, ἀλλ' ἐκ κηδεμονίας ποιεῖται τὴν ἐπιτίμησιν. Οὕτω καὶ Παῦλος ἐποίησεν· εἰπὼν γὰρ, Εἴ τις οὐ θέλει ἐργάζεσθαι, μηδὲ ἐσθιέτω, ἐπάγει λέγων· Ὑμεῖς δὲ τὸ καλὸν ποιοῦντες μὴ ἐκκακήσητε. Καίτοι δοκεῖ ταῦτα ἐναντία εἶναι τὰ προστάγματα. Εἰ γὰρ οὐ δεῖ τοὺς ἀργοῦντας ἐσθίειν, πῶς τούτοις κελεύεις τὸ καλὸν ποιεῖν; Ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἐναντίον· μὴ γένοιτο. Διὰ γὰρ τοῦτο, φησὶν, εἶπον, ὅτι Εἴ τις οὐ θέλει ἐργάζεσθαι, μηδὲ ἐσθιέτω, οὐχ ἵνα τοὺς μέλλοντας διδόναι ἀπαγάγω τῆς ἐλεημοσύνης, ἀλλ' ἵνα τοὺς ἐν ἀργίᾳ ζῶντας ἀπαγάγω τῆς ἀργίας. Τὸ μὲν οὖν εἰπεῖν, Μηδὲ ἐσθιέτω, ἐκείνους διανίστησι πρὸς ἐργασίαν, τῷ φόβῳ τῆς ἀπειλῆς· τὸ δὲ εἰπεῖν, Τὸ καλὸν ποιοῦντες μὴ [b] ἐκκακεῖτε, τούτους διεγείρει πρὸς ἐλεημοσύνην τῷ χρησίμῳ τῆς παραινέσεως. Ἵνα γὰρ μὴ, ἀκούσαντες τῆς κατ' ἐκείνων γεγενημένης ἀπειλῆς, συστείλωσι τὰς χεῖράς τινες, ἐκκαλεῖται πρὸς φιλοφροσύνην αὐτοὺς, λέγων· Τὸ καλὸν ποιοῦντες μὴ ἐκκακεῖτε. Ὥστε καὶ ἀργοῦντι ἐὰν δῷς, καλὸν πεποίηκας.

aversatur pauper, et inique fert, ac ne aspicere quidem sustinet; et merito. Putat enim non quod bene sibi velit, sed quod dare nolit, objurgatorem eum esse; ita ut revera est. Qui vero posteaquam dedit objurgat, facit ut libenti animo objurgatio sua recipiatur: eo quod non propter inhumanitatem, sed propter benevolentiam increpationem adhibere videatur. Sic etiam Paulus fecit; cum enim dixisset: *Qui non vult operari, ne edat*, (2. Thess. 3. 10.) adjungit exhortationem dicens: *Vos autem bonum facientes ne deficiatis*. (Ib. v. 13.) Atqui hæc præcepta contraria esse videntur. (Segnes revocat ab otio Paulus.) Si enim otiosos non oportet cibum capere, quomodo jubes bene talibus facere? Sed non sunt contraria: absit. Ideo enim hoc dixi, inquit, *Qui non vult operari, ne edat,* non ut eos, qui alioqui largituri erant, averterem a danda eleemosyna, sed ut in otio viventes a segnitie sua revocarem. Itaque cum dicit, *Ne edat,* illos exstimulat ad laborem, comminatione hac territos: cum vero dicit, *Bonum facientes ne deficiatis,* hos excitat ad beneficentiam, utili exhortatione impulsos. Ne enim quidam retraherent manus audito qua illi comminatione feriantur, ad beneficentiam his verbis illos provocat: *Bonum faciendo ne deficiatis*. Itaque etiamsi otioso des, bonum fecisti.

Τοῦτο καὶ ἐν τοῖς [c] ἑξῆς δῆλον ἐποίησεν. Εἰπὼν γὰρ, Εἴ τις οὐχ ὑπακούει τῷ λόγῳ ἡμῶν διὰ τῆς ἐπιστολῆς, τοῦτον σημειοῦσθε, καὶ μὴ συναναμίγνυσθε αὐτῷ· καὶ ἐκκόψας αὐτὸν τῆς ἱερᾶς αὐλῆς, πάλιν αὐτὸν ἑτέρῳ συνάπτει τρόπῳ, τὰς τῶν ἐκτεμόντων διανοίας οἰκειῶν αὐτῷ καὶ συνάγων· ἐπήγαγε γοῦν λέγων· Μὴ ὡς ἐχθρὸν, φησὶν, ἡγεῖσθε, ἀλλ' ὡς ἀδελφόν. Ὥσπερ οὖν εἰπὼν, Εἴ τις οὐ θέλει ἐργάζεσθαι, μηδὲ ἐσθιέτω, τοῖς κυρίοις ἐκέλευσε πολλὴν αὐτῶν ποιεῖσθαι πρόνοιαν πάλιν· οὕτω καὶ ἐνταῦθα εἰπὼν, Μὴ συναναμίγνυσθε αὐτῷ, οὐκ ἀπέστησεν αὐτοῦ τῆς ἐπιμελείας τοὺς ἀκούοντας, ἀλλὰ καὶ σφόδρα αὐτοῖς ἀντιλαβέσθαι παρεκελεύσατο, προσθεὶς καὶ εἰπὼν, Καὶ μὴ ὡς ἐχθρὸν ἡγεῖσθε, ἀλλ' ὡς ἀδελφόν. Ἐχωρίσθης αὐτοῦ τῆς συνουσίας, ἀλλὰ μὴ χωρισθῇς τῆς κηδεμονίας· ἀπέκοψας αὐτὸν τῆς συνόδου, μὴ ἀποκόψῃς αὐτὸν τῆς ἀγάπης. Καὶ γὰρ αὐτὸ τοῦτο δι' ἀγάπην ἐκέλευσα γίνεσθαι, ἵνα τῷ χωρισμῷ γενόμενος βελτίων, πρὸς τὸ λοιπὸν ἐπανέλθῃ σῶμα· ἐπεὶ καὶ οἱ πατέρες τῆς οἰκίας τῆς ἑαυτῶν ἐκβάλλουσι τοὺς παῖδας, οὐχ ἵνα ἔξω μένωσι διηνεκῶς, ἀλλ' ἵνα τῷ τῆς οἰκίας ἐκπεσεῖν γενόμενοι σωφρονέστεροι, πρὸς τὴν

9. Id et in sequenti contextu manifestum fecit. Cum enim dixisset: *Si quis non audit sermones nostros per epistolam, hunc indicate,* (2. Thess. 3. 14.) *et ne commisceamini illi,* atque hoc modo hominem ejecisset ex Ecclesia, rursum alio modo eum reconciliat, reducens in gratiam cum eis a quibus ejectus fuerat: quapropter hæc verba subdit, *Non ut inimicum existimate, sed ut fratrem.* (Ib. v. 15.) Quemadmodum igitur cum dixisset, *Si quis non vult laborare, ne edat,* (Ib. v. 10.) illos certe, qui possunt, curam eorum habere jussit: ita etiam hic posteaquam dixit, *Ne commisceamini illi,* non alienavit ab ejus cura auditores, sed jubet diligenter eum suscipere, dicens: *Non ut inimicum existimate, sed ut fratrem.* Reliquisti ejus consuetudinem, sed ne relinquas de eo sollicitudinem: exclusisti eum a conventu, ne excludas a caritate. Etenim hoc ipsum affectu caritatis mandavi, ut hac separatione factus melior, ad reliquum corpus reverteretur; quandoquidem etiam patres domo sua filios expellunt, non ut perpetuo foris maneant, sed ut quod domo

[b] [Savil. e var. lect. in marg. et Cod. 748 ἐκκακεῖτε. Edd. ἐκκακῆτε. Ita et infra.]

[c] Alii ἑξῆς κατεσκεύασεν· εἰπών.

excìderint, modestiores facti, domum postliminio revertantur. Atque hæc sufficiant ad illos, qui pigritiam aliis objicere solent. Verum quoniam multi aliis utuntur verbis quibus se excusent, quæ plena crudelitatis ac inhumanitatis sunt, necesse est ut illa quoque redarguam, non ut excusationem eis adimam, sed quo persuadeam ut omissa vana et inutili, ad veram et apud Christi tribunal profuturam defensionem operibus ipsis se exerceant. Quæ est igitur illa vulgarium hominum frigida ac inutilis defensio? Alendi sunt, inquit, liberi, rei familiaris gerenda est cura, uxorem alo, necessarios sumtus multos sustineo: quamobrem non suppetit, unde obvios sublevare possim. Quid ais? Filios alis, et ideo non est unde venientes ad te subleves? Imo propter hoc ipsum sublevandi sunt egeni, ut exigua pecunia Dominum qui eos tibi dedit, propitiês, ut etiam post mortem tuam patronum illis relinquas, ut eis magnum favorem cælitus concilies, dum illa pecunia sumtus Deo gratos facies. Annon vides, a multis homines præpotentes ac opulentos, nihil alioqui ad suum genus attinentes, in testamento suo insertos fuisse, et liberis suis coheredes factos, nihil ob aliud quam ut securitatem filiis modica pecunia pararent? idque cum incertum esset quonam affectu post obitum ipsorum filios illos coheredes essent prosequuturi? Tu vero cum scias humanitatem, bonitatem, et æquitatem tui Domini, expertem eum tui testamenti facies? non facies eum coheredem liberorum tuorum? hoccine est amantissimi patris officium? Nam si prolis tuæ curam geris, relinque illis chartulam scriptam, in qua Deum debitorem habeas. Hæc maxima hereditas, hoc decus est, hæc securitas. Induc eum in terrenam hanc hereditatem, ut te una cum tuis liberis in cælestem illam hereditatem inducat. Hic heres nobilis est, humanus, bonus, potens, dives; quare nihil est cur ejus societatem suspectam habeas. Ideo etiam sementis vocatur eleemosyna, quia res hæc non tam sumtus est, quam reditus: tu autem quando seminandum est, non magni facis quod evacues fructuum veterum promtuaria, sed ad messis futuræ fructum spectas, idque cum eventum nescias. Nam et rubigo, et calamitas, et locusta, et aeris intemperies ac multa spes nostras frustrantur: cum vero in cælum est semen jaciendum, ubi nulla aeris intemperies, nullus dolor, nullæ insidiæ, tergiversaris ac procrastinas? Et

[Margin: Excusationes alias avarorum refellit.]

[Margin: Coheredes filiorum sunt pauperes.]

[Margin: Sementem cur eleemosynam vocet Scriptura.]

οἰκίαν ἐπανέλθωσι πάλιν. Πρὸς μὲν οὖν τοὺς ἀργίαν ἐγκαλοῦντας ἱκανὰ τὰ εἰρημένα. Ἐπειδὴ δὲ καὶ ἕτερός ἐστι πολλοῖς μεμελετημένος λόγος πρὸς ἀπολογίαν, ἀπανθρωπίας καὶ ὠμότητος γέμων, ἀνάγκη καὶ τοῦ- 275 τον διεξελέγξαι πάλιν, οὐχ ἵνα ἀπολογίας αὐτοὺς ἀπο- A στερήσωμεν, ἀλλ' ἵνα πείσωμεν τὴν οὐκ οὖσαν, οὐδὲ ὠφελοῦσαν ἀπολογίαν ἀποθέσθαι, τὴν δὲ οὖσαν καὶ προστῆναι δυναμένην ἐπὶ τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ, ταύτην διὰ τῶν ἔργων μελετᾷν διηνεκῶς. Τίς οὖν ἐστιν ἡ ψυχρὰ καὶ ἀνόνητος τῶν πολλῶν ἀπολογία; Παιδοτροφίᾳ συζῶ, φησὶν, οἰκίας προΐσταμαι, γυναῖκα τρέφω, πολλὰς ἔχω δαπάνης ἀνάγκας· ὅθεν οὐκ εὐπορῶ τοὺς προσιόντας μοι ἐλεεῖν. Τί λέγεις; Παιδία τρέφεις, καὶ διὰ τοῦτο τοὺς προσιόντας οὐκ ἐλεεῖς; Δι' αὐτὰ μὲν οὖν ταῦτα τοὺς δεομένους ἐλεεῖν δεῖ, διὰ τὰ παιδία, καὶ τὴν αὐτῶν προστασίαν, ἵνα B ἀπὸ ὀλίγων χρημάτων ἵλεω τὸν δόντα αὐτὰ Θεὸν ποιήσῃς, ἵνα καταλίπῃς αὐτοῖς προστάτην ἐκεῖνον καὶ μετὰ τὸν σὸν θάνατον, ἵνα πολλὴν αὐτοῖς ἄνωθεν εὔνοιαν ἐπισπάσῃ ἀπὸ τῶν ἐκείνων χρημάτων τῷ Θεῷ δαπανῶν. Οὐχ ὁρᾷς, ὅτι πολλοὶ ἀνθρώπους πλουτοῦντας καὶ ἐν δυναστείαις ὄντας, οὐδαμόθεν αὐτοῖς προσήκοντας, εἰς τὰς διαθήκας πολλάκις εἰσήγαγον τὰς ἑαυτῶν, καὶ τοῖς ἑαυτῶν παισὶ συγκληρονόμους ἐποίησαν, δι' ἄλλο μὲν οὐδὲν, ἵνα δὲ ἀσφάλειαν τοῖς ἑαυτῶν κτήσωνται παισὶν ἀπὸ ὀλίγων χρημάτων; καὶ ταῦτα, οὐκ εἰδότες πῶς διακείσονται μετὰ τὴν C αὐτῶν τελευτὴν περὶ τοὺς αὐτῶν παῖδας οἱ τοῦ κλήρου γενόμενοι κοινωνοί; Σὺ δὲ εἰδὼς τὸ φιλάνθρωπον καὶ χρηστὸν καὶ ἐπιεικὲς τοῦ σοῦ Δεσπότου, οὐ ποιήσεις αὐτὸν κοινωνὸν τῆς διαθήκης τῆς σῆς; οὐ ποιήσεις αὐτὸν συγκληρονόμον τῶν παίδων τῶν σῶν; καὶ ποῦ ταῦτα πατρὸς, εἰπέ μοι, παῖδας φιλοῦντος; Εἰ γὰρ κήδῃ τῶν τεχθέντων παίδων, κατάλειπε γραμματεῖον αὐτοῖς, ἐν ᾧ τὸν Θεὸν ἔχεις ὑπεύθυνον. Τοῦτο μεγίστη κληρονομία, τοῦτο κόσμος, τοῦτο ἀσφάλεια. Εἰσάγαγε αὐτὸν εἰς τὴν κληρονομίαν τὴν ἐνταῦθα, ἵνα σε μετὰ τῶν παίδων εἰς τὴν κληρονομίαν ἀντεισαγάγῃ τὴν ἐκεῖ. Οὗτος ὁ κληρονόμος γενναῖος, φι- D λάνθρωπος, χρηστὸς, δυνατὸς, πλούσιος· ὥστε κατ' οὐδὲν ἔστιν ὑποπτεῦσαι τὴν κοινωνίαν αὐτοῦ. Διὰ τοῦτο καὶ σπόρος ἡ ἐλεημοσύνη καλεῖται, ἐπειδὴ οὐκ ἔστι δαπάνη τὸ πρᾶγμα, ἀλλὰ πρόσοδος· σὺ δὲ, ὅταν μὲν σπείρειν δέῃ, οὐ προσέχεις, ὅτι κενοῖς τὰ ταμιεῖα τῶν παλαιῶν [a] γεννημάτων, ἀλλὰ προσέχεις τῷ μηδέπω παρόντι τῶν γεννημάτων ἀμητῷ· καὶ ταῦτα, οὐκ εἰδὼς, ὅτι πάντως ἐκβήσεται. Καὶ γὰρ καὶ ἐρυσίβη, καὶ χάλαζα, καὶ ἀκρὶς, καὶ ἀέρων ἀνωμαλία, καὶ πολλὰ τῆς ἐλπίδος ἡμᾶς ἀντικρούει τῆς E μελλούσης· εἰς δὲ τὸν οὐρανὸν μέλλων σπείρειν, ὅπου

[a] Unus Ms. hic et mox γενημάτων.

πᾶσα μὲν ἀνωμαλία ἀέρων ἐκβέβληται, πάσης δὲ λύπης καὶ ἐπιβουλῆς ἀνῄρηται πρόφασις, ὀκνεῖς καὶ ἀναδύῃ; Καὶ ποίαν εὑρήσεις συγγνώμην, ὅταν εἰς μὲν τὴν γῆν καταβάλλων θαῤῥῇς, καὶ μετὰ προθυμίας τοῦτο ποιῇς, εἰς δὲ τὴν χεῖρα τοῦ Θεοῦ μέλλων καταβάλλειν, ὀκνεῖς καὶ ἀμελεῖς; Εἰ γὰρ ἡ γῆ τὰ καταβληθέντα ἀποδίδωσι, πολλῷ μᾶλλον ἡ τοῦ Θεοῦ χεὶρ, ἅπερ ἂν δέξηται, μετὰ πάσης ἀποδώσει σοι τῆς περιουσίας.

Ταῦτ᾽ οὖν εἰδότες, μὴ τῇ δαπάνῃ προσέχωμεν, 279 ὅταν ἐλεημοσύνην ποιῶμεν, ἀλλὰ τῇ προσόδῳ καὶ A ταῖς μελλούσαις ἐλπίσι, καὶ τῷ παρόντι δὲ κέρδει· οὐ γὰρ βασιλείαν οὐρανῶν ἐλεημοσύνη προξενεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν κατὰ τὸν παρόντα βίον ἀσφάλειάν τε καὶ ἀφθονίαν. Τίς ταῦτά φησιν; Αὐτὸς ὁ ταῦτα δοῦναι κύριος. Ὁ γὰρ τὰ αὐτοῦ πένησι, φησὶ, δοὺς, ἑκατονταπλασίονα λήψεται ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, καὶ ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσει. Ὁρᾷς ἐν ἑκατέρᾳ τῇ ζωῇ τὰς ἀμοιβὰς διδομένας μετὰ πολλῆς τῆς περιουσίας; Μὴ τοίνυν ὀκνῶμεν, μηδὲ ἀναβαλλώμεθα, ἀλλὰ καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν τὸν τῆς ἐλεημοσύνης καρπὸν φέρωμεν, ἵνα καὶ τὰ παρόντα ἡμῖν πράγματα κατὰ ῥοῦν φέρηται, καὶ τῆς μελλούσης ἐπιτύχωμεν ζωῆς· ἧς γένοιτο B πάντας ἡμᾶς μετασχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ᾽ οὗ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, τιμὴ, κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

quam speras veniam, qui in terram seminando confidenter et alacriter id facis; cum vero in manum Dei seminandum est, cessas et negligis? Nam si terra reddit quod sibi est creditum, multo magis Dei manus, quæcumque acceperit, magno cum fœnore est reddttura.

10. Hæc igitur scientes non respiciamus sumtum, quando eleemosynam facimus, sed eum qui inde speratur proventum, imo etiam præsens lucrum: non solum enim regnum cælorum eleemosyna procurat, sed in præsenti etiam vita securitatem affert et abundantiam. Quis hæc pollicetur? Ipse qui præstare potest Dominus. Dicit enim: Qui sua pauperibus largitur, cen- Matth. 19. 29
tuplum accipiet in hoc sæculo, et vitæ æternæ hereditatem habebit. Vides retributionem in utraque vita cum magno fœnore recipiendam? Ne igitur cessemus, neque procrastinemus, sed per singulos dies eleemosynæ fructum percipiamus, ut et in præsenti sæculo rebus secundis fruamur, et futuram vitam consequamur: quæ nobis omnibus contingat, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri una cum Spiritu sancto gloria, honor, imperium in sæcula sæculorum. Amen.

ΠΑΛΙΝ ΕΙΣ ΤΗΝ ΑΥΤΗΝ ΡΗΣΙΝ,

Ἔχοντες δὲ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα τῆς πίστεως, κατὰ τὸ C γεγραμμένον· καὶ διὰ τί κοινῇ πάντες ἀπολαμβάνουσι τὰ ἀγαθὰ, καὶ περὶ ἐλεημοσύνης.

DE EISDEM VERBIS,

Habentes autem eumdem Spiritum fidei, sicut 2. Cor. 4. 13.
scriptum est: *et qua de causa rebus bonis omnes ex æquo fruantur, et de eleemosyna.*

Τῇ προτέρᾳ συνάξει καὶ τῇ πρὸ ἐκείνης μίαν τοῦ ἀποστόλου ῥῆσιν ἀπολαβόντες, εἰς τὴν ἐξήγησιν ταύτης ἅπαντα τὸν λόγον ἀνηλώσαμεν· καὶ τήμερον δὲ τῇ αὐτῇ ταύτῃ πάλιν ἐνδιατρίψαι σπουδάζομεν· ποιοῦμεν δὲ τοῦτο ἐπίτηδες πρὸς ὠφέλειαν τῆς ὑμετέρας ἀγάπης, οὐ πρὸς ἐπίδειξιν τὴν ἡμετέραν. Οὐ γὰρ ἵνα [a] γόνιμόν τινα καὶ πολύνουν ἐμαυτὸν ἀποφήνω, ἀλλ᾽ ἵνα καὶ τὴν Παύλου σοφίαν ὑμῖν ἐκκαλύψω, καὶ τὴν ὑμετέραν διεγείρω προθυμίαν, οὕτω μεταχειρίζω τὸν λόγον. Τό τε γὰρ βάθος τῆς ἐκείνου D συνέσεως φαίνεται μειζόνως, ὅταν ἐκ μιᾶς ῥήσεως τοσούτους ἡμῖν τίκτῃ ποταμοὺς νοημάτων· ὑμεῖς τε μαθόντες, ὅτι καὶ ἀπὸ μιᾶς λέξεως ἀποστολικῆς ἀφα-

Luc. 16. 9. fieri possimus: ait enim: *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna sua tabernacula.* Recte dixit, *Æterna.* Nam in hoc sæculo etiamsi splendidam domum habeas, omnino vetustate est peritura: imo prius quam illa pereat, mors irruens ejiciet te ex magnifico isto domicilio: non raro quidem vel ante obitum infausta negotia, calumniatorum impetus ac insidiæ faciunt, ut inde ejiciaris. Illic autem non est quod tale quidquam verearis: non corruptionem, non mortem, non ruinam, non damnum a calumniatoribus, non aliud quidquam; sed immobile et immortale est domicilium. Quapropter æternum illud appellavit. *Facite vobis amicos,* inquit, *de mammona iniquitatis.*

λου λέγοντος· Τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγώνισμαι, τὸν δρόμον τετέλεκα, τὴν πίστιν τετήρηκα· λοιπὸν ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος, ὃν ἀποδώσει μοι ὁ δίκαιος κριτής. Πότε; Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ· οὐ μόνον δὲ ἐμοὶ, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς ἠγαπηκόσι τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ. Καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ δεικνὺς, ὅτι κοινῇ πᾶσιν ἡ τῶν ἀγαθῶν ἀπόλαυσις δίδοται, Θεσσαλονικεῦσι γράφων ἔλεγεν· Εἴπερ δίκαιον παρὰ Θεῷ ἀποδοῦναι τοῖς θλίβουσιν ὑμᾶς θλίψιν, καὶ ὑμῖν τοῖς θλιβομένοις ἄνεσιν μεθ' ἡμῶν. Καὶ πάλιν, Ὅτι ἡμεῖς οἱ ζῶντες, οἱ περιλειπόμενοι εἰς τὴν παρουσίαν τοῦ Κυρίου, οὐ μὴ φθάσωμεν τοὺς κοιμηθέντας· διὰ
B πάντων τούτων δηλῶν, ὅτι κοινῇ πάντας καὶ ὁμοῦ παραγενομένους τῶν οὐρανίων τιμῶν ἀπολαύειν χρή. Τοῦτο καὶ τοῖς φθάσασι πολλὴν φέρει τὴν ἡδονὴν, ὅταν μετὰ τῶν οἰκείων μελῶν τῶν ἀποῤῥήτων ἐκείνων ἀπολαύσωσιν ἀγαθῶν. Καὶ γὰρ πατὴρ τραπέζης μετέχων λαμπρᾶς καὶ πολυτελοῦς, τότε μετὰ πλείονος αὐτῆς ἀπολαύσεται τῆς εὐφροσύνης, ὅταν μετὰ τῶν αὐτοῦ παιδίων μετέχῃ τῆς εὐωχίας καὶ εὐφροσύνης. Οὕτω καὶ Παῦλος καὶ οἱ κατ' ἐκεῖνον ἅπαντες μείζονος αἰσθήσονται τῆς θυμηδίας, ὅταν μετὰ τῶν οἰκείων μελῶν ὄντες ἀπολαύσωσιν αὐτῆς. Οὐ γὰρ τοσαύτην
C πατέρες περὶ παῖδας ἐπιδείκνυνται φιλοστοργίαν, ὅσην ἐκεῖνοι περὶ τοὺς τὰ αὐτὰ κατωρθωκότας αὐτοῖς ἔχουσι κηδεμονίαν. Ἵν' οὖν καὶ ἡμεῖς τῶν τότε τιμωμένων γενώμεθα, σπουδάζωμεν καταλαβεῖν τοὺς ἁγίους ἐκείνους. Καὶ πῶς δυνησόμεθα, φησὶ, αὐτοὺς καταλαβεῖν; τίς ἡμῖν δείξει τὴν ἐκεῖ φέρουσαν ὁδόν; Αὐτὸς ὁ τῶν ἁγίων ἐκείνων Δεσπότης, ὃς οὐχ ὅπω; αὐτοὺς καταληψώμεθα μόνον διδάσκει, ἀλλὰ καὶ ὅπως ὁμωρόφιοι καὶ σύσκηνοι γενώμεθα πᾶσιν αὐτοῖς· Ποιήσατε γὰρ ὑμῖν φίλους ἐκ τοῦ μαμμωνᾶ τῆς ἀδικίας, φησὶν, ἵν' ὅταν ἐκλίπητε, δέξωνται ὑμᾶς εἰς τὰς
D αἰωνίους αὐτῶν σκηνάς. Καλῶς εἶπεν, Αἰωνίους. Ἐνταῦθα μὲν γὰρ κἂν λαμπρὰν ἔχῃς οἰκίαν, ἀπολεῖται πάντως φθειρομένη τῷ χρόνῳ· μᾶλλον δὲ καὶ πρὸ τῆς κατὰ τὸν χρόνον φθορᾶς, θάνατος ἐμπεσὼν ἐκβάλλει σε τῆς λαμπρᾶς ταύτης οἰκήσεως· πολλάκις δὲ καὶ πρὸ τοῦ θανάτου πραγμάτων τινῶν δυσκολίας καὶ συκοφαντῶν ἔφοδοι καὶ ἐπιβουλαὶ ἐκπεσεῖν αὐτῆς παρεσκεύασαν. Ἐκεῖ δὲ οὐδὲν τούτων ἐστὶν ὑποπτεῦ-
E σαι, οὐ φθορὰν, οὐ θάνατον, οὐ κατάπτωσιν, οὐ συκοφαντῶν ἐπήρειαν, οὐχ ἄλλο οὐδὲν, ἀλλ' ἀκίνητος καὶ ἀθάνατός ἐστιν ἡ οἴκησις. Διὰ τοῦτο αἰωνίους αὐτὰς ἐκάλεσε. Ποιήσατε ὑμῖν φίλους, φησὶν, ἐκ τοῦ μαμμωνᾶ τῆς ἀδικίας.

Ὅρα πόση φιλανθρωπία τοῦ Δεσπότου, πόση χρηστότης καὶ ἐπιείκεια· οὐ γὰρ ἁπλῶς ταύτην τέθεικε τὴν προσθήκην· ἀλλ' ἐπειδὴ πολλοῖς πλουσίοις πλοῦτος συνείλεκται ἐξ ἁρπαγῆς καὶ πλεονεξίας, κακῶς μὲν, φησὶ, καὶ οὐκ ἐχρῆν σε οὕτω συλλέξαι τὰ χρήματα· πλὴν ἀλλ' ἐπειδὴ συνέλεξας, στῆθι τῆς ἁρπαγῆς καὶ τῆς πλεονεξίας, καὶ χρῆσαι εἰς δέον τοῖς χρήμασιν. Οὐ λέγω, ἵνα ἁρπάζων ἐλεῇς, ἀλλ' ἵνα τῆς 289 A πλεονεξίας ἀποστὰς, πρὸς ἐλεημοσύνην καὶ φιλανθρωπίαν ἀποχρήσῃ τῷ πλούτῳ. Εἰ γάρ τις μὴ παύσαιτο τῆς ἁρπαγῆς, οὐδὲ ἐλεημοσύνην ἐργάσεται· ἀλλὰ κἂν μυρία καταβάλῃ χρήματα εἰς τὰς τῶν δεομένων χεῖρας, τὰ ἑτέρων ἁρπάζων καὶ πλεονεκτῶν, τοῖς ἀνδροφόνοις ἐξίσης λελόγισται τῷ Θεῷ. Διὸ χρὴ πλεονεξίας ἀποστάντα πρότερον, οὕτω τοὺς δεομένους ἐλεεῖν. Πολλὴ γὰρ τῆς ἐλεημοσύνης ἡ δύναμις, περὶ ἧς καὶ τῇ προτεραίᾳ συνάξει πρὸς ὑμᾶς διελέχθημεν, καὶ νῦν διαλέξομαι. Ἀλλὰ μηδεὶς τὴν συνέχειαν τῆς ὑπομνήσεως κατηγορίαν ἡγείσθω τῶν ἀκουόντων. Καὶ γὰρ ἐν τοῖς ἀγῶσιν ἐκείνους τῶν δρομέων διεγείρουσιν οἱ θεαταὶ, οὓς ἂν ἴδωσιν ἐγγὺς τοῦ βραβείου γενο- B μένους, καὶ πολλὰς τῆς νίκης ἐλπίδας ἔχοντας. Καὶ ἐγὼ τοίνυν, ἐπειδὴ μετὰ πολλῆς ἀεὶ προθυμίας ὁρῶ τοὺς περὶ ἐλεημοσύνης δεχομένους λόγους ὑμᾶς, διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς συνεχέστερον τὴν ὑπὲρ τούτων κινῶ παραίνεσιν. Ἰατροὶ τῶν ψυχῶν ἡμῶν εἰσιν οἱ πένητες, εὐεργέται καὶ προστάται· οὐ γὰρ τοσοῦτον δίδως, ὅσον λαμβάνεις· δίδως ἀργύριον, καὶ λαμβάνεις βασιλείαν οὐρανῶν· λύεις πενίαν, καὶ καταλλάττεις σεαυτῷ τὸν Δεσπότην. Ὁρᾷς ὅτι οὐκ ἴση ἡ ἀντίδοσις; Ταῦτα ἐπὶ γῆς, ἐκεῖνα ἐν οὐρανῷ· ταῦτα ἀπόλλυται, ἐκεῖνα διαμένει· ταῦτα φθείρεται, ἐκεῖνα πάσης ἐστὶν ἀνώ- C τερα ἀπωλείας. Διὰ τοῦτο καὶ πρὸ τῶν θυρῶν τῶν οἴκων τῶν εὐκτηρίων ἔστησαν τοὺς πένητας οἱ πατέρες οἱ ἡμέτεροι, ἵνα καὶ τὸν νωθρότατον καὶ ἀπανθρωπότατον αὐτὴ τῶν πενήτων ἡ ὄψις πρὸς ὑπόμνησιν ἐγείρῃ τῆς ἐλεημοσύνης. Ὅταν γὰρ ἑστήκῃ χορὸς γερόντων, συγκεκυφότων, ῥάκια περιβεβλημένων, αὐχμώντων, ῥυπώντων, βακτηρίας ἐχόντων, μόλις στηρίζεσθαι δυναμένων, πολλάκις δὲ καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκκεκομμένων, καὶ τὸ σῶμα ὅλον ἀναπήρων, τίς οὕτω λίθινος, τίς οὕτως ἀδάμας, ὡς καὶ τῆς ἡλικίας, καὶ τῆς ἀσθενείας, καὶ τῆς πηρώσεως, καὶ τῆς πενίας, καὶ τῆς εὐτελοῦς στολῆς, καὶ πάντων ἁπλῶς D πρὸς συμπάθειαν ἐπικλώντων αὐτὸν, ἀντιστῆναι καὶ μεῖναι πρὸς ἅπαντα ταῦτα ἀνένδοτος; Διὰ ταῦτα πρὸ τῶν θυρῶν ἡμῶν ἑστήκασι παντὸς λόγου δυνατώτεροι, διὰ τῆς ὄψεως ἐπισπώμενοι, πρὸς φιλανθρωπίαν τοὺς εἰσιόντας ἐκκαλούμενοι. Καθάπερ γὰρ κρήνας εἶναι ἐν ταῖς αὐλαῖς τῶν εὐκτηρίων οἴκων νενόμισται, ἵνα οἱ μέλλοντες εὔχεσθαι τῷ Θεῷ, πρότερον ἀπονιψάμενοι τὰς χεῖρας, οὕτω ταύτας εἰς εὐχὴν ἀνατείνω-

11. Vide quanta sit Domini benignitas, quanta bonitas ac æquitas; neque enim temere hoc adjunxit : sed quoniam plerique divites ex rapinis ac fraude divitias sibi comparaverunt, Male, inquit, factum, nec oportebat te ita pecunias colligere; verumtamen quandoquidem jam collegisti, desiste a rapina et fraude, et utere pecunia ad ea, quibus opus habes. Non jubeo te esse ex rapto misericordem, sed a fraude temperantem, divitiis ad benignitatem et eleemosynam uti. Nisi enim a rapina desistas, ne eleemosyna quidem erit : sed etiamsi innumeras pecunias des in manus egenorum, a fraude et rapina interim non abstinens, in homicidarum numero a Deo computaberis. Quapropter oportet a fraude absistere, ac tum demum in egenos misericordem esse. Magna enim est eleemosynæ vis, de qua etiam in priore conventu apud vos disseruimus, ac nunc quoque disseremus. Sed nemo vestrum ita cogitet, hanc admonendi assiduitatem ad auditorum tendere accusationem. Nam et in certaminibus illi potissimum a spectatoribus excitantur, qui ad metam propius accedunt, et certiorem victoriæ spem habere videntur. Ergo quia magna alacritate video vos de eleemosyna sermonem excipere, eo magis libet istam exhortationem continuare. Medici animarum nostrarum sunt pauperes, benefactores et protectores : neque enim tantum das, quantum accipis; das pecuniam, et accipis regnum cælorum; sublevas egestatem, et reconcilias tibi Dominum. Vides imparem esse retributionem? Hæc sunt terrena, illa cælestia; hæc peritura, illa permanentia; hæc corrumpuntur, illa sunt extra corruptionis periculum. Hac de causa majores nostri pro foribus ecclesiarum pauperes constituerunt, ut vel inhumanissimum et segnissimum quemque aspectus ipse egenorum ad eleemosynam excitet. Ubi enim stat chorus senum incurvorum, pannosorum, squalidorum, sordidatorum, baculos tenentium, atque his ægre se sustentantium, nonnumquam oculis orbatorum, totoque corpore male mulctatorum, quis tam saxeus est, quis tam adamantinus, qui ad eorum grandævitatem, imbecillitatem, cæcitatem, egestatem, habitus vilitatem, totque alia ad condolendum moventia, obdurare se et inflexibilis queat permanere? Hac de causa pro foribus nostris stant, et ipso aspectu, magis quam ullis verbis possunt, ad beneficentiam provocant eos qui introgrediuntur. Quemadmodum enim solenne est ut fontes præsto sint ante oratoria, ut adoraturi Deum manus

Eleemosyna ex rapina data, non est eleemosyna.

Eleemosynæ laudes.

Cur pro foribus templorum pauperes.

Fontes ante oratoria.

prius lotas inter precandum attollant : ita pauperes fontium vice ante fores collocaverunt majores nostri, ut quemadmodum manus abluimus aqua, sic prius per beneficentiam abstersa anima, tum demum preces nostras offeramus.

12. Non enim tam apta est aqua ad abluendas E corporis maculas, quam eleemosyna ad abolendas sordes animæ. Quemadmodum igitur non audes illotis manibus ad precandum intrare, quamvis levius sit hoc crimen, ita nec absque eleemosyna ad precandum umquam accedas. Atqui non raro etiam cum puras manus habeamus, non tendimus ad Deum nisi prius lotas : tantum valet consuetudo. Idipsum igitur in eleemosyna est faciendum; et licet nullius magni peccati nobis si- 20 A mus conscii, tamen eleemosyna data conscientiam nostram abstergere oportet. Multa in foro tibi contraxisti mala : inimicus irritavit, judex aliquid parum decorum facere compulit, verba sæpe effutivisti non bona, ne amicum offenderes peccatum aliquod admisisti : alias non paucas maculas contraxisti, ut solent homines qui in foro versantur, judicum consessui intersunt, rem populi administrant : pro his omnibus accedis Deum exoraturus, et veniam petiturus. Ergo da pecuniam in manus pauperum, et absterge illas maculas, ut cum fiducia invo- B ces rogans illum qui potest hæc tibi peccata remittere. Si te assuefeceris numquam sine eleemosyna sacra hæc vestibula intrare, nec sponte, nec invitus umquam ab hoc bono opere abstinebis : tantum valet consuetudo. Et sicut quomodocumque se res habeat, numquam sustines illotis manibus precari, posteaquam semel consuetudinem hanc usurpasti, ita etiam in eleemosyna si hanc legem tibi præfixeris, volens nolens quotidie illam implebis, ipsa consuetudine ad hoc pertractus. Ignis est precatio, præcipue cum a vigilante et sobria mente proficiscitur : sed C ignis iste opus habet oleo, ut ad ipsa cæli convexa perveniat : cæterum oleum, quo ignis hic fovetur, non aliud est quam eleemosyna. Affunde igitur oleum hoc largiter, ut exhilaratus hoc tuo bono opere, cum majore alacritate precationem tuam absolvas. Sicut enim qui nullius bonæ rei sibi sunt conscii, nulla cum fiducia precari possunt : ita qui bene aliquid egerunt, et post ista opera ad precandum se conferunt, læti recordatione bene gestorum, majore cum alacritate supplicationem suam offerunt. Ut igitur hac quoque parte efficaciores sint preces D nostræ, nimirum mente per beneficentiæ memo-

Precatio cum igne collata.

σιν· οὕτω καὶ τοὺς πένητας ἀντὶ πηγῶν καὶ κρηνῶν ἔστησαν οἱ πατέρες πρὸ τῶν θυρῶν, ἵν', ὥσπερ ὕδατι τὰς χεῖρας ἀπονίπτομεν, οὕτω φιλανθρωπίᾳ τὴν ψυχὴν ἀποσμήχοντες πρότερον, οὕτως εὐχώμεθα.

Οὐδὲ γὰρ οὕτως ὕδατος φύσις ἀπονίπτει κηλῖδας σώματος, ὡς ἐλεημοσύνης δύναμις ἀποσμήχει ῥύπον ψυχῆς. Ὥσπερ οὖν οὐ τολμᾷς ἀνίπτοις χερσὶν εἰσελθὼν εὔξασθαι, καίτοι ἔλαττον τὸ ἔγκλημα ἐκεῖνο, οὕτω μήτε χωρὶς ἐλεημοσύνης ἐπ' εὐχὴν ἔλθῃς ποτέ. Καίτοι καὶ καθαρὰς πολλάκις ἔχοντες τὰς χεῖρας, ἂν μὴ πρότερον αὐτὰς ἀποπλύνωμεν ὕδατι, οὐκ ἀνατείνομεν εἰς εὐχήν· τοσοῦτόν ἐστιν ἡ συνήθεια. Τοῦτο τοίνυν καὶ ἐπὶ τῆς ἐλεημοσύνης ποιῶμεν· κἂν μηδὲν ἑαυτοῖς ὦμεν συνειδότες μέγα ἁμάρτημα, ὅμως ἀποσμήχωμεν τὸ συνειδὸς διὰ τῆς ἐλεημοσύνης. Πολλὰ ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς ἐπεσπάσω δεινά· ἐχθρὸς παρώξυνε, δικαστὴς ἠνάγκασέ τι ποιῆσαι τῶν οὐ προσηκόντων πραγμάτων, ῥήματα πολλάκις ἐξέβαλες ἄτοπα, φίλος ἐδυσώπησεν ἐργάσασθαί τι τῶν ἁμαρτίαν ἐχόντων, ἕτερα προσετρίψω πολλὰ, οἷα εἰκὸς ἄνθρωπον ὄντα προστρίβεσθαι, ἐν ἀγορᾷ στρεφόμενον, δικαστηρίοις προσεδρεύοντα, τὰ τῆς πόλεως πράττοντα πράγματα· ὑπὲρ τούτων ἁπάντων εἰσέρχῃ τὸν Θεὸν αἰτήσων συγγνώμην καὶ ἀπολογησόμενος. Κατάβαλε τοίνυν ἀργύριον εἰς τὰς τῶν πενήτων χεῖρας, καὶ ἀπόσμηξον τὰς κηλῖδας ἐκείνας, ἵνα μετὰ παῤῥησίας καλέσῃς αἰτούμενος τὸν δυνάμενόν σοι ταῦτα ἀφεῖναι τὰ ἁμαρτήματα. Ἂν ἐν συνηθείᾳ καταστήσῃς σαυτὸν μηδέποτε χωρὶς ἐλεημοσύνης τῶν ἱερῶν τούτων προθύρων ἐπιβαίνειν, οὐδέποτε, οὔτε ἑκὼν, οὔτε ἄκων, ὑστερήσεις τῆς καλῆς ταύτης ἐργασίας· τοιοῦτον γὰρ ἡ συνήθεια. Καὶ ὥσπερ οὖν ἀεὶ, ὅ τι οὖν γένοιτο, χερσὶν ἀνίπτοις οὐχ ὑπομένεις εὔξασθαι, ἐπειδὴ κατέστης εἰς συνήθειαν ἅπαξ· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ἐλεημοσύνης, ἂν τοῦτον σαυτῷ ἐπιθήσῃς τὸν νόμον, καὶ ἑκὼν καὶ ἄκων αὐτὸν καθ' ἑκάστην ἐκπληρώσεις ἡμέραν ὑπὸ τῆς συνηθείας ἑλκόμενος. Πῦρ ἐστιν ἡ εὐχὴ, μάλιστα ὅταν ἀπὸ νηφούσης καὶ διεγηγερμένης ἀναπέμπηται ψυχῆς· ἀλλὰ τὸ πῦρ τοῦτο καὶ ἐλαίου δεῖται, ἵνα αὐτῶν ἅψηται τῶν οὐρανίων ἁψίδων· ἔλαιον δὲ τοῦ πυρὸς τούτου οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἀλλ' ἡ ἐλεημοσύνη. Ἐπίχεε τοίνυν τὸ ἔλαιον δαψιλὲς, ἵνα εὐφραινόμενος ἐπὶ τῷ κατορθώματι, μετὰ παῤῥησίας πλείονος καὶ προθυμίας μείζονος τὰς εὐχάς σου ἐπιτελῇς. Ὥσπερ γὰρ οἱ μηδὲν ἑαυτοῖς συνειδότες ἀγαθὸν, οὐδὲ εὔξασθαι μετὰ παῤῥησίας δύνανται, οὕτως οἱ κατορθώσαντές τι, καὶ μετὰ τὴν δικαιοσύνην ἐκείνην ἐπὶ τὴν εὐχὴν ἐρχόμενοι, τῇ μνήμῃ τοῦ κατορθώματος εὐφραινόμενοι, μετὰ πλείονος τῆς προθυμίας ποιοῦνται τὴν ἱκετηρίαν. Ἵν' οὖν καὶ κατὰ τοῦτο δυνατωτέρα ἡμῖν ἡ εὐχὴ γένηται, γρηγορούσης ἡμῖν τῆς διανοίας ἐν ταῖς

δεήσεσιν ἀπὸ τῆς τῶν κατορθωμάτων μνήμης, μετὰ τῆς ἐλεημοσύνης ἐπὶ τὰς εὐχὰς ἐρχώμεθα, καὶ μνημονεύωμεν μετὰ ἀκριβείας ἅπαντα τὰ εἰρημένα· καὶ πρό γε τῶν ἄλλων ἁπάντων ἐκείνην μοι τὴν εἰκόνα διατηρεῖτε διηνεκῶς, καθ' ἣν εἶπον τοὺς πένητας πρὸ τῶν θυρῶν ἑστάναι τῶν εὐκτηρίων οἴκων, ταύτην ἐπὶ τῆς ψυχῆς ἀναπληροῦντες τὴν χρείαν, ἣν ἐπὶ τοῦ σώματος ἡ κρήνη. Ἂν γὰρ τοῦτο ὦμεν διηνεκῶς μεμνημένοι, συνεχῶς ἀπονιπτόμενοι τὸν λογισμόν, καθαρὰς μὲν δυνησόμεθα τὰς εὐχὰς ἐπιτελεῖν, πολλὴν δὲ ἐπισπάσασθαι παρὰ τοῦ Θεοῦ τὴν παῤῥησίαν, καὶ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

riam excitata, cum eleemosyna ad precandum accedamus, et diligenter omnia quæ dicta sunt in memoria retineamus, et ante omnia illam pauperum imaginem, qua eos dixi pro foribus oratorii consistere, idipsum in animæ usum præstantes, quod in corporis usum fons exhibet. Si enim horum memores continue mentem ablueririmus, poterimus et puras preces ad Dominum allegare, multam apud Deum fiduciam obtinere et cæleste regnum consequi, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

MONITUM 291

AD HOMILIAM IN ILLUD,

UTINAM SUSTINERETIS MODICUM QUID INSIPIENTIÆ MEÆ.

Nullam vel loci vel temporis notam præ se fert hæc homilia. Sed a Pauli laudibus orsus Chrysostomus, ejus exemplo quemque docet abstinendum semper esse a propriis laudibus, quantum facultas ferat; et si quando, urgente casu, cogatur quispiam ea commemorare quæ in suum vertant honorem, id summa cum moderatione præstandum esse. Idipsum vero confirmat exemplo Davidis et Samuelis : et nihil vel obiter tangit, quo internosci valeat Antiochiæne an Constantinopoli hanc concionem habuerit.

Interpretationem incerti cujusdam, quæ minus bene concinnata erat, expunximus, novamque adornavimus.

ΕΙΣ ΤΟ ΑΠΟΣΤΟΛΙΚΟΝ ΡΗΤΟΝ,

Ὄφελον ἀνείχεσθέ μου μικρὸν τῇ ἀφροσύνῃ.

Ἅπαντας μὲν φιλῶ τοὺς ἁγίους, μάλιστα δὲ τὸν μακάριον Παῦλον, τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, τὴν σάλπιγγα τὴν οὐράνιον, τὸν νυμφαγωγὸν τοῦ Χριστοῦ. Τοῦτο δὲ εἶπον, καὶ ὃν περὶ αὐτὸν ἔρωτα ἔχω, εἰς μέσον ἐξήνεγκα, ἵνα καὶ ὑμᾶς κοινωνοὺς ποιήσω τοῦ φίλτρου. Οἱ μὲν γὰρ τὸν σωματικὸν ἔρωτα ἐρῶντες εἰκότως αἰσχύνονται ὁμολογεῖν, ἅτε καὶ ἑαυτοὺς καταισχύνοντες, καὶ τοὺς ἀκούοντας βλάπτοντες· οἱ δὲ τὸν B

A

IN HOC APOSTOLI DICTUM,

Utinam sustineretis modicum quid insipientiæ meæ. 2. Cor. 11. 1.

1. Omnes equidem amo sanctos, maxime vero beatum Paulum, vas electionis, tubam cælestem, Christi pronubum. Id vero dixi, meumque erga illum amorem in medium protuli, ut ejusdem vos participes efficerem. Nam qui corporum amore flagrant, id, et jure quidem, erubescunt profiteri, utpote qui sic et sibi pudorem, et cæteris damnum inferant : qui vero spirituali ardent amore,

id fateri numquam cessent: etenim et sibi et auditoribus suis hac pulchra confessione proderunt. Ille namque amor crimen est, hic vero laudis argumentum: ille ut morbus animæ male audit, hic animi lætitia est, exsultatio, et ornatus optimus: ille bellum in amantium mentem inducit, hic si quod sit bellum eliminat, in magnaque pace constituit amatores. Illinc nulla provenit utilitas, sed multa pecuniarum jactura, sumtus insani, vitæ subversio, domo- C

Veri amoris ratio. rum extrema pernicies; hinc ingentes bonorum operum divitiæ, virtutis magna copia. Ad hæc vero formosorum corporum amatores, qui ad decoras facies inhiant, si turpes ipsi sint ac deformes, nihil ex earum cupidine ad deformitatem suam commutandam lucrantur; sed ex comparatione turpiores deformioresque esse videntur: contra vero accidit in hoc amore. Nam qui sanctam, formosam, splendidam et decoram diligit animam, etsi deformis ille sit, etsi D omnium mortalium turpissimus, in sanctorum amore perseverans, cito talis erit, qualis is qui amatur. Id enim est divinæ benignitatis opus, quod corpus deforme et mutilum nequeat emendari, anima vero turpis ac deformis splendida decoraque possit effici. Ex pulchritudine enim illius nihil lucri provenit; ex pulchritudine autem animæ tot possunt excerpi bona, quot par est obtinere eum, qui Deum amatorem habeat. De hac pulchritudine David in Psalmis canens ait: 292

Psal. 44. *Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam,* A *et obliviscere populum tuum, et domum patris tui: et concupiscet rex decorem tuum:* decorem hic animæ dicit, qui virtute pietateque constituitur.

2. Cum ergo tantum sit lucrum iis, qui cum sanctis communione junguntur, amoris mei participes estote: hunc sanctum summo cum affectu diligamus. Nam si hic amor in animum ingrediatur nostrum, splendidamque flammam excitet: si B quid spinosum, si quid saxosum vel asperum vel stupidum in cogitationibus nostris offendat, tum id absumens, tum illud emolliens, animam nostram ceu pingue arvum divinæ sementi aptum efficiet. Nec mihi dicas, Paulus nec adest nunc, nec oculis conspicitur nostris; quomodo possit amari is, quem non videmus? Nihil enim huic amori est impedimento: etenim et absentem amare, et non conspectum diligere possumus, cum maxime tot et talia quotidie virtutis illius

πνευματικὸν, μηδέποτε ὁμολογοῦντες παυέσθωσαν· καὶ γὰρ καὶ ἑαυτοὺς καὶ τοὺς ἀκούοντας ὠφελοῦσι διὰ τῆς καλῆς ταύτης ὁμολογίας. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ ὁ ἔρως ἔγκλημα, οὗτος δὲ ἐγκώμιον· ἐκεῖνος μὲν πάθος ψυχῆς διαβεβλημένον ἐστὶν, οὗτος δὲ εὐφροσύνη ψυχῆς, καὶ ἀγαλλίαμα, καὶ κόσμος ἄριστος· ἐκεῖνος εἰσάγει πόλεμον εἰς τὴν τῶν ἐρώντων διάνοιαν, οὗτος καὶ τὸν ὄντα πόλεμον ἐκβάλλει, καὶ ἐν εἰρήνῃ πολλῇ τοὺς ἐρῶντας καθίστησι. Κἀκεῖθεν μὲν οὐδὲν ὄφελος γίνεται, ἀλλὰ καὶ πολλὴ ζημία χρημάτων καὶ δαπάνη τις ἀνόητος, καὶ ζωῆς ἀνατροπὴ, καὶ οἰκιῶν ὁλόκληροι διαφθοραί· ἐντεῦθεν δὲ πολὺς ὁ πλοῦτος τῶν κατορθωμάτων, πολλὴ ἡ περιουσία τῆς ἀρετῆς. Πρὸς δὲ τοῖς εἰρημένοις, οἱ μὲν σωμάτων εὐμόρφων ἐρῶντες, καὶ πρὸς τὰς λαμπρὰς τῶν ὄψεων κεχηνότες, ἂν ὦσιν αἰσχροὶ καὶ δυσειδεῖς, οὐδὲν ἐκ τῆς ἐκείνων ἐπιθυμίας εἰς ἀπαλλαγὴν τῆς οἰκείας κερδαίνουσιν ἀμορφίας, ἀλλὰ καὶ αἰσχρότεροι κρίνονται καὶ εἰδεχθέστεροι· ἐπὶ δὲ τοῦ ἔρωτος τούτου τοὐναντίον ἅπαν. Ὁ γὰρ ψυχῆς ἁγίας ἐρῶν, καὶ εὐμόρφου, καὶ λαμπρᾶς, καὶ περικαλλοῦς, κἂν αὐτὸς αἰσχρὸς ᾖ καὶ δυσειδὴς, κἂν ἁπάντων ἀνθρώπων αἴσχιστος, ἐμμένων τῷ ἔρωτι τῶν ἁγίων, ταχέως ἔσται τοιοῦτος, οἷος ὁ ἐρώμενος. Καὶ γὰρ καὶ τοῦτο τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας ἔργον, τὸ σῶμα μὲν ἄμορφον καὶ πεπηρωμένον μὴ δύνασθαι διορθοῦν, ψυχὴν δὲ αἰσχρὰν καὶ δυσειδῆ δύνασθαι λαμπρὰν καὶ περικαλλῆ ποιεῖν. Ἀπὸ γὰρ τῆς εὐμορφίας τῆς ἐκείνου οὐδὲν ἂν γένοιτο κέρδος· ἀπὸ δὲ τοῦ κάλλους τοῦ ταύτης τοσαῦτα ἔξεστι καρπώσασθαι ἀγαθὰ, ὅσα εἰκὸς κεκτῆσθαι τὸν ἐραστὴν ἔχοντα τὸν Θεόν. Περὶ ταύτης τῆς εὐμορφίας καὶ ὁ Δαυὶδ ἐν ψαλμοῖς ᾄδων, Ἄκουσον, φησὶ, θύγατερ, καὶ ἴδε, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου, καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου, καὶ ἐπιθυμήσει ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου· κάλλος ἐνταῦθα λέγων τὸ κατὰ ψυχὴν, ὅπερ δι' ἀρετῆς καὶ εὐλαβείας συνίσταται.

Ἐπεὶ οὖν τοσοῦτόν ἐστι τὸ κέρδος τοῖς κοινωνοῦσι τῶν ἁγίων, κοινωνήσατέ μοι τοῦ ἔρωτος, καὶ φιλήσωμεν τὸν ἅγιον τοῦτον μετὰ πολλῆς τῆς ὑπερβολῆς. Ἂν γὰρ οὗτος εἰς τὴν ψυχὴν τὴν ἡμετέραν ὁ ἔρως εἰσέλθῃ καὶ φλόγα ἀνάψῃ λαμπρὰν, κἂν ἀκανθῶδες, κἂν λιθῶδές τι καὶ σκληρὸν καὶ ἀναίσθητον ἐν τοῖς λογισμοῖς εὕρῃ τοῖς ὑμετέροις, τὸ μὲν ἀναλώσας, τὸ δὲ μαλάξας, βαθεῖάν τινα καὶ λιπαρὰν ἄρουραν τὴν ἡμετέραν ἐργάσεται ψυχὴν, καὶ πρὸς τὴν τῶν θείων σπερμάτων καταβολὴν ἐπιτηδείαν. Καὶ μή μοι λεγέτω τις, ὅτι νῦν οὐ πάρεστιν, οὐδὲ ὁρᾶται τοῖς ἡμετέροις ὀφθαλμοῖς ὁ Παῦλος· καὶ πῶς δυνατὸν φιλεῖν τὸν μὴ βλεπόμενον; Οὐδὲν γὰρ τῷ ἔρωτι τούτῳ κώλυμα γίνεται· ἔξεστι γὰρ καὶ ἀπελθόντα φιλεῖν, καὶ μὴ ὁρώμενον ἀγαπᾷν, καὶ μάλιστα ὅταν τοσαῦτα

καὶ τοιαῦτα τῆς ἀρετῆς ἐκείνου καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὑπομνήματα βλέπωμεν, τὰς πανταχοῦ τῆς γῆς Ἐκ- C κλησίας, τῆς ἀσεβείας τὴν ἀνατροπὴν, τοῦ πονηροῦ βίου τὴν ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταβολὴν, τῆς πλάνης τὴν ἀπαλλαγὴν, τοὺς ἀνατραπέντας βωμοὺς, τοὺς ἀποκεκλεισμένους ναοὺς, τὴν τῶν δαιμόνων σιγήν. Πάντα γὰρ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα τῆς Παύλου γλώττης ἡ δύναμις ὑπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος ἐμπνεομένη κατέβαλε, καὶ λαμπρὰν πανταχοῦ τῆς εὐσεβείας ἀνῆψε τὴν φλόγα. Ἔχομεν μετὰ τῶν κατορθωμάτων τούτων καὶ τὰς ἐπιστολὰς ἐκείνου τὰς ἁγίας, αἳ τὸν χαρακτῆρα τῆς μακαρίας ἐκείνης ψυχῆς ἀκριβῶς ἡμῖν ὑπογράφουσιν. Ὡς οὖν αὐτῷ τῷ Παύλῳ διαλεγόμενοι παρόντι καὶ συγγινομένῳ, οὕτω μετὰ προ- D θυμίας πειθώμεθα τοῖς γεγραμμένοις, ἀναπτύξωμεν τὰ ἔνδον εἰρημένα, μάθωμεν τί ποτέ ἐστιν ὅπερ σήμερον ἐβόα λέγων· Ὄφελον ἀνείχεσθέ μου μικρὸν τῇ ἀφροσύνῃ· ἀλλὰ καὶ ἀνέχεσθέ μου· ζηλῶ γὰρ ὑμᾶς Θεοῦ ζήλῳ. Τί λέγεις, ὦ Παῦλε; ὁ κελεύων τοῖς μαθηταῖς ἐν σοφίᾳ περιπατεῖν πρὸς τοὺς ἔξω, ὁ λέγων, Ὁ λόγος ὑμῶν πάντοτε ἐν χάριτι, ἅλατι ἠρτυμένος, εἰδέναι πῶς δεῖ ὑμᾶς ἑνὶ ἑκάστῳ ἀποκρίνεσθαι· ὁ πᾶσιν ἐπευχόμενος, ἵνα σοφίας πληρωθῶσι πνευματικῆς, αὐτὸς λέγεις, ὅτι Εἴθε ἀνείχεσθέ μου μικρὸν τῆς ἀνοίας; Οὐκ ἤρκει σοι τὸ φθέγξασθαί τι ἀφροσύνης ῥῆμα, ἀλλὰ καὶ εἰς τοὺς μαθητὰς τοῦτο ἐκφέρεις; καὶ οὐκ εἰς τοὺς μαθητὰς ἐκφέρεις μόνον, E ἀλλὰ καὶ τοῖς μετὰ ταῦτα πᾶσι γινομένοις ἀνθρώποις διὰ τῆς ἐπιστολῆς τοῦτο δῆλον ποιεῖς; Ὁρᾶτε πῶς οὐχ ἁπλῶς δεῖ παρατρέχειν τὰ λεγόμενα, ἀλλ' ἕκαστον περισκοπεῖν ἀκριβῶς; Τοῦτο μὲν γὰρ ἁπλῶς μὲν ἀναγινωσκόμενον [a] περιίσταται τοῖς ἀκροαταῖς, ἐρευνηθὲν δὲ πολλὴν δείκνυσι τοῦ Παύλου τὴν σοφίαν, μεγάλην τὴν σύνεσιν, ἄφατον τὴν κηδεμονίαν.

Τί ποτ' οὖν ἐστι τὸ λεγόμενον; Ψευδαπόστολοι πολλοὶ ἦσαν παρὰ τοῖς Κορινθίοις, διαφθείροντες αὐτοὺς, κατηγοροῦντες τοῦ Παύλου, ὑπορύττοντες αὐ- 293 τοῦ τὴν δόξαν, ἣν παρὰ τοῖς μαθηταῖς εἶχεν, εἰς A εἰρωνείαν αὐτὸν σκώπτοντες, ὡς ἀλαζόνος κατηγοροῦντες. Πρὸς τούτους καὶ διατεινόμενος πολλαχοῦ τῆς ἐπιστολῆς φαίνεται. Καὶ γὰρ ὅταν λέγῃ, Οὐκ ἐσμὲν ὥσπερ οἱ λοιποὶ, καπηλεύοντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ· καὶ πάλιν εἰπὼν, Ἀβαρῆ ὑμῖν ἐμαυτὸν ἐτήρησα, καὶ ὑποσχόμενος διαπαντὸς τοῦτον ἀκίνητον διατηρῆσαι τὸν νόμον (Ἔστι γὰρ, φησὶν, ἀλήθεια Χριστοῦ ἐν ἐμοὶ, ὅτι ἡ καύχησίς μου αὕτη οὐ φραγήσεται ἐν τοῖς κλίμασι τῆς Ἀχαΐας), ἐν τῇ τῆς αἰτίας ἐπαγωγῇ ᾐνίξατο τοὺς μιαροὺς ἐκείνους οὕτως εἰπών· Διὰ τί; ὅτι οὐκ ἀγαπῶ ὑμᾶς; Ὁ Θεὸς οἶδεν. Ἀλλ' ὃ ποιῶ, καὶ ποιήσω, ἵνα ἐκκόψω τὴν ἀφορμὴν τῶν B

monumenta videamus, nempe Ecclesias ubique terrarum stabilitas, impietatis eversionem, improbæ vitæ in melius mutationem, erroris explusionem, dirutas aras, occlusa templa, dæmonum silentium. Hæc quippe omnia Pauli efficax lingua, divina inspirante gratia, destruxit, ac splendidam ubique pietatis flammam accendit. Cum tot tantisque gestis ejus, adsunt quoque sacræ illius epistolæ, quæ beatæ ejus animæ formam accurate nobis depingant. Ac si ergo cum ipso Paulo jam præsente et nobiscum versante dissereremus, sic ejus scriptis studiose obtemperemus, intima et profunda explicemus, discamus quid illud sit quod hodie vociferabatur dicens: *Utinam sustineretis modicum quid insipientiæ meæ; sed et supportate me: æmulor enim vos Dei æmulatione.* 2. Cor. 11. 1. 2.
Quid ais, Paule? qui jubes discipulos in sapientia ambulare erga extraneos, qui dicis, *Sermo vester semper in gratia sale sit conditus, ut sciatis quomodo oporteat vos unicuique respondere;* Col. 4. 5. 6. qui apprecaris omnibus, ut sapientia repleantur spirituali, Coloss. 1. 9. ipse dicis, *Utinam sustineretis modicum quid insipientiæ meæ?* Non satis erat tibi aliquod insipientiæ verbum emisisse, sed et discipulis illud effers? nec modo effers discipulis, sed id omnibus post futuris hominibus per epistolam notum facis? Animadvertite quam non oporteat dicta temere prætercurrere, sed unum quodque accurate scrutari? Illud enim si simpliciter legatur, circum emittitur auditoribus: sin vero examinetur, magnam ostendit Pauli sapientiam, magnam prudentiam, ineffabilem curam.

3. Quid tandem illud est quod dicitur? Pseudoapostoli multi erant apud Corinthios qui ipsos corrumperent ac Paulum accusarent, ejus famam, qua apud discipulos suos valebat, subdole lædentes, dicteriis illum subsannantes, ut arrogantem insimulantes. Hos plerumque in epistola sua impetere deprehenditur: quemadmodum cum dicit, *Non sumus sicut cæteri, adulterantes verbum Dei;* 2. Cor. 2. 17. ac rursus cum dicit, *Sine onere me vobis servavi:* Ib. 11. 9. ac pollicitus se hanc legem semper immotam servaturum esse: *Est* enim, Ib. v. 10. inquit, *veritas Christi in me: quoniam hæc gloriatio mea non infringetur in regionibus Achaiæ;* cum deinde causam subjunxit, sceleratos illos subindicat dicens: *Quare? quia non diligo vos? Deus scit. Quod autem fa-* Ib. v. 11. 12.

a [Savil. conj. προΐσταται.]

cio et faciam: ut amputem occasionem eorum, qui volunt occasionem; et ante hæc discipulos cohortatur, ne ipsum inducant in necessitatem suam ipsis potestatem exhibendi, ita
2. Cor. 10. 2. dicens: *Rogo autem vos ne præsens audeam, per eam confidentiam qua existimor audere, in quosdam qui arbitrantur nos tamquam secundum carnem ambulemus.* Hi enim ipsi, de quibus hæc ait, per ironiam ipsum incusantes hæc dicebant: epistolas Pauli magnum præ se ferre tumorem et verborum arrogantiam, ipsum vero nihili esse, vilem et abjectum. Posteaquam autem huc advenerit, aiebant, nullius pretii dignus videbitur: quod ipsum decla-
Ib. v. 9. 10. rans dicebat: *Ut autem non existimer tamquam terrere vos per epistolas: quoniam quidem epistolæ, inquiunt, graves sunt et fortes: præsentia autem corporis infirma, et sermo contemtibilis.* Deinde Corinthios ipsos,
2. Cor. 11. 7. qui persuasi fuerant accusans ait, *Numquid peccatum feci, meipsum humilians, ut vos exaltemini?* Et hoc crimen diluens ait iterum,
2. Cor. 10. 11. *Quia quales sumus verbo per epistolas absentes, tales et præsentes in facto.* Quia igitur multi apud illos erant pseudoapostoli, quos
2. Cor. 11. 13.—15. et operarios dolosos nominat, sic dicit: *Nam ejusmodi pseudoapostoli operarii subdoli sunt, transfigurantes se in apostolos Christi. Et non mirum: ipse enim satanas transfigurat se in angelum lucis. Non est ergo magnum si ministri ejus transfigurentur velut ministri justitiæ.* Cum igitur hi, innumeris excogitatis contra eum calumniis, discipulis nocerent, minus congruentem doctoris æstimationem inducentes, cogitur ille demum in propriarum laudum commemorationem incidere: neque enim ultra silere tutum erat. Quia igitur sua nobis certamina enarraturus est, necnon eas, quas vidit, revelationes, laboresque quos subiit: ut ostendat omnibus se ægre et invitum id agere, ac licet id necessarium esse videat, insipientiam tamen id vocat, sic loquens, *Utinam sustineretis modicum quid insipientiæ meæ.* Rem stultam, inquit, aggressurus sum,
Paulus seipsum laudare cogitur. ut meipsum laudem et celebrem; at non ego in causa sum, sed ii potius, qui me in hanc necessitatem impulerunt: quare rogo me sustineatis, illisque eam causam imputetis.

4. At vide mihi Pauli prudentiam: cum dixisset, *Utinam sustineretis modicum quid insipientiæ meæ; sed et supportate me: æmulor enim vos Dei æmulatione,* non statim ad lau-

θελόντων ἀφορμήν· καὶ ἀνωτέρω δὲ τούτων παρακαλεῖ τοὺς μαθητὰς μὴ καταστῆσαι αὐτὸν εἰς ἀνάγκην τοῦ τὴν οἰκείαν ἐπιδεῖξαι δύναμιν αὐτοῖς, οὑτωσὶ λέγων· Δέομαι δὲ τὸ μὴ παρὼν θαῤῥῆσαι τῇ πεποιθήσει, ᾗ λογίζομαι τολμῆσαι ἐπί τινας τοὺς λογιζομένους ἡμᾶς ὡς κατὰ σάρκα περιπατοῦντας. Αὐτοὶ γὰρ οὗτοι, περὶ ὧν ταῦτά φησιν, εἰς εἰρωνείαν αὐτὸν διαβάλλοντες, οὕτως ἔλεγον, ὅτι αἱ μὲν ἐπιστολαὶ Παύλου πολὺν ἔχουσιν ὄγκον καὶ ῥημάτων ἀπόνοιαν, αὐτὸς δὲ οὐδαμινὸς καὶ εὐτελὴς καὶ
C ἀπεῤῥιμμένος. Ἐπειδὰν γοῦν ἐνταῦθα παραγένηται, οὐδενὸς ἄξιος φαίνεται λόγου· ὅπερ οὖν καὶ αὐτὸ πάλιν ἐμφαίνων ἔλεγεν, Ἵνα δὲ μὴ δόξω ὡς ἂν ἐκφοβεῖν ὑμᾶς διὰ τῶν ἐπιστολῶν· ὅτι αἱ μὲν ἐπιστολαὶ, φησὶ, βαρεῖαι καὶ ἰσχυραὶ, ἡ δὲ παρουσία τοῦ σώματος ἀσθενὴς, καὶ ὁ λόγος ἐξουθενημένος. Εἶτα αὐτοῖς ἐγκαλῶν τοῖς Κορινθίοις τοῖς ἀναπειθομένοις, φησίν· Ἡ ἁμαρτίαν ἐποίησα ἐμαυτὸν ταπεινῶν, ἵν' ὑμεῖς ὑψωθῆτε; Καὶ ἀποδυόμενος δὲ τὸ ἔγκλημα αὐτὸ ἐκεῖνο πάλιν λέγει· Ὅτι οἷοί ἐσμεν δι' ἐπιστολῶν ἀπόντες, τοιοῦτοι καὶ παρόντες τῷ ἔργῳ. Ἐπεὶ οὖν πολλοὶ παρ' αὐτοῖς ἦσαν ψευδαπόστολοι,
D οὓς καὶ ἐργάτας δολίους καλεῖ, οὕτω λέγων· Οἱ γὰρ τοιοῦτοι ψευδαπόστολοι, ἐργάται δόλιοι, μετασχηματιζόμενοι εἰς ἀποστόλους Χριστοῦ. Καὶ οὐ θαυμαστόν· καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ σατανᾶς μετασχηματίζεται εἰς ἄγγελον φωτός. Οὐ μέγα οὖν, εἰ καὶ οἱ διάκονοι αὐτοῦ μετασχηματίζονται ὡς διάκονοι δικαιοσύνης. Ἐπεὶ οὖν οὗτοι μυρίας εὑρόντες κατ' αὐτοῦ διαβολὰς, τοὺς μαθητὰς ἔβλαπτον, οὐ τὴν προσήκουσαν περὶ αὐτοῦ πείθοντες αὐτοὺς ἔχειν δόξαν, ἀναγκάζεται λοιπὸν εἰς διήγησιν τῶν οἰκείων ἐγκωμίων ἐμπεσεῖν· οὐδὲ γὰρ ἦν τὸ σιγᾷν λοιπὸν ἀσφαλές. Ἐπεὶ οὖν μέλλει τοὺς οἰκείους ἄθλους ἡμῖν ἐξηγεῖσθαι, καὶ τὰς ἀποκαλύψεις, ἃς εἶδε, καὶ τοὺς μόχθους, οὓς ἐμόχθησε, βουλόμενος δεῖξαι πᾶσιν, ὅτι ἄκων καὶ βιαζόμενος τοῦτο ποιεῖ, καὶ ἀνάγκην οὖσαν ὁρῶν, ὅμως ἀφροσύνης αὐτὸ πρᾶγμα ἐκάλεσεν, οὕτως εἰπών· Ὄφελον ἀνείχεσθέ μου μικρὸν τῇ ἀφροσύνῃ. Μέλλω, φησὶ, πρᾶγμα ἀνόητον ποιεῖν, καὶ ἐμαυτὸν ἐγκωμιάζειν καὶ ἐπαινεῖν· ἀλλ' οὐκ ἐγὼ τούτων αἴτιος, ἀλλ' οἱ εἰς τοιαύτην με ἀνάγκην ἐμβαλόντες· διὰ τοῦτο παρακαλῶ ὑμᾶς ἀνασχέσθαι, κἀκείνοις τὴν αἰτίαν λογίσασθαι.

Καὶ ὅρα τὴν Παύλου σύνεσιν· εἰπὼν, Ὄφελον ἀνείχεσθέ μου μικρὸν τῇ ἀφροσύνῃ· ἀλλὰ καὶ ἀνέχεσθέ
204 A μου· ζηλῶ γὰρ ὑμᾶς Θεοῦ ζήλῳ, οὐκ εὐθέως ἦλθεν ἐπὶ τὴν διήγησιν τῶν ἐγκωμίων, ἀλλὰ μεταξὺ πάλιν

ἐνθεὶς ῥήματα, οὕτω πώς φησιν· Πάλιν λέγω, μή τις με δόξῃ ἄφρονα εἶναι· εἰ δὲ μή γε, κἂν ὡς ἄφρονα δέξασθέ με. Καὶ οὐδὲ οὕτως ἥψατο τῆς διηγήσεως, ἀλλὰ πάλιν ἐπάγει καὶ λέγει· Ὃ λαλῶ, οὐ λαλῶ κατὰ Κύριον, ἀλλ' ὡς ἐν ἀφροσύνῃ, ἐν ταύτῃ τῇ ὑποστάσει τῆς καυχήσεως. Καὶ οὐδὲ μετὰ ταῦτα τὰ ῥήματα ἐτόλμησε καθεῖναι, ἀλλὰ πάλιν ὁρμήσας ἀνακρούεται καί φησιν· Ἐπειδὴ πολλοὶ καυχῶνται κατὰ τὴν σάρκα, κἀγὼ καυχήσομαι· ἡδέως γὰρ ἀνέχεσθε τῶν ἀφρόνων, φρόνιμοι ὄντες. Εἶτα πάλιν ἀναδύεται καὶ ὀκνεῖ, καὶ ἕτερά τινα εἰπὼν, πάλιν ἐπάγει· Ἐν ᾧ δ' ἄν τις τολμᾷ, ἐν ἀφροσύνῃ λέγω, B τολμῶ κἀγώ. Καὶ τότε μόλις μετὰ τοσαύτας προδιορθώσεις κατετόλμησε τῆς διηγήσεως τῶν ἐγκωμίων. Καὶ καθάπερ ἵππος κρημνὸν ἀπότομον ὑπερβαίνειν μέλλων, ὁρμᾷ μὲν ὡς ὑπερβάλλεσθαι μέλλων, τὸ δὲ βάθος ἰδὼν ναρκᾷ καὶ συστέλλεται, εἶτα τὸν ἐπιβάτην ὁρῶν σφοδρότερον ἀναγκάζοντα, πάλιν ἐπιχειρεῖ, καὶ τὸ αὐτὸ τοῦτο πάσχει, καὶ τὴν ἀνάγκην ἐνδεικνύμενος καὶ τὴν βίαν, ἵσταται ἐπὶ πολὺ χρεμετίζων ἐπὶ τοῦ χείλους τῆς φάραγγος, ὅπως παραθαῤῥύνας ἑαυτὸν κατατολμήσῃ· οὕτω καὶ ὁ μακάριος Παῦλος καθάπερ ἐπὶ κρημνόν τινα μέλλων ἑαυτὸν C ἀφιέναι, τῶν οἰκείων ἐγκωμίων τὴν διήγησιν, καὶ ἅπαξ καὶ δὶς καὶ τρὶς καὶ πολλάκις ἀναδύεται οὕτω λέγων· Ὄφελον ἀνείχεσθέ μου μικρὸν τῇ ἀφροσύνῃ· καὶ πάλιν, Μή τις με δόξῃ ἄφρονα εἶναι· εἰ δὲ μή γε, κἂν ὡς ἄφρονα δέξασθέ με· καὶ, Ὃ λαλῶ, οὐ λαλῶ κατὰ Κύριον, ἀλλ' ὡς ἐν ἀφροσύνῃ, ἐν ταύτῃ τῇ ὑποστάσει τῆς καυχήσεως· καὶ πάλιν, Ἐπεὶ πολλοὶ καυχῶνται κατὰ σάρκα, κἀγὼ καυχήσομαι· ἡδέως γὰρ ἀνέχεσθε τῶν ἀφρόνων, φρόνιμοι ὄντες· καὶ παλιν, Ἐν ᾧ δ' ἄν τις τολμᾷ, ἐν ἀφροσύνῃ λέγω, τολμῶ κἀγώ. Καὶ μυριάκις ἑαυτὸν ἄφρονα καλέσας καὶ ἀνό- D ητον, τότε μόλις ἐτόλμησεν ἐλθεῖν εἰς τοὺς ἐπαίνους τοὺς ἑαυτοῦ· Ἑβραῖοί εἰσι; κἀγώ· Ἰσραηλῖταί εἰσι; κἀγώ· σπέρμα Ἀβραάμ εἰσι; κἀγώ· διάκονοι Χριστοῦ εἰσι; κἀγώ. Καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα ἐπελάθετο ἑαυτοῦ, ἀλλὰ πάλιν τίθησι τὴν προδιόρθωσιν, οὕτως ἐπάγων· Παραφρονῶν λαλῶ, ὑπὲρ ἐγώ. Καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα ἔστη, ἀλλὰ μετὰ τὸ διηγήσασθαι πάντα αὐτοῦ τὰ ἐγκώμια, λέγει· Γέγονα ἄφρων καυχώμενος· ὑμεῖς με ἠναγκάσατε. Ὡσεὶ ἔλεγεν, ἐκείνων μοι λόγος οὐδεὶς ἦν, εἰ τὰ ὑμέτερα ἦν ἐῤῥωμένα, εἰ μὴ παρετρέπεσθε, μηδὲ ἐσαλεύεσθε. Καὶ γὰρ εἰ διαπαντὸς ἡμᾶς ἔλεγον ἐκεῖνοι κακῶς, οὐδεμία μοι βλάβη διὰ τῆς

dum narrationem venit, sed interpositis verbis, sic infert : *Iterum dico, ne quis me putet in-* 2. Cor. 11. *sipientem esse : alioquin velut insipientem* 16. *accipite me.* Neque tamen sic ad enarrationem venit, sed iterum subjungit ac dicit : *Quod* Ib. v. 17. *loquor, non loquor secundum Dominum, sed quasi in insipientia, in hac substantia gloriæ.* Nec etiam post hæc audet ingredi, sed rem differt ac dicit : *Quoniam multi gloriantur* Ib. v. 18. *secundum carnem, et ego gloriabor ; liben-* 19. *ter enim suffertis insipientes, cum sitis ipsi sapientes.* Quin etiam postea refugit et cunctatur, ac quibusdam interjectis rursum infert : *In quo quis audet, in insipientia dico, audeo* Id. v. 21. *et ego.* Ac tunc demum, post tot præmissas excusationes, laudum commemorationem vix audet aggredi. Ac quemadmodum equus præcipitium et præruptum transilire parans, conatum intendit ut transeat, ut vero profunditatem intuetur, obstupescit contrahiturque, hinc ubi videt equitem acrius instare, rursus tentat, idipsumque quod antea, patitur, necessitatem vimque sibi illatam ostendens, stat diu hinniens ad oram prærupti, ut sibi animos faciens demum transilire audeat : sic et beatus Paulus, tamquam in præcipitium quoddam sese mox demissurus, nempe in propriarum laudum commemorationem, semel, iterum et tertio, imo pluries retrocedit, sic dicens : *Utinam sustineretis modicum quid insipientiæ meæ* : et iterum, *Ne quis me putet insipientem esse : alioquin velut insipientem accipite me ;* et, *Quod loquor, non loquor secundum Dominum, sed quasi in insipientia, in hac substantia gloriæ ;* ac rursum, *Quoniam multi gloriantur secundum carnem, et ego gloriabor ; libenter enim suffertis insipientes, cum sitis ipsi sapientes ;* iterumque, *In quo quis audet, in insipientia dico, audeo et ego.* Ac postquam sexcenties se stultum et insipientem appellavit, vix tandem audet in proprias laudes descendere : *Hebræi sunt, et ego : Israelitæ* Ib. v. 22. *sunt, et ego : semen Abrahæ sunt, et ego : mi-* 23. *nistri Christi sunt, et ego.* At neque hic oblitus est sui, sed rursum correctionem apponit, sic addens, *Ut minus sapiens dico, plus ego.* Ibid. Neque hic gradum sistit, sed postquam omnes laudes suas enarraverat, sic loquitur : *Factus* 2. Cor. 12. *sum insipiens gloriando, vos me coegistis.* Ac 11. si diceret : Eos ego nihili ducebam, si res vestræ bene se haberent, nisi eversi fuissetis, nisi vacillassetis. Nam etsi semper illi me maledictis impetiissent, nihil ex eorum maledictis mihi detri-

menti accedebat. Quia vero gregem vidi pessumdari, discipulos resilientes, rem gravem et onerosam despexi, et insipiens fieri coactus sum, dum laudes meas propter vos vestramque salutem decanto.

Sancti peccata sua facile, laudes vero suas nonnisi coacti enuntiant.

5. Hic enim mos sanctorum est: si quid mali fecerint, illud evulgant, quotidie deplorant, omnibusque palam faciunt; si vero quid magni ac generosi, occultant et oblivioni tradunt. Hic itaque sanctus peccata, nemine cogente, frequenter versabat et evulgabat, modo dicens, *Christus Jesus venit in mundum, ut peccatores salvaret, quorum primus sum ego* : modo autem, *Gratias ago ei, qui me confortavit, Christo, quia fidelem me existimavit, ponens in ministerio, qui prius blasphemus fui, et persequutor et contumeliosus : sed misericordiam consequutus sum, quia ignorans feci in incredulitate;* ac rursum, *Novissime autem omnium tamquam abortivo visus est et mihi : ego enim sum minimus apostolorum, qui non sum dignus vocari apostolus, quoniam persequutus sum Ecclesiam Dei;* ac rursum, *Mihi omnium sanctorum minimo data est hæc gratia.* Viden' quomodo non apostolorum modo, sed etiam simpliciter fidelium omnium se minimum vocet? *Mihi minimo omnium sanctorum*, inquit, *data est gratia hæc.* Ita neque salute, quam consequutus est, se dignum esse dicit: cum enim dixerit, *Christus Jesus venit in mundum, ut peccatores salvaret, quorum primus ego sum* : audi qua de causa id dicat: *Sed ideo misericordiam consequutus sum, ut in me primo ostenderet Christus Jesus omnem patientiam ad informationem eorum, qui credituri sunt illi, in vitam æternam.* Horum autem sensus est: Non ob condignam vitæ mutationem misericordiam consequutus sum: cave id existimes; sed ut nemo eorum, qui in nequitia vixerunt, etiamsi Christo bellum fecerit, desperaret, dum extremum omnium, quo nullus umquam infestior Christo fuit, salutem consequutum videret. Siquidem Christus dicit, *Quoniam vas electionis est mihi, ut portet nomen meum coram gentibus et regibus;* hic vero tot laudibus non intumescens, post tantam fiduciam se miserum prædicare pergit, se primum peccatorum vocans, atque ideo misericordiam consequutum dicens, ut nemo vel eorum qui ad extremum nequitiæ devenerint, de propria salute desperaret, dum se sibique collatum beneficium respiceret.

1 Tim. 1. 15.
Ib. v. 12. 13.
1. Cor. 15. 8. 9.
Ephes. 3. 8.
1. Tim. 1. 15.
Ib. v. 16.
Act. 9. 15.

E ἐκείνων ἐγίνετο κακηγορίας. Ἐπειδὴ δὲ εἶδον τὸ ποίμνιον διαφθειρόμενον, τοὺς μαθητὰς ἀποπηδῶντας, κατεφρόνησα φορτικοῦ πράγματος καὶ ἐπαχθοῦς, καὶ ἠναγκάσθην ἄφρων γενέσθαι, τὰ ἐμαυτοῦ λέγων ἐγκώμια δι' ὑμᾶς καὶ τὴν ὑμετέραν σωτηρίαν.

Τοιοῦτον γὰρ τῶν ἁγίων τὸ ἔθος· εἰ μέν τι πράξαιεν φαῦλον, ἐκπομπεύουσιν αὐτὸ, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν θρηνοῦσι καὶ πᾶσι ποιοῦσι κατάδηλον· εἰ δέ τι γενναῖον καὶ μέγα, ἀποκρύπτουσι καὶ λήθῃ παραπέμπουσιν. Αὐτὸς γοῦν οὗτος ὁ ἅγιος τὰ μὲν ἁμαρ- 295
A τήματα καὶ μηδενὸς βιαζομένου, συνεχῶς ἔστρεφε καὶ ἐξεπόμπευε, νῦν μὲν λέγων, Χριστὸς Ἰησοῦς ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον ἁμαρτωλοὺς σῶσαι, ὧν πρῶτός εἰμι ἐγώ· νῦν δὲ λέγων, Χάριν ἔχω τῷ ἐνδυναμώσαντί με Χριστῷ, ὅτι πιστόν με ἡγήσατο, θέμενος εἰς διακονίαν τὸν πρότερον ὄντα βλάσφημον καὶ διώκτην καὶ ὑβριστήν· ἀλλ' ἠλεήθην, ὅτι ἀγνοῶν ἐποίησα ἐν ἀπιστίᾳ· καὶ πάλιν, Ἔσχατον δὲ πάντων ὡσπερεὶ τῷ ἐκτρώματι ὤφθη κἀμοί· ἐγὼ γάρ εἰμι ὁ ἐλάχιστος τῶν ἀποστόλων, ὃς οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς καλεῖσθαι ἀπόστολος, ὅτι ἐδίωξα τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ· καὶ
B πάλιν, Ἐμοὶ τῷ ἐλαχιστοτέρῳ πάντων ἁγίων ἐδόθη ἡ χάρις αὕτη. Ὁρᾷς πῶς οὐ τῶν ἀποστόλων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἁπλῶς τῶν πιστῶν ἁπάντων ἔσχατον ἑαυτὸν καλεῖ, Ἐμοὶ τῷ ἐλαχιστοτέρῳ, εἰπὼν, πάντων τῶν ἁγίων ἐδόθη ἡ χάρις αὕτη; Οὕτως οὐδὲ τῆς σωτηρίας, δι' ἧς ἐσώθη, ἄξιος εἶναί φησιν· εἰπὼν γὰρ ὅτι Χριστὸς Ἰησοῦς ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον ἁμαρτωλοὺς σῶσαι, ὧν πρῶτός εἰμι ἐγώ· ἄκουσον καὶ διὰ ποίαν αἰτίαν τοῦτο λέγει· Ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἠλεήθην, ἵνα ἐν ἐμοὶ πρῶτον ἐνδείξηται Ἰησοῦς Χριστὸς τὴν
C πᾶσαν μακροθυμίαν πρὸς ὑποτύπωσιν τῶν μελλόντων πιστεύειν ἐπ' αὐτῷ εἰς ζωὴν αἰώνιον. Ὃ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστιν· οὐ διὰ τὴν ἀξίαν μετάθεσιν τοῦ βίου ἠλεήθην, μὴ τοῦτο νομίσῃς· ἀλλ' ἵνα μηδεὶς ἀπογνῷ τῶν ἐν κακίᾳ βεβιωκότων, μηδὲ τῶν τῷ Χριστῷ πολεμησάντων, τὸν πάντων ἔσχατον, καὶ μεθ' ὃν οὐδεὶς ἦν ἕτερος οὕτω πολέμιος τῷ Χριστῷ, σωθέντα ὁρῶν. Καὶ ὁ μὲν Χριστός φησιν, Ὅτι σκεῦος ἐκλογῆς μοί ἐστι τοῦ βαστάσαι τὸ ὄνομά μου ἐνώπιον ἐθνῶν καὶ βασιλέων· οὗτος δὲ οὐδὲν ὑπὸ τῶν ἐγκωμίων ἐκείνων φυσηθεὶς, μένει ταλανίζων ἑαυτὸν μετὰ τοσαύτην παρρησίαν, πρῶτον τῶν ἁμαρτωλῶν ἑαυ-
D τὸν καλῶν, καὶ διὰ τοῦτο ἠλεῆσθαι λέγων, ἵνα μηδεὶς τῶν πρὸς ἐσχάτην ἐληλακότων κακίαν ἀπογνῷ τῆς οἰκείας σωτηρίας, πρὸς αὐτὸν καὶ τὴν εἰς αὐτὸν γενομένην φιλανθρωπίαν βλέπων.

Τὰ μὲν οὖν ἁμαρτήματα, καὶ μηδεμιᾶς οὔσης ἀνάγκης, ἐκπομπεύει καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς αὐτοῦ πάσαις, στηλιτεύων καὶ δῆλα ποιῶν οὐχὶ τοῖς τότε μόνον ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ τοῖς μετὰ ταῦτα ἐσομένοις πᾶσι· τὰ δὲ ἐγκώμια, καὶ ἀνάγκην οὖσαν ὁρῶν, ὅμως ὀκνεῖ καὶ ἀναδύεται διηγήσασθαι. Καὶ τοῦτο δῆλον μὲν ἐξ ὧν μυριάκις ἀφροσύνην τὸ πρᾶγμα ἐκάλεσε, δῆλον δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ χρόνου παντὸς, E ὃν ἐσίγησε τὴν θαυμαστὴν καὶ θείαν ἀποκάλυψιν ἐκείνην· οὐ γὰρ δὴ τότε, οὐδὲ πρὸ δύο καὶ τριῶν καὶ δέκα ἐτῶν, ἀλλὰ πολλῷ πλειόνων ἦν αὐτὴν ἑωρακώς. Διὰ τοῦτο καὶ τὸν χρόνον αὐτὸν τίθησιν οὕτω λέγων· Οἶδα ἄνθρωπον πρὸ ἐτῶν δεκατεσσάρων ἁρπαγέντα ἕως τρίτου οὐρανοῦ· ἵνα σὺ μάθῃς, ὅτι οὐκ ἂν οὐδὲ τότε ἐφθέγξατο, εἰ μὴ πολλὴν εἶδεν ἀνάγκην ἐπικειμένην. Εἰ γὰρ ἐβούλετο τοὺς οἰκείους ἐπαίνους διεξιέναι, εὐθέως ἂν αὐτὴν εἶπεν, ὅτε εἶδεν, ἢ τῷ πρώτῳ καὶ δευτέρῳ καὶ τρίτῳ ἔτει· νυνὶ δὲ ἔτη δεκατέσσαρα ἐκαρτέρησε καὶ ἐσίγησε καὶ πρὸς οὐδένα ἐξεῖπεν, ἀλλὰ πρὸς Κορινθίους μόνον. Καὶ πότε; Ὅτε τοὺς 296 ψευδαποστόλους εἶδεν ἐπιφυέντας, δεικνὺς ὅτι οὐδ' ἂν A τότε ἐφθέγξατο, εἰ μὴ τοσαύτην ἑώρα διαφθορὰν ἐν τοῖς μαθηταῖς γενομένην. Ἀλλ' οὐχ ἡμεῖς οὕτως, ἀλλὰ τοὐναντίον ἅπαν ποιοῦμεν· τῶν μὲν ἁμαρτημάτων οὐδὲ μίαν μεμνήμεθα ἡμέραν, ἀλλὰ κἂν ἑτέρων μνησθέντων ἀκούσωμεν, ἀγανακτοῦμεν, δυσχεραίνομεν, ὕβριν τὸ πρᾶγμα λογιζόμεθα, μυρίαις αὐτοὺς πλύνομεν λοιδορίαις· εἰ δέ τι μικρὸν [a] ἐργασώμεθα ἀγαθὸν, τοῦτο συνεχῶς στρέφομεν, καὶ τοῖς μεμνημένοις αὐτὸ χάριν ἴσμεν, καὶ φίλους τοὺς τοιούτους εἶναι νομίζομεν· καίτοι γε ὁ Χριστὸς τὸ ἐναντίον ἐπέταξε, κατορθωμάτων μὲν ἐπιλελῆσθαι, ἁμαρτημάτων δὲ B μεμνῆσθαι. Καὶ τοῦτο δῆλον μὲν ἡμῖν ἐποίησε καὶ δι' ὧν τοῖς μαθηταῖς παρῄνει λέγων· Ὅταν πάντα ποιήσητε, λέγετε ὅτι ἀχρεῖοι δοῦλοί ἐσμεν· καὶ διὰ τῆς τοῦ Φαρισαίου παραβολῆς, τὸν τελώνην αὐτοῦ προθείς. Ὥσπερ γὰρ τοῦτον ἡ μνήμη τῶν ἁμαρτημάτων ἐδικαίωσεν, οὕτως ἐκεῖνον ἡ μνήμη τῶν κατορθωμάτων ἀπώλεσε. Καὶ Ἰουδαίοις δὲ ὁ Θεὸς τὰ αὐτὰ δὴ ταῦτα παραινεῖ, λέγων οὕτως· Ἐγώ εἰμι αὐτὸς ὁ ἐξαλείφων τὰς ἁμαρτίας σου, καὶ οὐ μὴ μνησθῶ· σὺ δὲ μνήσθητι.

Τοιοῦτον τῶν ἀποστόλων τὸ ἦθος ἦν, τοιοῦτον τῶν προφητῶν καὶ τῶν δικαίων ἁπάντων. Ὁ γοῦν Δαυὶδ τῆς μὲν ἁμαρτίας τῆς ἑαυτοῦ συνεχῶς ἐμέμνητο, τῶν δὲ κατορθωμάτων οὐδαμοῦ, πλὴν εἴ ποτε κατηναγκάσθη. C Ὅτε γοῦν ὁ βαρβαρικὸς ἐκεῖνος πόλεμος τὴν Ἰουδαίαν κατέλαβε, καὶ πάντα κινδύνων ἦν μεστὰ, νέος ὢν ἔτι καὶ πολέμων ἄπειρος, καταλιπὼν τὰ

6. Peccata itaque sua, nulla coactus necessitate quotidie evulgat in omnibus epistolis suis; illaque traducit et declarat non illius temporis hominibus tantum, sed etiam omnibus post futuris; laudes vero, etiam instante necessitate, narrare cunctatur et refugit. Id sane vel ex eo palam est, quod id sexcenties insipientiam vocet, palam item est ex tanto tempore, quo mirabilem illam et divinam revelationem tacuit: non enim tunc, vel ante duos tresve aut decem annos, sed ante multo plures illam viderat. Quamobrem ipsum tempus assignat his verbis: *Scio hominem* 2. Cor. 12. 2.
ante annos quatuordecim raptum ad tertium cælum: ut tu disceres, ne tunc quidem ita loquuturum fuisse, nisi magna urgente necessitate. Si namque voluisset laudes suas recensere, statim atque vidisset eam, declarasset, vel saltem primo, vel secundo aut tertio anno: at ille quatuordecim annis in silentio perseveravit, et nemini dixit, nisi Corinthiis tantum. Quandonam? Cum pseudoapostolos vidit insurgentes, declarans se ne tunc quidem dicturum fuisse, nisi tantam vidisset corruptionem discipulos invadere. At nos non item: sed prorsus contrarium facimus. Peccatorum ne uno quidem die recordamur; sed si quospiam ea commemorare audiamus, indignamur, ægre ferimus, contumeliam id esse putamus, innumeris illos maledictis incessimus; si quid autem boni præstemus, in ore frequenter versamus, id commemorantibus gratiam habemus, illosque nobis amicos existimamus: licet Christus contrarium præceperit, ut recte factorum quidem obliviscamur, peccatorum vero recordemur. Quod nobis declaravit dum sic discipulos cohortaretur: *Cum omnia feceritis, dicite, quoniam servi inutiles sumus;* et in parabola Pharisæi, cui publicanum præposuit. Quemadmodum enim hunc peccatorum commemoratio justificavit, sic et illum recte factorum memoria perdidit. Judæis quoque Deus eadem monita tradit, his verbis: *Ego sum ipse, qui deleo peccata tua, et non recordabor; tu vero recordare.*

Luc. 17. 10.
Isai. 43. 25.

7. Hic mos erat apostolorum, hic prophetarum et justorum omnium. David enim peccati sui jugiter recordabatur, bonorum operum nusquam nisi forte cogente necessitate. Cum ergo barbaricum illud bellum Judæam vexabat, omniaque periculis plena erant; cum ille juvenis adhuc esset et belli imperitus, relicti

1. Reg. 17.

[a] [Savil. ἐργασόμεθα. Leg. ἂν .. ἐργασώμ.]

ovibus in aciem descendit, cumque omnes exterritos, formidantes ac trementes cerneret, nihil humanum passus est, neque cæteros abjectos videns formidolosus fuit, sed fide omnia, quæ conspiciebantur, transcendens, ad Regem cælorum respiciens, multam animo alacritatem concepit, et ad milites fratresque suos accessit, pollicens se ab instanti periculo ipsos liberaturum. Cum autem dictum irriderent fratres ejus (neque enim videbant Deum intus illum concitantem, neque noverant animum illum generosum, ad cælum usque pertingentem, magnaque fiducia plenum), illis relictis, alios adiit. Ubi autem illum adduxissent ad regem, quem timore emortuum reperit : primo is illius animum erigit, his verbis,
1. Reg. 17. 32. *Ne concidat cor domini mei super ipso, quia servus tuus ibit et pugnabit cum hoc alienigena.* Cum autem ille non fidem haberet ac diceret,
Ib. v. 33 *Non poteris ire ; tu puer es, ille autem vir bellator a juventute sua,* in ancipiti constitutus David cogitur proprias efferre laudes. Quod enim id nollet, ex prioribus arguitur, quandoquidem nec fratribus suis de rebus a se fortiter gestis quidpiam dixerat, ut neque militibus, imo ne ipsi regi, donec vidit eum non credere, contendere et congressum suum contra adversarium impedire. Quid tunc faciendum restabat ? an tacendæ laudes erant ? At non sivisset egredi, et ab imminenti periculo liberare. Ideo cum tacuisset, quando tacere oportebat, ubi vidit temporis rationem id postulare ut loqueretur, non ultra tacuit, sed sic eum alloquutus est :
1. Reg. 17. 34.-36. *Pascens eram servus tuus gregem patris mei, et cum veniret leo aut ursus, et acciperet ovem de grege, egrediebar post eum, et percutiebam eum, et extrahebam ab ore ejus, et apprehendebam guttur ejus, et occidebam eum : ac leonem et ursum percussit servus tuus : et erit alienigena hic et incircumcisus sicut unus ex eis.* Vides quomodo declaravit qua de causa ab se fortiter gesta commemoraverit ? Tum scilicet rex assumta fiducia, jussit abire. Abiit porro, pugnavit et vicit. At nisi laudes suas enarrasset, nequaquam rex illi monomachiam ejusmodi concessisset ; si non credidisset, non sivisset eum in aciem descendere ; si non sivisset, victoriam impedivisset : impedita autem victoria, neque Deus tunc glorificatus, neque civitas ab urgentibus malis liberata esset. Ne igitur tot absurda contingerent, neque tantæ dispensationis opus præpediretur, coactus est David proprias recensere victorias. Ut enim

πρόβατα, καὶ εἰς τὴν παράταξιν ἐλθὼν, πάντας κατεπτηχότας βλέπων καὶ δεδοικότας καὶ τρέμοντας, οὐδὲν ἔπαθεν ἀνθρώπινον, οὐδὲ ἐγένετο δειλότερος τοὺς οἰκείους τεταπεινωμένους ὁρῶν· ἀλλὰ τῇ πίστει πάντα τὰ βλεπόμενα ὑπερβὰς, καὶ πρὸς τὸν βασιλέα τῶν οὐρανῶν ἰδὼν, καὶ πολλῆς ἑαυτὸν ἐμπλήσας προθυμίας, προσῆλθε τοῖς στρατιώταις καὶ τοῖς ἀδελ-
D φοῖς, ἐπαγγελλόμενος ἀπαλλάσσειν αὐτοὺς τοῦ κατέχοντος κινδύνου. Ὡς δὲ ἐγέλασαν τὸ εἰρημένον οἱ ἀδελφοὶ (οὐ γὰρ ἑώρων τὸν ἔνδον αὐτὸν ἀλείφοντα Θεὸν, οὐδὲ τὴν ψυχὴν τὴν γενναίαν ἐκείνην, καὶ οὐρανομήκη, καὶ πολλῆς γέμουσαν φιλοσοφίας), καταλιπὼν ἐκείνους, πρὸς ἑτέρους ἀπῆλθεν. Ὡς δὲ πρὸς τὸν βασιλέα αὐτὸν εἰσήγαγον, καὶ εὗρεν αὐτὸν ἀποτεθνηκότα τῷ δέει, πρῶτον αὐτοῦ διανίστησι τὸ φρόνημα, οὕτω λέγων· Μὴ συμπεσέτω ἡ καρδία τοῦ κυρίου μου ἐπ' αὐτὸν, ὅτι ὁ δοῦλός σου πορεύσεται καὶ πολεμήσει μετὰ τοῦ ἀλλοφύλου τούτου. Ἐπειδὴ δὲ ἐκεῖνος ἠπίστει λέγων, Οὐ δυνήσῃ πορευθῆναι· σὺ
E παιδάριον εἶ, αὐτὸς δὲ ἀνὴρ πολεμιστὴς ἐκ νεότητος αὐτοῦ, ἐν ἀπορίᾳ ὢν λοιπὸν ὁ Δαυὶδ ἀναγκάζεται τὰ οἰκεῖα διηγεῖσθαι ἐγκώμια. Ὅτι γὰρ οὐκ ἐβούλετο, διὰ τῶν προτέρων ἔδειξεν, οὔτε πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς εἰπών τι τῶν αὐτοῦ κατορθωμάτων, οὔτε πρὸς τοὺς στρατιώτας, ἀλλ' οὐδὲ πρὸς αὐτὸν τὸν βασιλέα, ἕως εἶδεν αὐτὸν ἀπιστοῦντα καὶ ἀγωνιῶντα καὶ κωλύοντα τὴν ἔφοδον τὴν κατ' ἐκείνου. Τί γὰρ ἔδει πρᾶξαι λοιπόν ; σιγῆσαι τὰ ἐγκώμια ; Ἀλλ' οὐκ ἂν ἐπέτρεψεν
297 ἀπελθεῖν, οὐδὲ ἀπαλλάξαι τῶν κατεχόντων κινδύνων.
A Διὰ τοῦτο σιγήσας ἡνίκα ἔδει, ἐπειδὴ τὸν καιρὸν εἶδε καταναγκάζοντα εἰπεῖν, οὐκ ἔτι σιγᾷ, ἀλλά φησι πρὸς αὐτόν· Ποιμαίνων ἤμην ὁ δοῦλός σου ἐν τῷ ποιμνίῳ τοῦ πατρός μου, καὶ ὅταν ἤρχετο λέων ἢ ἄρκτος, καὶ ἐλάμβανε πρόβατον ἐκ τῆς ἀγέλης, ἐξηρχόμην κατόπισθεν αὐτοῦ, καὶ ἐπάτασσον αὐτὸν, καὶ ἐξέσπων ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ ἐκράτουν τοῦ φάρυγγος αὐτοῦ, καὶ ἐθανάτουν αὐτόν· καὶ τὸν λέοντα καὶ τὴν ἄρκτον ἔτυπτεν ὁ δοῦλός σου· καὶ ἔσται ὁ ἀλλόφυλος οὗτος καὶ ἀπερίτμητος, ὡς ἓν τούτων. Ὁρᾷς πῶς ἐδήλωσε τίνος ἕνεκεν εἶπε τὰ οἰκεῖα κατορθώματα ; Τότε δὴ, τότε θαῤῥήσας ὁ βασιλεὺς λοιπὸν ἐκέλευσεν ἀπελθεῖν. Καὶ ἀπῆλθε, καὶ παρε-
B τάξατο, καὶ ἐνίκησεν· Εἰ δὲ μὴ ἐγκώμια εἶπεν, οὐκ ἂν αὐτῷ τὴν μονομαχίαν ἐκείνην ἐπίστευσεν ὁ βασιλεύς· μὴ πιστεύσας δὲ, οὐκ ἂν ἀφῆκεν αὐτὸν εἰς τὴν παράταξιν ἀπελθεῖν· μὴ ἀφεὶς δὲ, διεκώλυσεν ἂν τὸ κατόρθωμα· τοῦ δὲ κατορθώματος κωλυθέντος, οὔτε ὁ Θεὸς ἂν ἐδοξάσθη τότε, οὔτε ἡ πόλις τῶν ἐπικειμένων ἀπηλλάγη κινδύνων. Ἵν' οὖν μὴ τοσαῦτα γένηται ἄτοπα, μηδὲ οἰκονομίας μέγεθος κωλυθῇ τοσοῦτον, ἠναγκάσθη τοὺς οἰκείους ἄθλους εἰπεῖν ὁ Δαυίδ. Ὥσπερ γὰρ σιγᾷν ἴσασιν, οὐδεμιᾶς οὔσης

ἀνάγκης, οὕτω καὶ λέγειν ἐπίστανται, ἐπειδὰν πολλὴν ἴδωσι βίαν ἐπικειμένην.

8. Quis vidit, quis audivit in magistrorum ærumnis plus solatii capere discipulos? Quomodo non timuerunt? qui fieri potuit, ut Paulo non dicerent: *Medice, cura teipsum*: erue te Luc. 4. 23. ipsum ab iis, quibus constringeris, malis, et tunc nobis innumera bona conciliabis. Cur hoc non dixerunt? Quam ob rem? quoniam edocti erant a gratia Spiritus, hæc non ex infirmitate, sed ex permissione Christi fieri, ut veritas magis effulgeret, per vincula, per carceres et ærumnas, angustiasque aucta, et majorem in modum evecta. Sic virtus Christi in infirmitate perficitur. Si 2. Cor. 12. enim vincula Paulum supplantassent, et timi- 9. diorem reddidissent, sive illum, sive eos, qui ipsi hærebant, tunc formidandum erat; sin majorem fiduciam indiderunt, et ad ampliorem gloriam evexerunt, obstupescere ac mirari oportet, quomodo per rem ignominia plenam gloria discipulo conciliaretur; perque rem quæ metum incutere debebat, fiducia et consolatio illis omnibus pareretur. Quis enim non tum obstupescebat,

virum cernens catena constrictum? Tunc maxime dæmones fugiebant, cum viderent eum in carcere degentem. Neque enim diadema regium caput perinde conspicuum facit, atque catenæ manus illius, non quidem suapte natura, sed per gratiam in ipsis efflorescentem. Hinc magna consolatio discipulis. Videbant enim corpus vinctum, linguam vero minime ligatam; manus ligatas, sed verbum solutum, quod velocius quam solaris radius totum mundum percurreret. Eratque id illis consolationi, cum per opera ediscerent, nullam rerum præsentium esse gravem. Anima quippe, cum amore desiderioque divino vere corripitur, ad nullam rerum præsentium sese convertit; sed quemadmodum furiosi et ignem et ferrum, et feras et mare et omnia adire nihil dubitant: sic et hi pulcherrimo quodam et spirituali furore correpti, furore, inquam, qui a temperantia proficiscitur, visibilia omnia deridebant. Quapropter cum magistrum cernerent vinctum, magis exsultabant et gaudebant, per ipsa opera adversariis declarantes, se undique invictos insuperabilesque esse.

Catenæ Pauli magnæ consolationi discipulis erant.

9. Tunc igitur, cum res ita se haberent, quidam Pauli inimici, cum vellent acrius bellum movere, et tyrannum ad majorem adversus illum inimicitiam inflammare, se prædicare simulabant, et revera prædicabant rectam sanamque fidem, ut doctrina augeretur: illud vero faciebant, non ut fides disseminaretur, sed ut hoc comperto Nero, quod nempe prædicatio cresceret, et doctrina invalesceret, citius Paulum in barathrum conjiceret. Duo itaque magisteria erant, Pauli nempe discipulorum, ejusdemque inimicorum, illis ex veritate, his ex contentione et odio Pauli prædicantibus. (Philipp. 1. 15.) Hæc porro declarans dicebat ille: *Quidam propter invidiam et contentionem Christum prædicant,* proprios indicans adversarios; (Ib.) *Quidam propter bonam voluntatem,* de suis loquens discipulis. (Ib. v. 17.) Deinde rursum de illis: *Alii quidem ex contentione,* inimici nempe, non caste, non sincere, sed *Existimantes se pressuram suscitare vinculis meis; alii vero ex caritate;* (Ib. v. 16.) rursus hoc dicit de discipulis suis: *Scientes quoniam in defensionem evangelii positus sum. Quid enim? Dum omni modo, sive per occasionem, sive per veritatem, Christus annuntietur.* (Ib. v. 18.) Itaque frustra et incassum hoc dictum de hæresibus accipitur. Nam qui tunc prædicabant, non corruptam doctrinam annuntiabant, sed fidem sanam et rectam. Etenim si

δαίμονες ἐδραπέτευον μᾶλλον, ὅτε ἑώρων αὐτὸν ἐν δεσμωτηρίῳ διατρίβοντα. Οὐ γὰρ οὕτω βασιλικὴν κεφαλὴν λαμπρὰν τὸ διάδημα ποιεῖ, ὡς τὰς ἐκείνου χεῖρας ἡ ἅλυσις, οὐ παρὰ τὴν οἰκείαν φύσιν, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἀπανθοῦσαν αὐταῖς χάριν. Διὰ τοῦτο πολλὴ παράκλησις ἐγίνετο τοῖς μαθηταῖς. Καὶ γὰρ ἑώρων τὸ μὲν σῶμα δεδεμένον, τὴν δὲ γλῶτταν οὐ δεδεμένην· 307 A τὰς μὲν χεῖρας ἐσφιγμένας, τὸν δὲ λόγον λελυμένον, καὶ τῆς ἀκτῖνος τῆς ἡλιακῆς ταχύτερον τὴν οἰκουμένην ἐπιτρέχοντα πᾶσαν. Καὶ τοῦτο αὐτοῖς παράκλησις ἐγίνετο διὰ τῶν ἔργων μανθάνουσιν, ὅτι οὐδὲν τῶν παρόντων δεινόν. Καὶ γὰρ ὅταν ὑπὸ θείου πόθου καὶ ἔρωτος ἡ ψυχὴ βαφεῖσα τύχῃ γνησίως, πρὸς οὐδὲν ἐπιστρέφεται τῶν παρόντων· ἀλλ' ὥσπερ οἱ μαινόμενοι καὶ πυρὸς καὶ σιδήρου καὶ θηρίων καὶ πελάγους καὶ πάντων κατατολμῶσιν, οὕτω καὶ οὗτοι μανίαν τινὰ καλλίστην καὶ πνευματικωτάτην μανέντες, μανίαν ἀπὸ σωφροσύνης γινομένην, πάντων κατεγέλων τῶν ὁρωμένων. Διὰ τοῦτο δεδεμένον ὁρῶντες τὸν διδάσκαλον, μᾶλλον ἐσκίρτων, μᾶλλον ἠγάλλοντο, διὰ B τῶν ἔργων τοῖς ἐναντίοις διδόντες ἀπόδειξιν, ὅτι πάντοθέν εἰσιν ἀνάλωτοι καὶ ἀχείρωτοι.

Τότε τοίνυν, ὅτε ἐν τούτοις τὰ πράγματα ἦν, τινὲς τῶν ἐχθρῶν τῶν Παύλου βουλόμενοι τὸν πόλεμον ἀναῤῥιπίσαι χαλεπώτερον, καὶ μείζονα τοῦ τυράννου ποιῆσαι τὴν πρὸς αὐτὸν ἀπέχθειαν, προσεποιοῦντο καὶ αὐτοὶ κηρύττειν, καὶ ἐκήρυττον τὴν ὀρθὴν καὶ ὑγιῆ πίστιν ὑπὲρ τοῦ τὸ δόγμα ἐπιδοῦναι μειζόνως· τοῦτο δὲ ἐποίουν, οὐχὶ τὴν πίστιν σπεῖραι βουλόμενοι, ἀλλ' ἵνα μαθὼν ὁ Νέρων, ὅτι τὸ κήρυγμα αὔξεται καὶ τὸ δόγμα ἐπιδίδωσι, ταχύτερον τὸν Παῦλον ἐπὶ τὸ βά- C ραθρον ἀπαγάγῃ. Δύο τοίνυν ἦν διδασκαλεῖα, τῶν Παύλου μαθητῶν, καὶ τῶν ἐχθρῶν τῶν τοῦ Παύλου· τῶν μὲν ἐξ ἀληθείας κηρυττόντων, τῶν δὲ ἀπὸ φιλονεικίας καὶ τῆς πρὸς τὸν Παῦλον ἀπεχθείας. Καὶ ταῦτα δηλῶν ἔλεγε· Τινὲς μὲν διὰ φθόνον καὶ ἔριν τὸν Χριστὸν κηρύττουσιν, ἐκείνους ἐμφαίνων τοὺς ἐχθρούς· Τινὲς δὲ καὶ δι' εὐδοκίαν, περὶ τῶν ἑαυτοῦ μαθητῶν τοῦτο λέγων. Εἶτα πάλιν περὶ ἐκείνων, Οἱ μὲν ἐξ ἐριθείας, οἱ ἐχθροί· οὐχ ἁγνῶς, οὐχ ὑγιῶς, ἀλλ' Οἰόμενοι θλῖψιν ἐπιφέρειν τοῖς δεσμοῖς μου· οἱ δὲ ἐξ ἀγάπης· πάλιν τοῦτο περὶ τῶν ἀδελφῶν τῶν ἑαυτοῦ· Εἰδότες ὅτι εἰς ἀπολογίαν τοῦ εὐαγγελίου κεῖμαι. Τί γάρ; Πλὴν παντὶ τρόπῳ, εἴτε προφάσει, D εἴτε ἀληθείᾳ, Χριστὸς καταγγέλλεται. Ὥστε μάτην καὶ εἰκῇ ἐπὶ τῶν αἱρέσεων τοῦτο τὸ ῥῆμα παραλαμβάνεται. Οἱ γὰρ τότε κηρύττοντες οὐχὶ δόγμα διεφθαρμένον ἐκήρυττον, ἀλλὰ πίστιν ὑγιῆ καὶ ὀρθήν. Εἰ γὰρ δόγμα διεφθαρμένον ἐκήρυττον, καὶ ἕτερα παρὰ τὸν Παῦλον ἐδίδασκον, οὐκ ἔμελλεν αὐτοῖς προχωρεῖν, ὅπερ ἐβούλοντο. Τί δὲ ἐβούλοντο; Τῆς πί-

στεως αὐξηθείσης καὶ πολλῶν γενομένων τῶν Παύλου μαθητῶν, εἰς μείζονα πόλεμον τὸν Νέρωνα διεγεῖραι. Εἰ δὲ ἕτερα δόγματα ἐκήρυττον, οὐκ ἂν πολλοὺς ἐποίησαν τοὺς Παύλου μαθητάς· μὴ ποιοῦντες δὲ, E οὐκ ἂν παρώξυναν τὸν τύραννον. Οὐ τοίνυν τοῦτό φησιν, ὅτι διεφθαρμένα δόγματα εἰσῆγον, ἀλλ' ὅτι ἡ αἰτία, ἀφ' ἧς ἐκήρυττον, αὕτη ἦν διεφθαρμένη. Ἕτερον γάρ ἐστι λαλεῖν τὴν πρόφασιν τοῦ κηρύγματος, καὶ ἕτερον αὐτὸ τὸ κήρυγμα μὴ εἶναι ὑγιές. Τὸ μὲν γὰρ κήρυγμα οὐ γίνεται ὑγιὲς, ὅταν τὰ δόγματα ἧ πλάνης γέμοντα· ἡ πρόφασις δὲ οὐ γίνεται ὑγιὴς, ὅταν τὸ μὲν κήρυγμα ὑγιὲς ἦ, οἱ δὲ κηρύττοντες μὴ διὰ τὸν Θεὸν κηρύττωσιν, ἀλλ' ἢ πρὸς ἔχθραν, ἢ πρὸς χάριν ἑτέρων.

corruptam doctrinam prædicassent, et alia, quam Paulus docuissent, neutiquam illis accidisset id quod volebant. Quid autem volebant? Ut aucta fide, multisque additis Paulo discipulis, ad majus inferendum bellum Neronem excitarent. Si autem alia dogmata prædicassent, non multos fecissent Pauli discipulos : si non fecissent, non exasperassent tyrannum. Non illud itaque dicit, quod corrupta dogmata inducerent : sed quod causa propter quam prædicabant, vitiosa esset. Aliud quippe est prædicationis causam dicere, et aliud dicere prædicationem non sanam esse. Tunc enim doctrina non est sana, cum dogmata errore plena sunt; occasio autem non est sana, cum doctrina quidem sana est, qui vero prædicant, non propter Deum prædicant, sed aut propter inimicitiam, vel ad aliorum gratiam.

208 A Οὐ τοίνυν τοῦτό φησιν, ὅτι αἱρέσεις εἰσῆγον, ἀλλ' ὅτι οὐκ ἀπὸ προφάσεως ὀρθῆς, οὐδὲ δι' εὐλάβειαν ἐκήρυττον, ὅπερ ἐκήρυττον. Οὐ γὰρ ἵνα τὸ εὐαγγέλιον αὐξήσωσι, τοῦτο ἐποίουν, ἀλλ' ἵνα [a] αὐτὸ πολεμήσωσι, καὶ εἰς μείζονα αὐτὸν ἐμβάλωσι κίνδυνον· διὰ τοῦτο αὐτοῖς ἐγκαλεῖ. Καὶ ὅρα πῶς μετὰ ἀκριβείας αὐτὸ τέθεικεν· Οἰόμενοι θλίψιν, φησὶν, ἐπιφέρειν τοῖς δεσμοῖς μου. Οὐκ εἶπεν, ἐπιφέροντες, ἀλλ', Οἰόμενοι ἐπιφέρειν, τουτέστι, νομίζοντες· δεικνὺς ὅτι εἰ καὶ ἐκεῖνοι νομίζουσιν, ἀλλ' οὐκ αὐτὸς οὕτω διάκειται, ἀλλὰ καὶ χαίρει διὰ τὴν τοῦ κηρύγματος ἐπίδοσιν. Ἐπήγαγεν οὖν λέγων· Ἀλλὰ καὶ ἐν τούτῳ χαίρω B καὶ χαρήσομαι· εἰ δὲ πλάνην τὰ δόγματα εἶχε, καὶ αἱρέσεις εἰσῆγον ἐκεῖνοι, οὐκ ἠδύνατο χαίρειν ὁ Παῦλος. Ἐπειδὴ δὲ ὑγιὲς καὶ ἀνόθευτον τὸ δόγμα, διὰ τοῦτό φησι, Χαίρω καὶ χαρήσομαι. Τί γὰρ, εἰ ἑαυτοὺς ἀπολλύουσιν ἐκεῖνοι, ἐξ ἀπεχθείας τοῦτο ποιοῦντες; Ἀλλὰ τὰ ἐμὰ καὶ ἄκοντες αὔξουσιν. Εἶδες πόση τοῦ Παύλου ἡ δύναμις; πῶς οὐδενὶ τῶν τοῦ διαβόλου μηχανημάτων ἁλίσκεται; Καὶ οὐ μόνον οὐχ ἁλίσκεται, ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς τούτοις αὐτὸν χειροῦται. Πολλὴ μὲν γὰρ οὖν καὶ ἡ τοῦ διαβόλου κακουργία, καὶ τῶν ἐκείνῳ διακονούντων ἡ πονηρία· ἐν προσχήματι γὰρ τοῦ τὰ αὐτὰ φρονεῖν, σβέσαι τὸ κήρυγμα ἐβούλοντο. Ἀλλ' Ὁ δρασσόμενος τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ C αὐτῶν, οὐ συνεχώρει τοῦτο γενέσθαι τότε. Τοῦτο γοῦν αὐτὸ ἐμφαίνων ὁ Παῦλος ἔλεγε· Τὸ δὲ ἐπιμεῖναι τῇ σαρκὶ ἀναγκαιότερον δι' ὑμᾶς, καὶ τοῦτο πεποιθὼς οἶδα, ὅτι μενῶ καὶ συμπαραμενῶ πᾶσιν ὑμῖν. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ τῆς παρούσης με ζωῆς ἐκβαλεῖν ἐπιθυμοῦσι, καὶ πάντα διὰ τοῦτο ὑπομένουσιν· ὁ δὲ Θεὸς οὐκ ἀφίησι δι' ὑμᾶς.

10. Non itaque dicit eos hæreses induxisse, sed non recta occasione, nec pietatis causa id prædicasse, quod prædicabant. Id quippe non ideo agebant, ut evangelium augerent, sed ut illud impugnarent, et in gravius periculum conjicerent : ideo illos incusat. Et vide quam accurate illud proferat : *Existimantes*, inquit, *se pressuram inferre vinculis meis.* Non dixit, Inferentes; sed, *Existimantes se inferre;* id est, arbitrantes : ostendens, etiamsi illi sic arbitrarentur, se tamen non ita affectum esse; imo gaudere de prædicationis incremento. Adjecit ergo dicens : *Sed et in hoc gaudeo, et gaudebo.* Si autem error fuisset in dogmatibus, et illi hæreses induxissent, non potuisset gaudere Paulus. Quia vero sanum et non adulteratum dogma erat, ideo dicit, *Gaudeo et gaudebo.* Quid enim, si illi ex inimicitia id agentes, se in perniciem conjiciunt? At mea vel inviti augebunt. Viden' quanta fuerit Pauli virtus? quomodo nullis diaboli machinis captus sit? Nec solum non captus est, sed etiam iisdem ipsum machinis cepit. Ingens profecto erat diaboli vafrities, et ministrorum ejus nequitia : nam se idem ipsum sentire simulantes, prædicationem exstinguere volebant. Sed *Qui comprehendit sapientes in astutia eorum*, id fieri non permittebat. Idipsum porro declarans Paulus dicebat : *Permanere autem in carne magis necessarium est propter vos; et hoc confidens scio quia manebo, et permanebo cum omnibus vobis.* Illi siquidem ex præsenti vita ejicere me cupiunt, et ea de causa nihil non sustinent : Deus autem vestri causa id non permittet.

Phil. 1. 17.
Ib. v. 18.
1. Cor. 3. 19.
Philipp. 1. 24. 25.

[a] αὐτῷ πολεμήσωσι, sic Mss.

Ad precationem hortatur.

11. Horum itaque omnium diligenter recordamini; ut eos qui temere et perfunctorie Scripturis utuntur in perniciem proximi, cum omni sapientia emendare valeatis. Poterimus autem et dictorum meminisse, et alios emendare, si ad orationes semper confugiamus, et Deum obsecremus, qui dat verbum sapientiæ, ut det auditus intelligentiam, atque accuratam et invictam spiritualis hujus depositi custodiam. Nam quæ non possumus sæpe proprio studio perficere, ea precum auxilio facile poterimus exsequi, de precibus loquor assiduis. Semper enim et sine intermissione precandum est, sive quis in ærumnis, sive in tranquillitate, sive in calamitatibus, sive in bonis versetur. Is qui in tranquillitate et bonis multis, ut hæc immota firmaque maneant, et numquam excidant: qui in ærumnis et multis calamitatibus, ut benignam quamdam vicissitudinem videat, et in solatium tranquillitatis transferatur. In tranquillitate es? Roga igitur Deum, ut firma tibi maneat hæc tranquillitas. Tempestatem vides ingruentem? Deum obnixe precare, ut procellam avertat, et tranquillitatem ex tempestate faciat. Exauditus es? Gratias age quod exauditus sis. Non exauditus es? Persevera ut exaudiaris. Licet enim Deus donum aliquando differat, non ideo id facit quod odio habeat aut aversetur, sed ut procrastinando te diutius apud se detineat, quemadmodum patres prolis amantes, qui dona differendo segniores filios solerter cogunt assidue penes se stare. Non tibi apud Deum patronis est opus, neque multa circumcursatione, ut aduleris aliis; sed etiamsi desertus patronoque destitutus sis, tute Deum precatus postulatum assequeris. Non ita solet annuere aliis pro nobis orantibus, ut nobis ipsis precantibus, etiamsi innumeris simus malis onusti. Nam si homines, quos innumeris læsimus offensis, cum matutino tempore, meridie, vespere adimus ipsos indignabundos, conspectus frequentia et assiduitate tandem facile placamus, multo magis id apud Deum contingat.

Perseverantia in precando quantum valeat.

Deus per nos rogatus magis exaudit, quam si per alios rogemus.

12. Sed indignus es? Assiduitate dignus evadas. Quod enim indignus possit assiduitate dignus evadere, et quod per nos magis, quam per alios rogatus Deus annuat; quodque donum sæpe differat, non ut dubios animi reddat, et vacuis manibus remittat; sed ut majorum nobis bonorum auctor sit: hæc, inquam, tria per parabo-

Ταῦτα τοίνυν μετὰ ἀκριβείας ἅπαντα μνημονεύετε, ἵνα τοὺς ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχε ταῖς Γραφαῖς κεχρημένους καὶ ἐπ' ὀλέθρῳ τῶν πλησίον, μετὰ πάσης σοφίας δύνησθε διορθοῦν. Δυνησόμεθα δὲ καὶ μεμνῆσθαι τῶν D εἰρημένων, καὶ ἑτέρους διορθοῦν, ἂν εἰς εὐχὰς ἀεὶ καταφεύγωμεν, καὶ παρακαλῶμεν τὸν Θεὸν τὸν διδόντα λόγον σοφίας, δοῦναι καὶ σύνεσιν ἀκροάσεως, καὶ φυλακὴν τῆς πνευματικῆς ταύτης παρακαταθήκης ἀκριβῆ καὶ ἀχείρωτον. Ἃ γὰρ οὐκ ἰσχύομεν πολλάκις ἐξ οἰκείας κατορθῶσαι σπουδῆς, ταῦτα δυνησόμεθα ἀνύσαι εὐμαρῶς [b] δι' εὐχῶν, εὐχῶν δὲ λέγω τῶν διηνεκῶν. Ἀεὶ γὰρ καὶ ἀδιαλείπτως εὔχεσθαι χρὴ, καὶ τὸν ἐν θλίψει, καὶ τὸν ἐν ἀνέσει, καὶ τὸν ἐν δεινοῖς, καὶ τὸν ἐν ἀγαθοῖς ὄντα· τὸν μὲν ἐν ἀνέσει καὶ πολλοῖς [c] ἀγαθοῖς, ἵνα ἀκίνητα καὶ ἀμετάβλητα ταῦτα E μένῃ καὶ μηδέποτε μεταπέσῃ· τὸν δὲ ἐν θλίψει καὶ πολλοῖς τοῖς δεινοῖς, ἵνα τινὰ χρηστὴν αὐτῷ ἴδῃ γενομένην μεταβολὴν, καὶ εἰς γαλήνην παρηγορίας μεταβληθῇ· Ἐν γαλήνῃ εἶ; Οὐκοῦν παρακάλει τὸν Θεὸν βεβαίαν σοι μένειν τὴν γαλήνην ταύτην. Χειμῶνα εἶδες ἐπαναστάντα; Παρακάλει ἐκτενῶς τὸν Θεὸν παρενέγκαι τὸ κλυδώνιον, καὶ γαλήνην ἀπὸ χειμῶνος ποιῆσαι. Ἠκούσθης; Ἐπὶ τούτῳ εὐχαρίστησον, ἐπειδὴ ἠκούσθης. Οὐκ ἠκούσθης; Παράμεινον, ἵνα ἀκουσθῇς. Κἂν 309 A γὰρ ἀναβάληταί ποτε τὴν δόσιν ὁ Θεὸς, οὐχὶ μισῶν οὐδὲ ἀποστρεφόμενος, ἀλλὰ τῇ μελλήσει τῆς δόσεως διηνεκῶς σε παρ' ἑαυτῷ κατέχειν βουλόμενος, καθάπερ καὶ πατέρες φιλόστοργοι ποιοῦσι· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι τῶν ῥαθυμοτέρων παίδων τὴν διηνεκῆ προσεδρείαν τῇ τῆς δόσεως ἀναβολῇ σοφίζονται. Οὐ χρεία σοι μεσιτῶν ἐπὶ τοῦ Θεοῦ, οὐδὲ πολλῆς τῆς περιδρομῆς, καὶ τοῦ κολακεῦσαι ἑτέρους· ἀλλὰ κἂν ἔρημος ἦς, κἂν ἀπροστάτευτος, αὐτὸς διὰ σαυτοῦ παρακαλέσας τὸν Θεὸν ἐπιτεύξῃ πάντως. Οὐχ οὕτω δι' ἑτέρων ὑπὲρ ἡμῶν παρακαλούμενος ἐπινεύειν εἴωθεν, ὡς δι' ἡμῶν αὐτῶν τῶν δεομένων, κἂν μυρίων ὦμεν γέμοντες κακῶν. Εἰ γὰρ ἐπ' ἀνθρώπων κἂν μυρία προσ- B κεκρουκότες ὦμεν, ὅταν καὶ ὑπὸ τὴν ἕω, καὶ μέσης ἡμέρας, καὶ ἐν ἑσπέρᾳ φαινώμεθα τοῖς πρὸς ἡμᾶς λελυπημένοις, τῇ συνεχείᾳ καὶ τῇ διηνεκεῖ τῆς ὄψεως συντυχίᾳ καταλύομεν ῥᾳδίως αὐτῶν τὴν ἔχθραν, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τοῦ Θεοῦ τοῦτο γένοιτ' ἄν.

Ἀλλ' ἀνάξιος εἶ; Γενοῦ τῇ προσεδρείᾳ ἄξιος. Ὅτι γὰρ καὶ τὸν ἀνάξιον δυνατὸν ἄξιον ἐκ τῆς προσεδρείας γενέσθαι, καὶ δι' ἡμῶν αὐτῶν μᾶλλον, ἢ δι' ἑτέρων παρακαλούμενος ὁ Θεὸς ἐπινεύει, καὶ ὅτι τὴν δόσιν ἀναβάλλεται πολλάκις, οὐχ ἡμᾶς ἐξαπορῆσαι βουλόμενος, οὐδὲ κεναῖς ἐκπέμψαι χερσὶν, ἀλλ' ἵνα μειζό- C νων ἡμῖν ἀγαθῶν αἴτιος γένηται· τὰ τρία ταῦτα διὰ

[b] Alii δι' ἐντεύξεων.

[c] Mss. ἀγαθοῖς φιλοτιμηθέντα, ἵνα.

τῆς παραβολῆς τῆς σήμερον ἀναγνωσθείσης ὑμῖν πειράσομαι ποιῆσαι φανερά. Προσῆλθε τῷ Χριστῷ ἡ Χαναναία ὑπὲρ θυγατρὸς δεομένη δαιμονιζομένης, καὶ βοῶσα μετὰ πολλῆς ἐκτενείας, φησίν· Ἐλέησόν με, Κύριε, ἡ θυγάτηρ μου κακῶς δαιμονίζεται. Ἰδοὺ ἀλλόφυλος ἡ γυνὴ, καὶ βάρβαρος, καὶ τῆς πολιτείας τῆς Ἰουδαϊκῆς ἐκτός. Καὶ τί γὰρ ἕτερον ἢ κύων, καὶ ἀνάξιος τοῦ λαβεῖν τὴν αἴτησιν; Οὐ γάρ ἐστι, φησὶ, καλὸν λαβεῖν τὸν ἄρτον τῶν τέκνων, καὶ δοῦναι τοῖς κυναρίοις. Ἀλλ' ὅμως ἀπὸ τῆς προσεδρείας γέγονεν ἀξία. Οὐ γὰρ μόνον εἰς τὴν τῶν παίδων αὐτὴν εὐγένειαν εἰσήγαγε, κύνα οὖσαν, ἀλλὰ καὶ μετὰ πολλῶν D τῶν ἐγκωμίων ἐξέπεμψεν, εἰπών· Ὦ γύναι, μεγάλη σου ἡ πίστις· γενηθήτω σοι ὡς θέλεις. Ὅταν δὲ ὁ Χριστὸς λέγῃ, Μεγάλη ἡ πίστις, μηδεμίαν ἑτέραν ἀπόδειξιν ζήτει τῆς μεγαλοψυχίας τῆς κατὰ τὴν γυναῖκα. Εἶδες πῶς ἐκ τῆς προσεδρείας γέγονεν ἀξία, ἀναξία οὖσα ἡ γυνή; Βούλει μαθεῖν καὶ ὅτι δι' ἡμῶν αὐτῶν μᾶλλον, ἢ δι' ἑτέρων παρακαλοῦντες αὐτὸν ἀνύομεν; Ἔκραξεν αὕτη, καὶ προσελθόντες οἱ μαθηταὶ λέγουσιν· Ἀπόλυσον αὐτὴν, ὅτι κράζει ὄπισθεν ἡμῶν· καὶ πρὸς μὲν ἐκείνους φησὶν, Οὐκ ἀπεστάλην, εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου E Ἰσραήλ· ὅτε δὲ αὐτὴ δι' ἑαυτῆς προσῆλθε καὶ ἐπέμενε βοῶσα, καὶ λέγουσα· Ναὶ, Κύριε, καὶ γὰρ τὰ κυνάρια ἐσθίει ἀπὸ τῆς τραπέζης τῶν κυρίων αὐτῶν· τότε τὴν χάριν ἔδωκε, καί φησι· Γενηθήτω σοι ὡς θέλεις. Εἶδες πῶς, ὅτε μὲν ἐκεῖνοι παρεκάλουν, διεκρούσατο· ὅτε δὲ αὐτὴ ἡ δεομένη τῆς δωρεᾶς ἐβόησεν, ἐπένευσεν; Ἐκείνοις μὲν γάρ φησιν, Οὐκ ἀπεστάλην, εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ· ταύτῃ δὲ εἶπε, Μεγάλη σου ἡ πίστις· γενηθήτω σοι ὡς θέλεις. Πάλιν παρὰ μὲν τὴν ἀρχὴν καὶ ἐν προοιμίῳ τῆς αἰτήσεως οὐδὲν ἀπεκρίνατο· ἐπειδὴ 310 A δὲ καὶ ἅπαξ καὶ δεύτερον καὶ τρὶς προσῆλθε, τότε τὴν χάριν ἔδωκε, διὰ τοῦ τέλους ἡμᾶς πείθων, ὅτι τὴν δόσιν ἀνεβάλετο, οὐχ ἵνα αὐτὴν διακρούσηται, ἀλλ' ἵνα πᾶσιν ἡμῖν δείξῃ τὴν ὑπομονὴν τῆς γυναικός. Εἰ γὰρ ἵνα αὐτὴν διακρούσηται ἀνεβάλετο, οὐδ' ἂν πρὸς τῷ τέλει ἔδωκεν· ἐπειδὴ δὲ ἀνέμενε δεῖξαι πᾶσιν αὐτῆς τὴν φιλοσοφίαν, διὰ τοῦτο ἐσίγα. Εἰ γὰρ εὐθέως ἔδωκε καὶ παρὰ τὴν ἀρχὴν, οὐκ ἂν ἔγνωμεν τὴν ἀνδρείαν τῆς γυναικός. Ἀπόλυσον αὐτὴν, φησὶν, ὅτι κράζει ὄπισθεν ἡμῶν. Τί δὲ ὁ Χριστός; Ὑμεῖς φωνὴν ἀκούετε, ἐγὼ δὲ τὴν διάνοιαν ὁρῶ· οἶδα τί μέλλει λέγειν. Οὐ βούλομαι τὸν ἐγκεκρυμμένον αὐτῆς τῇ B διανοίᾳ θησαυρὸν ἀφεῖναι λαθεῖν, ἀλλ' ἀναμένω καὶ σιγῶ, ἵνα αὐτὸν ἐκκαλύψας εἰς τὸ μέσον καταθῶμαι, καὶ πᾶσι ποιήσω φανερόν.

Ταῦτ' οὖν ἅπαντα μαθόντες, κἂν ἐν ἁμαρτήμασιν ὦμεν, καὶ τοῦ λαβεῖν ἀνάξιοι, μὴ ἀπογινώσκωμεν, εἰδότες ὅτι τῇ προσεδρείᾳ τῆς ψυχῆς δυνησόμεθα γε-

lam hodie vobis lectam demonstrare satagam. Accessit ad Christum Chananæa rogans pro filia dæmonium habente, vehementerque clamans : *Miserere mei, Domine, filia mea male a dæmonio vexatur.* Matth. 15. 22. En alienigena mulier et barbara et Judæorum reipublicæ extranea. Et quid aliud erat, quam canis, et indigna quæ optatum assequeretur? *Non est* enim, inquit, *bonum accipere panem filiorum, et dare catellis.* Ib. v. 26. Attamen assiduitate digna evasit. Neque enim tantum illam in filiorum nobilitatem evexit, quæ canis erat; sed etiam multis cum laudibus dimisit, dicens : *O mulier! magna est fides tua : fiat tibi sicut vis.* Ib. v. 28. Cum autem Christus dicat, *Magna est fides tua*, nullum aliud quæras circa magnanimitatem hujusce mulieris argumentum. Vidistin' quomodo ex assiduitate digna facta sit mulier, quæ indigna prius erat? Vis discere nos in precando per nosmetipsos plus perficere, quam per alios? Clamavit hæc, et accedentes discipuli dixerunt : *Dimitte illam, quia clamat post nos:* Ib. v. 23. et ad illos quidem respondit, *Non sum missus nisi ad oves, quæ perierunt, domus Israel:* Ib. v. 24. cum autem illa per seipsam accedit, et clamando perseveravit dicens, *Etiam, Domine, nam et catelli edunt de mensa dominorum suorum :* Ib. v. 27. tunc gratiam contulit, et dixit *Fiat tibi sicut vis.* Ib. v. 28. Vidistin' quomodo, cum illi precarentur, repulit, cum autem illa munus clamando postulavit, annuit? Illis quippe dixit, *Non sum missus nisi ad oves, quæ perierunt, domus Israel;* huic vero, *Magna est fides tua : fiat tibi sicut vis.* Et quidem initio petitionis nihil respondit : ubi autem semel, iterum et tertio accessit, tunc gratiam contulit; ex fine docens nos, se munus distulisse, non ut illam repelleret, sed ut nobis omnibus patientiam mulieris exhiberet. Nam si ut illam repelleret distulisset, neque in fine postulatum dedisset; quia vero ut philosophiam ejus omnibus exhiberet exspectabat, ideo tacebat. Nam si statim a principio beneficium contulisset, mulieris virtutem fortitudinemque non nossemus. *Dimitte illam,* inquiunt, *quia clamat post nos.* Quid vero Christus? Vos auditis vocem, ego mentem video : scio quid dictura sit. Nolo thesaurum in mente ejus reconditum latere : sed exspecto et taceo, ut ipsum detectum in medium proferam et omnibus manifestum faciam.

13. Hæc igitur omnia cum didicerimus, etiamsi in peccatis simus, et beneficiis indigni, ne desperemus, scientes nos ex animi assiduitate

posse dignos postulatis evadere. Licet sine patrocinio ac deserti simus, ne animum despondeamus, gnari magnum illud esse patrocinium, si quis magno cum studio per seipsum ad Deum accedat. Si munus conferre differat et procrastinet, ne concidamus, scientes illam procrastinationem curæ atque benignitatis esse argumentum. Si id persuasum habeamus, et cum animo dolente et fervido, atque excitata voluntate, tali scilicet, qualem habuit accedens Chananæa, et nos ipsum adierimus, etiamsi canes simus, etiamsi quidvis grave perpetraverimus, et nostra mala amoliemur, tantumque fiduciæ accipiemus, ut aliis quoque patrocinari valeamus: quemadmodum et Chananæa non solum ipsa fiduciam et multas laudes consequuta est, sed etiam filiam intolerabilibus molestiis eripere potuit. Nihil enim, nihil utique potentius est oratione ferventi atque sincera. Hæc et præsentia mala solvit, et a futuris illo tempore suppliciis eripit. Ut itaque et præsentem vitam facilius transigamus, et illuc cum fiducia abeamus, multo studio et alacritate precibus vacemus. Sic enim poterimus et præsentia consequi bona, et optima spe frui: quæ nos omnes assequi contingat, gratia, benignitate et commiseratione Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri, unaque Spiritui sancto gloria, honor, imperium in sæcula sæculorum. Amen.

νέσθαι τῆς αἰτήσεως ἄξιοι. Κἂν ἀπροστάτευτοι καὶ ἔρημοι ὦμεν, μὴ ἀπαγορεύωμεν, εἰδότες ὅτι μεγάλη προστασία, τὸ αὐτὸν δι' ἑαυτοῦ προσελθεῖν τῷ Θεῷ μετὰ προθυμίας πολλῆς. Κἂν μέλλῃ καὶ ἀναβάληται C πρὸς τὴν δόσιν, μὴ ἀναπέσωμεν, μαθόντες ὅτι ἡ μέλλησις καὶ ἀναβολὴ κηδεμονίας καὶ φιλανθρωπίας ἐστὶ τεκμήριον. Ἂν οὕτως ὦμεν πεπεικότες ἑαυτοὺς, καὶ μετὰ ψυχῆς ὀδυνωμένης καὶ θερμῆς καὶ διεγηγερμένης προαιρέσεως, καὶ τοιαύτης οἵας ἡ Χαναναία προσῆλθεν, αὐτῷ προσίωμεν καὶ ἡμεῖς, κἂν κύνες ὦμεν, κἂν ὁτιοῦν εἰργασμένοι δεινὸν, καὶ τὰ οἰκεῖα ἀποκρουσόμεθα κακὰ, καὶ τοσαύτην ληψόμεθα παῤῥησίαν, ὡς καὶ ἑτέρων προστῆναι· ὃν τρόπον καὶ αὕτη ἡ Χαναναία οὐ μόνον αὐτὴ παῤῥησίας ἀπέλαυσε καὶ μυρίων ἐγκωμίων, ἀλλὰ καὶ τὸ θυγάτριον τῶν ἀφορήτων D ἴσχυσεν ἐξαρπάσαι δεινῶν. Οὐδὲν γὰρ, οὐδὲν εὐχῆς δυνατώτερον πεπυρωμένης καὶ γνησίας. Αὕτη καὶ τὰ παρόντα διαλύει δεινὰ, καὶ τῶν κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν συμβαινόντων ἐξαρπάζει κολάσεων. Ἵν' οὖν καὶ τὸν παρόντα βίον μετ' εὐκολίας διανύσωμεν, κἀκεῖ μετὰ παῤῥησίας ἀπέλθωμεν, πολλῇ σπουδῇ καὶ προθυμίᾳ ταύτην ἐπιτελέσωμεν διηνεκῶς. Οὕτω γὰρ δυνησόμεθα καὶ τῶν ἀποκειμένων τυχεῖν ἀγαθῶν, καὶ τῶν χρηστῶν ἀπολαύειν ἐλπίδων· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ καὶ οἰκτιρμοῖς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, τιμὴ, κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

311

MONITUM

IN HOMILIAM DE VIDUIS.

Hanc homiliam eodem anno eodemque ferme tempore habitam fuisse, quo Homilia in Kalendas, quæ primo anni die, et Homiliæ de Lazaro, quæ sequentibus ineuntis anni diebus pronuntiatæ sunt, in ipso significatur concionis exordio, ubi dicitur, nuper in illud, *De dormientibus nolo vos ignorare*, et in resurrectionem oratum fuisse. Hæc porro de dormientibus concio, quinta est in serie Homiliarum de Lazaro, ut videas Tom. I, p. 762, supra. Eodem igitur anno, et quidem ineunte, hasce novem homilias, nempe in Kalendas, septem de Lazaro, et hanc De viduis Antiochiæ habuit Chrysostomus. Quis autem ille fuerit annus, nobis prorsus incertum videtur. In annum 387 hæc contulit vir doctissimus Tillemontius: sed levissima de causa, ut videas in Monito ad Homiliam in Kalendas, T. I, p. 697. Hic vero novum contra illam sententiam scrupulum injiciemus. Certum est Chrysostomum anno ineunte 387 non paucas habuisse conciones de ὁμοουσίῳ et contra Anomœos: nec minus certum solere Chrysostomum præteritarum concionum meminisse: an vero contingere potuit, ut vigente illa disceptatione contra Anomœos, in nulla harumce novem homiliarum, quæ sine dubio inter Homilias contra Anomœos intermixtæ fuerunt, si illo anno dictæ fuerint, de illa controversia umquam meminerit? Hac mihi nova suborta dubitandi causa, animi pendeo donec quid certius emergat.

Interpretatio Latina est Frontonis Ducæi.

[a] ΕΙΣ ΤΟ,

A

Χήρα καταλεγέσθω μὴ ἐλάττων ἐτῶν ἑξήκοντα γεγονυῖα· καὶ περὶ παίδων ἀνατροφῆς, καὶ περὶ ἐλεημοσύνης.

Εἰς καιρὸν ἡ τοῦ Πνεύματος ᾠκονόμησε χάρις ταύτην τῆς ἀποστολικῆς ἐπιστολῆς ἀναγνωσθῆναι τὴν περικοπὴν, ἣν ἠκούσατε σήμερον· ἔχει γάρ τινα [b] πρὸς τὰ πρώην εἰρημένα συγγένειαν καὶ ἀκολουθίαν πολλὴν, εἰ καὶ μὴ ἐν τοῖς ῥήμασιν, ἀλλ' ἐν τοῖς νοήμασι. Τὸ μὲν γὰρ πρώην ἀναγνωσθὲν τοῦτο ἦν· Περὶ δὲ τῶν κεκοιμημένων οὐ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοί· καὶ πολλὰ περὶ ἀναστάσεως ἐλέχθη τότε, τὸ γενναίως τὰ τοιαῦτα φέρειν πάθη, καὶ εὐχαριστεῖν τῷ λαμβάνοντι τοὺς προσήκοντας ἡμῖν Θεῷ. Σήμερον τὸ ἀναγνωσθὲν τοῦτό ἐστι· Χήρα καταλεγέσθω μὴ ἐλάττων ἐτῶν ἑξήκοντα γεγονυῖα. Ἐπεὶ οὖν B ἀπὸ θανάτου χηρεία γίνεται, καὶ τοῦτο μάλιστά ἐστι τὸ τὴν ὀδύνην ἐπιτεῖνον, καὶ διεγεῖρον τὸ πένθος, μεμνημένοι τῶν πρώην εἰρημένων, ἃ τοὺς πενθοῦντας παρακαλοῦντες εἰρήκαμεν, καὶ ταῦτα μετὰ πάσης ὑποδεξάμενοι τῆς σπουδῆς μετ' ἐκείνων εἰς τὰ ταμιεῖα τῆς διανοίας ἀπόθεσθε. Τὸ γὰρ τῆς χηρείας ὄνομα δοκεῖ μὲν εἶναι συμφορᾶς ὄνομα, οὐκ ἔστι δὲ, ἀλλ' ἀξίωμα, καὶ τιμὴ, καὶ δόξα μεγίστη· οὐκ ὄνειδος, ἀλλὰ στέφανος. Εἰ γὰρ καὶ ἄνδρα οὐκ ἔχει συνοικοῦντα ἡ χήρα, ἀλλὰ τὸν Χριστὸν ἔχει συνοικοῦντα, τὸν πάντα ἀποκρουόμενον τὰ ἐπιόντα δεινά. Ἀρκεῖ γὰρ ἐν ταῖς ἐπιούσαις ἐπηρείαις τῆς χήρας, εἰσελθεῖν καὶ γόνυ κλῖναι, καὶ στενάξαι πικρὸν, καὶ δάκρυα προχεῖν, καὶ πᾶσαν ἀποκρούσασθαι τῶν ἐπηρεα- 312 A ζόντων τὴν ἐπιβουλήν· τὰ γὰρ ὅπλα τῆς χήρας τοιαῦτα, δάκρυα, καὶ στεναγμοὶ, καὶ εὐχαὶ διηνεκεῖς· διὰ τούτων οὐκ ἀνθρωπίνην ἐπήρειαν μόνον, ἀλλὰ καὶ δαιμονικὰς ἐφόδους ἀποκρούσασθαι δύναται. Ἡ χήρα τῶν μὲν βιωτικῶν ἀπήλλακται πραγμάτων, πρὸς δὲ τὸν οὐρανὸν ὁδεύει λοιπόν· καὶ ἣν περὶ τὸν ἄνδρα ἐπεδείκνυτο σπουδὴν καὶ θεραπείαν, ταύτην εἰς τὰ πνευματικὰ πράγματα ἀναλῶσαι δυνήσεται. Εἰ δὲ λέγοις, ὅτι τὸ παλαιὸν συμφορὰ ἦν τὸ πρᾶγμα, ἐκεῖνο ἂν εἴποιμι, ὅτι καὶ ὁ θάνατος κατάρα ἦν· ἀλλὰ γέγονε τιμὴ καὶ ἀξίωμα τοῖς γενναίως αὐτὸν φέρουσιν ἐπιόντα. Οὕτω γοῦν οἱ μάρτυρες στεφανοῦνται· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἡ χήρα πρὸς ἀξίωμα μέτεισι μέγα.

IN ILLUD,

Vidua eligatur non minus sexaginta annorum; *et de liberorum educatione, ac de eleemosyna.* (1. Tim. 5. 9)

1. Commodum divini spiritus gratia disponente contigit, ut is vobis apostolicæ locus epistolæ, quem hodierno die audivistis, legeretur: habet enim cum iis quæ nuper diximus, cognationem et connexionem haud mediocrem, si minus in verbis, certe in sententiis. Hoc enim illud est, quod nuper legebatur, *De dormientibus autem nolo vos ignorare, fratres:* (1. Thess. 4. 13.) et de resurrectione multa tum a nobis sunt dicta, æquo animo ferenda esse mala ejusmodi, Deoque gratias agendas, qui propinquos nostros sibi assumeret. Hodie vero lectum est istud: *Vidua eligatur non minus sexaginta annorum.* (1. Tim. 5. 9.) Quando igitur ex occasione mortis viduitas oritur, et hoc est, quod maxime dolorem auget, ac luctum excitat, memores eorum, quæ nuper a nobis dicta sunt ad eos qui lugent consolandos, eaque summo studio suscipientes, in vestræ mentis promtuariis illa recondite. Nam viduitas quidem calamitatis esse nomen videtur, sed tamen non est, verum dignitas, honor, et gloria maxima; non opprobrium, sed corona. Licet enim maritum non habeat, cum quo habitet, vidua: tamen Christum habet cum quo habitet, a quo universa, quæ ingruant, mala propulsentur. Sufficit enim dum injuriis vexatur vidua, ut introeat, genu flectat, acerbe ingemiscat, lacrymas fundat, et omnes insidias eorum, a quibus vexatur, repellat. Ejusmodi enim arma sunt viduæ, lacrymæ, gemitus, ac preces assiduæ: (Arma viduarum quæ sint.) per hæc non humanas tantum injurias, sed dæmonum etiam incursus poterit propulsare. Vidua a sæcularibus negotiis immunis est, ad cælum autem deinceps tendit: et quod erga virum studium et cultum exhibebat, cum in res spirituales potest impendere. Quod si dicas, olim rem istam calamitatem fuisse, tum illud subjiciam, mortem quoque maledictam fuisse: tamen in honorem ac dignitatem conversa est his qui patienter tulerint invadentem. Sic nimirum et martyres coronantur, eademque ratione vidua summam ad dignitatem evehitur.

[a] Collata cum Mss. Reg. 1975, et Colbertinis 970 et 1030.

[b] Omnes Mss. πρὸς τὰ πρώην εἰρημένα. In Editis πρώην deest.

2. Vis tu intelligere, quanta res sit vidua? quam sit apud Deum honore digna et amore, utque summopere suo possit apud Deum patrocinio juvare, et cum primum apparuerit, jam damnatos, animum despondentes, hiscere non audentes, odiosos Deo, omni excusationis spe spoliatos liberare, ac reconciliare, neque veniam tantum impetrare et supplicio eximere, sed et multam fiduciam ac splendorem acquirere, et solis radiis puriores reddere, licet omnium sint mortalium sordidissimi? Audi Deum ipsum Judæos sic alloquentem: *Cum extenderitis manus vestras, avertam oculos meos a vobis: si multiplicaveritis orationem, non exaudiam vos: manus enim vestræ sanguine plenæ sunt.* Attamen his sceleratis homicidis, pudore suffusis, ignominia notatis se reconciliatum iri pollicetur, si affectis injuria viduis auxilium ferant. Postquam enim dixit, *Avertam oculos meos, et non exaudiam*, inquit: *Judicate pupillo, et justificate viduam, et venite, et disputemus; et si fuerint peccata vestra quasi phœniceum, sicut nivem dealbabo.* Vides quantam habeat vidua potestatem? ubi suum ostendat auxilium, non apud magistratum vel regem, qui dominantur in terris, sed apud ipsum cælorum Regem? quantam possit iram sedare, ac Dominum illis, qui incurabili morbo infecti sunt, placare, intolerabili supplicio eripere, animam sordibus obrutam peccatorum ab ejusmodi labe purgare, atque ad summam puritatem perducere? Ne igitur mulierem viduam contemnamus, sed omnem in illam sollicitudinem exhibeamus. Patrona nostra est, quæ vere vidua. Sed operæ pretium fuerit ut attente consideremus, de qua tandem vidua hoc loco verba fiant. Nam et illæ viduæ dicuntur, quæ cum in summam inciderint egestatem et in matriculam relatæ fuerint ex ecclesiasticis pecuniis aluntur, prout temporibus apostolorum fiebat. *Factum est* enim, inquit, *murmur inter Græcos, eo quod despicerentur in ministerio quotidiano viduæ eorum.* Neque vero solum istæ viduæ dicuntur, sed et illæ, quæ nulla inopia pressæ, sed facultatibus abundantes, cum domui præsint, maritum tantum amiserunt. Videamus ergo, de quanam vidua hoc loco verba faciat, dum ait, *Vidua eligatur non minor annis sexaginta;* an de ea quæ auxilio indigeat, et quam opus sit ex ecclesiasticis pecuniis ali, an de ea quæ minime indiga sit, et opibus circumfluat? Haud dubium quin de ista. Nam de illa quidem cum loquitur, quæ fame confici-

Isai. 1. 15.

Isai. 1. 17 18.

Act. 6. 1.

Genera viduarum varia.

B Βούλει μαθεῖν ὅσον ἐστὶ χήρα; πῶς ἐστι τιμία τῷ Θεῷ, καὶ ἐπέραστος καὶ συνήγορος μεγίστη, καὶ τοὺς καταδικασθέντας, καὶ τοὺς ἀπεγνωσμένους, καὶ τοὺς παῤῥησίαν οὐκ ἔχοντας, καὶ τοὺς ἐκπεπολεμωμένους τῷ Θεῷ καὶ πάσης ἐστερημένους ἀπολογίας φανεῖσα ἐξαρπάζει καὶ καταλλάττει, καὶ οὐχὶ συγγνώμην αὐτοῖς κομίζει μόνον, οὐδὲ ἀπαλλαγὴν τιμωρίας, ἀλλὰ καὶ πολλὴν τὴν παῤῥησίαν καὶ τὴν λαμπρότητα, καὶ τῶν ἡλιακῶν ἀκτίνων καθαρωτέρους ἐργάζεται, κἂν ἁπάντων ὦσι κατεῤῥυπωμένοι μᾶλλον ἀνθρώπων; Ἄκουσον αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ λέγοντος C πρὸς Ἰουδαίους· Ὅταν τὰς χεῖρας ὑμῶν ἐκτείνητε, ἀποστρέψω τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀφ' ὑμῶν· ἂν πληθύνητε τὴν δέησιν, οὐκ εἰσακούσομαι ὑμῶν· αἱ γὰρ χεῖρες ὑμῶν αἵματος πλήρεις. Ἀλλ' ὅμως τούτοις τοῖς μιαροῖς, τοῖς ἀνδροφόνοις, τοῖς ἀπαῤῥησιάστοις, τοῖς ἠτιμωμένοις ἐπαγγέλλεται καταλλάττεσθαι, εἰ βοηθήσειαν ἀδικουμέναις χήραις. Μετὰ γὰρ τὸ εἰπεῖν, Ἀποστρέψω τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ οὐκ εἰσακούσομαι, φησί· Κρίνατε ὀρφανῷ, καὶ δικαιώσατε χήραν· καὶ δεῦτε, καὶ διαλεχθῶμεν· καὶ ἐὰν ὦσιν ὑμῶν αἱ ἁμαρτίαι ὡς φοινικοῦν, ὡς χιόνα λευκανῶ. Εἶδες πόD σην ἔχει δύναμιν ἡ χήρα; ποῦ τὴν προστασίαν ἐπιδείκνυται τὴν ἑαυτῆς, οὐ παρὰ ἄρχοντι καὶ βασιλεῖ τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλλὰ παρ' αὐτῷ τῷ τῶν οὐρανῶν βασιλεῖ; πόσην δύναται καταλῦσαι ὀργὴν, καταλλάξαι τὸν Δεσπότην τοῖς ἀνίατα νενοσηκόσιν, ἐξαρπάσαι τιμωρίας ἀφορήτου, ψυχὴν βαφεῖσαν τῷ τῶν ἁμαρτημάτων ῥύπῳ τῆς κηλῖδος ἐκπλῦναι ἐκείνης, καὶ πρὸς τὴν ἄκραν ἀγαγεῖν καθαρότητα; Μὴ τοίνυν καταφρονῶμεν χήρας γυναικὸς, ἀλλὰ πᾶσαν περὶ αὐτὴν ἐπιμέλειαν ἐπιδείξωμεν. Προστάτις ἡμῶν ἐστιν ἡ ὄντως χήρα. Ἄξιον δὲ ἐπιστάντας ἰδεῖν, περὶ ποίας ἐνταῦθα χήρας φησί. Καὶ γὰρ καὶ ἐκεῖναι χῆE ραι λέγονται, αἱ εἰς εὐτέλειαν ἐσχάτην καταπεσοῦσαι, καὶ ἐγγεγραμμέναι, καὶ ἐκ τῶν ἐκκλησιαστικῶν τρεφόμεναι χρημάτων, καθάπερ οὖν ἐπὶ τῶν ἀποστόλων. Ἐγένετο γὰρ, φησὶ, γογγυσμὸς μεταξὺ τῶν Ἑλληνιστῶν, ὅτι παρεθεωροῦντο ἐν τῇ διακονίᾳ τῇ καθημερινῇ αἱ χῆραι αὐτῶν. Οὐχ αὗται δὲ μόνον χῆραι λέγονται, ἀλλὰ κἀκεῖναι, αἱ μηδενὸς μὲν δεόμεναι, ἀλλ' εὐπορίας ἀπολαύουσαι, καὶ οἰκίας προεστῶσαι, τὸν δὲ ἄνδρα ἀποβαλοῦσαι μόνον. Ἴδωμεν οὖν περὶ ποίας χήρας ἐνταῦθά φησι λέγων· Χήρα καταλεγέσθω μὴ ἔλαττον ἐτῶν ἑξήκοντα γεγονυῖα· ἆρα

313 A περὶ τῆς δεομένης βοηθείας καὶ χρείαν ἐχούσης ἐξ ἐκκλησιαστικῶν τρέφεσθαι χρημάτων, ἢ περὶ τῆς ἀνενδεοῦς καὶ ἐν εὐπορίᾳ ζώσης; Εὔδηλον ὅτι περὶ ταύτης. Περὶ μὲν γὰρ ἐκείνης ὅταν λέγῃ, τῆς λιμῷ διαφθειρομένης, οὐ χρόνον τίθησιν, οὐκ ἀκρίβειαν ἀπαιτεῖ τρόπων· ἀλλ' ἁπλῶς, Εἴ τις πιστὸς ἢ πιστὴ, φησὶ, χήρας ἔχει, ἐπαρκείτω αὐταῖς, καὶ μὴ βα-

ρείσθω ἡ Ἐκκλησία. Οὐκ εἶπεν, ὅταν ἑξήκοντα ἐτῶν γένηται· [a] οὐκ εἶπεν, εἰ ἐξενοδόχησεν, εἰ ἁγίων πόδας ἔνιψε· καὶ μάλα εἰκότως. Ἔνθα μὲν γὰρ ἂν πενίαν διορθῶσαι δέοι, οὐκ ἀναμένει χρόνον. Τί γὰρ εἰ πεντήκοντα ἐτῶν οὖσα λιμῷ διαφθείροιτο; τί δὲ ἐὰν ἐν νεότητι τὸ σῶμα ἀνάπηρος οὖσα τύχοι; [b] καθευδεῖται ἀναμένουσα τὸ ἑξηκοστὸν ἔτος; Ἀλλ' ἀπανθρωπίας τοῦτο ἐσχάτης. Διὰ τοῦτο, ὅταν μὲν λιμὸν παραμυθήσασθαι δέοι, οὐδὲν περὶ χρόνων καὶ τῆς κατὰ ψυχὴν ἀρετῆς ἀκριβολογεῖται· ὅταν δὲ μὴ ᾖ διορθώσασθαι πενίαν, ἀλλὰ τιμὴν κατ' ἀξίαν χαρίσασθαι, εἰκότως τοσαύτην ποιεῖται τρόπων ἐξέτασιν.

Καθάπερ γάρ εἰσι παρθένων χοροὶ, οὕτω καὶ χηρῶν τὸ παλαιὸν ἦσαν χοροὶ, καὶ οὐκ ἐξῆν αὐταῖς ἁπλῶς εἰς τὰς χήρας ἐγγράφεσθαι. Οὐ περὶ ἐκείνης οὖν λέγει τῆς ἐν πενίᾳ ζώσης καὶ δεομένης βοηθείας, ἀλλὰ περὶ ταύτης τῆς ἑλομένης χηρείαν. Τίνος δὲ ἕνεκεν καὶ ἐπὶ ταύτης ἀπαιτεῖ χρόνον; Οἶδεν ὅτι πυρά τίς ἐστιν ἡ νεότης, καὶ πέλαγος κυμάτων γέμον καὶ πολλὰς ἔχον ἐπαναστάσεις. Ἐπειδὰν οὖν μέλλωσιν ἀπὸ τῆς ἡλικίας ἀτέλειαν ἔχειν, καὶ ὥσπερ ἐν λιμένι διατρίβωσι τῷ γήρᾳ, τῶν ἐπιθυμιῶν αὐταῖς σβεσθεισῶν, μετὰ ἀδείας αὐτὰς εἰς τὸν χορὸν εἰσάγει τοῦτον. Τί οὖν; οὐχὶ πολλαὶ, φησὶ, καὶ μετὰ εἰκοστὸν ἔτος ἀρξάμεναι μέχρι τέλους διέλαμψαν, καὶ τὸν ζυγὸν ἤνεγκαν, καὶ ἀποστολικὸν ἐπεδείξαντο βίον; κωλύσομεν οὖν ἐκείνας, εἰπέ μοι, καὶ βουλομένας ἐν χηρείᾳ ζῆν ἀναγκάσομεν δευτέροις ὁμιλῆσαι γάμοις; καὶ ποῦ τοῦτο ἄξιον ἀποστολικῆς γνώμης; τί οὖν ἐστι τὸ λεγόμενον; Προσέχετε μετὰ ἀκριβείας, ἀγαπητοὶ, αὐτῇ τῇ σημασίᾳ τῆς λέξεως. Οὐ γὰρ εἶπε, χήρα γινέσθω μὴ ἔλαττων ἐτῶν ἑξήκοντα γεγονυῖα, ἀλλὰ, Χήρα καταλεγέσθω· καὶ πάλιν οὐκ εἶπε, χῆραι νεώτεραι μὴ καταλεγέσθωσαν, ἀλλὰ, Τὰς νεωτέρας δὲ χήρας παραιτοῦ· πρὸς γὰρ τὸν Τιμόθεον ταῦτα διαλέγεται. Ἐπειδὴ γὰρ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων εὐχείρωτοι περὶ κακηγορίας εἰσὶ, καὶ τὰς γλώττας κατὰ τῶν τῆς Ἐκκλησίας προεστώτων [c] ἠκονήκασι, βουλόμενος ἐξαρπάσαι τὸν ἄρχοντα τῶν ἐγκλημάτων, τούτους τίθησι τοὺς νόμους, καί φησι· σὺ παραιτοῦ, καὶ σὺ μὴ κατάλεγε. Ἂν αὐτὴ βούληται οἴκοθεν καὶ παρ' ἑαυτῆς αἱρεῖσθαι ταῦτα, ποιείτω· σὺ μέντοι μὴ καταδέξῃ μηδέπω, ἵνα μὴ λέγωσιν ὅτι νεωτέραν οὖσαν, γήμασθαι βουλομένην, οἰκίας προστῆναι, ὁ

tur, non tempus assignat, non probitatem morum requirit : sed absolute, *Si quis fidelis, aut si qua fidelis,* inquit, *viduas habet, subministret illis, et non gravetur Ecclesia* : non dixit, Cum sexaginta annorum fuerit; non dixit, Si hospitio recepit, si sanctorum pedes lavit : ac merito sane. Ubi enim remedium fuerit adhibendum inopiæ, tempus non exspectat. Quid enim, si cum annorum sit quinquaginta, fame conficiatur? quid si in juvenili ætate corpore sit mutilato? num dormiet exspectans donec sexagesimus annus appetat? At hoc extremæ foret immanitatis. Quam ob causam cum sedanda fames fuerit, non anxie in tempora et animæ virtutes inquirit : cum vero non inopiæ succurrendum est, sed honor est pro dignitate deferendus, merito hanc de moribus inquisitionem instituit.

1. Tim. 5. 16.

1. Tim. 5. 10.

3. Nam quemadmodum chori sunt virginum, sic et olim erant viduarum chori, neque passim licebat illis in numerum viduarum referri. Non igitur de illa sermo est, quæ premitur egestate, atque auxilio indiget, sed de ista, quæ viduitatem elegit. Cur autem in hac etiam tempus requirit? Sciebat pyram quamdam esse juventutem, et pelagus plenum fluctuum, ac multis tempestatibus infestum. Postquam igitur ætatis beneficio fuerint immunitatem consequutæ, et tamquam ad portum ad senectutem appulerint, jamque fuerint illis exstinctæ libidines, confidenter eas in cœtum istum adlegit. Quid igitur? nonne plurimæ, dicet aliquis, cum vel post annum vicesimum incepissent, ad finem usque cum laude vixerunt, jugum tulerunt, et apostolicæ vitæ specimen ediderunt? an igitur, quæso, illas prohibebimus, et cum viduitatem servare velint, secundis nuptiis jungi cogemus? hoccine dignum est apostoli consilio? quid igitur hæc sibi volunt? Attendite diligenter, dilectissimi, significationem dictionis. Non enim dixit, Vidua fiat non minor sexaginta annis, sed, *Vidua eligatur* : et rursus non dixit, Viduæ juniores ne eligantur, sed, *Juniores viduas devita* : sic enim ait ad Timotheum scribens. Nam quoniam detractionibus et maledictis multi facile sunt obnoxii, et linguas adversus Ecclesiæ præsules exacutas habent, volens rectorem a criminationum periculis vindicare, has leges præscribit, et ait : Tu devita, tu ne eligas. Si velit ipsa ultro ac sua sponte hæc amplecti, faciat : tu quidem ne adhuc admittas, ne forte

1. Tim. 5. 11.

[a] Οὐκ εἶπεν, εἰ ἐτεκνοτρόφησεν, εἰ ἐξενοδόχ. Sic tres Mss.
[b] Unus [748 recte] καθεύδεται.

[c] Unus [748] ἠλέγξασαν.

dicant, Ille talis juniorem coegit, quæ nubere volebat, et domui præesse : propterea lapsa est, et supplantata. Tu illam ne eligas, ut si forte lapsa fuerit, tu a criminationibus sis immunis : si non fuerit lapsa, majori cum securitate convenienti
1. Tim. 5. 14 tempore illam eligas. Quodsi dicat, *Volo juniores viduas nubere, filios procreare,* audi quas juniores appellet, eas quæ cum luxuriatæ fuerint adversus Christum, nubere volunt, verbosas, curiosas, circumeuntes domos, loquentes quæ non oportet, quæ conversæ sunt post satanam. Neque enim cum simpliciter dixisset, *Volo juniores nubere,* tacuit, sed et quales juniores dicit, et earum lapsus enuntiat. Quos tandem lapsus? *Cum*
1. Tim. 5. 11. 13. 15 *luxuriatæ fuerint,* inquit, *adversus Christum, nubere volunt, et otiosæ discunt, et curiosæ, circumeuntes domos, loquentes quæ non oportet, et conversæ sunt.* Post quem autem? *Post satanam.* Quando igitur, postquam viduitatem sunt amplexæ, et omnem hanc ignominiam sustinere voluerunt, rursus nubere volunt, satius est priusquam peccato detineantur, et inita cum Christo pacta violent, ad hoc venire : quod si qua talis non fuerit, necessitatem secundarum nuptiarum non imponit.

4. Porro id verum esse, inde constat. Si enim hoc quasi lege sanxisset omnibus mulieribus, ut nuberent, et domui præessent, superflue illa re-
Ib. v. 10. quisivisset, *Si filios educavit, si sanctorum pedes lavit, si tribulationem patientibus subvenit, si omne opus bonum sectata est :* super-
Ib. v. 9. flue quoque illud dicit, *Quæ fuerit unius viri uxor.* Si enim viduas omnes juniores nubere jubes, quomodo poterit aliqua unius viri uxor esse? Itaque illas ejus spectat oratio. Ita facit et dum loquitur de congressu conjugali. Cum enim
1. Cor. 7 5. dixisset, *Nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacetis jejunio et orationi, et iterum revertamini in idipsum:* ne legem esse ac præceptum existimes, causam
Ib. v. 6 5. adjicit, deinde dicens : *Ne tentet vos satanas. Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium, propter incontinentiam vestram.* Quemadmodum igitur non omnibus illic ista loquitur, sed iis qui inter homines incontinentiores sunt, et facile capi possunt : sic etiam hoc loco mulieres expugnatu faciles, et quæ non ita facile perferre possunt exactam in viduitate vivendi rationem, hortatur, et consulit, ut alterum virum introducant. Est enim res quædam duplex viduitas. Quid hoc est tandem duplex? Bonorum operum specimen, et honoris

δεῖνα κατηνάγκασε· διὰ τοῦτο ἔπεσε, καὶ ὑπεσκελίσθη. Σὺ μὴ καταλέξῃς αὐτὴν, ἵνα, κἂν πέσῃ, τῶν ἐγκλημάτων ᾖς ἀπηλλαγμένος· κἂν μὴ πέσῃ, μετὰ πλείονος ἀσφαλείας τῷ προσήκοντι καιρῷ καταλέξῃς. Εἰ δὲ λέγει, Βούλομαι νεωτέρας χήρας γαμεῖν, τε-
314 κνογονεῖν, ἄκουσον ποίας φησὶ νεωτέρας, τὰς μετὰ τὸ
A καταστρηνιᾶσαι τοῦ Χριστοῦ βουλομένας γαμεῖν, τὰς φλυάρους, τὰς περιέργους, τὰς περιερχομένας τὰς οἰκίας, τὰς λαλούσας τὰ μὴ δέοντα, τὰς ἐκτραπείσας ὀπίσω τοῦ σατανᾶ. Οὐ γὰρ εἰπὼν ἁπλῶς, Βούλομαι νεωτέρας γαμεῖν, ἐσίγησεν, ἀλλὰ λέγει καὶ ποίας νεωτέρας, καὶ τὰ πτώματα αὐτῶν ἔπεισι. Ποῖα πτώματα; Ὅταν καταστρηνιάσωσι, φησὶ, τοῦ Χριστοῦ, γαμεῖσθαι θέλουσι, καὶ ἀργαὶ μανθάνουσι, καὶ περίεργοι, περιερχόμεναι τὰς οἰκίας, λαλοῦσαι τὰ μὴ δέοντα, καὶ ἐξετράπησαν. Τίνος ὀπίσω; Τοῦ σατανᾶ. Ἐπεὶ οὖν μετὰ τὸ χηρείαν ἑλέσθαι, καὶ ταύτην
B πᾶσαν ὑπομεῖναι τὴν ἀσχημοσύνην, βούλονται γαμῆσαι πάλιν, βέλτιον πρὶν ἔχεσθαι, καὶ τὰς πρὸς τὸν Χριστὸν καταπατῆσαι συνθήκας, ἐπὶ τοῦτο ἐλθεῖν· ὡς εἰ μή τις εἴη τοιαύτη, οὐκ ἐπιτίθησιν ἀνάγκην γάμου δευτέρου.

Καὶ ὅτι τοῦτό ἐστιν ἀληθὲς, δῆλον ἐκεῖθεν. Εἰ γὰρ ὡς νόμον τοῦτο τέθεικε πάσαις ταῖς γυναιξὶ τὸ γαμεῖν καὶ οἰκοδεσποτεῖν, περιττῶς ἐκεῖνα ἀπῄτει, Εἰ ἐτεκνοτρόφησεν, εἰ ἁγίων πόδας ἔνιψεν, εἰ θλιβομένοις ἐπήρκεσεν, εἰ παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ ἐπηκολούθησε· περιττῶς κἀκεῖνό φησι τὸ, Ἑνὸς ἀνδρὸς γεγονυῖα.
C Εἰ γὰρ πάσας τὰς νεωτέρας κελεύεις γαμεῖσθαι, πῶς δυνήσεταί τις ἑνὸς ἀνδρὸς εἶναι γυνή; Ὥστε πρὸς ἐκείνας ὁ λόγος αὐτῷ. Οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς συνουσίας τῆς κατὰ τὸν γάμον ποιεῖ. Εἰπὼν γὰρ, Μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, εἰ μή τι ἂν ἐκ συμφώνου πρὸς καιρὸν, ἵνα σχολάζητε τῇ νηστείᾳ καὶ τῇ προσευχῇ, καὶ πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέρχησθε· ἵνα μὴ νομίζῃς τὸ πρᾶγμα νόμον εἶναι, προστίθησι τὴν αἰτίαν ὕστερον λέγων· Ἵνα μὴ πειράζῃ ὑμᾶς ὁ σατανᾶς. Τοῦτο δὲ λέγω κατὰ συγγνώμην, οὐκ ἐπιταγὴν, διὰ τὴν ἀκρασίαν ὑμῶν. Ὥσπερ οὖν οὐ πᾶσιν ἐκεῖ
D ταῦτα διαλέγεται, ἀλλὰ τοῖς ἀκρατεστέροις τῶν ἀνθρώπων καὶ εὐαλώτοις· οὕτω καὶ ἐνταῦθα ταῖς εὐχειρώτοις τῶν γυναικῶν, καὶ μὴ δυναμέναις ἐνεγκεῖν τὸν μετὰ ἀκριβείας βίον τῆς χηρείας, ταύταις παραινεῖ καὶ συμβουλεύει δεύτερον ἐπεισάγειν νυμφίον. Ἡ γὰρ χηρεία διπλοῦν τι πρᾶγμά ἐστι. Τί ποτέ ἐστι διπλοῦν; Ἔργων ἐπίδειξις ἀγαθῶν, καὶ τιμῆς ὑπεροχὴ μεγίστης. Καθάπερ οὖν καὶ ἡ ἀρχὴ διπλοῦν τι πρᾶγμά ἐστιν· ἔχει γὰρ καὶ ἔργα καὶ ἀξίωμα· ἀξίωμα μὲν ἀρχῆς ἡ ἐξουσία, καὶ ἡ παρὰ τῶν πολλῶν θερα-

πεία, καὶ αὐτὸ τὸ εἶναι ἄρχοντα· ἔργα δὲ ἀρχῆς, τὸ βοηθεῖν τοῖς ἀδικουμένοις, κωλύειν τοὺς ἀδικοῦντας, προεστάναι τῶν πόλεων, διανυκτερεύειν ἐν ταῖς E κοιναῖς τῶν πραγμάτων φροντίσι, καὶ μυρία ἕτερα· οὕτω καὶ ἡ χηρεία καὶ ἀξίωμά ἐστι καὶ ἔργον· ἀξίωμά ἐστιν, αὐτὸ τὸ [a] χήρα εἶναι, μέγιστον ὄν, ὡς ἀπεδείξαμεν ἔμπροσθεν· ἔργον ἐστὶ, τὸ μὴ δεύτερον ἐπεισάγειν ἄνδρα, ἀλλ' ἀρκεσθῆναι τῷ προτέρῳ, τὸ τεκνοτροφῆσαι, τὸ ξενοδοχῆσαι, τὸ ἁγίων πόδας νίψαι, τὸ θλιβομένοις ἐπαρκέσαι, τὸ παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ ἐπακολουθῆσαι. Ὁ τοίνυν Παῦλος περὶ αὐτῶν διαλεγόμενος, τὰ μὲν ἔργα τῆς χήρας ἀφίησιν αὐτὴν πάντα ἐπιτελεῖν· εἰς δὲ τὸ ἀξίωμα τῆς χήρας, καὶ τὸν χορὸν, καὶ τὴν τάξιν οὐκ ἀφίησιν αὐτὴν εἰσελθεῖν, ἕως 315 ἂν ἑξηκοστὸν ἔτος παρέλθῃ, μονονουχὶ λέγων· ποιείτω A μὲν τὰ τῆς χήρας ἔργα, τῆς δὲ τιμῆς ἀξιούσθω τότε, ὅταν πάντα ἐπιδειξαμένη καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ χρόνου λοιπὸν ἀσφάλειαν ἔχῃ, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν ἔργων ἀπόδειξιν, καὶ τὴν ἔξωθεν μαρτυρίαν. Μηδεὶς γυναιξὶ μόνον τὸν λόγον τοῦτον ἐπιτήδειον εἶναι νομιζέτω. Καὶ γὰρ καὶ ἀνδράσιν ἐστὶ χρήσιμος, ἵνα καὶ αὐτοὶ στέργωσι τὰς ἑαυτῶν καὶ ἀπελθούσας, καὶ μὴ λεαίνας συγκατοικίζωσι τοῖς παιδίοις, μητρυιὰς ἐπεισάγοντες, καὶ τὴν ἀσφάλειαν τὴν ἑαυτῶν ἅπασαν ἀνατρέποντες.

Ταῦτα δὲ λέγομεν οὐχὶ νομοθετοῦντες δεύτερον ἀποστρέφεσθαι γάμον, ἀλλὰ παραινοῦντες καὶ συμβουλεύοντες μετὰ σωφροσύνης ἀρκεῖσθαι τῷ προτέρῳ. B Ἕτερόν ἐστιν παραινεῖν καὶ συμβουλεύειν, ἕτερον νομοθετεῖν. Ὁ μὲν γὰρ παραινῶν καὶ συμβουλεύων, κύριον ἀφίησι τὸν ἀκούοντα τῆς τῶν συμβουλευομένων αἱρέσεως εἶναι· ὁ δὲ νομοθετῶν, ταύτην [b] παραιτεῖται τὴν ἐξουσίαν αὐτῶν. Ἀλλ' ἡ Ἐκκλησία οὐ νομοθετεῖ ταῦτα, ἀλλὰ παραινεῖ μόνον· καὶ γὰρ καὶ δεύτερον ἐπέτρεψε γάμον ὁ Παῦλος, οὕτως εἰπών· Γυνὴ δέδεται νόμῳ, ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς· ἐὰν δὲ κοιμηθῇ ὁ ἀνὴρ, ἐλευθέρα ἐστὶν ᾧ θέλει γαμηθῆναι, μόνον ἐν Κυρίῳ· μακαριωτέρα δέ ἐστιν, ἐὰν οὕτω μείνῃ. Ὥσπερ οὖν καλὸν μὲν ὁ γάμος, κρείσσων δὲ C ἡ παρθενία· οὕτω καλὸν μὲν καὶ ὁ δεύτερος γάμος, κρείσσων δὲ αὐτοῦ ὁ πρῶτος καὶ μόνος. Οὐ τοίνυν ἐκβάλλομεν δεύτερον γάμον, οὐδὲ νομοθετοῦμεν ταῦτα, ἀλλὰ παραινοῦμεν, εἴ τις δύναιτο σωφρονεῖν, ἐπὶ τῷ προτέρῳ μένειν. Παραινοῦμεν δὲ καὶ συμβουλεύομεν καὶ δι' αὐτὴν τῆς οἰκίας τὴν ἀσφάλειαν· μάχης γὰρ πολλάκις καὶ πολέμων καθημερινῶν ὁ δεύτερος γάμος ἀρχὴ καὶ πρόφασις γέγονε. Πολλάκις γοῦν ἀνὴρ ἐπὶ

summi fastigium. Ut igitur est etiam res quædam duplex magistratus: habet enim et opera et dignitatem; dignitas quidem magistratus est potestas, et cultus qui a vulgo exhibetur, et ipsum esse magistratum; opera vero magistratus sunt injuria affectis succurrere, inferentes injuriam compescere, urbibus præesse, in communibus reipublicæ curis excubando pernoctare, et reliqua innumera: sic et viduitas et dignitas est et opus: maxima dignitas est viduam esse, ut ante demonstravimus; opus est secundum maritum sibi non adsciscere, sed priori esse contentam, filios educare, hospitio recipere, pedes sanctorum lavare, tribulationem patientibus subministrare, omne opus bonum sectari. Itaque Paulus de illis loquens opera quidem omnia viduæ sinit illam perficere: ad dignitatem autem viduæ, ac cœtum, et ordinem illam provehi non sinit, donec sexagesimus annus præterierit, quasi dicat: Opera quidem viduæ faciat, dignitatem vero tum obtineat, cum his omnibus perfectis securitatem beneficio temporis assequuta fuerit, et ex operibus demonstrationem ac testimonium externum. Nemo solis mulieribus arbitretur orationem convenire. Nam et viris prodest, ut et ipsi defunctis uxoribus suis contenti sint, neque velint cum liberis suis leænas habitare, dum novercas introducunt, et suam omnem securitatem evertunt.

Cohortatur ad monogamiam, nec damnat secundas nuptias.

5. Hæc autem a nobis dicuntur, non ut secundas aversari nuptias præcipiamus; sed ut hortemur et consulamus, prioribus esse contentos. Aliud est adhortari, aliud præcipere. Nam qui adhortatur et consulit, in arbitrio ac potestate relinquit auditoris, ut quod consulatur eligat: qui vero præcipit, hanc facultatem ejusmodi non permittit. At Ecclesia ista non præcipit, sed hortatur solum: siquidem secundas etiam nuptias permisit Paulus cum ita dixit: *Mulier alligata est legi, quanto tempore vir ejus vivit: quod si dormierit vir ejus, libera est, cui vult nubat, tantum in Domino. Beatior est autem si sic permanserit.* Ut igitur bonum est conjugium, sed melior est virginitas: ita bonum quidem est secundum conjugium, sed melius est primum et solum. Non igitur conjugium secundum rejicimus, neque hæc præcipimus, sed cohortamur, ut si quis castitatem servare possit, sit priori contentus. Cohortamur autem et consulimus ad stabiliendam domus securitatem: sæpe namque secundæ nuptiæ quotidianarum

1. Cor. 7. 39. 40.

[a] Alii χήραν.

[b] Unus Ms. [748] παραιρεῖται, alius παραινεῖται.

et pugnarum et contentionum initium et occasionem attulerunt. Sane multoties evenit, ut assidens mensæ maritus prioris uxoris recordatus, leniter fleat: at illa confestim excandescit, et tamquam fera insilit, et sui in illam amoris ab eo pœnas exigit. Quod si voluerit laudare defunctam, tum contentionis et pugnæ occasio ex laudibus illius offertur. Ac defunctis quidem inimicis reconciliamur, eodemque fine vita illorum et nostrum in illos odium terminatur: in uxoribus autem contrarium penitus evenit. Quam enim non vidit, quam non audivit, a qua nihil est mali passa, hanc odio prosequitur et aversatur, ac ne mors quidem odium exstinguit. Quis umquam vidit, quis audivit zelotypiam in pulverem, pugnam cum cinere susceptam?

6. Sed non eousque tantum progreditur malum: quin etiam sive ex secunda nati sint liberi, sive non sint nati, pugna rursus et contentio exoritur. Nam si nati non sint, majori mœrore conficitur, et hac de causa natos ex priori tamquam hostes, et a quibus maximis sit affecta injuriis, intuetur, dum ex illorum vita sterilitatis suæ sensum capit majorem. Si vero nati sint, rursus nihilo minus malum est. Siquidem maritus sæpenumero bene affectus erga defunctam hos amplectitur, et amore simul ac misericordia in illos propter orbitatem commovetur: at illa suos ubique præferri vult, ac nec fratrum illos haberi loco, sed abjectorum famulorum: quæ omnia domum possunt subvertere, ac vitam marito acerbam et infestam reddere. Propterea ad servandam castitatem adhortamur, si fieri possit, et ut priori conjugio contenti sitis, et neque mariti uxores, neque uxores maritos adsciscant, ne domum suam omnem susque deque vertant. Cur autem cum de viduitate dissereret, priori solo contentus non fuit, cum dixit, *Unius viri uxor*? Ut intelligas id viduam non facere, si secundo marito solum utcumque non nubat, sed si bonis operibus, eleemosyna, benignitate, atque officiis

7. Sed jam tempus est, ut ad viduam redeamus. *Venit*, inquit, *in Sarephtha Sidonis, et invenit mulierem viduam colligentem ligna* (3. Reg. 17. 10.). Digna domestica paupertate hactenus sunt vestibula. Quid igitur? num retro conversus est, cum talia vidisset hospitalitatis exordia? Nequaquam; quippe qui sententiam divinam audierat: sed clamavit post eam, et dixit: *Sume vero mihi* (Ib. v. 11.) E *aquam, et ivit, ut sumeret.* Vere generosa et sapiens mulier, ac nisi paulo videatur audacius hoc dictum, ipsa etiam prophetæ magnanimitate digna: imo nullo pacto debet audax illud dictum videri: nisi enim digna fuisset, nequaquam habita digna fuisset, quæ sanctum illum exciperet. Quemadmodum et ad discipulos dixit Christus, *In quamcumque civitatem aut castellum intraveritis, interrogate, quis in ea* (Matth. 10. 11.) 334 *dignus sit, et ibi manete*: ita Deus hic quoque A quoniam præ omnibus dignam noverat hanc mulierem, quæ prophetam susciperet, propterea cæteris omnibus omissis illuc eum misit. At enim ex rebus ipsis nobilitatem ejus videamus. *Sume mihi*, inquit, *aquam in vase.* Magna sane mulieris humanitas. Quod enim responderit, quod in colloquium ejus venerit, quod illum corripiens totam civitatem ad puniendum sacrum illud caput non vocaverit, nonne stupore et admiratione dignum videtur? Siquidem merito famis adactam necessitate mulierculam eo usque fuisse iracundia commotam, ex hoc Ju- B daico exemplo cognosce. Discipulus Heliæ Eliseus, duplex Helias (duplicem enim magistrum in discipulo licebat intueri), famem postea prophetavit; non ipse immisit sicut Helias, sed venturam prædixit. Quid ergo rex, qui temporibus illis regnabat? Indutus est sacco, inquit: siquidem humiliavit eum calamitas: sic tamen humiliatus cum lamentantem mulierem audiisset propter ea

Eliseus, duplex Helias.

quæ famis causa acciderant, tanta tum exarsit iracundia, ut confestim exclamarit ac dixerit: [4. Reg. 6. 31.] *Hæc faciat mihi Deus et hæc adjiciat, si stabit caput Elisæi filii Saphat super ipsum hodie.* Vidistin' regis iracundiam? Vide mulieris sapientiam: hæc enim invento eo qui non famem prædixerat, sed invexerat, cum prope civitatem esset, non indignata est, non excanduit, non cæteros ad supplicium sumendum vocavit, sed modestissime paruit.

8. Scitis autem quo pacto, si quando negotio quopiam simus occupati, ne familiares quidem sæpenumero lubenter aspiciamus, sed et adversus eos indignemur: cum vero tanta etiam afflictio ingruerit, vel ipsum etiam lumen molestiam nobis videtur exhibere: id quod rursus ex Judaico patet exemplo. Sane quidem cum venisset Moyses, et innumera Judæis annuntiasset bona, liberationem a tyrannide, libertatem, et in antiquam patriam reditum: [Exod. 6. 9.] *Videntes eum,* inquit, *non audierunt eum præ pusillanimitate, et operibus duris.* Illi tam faustum nuntium ferentem cum vidissent, aversati sunt: hæc venientem prophetam cum vidisset, non ut famem depelleret, sed ut illam gravaret, nihil ei tale accidit. Et illi quidem adeo difficiles ac morosi erant propter operum laborem: hæc autem non labore, sed fame vehementer afflicta (magnum quippe est inter laborem famemque discrimen), non modo virum non aversata est, sed etiam totam suam paupertatem exhausit, ut eum susciperet, qui famem illis induxerat. [3. Reg. 17. 11] *Et ivit ut sumeret aquam,* inquit, *et clamavit propheta, et dixit, Sume mihi jam etiam panem, et comedam.* Quid igitur mulier? Ne hoc quidem [Ib. v. 12.] ægre fert, sed quid ait? *Vivit Dominus Deus tuus, si est mihi panis subcineritius, nisi quantum pugillus farinæ.* Quam ob causam jurat? Panem petiit propheta; cæterum illa panem non habebat. Timuit ergo, ne forte dum illa coqueret, torreret, præpararet, deinde tardaret, moræ impatiens propheta, discederet, et præda hospitalitatis aufugeret. Propterea juramento illum præoccupavit dicens, non sibi farinam deesse, verum subcineritium panem sibi non esse, farinam esse. Neque juramento solum fidem facit, sed et ipsa rerum quæ fiunt demonstratione. *Ecce enim,* inquit, *colligo duo ligna, et ingrediar, et faciam illa filiis meis, et comedemus, et moriemur.* Audiant qui magnificas ædes construunt, et sumtuosa prædia mer- [Nullam relinquit ex-]

τῆς γυναικὸς τὴν φιλοσοφίαν· αὕτη γὰρ οὐχὶ τὸν προειπόντα λιμὸν, ἀλλὰ τὸν ἐπαγαγόντα εὑροῦσα, καὶ τῆς πόλεως οὖσα ἐγγὺς, οὐκ ἠγανάκτησεν, οὐκ ἠγρίανεν, οὐχ ἑτέρους πρὸς τιμωρίαν ἐκάλεσεν, ἀλλὰ καὶ μετὰ πολλῆς ὑπήκουσε τῆς ἐπιεικείας.

C Ἴστε δὲ ὅτι ἐπειδὰν περὶ τινὰ χρείαν ὦμεν ἠσχολημένοι, οὐδὲ τοὺς ἐπιτηδείους πολλάκις ὁρῶμεν ἡδέως, ἀλλὰ καὶ πρὸς αὐτοὺς δυσχεραίνομεν· ὅταν δὲ θλῖψις τοσαύτη παρῇ, καὶ αὐτὸ τὸ φῶς ἐνοχλεῖν ἡμῖν δοκεῖ· καὶ τοῦτο πάλιν ἐξ Ἰουδαϊκοῦ μαθεῖν ἐστι παραδείγματος. Ὅτε γοῦν ἦλθεν ὁ Μωϋσῆς τὰ μυρία τοῖς Ἰουδαίοις ἀπαγγέλλων ἀγαθὰ, τυραννίδος ἀπαλλαγὴν, ἐλευθερίαν, καὶ πρὸς τὴν παλαιὰν πατρίδα ἐπάνοδον· Ἰδόντες αὐτὸν, φησὶν, οὐκ ἤκουσαν αὐτοῦ ἀπὸ τῆς ὀλιγοψυχίας, καὶ τῶν ἔργων τῶν σκληρῶν.
D Ἐκεῖνοι τὸν κομίζοντα εὐαγγέλια τοσαῦτα ἰδόντες ἐπεστράφησαν· αὕτη δὲ ἰδοῦσα τὸν προφήτην ἐλθόντα, οὐχὶ ὥστε λῦσαι τὸν λιμὸν, ἀλλ' ὥστε καὶ αὐτῇ γενέσθαι βαρὺν, οὐδὲν τοιοῦτον ἔπαθε. Κἀκεῖνοι μὲν οὕτως ἦσαν δυσχερεῖς διὰ τὸν τῶν ἔργων πόνον· αὕτη δὲ οὐχὶ πόνου, ἀλλὰ λιμοῦ σφοδρῶς ἐπικειμένου (πολὺ δὲ πόνου καὶ λιμοῦ τὸ μέσον), οὐ μόνον οὐκ ἀπεστράφη τὸν ἄνδρα, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν αὐτῆς τὴν πενίαν ἐκένωσεν, ὥστε ὑποδέξασθαι τὸν ἐπαγαγόντα αὐτοῖς τὸν λιμόν. Καὶ ἐπορεύθη, φησὶ, λαβεῖν ὕδωρ,
E καὶ ἐβόησεν ὁ προφήτης καὶ εἶπε, λάβε δή μοι καὶ ἄρτον, καὶ φάγομαι. Τί οὖν ἡ γυνή; Οὐδὲ ἐνταῦθα δυσχεραίνει, ἀλλὰ τί φησι; Ζῇ Κύριος ὁ Θεός σου, εἰ ἔστι μοι ἐγκρυφίας, ἀλλ' ἢ ὅσον δρὰξ ἀλεύρου. Τίνος ἕνεκεν ὄμνυσιν; Ἄρτον ᾔτησεν ὁ προφήτης, αὐτὴ δὲ ἄρτον οὐκ εἶχεν. Ἔδεισεν οὖν μή ποτε πεπτούσης αὐτῆς, ὀπτώσης, καὶ παρασκευαζούσης, εἶτα βραδυνούσης, οὐκ ἀναμείνας τὴν ἀναβολὴν ὁ προφήτης ἀποπηδήσῃ, καὶ φύγῃ τῆς φιλοξενίας τὸ θήραμα. Διὰ τοῦτο αὐτὸν ὅρκῳ προκατέλαβε λέγουσα, οὐχ ὅτι οὐκ
335 ἔστι μοι ἄλευρον, ἀλλ' ὅτι ἐγκρυφίας μὲν οὐκ ἔστιν,
A ἄλευρον δέ ἐστι. Καὶ οὐ διὰ τοῦ ὅρκου μόνον αὐτὸν πιστοῦται, ἀλλὰ καὶ δι' αὐτῆς τῶν πραγμάτων τῆς ἀποδείξεως. Ἰδοὺ γὰρ, φησὶ, δύο συλλέγω ξυλάρια, καὶ εἰσελεύσομαι, καὶ ποιήσω αὐτὰ τοῖς τέκνοις μου, καὶ φαγόμεθα, καὶ ἀποθανούμεθα. Ἀκουέτωσαν οἱ τὰς λαμπρὰς οἰκίας οἰκοδομούμενοι, καὶ τοὺς πολυτελεῖς ἀγροὺς ὠνούμενοι, καὶ οἰκετῶν ἀγέλας ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς περιφέροντες· μᾶλλον δὲ καὶ εὔποροι καὶ πένητες ἀκουέτωσαν πάντες· οὐδενὶ γὰρ μετὰ τὴν χήραν ταύτην ἀπολογία ἔσται λοιπόν. Τοσαῦτα ἦν αὐτῇ τὰ

κωλύματα, ἀλλ' ὅμως πάντα ἐκεῖνα διέκοψε καὶ ὑπερέβη. Ἄκουε δέ. Ἀλλόφυλος ἦν· ἓν τοῦτο τὸ κώλυμα. Σιδωνία· δεύτερον κώλυμα. Οὐδὲ γὰρ ἴσον ἀλλόφυλον B εἶναι ἁπλῶς, καὶ Σιδώνιον τῆς πονηροτάτης πόλεως· ὡς γὰρ ἔσχατον κακίας ὑπόδειγμα, τὴν πόλιν ἐκείνην ἐν τοῖς εὐαγγελίοις παρήγαγεν ὁ Χριστός. Ἦν τοίνυν καὶ ἀλλόφυλος, καὶ Σιδωνία, καὶ γυνή, τὸ ἀσθενὲς γένος καὶ πάντοθεν δεόμενον τῆς ἀντιλήψεως. Προσῆν καὶ χηρεία, τέταρτον κώλυμα· πέμπτον, ἐκείνων ἁπάντων μεῖζον, παιδοτροφίας ἐπιμέλεια. Ἀκουέτωσαν αἱ χῆραι καὶ παῖδας τρέφουσαι, ὡς οὐκ ἦν ἱκανὴ ἡ σκῆψις αὕτη πρὸς τὸ μὴ ποιεῖν ἐλεημοσύνην, μηδὲ ὑποδέχεσθαι ξένους· καὶ δρὰξ ἀλεύρου ὑπελέλειπτο μόνον, καὶ μετ' ἐκείνην θάνατος προσεδοκᾶτο. Σὺ μὲν C γὰρ κἂν ἅπαντα κενώσῃς τὰ χρήματα, κἂν γυμνώσῃς τῆς περιουσίας σαυτόν, δύνασαι πρὸς τὰς ἑτέρων θύρας ἀπελθεῖν καὶ τυχεῖν παραμυθίας· τότε δὲ οὐδὲ ἐπαιτεῖν δυνατὸν ἦν, οὕτως ἅπαντας τοὺς λιμένας ἔχωσεν ὁ λιμός. Ἀλλ' οὐδὲν τούτων ἐκώλυσεν. Εἴπω καὶ ἕβδομον κώλυμα, αὐτὸν τὸν μέλλοντα ἐπιξενίζεσθαι τῇ γυναικί. Οὐδὲ γὰρ οἰκεῖος, οὐδὲ γνώριμος ἦν, ἀλλὰ ξένος καὶ ἀλλότριος, καὶ κατ' αὐτὸν τῆς εὐσεβείας λόγον κεχωρισμένος αὐτῆς. Οὐ μόνον δὲ ξένος καὶ ἀλλότριος, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἦν ὁ τὸν λιμὸν ἐπαγαγών.

cantur, ac famulorum greges per forum traducunt: vel potius et locupletes et pauperes audiant omnes: nulli enim post viduam istam excusatio relinquetur. Tam multis illa impedimentis intricata erat, sed illa tamen interrupit et transcendit. Audi vero. Alienigena erat: unum est hoc impedimentum. Sidonia; secundum impedimentum. Non enim par est conditio, si alienigena sis quovis pacto, et si ex Sidone oriundus improbissima civitate: tamquam enim summæ improbitatis exemplum in evangeliis illam urbem in medium Christus adduxit. Erat igitur et alienigena, et Sidonia, et mulier, sexus infirmus, et omni ex parte subsidio indigens. Accedebat viduitas, quartum impedimentum: quintum illis omnibus majus, alendorum cura liberorum. Audiant viduæ, ac liberorum nutrices, non fuisse idoneam et legitimam illam excusationem, quo minus impertiret eleemosynam, vel hospites exciperet: et pugillus farinæ reliquus erat tantum, ac post illum mors exspectabatur. Nam tu quidem licet omnes pecunias profuderis, licet facultatibus teipsum spoliaveris, potes ad aliorum fores pergere, atque inde solatium obtinere: tum vero neque mendicare licebat, ita portus omnes fames obstruxerat. Nihil tamen horum prohibuit. Dicam et septimum impedimentum, ipsum nimirum, quem mulier hospitio fuit exceptura. Nam neque familiaris, neque notus erat, sed peregrinus et alienus, et ipso religionis ab illa septo separatus. Neque vero tantum peregrinus, et exterus, sed ille ipse erat, qui famem induxerat.

divitibus vidua.

Matth. 11. 21. 22.

Ἀλλ' οὐδὲν τούτων ἀπέτρεψε τὴν γυναῖκα, ἀλλ' D ἐδίδου τροφὴν στόματι τῷ πᾶσαν αὐτῆς δαπανήσαντι τὴν τροφήν, καὶ τὸν αἴτιον τοῦ λιμοῦ τοῖς λειψάνοις ἔτρεφε τοῦ λιμοῦ. Διὰ σέ, φησίν, ἡ ἅπασά μοι περιουσία εἰς τὴν δράκα περιέστη ταύτην· ἀλλ' οὐδὲ τῆς δρακὸς ταύτης φείδομαι διὰ σέ, ἀλλὰ καὶ ἐμαυτὴν καὶ τὰ παιδία ἐπιδώσω θανάτῳ, ἵνα σύ, φησίν, ὁ τῆς στενοχωρίας αἴτιος, μηδὲ μικρὰν τῆς στενοχωρίας αἴσθησιν λάβῃς. Ποίαν τις ὑπερβολὴν ἐπινοήσειε φιλοξενίας ἑτέραν; Οὐκ ἔστιν οὐδεμίαν εὑρεῖν. Εἶδε ξένον, E καὶ τῆς φύσεως εὐθέως ἐπελάθετο, καὶ τὰς ὠδῖνας ἠγνόησε, καὶ πρὸς τὸν τῶν παίδων βλέπουσα χορόν, οὐ κατεκλάσθη. Καὶ οἶδα μὲν ἀκούσας πολλάκις λεγόντων πολλῶν, ὅτι ὁ δεῖνα πτωχὸν ἰδών, τὸν χιτωνίσκον, ὃν περιεβέβλητο μόνον, τοῦτον ἀποδυσάμενος, τὸν γυμνὸν περιέβαλεν, αὐτὸς δὲ παρ' ἑτέρου δανεισάμενος ἱμάτιον, οὕτως ἀπῆλθε· καὶ μέγα ἔδοξε τοῦτο εἶναι καὶ θαυμαστόν. Καὶ γὰρ ὄντως ἐστὶ μέγα· τὸ δὲ τῆς χήρας ταύτης πολὺ τούτου μεῖζον. Ἐκεῖνος

9. Nihil tamen horum feminam avertit, sed ori cibum porrigebat, quod omnes illi cibos absumserat, et famis auctorem famis reliquiis nutriebat. Propter te, inquit, facultates omnes meæ ad hunc pugillum redactæ sunt: sed nec isti pugillo tua causa parcam, verum et me et liberos meos objiciam morti, ut tu, inquit, hujus auctor necessitatis ne minimum quidem necessitatis sensum capias. Cui potuit umquam majus hospitalitatis studium in mentem venire? Nullum plane licebit reperire. Vidit peregrinum, et naturæ confestim oblita est, dolores partus ignoravit, et oculis ad filiorum turbam conversis animo fracta non est. Ac me quidem scio frequenter audivisse multos qui dicerent: Ille cum pauperem conspexisset, tunicam, qua sola erat indutus, exuens nudum vestivit; ipse vero, cum mutuam ab altero vestem sumsisset, deinde discessit: et hoc magnum quid et mirabile visum est. Siqui-

dem vere magnum est : istud vero viduæ factum hujus multo illo majus. Nam ille quidem cum se nudasset, ac nudum operuisset, potuit ab altero vestem accipere : hæc vero cum farinæ pugillum prodegisset, alterum pugillum accipere minime potuit ; neque nuditatis tantum illi periculum subeundum erat, sed postea mors ipsius ac liberorum erat exspectanda. Cum igitur neque paupertate, neque alendorum cura filiorum, neque gravi fame, neque tanta egestate, neque mortis exspectatione fuerit impedita, quæ nobis reliqua erit excusatio locupletibus, quæ pauperibus? *Vivit Dominus Deus tuus, si est mihi panis subcineritius, nisi quantum pugillus farinæ in hydria, et parum olei in lecytho : et ecce colligo duo ligna, et ingrediar, et faciam illa filiis meis, et comedemus, et moriemur.* Hanc unusquisque miserandam, vel potius unusquisque beatam illam vocem ac cælo dignam domus suæ parietibus inscribat, in cubiculo, in quo dormimus, in conclavi, in quo prandemus. Hanc in ædibus, hanc in foro, hanc in amicorum cœtibus, hanc dum ad judicum tribunal pergit, hanc dum ingreditur, hanc dum egreditur vocem quisque meditetur : et constanter affirmo, quantumvis saxeus fuerit quis, si ferreus, et adamas, minime umquam adductum iri ut accedentem pauperem vacuis manibus a se dimittat, si vocem hanc inscripserit, si viduam ante oculos positam habuerit. Sed dicet fortasse quispiam : Adducito mihi prophetam, et eadem cum benevolentia illum suscipiam. Hoc mihi promitte, tum ego tibi prophetam adducam. Quid dico prophetam? Ipsum tibi prophetæ Dominum adducam, communem Deum ac Dominum nostrum Christum. Ipse enim dicit, *Esurientem me vidistis, et aluistis.* Quod si qui forte voci fidem derogant, et humanitatem non curant, cum supplicio pœnisque castigati hoc discent. Tamquam enim Christum ipsum non curassent, sic ad intolerandum supplicium abducentur. Sic igitur et qui pauperes aluerint, quasi Christum ipsum curarint, in regnum cælorum introducuntur.

Non prophetæ solum excipiendi sunt.

Matth. 25.

μὲν γὰρ ἑαυτὸν γυμνώσας, καὶ τὸν γυμνὸν περιβαλὼν, ἔσχε παρ' ἑτέρου λαβεῖν ἱμάτιον· αὕτη δὲ τὴν 336 A δράκα τοῦ ἀλεύρου προϊεμένη, οὐκ ἴσχυσε δράκα ἑτέραν λαβεῖν· οὐδὲ μέχρι γυμνότητος ἦν ὁ κίνδυνος αὐτῇ, ἀλλὰ μετ' ἐκεῖνο θάνατος προσεδοκᾶτο καὶ αὐτῆς καὶ τῶν παίδων. Ὅταν οὖν μήτε πενίας, μήτε παιδοτροφίας ἐπιμέλεια κωλύσῃ, μήτε λιμὸς χαλεπὸς, μήτε πτωχεία τοσαύτη, μήτε θάνατος προσδοκώμενος, ποίαν ἕξομεν ἀπολογίαν οἱ εὔποροι; ποίαν οἱ πένητες; Ζῇ Κύριος ὁ Θεός σου, εἰ ἔστι μοι ἐγκρυφίας, ἀλλ' ἢ ὅσον δρὰξ ἀλεύρου ἐν τῇ ὑδρίᾳ, καὶ ὀλίγον ἔλαιον ἐν τῷ καμψάκῃ· καὶ ἰδοὺ συλλέγω δύο ξυλάρια, καὶ εἰσελεύσομαι, καὶ B ποιήσω αὐτὰ τοῖς τέκνοις μου, καὶ φαγόμεθα, καὶ ἀποθανούμεθα. Ταύτην ἕκαστος τὴν ἐλεεινὴν, μᾶλλον δὲ ἕκαστος ταύτην τὴν μακαρίαν φωνὴν καὶ τῶν οὐρανῶν ἀξίαν ἐν τοῖς τοίχοις τῆς οἰκίας ἐγγραφέτω τῆς ἑαυτοῦ, ἐν τῷ θαλάμῳ, ἐν ᾧ ἂν καθεύδωμεν, ἐν τῷ οἴκῳ, ἐν ᾧ ἀριστοποιούμεθα. Ταύτην ἐπὶ τῆς οἰκίας, ταύτην ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς, ταύτην ἐν τοῖς συλλόγοις τῶν φίλων, ταύτην εἰς δικαστήριον ἀπιὼν, ταύτην εἰσιὼν, ταύτην ἐξιὼν ἕκαστος μελετάτω τὴν φωνήν· καὶ σφόδρα ἂν ἰσχυρισαίμην, ὅτι οὐδ' ἂν εἰ λίθινός τις εἴη, καὶ σιδηροῦς, καὶ ἀδάμας, ἀνέξεται προσελθόντα C πένητα κεναῖς ἀποπέμψαι χερσὶν, ἂν τὴν φωνὴν ἐγγράψῃ ταύτην, ἂν τὴν χήραν πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἔχῃ. Ἀλλ' ἴσως ἐκεῖνο ἐρεῖ τις· ἄγε κἀμοὶ προφήτην, καὶ μετὰ τῆς αὐτῆς εὐνοίας ὑποδέξομαι. Ὑπόσχου τοῦτο, καὶ ἄγω σοι τὸν προφήτην. Καὶ τί λέγω τὸν προφήτην; Αὐτὸν ἄγω σοι τὸν τοῦ προφήτου Δεσπότην, τὸν κοινὸν ἡμῶν Θεὸν καὶ Κύριον τὸν Χριστόν. Αὐτὸς γάρ φησιν, ὅτι Πεινῶντά με εἴδετε, καὶ ἐθρέψατε. Εἰ δὲ ἀπιστοῦσί τινες τῇ φωνῇ, καὶ τῆς φιλοφροσύνης ἀμελοῦσι, μαθήσονται τότε διὰ τῆς κολάσεως καὶ τῆς τιμωρίας τοῦτο. Ὥσπερ γὰρ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ παραμελήσαντες, οὕτω πρὸς ἀφόρητον ἀπελεύσονται κόλασιν. Οὕτως οὖν οἱ τοὺς πτωχοὺς τρέφοντες, καθάπερ αὐτὸν τὸν Χριστὸν θεραπεύσαντες, εἰς τὴν τῶν D οὐρανῶν εἰσάγονται βασιλείαν.

10. Fortasse plura dicta sunt, quam oportuit. Utinam autem dies omnes in sermones de eleemosyna liceret impendere. Quod si vobis hæc sufficere videntur, age summatim omnia illa repetamus. Dixi qua de causa propheta ad viduam mitteretur, ne paupertatem despicias, ne divitias tanti facias, ne locupletem beatum arbitreris, ne

Τάχα πλείω τοῦ δέοντος τὰ εἰρημένα. Εἴθε μὲν οὖν πάσας τὰς ἡμέρας ἐνδιατρίβειν ἦν τοῖς περὶ τῆς ἐλεημοσύνης λόγοις. Εἰ δὲ ἀρκούντως ὑμῖν ἔχειν ταῦτα δοκεῖ, φέρε αὐτὰ ἀνακεφαλαιωσώμεθα πάντα. Εἶπον τίνος ἕνεκεν ὁ προφήτης πρὸς τὴν χήραν ἀπεστέλλετο, ἵνα μὴ * μακαρίζῃς πενίαν, ἵνα μὴ θαυμάζῃς πλοῦτον, ἵνα μὴ τὸν εὔπορον ζηλωτὸν εἶναι νομίζῃς,

* F. ταλανίζῃς.

ἵνα μὴ τὸν ἐν πτωχείᾳ ζῶντα ἄθλιον καὶ ἐλεεινὸν, ἵνα μάθῃς τὴν Ἰουδαϊκὴν πονηρίαν. Ἔθος γὰρ τῷ Θεῷ μέλλοντι κολάζειν, καὶ ἡμῖν ἀπολογεῖσθαι διὰ τῶν πραγμάτων αὐτῶν· ἵνα μὴ μετὰ ταῦτα ἰδὼν τὸν κοινὸν ἁπάντων Σωτῆρα παρὰ μὲν ἐκείνων ἐλαυνόμενον, παρὰ δὲ τῶν ἐθνῶν ὑποδεχόμενον, θαυμάζῃς καὶ διαπορῇς, ἄνωθεν αὐτῶν τὴν ἀγνωμοσύνην καταμαθὼν, καὶ ὡς ἔθος αὐτοῖς τοὺς εὐεργέτας ἐλαύνειν· ἵνα μὴ νομίσῃς ὠμότητος εἶναι τοῦ προφήτου τὴν εὐχὴν, καὶ τὴν τῆς τιμωρίας παράτασιν, ἀλλὰ ζήλου θείου καὶ κηδεμονίας· ἵνα μάθῃς ὅτι ἐν τοῖς μεγίστοις κατορθώμασι καὶ σωφρονισμοῦ ἡμῶν ἡ φύσις δεῖται· ἵνα μὴ παρακαλούμενος εἰς τὸν αὐτὸν τοῦ προφήτου ζῆλον, ἀδύνατον εἶναι νομίσῃς τὴν μίμησιν. Εἶπον περὶ τῆς χήρας, πῶς ἐν τοσαύτῃ στενοχωρίᾳ οὖσα, τοῦ λιμοῦ καταναγκάζοντος, οὐδὲ ῥῆμα πικρὸν πρὸς τὸν προφήτην ἐξέβαλε, καίτοι γε εἰκὸς ἦν· καὶ ἔδειξα καὶ τοῦτο ἐκ τῶν Ἰουδαϊκῶν φρονημάτων· ἀλλ' οὐδὲν τοιοῦτον ἔπαθεν ἐκείνη, ἀλλὰ μετὰ πάσης αὐτὸν ἐδέξατο φιλοφροσύνης, καὶ τὴν πενίαν ἅπασαν εἰς τὴν ἐκείνου τιμὴν ἐκένωσε, καὶ Σιδωνία οὖσα καὶ ἀλλόφυλος, καὶ οὔτε τῶν προφητῶν φιλοσοφούντων περὶ ἐλεημοσύνης ἤκουσεν, οὔτε τοῦ Χριστοῦ λέγοντος, Πεινῶντά με εἴδετε, καὶ ἐθρέψατε. Τίς οὖν ἡμῖν ἔσται συγγνώμη, εἰ μετὰ τοιαύτας παραινέσεις, εἰ μετὰ τοιούτων ἐπάθλων ὑπόσχεσιν, εἰ μετὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, μὴ φθάσαιμεν πρὸς τὸ αὐτὸ τῇ χήρᾳ τῆς φιλοφροσύνης μέτρον; Ἐκείνη μὲν γὰρ καὶ Σιδωνία ἦν, καὶ ἀλλόφυλος, καὶ γυνὴ χήρα, καὶ παίδων ἐπεμελεῖτο πολλῶν, καὶ λιμὸν ἐπικίνδυνον ἑώρα καὶ θάνατον προσδοκώμενον, καὶ ἄνθρωπον ἀγνῶτα ὑποδέχεσθαι ἔμελλε καὶ τὸν ἐπαγαγόντα τὸν λιμὸν, καὶ οὐδὲ οὕτως ἐφείσατο τῆς δρακός· ἡμεῖς δὲ καὶ προφητείας μετεσχηκότες, καὶ θείων ἀπολαύοντες διδαγμάτων, καὶ πολλὰ περὶ τῶν μελλόντων φιλοσοφεῖν ἔχοντες, καὶ οὐδὲ λιμὸν ὁρῶντες ἐπικείμενον, καὶ πολὺ πλείονα κεκτημένοι τῆς γυναικὸς, ποίαν δυνησόμεθα ἀπολογίαν προβαλέσθαι φειδόμενοι τῶν ὄντων, καὶ τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας ἀφειδοῦντες; Ὅπως ἂν οὖν τὰ χαλεπὰ ἐκεῖνα κολαστήρια ἐκφύγωμεν, πᾶσαν εὐσπλαγχνίαν εἰς τοὺς πένητας ἐπιδειξώμεθα, ἵνα καὶ ἡμεῖς τῶν μελλόντων ἀγαθῶν καταξιωθῶμεν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ δόξα τῷ Πατρὶ, σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

infelicem ac miseratione dignum eum qui egestate premitur, ut Judaicam nequitiam cognoscas. Hic enim Dei mos est, cum supplicium est
E illaturus, ut rebus ipsis se purget: ne cum postea communem omnium Salvatorem rejectum ab illis videris, et a gentibus susceptum, mireris et dubites, cum multo ante ipsorum improbitatem cognoveris, eosque bene de se meritos vexare consuevisse: ne crudelitatis esse arbitreris orationem prophetæ, atque productionem pœnæ, sed zeli divini ac sollicitudinis: ut discas in maximis recte factis etiam castigatione naturam
337 nostram indigere: ne cum ad eumdem cum pro-
A pheta zelum te adhortamur, fieri non posse putes, ut illum imiteris. Dixi de vidua, quo pacto in tantas angustias redacta, fame cogente, ne verbum quidem asperum adversus prophetam emisit, tametsi rerum statui consentaneum erat, atque hoc ex superbia Judæorum ostendi: nihil tamen horum illi accidit, sed cum multa illum comitate atque humanitate suscepit, totamque suam egestatem in ejus honorem impendit, cum Sidonia esset et alienigena, neque prophetas de eleemosyna philosophantes audiisset, neque
B Christum dicentem, *Esurientem me vidistis, et aluistis*. Quanam igitur venia digni censebimur, si tot auditis cohortationibus, si post tantorum promissa præmiorum, si proposito regno cælorum, non ad eumdem cum vidua comitatis et humanitatis gradum perveniamus? Nam illa quidem Sidonia fuit et alienigena, et mulier vidua, et multorum illi erat cura liberorum, periculosam famem videbat et mortem imminentem, et hominem ignotum erat exceptura quique famem invexerat, et ne sic quidem pugillo pepercit:
C at nos qui et prophetiæ participes fuimus, et divinis exculti dogmatibus, qui de rebus futuris possumus philosophari, neque famem videmus instantem, et qui multo plura, quam mulier, possidemus, quamnam poterimus excusationem obtendere, qui facultatibus parcimus, et nostræ salutis prodigi sumus? Ut igitur gravia illa tormenta vitemus, omnem misericordiam in egenos exhibeamus, ut et nos assequi bona futura mereamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo gloria Patri, una cum Spiritu sancto in sæcula sæculorum. Amen.

MONITUM

AD HOMILIAM DE FUTURORUM DELICIIS, ETC.

Hanc pulcherrimam concionem habuit Chrysostomus Antiochiæ, ut arguitur ex iis quæ sub initium dicuntur, nempe ad hunc martyrum locum populum ventitasse. Extra urbem nempe erat ecclesia, propter martyrum reliquias frequentata, quo pergebant populi pietatis gratia, et ubi conciones frequenter habebantur, ut jam non semel vidimus. Æstate vero dictam homiliam declarat initio. Quo autem anno ne conjectura quidem assequi possumus.

Interpretatio Latina est Frontonis Ducæi.

DE FUTURORUM DELICIIS,

et præsentium vilitate.

1. Vehemens æstus est, et molestus ardor; attamen alacritatem vestram non debilitavit, nec audiendi cupiditatem repressit. Talis est auditor fervens et attentus; audiendi desiderio corroboratus omnia patienter ferre potest, ut cupiditatem hanc præclaram et spiritualem expleat, et nec a frigore, nec ab æstu, non a negotiorum turba, non a multitudine curarum, non ab aliis rebus ullis ejusmodi potest supplantari: quemadmodum et supinum ac desidem non aeris bona temperies, non otium et securitas, non facilitas aut voluptas potest excitare, sed correptus somno quodam residet crimine ac vituperatione dignissimo. Vos autem tales non estis: sed iis qui nostram incolunt urbem multo meliores estis. Siquidem vos urbis caput ac vertex estis, adeo erecti ac vigiles, et qui ea quæ dicuntur, perpetuo persequi studiose soletis. Hoc mihi theatrum regum aulis est augustius. Nam illic quidem ea quæ tribuuntur, una cum hac vita finiuntur, et tumultus plena sunt ac turbis redundant: hic vero nihil tale; sed et securitas omnis, et honor a turbis immunis est, et magistratus qui numquam finiuntur, nec ipsa morte interrumpuntur, sed tum temporis tutiores fiunt. Nolo enim mihi commemores eum qui sedeat in curru, supercilia attollat, multoque sit satellitio cinctus, neque cingulum et vocem præconis: nolo mihi magi-

D

[a] ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΩΝ ΜΕΛΛΟΝΤΩΝ

ἀπολαύσεως, καὶ τῆς τῶν παρόντων εὐτελείας.

Σφοδρὸν τὸ καῦμα, καὶ βαρὺς ὁ αὐχμός· ἀλλὰ τὴν προθυμίαν ὑμῶν οὐκ ἐξέλυσεν, οὐδὲ τὸν πόθον τῆς ἀκροάσεως ἐμάρανε. Τοιοῦτον γὰρ ἀκροατὴς θερμὸς καὶ διεγηγερμένος· τῷ τῆς ἀκροάσεως ἔρωτι νευρούμενος, πάντα ῥᾳδίως ἂν ἐνέγκαι, ὥστε τὴν ἐπι-
338 θυμίαν ἐμπλῆσαι ταύτην τὴν καλὴν καὶ πνευματικήν·
A καὶ οὔτε κρυμὸς, οὔτε αὐχμὸς, οὐ πραγμάτων ὄχλος, οὐ φροντίδων πλῆθος, οὐκ ἄλλο τῶν τοιούτων οὐδὲν ὑποσκελίσαι δύναιτ' ἄν· ὥσπερ οὖν τὸν ὕπτιον καὶ ἀναπεπτωκότα οὐκ ἀέρων εὐκρασίαι, οὐ σχολὴ καὶ ἄδεια, οὐ ῥᾳστώνη καὶ ἄνεσις διεγείρειεν ἄν, ἀλλὰ μένει καθεύδων ὕπνον τινὰ πολλῆς κατηγορίας ἄξιον. Ἀλλ' οὐχ ὑμεῖς τοιοῦτοι, ἀλλὰ * παρὰ τῶν τὴν πόλιν οἰκούντων ἡμῖν ἀμείνους. Καὶ γὰρ τὸ κεφάλαιον τῆς πόλεως ὑμεῖς, οὕτω συντεταμένοι καὶ νήφοντες, καὶ τοῖς λεγομένοις μετὰ ἀκριβείας παρακολουθοῦντες ἀεί. Τοῦτο ἐμοὶ τὸ θέατρον τῶν βασιλικῶν αὐλῶν σεμνότερον. Ἐκεῖ μὲν γὰρ τὰ διδόμενα, οἷα ἂν ᾖ,
B τῷ παρόντι συγκαταλύεται βίῳ, καὶ θορύβου γέμει καὶ ταραχῆς ἐμπέπλησται· ἐνταῦθα δὲ τοιοῦτον οὐδὲν, ἀλλὰ καὶ ἀσφάλεια πᾶσα, καὶ τιμὴ ταραχῆς ἀπηλλαγμένη, καὶ ἀρχαὶ τέλος οὐκ ἔχουσαι, οὐδὲ αὐτῷ τῷ θανάτῳ διακοπτόμεναι, ἀλλὰ τότε ἀσφαλέστεραι γινόμεναι. Μὴ γάρ μοι τὸν ἐπ' ὀχήματος εἴπῃς καθήμενον, καὶ τὰς ὀφρῦς ἀνασπῶντα, καὶ πολλοὺς ἔχοντα δορυφόρους, μήτε τὴν ζώνην καὶ τὴν τοῦ κήρυκος φωνήν· μὴ ἐντεῦθέν μοι τὸν ἄρχοντα χαρακτηρίσῃς, ἀλλ' ἀπὸ τῆς καταστάσεως τῆς κατὰ ψυχὴν, εἰ

[a] Collata cum Mss. Reg. 1974, et Colb. 3058.

* [Savil. conj. πολύ.]

τῶν ἑαυτοῦ παθῶν ἄρχει, εἰ τῶν νοσημάτων περιγίνεται· οἷον, εἰ χρημάτων ἐπιθυμίας κρατεῖ, εἰ σωμάτων ἀκόρεστον ἔρωτα ὑπέταξεν, εἰ μὴ τήκεται C φθόνῳ, εἰ μὴ σύρεται τῷ χαλεπῷ τῆς κενοδοξίας πάθει, εἰ μὴ δέδοικε καὶ τρέμει πενίαν, εἰ μὴ τὴν ἐπὶ τὸ σκυθρωπότερον μεταβολὴν, εἰ μὴ ἀποτέθνηκε τῷ δέει τούτῳ. Τοιοῦτόν μοι δεῖξον τὸν ἄρχοντα· τοῦτο γὰρ ἀρχή. Εἰ δὲ κρατεῖ μὲν ἀνθρώπων, δουλεύει δὲ πάθεσι, πάντων ἀνθρώπων δουλικώτερον τὸν τοιοῦτον εἴποιμι ἂν ἔγωγε. Καὶ καθάπερ τὸν ἐν τῷ βάθει τὸν πυρετὸν ἔχοντα κατακλειόμενον, κἂν μηδὲν τοιοῦτον ἡ ἐπιφάνεια τοῦ σώματος ἐνδείκνυται, πάντως μάλιστα φαῖεν ἂν πυρέττειν οἱ τῶν ἰατρῶν παῖδες, κἂν οἱ ἰδιῶται ἀγνοῶσιν· οὕτω δὴ κἀγὼ τὸν ψυχὴν ἔχοντα δούλην, καὶ [a] τῶν παθῶν αἰχμάλωτον, D κἂν μή τι τοιοῦτον ἡ ἔξωθεν ἐπιδείκνυται ὄψις, ἀλλὰ τοὐναντίον, ἁπάντων δουλικώτερον φαίην ἂν τὸν ἐν τῷ βάθει τὸν πυρετὸν τῶν κακῶν ἔχοντα, καὶ τὴν τυραννίδα τῶν παθῶν ἐν αὐτῇ ἱδρυμένην τῇ ψυχῇ· ἄρχοντα δὲ καὶ ἐλεύθερον, καὶ βασιλέων βασιλικώτερον, κἂν ῥάκια περιβεβλημένος ᾖ, κἂν δεσμωτήριον οἰκῇ, κἂν ἅλυσιν περικέηται, τὸν ταύτην ἀποδυσάμενον τὴν τυραννίδα, καὶ οὔτε ταῖς πονηραῖς ἐπιθυμίαις κατεχόμενον, οὔτε ἄλογον δέος πενίας καὶ ἀτιμίας, αὐτῶν τῶν δοκούντων εἶναι λυπηρῶν ἐν τῷ παρόντι βίῳ, δεδοικότα καὶ τρέμοντα.

Αὗται αἱ ἀρχαὶ οὐκ εἰσὶ χρημάτων ὠνηταὶ, οὐδὲ τοὺς φθονοῦντας ἔχουσι· ταύτην οὐκ οἶδε κατηγόρου E γλῶττα, οὔτε βασκάνων ὀφθαλμὸς, οὐδὲ ἐπιβούλων μηχανήματα, ἀλλ' ὥσπερ ἐν ἀσύλῳ χωρίῳ τινὶ τῷ τῆς φιλοσοφίας ἐνδιαιτωμένη, μένει διηνεκῶς ἀχείρωτος, οὐ μόνον ταῖς ἄλλαις τῶν πραγμάτων περιστάσεσιν, ἀλλ' οὐδὲ αὐτῇ εἴκουσα τῇ τελευτῇ. Καὶ δεικνύουσι ταῦτα οἱ μάρτυρες, ὧν τὰ σώματα μὲν διελύθη καὶ κόνις γέγονε καὶ τέφρα, ἡ δὲ ἀρχὴ καθ' 339 A ἑκάστην ζῇ τὴν ἡμέραν καὶ ἐνεργεῖ, δαίμονας ἀπελαύνουσα, καὶ νοσήματα δραπετεύειν παρασκευάζουσα, καὶ πόλεις ὁλοκλήρους ἀναπτεροῦσα, καὶ δήμους ἐνταῦθα ἄγουσα. Τοσαύτη τῆς ἀρχῆς ταύτης ἡ δύναμις, οὐχὶ ζώντων τῶν ἀρχόντων μόνον, ἀλλὰ καὶ τελευτησάντων, ὡς ἀνάγκῃ μὲν μηδένα, γνώμῃ δὲ καὶ πόθῳ πάντας ἐνταῦθα ἐλθεῖν, καὶ μηδενὶ μαραίνεσθαι χρόνῳ. Ὁρᾶτε ὡς οὐ μάτην τουτὶ τὸ θέατρον σεμνότερον ἔφην εἶναι τῶν βασιλικῶν αὐλῶν; Τὰ μὲν γὰρ ἐκεῖ φύλλοις ἔοικε μαραινομένοις, καὶ σκιαῖς παρατρεχούσαις· τὰ δὲ ἐνταῦθα διδόμενα τὸν ἀδά-

stratum inde designes : sed ab animi statu, si affectibus imperet, si vitia subigat; exempli gratia, si divitiarum cupiditatem coerceat, si corporum inexplebilem amorem subjecerit, si non invidia tabescat, si non inanis gloriæ perturbatione distrahatur, si egestatem non metuat et tremat, si non in deterius mutationem, si hoc timore non exanimetur. Talem mihi magistratum ostende: hoc enim est gerere magistratum. Quod si hominibus quidem imperet, sed affectibus animi serviat, hunc ego dixerim plus quam omnes homines esse servituti obnoxium. Et quemadmodum qui febrim habeat visceribus ac venis intus inclusam, tametsi nihil tale species corporis externa præ se ferat, omnino febre maxime correptum asserent medici, licet ignorent imperiti: sic et ego illum cui serva sit anima et animi affectibus mancipata, licet nihil tale facies externa, sed contrarium præ se ferat, servituti obnoxium præ cæteris dixerim, utpote qui vitiorum febrim grassantem intus habeat, ac tyrannidem passionum ipsi animæ insidentem: magistratum autem gerere, et liberum esse ac regibus ipsis augustiorem, quamvis pannis indutus sit, quamvis in carcere habitet, quamvis catena sit circumdatus, eum qui hujus tyrannidis jugum excusserit, et neque pravis cupiditatibus teneatur, nec absurdo paupertatis et ignominiæ, neque eorum quæ in hac vita molesta videntur, timore correptus contremiscat.

Quæ vera sint insignia magistratus.

2. Ejusmodi magistratus non pecunia venales prostant, neque invidorum patent incursibus: hunc accusatoris lingua non novit, nec oculus invidorum, neque insidiatorum machinæ, sed tamquam in inviolabili quodam philosophiæ domicilio residens permanet semper invictus, neque tantum cæteris rerum adversarum casibus, sed nec ipsi morti cedit. Ostendunt hoc martyres, quorum corpora quidem dissoluta sunt, et in pulverem cineremque redacta: magistratus autem ac principatus quotidie vivit, et operatur, dum dæmones abigit, et morbos in fugam convertit, dum integras urbes excitat, et populos in hunc locum deducit. Tanta magistratus et imperii istius est virtus, non vivorum tantum principum, sed etiam vita functorum, ut necessitate compulsus nemo, sed sponte ac proprio inducti affectu huc omnes accurrant, nec ulla temporis longinquitate minuatur. Videtis quam non sine causa theatrum istud regum aulis augustius esse

Martyrum potestas quanta.

[a] Duo Mss. τῶν παθῶν καὶ τῶν νόσων αἰχμ.

dixerim? Nam quæ illic sunt, foliis similia sunt exarescentibus, et umbris prætereuntibus: ea vero quæ hic traduntur, adamantem imitantur, vel potius illo firmiora sunt, utpote quæ immortalia sint, et immota, nec ulli cedant umquam mutationi, et ad suos amatores intrepide accedant, pugnæ ac contentionis expertia, atque ab invidia, judiciis, et insidiis, ac calumniis sint immunia. Siquidem sæcularia multos patiuntur invidos, spiritualia vero, quanto pluribus communicata fuerint, eo majorem suam ubertatem ostendunt. Atque id ex hac ipsa oratione intelligere potestis. Quam enim in omnes orationem effundo, si quidem domi apud me detineam, pauperior fiam: sin autem in omnes effundam, tamquam si in vacuum quoddam arvum semen jactem, facultates meas augeo, divitias meas amplifico, locupletiores reddo vos omnes; nec idcirco tamen pauperior evado, sed opulentior multo: quod in pecuniis non licet, imo plane contrarium evenit. Nam si reconditum aurum habeam, et in omnes illud velim distribuere, non amplius tantas possidere potero divitias, cum hac divisione fuerint imminutæ.

Spirituales divitiæ distributione crescunt.

3. Cum igitur spiritualium rerum tanta sit præstantia, tanta facilitas, utpote quæ cunctis volentibus gratis obveniant, has potissimum adamemus, et umbras omittamus, nec præcipitia et scopulos persequamur. Ut enim hunc amorem Deus augeret, etiam ante obitum hominis, a quo possidentur, ista morti obnoxia esse præcepit. Verbi gratia: non cum intericrit is, qui hæc possidet, et ista intereunt, sed et ipso adhuc vivente marcescunt et pereunt, ut eorum caduca conditio summo illorum amore flagrantes, et insana cupiditate ductos, ab illa sæva rabie revocet: eorumque naturam admoneat, et experientia magistra doceat, ea quavis umbra imbecilliora esse, atque hac ratione cupiditatem illam exstinguat. Exempli causa: divitiæ non solum cum interit dives, pereunt, sed illo potius vivente discedunt. Juventus possessorem suum non morientem solum, sed spirantem adhuc relinquens evanescit; quæ in ætatis adultæ via finitur, et senectuti locum cedit. Pulchritudo simul et forma, vivente adhuc muliere, desinit et in deformitatem transit: gloria, principatus rursus pari ratione: honores, magistratus, diurni sunt et ad breve tempus durant, et amplius quam homines ipsi, qui eos obtinent, mortales sunt: et quemadmodum quotidianos corporum videre licet interitus, ita quoque rerum. Porro id acci-

Cur caducas esse res vitæ hujus voluerit Deus.

μαντα μιμεῖται, μᾶλλον δὲ κἀκείνου στεῤῥότερα, ἅτε ἀθάνατα ὄντα καὶ ἀκίνητα καὶ οὐδεμιᾷ εἴκοντά ποτε
B μεταβολῇ, καὶ τοῖς ἐρῶσιν αὐτῶν ἀδεῶς ἐπιόντα, μάχης ἀπηλλαγμένα καὶ φιλονεικίας, καὶ φθόνου καὶ δικαστηρίων, καὶ ἐπιβούλων καὶ συκοφαντίας. Τὰ μὲν γὰρ βιωτικὰ πολλοὺς ἔχει τοὺς φθονοῦντας· τὰ δὲ πνευματικὰ, ὅσον ἂν εἰς πλείονας ἔλθῃ, τοσοῦτον μᾶλλον τὴν εὐπορίαν ἐνδείκνυται τὴν ἑαυτῶν. Καὶ τοῦτο ἔξεστιν ὑμῖν ἐκ τοῦ λόγου τούτου μαθεῖν. Τὸν γὰρ λόγον, ὃν εἰς πάντας ἐκχέω, ἂν μὲν οἴκοι κατάσχω παρ' ἐμαυτῷ, ἀπορώτερος γίνομαι· ἂν δὲ εἰς πάντας ἐκχέω, ὥσπερ εἰς ἄρουραν καθαρὰν βάλλων τὰ σπέρματα, ἐπιτείνω μου τὴν εὐπορίαν, πλείονα
C ποιῶ τὸν πλοῦτον, ἅπαντας ὑμᾶς εὐπορωτέρους ἐργαζόμενος, αὐτὸς δὲ οὐδὲν ἐν ταύτῃ πενέστερος γινόμενος, ἀλλὰ καὶ πλουσιώτερος μειζόνως· ὅπερ ἐπὶ χρημάτων οὐκ ἔνι, ἀλλὰ τοὐναντίον ἅπαν. Εἰ γὰρ ἔχων χρυσίον ἀποκείμενον, εἰς πάντας αὐτὸ διανεῖμαι ἑλοίμην, οὐκέτι ἂν δυναίμην ἔχειν τὴν προτέραν εὐπορίαν, τῇ διαιρέσει ταύτης ἐλαττουμένης.

Ἐπεὶ οὖν τοσαῦτα τῶν πνευματικῶν τὰ ἐξαίρετα, καὶ πολλὴν ἔχει τὴν εὐκολίαν, ἅτε πᾶσι τοῖς βουλομένοις δωρεὰν παραγινόμενα, τούτων μᾶλλον ἐρῶμεν, τὰς σκιὰς ἀφέντες, καὶ μὴ τοὺς κρημνοὺς καὶ τοὺς
D σκοπέλους διώκοντες. Καὶ γὰρ ἵνα τοῦτον τὸν ἔρωτα ὁ Θεὸς ἐπιτείνῃ, καὶ πρὸ τῆς τελευτῆς τοῦ κεκτημένου ταῦτα ἀνθρώπου θάνατον αὐτοῖς συνεκλήρωσεν. Οἷόν τι λέγω· οὐχ ὅταν ὁ κεκτημένος ταῦτα τελευτήσῃ, τότε καὶ αὐτὰ τελευτᾷ, ἀλλὰ καὶ ζῶντος ἔτι μαραίνεται ταῦτα καὶ ἀποθνήσκει, ἵνα τὸ ἐπίκηρον αὐτῶν καὶ τοὺς σφόδρα αὐτῶν ἐρῶντας καὶ περὶ αὐτὰ μεμηνότας τῆς χαλεπῆς ταύτης ἀπαγάγῃ λύττης, παιδεύοντα αὐτῶν τὴν φύσιν, καὶ διδάσκοντα διὰ τῆς πείρας, ὅτι σκιᾶς ἐστιν ἀδρανέστερα, καὶ ταύτῃ τὸν ἔρωτα καταλύοντα. Οἷον ὡς ἐπὶ παραδείγματος· ὁ πλοῦτος οὐχὶ τοῦ πλουτοῦντος μόνον
E τελευτῶντος καταλύεται, ἀλλὰ καὶ ζῶντος μᾶλλον ἀπέστη. Ἡ νεότης τὸν ἔχοντα οὐχὶ τελευτήσαντα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐμπνέοντα ἔτι ἀπολιποῦσα οἴχεται, ἐν τῇ τῆς ἡλικίας ὁδῷ καταλύουσα, καὶ τῷ γήρᾳ παραχωροῦσα. Τὸ κάλλος ὁμοῦ καὶ ἡ εὐμορφία, ἔτι ζώσης τῆς γυναικὸς, ἐτελεύτησε, καὶ πρὸς ἀμορφίαν μετέστη· αἱ δόξαι, αἱ δυναστεῖαι πάλιν ὁμοίως· αἱ τιμαὶ, αἱ ἀρχαὶ, ἐφήμεροι καὶ πρόσκαιροι, καὶ τῶν ἐχόντων αὐτὰ ἀνθρώπων θνητότεραι· καὶ ὥσπερ σωμάτων θανάτους ἐστὶ καθημερινοὺς ὁρᾷν, οὕτω καὶ πραγμά-
340 των. Τοῦτο δὲ γέγονεν, ἵνα τῶν παρόντων ὑπερορῶν-
A τες, τῶν μελλόντων ἐχώμεθα, καὶ τῆς ἐκείνων ἐκκρε-

μώμεθα ἀπολαύσεως, καὶ ἐν τῇ γῇ βαδίζοντες, τῷ πόθῳ ἐν οὐρανοῖς διατρίβωμεν. Καὶ γὰρ δύο τούτους αἰῶνας ἐποίησεν ὁ Θεὸς, τὸν μὲν παρόντα, τὸν δὲ μέλλοντα· τὸν μὲν ὁρατὸν, τὸν δὲ ἀόρατον· τὸν μὲν αἰσθητὸν, τὸν δὲ νοητόν· τὸν μὲν σωματικὴν ἔχοντα ἀνάπαυσιν, τὸν δὲ ἀσώματον· τὸν μὲν ἐν πείρᾳ, τὸν δὲ ἐν πίστει· τὸν μὲν ἐν χερσὶ, τὸν δὲ ἐν ἐλπίσι· καὶ τὸν μὲν εἶναι στάδιον ἐκέλευσε, τὸν δὲ βραβεῖον· καὶ τούτῳ μὲν σκάμματα καὶ πόνους καὶ ἱδρῶτας συνεκλήρωσεν, ἐκείνῳ δὲ στεφάνους καὶ ἔπαθλα καὶ ἀμοιβάς· τὸν μὲν πέλαγος, τὸν δὲ λιμένα κατεσκεύασε· καὶ τὸν μὲν βραχὺν, τὸν δὲ ἀγήρω καὶ ἀθάνατον. Ἐπεὶ οὖν πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων τῶν νοητῶν ἐκείνων τὰ αἰσθητὰ προετίμων, συνεκλήρωσε τούτοις τὸ ἐπίκηρον καὶ τὸ πρόσκαιρον, ἵνα ταύτῃ τῶν παρόντων ἀπαγαγὼν, τῷ ἔρωτι τῶν μελλόντων μετὰ πολλῆς αὐτοὺς προσδήσῃ τῆς ἀκριβείας. Εἶτα ἐπειδὴ ἀόρατα ἦν ἐκεῖνα καὶ νοερὰ, καὶ ἐν πίστει καὶ ἐν ἐλπίσιν, ὅρα τί ποιεῖ. Παραγενόμενος ἐνταῦθα, καὶ τὴν σάρκα λαβὼν τὴν ἡμετέραν, καὶ τὴν θαυμαστὴν ἐκείνην οἰκονομίαν ἐργασάμενος, ὑπ' ὄψιν ἄγει τὰ μέλλοντα, τὰς παχυτέρας καὶ ταύτῃ πληροφορῶν διανοίας. Ἐπειδὴ γὰρ ἦλθε κομίζων πολιτείαν ἀγγελικὴν, καὶ τὴν γῆν οὐρανὸν ἐργαζόμενος, καὶ ταῦτα ἐπιτάττων, ἃ τοῖς ἀσωμάτοις ἐξωμοίουν δυνάμεσι τοὺς μετιόντας, καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἀγγέλους ἐποίησε, καὶ πρὸς τὰς ἐλπίδας ἐκάλει τὰς ἄνω, καὶ μικρὰ σκάμματα διέτεινε, καὶ ὑψηλότερα ἵπτασθαι ἐκέλευσε, καὶ πρὸς αὐτὰς ἀναβαίνειν τῶν οὐρανῶν τὰς ἀψῖδας, καὶ πρὸς δαίμονας ἀποδύεσθαι, καὶ πρὸς ἅπασαν τοῦ διαβόλου τὴν φάλαγγα παρατάττεσθαι, σῶμα ἔχοντας, σαρκὶ συμπεπλεγμένους, καὶ τὰ σώματα νεκροῦν, καὶ τῶν παθῶν ἐξορίζειν τὸν θόρυβον, καὶ τὴν σάρκα ἁπλῶς περικεῖσθαι, τὴν ἅμιλλαν δὲ πρὸς τὰς ἀσωμάτους δυνάμεις τείνασθαι.

Ἐπειδὴ ταῦτα ἐπέταξεν, ὅρα τί ποιεῖ, πῶς εὔκολον τὸν ἀγῶνα ἐργάζεται. Μᾶλλον δὲ, εἰ δοκεῖ, πρότερον εἴπωμεν τῶν ἐπιταγμάτων τὸ μέγεθος, καὶ πῶς ὑψηλὸν τὸ πτερὸν κατεσκεύαζε, καὶ τῆς ἀνθρωπίνης σχεδὸν ἐξοικίζων φύσεως, πρὸς οὐρανὸν μεθορμίσθαι πάντας ἐκέλευσε. Τοῦ γὰρ νόμου κελεύοντος ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, αὐτός φησιν· Ἐάν τίς σε ῥαπίσῃ εἰς τὴν δεξιὰν σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην. Οὐκ εἶπε, φέρε γενναίως μόνον καὶ πράως τὴν παροινίαν, ἀλλὰ καὶ πρόϊθι περαιτέρω τὴν φιλοσοφίαν, καὶ μείζονα παρασκευάζου πάσχειν, ἢ ἐκεῖνος ποιῆσαι ἐπιθυμεῖ· τῇ δαψιλείᾳ τῆς φιλοσοφίας νίκησον αὐτοῦ τὸ προπετὲς τῆς παροινίας, ἵνα αἰδε-

dit, ut præsentia contemnentes adhæreamus futuris, et eorum simus exspectatione suspensi, ac dum in terris ambulamus, desiderio in cælo versemur. Etenim duo sæcula condidit Deus, præsens, et futurum; unum visibile, alterum invisibile: unum quod sub sensus cadit, alterum quod est spirituale: unum quod corporali quiete perfruitur, alterum quod incorporea: unum in experientia, alterum in fide: unum in manibus, alterum in spe; et unum esse stadium jussit, alterum bravium: atque huic quidem certamina, labores ac sudores attribuit, illi vero coronas, præmia et retributiones: hoc pelagus, illud portum effecit, et hoc breve quidem, illud vero senectutis expers, et immortale. Quoniam igitur homines multi spiritualibus illis ea quæ sensibilia sunt præferebant, his caducam conditionem ac temporariam attribuit, ut hoc pacto a præsentibus abductos, vehementer amori futurorum addicat. Deinde quoniam invisibilia erant illa et spiritualia, in fide atque in spe posita, vide quid agat. Cum huc advenisset, ac nostram carnem assumsisset, et mirabilem illam dispensationem perfecisset, futura ponit ob oculos, et hac ratione crassiores mentes securas reddit. Nam quoniam conversationem ac vitæ rationem angelicam afferens veniebat, ac terram in cælum convertebat, eaque mandabat, quæ similes redderent incorporeis virtutibus eos qui ea perficerent, homines reddebat angelos, ad spem cælestium rerum vocabat, longiora certamina proponebat, altius evolare jubebat, et ad ipsa fastigia cælorum ascendere, adversus dæmones pugnam inire, contra universas diaboli copias aciem eos instruere, qui corpus habebant, et cum carne copulati erant, mortificare corpora, ac perturbationum tumultum ablegare, et corpore utcumque esse circumdatos, cæterum cum incorporeis virtutibus certatim contendere.

Angelica est vita evangelica.

4. Hæc ubi præcepit, vide quid agat; quo pacto facile certamen reddat. Quinimo, si videtur, prius mandatorum sublimitatem exponamus, et quo pacto in altum nos voluerit evolare, cum ex humana propemodum natura emigrare, atque in cælum omnes transferri jusserit. Cum enim oculum pro oculo reddi lex præciperet, ipse dixit, *Si quis te percusserit in dexteram maxillam, obverte illi et alteram.* Non dixit, tantum fer patienter ac leniter contumeliam, sed ulterius philosophia modestiaque progredere, atque ad majora patienda paratus esto, quam ille facere cupiat: et patientiæ tuæ ubertate petulan-

Matth. 5. 39.

tiam ejus et insolentiam vince, ut summam tuam
Matth. 5. 44. reveritus modestiam recedat. Et rursus ait, *Ora-
te pro calumniantibus vos : orate pro inimi-
cis vestris : benefacite iis, qui oderunt vos.*
Consilium de virginitate rursus introducens di-
Matth. 19. 12. xit : *Qui potest capere capiat.* Nam quoniam e
paradiso illa evolavit, et post transgressionem
recessit, de cælo descendens ipsam rursus redu-
xit, et tamquam exsulem in antiquam patriam
suam restituit, et a diuturna relegatione liberavit:
primum adveniens nimirum ex virgine natus est,
et leges naturæ mutavit, cum ab ipso exordio
vitæ suæ illam honore affecerit, et virginem
matrem reddiderit. Cum igitur veniens talia
præcepisset, et ad tantam sublimitatem conver-
sationem hominum evexisset, præmia quoque
laboribus digna proposuit, imo vero majora
multo et sublimiora. Verumtamen invisibilia
erant hæc quoque atque in spe, fide et exspecta-
tione posita futurorum. Itaque cum laboriosa
mandata essent ac sublimia, præmia vero et bra-
via in fide, vide quid faciat, quo pacto levem ago-
nem, quo pacto facilia reddat certamina. Quo
tandem pacto? Duabus scilicet viis : una, quod
eadem ipse exsequatur; altera, quod præmia
ostendat et sub aspectum proferat. Nam quæ ab il-
lo dicta sunt, quædam mandatum erant, quædam
Matth. 5. 44. præmia : mandatum quidem, *Orate pro calu-
mniantibus vos et persequentibus :* præmium
Ibid. v. 45. autem, *Ut sitis filii Patris vestri, qui in cælis
Ib. v. 11. 12. est.* Rursus, *Beati cum maledixerint vobis, et
persequuti vos fuerint, et dixerint omne ma-
lum verbum adversum vos mentientes. Gau-
dete et exsultate, quoniam merces vestra co-
piosa est in cælis.* Vides unum mandatum esse,
Matth. 19. 21. alterum præmium? Rursus, *Si vis perfectus
esse, vende quæ habes, et da pauperibus : et
veni, sequere me, et habebis thesaurum in
cælo.* Vides aliud mandatum, et præmium?
Alterum enim ipsis præcepit, alterum ipsis pa-
ravit, quod merces erat ac retributio. Et rursus,
Ib. v. 29. *Quicumque reliquerit domos, et fratres et
sorores :* hoc mandatum est : *Centuplum acci-
piet, et vitam æternam possidebit :* hoc præ-
mium est, et corona.

5. Quoniam igitur magna erant præcepta, et
præmia non apparebant, vide quid agat : ipse
operibus illa ostentat, et in aspectum coronas
profert. Ut enim qui minime tritam viam jube-
tur insistere, si quem viderit per eam prius ince-
dentem, facilius eam aggreditur, et majorem
animo concipit alacritatem : ita quoque fit in

σθεὶς σου τὴν ὑπερβάλλουσαν ἐπιείκειαν, ἀναχωρήσῃ.
Καὶ πάλιν φησίν· Εὔχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων
ὑμᾶς· εὔχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν ὑμῶν· καλῶς ποιεῖτε
τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς. Τὴν περὶ τῆς παρθενίας πάλιν
εἰσήγαγε συμβουλὴν λέγων· Ὁ δυνάμενος χωρεῖν,
χωρείτω. Ἐπειδὴ γὰρ ἐκ παραδείσου τὸ πρᾶγμα
ἀπέπτη, καὶ μετὰ τὴν παρακοὴν ἀνεχώρησε κατιὼν
ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, πάλιν αὐτὴν ἐπανήγαγε, καθάπερ
341 φυγάδα πρὸς τὴν ἀρχαίαν ἐπαναγαγὼν πατρίδα, καὶ
A τῆς μακρᾶς ἐξορίας ἀπαλλάττων· καὶ ἐλθὼν πρῶτον
ἐκ παρθένου ἐτίκτετο, καὶ τοὺς τῆς φύσεως ἐκίνει
νόμους, ἐκ προοιμίων τιμῶν αὐτήν, καὶ μητέρα τὴν
παρθένον ἀποφαίνων. Ἐπειδὴ τοίνυν παραγενόμενος
τοιαῦτα ἐπέταττε, καὶ ὑψηλὴν τὴν πολιτείαν εἰργά-
ζετο, ἄξια καὶ τὰ ἔπαθλα τῶν πόνων ἐδίδου, μᾶλλον
δὲ πολλῷ μείζονα καὶ ὑψηλότερα. Ἀλλ' ἦν καὶ ταῦτα
ἀόρατα, καὶ ἐν ἐλπίσι καὶ ἐν πίστει καὶ ἐν προσδο-
κίᾳ τῇ τῶν μελλόντων. Ἐπεὶ οὖν τὰ μὲν ἐπιτάγματα
ἐπίπονα καὶ ὑψηλὰ, τὰ δὲ ἔπαθλα καὶ τὰ βραβεῖα
ἐν πίστει, ὅρα τί ποιεῖ· πῶς εὔκολον τὸν ἀγῶνα ἐρ-
γάζεται· πῶς ῥᾴδια τὰ σκάμματα. Πῶς καὶ τίνι
B τρόπῳ; Δύο δὴ ταύταις ὁδοῖς· μιᾷ μὲν, τὸ αὐτὸν
αὐτὰ μετελθεῖν· ἑτέρᾳ δὲ, τὸ αὐτὸν δεῖξαι τὰ βρα-
βεῖα καὶ ὑπ' ὄψιν ἀγαγεῖν. Τῶν γὰρ ἀπ' αὐτοῦ
λεγομένων τὰ μὲν ἐντολὴ ἦν, τὰ δὲ ἔπαθλα· ἐντολὴ
μὲν, Εὔχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς καὶ διω-
κόντων· ἔπαθλον δὲ, Ὅπως γένησθε υἱοὶ τοῦ Πατρὸς
ὑμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Πάλιν, Μακάριοί ἐστε,
ὅταν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς καὶ διώξωσι, καὶ εἴπωσι πᾶν
πονηρὸν ῥῆμα καθ' ὑμῶν ψευδόμενοι. Χαίρετε καὶ
ἀγαλλιᾶσθε, ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρα-
νοῖς. Εἶδες τὸ μὲν, ἐντολὴν, τὸ δὲ, ἔπαθλον; Πάλιν,
Εἰ θέλεις τέλειος εἶναι, πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα,
C καὶ δὸς πτωχοῖς, καὶ δεῦρο ἀκολούθει μοι, καὶ ἕξεις
θησαυρὸν ἐν οὐρανῷ. Εἶδες ἄλλην ἐντολὴν, καὶ ἔπα-
θλον; Τὸ μὲν γὰρ αὐτοὺς ἐκέλευσε ποιεῖν, τὸ δὲ αὐ-
τὸς ἡτοίμασεν, ὅπερ ἦν μισθὸς καὶ ἀντίδοσις. Καὶ
πάλιν, Ὅστις ἀφῆκεν οἰκίας καὶ ἀδελφοὺς, καὶ ἀδελ-
φάς· τοῦτο ἐντολή· Ἑκατονταπλασίονα λήψεται καὶ
ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσει· τοῦτο βραβεῖον καὶ στέ-
φανος.

Ἐπεὶ οὖν καὶ τὰ ἐπιτάγματα μεγάλα ἦν, καὶ τὰ
ἔπαθλα αὐτῶν οὐ φαινόμενα, ὅρα τί ποιεῖ· αὐτὸς
αὐτὰ διὰ τῶν ἔργων ἐπιδείκνυται, καὶ τοὺς στεφάνους
ἐπ' ὄψιν ἄγει. Ὥσπερ γὰρ ὁ κελευόμενος ἀτριβῆ
βαδίζειν ὁδὸν, ἐὰν ἴδῃ πρότερόν τινα βαδίσαντα, εὐ-
D κολώτερον ἅπτεται, καὶ πλείονα λαμβάνει τὴν προ-
θυμίαν· οὕτω καὶ ἐν ταῖς ἐντολαῖς, οἱ τοὺς προηγου-

μένους ὁρῶντες, ῥᾳδίως ἕπονται. Ἵν' οὖν εὐκολώτερον ἡ ἡμετέρα φύσις ἀκολουθήσῃ, ταύτην λαβὼν τὴν σάρκα, καὶ τὴν φύσιν τὴν ἡμετέραν, οὕτως αὐτὴν ἐβάδισε, καὶ τὰς ἐντολὰς διὰ τῶν ἔργων ἐπεδείξατο. Τὸ γὰρ, Ἐάν τίς σε ῥαπίσῃ ἐπὶ τὴν δεξιὰν σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην, αὐτὸς ἐποίησεν, ὅταν αὐτὸν ἐῤῥάπισεν ὁ δοῦλος τοῦ ἀρχιερέως. Οὐ γὰρ ἠμύνατο αὐτὸν, ἀλλὰ τοσαύτην ἐπιείκειαν ἐπεδείξατο, ὡς εἰπεῖν· Εἰ μὲν κακῶς ἐλάλησα, μαρτύρησον περὶ τοῦ κακοῦ· εἰ δὲ καλῶς, τί με δέρεις; Εἶδες πραότητα φρίκης γέμουσαν; εἶδες ταπεινοφροσύνην ἔκπληξιν ἔχουσαν; Ἐτύπτετο, οὐ παρ' ἐλευθέρου τινὸς, ἀλλὰ παρ' οἰκέτου, μαστιγίου, καὶ οἰκοτρίβου, καὶ μετὰ τοσαύτης ἀποκρίνεται τῆς ἐπιεικείας ταῦτα. Οὕτω καὶ ὁ Πατὴρ αὐτοῦ τοῖς Ἰουδαίοις ἔλεγε· Λαός μου, τί ἐποίησά σοι; ἢ τί σε ἐλύπησα; ἢ τί παρηνώχλησά σοι; ἀποκρίθητι. Ὥσπερ αὐτός φησι, Μαρτύρησον περὶ τοῦ κακοῦ, οὕτω καὶ ὁ Πατὴρ αὐτοῦ, Ἀποκρίθητί μοι· καὶ ὥσπερ αὐτός φησι, Τί με δέρεις, οὕτω καὶ ὁ Πατὴρ, Τί ἐλύπησά σε, ἢ τί παρηνώχλησα; Πάλιν ἀκτημοσύνην παιδεύων, ὅρα πῶς διὰ τῶν ἔργων αὐτὴν ἐπιδείκνυται λέγων· Αἱ ἀλώπεκες φωλεοὺς ἔχουσι, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατασκηνώσεις· ὁ δὲ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἔχει ποῦ τὴν κεφαλὴν κλῖναι. Εἶδες ἀκτημοσύνης ἐπίτασιν; Οὐ τράπεζα ἦν αὐτῷ, οὐ λυχνία, οὐκ οἶκος, οὐ δίφρος, οὐκ ἄλλο τῶν τοιούτων οὐδέν. Ἐδίδασκε περὶ τοῦ κακῶς ἀκούοντας φέρειν γενναίως, ὅπερ διὰ τῶν ἔργων ἐπεδείξατο. Ὅτε γὰρ δαιμονῶντα αὐτὸν ἐκάλουν καὶ Σαμαρείτην, δυνάμενος αὐτοὺς πάλιν ἀπολέσαι, καὶ τῆς ὕβρεως αὐτῶν ἀποτῖσαι δίκην, οὐδὲν ἐποίει τοιοῦτον, ἀλλὰ καὶ εὐηργέτει, καὶ τοὺς δαίμονας αὐτῶν ἀπήλαυνε. Καὶ εἰπὼν, Εὔχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς, εἰς τὸν σταυρὸν τοῦτο ἀναβὰς ἐποίησεν. Ἐπειδὴ γὰρ αὐτὸν ἐσταύρωσαν καὶ προσήλωσαν, κρεμάμενος ἔλεγεν, Ἄφες αὐτοῖς· οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσι. Ταῦτα ἔλεγεν οὐκ ἀτονῶν αὐτὸς ἀφιέναι, ἀλλ' ἡμᾶς παιδεύων εὔχεσθαι ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν. Ἐπειδὴ γὰρ οὐ λόγῳ μόνῳ, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ τὴν διδασκαλίαν ἐπεδείκνυτο, διὰ τοῦτο καὶ τὴν εὐχὴν προσέθηκε. Μηδεὶς τοίνυν τῶν αἱρετικῶν, διὰ τὴν πολλὴν αὐτοῦ φιλανθρωπίαν, ἀσθένειαν καταγινωσκέτω τῶν εἰρημένων· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ λέγων, Ἵνα δὲ εἰδῆτε, ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἀφιέναι ἐπὶ τῆς γῆς ἁμαρτίας. Ἀλλ' ἐπειδὴ παιδεύειν ἐβούλετο (ὁ δὲ παιδεύων οὐ δι' ὧν λέγει μόνον,

mandatis: qui vident eos, qui præcesserint, facile sequuntur. Ut igitur natura nostra facilius sequatur, carnem et naturam nostram assumens, ita per illam incessit, et operibus mandata expressit. Siquidem illud, *Si quis te percusserit in dexteram maxillam, obverte illi et alteram,* (Matth. 5. 39.) ipse præstitit, quando alapam illi pontificis servus impegit. Non enim ipsum ultus est, sed tantam modestiam præ se tulit, ut diceret: *Si male loquutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, quid me cædis?* (Joan. 18. 23.) Vides tremendam lenitatem? vides humilitatem stupendam? Percutiebatur, non a libero quopiam, sed a servo, a verberone et vernaculo, et tanta cum modestia respondet. Ita quoque Pater ejus dicebat Judæis: *Popule meus, quid feci tibi, aut quid contristavi te, aut quid molestus fui tibi? responde mihi.* (Mich. 6. 3.) Quemodmodum ipse dicit, *Testimonium perhibe de malo*, sic et Pater ejus, *Responde mihi:* et quemadmodum ait ipse, *Quid me cædis?* sic etiam Pater, *Quid contristavi te, aut in quo molestus fui tibi?* Paupertatem rursus docens, vide quo pacto illam opere exhibeat dicens. 342 *Vulpes foveas habent, et volucres cæli nidos, Filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet.* (Matth. 8. 20.) Vides extremam paupertatem? Non mensam habebat, non lucernam, non domum, non sellam, non aliud quidquam ejusmodi. Docebat ut male audientes patienter ferrent, id vero ille opere exhibuit. Quando enim dæmonium habentem, et Samaritanum ipsum appellabant, cum illos rursus necare posset, et contumeliæ pœnam ab illis exigere, nihil tale faciebat, imo etiam bene de illis merebatur et ex illis dæmones expellebat. Cumque dixisset, *Orate pro calumniantibus vos,* (Matth. 5. 44.) in crucem cum ascendisset, id fecit. Postquam enim eum crucifixerunt, et clavis affixerunt, pendens dicebat, *Dimitte illis: non enim sciunt, quid faciunt.* (Luc. 23. 34.) Hæc ab eo dicebantur, non quod ipse dimittere minime posset, sed ut nos orare pro inimicis doceret. Nam quia non sermone tantum, sed opere quoque doctrinam præ se ferebat, propterea preces etiam adjunxit. Nullus igitur ex hæreticis, ob nimiam ejus humanitatem, infirmitatem hæc verba judicet indicare. Ipse enim est qui dicit: *Ut autem sciatis, quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata.* (Matth. 9. 6.) Sed quoniam docere volebat (is autem qui docet non verbis tantum suis, sed etiam factis doctrinam profert in medium), hac de causa preces etiam

adjunxit : nam alioqui discipulorum etiam pedes lavit, non quod inferior esset : verum cum Deus esset ac Dominus, ad tantam se humilitatem demisit.

Matth. 11. 29. 6. Hanc etiam ob causam dicebat: *Discite a me, quia mitis sum, et humilis corde.* Alio modo rursus ipsa bravia præmiaque in medium afferri, ac subjici oculis audi. Pollicitus erat corporum resurrectionem, immortalitatem, occursum in aera, raptum in nubibus : hæc rebus ipsis ostendit. Quo tandem modo? Mortuus cum esset, resurrexit : quapropter et quadraginta diebus cum ipsis versatus est, ut certiores illos redderet, et qualia corpora nostra post resurrectionem futura sint, ostenderet. Rursus qui per
1. Thess. 4. 17. Paulum dixit : *In nubibus rapiemur obviam illi in aera*, hoc etiam opere demonstravit. Siquidem post resurrectionem, cum esset in cælos
Act. 1. 9. adscensurus, præsentibus ipsis, *Elevatus est*, inquit, *et nubes suscepit eum ab oculis eorum :* et cum intentis oculis essent, dum abiret ille. Sic nimirum et corpus nostrum consubstantiale corpori erit illi, utpote quod ex eadem sit massa : sicut enim caput, ita et corpus ; sicut principium, ita et finis. Atque hoc manifestius indi-
Philipp. 3. 21. cans Paulus dicebat : *Qui reformabit corpus humilitatis nostræ, ut conforme fiat corpori claritatis suæ.* Si igitur conforme sit, eamdem etiam viam conficiet, et in nubibus pariter elevabitur. Hæc tu quoque in resurrectione exspecta. Nam quoniam ad illud usque tempus obscurum fuerat audientibus verbum regni cælorum, pro-
Matth. 17. pterea cum ascendisset in montem, coram disci-
Transfiguratus Christus cur. pulis suis transfiguratus est, eisque futurorum gloriam præmonstravit, et obscure tamquam in ænigmate, quale corpus nostrum futurum esset, ostendit. Verum cum vestibus tum quidem apparuit : at non ita in resurrectione. Neque enim vestibus indiget corpus nostrum, neque tecto, neque concameratione, neque alia ulla re simili. Nam si ante transgressionem Adam, cum esset nudus, non erubescebat, gloria circumdatus : multo magis corpora nostra, quæ ad præstantiorem melioremque conditionem transferentur, nullo horum indigebunt. Hac nimirum de causa cum et ipse resurgeret, vestes in sepulcro et loculo manere permisit, nudumque corpus suscitavit, immensæ gloriæ et beatitudinis plenum. Hæc igitur nobis cum explorata sint, dilectissimi, et verbis eruditi, et per oculos edocti, talem conversationem exhibeamus, ut in nubibus rapti,

ἀλλὰ καὶ δι' ὧν ποιεῖ τὴν διδασκαλίαν προάγει), τούτου χάριν καὶ τὴν εὐχὴν προσέθηκεν· ἐπεὶ καὶ τῶν μαθητῶν τοὺς πόδας ἔνιπτεν, οὐχ ὡς ἐλάττων ὢν, ἀλλὰ Θεὸς ὢν καὶ Δεσπότης εἰς τοσοῦτο κατέβη ταπεινοφροσύνης.

Διὰ δὴ τοῦτο ἔλεγε· Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ. Ἑτέρως πάλιν τὸ τὰ βραβεῖα αὐτὰ καὶ τὰ ἔπαθλα εἰς μέσον ἀγαγεῖν, καὶ ὑπὸ ὀφθαλμοὺς δεικνύναι, ἄκουσον. Ὑπέσχετο σωμάτων ἀνάστασιν, ἀφθαρσίαν, τὴν εἰς ἀέρα ἀπάντησιν,
effecit. Lutum tradidit igni Spiritus : *Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, et igni :* in aqua, ut reformaretur; in igni, ut consolidaretur. Ideo propheta olim vaticinans dicebat : *Tamquam vasa figuli conteres eos.* Non dixit, Tamquam vasa testacea, quæ singuli possident : sunt enim illa vasa figuli, quæ figulus in rota sua effingit : sed vasa figuli lutea, nostra vero testacea. Prænuntians itaque conflationem per baptisma denuo repetendam, *Tamquam vasa,* inquit, *figuli conteres eos.* Refingit, inquit, et conflat. Descendo in baptisma, et refingitur forma mea, denuo conflat ignis Spiritus, et efficitur testacea. Quod autem hæc non ex jactantia prodeant, audi Jobum : *Fecit autem nos lutum ;* Paulus autem : *Habentes autem thesaurum hunc in vasis testaceis.* At vide testæ fortitudinem. Non enim in igne cocta est, sed in Spiritu. Quomodo testaceum est? *Quinquies quadragenas una minus accepi : ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum,* et testaceum vas non confractum est. *Nocte et die in profundo maris fui.* In profundo fuit, et vas testaceum non solutum est : naufragium fecit, et thesaurus non periit : navis submersa est, et onus ejus navigavit. *Habentes autem thesaurum.* Quem thesaurum? Spiritus commeatum, justitiam, sanctificationem, redemtionem. Quem, quæso, thesaurum? *In nomine Jesu Christi, surge et ambula. Ænea, sanat te Jesus Christus. Tibi dico, maligne spiritus : exi ab eo.*

Matth. 3. 11. — Psal. 2. 9. — Job. 10. 9. — 2. Cor. 4. 7. — 2. Cor. 11. 24. 25. — Act. 3. 6. — Act. 9. 34. — Act. 16. 18.

12. Vidisti thesaurum regiis thesauris splendidiorem? Quid enim tale facere umquam poterit regia margarita, quale verba apostoli ediderunt? Appone innumera diademata mortuis, et non excitabuntur : unum ex apostolo egressum verbum rebellem naturam reduxit, et in pristinum statum restituit. *Habentes autem thesaurum hunc.* O thesaure qui non servatur solum, sed qui servat domum in qua reconditur! Intellexisti quid dixerim? Reges terræ et principes, cum thesauros habent, magnas construunt domos, muros nempe, vectes, fores, custodes, seras, ut custodiatur thesaurus : Christus autem contrarium fecit; non in lapideo, sed in testaceo vase thesaurum posuit. Si magnus thesaurus, cur vas infirmum? Atqui ideo vas infirmum est, quia magnus est thesaurus : non enim servatur a vase, sed ipse vas conservat. Ego thesaurum pono, quis eum suffurari potest? Venit diabolus, venit orbis terræ, venerunt sexcenti homines, et thesaurum non furati sunt : flagellatum est

Qui verus thesaurus. — 2. Cor. 4. 7.

vas, et thesaurus non proditus est: demersum est in mare, et naufragium non fecit: mortuum est, et thesaurus manet. Dedit igitur arrhabonem. Ubinam sunt qui in Spiritus majestatem blasphemant? Mentem adhibete. 2. Cor. 1. 21. 22. *Qui autem confirmat nos vobiscum in Christum Deus, qui dedit arrhabonem Spiritus.* Scitis vos omnes, arrhabonem partem exiguam esse totius: audi quomodo. Abit quis empturus domum pretio multo, et dicit: Da mihi arrhabonem pro cautione. Abit quis mulierem ducturus, de dote et de facultatibus paciscitur, et dicit: Da mihi arrhabonem. Attende: in auctione servi arrhabo, itemque in omnibus commerciis. Cum itaque Christus pacta nobiscum inibat (me etenim sicut sponsam erat ducturus), mihi etiam dotem adscribit, non pecuniæ, sed sanguinis. Dotem vero mihi adscribit, largitionem bonorum, 1. Cor. 2. 9. *Quæ oculus non vidit, et auris non audivit, et in cor hominis non ascenderunt.* In dotem igitur adscripsit immortalitatem, laudem cum angelis, immunitatem a morte, libertatem a peccato, hereditatem regni (ingentes sunt divitiæ), justitiam, sanctificationem, liberationem a præsentibus, futurorum adeptionem. Magna mihi dos erat. Attende diligenter: vide quid faciat. Venit acceptum meretricem, sic eam voco, quod esset impura, ut sponsi amorem ediscas. Venit, accepit me, dotem mihi adscripsit: dicit, Do tibi divitias meas. Quomodo? Perdidisti, inquit, paradisum? accipe illum. Perdidisti, inquit, formam? accipe illam: hæc omnia accipe. Verum dos mea hic mihi non datur.

Dos sponsæ Christi.

καὶ ναυάγιον οὐκ ἐποίησεν· ἀπέθανε, καὶ ὁ θησαυρὸς D μένει. Ἔδωκε τοίνυν τὸν ἀῤῥαβῶνα. Ποῦ εἰσιν οἱ τοῦ Πνεύματος τὴν ἀξίαν βλασφημοῦντες; Προσέχετε. Ὁ δὲ βεβαιῶν ἡμᾶς σὺν ὑμῖν εἰς Χριστὸν Θεὸς, ὁ καὶ δοὺς τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ Πνεύματος. Ἴστε πάντες ὑμεῖς, ὅτι ὁ ἀῤῥαβὼν μέρος ἐστὶ μικρὸν τοῦ παντός· ὅπως ἄκουε. Ἀπέρχεταί τις ἀγοράσαι οἰκίαν πολλῆς τιμῆς, καὶ λέγει· δός μοι ἀῤῥαβῶνα, ἵνα θαῤῥῶ. Ἀπέρχεταί τις γυναῖκα ἀγαγέσθαι, προῖκα συντίθησι καὶ [a] πράγματα, καὶ λέγει· δός μοι ἀῤῥαβῶνα. Πρόσχες· καὶ ἐν πράσει δούλου ἀῤῥαβὼν, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς συναλλάγμασιν ἀῤῥαβών. Ἐπεὶ οὖν ὁ Χριστὸς συνάλλαγμα E μεθ' ἡμῶν ἐποίει (καὶ γὰρ ὡς νύμφην με ἔμελλε λαμβάνειν), καὶ προῖκά μοι γράφει, οὐ χρημάτων, ἀλλ' αἵματος. Προῖκα δέ μοι ταύτην γράφει τῶν ἀγαθῶν τὴν ἀντίδοσιν, Ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσεν, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη. Ἔγραψε τοίνυν εἰς τὴν προῖκα ἀθανασίαν, αἶνον μετὰ ἀγγέλων, ἀπαλλαγὴν θανάτου, ἐλευθερίαν ἁμαρτίας, 399 κληρονομίαν βασιλείας (πολὺς ὁ πλοῦτος), δικαιοσύ- A νην, ἁγιασμὸν, ἀπαλλαγὴν τῶν παρόντων, εὕρεσιν τῶν μελλόντων. Μεγάλη μοι ἦν ἡ προίξ. Πρόσχες μετὰ ἀκριβείας· βλέπε τί ποιεῖ. Ἦλθε λαβεῖν τὴν πόρνην, λέγω γὰρ αὐτὴν, ὡς ἦν ἀκάθαρτος, ἵνα μάθῃς τοῦ νυμφίου τὸν ἔρωτα. Ἦλθεν, ἔλαβέ με, γράφει μοι προῖκα· λέγει· δίδωμί σοι πλοῦτον τὸν ἐμόν; Πῶς; Ἀπώλεσας, λέγει, παράδεισον; λάβε αὐτόν. Ἀπώλεσας, λέγει, τὸ εὐειδές; λάβε αὐτό· λάβε ταῦτα πάντα. Ἀλλ' ἡ προίξ μου οὐκ ἐδόθη μοι ὧδε.

15. Adverte animum, quapropter hanc dotem prædicit. Mihi in dotem adscripsit resurrectionem corporum et incorruptionem. Resurrectionem quippe non necessario sequitur incorruptio, sed hæc duo erant. Etenim multi resurrexerunt, et rursus defuncti sunt: quemadmodum Lazarus et corpora sanctorum. Verum hic non similiter: sed resurrectionem promittit, incorruptionem, choreas cum angelis, Filii occursum in nubibus, 1. Thess. 4. 17. *Et sic semper cum Domino erimus*, ereptionem a morte, libertatem a peccato, demersionem interitus. Quale illud est? 1. Cor. 2. 9. *Oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt ea, quæ præparavit Deus diligentibus se.* Bonane mihi das quæ non novi? Etiam, ait: hic te desponso, hic me ama. Cur mihi non hic dotem tradis? Cum ad Patrem meum veneris,

Πρόσεχε, διὰ τοῦτο εἰς τὴν προῖκα ταύτην [b] προλέγει· ἔγραψέ μοι ἐν τῇ προικὶ ἀνάστασιν σωμάτων, ἀφθαρσίαν. Οὐ γὰρ ἀκολουθεῖ πάντως τῇ ἀναστάσει B ἡ ἀφθαρσία, ἀλλὰ δύο ἦν ταῦτα. Καὶ γὰρ πολλοὶ ἀνέστησαν, καὶ πάλιν ἔπεσον, ὥσπερ ὁ Λάζαρος, καὶ τὰ σώματα τῶν ἁγίων. Ἀλλ' οὗτος οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἀνάστασιν, ἀφθαρσίαν, τὴν μετὰ ἀγγέλων χορείαν, τὴν τοῦ Υἱοῦ ἀπάντησιν ἐν νεφέλαις, καὶ τὸ Οὕτω πάντοτε σὺν Κυρίῳ ἐσόμεθα, τὴν ἀπαλλαγὴν τοῦ θανάτου, τὴν ἐλευθερίαν τῆς ἁμαρτίας, τὸν καταποντισμὸν τῆς τελευτῆς. Ποῖον ἐκεῖνον; Ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσεν, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. Ἀγαθά μοι δίδως, ἃ οὐκ οἶδα; Λέγει, ναί· ὧδε ἁρμό- C ζω, ὧδέ με φίλει. Εἰς τί οὐ δίδως μοι τὴν προῖκα ὧδε; Ὅταν ἔλθῃς πρὸς τὸν Πατέρα μου, ὅταν ἔλθῃς εἰς τὰς βασιλικὰς αὐλάς. Ἐγὼ πρὸς σὲ ἦλθον, μὴ γὰρ

[a] [Savil. in textu γραμματεῖα, in marg. πράγματα.]

[b] Sic duo Mss. Alii προλέγει ἅπερ ἔγραψε.

σὺ πρὸς μέ; Ἦλθον οὐχ ἵνα μείνῃς, ἀλλ' ἵνα λάβω σε καὶ ἀνέλθω. Μὴ ζήτει ὧδε τὴν προῖκα· πάντα ἐν ἐλπίδι, πάντα ἐν πίστει. Καὶ οὐδέν μοι δίδως ἐνταῦθα; Λέγει· λάβε ἀῤῥαβῶνα, ἵνα μοι πιστεύσῃς περὶ τοῦ μέλλοντος· λάβε ὑπόβολα, λάβε καὶ μνῆστρα. Διὰ τοῦτο Παῦλος λέγει, Ἡρμοσάμην γὰρ ὑμᾶς. Ὡς μνῆστρα ἔδωκεν ἡμῖν τὰ παρόντα ὁ Θεός· μνῆστρά ἐστι τὰ παρόντα, ἀῤῥαβών ἐστιν· ἡ προὶξ ὅλη ἐκεῖ μένει. Πῶς; ἐγὼ λέγω· ὧδε γηρῶ, ἐκεῖ οὐ γηρῶ· ὧδε θνήσκω, ἐκεῖ οὐ θνήσκω· ὧδε λυποῦμαι, ἐκεῖ οὐ λυποῦμαι· ὧδε πενία, καὶ νόσος, καὶ ἐπιβουλαὶ, ἐκεῖ οὐδὲν τοιοῦτον· ὧδε σκότος, καὶ φῶς, ἐκεῖ φῶς μόνον· ὧδε ἐπιβουλὴ, ἐκεῖ ἐλευθερία· ὧδε νόσος, ἐκεῖ ὑγίεια· ὧδε ζωὴ ἔχουσα τέλος, ἐκεῖ ζωὴ οὐκ ἔχουσα τέλος· ὧδε ἁμαρτία, ἐκεῖ δικαιοσύνη, ἁμαρτία δὲ οὐδαμοῦ· ὧδε φθόνος, ἐκεῖ οὐδὲν τοιοῦτον. Δός μοι, φησὶν, ταῦτα. Ἀνάμενε, ἵνα καὶ οἱ σύνδουλοί σου σωθῶσιν, ἀνάμενε. Ὁ βεβαιῶν ἡμᾶς, καὶ δοὺς ἡμῖν τὸν ἀῤῥαβῶνα. Ποῖον ἀῤῥαβῶνα; Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τοῦ Πνεύματος τὴν χορηγίαν. Ἀλλὰ λέγω περὶ τοῦ Πνεύματος. Ἔδωκε τοῖς ἀποστόλοις τὸν δακτύλιον, εἰπών· λάβετε καὶ δότε πᾶσιν. Ὁ δακτύλιος μερίζεται; Μερίζεται καὶ οὐ διαιρεῖται· μερίζεται καὶ οὐκ ἀναλίσκεται. Μάθε Πνεύματος χορηγίαν· ἔλαβε Πέτρος, ἔλαβε καὶ Παῦλος Πνεῦμα ἅγιον. Περιῆλθε τὴν οἰκουμένην, ἁμαρτωλοὺς ἀπήλλαττεν ἁμαρτημάτων, χωλοὺς διώρθου, γυμνοὺς ἐνέδυε, νεκροὺς ἤγειρε, λεπροὺς ἐκαθάριζε, διάβολον ἐπεστόμιζε, δαίμονας ἀπέπνιγε, τῷ Θεῷ διελέγετο, Ἐκκλησίαν ἐφύτευσε, ναοὺς κατέσκαψε, βωμοὺς ἀνέτρεψε, τὴν κακίαν ἔλυσε, τὴν ἀρετὴν ἐφύτευσε, τοὺς ἀνθρώπους ἀγγέλους ἐποίησε. [369]

Ταῦτα πάντα ἦμεν. Ἀῤῥαβὼν ἐπλήρωσε τὴν οἰκουμένην ἅπασαν. Ἅπασαν δὲ ὅταν εἴπω, λέγω, ὅσην ἥλιος ἐφορᾷ γῆν, θάλασσαν, νήσους, ὄρη, νάπας, καὶ βουνούς. Περιῆλθε καθάπερ ὑπόπτερος ὁ Παῦλος ἑνὶ στόματι παλαίων, ὁ σκηνοποιὸς, ὁ σμίλην μεταχειριζόμενος, καὶ δέρματα ῥάπτων· καὶ αὕτη ἡ τέχνη κώλυμα τῇ ἀρετῇ οὐκ ἐγένετο, ἀλλ' ὁ σκηνοποιὸς δαιμόνων ἰσχυρότερος, ὁ ἄστομος φιλοσόφων φιλοσοφώτερος. Πόθεν; Ἔλαβε τὸν ἀῤῥαβῶνα, ἐβάσταζε τὸν δακτύλιον καὶ περιέφερεν. Ἔβλεπον πάντες, ὅτι βασιλεὺς ἡρμόσατο τὴν φύσιν ἡμῶν· εἶδεν ὁ δαίμων, καὶ ἀνεχώρει· εἶδε τὸν ἀῤῥαβῶνα, καὶ ἔτρεμε, καὶ ὑπεχώρει· ἱμάτια ἔβλεπε, καὶ ἐδραπέτευεν. Ὢ δύναμις Πνεύματος· οὐ ψυχῇ ἔδωκε τὴν ἐξουσίαν, οὐ σώματι, ἀλλὰ καὶ ἱματίῳ· οὐχ ἱματίῳ, ἀλλὰ καὶ σκιᾷ. Περιῄει ὁ Πέτρος, καὶ ἡ σκιὰ αὐτοῦ νόσους ἐφυγάδευε, καὶ δαίμονας ἀπήλαυνε, καὶ νεκροὺς ἤγειρεν. Περιῄει Παῦλος τὴν οἰκουμένην, τὰς ἀκάν-

cum veneris in regia atria: Ego ad te veni, an tu ad me? Veni non ut hic maneas, sed ut te assumam, et ascendam. Ne hic quæras dotem; omnia in spe, omnia in fide. Nihilne hic das mihi? Respondet: Accipe arrhabonem, ut mihi de futuro credas: accipe pignora, accipe sponsalia. Ideo Paulus dicit, *Despondi enim vos*. Gen- (2. Cor. 11. 2.) sponsalia tradidit nobis Deus præsentia bona; sponsalia et pignus sunt præsentia: dos tota illic manet. Quomodo? ego dicam. Hic senesco, illic non senesco; hic morior, illic non morior; hic doleo, illic non item; hic paupertas, morbus, insidiæ, illic nihil ejusmodi; hic tenebræ et lux, illic lux tantum; hic insidiæ, illic libertas; hic morbus, illic sanitas; hic vita, quæ finem habet, illic vita, quæ non habet terminum; hic peccatum, illic justitia, peccatum vero numquam; hic invidia, illic nihil simile. Hæc mihi dato, inquit. Exspecta, ut et conservi tui salvi fiant: exspecta. Qui nos confirmat, dedit nobis arrhabonem. Quem arrhabonem? Spiritum sanctum, Spiritus sancti donum. Sed de Spiritu loquor. Annulum dedit apostolis dicens: Accipite, et date omnibus. Annulusne in partes scinditur? In partes scinditur, nec dividitur; in partes scinditur, nec absumitur. Disce Spiritus donum. Accepit Petrus, accepit et Paulus Spiritum sanctum. Circuibat orbem, peccatores a peccato liberabat: claudos erigebat, nudos induebat, mortuos suscitabat, leprosos mundabat, diabolo os obturabat, dæmonas suffocabat, cum Deo loquebatur, Ecclesiam plantavit, templa diruit, altaria evertit, malitiam solvit, virtutem plantavit, homines angelos fecit.

(Quam præsentia et vita futura præsenti.)

14. Hæc omnia eramus. Hæc arrha implevit totum orbem terrarum. Cum dico totum, terram dico, quantam sol respicit, mare, insulas, montes, saltus, colles. Circuibat ceu volucris Paulus uno tantum ore decertans, tentoriorum opifex, qui cultrum concinnandis coriis tractabat, et pelles consuebat: hoc artificium non fuit virtutis impedimentum: sed tentoriorum opifex dæmonibus fortior erat, infacundus philosophis argutior. Undenam? Accepit arrhabonem, gestavit annulum et circumtulit. Videbant omnes a Rege desponsatam naturam nostram, videbat dæmon, et recedebat: videbat arrhabonem, et tremebat, seque subducebat: vestimenta videbat, et fugam faciebat. O virtutem Spiritus! Non animæ dedit potestatem, non corpori tantum; sed et vestimento, nec vestimento solum, sed umbræ. Circuibat Petrus, et umbra ejus morbos fugabat,

dæmonas abigebat, mortuos suscitabat. Circuibat Paulus orbem, impietatis spinas resecans, semina pietatis jaciens; sicut arator optimus, Hæc non videntur Chrysostomo digna. aratrum doctrinæ tractans. Et ad quosnam venit? Ad Thracas, Scythas, Indos, Mauros, Sardos, Gothos, ad feras agrestes, et omnia mutavit. Undenam? Ex arrhabone. Quomodo ad hæc sufficere potuit? Per gratiam Spiritus. Idiota, nudus, discalceatus: qui dabat arrhabonem Spiritus. Ideo dicit: *Et ad hæc quis idoneus? Sed sufficientia nostra ex Deo est, qui et idoneos nos fecit ministros Novi Testamenti, non literæ, sed Spiritus.* (2. Cor. 2. 16. 2. Cor. 3. 5 6.) Vide quid fecerit Spiritus: invenit terram dæmonibus plenam, et ipsam cælum fecit. Ne præsentia cogitetis: sed illa cogitatione repetite. Tunc luctus erat, tunc ubique altaria, ubique fumus, ubique nidores, ubique fornicationes, ubique initiationes, ubique sacrificia, ubique dæmones debacchantes, ubique arx diaboli, ubique fornicatio coronabatur: unusque Paulus erat. Quomodo non submersus est? quomodo non discerptus? quomodo os aperuit? Ingressus est in Thebaidem, et captivos fecit. Ingressus est in aulam regiam, et regem fecit discipulum. Ingressus est ad tribunal, et dicit ei Act. 26. 28. judex: *Parum abest quin suadeas mihi ut fiam Christianus:* judexque factus est discipulus. Ingressus est carcerem, et carceris custodem Act. 16. cepit. Act. 28. Ingressus in barbarorum insulam, viperam fecit doctorem. Abiit ad Romanum populum, et senatum ad se pertraxit. Abiit ad flumina, ad deserta loca quocumque per orbem. Non terra, non mare ejus præclarorum officiorum expers fuit: dedit enim arrhabonem annuli, datoque arrhabone ait: Hæc tibi jam do, cætera polliceor. Psal. 44. 10. Quamobrem dicit ei propheta: *Adstitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato.* Non vestimentum dicit, sed virtutem. Ideo Scriptura alibi Matth. 22. 12. ait: *Quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem?* Itaque non vestem dicit, sed fornicationem, et obscœnum impurumque facinus. Quemadmodum sordida vestimenta peccatum sunt: sic et aurea, virtus. Sed vestimentum hoc regis erat: ipse vestitum illi dedit: nuda quippe erat, nuda et turpiter deformata. *Adstitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato.* Non vestimenta dicit, sed virtutem: non dixit, In auro. Attende: vox hæc magnam habet sententiarum nobilitatem. Non dixit, In auro, sed, *Deaurato.* Solerter audi. Aureum vestimentum, totum est aureum; deauratum vero quasdam aureas, quasdam sericas partes habet. Cur ergo non dixit sponsam

θας ἀνατέμνων τῆς ἀσεβείας, τὰ σπέρματα καταβάλλων τῆς εὐσεβείας, καθάπερ ἀροτὴρ ἄριστος τὸ C ἄροτρον ἔχων τῆς διδασκαλίας. Καὶ πρὸς τίνας ἦλθε; Πρὸς Θρᾶκας, πρὸς Σκύθας, πρὸς Ἰνδοὺς, πρὸς Μαύρους, πρὸς Σαρδονίους, πρὸς Γοτθοὺς, πρὸς θηρία ἄγρια, καὶ μετέβαλε πάντα. Πόθεν; Ἀπὸ τοῦ ἀῤῥαβῶνος. Πῶς διήρκεσεν; Ἀπὸ τῆς τοῦ Πνεύματος χάριτος. Ἰδιώτης, γυμνὸς, ἀνυπόδετος· ὁ καὶ δοὺς τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ Πνεύματος. Διὰ τοῦτο λέγει· Καὶ πρὸς ταῦτα τίς ἱκανός; Ἀλλ' ἡ ἱκανότης ἡμῶν ἐκ τοῦ Θεοῦ, ὃς καὶ ἱκάνωσεν ἡμᾶς διακόνους καινῆς Διαθήκης, οὐ γράμματος, ἀλλὰ Πνεύματος. Ἴδε τί τὸ Πνεῦμα ἐποίησεν· εὗρε τὴν γῆν δαιμόνων γέμουσαν, καὶ ἐποίησεν αὐτὴν οὐρανόν. Μὴ γὰρ τὰ παρόντα D ἐννοῆτε· ἀλλὰ ἀναλάβετε τῷ λογισμῷ αὐτά. Τότε ἦν θρῆνος, τότε πανταχοῦ βωμοὶ, πανταχοῦ καπνὸς, πανταχοῦ κνῖσαι, πανταχοῦ πορνεῖαι, πανταχοῦ τελεταὶ, πανταχοῦ θυσίαι, πανταχοῦ δαίμονες βακχεύοντες, πανταχοῦ ἀκρόπολις τοῦ διαβόλου, πανταχοῦ πορνεία στεφανουμένη· καὶ εἷς ἦν ὁ Παῦλος. Πῶς οὐ κατεποντίσθη; πῶς οὐ διεσπάσθη; πῶς ἤνοιξε τὸ στόμα; Εἰσῆλθεν εἰς Θηβαΐδα, καὶ αἰχμαλώτους ἔλαβεν. Εἰσῆλθεν εἰς τὰς βασιλικὰς αὐλὰς, καὶ τὸν βασιλέα μαθητὴν ἐποίησεν. Εἰσῆλθεν εἰς τὸ δικαστήριον, καὶ λέγει αὐτῷ ὁ δικαστής· Παρ' ὀλίγον με πείθεις Χριστιανὸν γενέσθαι· καὶ ὁ δικαστὴς μαθητὴς ἐγένετο. Εἰσῆλθεν εἰς τὸ δεσμωτήριον, καὶ τὸν δεσμοφύλακα E ἔλαβεν. Ἀπῆλθεν εἰς βαρβάρων νῆσον, καὶ τὴν ἔχιν διδάσκαλον ἐποίησεν. Ἀπῆλθεν εἰς τὸν δῆμον τῶν Ῥωμαίων, καὶ τὴν σύγκλητον ἀπέσπασεν. Ἀπῆλθεν εἰς ποταμοὺς, ἀπῆλθεν εἰς ἐρήμους τόπους πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης. Οὐ γῆ, οὐ θάλασσα ἄμοιρος αὐτοῦ ἐστι τῶν κατορθωμάτων· ἔδωκε γὰρ τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ δακτυλίου, καὶ δοὺς τὸν ἀῤῥαβῶνα, λέγει· τὰ μὲν ἤδη δίδωμί σοι, τὰ δὲ ἐπαγγέλλομαι. 401 Διὰ τοῦτο λέγει αὐτῇ ὁ προφήτης· Παρέστη ἡ βασί- A λισσα ἐκ δεξιῶν σου ἐν ἱματισμῷ διαχρύσῳ. Οὐχ ἱμάτιον λέγει, ἀλλ' ἀρετήν. Διὰ τοῦτο ἡ Γραφὴ ἀλλαχοῦ λέγει· Πῶς εἰσῆλθες ὧδε μὴ ἔχων ἔνδυμα γάμου; Ὥστε οὐκ ἔνδυμα λέγει, ἀλλὰ τὴν πορνείαν, καὶ τὴν ῥυπαρὰν πρᾶξιν καὶ ἀκάθαρτον. Ὥσπερ οὖν τὰ ῥυπαρὰ ἱμάτια, ἁμαρτία· οὕτω τὰ διάχρυσα, ἀρετή. Ἀλλὰ τὸ ἱμάτιον τοῦτο τοῦ βασιλέως ἦν· αὐτὸς αὐτῇ καὶ ἱμάτιον ἔδωκεν· γυμνὴ γὰρ ἦν, γυμνὴ καὶ ἀσχημονοῦσα. Παρέστη ἡ βασίλισσα ἐκ δεξιῶν σου ἐν ἱματισμῷ διαχρύσῳ. Οὐχ ἱμάτια λέγει, ἀλλ' ἀρετήν· οὐκ εἶπεν, ἐν χρυσῷ. Πρόσεχε· καὶ αὐτὴ ἡ λέξις πολλὴν ἔχει εὐγένειαν νοημάτων. Οὐκ εἶπε, ἐν χρυσῷ, B ἀλλὰ, Διαχρύσῳ. Ἄκουε συνετῶς. Τὸ χρυσοῦν ἱμάτιον ὅλον ἐστὶ χρυσοῦν· τὸ δὲ διάχρυσον μέρη μὲν ἔχει χρυσᾶ, μέρη δὲ σηρικά. Διὰ τί οὖν μὴ χρυσοῦν ἱμάτιον εἶπε φορεῖν τὴν νύμφην, ἀλλὰ διάχρυσον;

Πρόσεχε ἀκριβῶς. Τὴν πολιτείαν λέγει τῆς Ἐκκλησίας, τὴν ποικίλην. Ἐπειδὴ γὰρ οὐ πάντες βίου ἑνὸς ἐσμεν, ἀλλ' ὁ μὲν παρθενίαν, ὁ δὲ χηρείαν, ὁ δὲ εὐσέβειαν ἀσκεῖ· ἱμάτιον τῆς Ἐκκλησίας ἡ πολιτεία τῆς Ἐκκλησίας.

Ἐπειδὴ οὖν ᾔδει ὁ Δεσπότης ἡμῶν, ὅτι ἂν μίαν ὁδὸν τέμῃ, πολλοὶ ἔχουσιν ὀκνῆσαι, ποικίλας ἔτεμεν ὁδούς. Οὐ δύνασαι διὰ παρθενίας εἰσελθεῖν; Εἴσελθε C διὰ μονογαμίας. Οὐ δύνασαι διὰ μονογαμίας; Κἂν διὰ δευτερογαμίας. Οὐ δύνασαι διὰ σωφροσύνης εἰσελθεῖν; Εἴσελθε δι' ἐλεημοσύνης. Οὐ δύνασαι δι' ἐλεημοσύνης; Εἴσελθε διὰ νηστείας. Οὐ δύνασαι ταύτην; Δεῦρο ἐκείνην. Οὐ δύνασαι ἐκείνην; Δεῦρο ταύτην. Διὰ τοῦτο οὐκ ἔδειξε τὸ ἱμάτιον χρυσοῦν, ἀλλὰ διάχρυσον. Ἢ σηρική ἐστιν, ἢ πορφυρᾶ ἐστιν, ἢ χρυσᾶ ἐστιν. Οὐ δύνασαι εἶναι χρυσοῦς; Γενοῦ σηρικός. Δέχομαί σε, μόνον ἐν τῷ ἱματίῳ. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος· Εἴ τις ἐποικοδομεῖ ἐπὶ τὸν θεμέλιον τοῦτον, χρυσὸν, ἄργυρον, λίθους τιμίους. Οὐ δύνασαι εἶναι ὁ λίθος τί- D μιος; Γενοῦ χρυσός. Οὐ δύνασαι εἶναι χρυσός; Γενοῦ ἄργυρος, μόνον ἐν θεμελίῳ. Καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ· Ἄλλη δόξα ἡλίου, καὶ ἄλλη δόξα σελήνης, καὶ ἄλλη δόξα ἀστέρων. Οὐ δύνασαι εἶναι ἥλιος; Γενοῦ σελήνη. Οὐ δύνασαι εἶναι σελήνη; Γενοῦ ἀστήρ. Οὐ δύνασαι εἶναι μέγας ἀστήρ; Γενοῦ κἂν μικρὸς, μόνον ἐν τῷ οὐρανῷ. Οὐ δύνασαι εἶναι παρθένος; Γάμησον μετὰ σωφροσύνης, μόνον ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ. Οὐ δύνασαι εἶναι ἀκτήμων; Ἐλέησον, μόνον ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, μόνον ἐν τῷ ἱματίῳ, μόνον ὑπὸ τὴν βασίλισσαν. Διάχρυσον τὸ ἱμάτιον, ποικίλον τὸ ἱμάτιον. Οὐκ ἀπο- E κλείω σοι τὴν ὁδόν· ἡ ἀφθονία γὰρ τῶν ἀρετῶν εὔκολον ἐποίησε τὴν οἰκονομίαν τοῦ βασιλέως. Ἐν ἱματισμῷ διαχρύσῳ περιβεβλημένη, πεποικιλμένη. Ποικίλον ἐστὶν αὐτῆς τὸ ἱμάτιον· καὶ εἰ βούλει, ἀνάπτυξον τὸ βάθος τοῦ λόγου τοῦ εἰρημένου, καὶ βλέπε τὸ ἱμάτιον τὸ διάχρυσον. Ἐνταῦθα μὲν γὰρ οἱ μὲν μονάζοντές εἰσιν, οἱ δὲ γάμον σεμνὸν ἀσκοῦσιν, οὐ πολὺ ἐκείνων ἀπολιμπανόμενοι· καὶ οἱ μὲν μονόγαμοι, αἱ δὲ χῆραι ἀνθοῦσαι. Διὰ τί παράδεισος; διὰ τί ποικίλος; Ἔχων ἄνθη διάφορα, καὶ δένδρα, καὶ πολλοὺς τοὺς μαργαρίτας. Πολλοὶ οἱ ἀστέρες, ἀλλὰ 401 A εἷς ὁ ἥλιος· πολλοὶ οἱ βίοι, ἀλλὰ εἷς ὁ παράδεισος· πολλοὶ οἱ ναοὶ, ἀλλὰ εἷς ὁ παράδεισος· πολλοὶ οἱ ναοὶ, ἀλλὰ μία ἡ μήτηρ. Τὸ μὲν, σῶμα, τὸ δὲ, ὀφθαλμοὶ, τὸ δὲ, δάκτυλος, ἀλλὰ πάντες εἷς. Τὸ αὐτὸ γὰρ τὸ μικρὸν, καὶ τὸ μέγα, καὶ τὸ ἧττον. Ἡ παρθένος τῆς γεγαμημένης χρείαν ἔχει· καὶ γὰρ ἡ παρθένος ἀπὸ γάμου, ἵνα μὴ καταφρονῇ γάμου. Ἡ παρθένος ῥίζα τοῦ γάμου. Πάντα συνδεδεμένα, τὰ μικρὰ τοῖς μεγάλοις, καὶ τὰ μεγάλα τοῖς μικροῖς. Παρέστη ἡ βασίλισσα ἐκ δεξιῶν σου, ἐν ἱματισμῷ διαχρύσῳ περιβεβλημένη, πεποικιλμένη.

ferre aureum vestimentum, sed deauratum? Attende diligenter. Conversationem Ecclesiæ dicit, quæ varia est. Quia non unam omnes ducimus vitam; sed alius virginitatem, alius viduitatem, alius pietatem exercet: vestimentum Ecclesiæ est conversatio Ecclesiæ.

15. Cum igitur sciret Dominus noster, si unam posuisset viam, multos in segnitie victuros fuisse, multas instituit vias. Non potes per virginitatem ingredi? Intra per unicum matrimonium. Non potes per unicum? Ingredere saltem per secundum. Non potes per continentiam? Ingredere per eleemosynam. Non potes per eleemosynam? Intra per jejunium. Non potes hoc modo? Illo saltem. Non potes illo? Alio ingredere. Ideo non ostendit aureum vestimentum, sed deauratum. Aut serica vestis est, vel purpurea, vel aurea. Non potes esse aureus? Esto sericus. Suscipio te, tantum in vestimento. Ideo Paulus: *Si quis ædificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos.* Non potes esse lapis pretiosus? Esto aurum. Non potes esse aurum? Esto argentum, tantum in fundamento. Et alibi rursum: *Alia claritas solis, alia claritas lunæ, et alia claritas stellarum.* Non potes esse sol? Esto luna. Non potes esse luna? Esto stella. Non potes esse magna quædam stella? Esto saltem parva, tantum sis in cælo. Non potes esse virgo? Nuptias contrahe cum continentia, sed tantum in Ecclesia. Non potes esse inops? Fac eleemosynam, tantum in Ecclesia, tantum in vestimento, tantum sub regina. Deauratum vestimentum, varium vestimentum. Non tibi occludo viam: virtutum enim copia Regis dispensationem facilem reddit. *In vestitu deaurato circumdata, varietate ornata.* Varium est ejus vestimentum: ac si vis, profundum hujus sermonis explica, ac vide vestitum deauratum. Hic enim sunt monachi, alii honorabile connubium colunt, nec multum ab illis distant; alii unas contraxere nuptias, alii viduæ sunt ætate florentes. Quare paradisus? quare varius? Habens scilicet varios flores, et arbores et multas margaritas. Multæ stellæ, sed unus sol; multa vivendi genera, sed unus paradisus; multa templa, sed unus paradisus: multa templa, sed una mater. Illud est corpus, illud oculi, illud digitus, sed omnes unus. Idipsum enim est parvum, et magnum, et minus. Virgo opus habet ea, quæ nupta est: nam virgo ex nuptiis, ne nuptias aspernetur. Virgo est radix nuptiarum. Omnia copulantur, parva magnis, et magna parvis. *Adstitit regina a dexteris tuis in vestitu*

Viæ sunt variæ ad salutem.

1. Cor. 3. 12.

1. Cor. 15. 41.

Psal. 44. 10.

deaurato circumdata, varietate ornata. Quod
Psal. 44. 4. reliquum est, *Audi, filia.* Pronubus ait, te egressuram esse ad sponsum, qui et substantia et natura sit longe superior. Ego pronubus. *Audi, filia.* Statimne facta est uxor? Etiam: nihil enim hic corporeum. Etenim ut uxorem desponsavit, ut filiam diligit, ut ancillam curat, ut virginem servat, ut hortum muro cingit, ut membrum fovet, ut caput providet, ut radix pullulat, ut pastor pascit, ut sponsus desponsat, ut propitiatorium condonat, ut ovis immolatur, ut sponsus in decore sponsam conservat, et ut vir ipsi providet. Multi sunt variique sensus, ut vel minima dispensationis parte fruamur. *Audi, filia, et vide,* et nuptialia spiritualiaque negotia respice. *Audi, filia.* Hæc prius dæmonum filia erat, filia terræ, ipsa tellure indigna; et nunc facta est filia regis. Id autem voluit ejus amator. Qui amat enim, formam non requirit; amor non respicit deformitatem; ideo autem vocatur ἔρως, quia plerumque deformem amat. Sic et Christus fecit: deformem vidit (non enim illam formosam dixerim), et adamavit: illamque innovat, ut non habeat maculam, aut rugam. O sponsum ornantem deformitatem sponsæ! *Audi, filia,* audi, *et vide.* Duo dicit, *Audi,* et, *Vide.* Duo hæc ex te sunt, illud ab oculis, hoc ab auribus. Quoniam igitur dos ejus in auditu erat (si qui ex vobis acutius prævident, exspectent tamen infirmiores: et vos laudo præoccupantes, et illis ignosco sequentibus), quoniam dos ejus in
Rom. 10. 17. auditu erat (quid est, in auditu? In fide: *Nam fides ex auditu.* In fide, non in fruitione, nec in experientia omni), prius dixi, ipsum in duas partes divisisse dotem ejus, et alia ipsi dedisse pro arrhabone, alia vero in futurum tempus pollicitum esse. Quid ipsi dedit? Peccatorum veniam, supplicii remissionem, justitiam, sanctificationem, redemtionem, corpus dominicum, mensam divinam ac spiritualem, mortuorum resurrectionem. Hæc quippe omnia habuerunt apostoli. Itaque alia dedit, alia promisit: alia in experientia erant et fruitione, alia in spe et fide. Audi iterum. Quid dedit? Baptisma, sacrificium. Hæc in experientia. Vide autem. Quid promisit? Resurrectionem, corporum incorruptionem, unionem cum angelis, choreas cum archangelis, vitam in ipsius consortio, vitam im-
1. Cor. 2. 9. mortalem, bona *Quæ oculus non vidit, et*

Τὸ λοιπὸν, Ἄκουσον, θύγατερ. Ὁ νυμφαγωγός φησιν
B ὡς μέλλεις ἐξέρχεσθαι πρὸς τὸν νυμφίον, ὑπερβαίνοντά σου τὴν οὐσίαν, ὑπερβαίνοντά σου τὴν φύσιν. Ἐγὼ νυμφαγωγός. Ἄκουσον, θύγατερ. Εὐθέως ἐγίνετο ἡ γυνή; Ναί· οὐδὲν γὰρ σωματικόν. Καὶ γὰρ ὡς γυναῖκα ἡρμόσατο, καὶ ὡς θυγατέρα φιλεῖ, καὶ ὡς δούλης προνοεῖ, καὶ ὡς παρθένον τηρεῖ, καὶ ὡς παράδεισον τειχίζει, καὶ ὡς μέλος περιέπει, καὶ ὡς κεφαλὴ προνοεῖ, καὶ ὡς ῥίζα φυτεύει, καὶ ὡς ποιμὴν βόσκει, καὶ ὡς νυμφίος ἁρμόζεται, καὶ ὡς ἱλαστήριον συγχωρεῖ, καὶ ὡς πρόβατον θύεται, καὶ ὡς νυμφίος διατηρεῖ ἐν κάλλει, καὶ ὡς ἀνὴρ προνοεῖ τῆς κηδεμονίας. Πολλὰ τὰ νοήματα, ἵνα κἂν μικροῦ μέρους τῆς
C οἰκονομίας ἀπολαύσωμεν. Ἄκουσον, θύγατερ, καὶ ἴδε, καὶ βλέπε τὰ γαμικὰ πράγματα, καὶ πνευματικά. Ἄκουσον, θύγατερ. Θυγάτηρ ἦν τῶν δαιμόνων αὐτὴ πρῶτον, θυγάτηρ τῆς γῆς, ἀναξία τῆς γῆς, καὶ νῦν γέγονε θυγάτηρ τοῦ βασιλέως. Τοῦτο δὲ ἠθέλησεν ὁ ἐρῶν αὐτῆς. Ὁ γὰρ ἐρῶν οὐκ ἐξετάζει τρόπον· ὁ ἔρως οὐ βλέπει ἀμορφίαν· διὰ τοῦτο δὲ καλεῖται [a] ἔρως, ὅτι πολλάκις καὶ ἄμορφον φιλεῖ. Οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ἐποίησεν· ἄμορφον εἶδεν (οὐ γὰρ ἂν αὐτὴν εἴποιμι εὔμορφον), καὶ ἠράσθη, καὶ ποιεῖ αὐτὴν νέαν, μὴ ἔχουσαν σπίλον ἢ ῥυτίδα. Ὢ νυμφίου καλλωπίζοντος ἀμορφίαν νύμφης. Ἄκουσον, θύγατερ, ἄκουσον, καὶ
D ἴδε. Δύο λέγει, Ἄκουσον, καὶ, Βλέπε, τὰ δύο ἀπὸ σοῦ, τὰ μὲν τοῖς ὀφθαλμοῖς, τὰ δὲ τῇ ἀκοῇ. Ἐπεὶ οὖν ἡ προὶξ αὐτῆς ἐν ἀκοῇ ἦν· εἰ καί τινες ὀξύτερον προεῖδον, ἀναμενέτωσαν τοὺς ἀσθενεστέρους· καὶ ὑμᾶς ἐπαινῶ προλαβόντας, καὶ ἐκείνοις συγγινώσκω ἀκολουθοῦσιν· ἐπειδὴ ἡ προὶξ αὐτῆς ἐν ἀκοῇ ἦν (τί ἐστιν ἐν ἀκοῇ; Ἐν πίστει, Ἡ γὰρ πίστις ἐξ ἀκοῆς· ἐν πίστει, οὐκ ἐν ἀπολαύσει, οὐκ ἐν πείρᾳ πάσῃ), προεῖπον, ὅτι εἰς δύο μέρη διεῖλε τὴν προῖκα αὐτῆς, καὶ τὰ μὲν ἔδωκεν αὐτῇ ἀντὶ ἀῤῥαβῶνος, τὰ δὲ ἐπηγγείλατο αὐτῇ εἰς τὸ μέλλον. Τί αὐτῇ ἔδωκεν; Ἔδωκεν αὐτῇ ἁμαρτημάτων συγχώρησιν, κολάσεως ἄφε-
E σιν, δικαιοσύνην, ἁγιασμὸν, ἀπολύτρωσιν, σῶμα δεσποτικὸν, τράπεζαν θείαν, πνευματικὴν, νεκρῶν ἀνάστασιν. Ταῦτα γὰρ πάντα εἶχον οἱ ἀπόστολοι. Οὐκοῦν τὰ μὲν ἔδωκεν, τὰ δὲ ἐπηγγείλατο· καὶ τὰ μὲν ἐν πείρᾳ ἦν καὶ ἀπολαύσει, τὰ δὲ ἐν ἐλπίδι καὶ ἐν πίστει. Καὶ ἄκουε. Τί ἔδωκε; Τὸ βάπτισμα, τὴν

[a] *Ἔρως, ὅτι πολλάκις καὶ ἄμορφον φιλεῖ.* Etymologicon: *Ἔρως, παρὰ τὸ ἐρεῖν τὰς ψυχὰς τῶν ἐρώντων τοῖς ἐρωμένοις,* *ὅ ἐστιν ἕπεσθαι· τυφλὸς γὰρ ὁ ἐρῶν περὶ τοῦ ἐρωμένου.* Sed hoc ultimum de Christo dici nequit.

θυσίαν. Ταῦτα ἐν πείρᾳ· βλέπε δέ. Τί ἐπηγγείλατο; Ἀνάστασιν, σωμάτων ἀφθαρσίαν, τὴν μετὰ ἀγγέλων 407 ἕνωσιν, τὴν μετὰ ἀρχαγγέλων χορείαν, τὴν μετ' A αὐτοῦ πολιτείαν, τὴν ζωὴν τὴν ἀκήρατον, τὰ ἀγαθὰ, Ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν.

Σύνετε τὸ λεγόμενον, μὴ ἀπολέσητε αὐτό· διὰ τοῦτο κάμνω, ἵνα νοήσητε. Εἰς δύο οὖν ἦν αὐτῆς ἡ προῖξ διῃρημένη, εἰς τὰ παρόντα, καὶ εἰς τὰ μέλλοντα· εἰς τὰ ὁρώμενα, καὶ εἰς τὰ ἀκουόμενα· εἰς τὰ δεδομένα, καὶ εἰς τὰ πιστευόμενα· εἰς τὰ ἐν πείρᾳ, καὶ εἰς τὰ ἐν ἀπολαύσει· εἰς τὰ ἐν τῇ παρούσῃ ζωῇ, καὶ εἰς τὰ μετὰ τὴν ἀνάστασιν. Ταῦτα βλέπεις, ἐκεῖνα ἀκούεις. Βλέπε οὖν, τί λέγει αὐτῇ, ἵνα μὴ B νομίσῃ, ὅτι ταῦτα μόνον ἔλαβε· καίτοι μεγάλα ἦν καὶ ἀπόῤῥητα καὶ πᾶσαν διάνοιαν ὑπερβαίνοντα. Ἄκουσον, θύγατερ, καὶ ἴδε· ἄκουσον ἐκεῖνα, καὶ βλέπε ταῦτα· ἵνα μὴ λέγῃς, πάλιν ἐπ' ἐλπίδι; πάλιν ἐν πίστει; πάλιν ἐν τῷ μέλλοντι; Καὶ βλέπε· τὰ μὲν δίδωμι, τὰ δὲ ἐπαγγέλλομαι· ἐκεῖνα μὲν οὖν ἐν ἐλπίδι, ταῦτα δὲ λάβε ἐνέχυρα, ταῦτα λάβε ἀῤῥαβῶνα, ταῦτα λάβε εἰς ἀπόδειξιν. Ἐπαγγέλλομαί σοι βασιλείαν· πίστευε ἀπὸ τῶν παρόντων, πίστευέ μοι. Βασιλείαν μοι ἐπαγγέλλῃ; Ναί. Τὸ μεῖζόν σοι ἔδωκα, τὸν Δεσπότην τῆς βασιλείας, ὅς γε τοῦ ἰδίου Υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' C ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτόν· πῶς οὐχὶ καὶ σὺν αὐτῷ τὰ πάντα ἡμῖν χαρίσεται; Ἀνάστασιν δίδως σωμάτων; Ναί. Τὸ μεῖζόν σοι ἔδωκα. Ποῖον; Ἀπαλλαγῆναι ἁμαρτίας. Πῶς τὸ μεῖζον; Ὅτι τὸν θάνατον ἡ ἁμαρτία ἔτεκεν. Τὴν μητέρα ἔσφαξα, καὶ τὸν υἱὸν οὐ σφάξω; τὴν ῥίζαν ἐξήρανα, καὶ τὸν καρπὸν οὐκ ἀναιρῶ; Ἄκουσον, θύγατερ, καὶ ἴδε. Τί ἴδω; Νεκροὺς ἐγειρομένους, λεπροὺς καθαιρομένους, χαλινουμένην θάλασσαν, παραλυτικὸν σφιγγόμενον, παράδεισον ἀνοιγόμενον, ἄρτους πηγάζοντας, ἁμαρτήματα λυόμενα, χωλὸν πηδῶντα, λῃστὴν παραδείσου πολίτην γενόμενον, τελώνην εὐαγγελιστὴν γενόμενον, παρθένου σεμνοτέραν τὴν πόρνην. Ἄκουσον, καὶ ἴδε· D ἄκουσον ἐκεῖνα, καὶ βλέπε ταῦτα. Ἀπὸ τῶν παρόντων λάβε ἀπόδειξιν· καὶ περὶ ἐκείνων ἔδωκά σοι ἐνέχυρα· ταῦτα ἐκείνων ἀμείνω. [a] Καὶ τί θέλεις λέγειν; Ταῦτα ἐμά. Ἄκουσον, θύγατερ, καὶ ἴδε. Ταῦτα ἡ προῖξ. Τί εἰσφέρει ἡ νύμφη; Ἴδωμεν. Καὶ σὺ εἰσένεγκε. Τί ποτε, ἵνα μὴ ᾖς ἄπροικος; Ἐγὼ τί ἔχω, φησὶν, εἰσενεγκεῖν ἀπὸ βωμῶν, ἀπὸ κνίσης, ἀπὸ δαιμόνων; τί ἔχω εἰσενεγκεῖν; Τί; Γνώμην καὶ πίστιν. Ἄκουσον θύγατερ, καὶ ἴδε. Καὶ τί θέλεις ποιήσω; Ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου. Ποίου λαοῦ; Τῶν δαιμόνων, τῶν εἰδώ- E λων, τοῦ καπνοῦ, τῆς κνίσης, τοῦ αἵματος. Καὶ ἴδε,

auris non audivit, et in cor hominis non ascenderunt, quæ præparavit Deus diligentibus se.

16. Intelligite id, quod dicitur: ne perdatis illud: ideo laboro, ut intelligatis. In duas igitur partes erat dos ejus divisa; in præsentia, et in futura; in ea quæ visu, et in ea quæ auditu percipiuntur; in ea quæ dantur, et in ea quæ creduntur; in ea quæ in experientia, et in ea quæ in fruitione; in ea quæ in præsenti vita, et in ea quæ post resurrectionem. Hæc vides, illa audis. Vide igitur quid dicat illi, ut ne putaret quod hæc solum accepisset: etsi magna erant et ineffabilia, et mentem omnem superantia. *Audi, filia, et vide:* audi illa, et hæc vide; ut ne dicas: Rursum in spe? rursum in fide? rursum in futuro? Et vide: alia do, alia promitto: illa itaque in spe, hæc vero accipe pignora, hæc accipe in arrhabonem, hæc in specimen accipe. Promitto tibi regnum: crede ex præsentibus, crede mihi. Regnum mihi promittis? Etiam. Quod majus erat tibi dedi, nempe Dominum regni, *Qui proprio Filio non* Rom. 8. 32 *perpercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum; quomodo non etiam cum illo omnia nobis donabit?* Resurrectionemne das corporum? Etiam. Quod majus erat tibi dedi. Quodnam illud? Quod libereris a peccato. Quo pacto majus est illud? Quia peccatum mortem peperit. Matrem interfeci et filium non interficiam? radicem arefeci, et fructum non tollam? *Audi, filia, et vide.* Quid videam? Mortuos suscitatos, leprosos mundatos, mare frenatum, paralyticum in vigorem restitutum, paradisum apertum, panes ubertim erogatos, peccata soluta, claudum subsilientem, latronem paradisi civem factum, publicanum in evangelistam mutatum, meretricem virgine continentiorem. Audi, et vide: audi illa, hæc vide. A præsentibus argumentum accipe: de illis etiam pignora dedi tibi: hæc illis meliora sunt. Ecquid tandem dictura es? Mea hæc sunt. *Audi, filia, et vide.* Hæc dos sunt. Quid infert sponsa? Videamus. Et tu inferas quoque. Ecquid tu tandem, ut ne maneas indotata? Ego quid possim inferre ab altaribus, a nidore, a dæmonibus? quid inferendum habeo? Quid? Voluntatem et fidem. *Audi, filia, et vide.* Ecquid vis

[a] [Savil. καὶ τί θέλεις, λέγει;]

Psal. 44. 11. faciam? *Obliviscere populum tuum.* Quem populum? Dæmonas, idola, fumum, nidorem, sanguinem. *Et vide, et obliviscere populum tuum, et domum patris tui.* Dimitte patrem, et ad me veni. Ego Patrem dimisi, et ad te veni, et tu non dimittes patrem tuum? Cæterum illud, dimisi, de Filio dictum, ne ita intelligas, quasi dimiserit. Me tibi attemperavi, dispensatione usus sum, carnem assumsi. Hoc sponsi, hoc sponsæ est, ut relinquamus parentes, et nos mutuo copulemur. *Audi, filia, et vide, et obliviscere populum tuum, et domum patris tui.*
Ibid. v. 12. Ecquid mihi das, si obliviscar? *Et concupiscet rex decorem tuum.* Habes amatorem Dominum. Si illum amatorem habeas, quæ illius sunt utique habes: si tamen quod dictum est possitis intelligere: subtilis quippe est sententia; voloque Judæorum linguam consuere. Sed hic mentem adhibete: sive enim quis audiat, sive non, ego fodio, ego terram aratro scindo. *Audi, filia, et vide, et obliviscere populum tuum, et domum patris tui, et concupiscet rex decorem tuum.* Hic decorem, qui sensum movet, intelligit Judæus; non spiritualem, sed corporeum.

Pulchritudo corporis ex natura; animæ ex virtude proficiscitur.

17. Attende, discamus quæ sit corporea pulchritudo, et quæ spiritualis. Est anima, est corpus, duæ substantiæ sunt; est pulchritudo corporis, et est pulchritudo animæ. Quæ est pulchritudo corporis? Supercilium extensum, subridens gratia oculorum, gena rubens, labia puniceo colore, collum erectum, coma leniter fluctuans, digiti prælongi, statura arrecta, candor efflorescens. Hæc pulchritudo corporis vel a natura, vel a voluntate efficitur? In confesso autem est a natura proficisci. Attende ut philosophorum sententiam ediscas. Hæc pulchritudo, sive vultus, sive oculorum, seu comæ, seu frontis, vel a natura, vel a voluntate efficitur. Palam est a natura effici. Nam deformis etiamsi innumeris utatur artificiis, quod ad corpus attinet, formosa effici nequit: etenim quæ sunt a natura, immota manent, definita terminis, qui præteriri nequeunt. Quæ igitur pulchra est, semper est pulchra, etsi nullo utatur artificio; deformis vero se formosam facere nequit, nec formosa deformem. Quare? Quia naturæ sunt hæc. Vidistine ergo corpoream pulchritudinem? Eamus intus ad animam: ancilla dominam adeat. Ad animam ducamus. Vide pulchritudinem illam, imo potius audi; non po-

καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου, καὶ τοῦ οἴκου πατρός σου. Ἄφες τὸν πατέρα, καὶ δεῦρο πρὸς μέ. Ἐγὼ τὸν Πατέρα ἀφῆκα, καὶ ἦλθον πρὸς σὲ, καὶ σὺ οὐκ ἀφίης τὸν σὸν πατέρα; Ἀλλὰ τὸ ἀφῆκα ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ, μὴ ἐγκατάλειψιν νόμιζε. Συγκατέβην, ᾠκονόμηκα, σάρκα ἀνέλαβον. Τοῦτο νυμφίου, τοῦτο νύμφης, ἵνα καταλείψῃ τοὺς γονέας, καὶ ἀλλήλοις ἁρμοσώμεθα. Ἄκουσον, θύγατερ, καὶ ἴδε, καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου,
403 καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου. Καὶ τί μοι δίδως, ἐὰν
A ἐπιλάθωμαι; Καὶ ἐπιθυμήσει ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου. Ἔχεις ἐραστὴν τὸν Δεσπότην. Ἂν ἐκεῖνον ἐραστὴν ἔχῃς, [a] τὰ ἐκείνου καὶ ἔχεις· ἐὰν δυνηθῆτε συνιδεῖν τὸ λεγόμενον· λεπτὸν γάρ ἐστι τὸ νόημα, καὶ βούλομαι ἀποῤῥάψαι Ἰουδαίων τὴν γλῶτταν. Ἀλλὰ συντείνατέ μοι τὴν διάνοιαν· ἄν τε γὰρ ἀκούῃ τις, ἄν τε μὴ ἀκούῃ, ἐγὼ σκάπτω, ἐγὼ ἀροτριῶ. Ἄκουσον, θύγατερ, καὶ ἴδε, καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου, καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου, καὶ ἐπιθυμήσει ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου. Κάλλος ἐνταῦθα τὸ αἰσθητὸν λέγει ὁ Ἰουδαῖος, οὐχὶ τὸ νοητὸν, ἀλλὰ τὸ σωματικόν.

B Πρόσχες, μάθωμεν τί ἐστι σωματικὸν κάλλος, καὶ τί ἐστι νοητόν. Ἔστι ψυχὴ, ἔστι σῶμα, δύο οὐσίαι εἰσίν· ἔστι κάλλος σώματος, καὶ ἔστι κάλλος ψυχῆς. Τί ἐστι κάλλος σώματος; Ὀφρὺς ἐκτεταμένη, ὀφθαλμὸς μειδιῶν, παρειὰ ἐρυθραινομένη, χείλη φοινικίζοντα, τράχηλος ἀνεστηκὼς, κόμη κραδαινομένη, δάκτυλοι εὐμήκεις, ἡλικία ἀνεστηκυῖα, λευκότης ἐπανθοῦσα. Τοῦτο τὸ κάλλος τὸ σωματικὸν ἀπὸ φύσεως γίνεται, ἢ ἀπὸ προαιρέσεως; Ὡμολόγηται, ὅτι ἀπὸ φύσεως. Πρόσεχε ἵνα μάθῃς φιλοσόφων νοήματα. Τοῦτο τὸ κάλλος, τὸ τῆς ὄψεως, τὸ τοῦ ὀφθαλμοῦ, τὸ
C τῆς κόμης, τὸ τοῦ μετώπου, φύσεως γίνεται, ἢ ἀπὸ προαιρέσεως. Εὔδηλον ὅτι ἀπὸ φύσεως γίνεται. Ἡ γὰρ ἄμορφος, κἂν μυρία φιλοκαλήσῃ, εὔμορφος γενέσθαι οὐ δύναται κατὰ τὸ σῶμα· τὰ γὰρ τῆς φύσεως ἀκίνητα, ὅροις πεπέδηται, μὴ μεταβαίνοντα. Ἡ τοίνυν καλὴ, ἀεὶ καλὴ, κἂν μὴ ἔχῃ φιλοκαλίαν· ἡ δὲ ἄμορφος εὔμορφον ποιῆσαι οὐ δύναται, οὐδὲ ἡ εὔμορφος ἄμορφον. Διὰ τί; Ἐπειδὴ φύσεώς ἐστι ταῦτα. Εἶδες οὖν σωματικὸν κάλλος; Ἄγωμεν ἔσω εἰς τὴν ψυχήν· ἡ δούλη πρὸς τὴν δέσποιναν. Πρὸς τὴν ψυχὴν ἄγωμεν. Βλέπε ἐκεῖνο κάλλος, μᾶλλον δὲ ἄκουε ἐκεῖνο· οὐ γὰρ δύνασαι αὐτὸ ἰδεῖν· ἀόρατον γάρ ἐστιν. Ἄκουε
D ἐκεῖνο τὸ κάλλος. Τί οὖν ἐστι κάλλος ψυχῆς; Σωφροσύνη, ἐπιείκεια, ἐλεημοσύνη, ἀγάπη, φιλαδελ-

[a] [Savil. τὰ ἐκείνου κέκτησαι. λάβε τὰ ἐκείνου, καὶ ἔχεις ἐκεῖνον, ἐάν.]

φία, φιλοστοργία, ὑπακοὴ Θεοῦ, νόμου πλήρωσις, δικαιοσύνη, συντριβὴ διανοίας. Ταῦτα κάλλη ψυχῆς. Ταῦτα τοίνυν οὐκ ἔστι φύσεως, ἀλλὰ προαιρέσεως. Καὶ ὁ μὴ ἔχων, δύναται ταῦτα λαβεῖν, ὁ δὲ ἔχων, ἐὰν ῥαθυμήσῃ, ἀπώλεσεν. Ὥσπερ γὰρ ἔλεγον ἐπὶ τοῦ σώματος, ὅτι ἡ ἄμορφος εὔμορφος γενέσθαι οὐ δύναται· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς τὸ ἐναντίον λέγω, ὅτι ἡ ἄμορφος ψυχὴ εὔμορφος γενέσθαι δύναται. Τί γὰρ ἀμορφότερον τῆς ψυχῆς Παύλου, ὅτε βλάσφημος ἦν καὶ ὑβριστής· τί δὲ εὐμορφότερον αὐτοῦ, ὅτε ἔλεγε, Τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγώνισμαι, τὸν δρόμον τετέλεκα, τὴν πίστιν τετήρηκα; Τί ἀμορφότερον τῆς ψυ- E χῆς τοῦ λῃστοῦ; τί δὲ εὐμορφότερον αὐτοῦ ἐγένετο, ὅτε ὑπήκουσεν, Ἀμὴν λέγω σοι, σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ; Τί ἀμορφότερον τοῦ τελώνου, ὅτε ἥρπασε; τί δὲ εὐμορφότερον, ὅτε τὴν οἰκείαν ἔδωκε γνώμην; Ὁρᾷς ὅτι τὴν εὐμορφίαν τοῦ σώματος οὐ δύνασαι μεταλλάσσειν· οὐ γάρ ἐστι προαιρέσεως, ἀλλὰ φύσεως. Ἡ δὲ τῆς ψυχῆς εὐμορφία ἐκ τῆς προαιρέσεως ἡμῖν πορίζεται. Ἔλαβες τοὺς ὅρους. Ποίους; Ὅτι τὸ κάλλος τῆς ψυχῆς ἀπὸ ὑπακοῆς τοῦ 404 A Θεοῦ. Ἐὰν γὰρ ὑπακούσῃ τῷ Θεῷ ἡ ἄμορφος ψυχὴ, ἀποτίθεται τὴν ἀμορφίαν, καὶ γίνεται εὔμορφος. Σαῦλε, Σαῦλε, τί με διώκεις; Ὁ δὲ, καὶ τίς εἶ, Κύριε; Ἐγώ εἰμι Ἰησοῦς. Καὶ ὑπήκουσε, καὶ ἡ ὑπακοὴ τὴν ἄμορφον ψυχὴν εὔμορφον ἐποίησε. Πάλιν τῷ τελώνῃ λέγει, Δεῦρο, ἀκολούθει μοι. Καὶ ἀνέστη ὁ τελώνης, καὶ ἐγένετο ἀπόστολος· ἡ ἄμορφος ψυχὴ ἐγένετο εὔμορφος. Πόθεν; Ἀπὸ ὑπακοῆς. Πάλιν τοῖς ἁλιεῦσι λέγει, Δεῦτε ὀπίσω μου, καὶ ποιήσω ὑμᾶς γενέσθαι ἁλιεῖς ἀνθρώπων· καὶ ἀπὸ τῆς ὑπακοῆς ἐγένετο εὔμορφος αὐτῶν ἡ διάνοια. Ἴδωμεν ὧδε ποῖον λέγει κάλλος. Ἄκουσον, θύγατερ, καὶ ἴδε, καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου, καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου, καὶ B ἐπιθυμήσει ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου. Ποῖον κάλλος ἐπιθυμήσει; Τὸ ψυχικόν. Πόθεν; Ὅτι ἐπελάθετο. Λέγει, Ἄκουσον οὖν, καὶ ἐπιλάθου. Ταῦτα προαιρέσεώς ἐστιν. Ἄκουσον, εἶπεν. Ἄμορφος ἀκούει, καὶ ἡ ἀμορφία αὕτη οὐ λύεται ἡ τοῦ σώματος. Εἰπὲ τῇ ἁμαρτωλῷ, ἄκουσον, καὶ εἰ ὑπακούσει, βλέπει οἵα ἡ εὐμορφία. Ἐπεὶ οὖν ἡ ἀμορφία τῆς νύμφης οὐκ ἦν φυσικὴ, ἀλλὰ προαιρετικὴ (οὐ γὰρ ἤκουσε τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ παρέβη), διὰ τοῦτο ἑτέρῳ φαρμάκῳ ἄγει αὐτήν. Ἄμορφος τοίνυν ἐγένου, οὐκ ἀπὸ φύσεως, ἀλλὰ προαιρέσεως· καὶ εὔμορφος ἐγένου ἀπὸ ὑπακοῆς. C Ἄκουσον, θύγατερ, καὶ ἴδε, καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου, καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου, καὶ ἐπιθυμήσει ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου. Εἶτα ἵνα μάθῃς, ὅτι οὐδὲν λέγει αἰσθητὸν, ἀκούων τὸ κάλλος, μὴ ὀφθαλμὸν νομίσῃς, μὴ ῥῖνα, μὴ στόμα, μηδὲ τράχηλον, ἀλλ' εὐλάβειαν, πίστιν, ἀγάπην, τὰ ἔνδον· Πᾶσα γὰρ ἡ δόξα τῆς θυγατρὸς τοῦ βασιλέως ἔσωθεν. Ὑπὲρ δὲ

tes enim illam videre : invisibilis quippe est. Audi illam pulchritudinem. Quid igitur est animæ pulchritudo? Temperantia, modestia, eleemosyna, caritas, fratrum amor, benignitas, obsequentia Deo præstita, legis observatio, justitia, contritio animi. Hæc animæ pulchritudo. Hæc itaque naturæ non sunt, sed propositi. Ea qui non habet, adipisci potest : qui habet, si supine se gerat, utique perdit. Ut enim de corpore dicebam, deformem non posse formosam fieri : sic et de anima contrarium dico, deformem animam formosam fieri posse. Quid enim anima Pauli deformius, quando blasphemus et contumeliosus erat? quid vero formosius illa, cum diceret : *Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi?* 2. Tim. 4. 7. Quid deformius anima latronis? quid contra formiosius ea cum audivit, *Amen, dico tibi, hodie mecum eris in paradiso?* Luc. 23. 43. Quid deformius publicano, quando rapiebat? quid vero formosius illo, quando propriam edidit sententiam? Vides te formam corporis non posse mutare : non enim id voluntatis est, sed naturæ. Animæ vero decor ex proposito nobis comparatur. Accepistis definitiones. Quas vero? Pulchritudinem animæ ex obsequentia erga Deum proficisci. Si enim deformis anima Deo obtemperaverit, deformitatem ponit, et formosa efficitur. *Saule, Saule, quid me persequeris? Ille vero, Et quis es, Domine? Ego sum Jesus.* Act. 9. 4. 5. Et obedivit, et obedientia deformem animam formosam effecit. Rursum publicano dicit : *Veni, sequere me.* Matth. 19. 21. Et surrexit publicanus, factusque est apostolus : deformis anima formosa effecta est. Undenam? Ex obedientia. Rursum piscatoribus dicit : *Venite post me, et faciam vos fieri piscatores hominum :* Matth. 4. 19. exque obedientia ipsorum mens formosa facta est. Hic videamus quam dicat pulchritudinem, *Audi, filia, et vide, et obliviscere populum tuum, et domum patris tui, et concupiscet rex decorem tuum.* Quem decorem concupiscet? Utique animæ. Undenam? Quia oblita est. Dicit, *Audi* igitur, *et obliviscere.* Hæc voluntatis sunt. *Audi*, ait. Deformis audit, et deformitas corporis non solvitur. Dic peccatrici animæ, Audi : et si obediat, vide quali decore ornetur. Quia igitur deformitas sponsæ non erat naturalis, sed voluntaria (non enim audierat Deum, sed prævaricata fuerat), ideo alia illam medicina ducit. Deformis igitur facta es, non ex natura, sed ex voluntate ; et ex obedientia formosa facta es. *Audi, filia, et vide, et oblivi-*

scere populum tuum, et domum patris tui: et concupiscet rex decorem tuum. Deinde ut discas, eum hic nihil sensibile dicere, cum audis pulchritudinem, ne oculos putes, non nasum, non os, non collum; sed pietatem, fidem, caritatem

Psal. 44. 14. quæ intus sunt: *Omnis* enim *gloria filiæ regis ab intus.* Pro his vero omnibus gratias agamus Deo horum datori, quia ipsum solum decet gloria, honor, imperium in sæcula sæculorum. Amen.

τούτων ἁπάντων εὐχαριστήσωμεν τῷ Θεῷ, τῷ δοτῆρι, ὅτι αὐτῷ πρέπει μόνῳ δόξα, τιμὴ, κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

MONITUM

IN HOMILIAM CUM SATURNINUS ET AURELIANUS, ETC.

Hanc homiliam duabus prioribus de Eutropio subnectendam esse, ipsa rerum series suadet. Cum enim Gainas post impetratam, partim vi, partim dolo, Eutropii ruinam perniciemque, petulantior in dies evaderet, eo demum impudentiæ processit, ut armis copiisque instructus, Saturnini et Aureliani, qui inter Imperii proceres eminebant, capita deposceret, nec nisi hac conditione se arma positurum esse minitaretur. Arcadius vero Imperator, qui ob inertiam metumque cuivis injuriæ opportunus erat, rem quantumvis indignam denegare non ausus, tantos viros ad necem traditurus erat; nisi Chysostomus, utpote communis omnium pater, sic ille Gainam adiisset, *Obambulans,* inquit, *exhortans, obtestans, supplicans, ut a dominis ea calamitas depelleretur;* idque demum a barbaro impetrasset, ut satis haberet si Saturninus et Aurelianus in exsilium mitterentur. Id accidit anno circiter ineunte 400, ut pluribus in Vita Chrysostomi narrabitur. Quo peracto negotio hanc concionem habuit; ubi de Constantinopolitano tumultu, de vicissitudine humanarum rerum, de divitiarum vanitate eleganter pro more
405 suo disserit. Paupertatis bona deprædicat, utpote quæ tantam præstet securitatem, quantum divitiæ periculum pariunt. Demum exemplo Jobi ad calamitates fortiter ferendas hortatur, et sic concionem claudit.

Incerti interpretationem Latinam, plurimis in locis emendatam, e regione Græci textus posuimus.

HOMILIA,

Cum Saturninus et Aurelianus acti essent in exsilium, et Gainas egressus esset e civitate; et de avaritia.

[a] ΟΜΙΛΙΑ

A Ὅτε Σατορνῖνος καὶ Αὐρηλιανὸς ἐξωρίσθησαν, καὶ Γαϊνᾶς ἐξῆλθε τῆς πόλεως· καὶ περὶ φιλαργυρίας.

1. Multo tempore silui, et post longum temporis spatium ad caritatem vestram reversus sum: verum id non accidit ulla vel animi socordia, vel corporis desidia, sed absfui tumultus componens, fluctus atque tempestatem sedans: eosque qui jam demergi cœperant, ad portum

Πολὺν ἐσίγησα χρόνον, καὶ διὰ μακροῦ πάλιν πρὸς τὴν ὑμετέραν ἐπανῆλθον ἀγάπην· ἀλλ' οὐ ῥαθυμίᾳ τινὶ καὶ ὄκνῳ σώματος, ἀλλὰ τὰς ταραχὰς καταστέλλων, τὰ κύματα κοιμίζων, τὸν χειμῶνα διορθούμενος, τοὺς ναυαγοῦντας ἀνιμώμενος, τοὺς γινομένους ὑποβρυχίους πρὸς λιμένα καὶ γαλήνην χειραγωγῆσαι

[a] Collata cum Ms. Reg. 1974.

σπεύδων. Κοινὸς γάρ εἰμι πάντων πατὴρ, καὶ οὐ τῶν ἑστώτων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν πεπτωκότων φροντίζειν ἀναγκαῖον· οὐχὶ τῶν ἐξουρίας φερομένων, ἀλλὰ B καὶ τῶν κλυδωνιζομένων· οὐχὶ τῶν ἐν ἀσφαλείᾳ, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν κινδύνοις. Διὰ δὴ ταῦτα τὸν παρελθόντα ἀπελείφθην ἐνδοὺς χρόνον περιιὼν, παρακαλῶν, δεόμενος, ἱκετεύων τοῖς κυρίοις λυθῆναι τὴν συμφοράν. Καὶ ἐπειδὴ τέλος ἔλαβεν ἐκεῖνα τὰ σκυθρωπὰ, πάλιν πρὸς ὑμᾶς ἐπανῆλθον τοὺς ἐν ἀσφαλείᾳ ὄντας, τοὺς μετὰ πολλῆς πλέοντας τῆς γαλήνης. Πρὸς ἐκείνους ἀφικόμην ὥστε λῦσαι τὸν χειμῶνα· πρὸς ὑμᾶς ἐπανῆλθον, ὥστε μὴ γενέσθαι χειμῶνα. Πρὸς ἐκείνους ἀπῄειν, ἵνα ἀπαλλάξω τῶν λυπηρῶν· πρὸς ὑμᾶς παρεγενόμην, ἵνα μὴ περιπέσητε τοῖς σκυθρωποῖς. C Ὥσπερ οὐχὶ τῶν ἑστώτων δεῖ φροντίζειν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν πεπτωκότων· οὕτω πάλιν οὐχὶ τῶν πεπτωκότων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἑστώτων· ἐκείνων μὲν, ἵνα ἀναστῶσιν, τούτων δὲ, ἵνα καταπέσωσιν· ἐκείνων μὲν, ἵνα ἀπαλλαγῶσι τῶν κατεχόντων δεινῶν, τούτων δὲ ἵνα μὴ περιπέσωσι τοῖς προσδοκωμένοις λυπηροῖς. Οὐδὲν γὰρ βέβαιον, οὐδὲν ἀκίνητον τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων, ἀλλὰ μιμεῖται θάλασσαν μαινομένην, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὠδίνει ναυάγια ξένα καὶ χαλεπά. Πάντα θορύβων γέμει καὶ ταραχῆς· πάντα σκόπελοι καὶ κρημνοί· πάντα ὕφαλοι καὶ D σπιλάδες· πάντα φόβοι, καὶ κίνδυνοι, καὶ ὑποψίαι, καὶ τρόμοι, καὶ ἀγωνίαι. Οὐδεὶς οὐδενὶ θαρῥεῖ, τὸν πλησίον ἕκαστος δέδοικεν. Ἐκεῖνος πάρεστιν ὁ καιρὸς τάχα, ὃν ὁ προφήτης ὑπογράφων ἔλεγε· Μὴ πιστεύετε ἐν φίλοις, καὶ ἐπὶ ἡγουμένοις μὴ ἐλπίζετε· ἕκαστος ἀπὸ τοῦ πλησίον ἀφέξεσθε· Ἀπὸ τῆς συγκοίτου σου φύλαξον [b] τοῦ ἀναθέσθαι αὐτῇ. Τί δήποτε; Ὅτι καιρὸς πονηρός ἐστιν, Ὅτι πᾶς ἀδελφὸς πτέρνῃ πτερνιεῖ, καὶ πᾶς φίλος δολίως πορεύεται. Οὐκ ἔστι φίλος ἀσφαλὴς, οὐκ ἀδελφὸς βέβαιος. Ἀνῄρηται τὸ τῆς ἀγάπης καλόν· ἐμφύλιος ἅπαντα κατέχει πόλεμος, 405 A ἐμφύλιος, καὶ οὔτε οὗτος δῆλος, ἀλλὰ συνεσκιασμένος. Μυρία πανταχοῦ προσωπεῖα. Πολλαὶ τῶν προβάτων αἱ δοραὶ, ἀναρίθμητοι πανταχοῦ κεκρυμμένοι λύκοι· καὶ ἀσφαλέστερον ἄν τις ἐν πολεμίοις μᾶλλον βιώσειεν, ἢ ἐν τοῖς δοκοῦσιν εἶναι φίλοις. Οἱ χθὲς θεραπεύοντες, οἱ κολακεύοντες, οἱ χεῖρας καταφιλοῦντες, ἀθρόον νῦν πολέμιοι ἀνεφάνησαν, καὶ τὰ προσωπεῖα ῥίψαντες, κατηγόρων ἁπάντων πικρότεροι γεγόνασιν, ὑπὲρ ὧν πρῴην χάριτας ὡμολόγουν, ὑπὲρ τούτων ἐγκαλοῦντες καὶ διαβάλλοντες.

et in tranquillum porrecta manu reducere studens. Sum enim communis omnium pater, eoque necesse est curam agere non tantum eorum qui stant, sed eorum quoque qui collapsi sunt: non illorum tantum, qui secundis navigant ventis, sed et illorum qui tempestate jactantur: non eorum modo qui in tuto sunt, verumetiam illorum qui periclitantur. Harum sane rerum gratia reliqui vos ad temporis spatium, obambulans, exhortans, obtestans, supplicans, ut a dominis ea calamitas depelleretur. Posteaquam autem inamœnis illis ac tristibus finis est impositus, denuo me ad vos recepi, qui in tuto estis, qui multa cum tranquillitate navigatis. Ad illos profectus eram, ut tempestatem sedarem: ad vos reversus sum, ne qua tempestas exoriatur. Ad illos discesseram ut eos a molestiis liberarem: ad vos redii, ne in molestias incidatis. Quemadmodum enim oportet habere curam, non eorum modo qui stant, sed eorum quoque qui lapsi sunt: ita rursus non lapsi tantum nobis debent esse curæ, sed et stantes: illi, ut erigantur, hi, ne cadant: illi, ut ab urgentibus malis liberentur, hi, ne incurrant in ærumnas imminentes. Nihil enim est in rebus humanis stabile, nihil inconcussum, sed ea sunt quasi mare vesaniens, quotidie parturiens naufragia stupenda gravissimaque. Omnia tumultuum ac turbarum plena sunt; omnia scopuli et præcipitia; omnia rupes sub aquis latentes; omnia terrores, discrimina, suspiciones, tremores et angores. Nemo cuiquam fidit, a suo quisque proximo metuit. Tempus fortassis illud in propinquo est, quod propheta depinxit his verbis: *Ne fiduciam habeatis in amicis, et in principibus nolite spem ponere;* a suo quisque proximo cavete; *A conjuge tua cave, ne quid illi credas.* Quid ita tandem? Quia tempus malum est, *Quia omnis frater insidiatur calcaneo, et omnis amicus dolose incedit.* Non est amicus tutus, non frater firmus. Sublatum est caritatis bonum; civile bellum occupat omnia, civile, et non apertum, sed obumbratum. Innumeræ ubique larvæ, simulatæque facies. Multa ovium vellera, innumeri ubique lupi sub his occultati: ut jam inter hostes aliquis tutius vixerit, quam inter eos qui videntur amici. Qui heri adulabantur, qui manus osculabantur, hodie repente comperti sunt esse hostes, abjectisque larvis facti sunt omnibus accusatoribus acerbiores; pro quibus hesterno die gratias agebant, hos nunc incusant et calumniantur.

Constantinopolitani tumultus imago.

Mich. 7. 5.

Jerem. 9. 4.

[b] Reg. τοῦ ἀναθέσθαι, et sic legitur apud Michæam [addito τι ante αὐτῇ]. Editt. ἀνακεῖσθαι.

Adversus avaritiam.

2. Quæ est igitur horum omnium causa? Pecuniarum amor, vesana divitiarum cupiditas, morbus insanabilis, fornax quæ numquam exstinguitur, tyrannis quaquaversum per totum orbem terrarum diffusa. Hanc ob causam et nos quæ prius dicebamus, nunc dicere non desinemus, tametsi nuper complures incusabant nos, talia loquentes: Itane numquam desines adversus divites armatam habere linguam? non desines hos assidue impugnare? Num ego cum illis bellum gero? num adversus illos armor? an non potius pro illis cuncta tum dico, tum facio; ipsi vero adversus seipsos gladios acuunt? an non id declaravit ipsa rerum experientia, quod ego quidem, increpans et assidue objurgans, quærebam illorum commodum, sed illi verius sunt hostes qui nobis hæc loquentibus culpam impingunt? Vidistis eventus rerum cum oratione nostra congruere. An non semper dixi, fugitivas esse divitias, ab hoc ad illum transeuntes? Atque utinam transissent solum, non etiam occidissent: utinam discessisent tantum, ac non e medio quoque sustulissent. Nunc autem præterquam quod deserunt, etiam gladio tradunt, et in barathrum pertrahunt, eo quod sint periculosæ proditrices, cumque iis potissimum bellum gerunt, a quibus amantur. Ingratæ sunt, fugitivæ, homicidæ, implacabiles, bestiæ incurabiles, præcipitium undequaque præruptum, scopulus assiduis plenus fluctibus, mare innumeris ventis agitatum, tyranni acerbe imperantes, dominæ quovis barbaro sæviores, inimicæ irreconciliabiles, hostes implacabiles, quæque numquam erga eos a quibus possidentur, remittunt simultatem.

Paupertatis bona.

3. At non hujusmodi paupertas, sed iis quæ dicta sunt contraria. Ea siquidem est tutum asylum, portus tranquillus, perpetua securitas, deliciæ periculorum expertes, voluptas sincera, vita turbationum nescia, vita fluctuum ignara, copia inexpugnabilis, philosophiæ parens, frenum arrogantiæ, supplicii sublatio, radix modestiæ. Cur itaque hanc fugientes, illas persequimini? illas hostes, illas homicidas, illas quavis bestia sæviores? Talis enim est pecuniarum amor, tale vesanum auri studium. Cur hostem tibi perpetuum contubernalem facis? cur bestiam irritas, quam delinire oportuit? Et quo pacto, inquis, fiet mansueta? Si vel nunc mea verba toleretis, cum clades adsunt, cum calamitas viget, cum omnes in tumultu sunt ac mœrore. Qui fieri

Τί οὖν πάντων αἴτιον; Τούτων δ τῶν χρημάτων ἔρως, ἡ περὶ τὴν φιλαργυρίαν μανία, τὸ νόσημα B ἀνίατον, ἡ κάμινος ἡ μηδέποτε σϐεννυμένη, ἡ τυραννὶς ἡ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἐκτεταμένη. Διὰ δὴ τοῦτο καὶ ἡμεῖς ἃ πρότερον ἐλέγομεν, καὶ νῦν λέγοντες οὐ παυσόμεθα, καίτοι πολλοὶ πρώην ἡμῖν ἐνεκάλουν, καὶ ταῦτα ἔλεγον· οὐ παύῃ κατὰ τῶν πλουτούντων ὁπλιζόμενος τῇ γλώττῃ; οὐ παύῃ συνεχῶς τοιούτοις πολεμῶν; Μὴ ἐγὼ τούτοις πολεμῶ; μὴ ἐγὼ κατ' αὐτῶν ὁπλίζομαι; οὐχ ἐγὼ μὲν ὑπὲρ αὐτῶν πάντα λέγω καὶ ποιῶ, αὐτοὶ δὲ κατ' αὐτῶν τὰ ξίφη ἠκόνησαν; οὐκ ἔδειξε τῶν πραγμάτων ἡ πεῖρα, πῶς ἐγὼ μὲν, ὁ ἐπιτιμῶν καὶ συνεχῶς ἐγκαλῶν, τὸ C συμφέρον ἐζήτουν, πολέμιοι δὲ μᾶλλον ἐκεῖνοι, οἱ ἐπιτιμῶντες ταῦτα λέγουσιν ἡμῖν; Ἴδετε ἐπὶ τῶν πραγμάτων τὰ ῥήματα ἐξελθόντα τὰ ἡμέτερα. Οὐχ ἀεὶ ἔλεγον, ὅτι δραπέτης ἐστὶν ὁ πλοῦτος ἀπὸ τούτου πρὸς ἐκεῖνον βαίνων; Καὶ εἴθε μετέϐαινε μόνον, καὶ μὴ καὶ ἀπέκτεινεν· εἴθε μεθίστατο, καὶ μὴ καὶ ἀνῄρει. Νῦν δὲ καὶ ἐρήμους καταλιμπάνει τῆς αὐτοῦ προστασίας, καὶ τῷ ξίφει παραδίδωσι, καὶ ἐπὶ τὸ βάραθρον ἄγει, προδότης ὢν χαλεπὸς, καὶ τούτοις μάλιστα πολεμῶν, τοῖς φιλοῦσιν αὐτόν. Δραπέτης ἐστὶν ἀγνώμων, ἀνδροφόνος ἀμείλικτος, θηρίον ἀτιθάσσευτον, κρημνὸς πανταχόθεν ἀπότομος, σκόπελος D διηνεκῶν κυμάτων γέμων, πέλαγος ὑπὸ μυρίων ἀνέμων διακοπτόμενον, τύραννος [a] χαλεπῶς ἐπιτάττων, δεσπότης βαρϐάρου τινὸς χαλεπώτερος, ἐχθρὸς ἄσπονδος, πολέμιος ἀκατάλλακτος, οὐδέποτε τὴν πρὸς τοὺς κεκτημένους αὐτὸν καταλύων ἔχθραν.

Ἀλλ' οὐχ ἡ πενία τοιοῦτον, ἀλλ' ἀπεναντίας τῶν εἰρημένων. Χωρίον γάρ ἐστιν ἄσυλον, λιμὴν γαληνὸς, ἀσφάλεια διηνεκὴς, τρυφὴ κινδύνων ἀπηλλαγμένη, ἡδονὴ εἰλικρινὴς, βίος ἀτάραχος, ζωὴ ἀκύμαντος, εὐπορία ἀκαταμάχητος, φιλοσοφίας μήτηρ, χαλινὸς E ἀπονοίας, ἀναίρεσις κολάσεως, ῥίζα ταπεινοφροσύνης. Τίνος οὖν ἕνεκεν, εἰπέ μοι, ταύτην φεύγοντες ἐκείνην διώκετε τὴν πολεμίαν, τὴν ἀνδροφόνον, τὴν θηρίου παντὸς χαλεπωτέραν; Τοιοῦτον γὰρ ἡ φιλαργυρία: τοιοῦτον ἡ περὶ τὰ χρήματα μανία. Τί πολέμιον συγκατοικίζεις σαυτῷ διηνεχῆ διαπαντός; τί τὸ θηρίον ἀγριαίνεις, ὃ τιθασσεύειν δέον; Καὶ πῶς ἂν γένοιτο, φησὶν, χειροῆθες; Εἰ τῶν ἐμῶν ἀνάσχοισθε λόγων, κἂν νῦν ὅτε τὰ πτώματα ἔναυλα, ὅτε ἡ συμ- 407 φορὰ ἀκμάζουσα, ὅτε πάντες ἐν θορύϐῳ καὶ κατηφείᾳ. A Πῶς οὖν τὸ θηρίον ἀπαλλαγῇ τοῦ θηρίον εἶναι; δύ-

[a] Reg. χαλεπῶν ἐπιταγμάτων δεσπότης.

ναμαι γὰρ αὐτὸ μεταβάλλειν, ἐὰν ὑμεῖς θελήσητε· τοιαύτη γὰρ ἡ τῶν λόγων ἰσχύς. Πῶς ἂν οὖν μεταβληθείη τῆς θηριωδίας; Ἐὰν μάθωμεν, πῶς γίνεται χαλεπόν. Πῶς οὖν γίνεται χαλεπόν; Ὥσπερ οἱ λέοντες, ὥσπερ αἱ παρδάλεις, ὥσπερ αἱ ἄρκτοι συγκλειόμεναι καὶ ἐν σκότῳ καθειργόμεναι διεγείρουσι τὸν θυμὸν, αὔξουσι τὴν ὀργήν· οὕτω δὴ καὶ ὁ πλοῦτος συγκλειόμενος καὶ κατορυττόμενος λέοντος μᾶλλον ὠρύεται, καὶ πάντοτε ἀνασοβεῖ· εἰ δὲ ἐξάγεις αὐτὸν ἐκ τοῦ σκότους, καὶ διασπείρεις εἰς τὰς τῶν πενήτων γαστέρας, τὸ θηρίον γίνεται πρόβατον, ὁ ἐπίβουλος προστάτης, ὁ σκόπελος λιμὴν, τὸ ναυάγιον γαλήνη. Ἐπεὶ καὶ ἐπὶ τῶν πλοίων τοῦτο ἂν ἴδοις· ὅταν ὑπὲρ ὄγκον ᾖ τὸ φορτίον, βαπτίζει τὸ σκάφος· ὅταν δὲ σύμμετρον, ἐξουρίας φέρεται. Τοῦτο δὴ καὶ ἐπὶ τῶν οἰκιῶν γίνεται τῶν ἡμετέρων· ὅταν ὑπὲρ τὴν χρείαν συναγάγῃς τὰ χρήματα, μικρὰ ἀνέμου προσβολὴ, καὶ ἡ τυχοῦσα τῶν ἀδοκήτων πραγμάτων περίστασις αὔτανδρον καταδύει τὸ σκάφος· εἰ δὲ τοσαῦτα ἀποθῇς, ὅσαπερ ἡ χρεία ἀπαιτεῖ, κἂν καταιγὶς ἐπέλθῃ, ῥᾳδίως διατρέχεις τὰ κύματα. Μὴ τοίνυν ἐπιθύμει τοῦ πλείονος, ἵνα μὴ τοῦ παντὸς ἐκπέσῃς· μηδὲ τὰ περιττὰ τῆς χρείας συνάγαγε, ἵνα μὴ τὰ πρὸς τὴν χρείαν ἀπολέσῃς· μηδὲ τοὺς νενομισμένους ὅρους ὑπέρβαινε, ἵνα μὴ τῶν ὄντων ἁπάντων ὁμοῦ γυμνωθῇς· ἀλλὰ περίκοπτε τὸ περιττὸν, ἵνα ἐν τοῖς ἀναγκαίοις πλουτῇς. Οὐχ ὁρᾷς, ὅτι καὶ γηπόνοι τὴν ἄμπελον περιτέμνουσιν, ὥστε τὴν δύναμιν ἅπασαν μὴ ἐν τοῖς φύλλοις, καὶ ἐν τοῖς κλήμασιν, ἀλλ' ἐν τῇ ῥίζῃ τοῦ φυτοῦ ἐπιδείκνυσθαι; Τοῦτο δὴ καὶ αὐτὸς ποίει· περίκοπτε τὰ φύλλα, καὶ τὴν σπουδὴν ἅπασαν εἰς τὴν τῶν καρπῶν φορὰν ἀνάλισκε. Εἰ δὲ οὐ βούλει ἐν ταῖς εὐημερίαις, ἔλπιζε τὰς δυσημερίας· ἐν τῇ γαλήνῃ χειμῶνα προσδόκα· ἐν τῇ ὑγείᾳ νόσον ἀνάμενε· ἐν τῷ πλούτῳ πενίαν καὶ πτωχείαν ἔλπιζε. Μνήσθητι γὰρ, φησὶ, καιρὸν λιμοῦ ἐν καιρῷ πλησμονῆς, πτωχείαν καὶ ἔνδειαν ἐν ἡμέρᾳ πλούτου. Ἂν γὰρ οὕτω διακείμενος ᾖς, τόν τε πλοῦτον μετὰ πολλῆς διοικήσεις τῆς σωφροσύνης, τήν τε πενίαν ἐπελθοῦσαν μετὰ πολλῆς οἴσεις τῆς ἀνδρείας. Τὸ μὲν γὰρ μὴ προσδοκηθὲν θορυβεῖ προσπεσὸν, καὶ ταράττει· τὸ δὲ ἐλπισθὲν συμβὰν οὐ πολὺν ἐπάγει τὸν θόρυβον. Δύο δὴ ταῦτα κερδαίνεις τὰ καλὰ, τὸ μήτε μεθύειν καὶ παραπαίειν ἐπὶ τῆς εὐημερίας, μήτε θορυβεῖσθαι καὶ ταράττεσθαι ἐπὶ τῆς εἰς τὰ ἐναντία μεταβολῆς, μάλιστα μὲν εἰ μέλλεις ἀεὶ καραδοκεῖν τὰ ἐναντία· ἀρκεῖ γὰρ ἀντὶ τῆς πείρας ἡ προσδοκία. Οἷόν τι λέγω· πλουτεῖς; Ἔλπιζε πενίαν καθ' ἑκάστην ἡμέραν. Τίνος ἕνεκεν καὶ διατί; Ὅτι τὰ μάλιστά σε ὠφελῆσαι δυνήσεται ἡ προσδοκία αὕτη. Ὁ γὰρ ἐλπίζων πενίαν, ἐν πλούτῳ ὢν οὐ τυφοῦται, οὐ χαυνοῦται, οὐ διαῤῥεῖ, οὐκ ἐφίεται τῶν ἀλλοτρίων·

possit ut bestia non sit bestia? Equidem possum illam immutare, si vos velitis: nam ea sermonum vis est. Quo pacto igitur a feritate sua mutabitur? Si didicerimus quomodo sæva efficitur. Quomodo ergo sæva efficitur? More leonum, more pardorum, more ursorum, qui dum includuntur coercenturque in tenebris, erigunt animos, acuuntque iras: itidem et divitiæ dum includuntur et defodiuntur, acrius rugiunt quam leones, ac terrorem undique incutiunt; quod si eas e tenebris educas, et in egenorum ventres dissemines, ex feris bestiis fiunt oves, ex insidiis
B præsidia, ex scopulis portus, ex naufragio tranquillitas. Quandoquidem hoc et in navigiis videre licet: si quando onus est justo gravius, demergit cymbam: rursum cum est moderatum, prospero fertur cursu. Idem usu venit in nostris ædibus: cum ultra quam usus postulat, congeris pecunias, exigui venti flatus, et quivis rerum inexspectatarum incursus demergit cum viris cymbam: at si tantum reponas, quantum postulat necessitas, etiamsi vehemens turbo ingruat, facile percurris undas. Noli igitur plus concupi-
C scere, quam exigit necessitas, ne totum amittas; noli quæ superant usum congregare, ne perdas etiam necessaria; noli præfinitos terminos prætergredi, ne facultatibus universis exuaris: sed quod superest reseca, ut in necessariis ditescas. An non vides quod agricolæ vitem putant, ne vim omnem in pampinis et palmitibus, sed in radice proferat? Idem et tu facito: amputa folia, omneque studium huc intende, ut quam plurimum fructus ferat. Quod si facere recuses in rebus prosperis, exspectes adversas; in tranquilli-
D tate tempestatem, in sanitate morbum, in divitiis paupertatem ac mendicitatem exspecta. *Memento, inquit, temporis famis in tempore abundantiæ, mendicitatis et egestatis, in diebus opulentiæ.* Ad hunc modum si fueris affectus, tum et divitias multa cum sobrietate administrabis, et egestatem, si incidat, fortissime perferes. Malum quippe inexspectatum perturbat animum, si incidat; quod autem exspectabatur, si accidat, non multam adfert perturbationis. Ita duo commoda lucrifeceris, alterum ne prosperitas te reddat ebrium et insolen-
E tem, alterum, ne commovearis ac perturberis rebus in diversum commutatis, maxime si semper exspectatione contrariorum pendebis: sufficit enim pro experientia exspectatio. Tale est quod dico: dives es? Exspecta quotidie paupertatem. Quare et quamobrem? Quoniam ista exspectatio

Eccli. 18. 25.

tibi maximam adferre poterit utilitatem. Etenim qui exspectat paupertatem, in divitiis non extollitur, non mollescit, non diffluit, non concupiscit aliena: nam exspectationis metus pædagogi cujusdam vice cohibet ejus mentem, nec patitur mala avaritiæ germina subnasci, dum ea metu contrariorum veluti falce quadam prohibet crescere amputatque.

ὁ γὰρ τῆς προσδοκίας φόβος ἀντὶ παιδαγωγοῦ τινος παρὼν σωφρονίζει, καταστέλλει τὴν διάνοιαν, καὶ πονηρὰ βλαστήματα τὰ ἀπὸ τῆς φιλαργυρίας οὐκ ἀφίησι φυῆναι, ὥσπερ δρεπάνῃ τινὶ τῷ φόβῳ τῶν ἐναντίων κωλύων αὐτὰ καὶ περικόπτων.

4. Hoc igitur unum est e maximis bonis quæ lucrifacies: alterum autem non est isto minus, videlicet ut si accesserit paupertas, non expavescas. Prævertat ergo tristis exspectatio, nequando veniat ipsa tristium experientia: ob hoc enim venit experientia, quod non adsit exspectatio; quod si illa correxisset hominem, hæc non erat opus admodum. Hujus rei testis Jonas Ninivitis prædicans interitum: siquidem illi dum exspectant quod propheta prædixerat, eis imminere calamitatem insanabilem, exspectatione malorum venturorum fregerunt iram numinis; contra Judæi non credentes prophetæ prædicenti Jerosolymorum excidium, acerba perpessi sunt. *Sapiens enim metuens declinavit malum; insipiens fiducia sua confunditur.* Qui exspectat paupertatem, dum versatur in divitiis, haud facile fiet pauper: nam quod ab exspectatione lucrari noluisti, id ab ipsa experientia pulchre disces. Proinde cum in divitiis es, exspecta paupertatem: cum in affluentia, exspecta famem: cum in gloria, exspecta ignominiam: cum in sanitate vivis, exspecta morbum. Assidue perpende rerum humanarum naturam, quæ nihilo melius habet, quam amnium defluxus, et fumo in aerem evanescente fugacior est, et umbra prætercurrente inanior. In his si philosophatus fueris, nec suavia te poterunt inflare, nec molesta dejicere: si præsentibus bonis non admodum inhæreas, neque iis absentibus discruciaberis. Si consuefacias animum ad exspectationem adversorum, sæpe quidem fiet ut adversa non accidant, sed si acciderint, non vehementer te commovebunt.

Exspectatio tristium, ea cum advenerint mitigat.

Jonas c. 3.

Prov. 14. 16.

405 A Ἓν μὲν οὖν τοῦτο μέγιστον ἀγαθὸν κερδανεῖς· ἕτερον δὲ οὐκ ἔλαττον τούτου, τὸ καὶ παραγενομένης αὐτῆς μὴ δεδοικέναι. Προλαμβανέτω τοίνυν ἡ προσδοκία τῶν θλιβερῶν, ἵνα μὴ παραγένηται ἡ πεῖρα τῶν λυπηρῶν· διὰ τοῦτο ἡ πεῖρα ἔρχεται, ἐπειδὴ ἡ προσδοκία οὐ πάρεστιν· ἐπεὶ εἴγε ἐκείνη κατώρθου τὸν ἄνθρωπον, οὐ σφόδρα ταύτης ἔδει. Καὶ μάρτυς τούτου ἐπὶ τῶν Νινευιτῶν Ἰωνᾶς ὁ προφήτης· ὡς ἐλπίζοντες ἐκεῖνοι τῇ τοῦ προφήτου προῤῥήσει ἀνηκέστῳ περιπεσεῖν συμφορᾷ, τῇ προσδοκίᾳ τῶν ἐλευσομένων κακῶν ἀπέστρεψαν τὴν ὀργήν· Ἰουδαῖοι δὲ μὴ πεισθέντες τῷ προφήτῃ λέγοντι τὴν ἅλωσιν Ἱερουσαλὴμ, B ὑπέστησαν τὰ δεινά. Σοφὸς γὰρ φοβηθεὶς ἐξέκλινεν ἀπὸ κακοῦ· ὁ δὲ [a] ἄφρων μίγνυται πεποιθώς. Ὁ ἐλπίζων γενέσθαι πένης, ἐν εὐημερίᾳ διάγων, οὐκ ἂν ταχέως γένηται πένης· ὁ γὰρ ἀπὸ τῆς προσδοκίας κερδᾶναι οὐκ ἠθέλησας, ἀπὸ τῆς πείρας τοῦτο μαθήσῃ καλῶς. Ἐν πλούτῳ τοίνυν ὢν προσδόκα πενίαν, ἐν εὐημερίᾳ τυγχάνων προσδόκα λιμόν· ἐν δόξῃ ὢν ἔλπιζε ἀδοξίαν· ἐν ὑγείᾳ διάγων νόσον ἀνάμενε. Συνεχῶς ἐπισκέπτου τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων τὴν φύσιν, τῶν ποταμίων ῥευμάτων οὐδὲν ἄμεινον διακειμένην, καὶ καπνοῦ εἰς ἀέρα διαλυομένου ὀξυῤῥεπεστέραν καὶ σκιᾶς παρατρεχούσης οὐδαμινωτέραν. C Ἂν ταῦτα φιλοσοφῇς, οὔτε τὰ χρηστά σε φυσῆσαι δυνήσεται, οὔτε τὰ λυπηρὰ ταπεινῶσαι· ἂν παρόντων τῶν χρηστῶν μὴ σφόδρα τούτων ἀντέχῃ, οὐδὲ ἀπελθόντων ὀδυνηθήσῃ. Ἂν ἐθίσῃς τὴν διάνοιάν σου ἐν τῇ προσδοκίᾳ τῶν ἐναντίων, πολλάκις μὲν οὐδὲ παρέσονται τὰ ἐναντία, εἰ δὲ καὶ παραγένοιντο, οὐ σφόδρα σου καθάψονται.

5. Atque ut intelligatis me hæc non ex conjectura loqui, volo vobis narrare veterem quamdam historiam. Fuit vir quidam admirabilis et magnus et ubique per orbem terrarum celebratus, beatus ille Job, ille pietatis athleta, ille totius mundi victor et coronifer, qui per omnia certaminum genera transivit, qui innumera tropæa erexit devicto diabolo. Hic fuit dives et

Jobi historia et laudes.

Καὶ ἵνα μάθητε ὅτι οὐ στοχαζόμενος ταῦτα λέγω, παλαιάν τινα ἱστορίαν διηγήσασθαι ὑμῖν βούλομαι. Ἐγένετό τις ἀνὴρ θαυμαστὸς καὶ μέγας, καὶ πανταχοῦ D τῆς οἰκουμένης ἀοίδιμος, ὁ μακάριος Ἰὼβ, ὁ τῆς εὐσεβείας ἀθλητὴς, ὁ στεφανίτης τῆς οἰκουμένης, ὁ διὰ πάντων τῶν ἄθλων ἐλθὼν, ὁ μυρία κατὰ τοῦ διαβόλου τρόπαια στήσας. Οὗτος ἐγένετο πλούσιος καὶ πένης, ἔνδοξος καὶ εὐκαταφρόνητος, πολύπαις

[a] In Proverbiis legitur 14, 16, *ὁ δὲ ἄφρων ἑαυτῷ πεποιθὼς μίγνυται ἀνόμῳ.*

καὶ ἄπαις· οὗτος ἐγένετο ἐν βασιλικαῖς αὐλαῖς, ἐγένετο δὲ καὶ ἐν κοπρίᾳ· οὗτος ἐγένετο ἐν λαμπρᾷ στολῇ, καὶ μετ' ἐκείνην ἐν πληγῇ σκωλήκων· οὗτος μυρίας ἀπέλαυσε θεραπείας, καὶ μετὰ ταῦτα μυρίας ὑπέμεινεν ὕβρεις, οἰκετῶν ἐπανισταμένων, φίλων ὀνειδιζόντων, γυναικὸς ἐπιβουλευούσης. Πάντα αὐτῷ τὴν ἀρχὴν καθάπερ ἐκ πηγῶν ἐπέῤῥει, χρημάτων περιουσία, δυναστείας μέγεθος, δόξης περιβολὴ, εἰρήνη καὶ ἀσφάλεια, τιμαὶ καὶ θεραπεῖαι, καὶ σώματος ὑγίεια, καὶ παίδων εὐκληρία, καὶ οὐδὲν ἦν ἐκεῖ λυπηρόν· παρῆν αὐτῷ πλοῦτος μετὰ ἀσφαλείας, καὶ εὐημερία ἀδιάπτωτος, καὶ μάλα εἰκότως· ὁ Θεὸς γὰρ πανταχόθεν αὐτὸν ἐτείχιζεν. Ἀλλ' ὕστερον πάντα ἐκεῖνα ἀπέπτη, καὶ μυρίοι χειμῶνες λοιπὸν ἐσκήνουν εἰς τὴν οἰκίαν ἐκείνου, καὶ πάντες ἐπάλληλοι καὶ συνεχεῖς, καὶ μεθ' ὑπερβολῆς ἅπαντες. Τὰ γὰρ ὄντα αὐτῷ ἅπαντα ἀθρόον ἀνηρπάζετο· οἰκέται, παῖδες κατεχώννυντο βιαίῳ καὶ ἀώρῳ θανάτῳ, ἐπὶ τῆς τραπέζης καὶ τοῦ συμποσίου κατασφαγέντες, οὐ μαχαίρᾳ καὶ ξίφει, ἀλλὰ πνεύματι πονηρῷ τὴν οἰκίαν κατασείσαντι. Καὶ γυνὴ μετὰ ταῦτα ὥπλιζε τὰ ἑαυτῆς μηχανήματα, καὶ τῷ δικαίῳ προσῆγε· καὶ οἰκέται, καὶ φίλοι, οἱ μὲν ἐνέπτυον εἰς τὸ πρόσωπον, ὥς φησιν αὐτός· Ἀπὸ γὰρ προσώπου μου οὐκ ἐφείσαντο πτυέλου· οἱ δὲ ἐπέβαινον, καὶ τῆς οἰκίας ἐξεβάλλετο πάσης, καὶ ἐνδιαίτημα αὐτῷ ἦν ἡ κοπρία λοιπὸν, καὶ πηγαὶ σκωλήκων ἔβρυον, πάντοθεν καὶ αἵματι καὶ ἰχῶρι κατεῤῥεῖτο ὁ ἀδάμας, καὶ λαβὼν ὄστρακον ἔξεε τοὺς ἰχῶρας, δήμιος αὐτὸς ἑαυτῷ γινόμενος· καὶ ὀδύναι ἐπάλληλοι, καὶ βάσανοι ἀκαρτέρητοι, καὶ νὺξ ἡμέρας χαλεπωτέρα, καὶ ἡμέρα νυκτὸς φρικωδεστέρα, ὥς φησιν· Ὡς ἂν κοιμηθῶ, λέγω, πότε ἡμέρα; ὡς δ' ἂν ἀναστῶ, λέγω πάλιν, πότε ἑσπέρα; πλήρης δὲ γίνομαι ὀδυνῶν ἀπὸ ἑσπέρας μέχρι πρωΐ. Καὶ πάντα κρημνοὶ, καὶ σκόπελοι, καὶ ὁ μὲν παρακαλῶν οὐδεὶς, οἱ δὲ ἐπεμβαίνοντες μυρίοι· ἀλλ' ὅμως ἐν χειμῶνι τοσούτῳ καὶ κύμασιν ὄντως ἀφορήτοις ἔστη πρὸς πάντα γενναῖος καὶ ἀπερίτρεπτος· τὸ δὲ αἴτιον τούτων τοῦτο ἦν, ὅπερ ἔφην, ὅτι ὅταν ἐπλούτει, προσεδόκα πενίαν· ὅτε ὑγίαινε, νόσον ἀνέμενεν· ὅτε παίδων τοσούτων πατὴρ ἐγένετο, καὶ ἄπαις ἀθρόον ἤλπιζεν ἔσεσθαι. Καὶ τοῦτον τὸν φόβον ἀεὶ παρ' ἑαυτῷ ἀνείλιττε, καὶ ταύτην τὴν ἀγωνίαν ἀεὶ ἔτρεφε, τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων εἰδὼς τὴν φύσιν, καὶ τὸ ἐπίκαιρον αὐτῶν λογιζόμενος. Διὸ καὶ ἔλεγε· Φόβος ὃν ἐφοβούμην ἦλθέ μοι, καὶ ὃν ἐδεδοίκειν κίνδυνον συνήντησέν μοι. Ἀεὶ γὰρ τοῖς λογισμοῖς πρὸς αὐτὸν ἐβάδιζεν ἀναμένων αὐτὸν, ἐλπίζων, καὶ προσδοκῶν· διὰ τοῦτο παραγενόμενος οὐκ ἐτάραξεν· Οὔτε εἰρήνευσα, οὔτε ἡσύχασα, οὔτε ἀνεπαυσάμην, ἦλθε δέ μοι ὀργή. Οὐκ εἶπεν, οὐκ εἰρηνεύω, οὐδὲ ἡσυχάζω, ἀλλ', Οὐκ εἰρήνευσα, ἐν τῷ παρελθόντι χρόνῳ. Εἰ γὰρ καὶ τὰ πρά-

pauper, gloriosus et vilis, multorum liberorum pater et orbus; hic versatus est in aulis regalibus, sed idem fuit in sterquilinio; hic fuit in splendida veste, sed post illam in corrosione tinearum; hic possedit innumerum famulitium, sed postea sustinuit innumeras contumelias, a familiaribus in ipsum insurgentibus, ab amicis E conviciantibus, ab uxore insidiante. Omnia illi prius velut e fonte affluebant, pecuniarum copia, potentiæ magnitudo, gloriæ accessio, pax et securitas, honores et obsequium, corporis sanitas, et filiorum opulentia, nec erat in his quidquam molestum; aderant illi divitiæ cum securitate, prosperitas stabilis: atque optimo quidem jure: Deus enim illum undique vallaverat. Sed postea 409 illa omnia recesserunt, moxque innumeræ tempe- A states immigrarunt in domum illius, omnes, inquam, sibi vicissim succedentes ac perpetuæ et ingentes. Siquidem universæ facultates illi simul ereptæ sunt: famuli liberique præmatura violentaque morte oppressi sunt, ad mensam et ipso in convivio mactati, non quidem securi aut gladio, sed a malo spiritu, qui domum concussit. Tum uxor in illum armabatur, suasque machinas admovit justo; famuli porro et amici partim exspuerunt in faciem ejus, quemodmodum ait ipse, *Non pepercerunt faciem meam conspuere*: Job. 30. 10. B partim irruerunt in eum, et ex domo ejectus est, ac deinceps in sterquilinio vitam egit; ac vermium fontes scatebant, undique sanguine et sanie diffluebat ille pretiosus adamas; et accepta testa abstergebat saniem, ipse sibi factus carnifex: dolor dolorem excipiebat, et cruciatus intolerabiles, et nox die molestior, et dies nocte terribilior, sicut ipse dicit: *Cum obdormiero, dico, Quando erit dies? cum surgo, rursum dico, Quando erit vespera? plenus dolore sum a vespera usque ad diluculum.* Job. 7. 4. C Omnia præcipitia, omnia scopuli, nec est ullus qui consoletur, qui insultent innumeri: attamen in tanta tempestate, tantisque fluctibus adeo intolerandis, constitit adversus omnia generoso animo et inconcussus; in causa fuit id quod dicebam: nimirum quia cum dives esset, exspectabat egestatem: cum sanus esset, exspectabat ægrotationem: cum tot liberorum esset pater subitam orbitatem. Atque hunc timorem semper apud se suscepit, et hanc anxietatem semper apud se aluit, intelligens rerum humanarum naturam, D momentaneamque volubilitatem negotiorum considerans. Eoque dixit: *Timor quem timebam, evenit mihi: et periculum quod metuebam,* Job. 3. 25.

occurrit mihi. Semper enim cogitatione spectabat ad illum timorem, operiens eum, sperans exspectansque; ideo cum advenisset, non perturbavit illum (Job. 3. 26.): *Neque pacem habui*, inquit, *neque quievi, sed mihi venit ira.* Non dixit, Non pacem habeo, neque quiesco, præsenti tempore: sed, *Non quievi*, præterito tempore. Etiamsi enim rerum prosperitas arrogantiam suadebat, sed exspectatio tristium non sinebat me quiescere. Quamquam affluentia vehementer hortabatur ad delicias, sed asperitas eorum quæ exspectabantur, profligabat securitatem: et licet præsens felicitas cogeret frui rebus, tamen futurorum sollicitudo voluptatem interrupit. Ideoque quoniam præmeditans in animo suo hæc ventura prospexerat rebus lætis, hæc certamina posteaquam acciderunt fortiter et animose pertulit, utpote jam olim ad illa exercitatus: et quoniam ea exspectatione jam cœperat, non est perturbatus cum cerneret illa adesse. Quod autem ne tum quidem cum addessent læta, vehementer illis adhæserit, audi quid dicat (Job. 31. 24. 25.): *Si delectatus sum cum mihi multæ affluerent divitiæ, si reposui aurum fortitudinem meam, si fiduciam habui in lapidibus pretiosis, si ad innumerabilia posui manum meam.* Quid ais, homo? Non delectatus es divitiis affluentibus tibi? Nequaquam, inquit. Quid ita? Quoniam videbam illarum instabilem fluxamque naturam, videbam possessionem haud durabilem (Ib. v. 26.): *At video quidem*, inquit, *solem orientem ac deficientem, lunam vero intereuntem: non enim penes ipsos est.* Quod autem dicit, tale est. Si stellæ quæ sunt in cælis perpetuoque lucent, recipiunt nonnullam mutationem, sol nempe deficiens, et luna interiens, an non extremæ dementiæ sit, terrena pro stabilibus fixisque ducere? Eoque nec præsentibus magnopere delectabatur, nec discedentibus vehementer contristatus est: quoniam probe noverat earum rerum naturam. Hæc nos audientes, carissimi, neque paupertate dejiciamur, neque divitiis intumescamus; sed in rerum permutatione animum immutabilem retinentes, philosophiæ fructum metamus, ut et hic voluptate perfruamur, et futura assequamur bona; quæ contingat nobis omnibus adipisci, gratia et bonitate Domini nostri Jesu Christi.

γματα μέγα φρονεῖν παρεσκεύαζεν, ἀλλ' ἡ προσδοκία τῶν λυπηρῶν οὐκ εἴα με ἡσυχάζειν. Εἰ καὶ ἡ ἄγαν εὐημερία τρυφᾷν ἐποίει, ἀλλ' ἡ ἀγωνία τῶν ἐλπιζομένων τὴν ἄδειαν ἀπεδίωκεν· εἰ καὶ τὰ παρόντα ἀπολαύειν ἠνάγκαζεν, ἀλλ' ἡ τῶν προσδοκωμένων φροντὶς ταύτην διέκοπτε. Διὰ τοῦτο ἅπερ ἐμελέτησεν ἐπὶ τῶν
E λογισμῶν, ταῦτα ἰδὼν ἐπὶ τῶν πραγμάτων συμβάντα γενναίως ἤνεγκε, τὰ πάλαι μελετηθέντα παλαίσματα, καὶ τὰ τῇ προσδοκίᾳ προειλημμένα, ταῦτα παρόντα βλέπων οὐκ ἐταράττετο. Ὅτι γὰρ οὐδὲ παρόντων τῶν χρηστῶν σφόδρα τούτων ἀντέχετο, ἄκουσον τί φησιν· Εἰ δὲ καὶ εὐφράνθην πολλοῦ πλούτου γενομένου μοι, εἰ κατέταξα χρυσίον ἰσχύν μου, εἰ λίθῳ πολυτελεῖ ἐπεποίθησα, εἰ δὲ καὶ ἐπ' ἀναριθμήτοις ἐθέμην χεῖρά μου. Τί λέγεις, ἄνθρωπε; Οὐκ εὐφραίνου τοῦ πλούτου περιῤῥέοντός σοι; Οὐδαμῶς, φησί. Τί δήποτε; Ὅτι
410 A ᾔδειν αὐτοῦ τὸ ἄστατον καὶ διαῤῥέον, ᾔδειν τὸ κτῆμα οὐ μόνιμον. [a] Καὶ ὁρῶ μὲν, φησὶν, ἥλιον ἐπιφαύσκοντα, καὶ ἐκλείποντα, σελήνην δὲ φθίνουσαν· οὐ γὰρ ἐπ' αὐτῶν ἐστιν. Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν. Εἰ τὰ κατ' οὐρανὸν ἄστρα, καὶ διηνεκῶς λάμποντα δέχεταί τινα μεταβολὴν, ἥλιος μὲν ἐκλείπων, σελήνη δὲ φθίνουσα, πῶς οὐκ ἐσχάτης ἀνοίας τὸ τὰ ἐπίγεια νομίζειν εἶναι μόνιμα, καὶ πεπηγότα; Διὰ τοῦτο οὔτε παρόντων εὐφραίνετο λίαν, οὔτε ἀπελθόντων ἤλγησε χαλεπῶς, ἐπειδὴ καλῶς ᾔδει τὴν φύσιν αὐτῶν. Ταῦτα δὲ καὶ ἡμεῖς ἀκούοντες, ἀγαπητοὶ, μὴ πενίᾳ πιεζώμεθα, μήτε πλούτῳ φυσώμεθα· ἀλλ' ἐν τῇ τῶν πραγμάτων μεταβολῇ τὴν γνώμην ἀμετάβλητον διατηροῦντες, τὸν ἀπὸ τῆς φιλοσοφίας δρεψώμεθα καρπὸν, ἵνα καὶ τῆς ἐνταῦθα ἡδονῆς ἀπολαύσωμεν, καὶ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἐπιτύχωμεν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

[a] Reg. [et Bibl.] ἢ οὐχ ὁρῶμεν.... φθίνουσαν.

MONITUM

IN TRIA SEQUENTIA OPUSCULA.

Hæc opuscula Latine tantum habemus; Græca enim vel prorsus amissa sunt, vel latent alicubi. Germana autem esse, tum rerum negotiorumque de quibus agitur series, tum stylus ipse suadet. Genuina item esse fatentur docti viri omnes, uno excepto nupero, qui, ut observat Tillemontius, p. 586, esse genuina negavit, et tamen postea dictorum immemor, inter γνήσια recensuit : id vero consequutus est, ut non magis negantem quam asserentem curemus.

Homilia prior a Chrysostomo habita fuit postridie quam ille ex Asia Constantinopolim redierat. Iter autem in Asiam susceperat, ut Ephesinæ Ecclesiæ lites componeret, Simonemque episcopum deturbaret, quod etiam præstitum est; absens autem per dies plusquam centum, ut ipso initio ait, magnum sui desiderium populo se summopere amanti reliquerat. Id vero saltem optabant Constantinopolitani, ut Pascha secum celebraturus reverteretur : quod tamen consequi non potuerunt; post Pascha reversus consolatur ipsos, dicitque quotidie celebrari posse; nam Pascha celebramus, inquit, quotiescumque corpus et sanguinem Christi percipientes mortem Domini annuntiamus. Per totam homiliam plebi gratulatur bonum servatum ordinem, fidem caritatemque, et in sui præsentia et se absente exhibitam.

Oratiuncula sequens a Chrysostomo hac occasione habita fuit. Severianus, Gabalorum episcopus, qui Constantinopoli tunc agebat, et simulatis obsequiis S. præsulis amicitiam sibi conciliaverat, ac frequenter concionem ad populum habebat, absentis et in Asiam profecti Chrysostomi occasione captata, populum sibi devincire, ejusque, ut putatur, studia a Chrysostomo avertere satagebat : qua de re monitus a Serapione Chrysostomus, cum ex Asia rediit, ut vidit populum sibi gratulantem, lætitiaque plenum, rem non multum curasse videtur. Sed cum subinde Severianus in Serapionem indignatus, impietate plena verba protulisset, tumultuante et in iram concitato populo, Constantinopoli pulsus est. Deinde curante Eudoxia Augusta ipsoque Imperatore revocatus et a Chrysostomo, ægre licet, admissus est. Sed quia indignatus populus nonnisi pastoris sui monitis conceptam in Severianum iram sedare poterat, hac oratiuncula Chrysostomus exasperatos animos mitigavit, et ad Severianum admittendum deduxit.

Tertiam oratiunculam insequente die Severianus ipse habuit, ubi de conciliata pace populo gratulatur; quam ille pacem curante communi patre, sic ille, partam summis commendat laudibus. Hæc carptim tangimus, quia si rei gestæ historiam cum iis omnibus quæ tunc contigere minutatim persequeremur, foret hoc argumentum subsequentibus opusculis longius. Hæc vero præludia fuerunt ejus tumultus quo vexatus Chrysostomus et in exsilium actus est.

DE REGRESSU SANCTI JOANNIS 411

de Asia Constantinopolin.

401. Moses magnus ille Dei famulus, caput prophetarum, maris viator, aeris agitator, mensæ apparator, qui a genitrice projectus est, et ab impugnatrice salvatus (genuit quidem eum mater, abstulit autem eum Ægyptia, et enutrivit), et qui in Ægypto nutriebatur, in cælis conversabatur: qui tantum ac tale statuit tropæum, iste talis ac tantus vir, qui quadraginta dies reliquerat populum, invenit eum idola fabricantem, et seditiones commoventem. Ego autem non quadraginta dies

tantum, sed et quinquaginta et centum, et amplius, et inveni vos lætantes, et philosophantes, et in Dei timore perseverantes. Numquid ego Mose altior sum? Absit : hoc enim dicere extremæ dementiæ est. Sed quia populus iste illo populo sublimior, propterea et ille de monte descendens increpabat Aaron ob seditionem populi, et irascens invehebatur in eum, cur acquieverit voluntati eorum. Ego autem adveniens præconia vestra et coronas contexam. Ubi enim prævaricatio, ibi reatus subsequatur necesse est, et objurgatio; ubi autem correctio, ibi laudes et præconia et coronæ : ideoque etsi ampliori tempore demoratus sum foras, non me pœnitet, quia confidebam de vestræ caritatis affectu, et integritate fidei : sciebam enim uxorem mihi desponsatam castitate esse munitam, sicut in sæculari conjugio assolet evenire. Etenim vir quando impudicam uxorem habere se novit, nec prospicere ei de domo permittit: qui etsi peregrinari aliquando coactus fuerit, cogitur cito reverti, quasi quodam suspicionis aculeo stimulatus; qui autem sobriam et castam habet, foras securus moratur, sufficientes pro curatorum munimine mores relinquens uxoris. Hoc ego et Moses passi sumus. Ille quidem, quia inemendabilem synagogam habebat uxorem, reliquit eam, et fornicata est, et compellit eum Deus,
Exod. 32. 7. dicens: *Exsurge, descende : impie enim fecit populus tuus.* Sed ego nullam hujusmodi jussionem accepi. Et cum paululum mihi infirmitas corporis accidisset, non me inquietavit vestra
Matth. 9. 12. absentia, sed securus de vobis ægrotationis meæ exspectavi medelam. *Non enim opus habent sani medico, sed qui male habent.* Nam et si tardavi parumper a vobis, non hoc ad detrimentum vestri, sed ad divitias puto proficere vestras : quæ enim per me, imo magis per gratiam Dei correcta sunt, vestra corona est, vester profectus est. Et ideo gaudeo et tripudio, et tamquam volitare me credo, et gaudii hujus magnitudinem effari non queo. Quid ergo faciam? quomodo indicabo exsultationem mentis meæ? In testimonium voco conscientiam vestram, quoniam video ex adventu meo gaudio esse repletam : quod gaudium, corona et laus mea est. Si enim mea unius viri præsentia tantam plebem tali replevit voluptate : quantum putatis mihi ex visione vestra gaudium cumulatum? Et Jacob quidem unum filium videns Joseph, gaudebat senex, et recreabatur spiritu : ego autem non unum Joseph, sed omnes vos illi similes video et gaudeo, quia paradisum meum recepi illo Paradiso meliorem : et ibi quidem serpens erat insidians, hic autem Christus mysteria celebrans : ibi Heva erat seducens, hic autem et coronans Ecclesia : ibi Adam seducebatur, hic autem populus adhæret Deo : ibi arbores diversæ, hic autem donationes variæ : in Paradiso arbores marcescentes, in Ecclesia arbores fructificantes : in illo Paradiso unumquodque genus sementis in suo perseverat statu, in isto vero paradiso si invenero labruscam, vitem uberem efficiam : si invenero oleastrum, veram olivam efficiam : talis etenim est terræ istius natura. Propter hæc gaudeo, prætermitto satisfactionem : quomodo vero vos abduxit tanti temporis longitudo, suscipite satifactionem meam, carissimi. Si servum alicubi dirigatis non revertentem, exigitis causas ubi moratus sit, ubi tantum expenderit temporis : et ego servus sum vestræ caritatis : emistis enim me, non pecuniam conficientes, sed caritatem ostendentes. Gaudeo quippe tali servitio mancipatus, nec umquam hoc famulatu opto me solvi : etenim istud servitium mihi libertate elegantius : istud servitium in illud tribunal beatum collocavit mihi sedem : istud servitium non est necessitatis, sed voluntatis. Quis enim non libentissime serviat dilectioni vestræ, tam elegantissimis amatoribus? Quod etsi lapideam haberem animam, cera fecissetis molliorem. Quid dicam desiderio Pos
vestro, et favori, quem hesterna ostendistis die, quam dicerat,
quomodo voces vestræ cum gaudio cælum pene- orati
trarunt? Ipsum sanctificantes aerem, civitatem habuit
fecistis Ecclesiam : honorabar ego, et Deus glorificabatur : hæretici confundebantur, Ecclesia vero coronabatur : quia magna lætitia est matri, cum exsultant filii : et grande gaudium pastori, cum exsultant agni gregis. Veni ad gaudia virtutum vestrarum, audivi quia cum hæreticis colluctati estis, et quia inique egerunt in baptismo, redarguistis. Numquid incassum dicebam quoniam casta uxor absente viro repellit adulteros, absente passore abigit lupos, sine gubernatore nautæ salvaverunt navem, sine duce milites victoriam reportaverunt, sine doctore discipuli profecerunt, sine patre filii roborati sunt? Imo magis non sine patre : vester enim profectus meum gaudium, vestra glorificatio mea corona est. Sed desiderabamus, inquitis, tecum facere Pascha. Satisfacio dilectioni vestræ, quippe cum jam iracundiam vestro dissolveritis aspectu. Nam si pater prodigum suscipiens filium statim reconciliavit, neque pœnas exegit ab eo, sed illico amplexus est : multo magis filii pa-

412 trem suscipientes.[a] Sed tamen et ad hoc respondeo: Pascha mecum in votis facere habebatis, nemo prohibet hodie vos mecum facere Pascha: sed forsitan dicetis, Numquid duo Pascha facturi sumus? Non, sed unum, et ipsum multipliciter. Sicut enim semper sol exoritur, et non dicimus multos soles, sed est sol quotidie oriens: sic et Pascha semper consummatur, et cum semper celebretur, unum est solemnitatis nostræ. Judæorum similes non sumus, non servimus loco, nec subditi sumus ne-
. 11. cessitati temporis, dominica voce firmati. *Quotiescumque*, inquit, *manducaveritis panem istum, et hunc biberitis calicem, mortem Domini annuntiabitis.* Annuntiamus namque hodie mortem Christi. Sed tunc quidem festivitas: et hodie festivitas. Ubi enim caritas gaudet, ibi est festivitas: et ubi recepi lætantes filios, maximam celebro fe-
. 16. stivitatem. Etenim et illa festivitas caritas est. *Sic enim*, inquit apostolus, *Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret pro eo.* Sed multi, inquiunt, te absente baptizati sunt. Et quid tum? Nihil minus habet gratia, non claudicat donum Dei; præsente me baptizati non sunt, sed præsente Christo sunt baptizati. Numquid homo est qui baptizat? Homo dexteram porrigit, sed Deus manum gubernat. Noli de gratia dubitare, carissime, quia donum Dei est. Attende diligenter quæ dicuntur, si forte aliqua de causa[b] sacra explicanda est, cum obtuleris preces, et subscriptam acceperis sacram, non requiris quali calamo subscripserit rex, neque in quali charta, neque quali, quove atramento, sed unum solummodo quæris, si rex subscripserit: sic et in baptismo, charta, conscientia est; calamus, lingua sacerdotis: manus, gratia est Spiritus sancti. Sive ergo per me, sive per illum qui officio fungitur sacerdotis, ipsa manus scribit, nos ministri sumus, non auctores.
. . . Et Paulus minister est: *Sic enim*, inquit, *æstimet nos homo tamquam ministros Christi, et dispensatores mysteriorum Dei. Quid enim habes, quod non accepisti?* Si quid habeo, accepi: si autem accepi, non meum, sed ejus qui dedit donum est. Noli ergo dubitare, carissime: gratia enim Dei perfecta est. Locus non prohibet, sive hic baptizeris, sive in navi, sive in itinere. Philippus baptizavit in via, Paulus in vinculis, Christus in cruce latronem ex vulnere, et statim paradisi meruit januam reserare. Propter hæc gaudeo et exsulto, et orationes vestras exigo, cum quibus ad Asiam perrexi, cum quibus reversus sum, cum quibus pelagum transfretavi, et adjutus vestris orationibus feliciter navigavi: nec enim navim citra vos ingressus sum, nec exivi citra vos, non in civitate citra vos, aut in ecclesia sine vobis, sed avulsus quidem eram corpore, connexus autem caritate. Videbam namque Ecclesiam vestram et in pelago, et in exsultatione gaudebam. Tale enim quid significat caritas, quæ nescit angustari: intrabam in ecclesiam, adstabam altari, orationes offerebam, et dicebam: Domine, conserva Ecclesiam quam mihi tradidisti. Ego quidem corpore absens sum, sed tua misericordia præsens est, quæ me illuc perduxit, et plus quam merebar concessit. Et quia amplificavit, multitudo testatur præsentium. Florere video vineam, et nusquam spinæ, neque sentium ulla vestigia: exsultant oves, et nusquam lupus. Quod si etiam alicubi repertus fuerit, demutatur, et fit ovis. Tanta enim vestra est fides et caritas, ut æmulatione vestra cæteros provocetis. Ipse Dominus vos conservavit, et ipse me reduxit, et in infirmitate positus orationum vestrarum sensi auxilium, quas mihi quotidie in suffragium postulo. Peregrinatio mea coronavit civitatem vestram. Et quia diligebatis ex initio, nunc omnibus manifestum est. Sic enim me absentem, tamquam præsentem habuistis. Nam in Asia cum essem ad corrigendas Ecclesias, hinc illo venientes nuntiabant nobis, dicentes: Inflammasti civitatem. Et certe caritas tempore solet marcescere, vestra autem dilectio quotidie augmentabatur. Et quem ita absentem diligebatis, præsentem credo quod melius ametis. Iste meus thesaurus, hæ sunt meæ divitiæ. Et ideo vestras orationes requiro. Orationes vestræ murus mihi et munimen sunt. Noli dicere, Ego languidus sum, quomodo potero pro sacerdote orare? Audi Scripturam dicentem: *Oratio autem fiebat conti-* Act. 12. 5.
nua. Et ecclesiastica oratio solvit vincula Petri, et Pauli dilatavit prædicationis fiduciam. Oratio caminum ignis exstinxit, oratio conclusit ora leonum, oratio seditionem compescuit, oratio paradisum aperuit, oratio cæli cardines reseravit, ora-

[a] Cum his confer quæ Chrysost. dicit supra Tomo II, p. 458, D, E.

[b] *Sacra.* Sic vocabatur imperiale diploma: qua de re vide utrumque Cangii Glossarium in voce *Sacra* et Σάκρα. Hic regem intellige Imperatorem.

tio sterilem fecundavit, oratio Cornelii cælos penetravit, oratio publicanum justificavit. Tale a vobis munimen requiro, talem gratiam postulo: et Deus gloriæ suscipiens orationes vestras, det mihi in apertione oris mei sermonem, quo possim creditum mihi populum instruere ad salutem per Christum Dominum nostrum, cum quo est Deo Patri cum Spiritu sancto honor, gloria, et potestas in sæcula sæculorum. Amen.

DE RECIPIENDO SEVERIANO.

Sicuti capiti corpus cohærere necessarium est, ita Ecclesiam sacerdoti, et principi populum: utque virgulta radicibus, et fontibus fluvii, ita et filii patri, et magistro discipuli. Hæc autem non superfluo ad caritatem vestram præfati sumus: sed quoniam dicenda mihi sunt quædam apud vos, ut nemo turbetur, neque sermoni nostro aliqua oriatur interruptio, sed ut obedientia discipulorum crescat in vobis, et quantum affectum patri defe-
413 ratis, appareat. Adornate me, filii, et imponite mihi obedientiæ vestræ coronam, facite me apud omnes beatum judicari, et doctrinam meam magnificate per obedientiam vestram secundum apo-
Hebr. 13. stoli monita, dicentis: *Obedite præpositis vestris,*
17. *et obtemperate eis; quia ipsi pervigilant pro vobis, quasi pro animabus vestris rationem reddituri.* Hæc ergo præmoneo, ne quis superbiat in commonitionem nostram. Pater enim sum, et necesse est me filiis consilium suadere: quod enim in carnalibus patribus natura carnis, hoc in nobis gratia Spiritus agit. Pater sum, et pater nimis super filios tremens, ita ut sanguinem meum pro vobis fundere paratus sim. Et in hoc non est mihi gratia. Apostolica enim lex est, et Domini præce-
Joan. 10. ptum dicentis: *Pastor bonus animam suam ponit*
11. *pro ovibus suis.* Sed et vos eadem facite pro nobis: simili namque erga nos devincti estis affectu. Nam
Rom. 16. et Paulum audite quid dicit. *Salutate,* inquit,
3. 4. *Priscillam et Aquilam, adjutores meos in Christo, qui pro anima mea suas cervices posuerunt.* Sicut enim pulchrum est pastorem pro ovibus immolari: ita rursum pulchrum est et oves a pastore nec morte sejungi. Cum enim inseparabiles fuerint ab eo, lupum diabolum non timebunt. Murus enim caritatis firmior est adamante;
Prov. 18. *Et frater cum adjuvatur a fratre, erit sicut ci-*
19. *vitas munita et firma.* Hæc autem præmitto, ut cum omni affectu, quæ dicimus, audiatis, neque aliquis vestrum incipiat perturbari. Loquimur rem, quam dignum est in ecclesia loqui, et quam dignum est libenter audiri. Pro pace loquimur ad vos. Et quid ita conveniens, quam sacerdotem Dei pacem populo persuadere? Contradictio nulla est, ubi et legatio sancta et legatus acceptus est. Pro pace loquimur, pro qua Filius Dei descendit ad terras, ut pacificaret per sanguinem non solum quæ in terra sunt, sed et quæ in cælis, et terrena cælestibus sociaret. Pro pace loquimur, pro qua Filius Dei passus est, propter quam crucifixus est et sepultus, quam nobis pro omni hereditatis censu reliquit, et velut murum Ecclesiæ dedit, quam scutum adversum diabolum posuit, quam gladium adversum dæmones dedit, quam portum tranquillissimum fidelibus collocavit, quam repropitiationem ad Deum dedit, quam delictorum absolutionem concessit: pro hac ergo legatus ad vos missus sum. Nolite mihi incutere pudorem, nolite legationem meam fœdare, acquiescite mihi, quæso vos. Multa dudum tristia gesta sunt in Ecclesia, Deum confiteor, sed non laudo perturbationes, seditiones non amplector. Sed omittamus jam hæc; desinite, conquiescite, cohibete animos, refrenate iracundiam: sufficit jam quod laboravit Ecclesia, finis sit, desinat turbatio: hoc enim et Deo placitum, et piissimo principi acceptum est. Oportet enim et regibus obedire, maxime cum et ipsi obtemperent ecclesiasticis legibus. Dicit enim
apostolus: *Principibus et potestatibus subditi* *Tit.*
estote. Quanto magis religioso principi, et pro Ecclesia laboranti? Si ergo præparavi animos vestros ad suscipiendam legationem meam, recipite fratrem nostrum Severianum episcopum. Habeo gratiam quod sermonem meum laudibus prosequuti estis. Dedistis mihi fructus obedientiæ: nunc me semen bonum gratulor seminasse. Ecce enim statim frumenti manipulos colligam. Retribuat vobis Dominus præmium benignitatis, et obedientiæ mercedem. Nunc enim veram hostiam pacis obtulistis Deo, quia nemo turbatus est audito hoc nomine, sed cum caritate suscipitis; simul ut ser-

mone loquuti sumus, omnem ex animo fugastis iracundiam. Suscipite ergo eum pleno pectore, apertis manibus. Si quid triste gestum est, omittite: quia ubi tempus pacis, recordatio dissensionis nulla est, ut sit gaudium in cælo, gaudium in terra, lætitia et exsultatio spiritualis in Ecclesia Dei. Et oremus de reliquo, ut pacificam Deus custodire dignetur Ecclesiam, pacem fixam et perpetuam dare, in Christo Jesu Domino nostro, cum quo est gloria Deo Patri, una cum Spiritu sancto, in sæcula sæculorum. Amen.

SERMO IPSIUS SEVERIANI DE PACE,

cum susceptus esset a beato Joanne, episcopo Constantinopolitano.

In adventu Domini et Salvatoris nostri atque in præsentia ejus corporali, angeli ducentes choros
2. 10. cælestes evangelizabant pastoribus, dicentes: *Annuntiamus vobis hodie gaudium magnum quod erit omni populo.* Ab ipsis enim sanctis angelis etiam mutuati nos vocem, annuntiamus vobis hodie gaudium magnum. Hodie enim in pace Ecclesia est, et hæretici in ira. Hodie Ecclesiæ navis in portu est, et hæreticorum furor jactatur in fluctibus. Hodie pastores Ecclesiæ in securitate, et hæretici in perturbatione sunt. Hodie oves Domini in tuto, et lupi insaniunt. Hodie vinea Domini in abundantia, et operarii iniquitatis in egentia. Hodie populus Christi exaltatus est, et inimici veritatis humiliati sunt. Hodie Christus in lætitia, et diabolus in luctu. Hodie angeli in exsultatione, et dæmones in confusione. Et quid opus est multa dicere? Hodie Christus, qui est Rex pacis, cum sua pace procedens, fugavit omne dissidium, dissensiones depulit, discordiam perturbavit. Et sicut cælum splendor solis, ita Ecclesiam fulgor pacis illuminat. O quam desiderabile nomen pacis, quam religionis Christianæ stabile fundamentum, et altaris dominici cælestis armatura! Et quid possumus de pace proloqui? Pax nomen est ipsius
. 2. Christi, sicut dicit et apostolus: *Quia Christus pax nostra, qui fecit utraque unum,* quæ nequaquam fide, sed invidia diaboli dissidebant. Verum sicut procedente rege et plateæ mundantur, et tota civitas diversis floribus et ornatibus coronatur,
414 ut nihil sit quod minus dignum vultui regis appareat: ita et nunc procedente Christo, Rege pacis, omne quod triste est, auferatur e medio, et illucescente veritate fugetur mendacium: fugiat discordia, resplendescente concordia. Et sicut frequenter fieri vidimus, ubi regum vel fratrum tabulæ pinguntur, ut in utrisque unanimitatis declarentur insignia, artifex picto feminco habitu post tergum utriusque concordiam statuit, brachiis suis utrumque complectentem, indicans quod hi qui videntur corporibus separati, sententiis et voluntate conveniant: ita nunc pax Domini media assistens, et utrumque nostrum gremio palpante connectens, discreta corpora in unum convenire animum, ulnis jungentibus docet. In qua sine dubio completur sermo propheticus, qui ait: *Et erit* Zach. 6. 13.
consilium pacificum inter utrosque. Et hesterno quidem die pater noster communis evangelico pacem sermone præfatus est: hodie vero nos verba pacis exponamus. Ipse nos heri resupinis manibus in verbo pacis excepit, et nos hodie dilatato pectore, ulnisque patentibus ad Dominum cum muneribus pacis occurramus. Jam bella destructa sunt, pulchritudo pacis obtinuit. Nunc in luctu est diabolus, et in lamentione omnis dæmonum turma; nunc in cælestibus lætitia, et in angelis exsultatio, quibus specialis familiaris pax. Hoc enim etiam cælestes admirantur virtutes opus, quas fons ejus habet perennis, ex quo etiam terrena hæc nostra guttis quibusdam exinde stillantibus irrorantur. Et ideo etiamsi in terris pax, laudis ejus splendor redundat in cælum, laudant eam cælestes angeli, et dicunt: *Gloria in excelsis Deo, et in terra* Luc. 2. 14.
pax hominibus bonæ voluntatis. Vides quomodo cælestes omnes et terrestres invicem sibi munera pacis emittunt? Cælestes angeli pacem terris annuntiant, sancti in terris Christum, qui est pax nostra, collaudant in cælestibus positum, et mysticis choris acclamant, *Osanna in excelsis.* Dicamus ergo et nos, *Gloria in altissimis Deo,* Matth. 21.
qui humiliavit diabolum, et exaltavit Christum 9.
suum. *Gloria in altissimis Deo,* qui discordiam

fugat, et pacem statuit. Dico enim vobis artem diaboli, cujus neque vos astutiam ignoratis. Vidit satanas firmitatem fidei, stabilitatem in ea pietate dogmatum septam, vidit et operum bonorum fructibus abundantem : et ideo pro his omnibus ad insaniam venit, et rabie furoris exarsit, ut scinderet amicitiam et evelleret caritatem, ut disrumperet pacem : sed pax Domini semper sit nobiscum, in Christo Jesu Domino nostro, cum quo est Deo Patri et Spiritui sancto gloria in sæcula sæculorum. Amen.

MONITUM

IN SEQUENTEM CHRYSOSTOMI ORATIONEM

ANTEQUAM IRET IN EXSILIUM.

In postrema Morelli Editione ad calcem Tomi quarti edita fuit Oratio Chrysostomi antequam iret in exsilium, ad populum habita, ex Vita Chrysostomi per Georgium Alexandrinum excerpta, quæ, quod spectat ad dimidiam priorem partem ad hæc usque verba, ἀλλ' ὁρῶ τοῖς ἐμαυτοῦ δόγμασί τινας, non indigna Chrysostomo videtur : et talis a viris doctis habetur, paucioribus aliis reclamantibus. In hac certe prima parte, meo quidem judicio, occurrit nihil quod eo adigat, ut alium quam Chrysostomum quæramus auctorem. Posteriorem vero partem, salebris plenam, intricatam, quæ sæpe vix, ac ne vix quidem, intelligi potest, saltem ut exstat hodie, Chrysostomo abjudicandam censemus. Nam stylus abhorret a priori orationis parte. Si quid vero enuntiatur, quod ad veram ejus exsilii historiam quadret, id certe ita remisso, ne quid ultra proferam, dicendi genere narratur, ut fas esse non videatur id Chrysostomo adscribere. Certe alium quærendum auctorem esse suadet vetus interpretatio, quam subjungimus, quæque postremam totam partem tacuit. Illam vero subjungendam putavimus, quia quædam complectitur, quæ in Græca serie non comparent. Eam se vidisse commemorat in Codice quodam montis Cassini Joan. Mabillonius noster in Itinere Italico p. 124, ubi Severiano Gabalorum, inquit ille, adscribitur. Verum Severiani numquam esse potuit, nec ad ejus historiam quadrare valet.

Tilmanni interpretationem, utpote παραφραστικῶς adornatam, rejecimus, novamque paravimus.

HOMILIA ANTE EXSILIUM.

1. Multi fluctus instant gravesque procellæ; sed non timemus ne submergamur : nam in petra consistimus. Sæviat mare, petram dissolvere nequit : insurgant fluctus, Jesu navigium demergere non possunt. Quid, quæso, timeamus? Mortemne? *Mihi vivere Christus est, et mori lucrum.* An exsilium, dic mihi? *Domini est terra et plenitudo ejus.* An facultatum publicationem? *Nihil intulimus in mundum, certumque est nos nihil hinc efferre posse :* terribiliaque hujus mundi mihi despectui sunt, et bona ejus risu digna. Non paupertatem timeo, non divitias concupisco : non mortem metuo, nec vivere opto, nisi ad profectum vestrum. Ideo

Philipp. 1. 21. Psal. 23. 1. 1. Tim. 6. 7.

415 A ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΟΜΙΛΙΑ ΠΡΟ ΤΗΣ ΕΞΟΡΙΑΣ.

Πολλὰ τὰ κύματα καὶ χαλεπὸν τὸ κλυδώνιον· ἀλλ' οὐ δεδοίκαμεν, μὴ καταποντισθῶμεν· ἐπὶ γὰρ τῆς πέτρας ἑστήκαμεν. Μαινέσθω ἡ θάλασσα, πέτραν διαλῦσαι οὐ δύναται· ἐγειρέσθω τὰ κύματα, τοῦ Ἰησοῦ τὸ πλοῖον καταποντίσαι οὐκ ἰσχύει. Τί δεδοίκαμεν, εἰπέ μοι; Τὸν θάνατον; Ἐμοὶ τὸ ζῆν Χριστὸς, καὶ τὸ ἀποθανεῖν κέρδος. Ἀλλ' ἐξορίαν, εἰπέ μοι; Τοῦ Κυρίου ἡ γῆ, καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. Ἀλλὰ χρημάτων δήμευσιν; Οὐδὲν εἰσηνέγκαμεν εἰς τὸν κόσμον, δῆλον ὅτι οὐδὲν ἐξενεγκεῖν δυνάμεθα· καὶ τὰ B φοβερὰ τοῦ κόσμου ἐμοὶ εὐκαταφρόνητα, καὶ τὰ χρηστὰ καταγέλαστα. Οὐ πενίαν δέδοικα, οὐ πλοῦτον ἐπιθυμῶ· οὐ θάνατον φοβοῦμαι, οὐ ζῆσαι εὔχομαι, εἰ μὴ διὰ τὴν ὑμετέραν προκοπήν. Διὸ καὶ τὰ

νῦν ὑπομιμνήσκω, καὶ παρακαλῶ τὴν ὑμετέραν θαῤῥεῖν ἀγάπην. Οὐδεὶς γὰρ ἡμᾶς ἀποσπάσαι δυνήσεται· ὃ γὰρ ὁ Θεὸς συνέζευξεν, ἄνθρωπος χωρίσαι οὐ δύναται. Εἰ γὰρ περὶ γυναικὸς καὶ ἀνδρὸς λέγει· Ἀντὶ τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν· ὃ οὖν ὁ Θεὸς ἔζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω. Εἰ γάμον οὐ δύνασαι C διασπάσαι, πόσῳ μᾶλλον Ἐκκλησίαν Θεοῦ οὐκ ἰσχύεις καταλῦσαι; ἀλλὰ πολεμεῖς αὐτὴν, οὐ δυνάμενος βλάψαι τὸν πολεμούμενον. Ἀλλ' ἐμὲ μὲν ἐργάζῃ λαμπρότερον, ἑαυτοῦ δὲ τὴν ἰσχὺν καταλύεις [a] τῆς πρὸς ἐμὲ μάχης· Σκληρὸν γάρ σοι πρὸς κέντρα ὀξέα λακτίζειν. Οὐκ ἀμβλύνεις τὰ κέντρα, ἀλλὰ τοὺς πόδας αἱμάσσεις· ἐπεὶ καὶ τὰ κύματα τὴν πέτραν οὐ διαλύει, ἀλλ' αὐτὰ εἰς ἀφρὸν διαλύονται. Οὐδὲν Ἐκκλησίας δυνατώτερον, ἄνθρωπε. Λῦσον τὸν πόλεμον, ἵνα μὴ καταλύσῃ σου τὴν δύναμιν· μὴ εἴσαγε πόλεμον εἰς οὐρανόν. Ἄνθρωπον ἐὰν πολεμῇς, ἢ ἐνίκησας, ἢ ἐνικήθης· D Ἐκκλησίαν δὲ ἐὰν πολεμῇς, νικῆσαί σε ἀμήχανον· ὁ Θεὸς γάρ ἐστιν ὁ πάντων ἰσχυρότερος. Μὴ παραζηλοῦμεν τὸν Κύριον; μὴ ἰσχυρότεροι αὐτοῦ ἐσμεν; Ὁ Θεὸς ἔπηξε, τίς ἐπιχειρεῖ σαλεύειν; Οὐκ οἶσθα αὐτοῦ τὴν δύναμιν. Ἐπιβλέπει ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ποιεῖ αὐτὴν τρέμειν· κελεύει, καὶ τὰ σειόμενα ἡδράζετο. Εἰ τὴν πόλιν σαλευομένην ἔστησε, πολλῷ μᾶλλον τὴν Ἐκκλησίαν στῆσαι δύναται. Ἡ Ἐκκλησία οὐρανοῦ ἰσχυροτέρα· ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται, οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσι. Ποῖοι λόγοι; Σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ E μου τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς.

Εἰ ἀπιστεῖς τῷ λόγῳ, πίστευε τοῖς πράγμασι. Πόσοι τύραννοι ἠθέλησαν περιγενέσθαι τῆς Ἐκκλησίας; πόσα τήγανα; πόσοι κάμινοι, θηρίων ὀδόντες, ξίφη ἠκονημένα; καὶ οὐ περιεγένοντο. Ποῦ οἱ πολεμήσαντες; Σεσίγηνται καὶ λήθῃ παραδέδονται. Ποῦ δὲ ἡ Ἐκκλησία; Ὑπὲρ τὸν ἥλιον λάμπει. Τὰ ἐκείνων ἔσβεσται, τὰ ταύτης ἀθάνατα. Εἰ ὅτε ὀλίγοι ἦσαν, οὐκ ἐνικήθησαν, ὅτε ἡ οἰκουμένη ἐπλήσθη εὐσεβείας, 416 πῶς νικῆσαι δύνασαι; Ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύ- A σονται, οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσι. Καὶ μάλα εἰκότως· ποθεινοτέρα γὰρ ἡ Ἐκκλησία τῷ Θεῷ τοῦ οὐρανοῦ. Οὐρανοῦ σῶμα οὐκ ἀνέλαβεν, Ἐκκλησίας δὲ σάρκα ἀνέλαβε· διὰ τὴν Ἐκκλησίαν ὁ οὐρανὸς, οὐ διὰ τὸν οὐρανὸν ἡ Ἐκκλησία. Μηδὲν ὑμᾶς θορυβείτω τῶν γενομένων. Τοῦτό μοι χαρίσασθε, πίστιν ἀπερίτρεπτον. Οὐκ εἴδετε τὸν Πέτρον περιπατοῦντα

præsentia commemoro, rogoque caritatem vestram, ut fiduciam habeat. Nullus quippe nos separare poterit; quod enim Deus conjunxit, homo separare nequit. Nam si de viro ac de muliere dicit : *Propter hoc relinquet homo patrem* Gen. 2. 24. *suum et matrem suam, et adhærebit uxori* Matth. 19. 5. 6. *suæ, et erunt duo in carnem unam : quod ergo Deus conjunxit, homo non separet.* Si nuptias non potes dirimere, quanto minus Ecclesiam Dei potes dissolvere? sed eam oppugnas, cum nihil possis lædere eum quem impetis. Verum me reddes splendidiorem, tuamque vim mecum pugnando dejicies : *Durum* namque Act. 9. 5. *tibi est contra stimulum* acutum *calcitrare.* Non obtundes stimulos, imo sanguine pedes inficies : quandoquidem fluctus non petram dissolvunt, sed ipsi in spumam abeunt. Nihil Ecclesia potentius, o homo. Bellum solve, ne robur dissolvas tuum; ne inferas cælo bellum. Si homini bellum inferas, aut vinces, aut superaberis : si Eclesiam oppugnes, vincere nequis : omnibus quippe fortior est Deus. *An æmulamur Dominum? an fortiores illo sumus?* 1. Cor 10. 22. Deus fixit et firmavit, quis concutere tentaverit? Non nosti virtutem ejus. *Respicit terram, et* Psal. 103. 32. *facit eam tremere :* jubet, et quæ concutiebantur firma consistunt. Si concussam urbem firmavit, quanto magis Ecclesiam firmare poterit? Ecclesia est ipso cælo fortior : *Cælum et* Matth. 24. 35. *terra transibunt : verba autem mea non transibunt.* Quæ verba? *Tu es Petrus, et super hanc meam petram ædificabo Ecclesiam* Matth. 16. 18. *meam, et portæ inferi non prævalebunt adversus eam.*

2. Si non credis verbo, rebus crede. Quot tyranni Ecclesiam opprimere tentaverunt? quot sartagines? quot fornaces, ferarum dentes, gladii acuti? nihilque perfecerunt. Ubinam sunt hostes illi? Silentio et oblivioni traditi sunt. Ubinam Ecclesia? Plus quam sol splendescit. Quæ illorum erant exstincta sunt, quæ ad illam spectant sunt immortalia. Si cum pauci erant Christiani, non victi sunt, quando orbis totus pia religione plenus est, quomodo illos vincere possis? *Cælum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt,* Matth. 24. 35 Et jure quidem : amabilior enim est Ecclesia Deo, quam cælum ipsum. Cæli corpus non accepit, sed Ecclesiæ carnem accepit; propter Ecclesiam cælum, non propter cælum Ecclesia. Ne vos conturbent ea,

[a] Savilius legendum putat τῇ πρὸς ἐμὲ μάχῃ. Forte melius διὰ τῆς πρὸς ἐμὲ μάχης.

quæ acciderunt. Hanc mihi gratiam præbeatis, immobilem fidem. Annon vidistis Petrum ambulantem super aquas, paululum dubitantem, in periculum submersionis venisse, non ob aquarum impetum, sed ob fidei infirmitatem? Num humanis calculis huc accessimus? num homo nos adduxit, ut homo dejiciat? Hæc non ex arrogantia vel jactantia dico, absit, sed ut quod in vobis fluctuat constabiliam. Quoniam sedata erat civitas, Ecclesiam diabolus concutere voluit. O scelesté et flagitiosissime! muros non expugnasti, et Ecclesiam te succussurum speras? An muris Ecclesia constat? In multitudine fidelium Ecclesia consistit. En quam firmæ columnæ, non ferro ligatæ, sed fide constrictæ. Non dico tantam multitudinem igne vehementiorem esse: sed nec, si unus tantum esset, superasses. Nosti quantas tibi plagas inflixerint martyres. Ingressa sæpe est puella tenera innupta: cera mollior erat, sed petra solidior exstitit. Ejus latera lancinabas, et fidem non auferebas. Cessit carnis natura, neque concidit fidei virtus; consumebatur corpus, et viriliter agebat animus; absumebatur substantia, et manebat pietas. Ne unam quidem mulierem superasti, et tantum populum te superaturum confidis? Non
Matth. 18. 20. audis Dominum dicentem: *Ubi duo vel tres congregati sunt in nomine meo, illic sum in medio eorum*? Et ubi tam numerosus populus caritatis vinculis constrictus, non aderit? Ejus pignus habeo: num propriis sum viribus fretus? Scriptum ejus teneo. Hic mihi baculus: hæc mihi securitas: hic mihi portus tranquillus. Etsi conturbetur orbis totus, rescriptum teneo: ejus literas lego: hic mihi murus, hoc præsidium.
Ibid. 28. 20. Quas literas? *Ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi.* Christus mecum, quem timebo? Etsi fluctus adversum me concitentur, etsi maria, etsi principum furor: mihi hæc omnia aranea sunt viliora. Ac nisi caritas me vestra detinuisset, ne hodie quidem abnuissem alio proficisci. Semper enim dico,
Matth. 6. 10. *Domine, fiat voluntas tua*: non quod talis et talis, sed quod tu vis [faciam]. Hæc mihi turris, hæc mihi petra immobilis; hic mihi baculus non vacillans. Si id Deus velit, fiat. Si velit me hic manere, gratias habeo. Ubicumque voluerit, gratias refero.

5. Nemo vos conturbet: precibus vacate. Hoc effecit diabolus, ut vestrum circa supplicationes studium interciperet. Sed nihil profecit: imo vos diligentiores alacrioresque invenimus.

ἐπὶ τῶν ὑδάτων, καὶ ὀλίγον διστάσαντα, καὶ μέλλοντα καταποντίζεσθαι, οὐ διὰ τὴν ἄτακτον τῶν ὑδάτων ὁρμὴν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς πίστεως; Μὴ γὰρ ἀνθρωπίναις ψήφοις ἐνταῦθα ἤλθομεν; μὴ γὰρ
B ἄνθρωπος ἤγαγεν, ἵνα ἄνθρωπος καταλύσῃ; Ταῦτα λέγω οὐκ ἀπονοούμενος, μὴ γένοιτο, οὐδὲ ἀλαζονευόμενος, ἀλλὰ τὸ ὑμῶν σεσαλευμένον στηρίξαι βουλόμενος. Ἐπειδὴ ἔστη ἡ πόλις, Ἐκκλησίαν ὁ διάβολος ἠθέλησε σαλεῦσαι. Μιαρὲ καὶ παμμίαρε διάβολε, τοίχων οὐ περιεγένου, καὶ Ἐκκλησίαν προσδοκᾷς σαλεῦσαι; Μὴ γὰρ ἐν τοίχοις ἡ Ἐκκλησία; Ἐν τῷ πλήθει τῶν πιστῶν ἡ Ἐκκλησία. Ἰδοὺ πόσοι στῦλοι ἑδραῖοι, οὐ σιδήρῳ δεδεμένοι, ἀλλὰ πίστει ἐσφιγμένοι. Οὐ λέγω ὅτι τοσοῦτον πλῆθος πυρὸς σφοδρότερον· ἀλλ' οὔτε, εἰ εἷς ἦν, περιεγένου. Καὶ οἶδας, οἷά σοι τραύματα παρέσχον οἱ μάρτυρες. Εἰσῆλθε πολλάκις
C κόρη ἁπαλὴ ἀπειρόγαμος· κηροῦ ἦν ἁπαλωτέρα, καὶ πέτρας ἐγένετο στερεωτέρα. Τὰς πλευρὰς αὐτῆς ἔξεες, καὶ τὴν πίστιν αὐτῆς οὐκ ἔλαβες. Ἡττόνησε τῆς σαρκὸς ἡ φύσις, καὶ οὐκ ἀπηγορεύθη τῆς πίστεως ἡ δύναμις· ἐδαπανᾶτο τὸ σῶμα, ἐνεανιεύετο τὸ φρόνημα· ἀνηλίσκετο δὲ ἡ οὐσία, καὶ ἔμενεν ἡ εὐλάβεια. Γυναικὸς οὐ περιεγένου μιᾶς, καὶ τοσούτου περιγενέσθαι δήμου προσδοκᾷς; Οὐκ ἀκούεις τοῦ Κυρίου λέγοντος, Ὅπου δύο ἢ τρεῖς εἰσι συνηγμένοι εἰς τὸ ὄνομά μου, ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν; Ὅπου τοσοῦτος δῆμος ἀγάπῃ ἐσφιγμένος, οὐ πάρεστιν; Ἔχω αὐτοῦ ἐνέ-
D χυρον· μὴ γὰρ οἰκείᾳ δυνάμει θαῤῥῶ; Γραμματεῖον αὐτοῦ κατέχω. Ἐκεῖνό μοι βακτηρία, ἐκεῖνό μοι ἀσφάλεια, ἐκεῖνό μοι λιμὴν ἀκύμαντος. Κἂν ἡ οἰκουμένη ταράττηται, τὸ γραμματεῖον κατέχω· αὐτῷ (f. αὐτὸ) ἀναγινώσκω· τὰ γράμματα ἐκεῖνα τεῖχος ἐμοὶ καὶ ἀσφάλεια. Ποῖα ταῦτα; Ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. Χριστὸς μετ' ἐμοῦ, καὶ τίνα φοβηθήσομαι; Κἂν κύματα κατ' ἐμοῦ διεγείρηται, κἂν πελάγη, κἂν ἀρχόντων θυμοί· ἐμοὶ ταῦτα πάντα ἀράχνης εὐτελέστερα. Καὶ εἰ μὴ διὰ τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, οὐδὲ σήμερον ἂν παρῃτησάμην ἀπελθεῖν. Ἀεὶ γὰρ λέγω,
E Κύριε, τὸ σὸν θέλημα γενέσθω· μὴ ὅ τι ὁ δεῖνα, καὶ ὁ δεῖνα, ἀλλ' εἴ τι σὺ βούλει. Οὗτος ἐμοὶ πύργος, τοῦτο ἐμοὶ πέτρα ἀκίνητος· τοῦτο ἐμοὶ βακτηρία ἀπερίτρεπτος. Εἰ βούλεται ὁ Θεὸς τοῦτο γενέσθαι, γινέσθω. Εἰ βούλεται ἐνταῦθα εἶναί με, χάριν ἔχω. Ὅπου βούλεται, εὐχαριστῶ.

Μηδεὶς ὑμᾶς θορυβείτω· ταῖς εὐχαῖς προσέχετε. Ταῦτα ἐποίησεν ὁ διάβολος, ἵνα ἐκκόψῃ τὴν σπουδὴν τὴν περὶ τὰς λιτανείας. Ἀλλ' οὐ προχωρεῖ αὐτῷ· ἀλλὰ σπουδαιοτέρους ὑμᾶς καὶ θερμοτέρους εὑρήκαμεν. Αὔ-

ριον εἰς λιτανεῖον ἐξελεύσομαι μεθ' ὑμῶν. [a] Ἢ ὅπου ἐγὼ, καὶ ὑμεῖς ἐκεῖ· ὅπου ὑμεῖς, ἐκεῖ κἀγώ· ἓν σῶμά ἐσμεν· οὐ σῶμα κεφαλῆς, οὐ κεφαλὴ σώματος χωρίζεται. Διειργόμεθα τῷ τόπῳ, ἀλλ' ἡνώμεθα τῇ ἀγάπῃ· οὐδὲ θάνατος διακόψαι δυνήσεται. Κἂν γὰρ ἀποθάνῃ μου τὸ σῶμα, ζῇ ἡ ψυχὴ, καὶ μέμνηται τοῦ δήμου· ὑμεῖς ἐμοὶ πατέρες· πῶς ὑμῶν δύναμαι ἐπιλαθέσθαι; ὑμεῖς ἐμοὶ πατέρες, ὑμεῖς ἐμοὶ ζωὴ, ὑμεῖς ἐμοὶ εὐδοκίμησις. Ἐὰν ὑμεῖς προκόψητε, ἐγὼ εὐδοκιμῶ· ὥστε ἐμοὶ ζωὴ πλοῦτος ἐν τῷ ὑμετέρῳ κεῖται θησαυρῷ. Ἐγὼ μυριάκις ὑπὲρ ὑμῶν σφαγῆναι ἕτοιμος (καὶ οὐδεμίαν χάριν παρέχω, ἀλλὰ καὶ ὀφειλὴν ἀποδίδωμι· Ὁ γὰρ ποιμὴν ὁ καλὸς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν προβάτων), καὶ σφαγῆναι μυριάκις, καὶ μυρίας κεφαλὰς ἀποτμηθῆναι. Ἐμοὶ ὁ θάνατος οὗτος ἀθανασίας ὑπόθεσις, ἐμοὶ αἱ ἐπιβουλαὶ αὗται ἀσφαλείας ἀφορμή. Μὴ γὰρ διὰ χρήματα ἐπιβουλεύομαι, ἵνα λυπηθῶ; μὴ γὰρ δι' ἁμαρτήματα, ἵνα ἀλγήσω; Διὰ τὸν ἔρωτα τὸν περὶ ὑμᾶς· ἐπειδὴ πάντα ποιῶ, ὥστε ὑμᾶς ἐν ἀσφαλείᾳ μεῖναι, ὥστε μηδένα παρεισελθεῖν τῇ ποίμνῃ, ὥστε μεῖναι ἀκέραιον τὸ ποίμνιον. Ἡ ὑπόθεσις τῶν ἀγώνων ἀρκεῖ μοι εἰς στέφανον. Τί γὰρ ἂν πάθοιμι ὑπὲρ ὑμῶν; Ὑμεῖς ἐμοὶ πολῖται, ὑμεῖς ἐμοὶ πατέρες, ὑμεῖς ἐμοὶ ἀδελφοὶ, ὑμεῖς ἐμοὶ τέκνα, ὑμεῖς ἐμοὶ μέλη, ὑμεῖς ἐμοὶ σῶμα, ὑμεῖς ἐμοὶ φῶς, μᾶλλον δὲ καὶ τοῦ φωτὸς τούτου γλυκύτεροι. Τί γὰρ τοιοῦτον παρέχει μοι ἡ ἀκτῖνα (l. ἀκτὶς) οἷον ἡ ὑμετέρα ἀγάπη; * Ἡ ἀκτῖνα (l. ἀκτὶς ἐν τῷ παρόντι με βίῳ ὠφελεῖ, ἡ δὲ ὑμετέρα ἀγάπη στέφανόν μοι πλέκει ἐν τῷ μέλλοντι. Ταῦτα δὲ λέγω εἰς ὦτα ἀκουόντων· τί δὲ τῶν ὤτων ὑμῶν ἀκουστικώτερον; Τοσαύτας ἡμέρας ἠγρυπνήσατε, καὶ οὐδὲν ὑμᾶς ἔκαμψεν, οὐ χρόνου μῆκος μαλακωτέρους ὑμᾶς ἐποίησεν, οὐ φόβοι, οὐχ ἀπειλαί· πρὸς πάντα ἐγένεσθε γενναῖοι. Καὶ τί λέγω, ἐγένεσθε; Τοῦτο ὅπερ ἐπεθύμουν ἀεὶ, κατεφρονήσατε τῶν βιωτικῶν πραγμάτων, ἀπετάξασθε τῇ γῇ, εἰς τὸν οὐρανὸν μετέστητε· ἀπηλλάγητε τῶν συνδέσμων τοῦ σώματος, πρὸς τὴν μακαρίαν ἐκείνην ἁμιλλᾶσθε φιλοσοφίαν. Ταῦτα ἐμοὶ στέφανοι, ταῦτα παράκλησις, ταῦτα παραμυθία, ταῦτα ἐμοὶ ἄλειμμα, ταῦτα ζωὴ, ταῦτα ἀθανασίας ὑπόθεσις.

[a] Ἀλλ' ὁρῶ τοῖς ἐμαυτοῦ δόγμασί τινας ἐγκαρτερεῖν με πειθόντων. Φέρει γὰρ πολλὰ τῶν εὐτυχημάτων εἰς τοὐναντίον· ὅτι οἷς ἐδόκουν ζηλωτὴς εἶναι, περιπέπτωκα τῇ μοχθηρίᾳ· οἱ μὲν κατὰ τὸν τρόπον καθαιροῦντες νικῶσι τὸν ἀγῶνα τῇ διαφορᾷ τῶν πρα-

417 A Cras ad supplicationem vobiscum pergam. Atque ubi sum ego, illic et vos estis; ubi vos estis, illic et ego : unum corpus sumus, neque corpus a capite, neque caput a corpore separatur. Loco dissiti sumus, sed caritate jungimur, neque mors ipsa poterit abscindere. Etsi enim corpus meum moriatur, vivet tamen anima, quæ populi recordabitur. Vos mihi patres estis; qui possim vestrum oblivisci? vos mihi patres, vos mihi vita, vos mihi gloria. Si vos proficiatis, id mihi in gloriam vertitur; ita ut vita mea ceu divitiæ quædam in vestro reposita B sit thesauro. Paratus sum ad vitam sexcenties pro vobis effundendam, nec gratiam exhibeo, sed debitum solvo. Nam *Bonus pastor animam suam dat pro ovibus*. Joan. 10. 11. Millies jugulent, toties caput abscindant. Mors enim talis mihi immortalitatis est argumentum : hæ mihi insidiæ securitatis sunt occasio. Num ob divitias insidiis objectus sum, ut doleam? num ob peccata, ut lugeam? Id patior ob vestrum amorem; quia nihil non ago, ut vos in tuto collocemini; ut nemo alienus se in ovile ingerat; ut illæsus grex maneat. Certaminis argumentum mihi sufficit ad coronam. Quid enim patiar pro vobis? Vos C mihi cives, vos mihi patres, vos mihi fratres, vos filii, vos membra, vos corpus, vox mihi lux, imo hac luce suaviores. Quid enim tale mihi confert radius, quale vestra caritas? Radius mihi in præsenti vita utilis est, vestra autem caritas coronam mihi nectit in futuro. Hæc porro dico in aures vestras : quid autem est ad audiendum promtius auribus vestris? Tot diebus vigilastis, nihilque vos inflectere potuit, non temporis diuturnitas emollivit, non timores, non minæ : ad omnia strenuos vos exhibuistis. Et quid dico, vos exhibuistis? Quod semper optaD veram, sæcularia despexistis, terræ vale dixistis; a vinculis corporis vos expedivistis, ad beatam illam philosophiam certatim properastis. Hæc mihi corona sunt, hæc consolatio, hæc unctio, hæc vita, hæc immortalitatis argumentum.

4. Sed video quosdam qui mihi auctores sunt, ut in dogmatibus meis insistam. Pleraque enim prospera in contrarium cedunt, quoniam ii, quibus videbar zelo plenus esse, id improbitate sua egerunt ut conciderem : qui ad libitum suum

[a] Legendum videtur καὶ ὅπου, atque ita legit vetus Interpres.

* [ἡ ἀκτῖνα nominativus est hodiernæ Græcorum linguæ.]

[a] Quæ sequuntur adjectitia sunt et Chrysostomi esse non videntur, ut diximus in Monito : et usque adeo intricata sunt ut nonnisi divinando possint Latine reddi.

me deposuerunt, per varium rerum exitum me in hoc certamine vincunt : non minabantur, sed instabant. Jam tempus est ea enarrare, quæ ad meam calamitatem spectant. Lex est, sed legislator vincitur. Filii, per vestram caritatem, video conjurationem ad bellum inferendum paratam, Deumque contumeliis affectum : video delapsum agonem, et agonothetam mœrentem : video veritatis persuasionem emarcescere, et conspirationem superare. Mihi illi objiciunt : Comedisti et baptizasti. Si hoc feci, anathema sit mihi; ne numerer inter episcopos; ne sim cum angelis; ne sim Deo acceptus. Si vero comedi et baptizavi, nihil inopportune feci. Attende diligenter iis quæ dico, neque finem dicendi faciam. Non me piget loqui, vobisque tutum est si loquar. Sed ad propositum redeamus. Dicunt
Act. 16. 33. me comedisse et baptizasse. Deponant ergo Paulum, quod post cœnam custodi carceris baptisma contulerit. Ausim dicere, deponant ipsum Christum, quod post cœnam discipulis communionem largitus sit. Sed hæc nobis congruentia magnaque sunt: hæc læta pacis signa: hæc populi encomia. Mihi corona, vobis fructus. Sed scitis, fratres, qua de causa velint me deponere. Quia tapetes non expandi, nec serica vestimenta indui, et quia ipsorum ingluviem non fovi. Floruere aspidis fetus, adhuc relictum est Jezabelis semen : verum adhuc etiam gratia cum Helia concertat. Age mihi in medium mirabilem illum divitemque vitæ præconem, Joannem dico pauperem, qui ne lucernam quidem possidebat; sed habebat Christum lampadem : cujus caput expetivit Evæ comministra : quæ et sanctis impedimento fuit, quæ prophetas persequuta est, quæ dolose jejunium prædicavit, quæ parem cum vipera nomenclaturam obtinuit, nempe saltationem, quæ prandio nondum absoluto saltavit. Non vitam concupivit, non opum molem, non regni dignitatem, non aliam quampiam facultatem; sed dic mihi, quæso, quid desideravit? Caput hominis. Quid autem dico? Non solum hominis, sed etiam evangelistæ. Attamen non vicit caput, licet acceperit. Abscidit caput petendo, iniquum desiderium per discum implevit. Vide, et mirare Dei virtutem. Coarguit inculpatus homo, capite truncatus est; sed qui capite cæsus, in dextera Christi est, illam vero indeprecabile supplicium excipit. Rursus ejus

γμάτων · οὐκ ἠπείλουν, ἀλλὰ παρίσταντο. Ἔστι γὰρ καιρὸς νῦν εἰπεῖν τὰ περὶ τῆς ἐμῆς θλίψεως. Νόμος
E ἐστὶν, ἀλλ' ὁ νομοθέτης νικᾶται. Τέκνα, μὰ τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, βλέπω συσκευὴν πολεμοῦσαν, καὶ τὸν Θεὸν ὑβριζόμενον · βλέπω τὸν ἀγῶνα πίπτοντα, καὶ τὸν ἀγωνοθέτην λυπούμενον · βλέπω τὸ πιθανὸν τῆς ἀληθείας μαραινόμενον, καὶ τὴν συσκευὴν ἀνθοῦσαν. Λέγουσί μοι ὅτι ἔφαγες καὶ ἐβάπτισας. Εἰ ἐποίησα
418 τοῦτο, ἀνάθεμα ἔσομαι · μὴ ἀριθμηθείην εἰς ἐπισκό-
A πων ῥίζαν · μὴ γένωμαι μετ' ἀγγέλων · μὴ ἀρέσω Θεῷ · [a] εἰ δὲ καὶ ἔφαγον καὶ ἐβάπτισα, οὐδὲν ἄκαιρον τῶν πραγμάτων ἐποίησα. Πρόσχες μοι μετὰ ἀκριβείας ὃ λέγω, καὶ λέγων οὐ παύσομαι. Ἐμοὶ μὲν τὸ λέγειν οὐκ ὀκνηρὸν, ὑμῖν δὲ ἀσφαλές. Ἀλλ' ἐπανέλθωμεν ἐπὶ τὸ προκείμενον. Λέγουσιν ὅτι ἔφαγον καὶ ἐβάπτισα. Καθελέτωσαν οὖν Παῦλον, ὅτι μετὰ τὸ δειπνῆσαι ἐχαρίσατο τῷ δεσμοφύλακι τὸ βάπτισμα. Τολμῶ λέγειν, καθελέτωσαν καὶ αὐτὸν τὸν Χριστὸν, ὅτι μετὰ τὸ δεῖπνον τοῖς μαθηταῖς τὴν κοινωνίαν ἐχαρίσατο. Ἀλλ' εἰκότα καὶ μεγάλα ἡμῖν ταῦτα · ταῦτα φαιδρὰ τῆς εἰρήνης · ταῦτα τοῦ λαοῦ
B τὰ ἐγκώμια. Ἐμοῦ ὁ στέφανος, ὑμῶν ὁ καρπός. Ἀλλ' οἴδατε, ἀγαπητοὶ, διὰ τί με θέλουσι καθελεῖν. Ὅτι τάπητας οὐχ ἥπλωσα, οὔτε σηρικὰ ἱμάτια οὐκ ἐνεδυσάμην, καὶ ὅτι τὴν γαστριμαργίαν αὐτῶν οὐ παρεμυθησάμην. Ἤνθησαν γὰρ τὰ ἔγγονα τῆς ἀσπίδος, ἔτι περιλέλειπται τῆς Ἰεζάβελ ὁ σπόρος · ἔτι δὲ καὶ ἡ χάρις τῷ Ἠλίᾳ συναγωνίζεται. Φέρε δέ μοι εἰς μέσον τὸν θαυμαστὸν καὶ πλούσιον τῆς ζωῆς κήρυκα, Ἰωάννην λέγω, τὸν πένητα, καὶ ἕως λύχνου μὴ κτησάμενον · εἶχε γὰρ τὴν λαμπάδα τοῦ Χριστοῦ · οὗ τὴν κεφαλὴν ἐπεθύμησεν ἡ τῆς Εὔας συλλειτουργὸς, ἡ τῶν ἁγίων ἐμπόδιον γενομένη, ἡ τοὺς προφήτας διώ-
C ξασα, ἡ τὴν ἐν δόλῳ νηστείαν κηρύξασα, ἡ ὁμότιμον [b] τοῦ ὀνόματος τῆς ἐχίδνης ἐπισταμένη τὴν ὄρχησιν, ἐν τῷ ἀρίστῳ τῷ ἀτελεῖ ὀρχησαμένη. Οὐκ ἐπεθύμησε ζωὴν, οὐκ ἐπεθύμησε χρημάτων ὄγκον, οὐ βασιλείας ἀξίωμα, οὐκ ἄλλης τινὸς περιουσίας. Ἀλλ' εἰπέ μοι, ἄνθρωπε, τί ἐπεθύμησε; Κεφαλὴν ἀνθρώπου. Τί δὲ λέγω; Οὐ μόνον ἀνθρώπου, ἀλλ' εὐαγγελιστοῦ. Ἀλλ' οὐκ ἐνίκησε λαβοῦσα τὴν κεφαλήν. Ἔτεμε γὰρ τὴν κεφαλὴν αἰτησαμένη, τὴν ἄνομον ἐπιθυμίαν σπουδαίως διὰ πίνακος δεξαμένη. Βλέπε, καὶ θαύμασον τοῦ Θεοῦ τὴν δύναμιν. Διήλεγχεν ὁ ἀναίτιος, ἀπετμήθη · ἀλλ' ὁ ἀποτμηθεὶς ἐν δεξιᾷ τοῦ Χριστοῦ, ἡ δὲ ἀπαραίτητον
D κόλασιν ἐκδέχεται. Πάλιν ἐκείνης τὸ σπέρμα, ὁ σπόρος ὁ ἀκανθώδης ἐπιζητεῖ καὶ σπεύδει. Ἀλλ' Ἡρωδιὰς Ἰωάννου τὴν κεφαλὴν ζητοῦσα πάλιν ὄρχησιν, οὐχ ἣν τοῖς ποσὶ παίζομεν, ἀλλὰ τὴν τῆς Μαρίας

[a] Hic sibi prorsus contradicere videtur hic quisquis sit scriptor.

[b] Hæc mirum quantum vel inepta, vel vitiata.

ἐπερειδομένην. Πάλιν βοᾷ καὶ λέγει Ἰωάννης· Οὐκ ἔξεστί σοι τὴν γυναῖκα ἔχειν τοῦ ἀδελφοῦ σου.

Ἀλλὰ τί εἴπω; Δακρύων ὁ παρὼν καιρός· πάντα γὰρ εἰς ἀδοξίαν ἐκτρέχει, καὶ πάντα χρόνος κρίνει. Χρυσὸς τὸ ὅλον δοξάζει. Ἀλλὰ φέρε μοι τὸν ἅγιον Δαυὶδ τὸν λέγοντα καὶ βοῶντα· Χρυσὸς ἐὰν ῥέῃ, μὴ προστίθεσθε καρδίαν. Ἀλλ' εἰπέ μοι, τίς ἦν οὗτος ὁ ταύτης τὴν φωνὴν ἐπαφείς; Οὐχὶ τὸ τῆς βασιλείας
E ἐπὶ τῆς κορυφῆς συγκείμενον εἶχεν; οὐκ ἐν τῇ βασιλικῇ ἐξουσίᾳ [c] διέταττεν; Ἀλλ' οὐ πρὸς ἁρπαγὴν ἔβλεπεν, οὐκ εἰς καθαίρεσιν εὐσεβείας ἦν αὐτῷ τὸ φρόνημα, οὐδὲ μέριμνα θησαυρῶν, ἀλλὰ τῆς στρατοπέδων συλλογῆς· οὐ γυναικὸς συγκατάθεσιν. Φεύγετε οὖν, γυναῖκες, τὰς ἀλλοτρίας συλλογάς· μὴ συμβουλεύετε τοῖς ἀνδράσι συμβουλίαν κακήν· ἀλλ' ἀσφα-
419 A λίσθητε τοῖς λεχθεῖσιν. Ἆρα ἐσβέσαμεν ὑμῶν τὴν φλόγα; ἆρα ἐμαλάχθη ὑμῖν ἡ καρδία; Ἀλλ' οἶδα ὅτι ὠφεληθήσεσθε μὲν αἱ τῆς Μαρίας θυγατέρες· ἄλλαι δὲ ἄνευ οἴνου κεκορεσμέναι καὶ μεθύουσαι τῇ φιλαργυρίᾳ, ὡς ὁ μακάριος Παῦλος βοᾷ καὶ κηρύττει λέγων· Ῥίζα πάντων τῶν κακῶν ἡ φιλαργυρία. Οὕτω καὶ αἱ ἀσύνετοι γυναῖκες ἀποφράττουσιν ἑαυτῶν τὰ ὦτα, καὶ ἀντὶ σπόρου ἀγαθοῦ ἀκάνθας τίκτουσιν. Ἀλλὰ, παρακαλῶ, μὴ ἡμῶν τὸν σπόρον ὡς ἐπὶ πέτραν καταβάλλωμεν. Χριστοῦ ἐσμεν γεώργιον, παρ' οὗ ἀκούσωμεν, Εὖ, δοῦλε ἀγαθὲ, εἴσελθε εἰς τὸν οἶκόν μου· μὴ ἀντὶ τῆς φωνῆς ταύτης λεχθῇ, Εὖ, δοῦλε κακέ. Ἀλλὰ, παρακαλῶ, λαμψάτω ὑμῶν ἡ
B πολιτεία ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, μὴ μωράνωμεν ἡμῶν τὸ ἅλας, ἀλλὰ δοξάσωμεν, εὐχαριστήσωμεν, οἱ πλούσιοι τῷ πλουσίῳ, οἱ πένητες τῷ φιλανθρώπῳ καὶ φιλοπτώχῳ Χριστῷ, οἱ δυνατοὶ τῇ κραταιᾷ χειρὶ αὐτοῦ. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ ὑμῶν. Ἴσως δὲ συγχωρεῖ ὁ Θεὸς ταῦτά με πάσχειν ἅπερ βουλεύονται κατ' ἐμοῦ, ἵνα ἐν συμφοραῖς δοκιμάσῃ τὰ κατ' ἐμέ· ὅτι ἐν τοῖς πόνοις ἐναπόκειται νίκη πάντως, καὶ ἐν τοῖς ἀγῶσιν ἡτοίμασται στέφανος. Καὶ γὰρ ὁ θεσπέσιος Παῦλος ἔλεγε· Τὸν δρόμον τετέλεκα, τὴν πίστιν τετήρηκα· λοιπὸν ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος· οὗ στεφάνου καταξιώσει ὑμᾶς ὁ τῶν ὅλων Δεσπότης εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

semen, spinosum germen, quærit et festinat. Sed Herodias Joannis caput expetit, rursus saltationem inimus non pedibus, sed qualem Maria olim firmam et immotam. Rursus clamat Joannes ac dicit : *Non licet tibi uxorem habere fra-* Marc. 6. 18.
tris tui.

5. Sed quid dicam? Lacrymarum est præsens tempus : omnia quippe ad ignominiam vergunt, et omnia tempus judicat. Aurum universim gloriam parit. Sed age in medium David dicentem atque clamantem : *Aurum si affluat,* Psal. 61. 11.
nolite cor apponere. At dic mihi, Quis ille erat, qui talem vocem protulit? Annon regni fastigium occupabat? annon regia potestate splendebat? Sed non ad rapinam respiciebat, non ad pietatis destructionem, non curabat thesauros, sed militarem delectum; non uxoris consensum requirebat. Fugite ergo, mulieres, alienos cœtus : ne consilium pravum viris dederitis : sed ex hisce dictis vos confirmate. Num exstinximus flammam vestram? num emollitum est cor vestrum? Sed scio vos, quæ Mariæ filiæ estis, utilitatem accepturas. Aliæ vero absque vino satiatæ sunt, et ebriæ avaritia, ut beatus Paulus clamat et prædicat his verbis : *Radix omnium malorum* 1. Tim. 6. 10.
avaritia. Sic insipientes mulieres aures suas obturant, et pro bono semine spinas pariunt. At, obsecro, ne semen nostrum quasi supra petram jaciamus. Christi sumus agricultura, a quo audiamus, Euge, serve bone, intra in domum Matth. 25. 23.
meam, ne forte illius vocis loco dicatur, *Serve* Ib. v. 26.
nequam. Sed, obsecro, luceat institutum vestrum coram hominibus, ne infatuemus sal nostrum. Sed glorificemus, gratias agamus, divites diviti, pauperes benigno et pauperum amanti Christo, potentes robustæ illius manui. Et hæc quidem de vobis. Verum fortasse Deus ea me pati concedit quæ illi adversum me machinantur, ut in calamitatibus me probet, quia in laboribus victoria omnino consistit, et per certamina præparatur corona. Etenim divinus Paulus dixit : *Cursum consummavi, fidem servavi :* 2. Tim. 4. 7.
in reliquo reposita est mihi corona justitiæ ; qua corona nos dignabitur universorum Dominus in sæcula. Amen.

a Putat Savilius legendum διέλαμπεν.

CUM DE EXPULSIONE IPSIUS SANCTI JOANNIS AGERETUR.

Multi quidem fluctus, et undæ immanes; sed submergi non vereor: quia supra petram sto. Insaniat licet mare, petram non potest commovere: insurgant quantumlibet fluctus, navis Jesu obrui non potest. Sed quid putant? ne mortem verear,
Philipp. 1. 21. cui vivere Christus est, et mori lucrum? ne exsilium pertimescam, qui noverim Domini esse
Psal. 23. 1. terram, et plenitudinem ejus? Sed bonorum pro-
1. Tim. 6. scriptionem metuam, qui sciam quod nihil intulerim in hunc mundum, sed neque auferre quid possim? Quidquid terroris habet mundus, contemno: quidquid delectabile habet, rideo. Divitias non cupio, paupertatem non horresco, mortem non timeo. Vita enim mihi ad vestrum profectum tantummodo ducitur; sed caritatem vestram precor, ut æquo animo sitis. Nemo enim nos a vobis poterit divellere. Quos enim Christus conjunxit, homo non separabit. Quod si de
Gen. 2. 24. muliere et viro dicitur: *Propter hoc relinquet homo patrem suum et matrem et adhærebit uxori suæ, et erunt duo in carne una:* et si hujusmodi nuptiarum conjunctio ab homine non potest separari, multo magis Ecclesia non potest a pastore divelli. Sed impugnas me. Quid mihi nocebit impugnatio tua, nisi quia me quidem clariorem impugnationibus tuis reddes, tuas ve-
Act. 9. 5. ro conteras vires? Durum enim tibi erit adversum stimulum calcitrare: quia non stimulum retundes, sed pedes calcitrans vulnerabis: neque fluctus, qui saxo alliduntur, amplius aliquid proficient, quam ut semetipsos fracti dissolvant, et in spumas extenuati depereant. Christi Ecclesia nihil fortius: si quis eam impugnare proponit, vires atterat necesse est: tale est enim, velut si cælo bellum meditetur inferre. Homini si bellum inferas, fortasse vinces, aut forte vinceris: Ecclesiam vincere nulla vis poterit. Dei est Ecclesia, qui est
1. Cor. 10. 22. omnibus fortior. *Aut æmulamur Dominum? Numquid fortiores illo sumus?* Deus fundavit hoc, quod labefactare conaris. Aut experiri vis po-
Psal. 103. 32. tentiam Domini? Ipse est *Qui respicit super terram, et facit eam tremere:* et iterum qui jubet, et tremor ejus solidatur. Aut non vidisti, trementem civitatem tuam quoties stare fecit? Multo magis Ecclesiam suam trementem poterit confirmare: fortior enim Ecclesia multo quam terra, Matth. 24. 35.
imo et fortior cælo. *Cælum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt.* Quæ verba? Matth. 16. 18.
Tu es Petrus et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam et portæ inferi non prævalebunt in eam. Quod si non credis verbo, rebus ipsis et operibus crede. Quanti tyranni aggressi sunt impugnare Ecclesiam Dei? quanta tormenta, quantas cruces adhibuerunt, ignes, fornaces, feras, bestias, gladios intendentes, et nihil agere potuerunt? Ubi nunc sunt illi qui hæc fecerunt, et ubi illi qui hæc fortiter pertulerunt? Nunc ii æternis pœnis premuntur, et isti æternis gaudiis eriguntur: fulget enim Ecclesia super splendorem 420
solis, et persequutores ejus perpetuis tenebris conteguntur. Non legis scriptum, quia undecim soli erant, et vinci non potuerunt? Nunc, ubi orbis terrarum repletus est piorum multitudine, quomodo poterunt vinci? *Cælum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt.* Et merito: carior enim Ecclesia Dei, quam cælum. Non enim Ecclesia propter cælum, sed propter Ecclesiam cælum. Nihil enim, quæso, perturbet vos eorum quæ agi videtis. Ponamus ante oculos nostros Petrum super aquas incedentem, et parum quid hæsitantem, atque ob hoc paululum periclitantem, non propter potentiam fluctuum, sed propter infirmitatem fidei. Numquid humana voluntate huc venimus, aut propter hominem huc producti sumus? Et hæc non arroganter loquor, neque jactantia agitatus, sed animos vestros, qui forte turbantur, cupio confirmare. Intuemini ergo quomodo *Commota est et contremuit terra,* et Psal.
tamen non corruit civitas. Quomodo, impurissime diabole, Ecclesiam te putas posse dejicere, qui trementes parietes dejicere minime valuisti? Non est in parietibus Ecclesia, sed in multitudine piorum. Ecce quam fortes, quam immobiles statis, non ferro, sed fide vincti. Et quid de tanta multitudine loquor? Unum fidelem vincere non potes. O diabole, nescis quæ tibi fecerint martyres? Quomodo frequenter ingressa est puella ætate tenera, annis immatura, et inventa est ferro fortior, cum latera ejus scinderes, fidem tamen ejus movere non posses? Defecit frequenter caro in tormentis, et

robur fidei non defecit; consumtum est corpus, et mens non potuit inclinari; interiit substantia, et perstitit patientia. Si ergo frequenter ab una puella victus es, quomodo speras tantæ hujus et tam fidelis multitudinis fidem te posse evincere?
18. Non audis Domini vocem dicentis: *Quia, ubi duo aut tres sunt congregati in nomine meo, ibi sum et ego in medio eorum?* Quid, ubi tanta fidelium multitudo est caritatis nexibus vincta? Non ego propria virtute confido, habeo scripturam Domini mei, manum ipsius teneo, illa mihi cautio satis tuta est, illa me securum reddet et intrepidum: etiamsi orbis terræ commoveatur, ego cautionem Domini mei teneo. Lego manum ejus; ipsa mihi murus est inexpugnabilis. Vul-
28. tis vobis recitem Domini cautionem? *Ecce*, inquit, *vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi.* Christus mecum est, quem timebo? Etiamsi fluctus insurgat, etiamsi totum pelagus adversum me conturbetur, etiamsi principum furor, omnia mihi illa araneæ erunt, et araneis fragiliora. Et nisi propter fragilita-
6. tem vestram, hodie non dubitarem ire quo vellent. Semper enim dico: *Domine, voluntas tua fiat*: non quod ille vult, vel ille, sed quod tu vis: tua voluntas mihi turris fortissima, et petra stabilis, et baculus fidus. Si tu vis permanere mecum hic, habeo gratiam: si non vis, similem refero gratiam. Nemo vos conturbet, fratres, orate tantum: hæc enim diabolus movet, non aliam ob causam, quam ut religiosa studia vestra disrumpat, et exercitia vestra, quæ in orationibus et vigiliis gerebatis, exstinguat. Sed non obtinebit, nec eripiet a vobis studia religiosa: nisi quia sollicitiores vos inveniet, et fervidiores efficiet. Crastina vobiscum exibo ad orationes: et ubi ego sum, ibi et vos eritis: et ubi vos estis, ibi ero et ego. Unum corpus sumus, neque caput a corpore, neque corpus a capite separabitur, etiamsi loco dividamur, sed caritate conjungimur; ego a vobis nec morte divellar. Nam etsi corpus meum moriatur, anima mea vivit, et memoriam vestri tenebit. Vos estis mihi patres, vos mihi mater, vos mihi vita, vos mihi gratia: si vos proficitis, mihi placebit. Vos estis corona mea, et divitiæ meæ; vos estis thesaurus meus. Ego millies pro vobis immolari paratus sum: et nec gratia mihi
in hoc est, sed debitum reddo. Bonus enim pastor Joan. 10
debet animam suam pro ovibus suis ponere: hu- 11.
jusmodi enim mors immortalitatem parit. Non enim propter divitias mundi insidias patior: quod si esset, utique contristari deberem: nec propter aliquod peccatum, sed propter caritatem, quam erga vos habeo: quia omnia ago, ut vos proficiatis: et ne subintroeat conturbare gregem bene institutum, sed ut permaneatis in simplicitate fidei. Hæc est causa periculorum meorum, et hæc sufficiant mihi ad coronam. Quid enim non patior pro vobis? Vos mihi cives, vos mihi fratres, vos mihi filii, vos mihi membra, vos mihi corpus, vos mihi lux, imo et ista luce dulciores. Quid enim mihi tantum præstant radii solis, quantum caritatis vestræ splendor acquirit? Ecce pro caritate vestra corona mihi paratur in futuro sæculo; hoc mihi solis hujus splendor præstare non poterit. Hæc autem dico in auribus audientium. Et quid ita ad audiendum sollicitum et paratum, quam aures vestræ? Ecce quot dies sunt quod vigilatis, et nullum vestrum somnium inclinavit, nec temporis spatium frangit; nullum timor, nullum minæ deterrent, sed terror eorum fortiores vos reddet. Video in vobis quod semper optavi, ideo quod contemsistis mundi negotia, renuntiastis omnibus: nihil jam de terra, neque de terrenis actibus cogitatis. Ad cælestia vos migrasse jam cerno, absoluti estis vinculis corporis, ad beatam illam et cælestem contenditis philosophiam. Hoc mihi sufficit vidisse de vobis; hæc mea consolatio; ista me in agonibus meis velut unguenta quædam corroborant, et fortiorem me agonibus reddunt, et ad gaudia immortalia atque æterna transmittunt: pro his gratias agamus Deo, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

421

MONITUM

IN ALTERAM ORATIONEM ANTEQUAM IRET IN EXSILIUM.

Aliam edimus oratiunculam, Chrysostomo adscriptam, quam ex Vaticano quodam Codice eruimus, et in qua præter initium, ubi quædam comparent eadem quæ in priori oratione, cætera perplexa, infimæque notæ videntur esse, quædam item ex posteriore primæ orationis parte excerpta. Unum tamen est, quod hujus opusculi γνησιότητα propugnare videatur. Nimirum Chrysostomus, Oratione prima post reditum ab exsilio, quam cum eruditis pene omnibus germanam censemus, hæc ait : *Meministis me Jobum in medium adducere, ac dicere : Sit nomen Domini benedictum in sæcula. Hæc vobis pignora exiens reliqui, has gratiarum actiones repeto : Sit nomen Domini benedictum in sæcula.* Hanc vero Jobi benedictionem, quam ante profectum se commemorasse testificatur Chrysostomus, sub finem hujus ante exsilium oratiunculæ, commemorat, plurimumque commendat ille. Verum potuit is qui Chrysostomum ementitus est ex vera quæ tum supererat oratione hæc excerpere. Si quis vero hoc fultus testimonio contendat, hunc esse germanum Chrysostomi fetum, is fateatur necesse est, fuisse hanc oratiunculam librariorum ausibus admodum temeratam et adulteratam.

CUM IRET IN EXSILIUM.

1. Læta nobis oratio, fratres, splendidusque conventus, et latum spatiosumque mare plenum, sed non ventorum impetu agitatum. Venit enim mater pacis, quæ ventorum impetum exstinguit.
Psal. 86.5. *Mater Sion dicet, homo et homo natus est in ea, et ipse fundavit eam.* Filioli mei, me inter-
Philipp. 1. 21. fecturi sunt? Et quid mortem timeam? *Mihi vivere Christus est, et mori lucrum.* Sed in
Psal. 23.1. exsilium mittent? *Domini est terra, et plenitudo ejus.* Sed facultates meæ publicabuntur?
1. Tim. 6 7. *Nihil intulimus in hunc mundum, certumque est quod nihil hinc poterimus auferre.* Sed scitis qua de causa me deposituri sint. Quia tapetes non expandi, et sericis vestibus non sum usus, quia eorum ingluviem non fovi, nec aurum vel argentum ipsis obtuli. Dicunt porro mihi : Comedisti et bibisti, et baptizasti. Si hoc feci, anathema mihi, ne numerer cum episcopis, ne sim cum angelis, ne Deo placeam. Etiamsi vero comederim et baptizaverim, nihil eorum inopportune feci. Deponant et Paulum apostolum,
Act. 16. 33. quod post cœnam custodi carceris baptisma contulerit : deponant ipsum Dominum, quod post cœnam communionem discipulis dederit. Multos video fluctus, gravemque procellam, paratasque

A ΟΤΕ ΑΠΗΕΙ ΕΝ Τῌ ΕΞΟΡΙᾼ.

Φαιδρὸς ἡμῖν ὁ λόγος, ἀδελφοί μου, καὶ λαμπρὰ πανήγυρις, καὶ θάλαττα εὐρύχωρος ἐμπεπλησμένη, ἀλλ' οὐ ταραττομένη τῇ ζάλῃ τῶν ἀνέμων. Ἦλθε γὰρ ἡ μήτηρ τῆς εἰρήνης, ἡ κατασβεννύουσα τὴν ζάλην τῶν ἀνέμων· Μήτηρ Σιὼν ἐρεῖ, ἄνθρωπος καὶ ἄνθρωπος ἐγεννήθη ἐν αὐτῇ, καὶ αὐτὸς ἐθεμελίωσεν αὐτήν. Τεκνία μου, μέλλουσί με καθελεῖν; καὶ τί δέδοικα τὸν θάνατον; Ἐμοὶ τὸ ζῆν ὁ Χριστὸς, καὶ τὸ ἀποθανεῖν κέρδος. Ἀλλ' ἐξορίᾳ παραπέμψουσι; Τοῦ Κυρίου ἡ γῆ, καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. Ἀλλὰ χρημάτων δήμευσις ἔσται μοι; Οὐδὲν εἰς τὸν κόσμον εἰσηνέγκαμεν, δῆλον ὅτι οὐδὲ ἐξενεγκεῖν τι δυνάμεθα. Ἀλλ' οἴδατε, ἀδελφοὶ, δι' ἣν αἰτίαν μέλλουσί με B καθελεῖν. Ἐπειδὴ τάπητας οὐχ ἥπλωσα, καὶ σηρικὰ ἱμάτια οὐκ ἐνεδυσάμην, ὅτι τὴν γαστριμαργίαν αὐτῶν οὐ παρεμυθησάμην, χρυσὸν καὶ ἄργυρον οὐ προσήνεγκα. Λέγουσι δέ μοι, ὅτι ἔφαγες καὶ ἔπιες, καὶ ἐβάπτισας. Εἰ ἐποίησα τοῦτο, ἀνάθεμά μοι ἔστω· μὴ ἀριθμηθείην μετὰ τῶν ἐπισκόπων, μὴ γίνωμαι μετὰ ἀγγέλων, μὴ ἀρέσω τῷ Θεῷ. Εἰ δὲ καὶ ἔφαγον καὶ ἐβάπτισα, οὐδὲν τῶν λεγομένων ἄκαιρον ἐποίησα. Καθελέτωσαν καὶ Παῦλον τὸν ἀπόστολον, ὅτι μετὰ τὸ δεῖπνον τῷ δεσμοφύλακι τὸ βάπτισμα ἐχαρίσατο· καὶ καθελέτωσαν αὐτὸν τὸν Κύριον, ὅτι μετὰ τὸ δεῖπνον τὴν κοινωνίαν τοῖς μαθηταῖς ἐχαρίσατο. Πολλὰ

ὁρῶ κύματα καὶ χαλεπὸν τὸ κλυδώνιον, καὶ δόρατα παρεσκευασμένα· κἀγὼ ὡς κυβερνήτης ἐν μεγάλῳ κλύδωνι, καθέζομαι ἐπὶ τὰς δύο πρύμνας τοῦ πλοίου, ἤγουν ἐπὶ τὴν παλαιὰν καὶ νέαν Διαθήκην, καὶ ταῖς κώπαις ἀπωθοῦμαι τὴν ζάλην· οὐ ταῖς κώπαις ταῖς ξυλίναις, ἀλλὰ τῷ σταυρῷ τῷ τιμίῳ τοῦ Δεσπότου τὴν ζάλην εἰς εἰρήνην μεταστρέφω. Δεσπότης κελεύει, καὶ δοῦλος στεφανοῦται· διὰ τοῦτο αὐτὸν (οὐ) παραδίδωσιν αὐτὸς διαβόλῳ. * Ἐν (l. ἂν) δὲ οὐκ οἴδασιν οἱ ἄνθρωποι ὅτι διὰ τοῦ ἀκαθάρτου τὸ καθαρώτατον σκεῦος φανεροῦται; Ἀδελφοὶ, τρεῖς ὑμῖν ὑποθέσεις τίθημι, πίστιν, πειρασμὸν, σωφροσύνην. Εἰ λέγετε πίστιν ὑπομένειν, μιμήσασθε τὸν μακάριον Ἀβραὰμ, τὸν παρηκμακότα τῇ ἡλικίᾳ καὶ καρποὺς ὡρίμους δεξάμενον. Εἰ δὲ λέγετε πειρασμὸν ὑπομένειν, μιμεῖσθε τὸν μακάριον Ἰώβ. Τὸν αὐτοῦ τρόπον οἴδατε, καὶ τὴν ὑπομονὴν ἠκούσατε, καὶ τὸ τέλος αὐτοῦ οὐκ ἔλαθεν ὑμῖν. Εἰ δὲ θέλετε σωφροσύνην ὑπομένειν, μιμήσασθε τὸν μακάριον Ἰωσὴφ, τὸν πραθέντα εἰς Αἴγυπτον, καὶ λιμῷ τηκομένην Αἴγυπτον ἐλευθερώσαντα. Προσετέθη γὰρ αὐτῷ πειρασμὸς ἐκ πόρνης Αἰγυπτίας τῷ ἔρωτι δεδουλωμένης, ἥτις αὐτῷ παρεκάθητο, Κοιμήθητι, λέγουσα, μετ' ἐμοῦ. Ἐβούλετο γὰρ τῆς σωφροσύνης αὐτὸν ἀπογυμνῶσαι ἐν τῇ Αἰγύπτῳ ἡ Αἰγυπτία· ἐνταῦθα δὲ ὁ Αἰγύπτιος. Ἀλλ' οὔτε ἐκείνη τὸν ἅγιον ἐσκέλισεν, οὔτε οὗτος τοῦτον· ἀλλ' ἐφάνη ὁμοῦ τῆς ἐλευθερίας ἡ σωφροσύνη, καὶ τῶν τέκνων ἡ εὐγένεια, καὶ τῆς βαρβάρου ἡ ἀκολασία.

Ἀδελφοὶ, ὁ κλέπτης οὐκ ἔρχεται ὅπου καλάμη, καὶ χόρτος, καὶ ξύλον· ἀλλ' ὅπου κεῖται χρυσὸς, ἢ ἄργυρος, ἢ μαργαρίτης· οὕτως ὁ διάβολος οὐκ εἰσέρχεται ὅπου πόρνος, ἢ βέβηλος, ἢ ἅρπαξ, ἢ πλεονέκτης· ἀλλ' ὅπου οἱ τὸν ἔρημον βίον διάγοντες. Ἀδελφοὶ, βουλόμεθα ἐφαπλῶσαι τὴν γλῶτταν πρὸς τὴν βασιλίδα; Ἀλλὰ τί εἴπω; Ἰεζάβελ θορυβεῖται, καὶ Ἠλίας φεύγει· Ἡρωδιὰς εὐφραίνεται, καὶ Ἰωάννης δεσμεύεται· ἡ Αἰγυπτία ψεύδεται, καὶ Ἰωσὴφ φυλακίζεται. Ἐὰν οὖν ἐξορίσωσί με, τὸν Ἠλίαν μιμοῦμαι· ἐὰν εἰς βόρβορον βάλωσι, τὸν Ἱερεμίαν· ἐὰν εἰς θάλατταν, τὸν προφήτην Ἰωνᾶν· ἐὰν καὶ εἰς λάκκον, τὸν Δανιήλ· ἐὰν λιθάσωσί με, Στέφανον· ἐὰν ἀποκεφαλίσωσι, Ἰωάννην τὸν πρόδρομον· ἐὰν ῥαβδίσωσι, Παῦλον· ἐὰν πρίσωσι, τὸν Ἡσαΐαν. Εἴθε ξυλίνῳ πρίονι, ἵνα τοῦ σταυροῦ τοῦ πόθου ἀπολαύσω. Ἡ σεσωματωμένη πολεμεῖ τὸν ἀσώματον· ἡ λουτροῖς καὶ μυρίσμασι καὶ μετ' ἀνδρὸς περιπλεκομένη, πολεμεῖ τὴν καθαρὰν καὶ ἄσπιλον Ἐκκλησίαν. Ἀλλά γε καὶ αὐτὴ καθίσει χήρα, ἔτι ζῶντος τοῦ ἀνδρός· ὅτι γυνὴ εἶ, καὶ χηρεῦσαι θέλεις τὴν Ἐκκλησίαν.

hastas: at ego gubernator magna ingruente tempestate, in duabus navigii puppibus sedeo, scilicet, in Veteri et Novo Testamento, atque remis tempestatem depello: non remis ligneis, sed
422 veneranda cruce Domini tempestatem in pacem
A converto. Dominus jubet, et coronatur servus: ideoque non eum in diaboli manus tradit. An ignorant homines, vas purissimum immundi comparatione conspicuum fieri? Fratres, hypotheses vobis tres pono, fidem, tentationem, continentiam. Si dicatis fidem vos sustinere, imitamini beatum Abraham, qui ad senectutem pervenit, et maturos accepit fructus. Si dicatis vos tentationem sustinere, imitamini beatum Job. Ejus mores nostis, et patientiam audistis, nec ignoratis qualem sortitus sit finem. Sin velitis
B continentiam sustinere, imitamini beatum Joseph, qui venditus est in Ægyptum ducendus, et fame tabescentem Ægyptum liberavit. Illi quippe tentatio oblata est per meretricem Ægyptiam amore ejus captam, quæ ipsi assidebat, *Cuba mecum*, dicens. Volebat enim eum a castitate abducere in Ægypto Ægyptia: hic vero Ægyptius adest. Verum neque illa sanctum supplantavit, neque hunc ille. Sed apparuit simul libertatis temperantia, filiorum nobilitas, et barbaræ mulieris incontinentia.

Gen. 39. 7.

Theophilus.

C 2. Fratres, fur non ingreditur eo, ubi palea, fœnum, et lignum adsunt; sed ubi aurum, argentum, aut margarita: sic et diabolus non eo ingreditur, ubi scortator, aut profanus, aut rapax, aut avarus; sed ubi illi, qui solitariam agunt vitam. Fratres, volumusne linguam acuere adversus Imperatricem? Sed quid dicam? Jezabel tumultum agit, et Helias fugit: Herodias lætatur, et Joannes vinculis stringitur: Ægyptia mentitur, et Joseph in carcerem truditur. Si itaque me in exsilium miserint, Heliam imitabor; si in cœnum projecerint, Jeremiam; si in mare præcipitaverint, Jonam prophetam; si in lacum,
D Danielem; si lapidaverint, Stephanum; si capite truncaverint, Joannem Præcursorem; si verberaverint, Paulum; si serra secuerint, Isaiam. Utinam vero serra lignea, ut amore crucis fruar. Corporea incorporeum oppugnat: quæ balneis et unguentis fruitur, quæ cum viro circumplicatur, bellum gerit adversus puram et immaculatam Ecclesiam. At enim illa jam vidua sedebit, etiam

* [Leg. videtur τί δέ; οὐκ οἴδ.]

viro superstite : quia nempe mulier es, et vis Ecclesiam viduam facere. Heri vesperi me tertium decimum apostolum vocabat, et hodie Judam appellat. Heri cum libertate mecum considebat, et hodie ceu fera in me irruit. Oportuit solem apud nos exstingui, et lunam non apparere potius, quam verbi Job obliviseeremur. Etenim Job, qui tantam perpessus est plagam, nihil aliud cla-
Job. 1. 21. mabat, quam, *Sit nomen Domini benedictum in sæcula*. Cum enim uxor ejus occlamans dice-
Job. 2. 9. ret : *Dic verbum contra Dominum, et morere ;*
Ib. v. 10. ipsam increpavit dicens : *Cur quasi una ex insipientibus mulieribus loquuta es ?* O ingratam mulierem! o emplastrum dolorum! Numquid, o mulier, te morbo laborante, talia tecum loquutus est Job? nonne precibus et officiis tuam abstersit ægritudinem? Cum in regiis atriis degeret, cum opibus floreret, cum regio cultu, nihil simile dicebat, et nunc ubi vides illum in fimo sedentem, et a vermibus circumvolutum, hoc loqueris : *Dic verbum contra Dominum, et morere*. Non satis erat illi temporanea castigatio, sed ei per hoc verbum, æternum supplicium procuras? Sed quid beatus Job? *Cur quasi una ex insipientibus mulieribus loquuta es ? Si bona suscepimus de manu Domini, mala non sustinebimus ?* Quid autem hæc iniqua et odiosa ; hæc, inquam, nova Jezabel, ... Sed mittit mihi consules et tribunos, tantumque minitatur. Et quid ad me attinet? Araneæ ab aranea missæ. Fratres, quoniam laboribus victoria, certaminibus corona paratur, ut divinus Pau-
2 Tim. 4. 7. lus modo dicebat, *Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi : in reliquo reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die justus judex*. Quoniam ipsi gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Ἑσπέρας ἐκάλει με τρισκαιδέκατον ἀπόστολον, καὶ σήμερον Ἰούδα προσεῖπε. Χθὲς μετ' ἐλευθερίας συνεκάθητό μοι, καὶ σήμερον ὡς θηρίον μοι ἐπεπήδησε.
E Ἔδει τὸν ἥλιον παρ' ἡμῖν σβεσθῆναι, καὶ τὴν σελήνην μὴ φανῆναι, καὶ μόνον τοῦ ῥήματος Ἰὼβ μὴ ἐπιλαθέσθαι. Καὶ γὰρ Ἰὼβ, ὁ τηλικαύτην ὑπομείνας πληγὴν, ἄλλο οὐδὲν ἐβόα ἢ ὅτι, Εἴη τὸ ὄνομα Κυρίου εὐλογημένον εἰς τοὺς αἰῶνας. Ὅτε γὰρ ἡ τούτου γυνὴ ἐβόα λέγουσα· Εἰπόν τι ῥῆμα πρὸς Κύριον, καὶ τελεύτα, ἐπετίμησεν αὐτῇ λέγων· Ἵνα τί ὡς μία τῶν ἀφρόνων γυναικῶν ἐλάλησας; Ὦ ἀχαροῦς γυναικός· ὢ μάλαγμα ὀδυνῶν. Ἆρα, γύναι, σοῦ ποτε ἀῤῥωστούσης τοιαῦτά σοι ἐφθέγξατο Ἰώβ; καὶ οὐχὶ εὐχαῖς
423 καὶ εὐποιίαις ἀπεσμήξατό σου τὴν νόσον; Ὅτε ἐν
A βασιλικαῖς αὐλαῖς διῆγεν, ὅτε τὰ χρήματα εἶχεν, ὅτε τὴν θεραπείαν τὴν βασιλικὴν, οὐδὲν τοσοῦτον ἔλεγες, καὶ νῦν ὁρῶσα ἐπὶ κοπρίας καθήμενον, καὶ ὑπὸ σκωλήκων συνειλισσόμενον, τοῦτο λέγεις, Εἰπόν τι ῥῆμα πρὸς Κύριον, καὶ τελεύτα. Οὐχ ἤρκει αὐτῷ ἡ πρόσκαιρος παιδεία, ἀλλὰ καὶ διὰ τοῦ ῥήματος αἰωνίαν αὐτῷ τὴν κόλασιν προξενεῖς; Ἀλλὰ τί ὁ μακάριος Ἰώβ; Ἵνα τί ὥσπερ μία τῶν ἀφρόνων γυναικῶν ἐλάλησας; Εἰ τὰ ἀγαθὰ ἐδεξάμεθα ἐκ χειρὸς Κυρίου, τὰ κακὰ οὐχ ὑποίσωμεν; Τί δὲ καὶ ἡ παράνομος καὶ στυγερὰ, αὕτη ἡ νέα, φημὶ, Ἰεζάβελ οὐ βοᾷ καὶ
B λέγει ἐκ... καὶ διαπερα.... ἀποδρ... ἀλλὰ ἀποστέλλει μοι ὑπάτους καὶ τριβούνους, * καὶ μόνον ἀπειλεῖ. Καὶ τί μοι ἀνῆκεν; Ἀράχναι ὑπὸ ἀράχνης ἀποστελλόμεναι. Ἀδελφοὶ πάντες, ὅτι καὶ ἐν πόνοις ἀπόκειται νίκη, καὶ ἐν τοῖς ἀγῶσιν ἀπόκειται στέφανος, ὡς ὁ θεσπέσιος Παῦλος ἀρτίως ἔλεγε, Τὸν καλὸν ἀγῶνα ἠγώνισμαι, τὸν δρόμον τετέλεκα, τὴν πίστιν τετήρηκα, καὶ λοιπὸν ἀπόκειται ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος, ὃν ἀποδώσει μοι Κύριος ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ὁ δίκαιος κριτής· ὅτι αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

* [Fort. leg. καὶ οὐ μόνον.]

MONITUM

IN DUAS

SEQUENTES POST REDITUM AB EXSILIO ORATIONES.

Postquam Chrysostomus, curante Theophilo Alexandrino, in pseudosynodo *ad quercum* dicta damnatus depositusque fuerat, tumultuante populo, et abduci antistitem doctoremque suum non sinente, clam illo Chrysostomus se in exsilium, post triduum quam damnatus fuerat, adducendum præbuit, et Prænetum in Bithyniam deportatus est. Exindeque populo magis magisque in iram concitato, vociferante et ad Imperatorias ædes episcopi sui reditum postulante, interimque terræ motu palatium urbemque concutiente, Eudoxia Augusta perterrita sanctum virum reducendum restituendumque curavit; quod qua ratione, quantaque civitatis lætitia factum fuerit, pluribus narrabitur in Vita Chrysostomi. In ecclesiam deductus, *extemporalem*, inquit Sozomenus, 8, 18, *habuit orationem : sumtoque argumento ex elegantissima similitudine, subindicavit Theophilum Ecclesiæ suæ vim inferre tentavisse, perinde atque olim regem Ægyptium uxori patriarchæ Abrahami.* His aperte indicat Sozomenus secundam post reditum orationem, quæ ab hujusmodi similitudine orditur; quæque in fine Vitæ Chrysostomi per Georgium Alexandrinum legitur. Sed illud cum Chrysostomo non consonare videtur, qui postridie adventum suum hanc secundam orationem habuisse putatur; ut ex his verbis arguunt : *Heri vesperi hæc verba ad me misit* [*Eudoxia*]; ergo, inquiunt, hanc secundam habuerit postridie, primam vero ipso adventus die. Verum circa hæc Chrysostomi verba non leves exsurgunt difficultates, quas in ejus Vita pluribus expendemus. Ut ut autem est, existimo et ego, primam esse eam oratiunculam, quæ sic incipit : *Quid dicam aut quid loquar? Benedictus Deus, etc.* Illam quippe ex tempore, inque ipso adventu dictam fuisse suadet omnino vel ipse ordiendi modus : neque puto ullum esse qui non fateatur eam et in ipso adventu habitam et extemporalem esse, ideoque brevissimam; secunda autem longior insequente die dicta fuerit : lapsus ergo Sozomenus est qui extemporalem, σχέδιον, illam orationem, quam reversus Chrysostomus ad populum habuit, dicit eam esse quæ Abrahami et Saræ similitudinem adhibet, ab illaque orditur.

Huic orationi Græcæ, quam Latine convertimus, veterem interpretationem, quæ in prius editis fertur, subjungimus; quoniam hinc et inde nonnulla habentur Græcis auctiora, quædam etiam secus posita.

Secundam etiam ut verum Chrysostomi fetum omnes admittunt : ejusque γνησιότητα Sozomenus asserit in loco supra allato. Unum est quod non parum negotii facessat. Primum Chrysostomi exsilium, et ab illo exsilio reditus in annum cadunt 403; secundum, a quo numquam rediit Chrysostomus, anno 404 contigit. Cum secundo ejectus fuit Chrysostomus, irruptio in ecclesiam facta est, baptisterium sanguine repletum fuit; hæc vero, quæ anno 404 gesta sunt, in hac homilia, anno 403 habita, commemorantur, τὸ φωτιστήριον αἵματος ἐμπέπλησται. Quomodo potuit Chrysostomus ea anno 403 ut gesta referre, quæ anno solum sequenti gesta sunt? Hæc objicit Savilius, quibus respondet Tillemontius : idipsum et hoc et sequenti anno contingere potuisse. Alius fortasse dicet, hæc adjectitia esse, et ex alio forte opusculo Chrysostomi, quod perierit, huc translata fuisse. Certe res hæc difficultate non vacat, et in Chrysostomi Vita pluribus expendetur.

Godefridi Tilmanni, qui paraphrasten potius, quam interpretem egit, versionem rejecimus, novamque paravimus.

POST REDITUM

a priore exsilio.

1. Quid dicam, aut quid loquar? Benedictus Deus. Hoc egressus dixi, hoc iterum profero, imo illic cum essem non intermisi dicere. Meministis me Jobum in medium adducere, ac
Job. 1. 21. dicere : *Sit nomen Domini benedictum in sæcula.* Hæc vobis pignora exiens reliqui, has gratiarum actiones repeto : *Sit nomen Domini benedictum in sæcula.* Diversæ res, sed una glorificatio. Pulsus gratias agebam, reversus gratias ago. Diversæ res, sed finis unus hiemis et æstatis; unus finis, agri felicitas. Benedictus Deus, qui permisit egredi; benedictus iterum, qui ad reditum evocavit; benedictus Deus, qui tempestatem permisit; benedictus Deus, qui tempestatem solvit, et tranquillitatem paravit. Hæc dico, ut vos ad benedicendum Deo instituam. Bona contigerunt? Benedic Deo, et bona manent. Mala acciderunt? Benedic Deo, et mala solvuntur. Quandoquidem et Job dives cum esset, gratias agebat, et pauper effectus Deo gloriam reddebat. Neque tunc rapuit, neque postea blasphemavit. Varia tempora, et una mens fuit : gubernatoris virtutem nec tranquillitas resolvit, nec tempestas demergit. Benedictus Deus et cum a vobis separatus sum, et cum vos recuperavi. Utraque ejusdem providentiæ fuerunt. A vobis separatus sum corpore, sed nequaquam mente. Videte quanta fecerint inimicorum insidiæ. Studium intenderunt, desiderium incenderunt, et sexcentos mihi procurarunt amatores : antehac me mei amabant, nunc etiam Judæi honorant. Sperabant se a meis me separaturos esse, et alienos adsciverunt. Verum non illis, sed Dei nomini gratiæ referendæ, qui illorum nequitia ad honorem nostrum usus est : nam et Judæi Dominum nostrum crucifixerunt, et servatus est mundus : neque gratiam Judæis habeo, sed crucifixo. Videant quomodo Deus noster videt : quam pacem eorum insidiæ pepererunt, quam gloriam paraverunt. Antehac ecclesia sola implebatur, nunc forum universum ecclesia factum est. Unum caput inde huc usque locum occupat. Nemo choro vestro silentium imperavit, et tamen omnes in silentio, omnes in compunctione versabantur. Alii psallebant, alii

A

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΟΤΕ ΗΛΘΕΝ

ἀπὸ τῆς ἐξορίας.

Τί εἴπω, ἢ τί λαλήσω; Εὐλογητὸς ὁ Θεός. Τοῦτο εἶπον ἐξιὼν τὸ ῥῆμα, τοῦτο πάλιν ἐπαναλαμβάνω, μᾶλλον δὲ κἀκεῖ ὢν οὐκ ἀφῆκα αὐτό. Μέμνησθε, ὅτι τὸν Ἰὼβ εἰς μέσον ἤγαγον, καὶ ἔλεγον· Εἴη τὸ ὄνομα Κυρίου εὐλογημένον εἰς τοὺς αἰῶνας. Ταῦτα ὑμῖν κατέλειψα τὰ ἐξιτήρια, ταῦτα λαμβάνω τὰ εὐχαριστήρια· Εἴη τὸ ὄνομα Κυρίου εὐλογημένον εἰς τοὺς αἰῶνας. Διάφορα τὰ πράγματα, ἀλλὰ μία ἡ δοξολογία. Ἐλαυνόμενος ηὐλόγουν, ἐπανελθὼν εὐλογῶ. Διάφορα τὰ πράγματα, ἀλλ' ἓν τὸ τέλος τοῦ χειμῶνος καὶ θέρους· ἓν τὸ τέλος, τῆς ἀρούρας ἡ εὐημερία. Εὐλο-
B γητὸς ὁ Θεὸς ὁ συγχωρήσας ἐξελθεῖν· εὐλογητὸς πάλιν ὁ καλέσας ἐπανελθεῖν· εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ὁ ἐάσας τὸν χειμῶνα· εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ὁ λύσας τὸν χειμῶνα, καὶ ποιήσας γαλήνην. Ταῦτα λέγω παιδεύων ὑμᾶς εὐλογεῖν τὸν Θεόν. Καλὰ συνέβη; Εὐλόγησον τὸν Θεὸν, καὶ μένει τὰ καλά. Κακὰ συνέβη; Εὐλόγησον τὸν Θεὸν, καὶ λύεται τὰ κακά. Ἐπεὶ καὶ ὁ Ἰὼβ πλούσιος ὢν ηὐχαρίστει, καὶ πένης γενόμενος ἐδοξολόγει. Οὔτε τότε ἥρπασεν, οὔτε τότε ἐβλασφήμησε. Διάφοροι οἱ καιροὶ, καὶ μία ἡ γνώμη, καὶ τοῦ κυβερνήτου τὸ γενναῖον οὔτε ἡ γαλήνη ἐκλύει, οὔτε ὁ χειμὼν βαπτίζει. Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς, καὶ ὅτε ὑμῶν ἐχωρίσθην, καὶ ὅτε ὑμᾶς ἀπελάμβανον. Ἀμφότερα τῆς αὐτῆς κηδεμονίας. Ἐχωρίσθην ὑμῶν τῷ σώματι, ἀλλ' οὐκ
C ἐχωρίσθην ὑμῶν τῇ γνώμῃ. Ἴδετε πόσα εἰργάσατο τῶν ἐχθρῶν ἡ ἐπιβουλή. Τὴν σπουδὴν ἐπέτεινε, τὸ φίλτρον ἀνῆψε, μυρίους ἐραστάς μοι κατεσκεύασεν· πρὸ τούτου γὰρ οἱ ἐμοί με ἐφίλουν, νῦν δὲ καὶ Ἰουδαῖοι τιμῶσι. Προσεδόκησάν με χωρίσαι τῶν ἐμῶν, καὶ ἀλλότριά μοι προσέθηκαν. Ἀλλ' οὐκ ἐκείνοις χάρις, ἀλλὰ τῇ τοῦ Θεοῦ προσηγορίᾳ, ὅτι γε τῇ ἐκείνων πονηρίᾳ εἰς τὴν ἡμετέραν τιμὴν ἀπεχρήσατο· ἐπεὶ καὶ οἱ Ἰουδαῖοι ἐσταύρωσαν τὸν Κύριον ἡμῶν, καὶ ἡ οἰκουμένη ἐσώθη· οὐκ Ἰουδαίων ἔχω χάριν, ἀλλὰ τοῦ σταυρωθέντος. Ὁράτωσαν ὡς ὁ Θεὸς ἡμῶν· οἵαν εἰρήνην ἔτεκεν ἡ ἐπιβουλὴ αὐτῶν, οἵαν δόξαν κατεσκεύασεν. Πρὸ τούτου γὰρ ἡ ἐκκλησία μόνη πεπλήρωται, νῦν δὲ καὶ ἡ ἀγορὰ ἐκκλησία ἐγένετο·
425 μία κεφαλὴ ἐκεῖθεν ἕως ὧδε· οὐδεὶς ἔπαυσεν ὑμῶν
A τὸν χορὸν, πάντες ἐν σιγῇ, πάντες ἐν κατανύξει. Οἱ μὲν ἔψαλλον, οἱ δὲ ἐμακάριζον τοὺς ψάλλοντας. Ἱπποδρομία σήμερον, καὶ οὐδεὶς ἐκεῖ, ἀλλὰ πάντες εἰς τὴν ἐκκλησίαν ὡς χείμαρροι· τοῦτο δὲ ἐγένετο ὑμῶν τὸ πλῆθος, καὶ ποταμὸς φωναὶ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβαί-

νουσαι, τὸ περὶ τὸν πατέρα φίλτρον ἐπιδεικνύμεναι. Εὐχαὶ ὑμῶν ἐμοὶ διαδήματος λαμπρότεραι. Ἄνδρες ὁμοῦ καὶ γυναῖκες· Ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ οὐκ ἔνι ἄρσεν καὶ θῆλυ. Πῶς λαλήσω τὰς δυναστείας τοῦ Κυρίου; Οἴδατε πῶς ὃ λέγω ἀεὶ ἀληθές ἐστιν· ὅτι ἐὰν B τις γενναίως φέρῃ πειρασμὸν, καὶ καρπὸν ἀπ' αὐτοῦ μέγαν τρυγᾷ.

Διὰ τοῦτο ὑμᾶς ἐκάλεσα πρὸς τοὺς ἀποστόλους. Ἤλθομεν οἱ διωχθέντες πρὸς τοὺς ἐλαθέντας. Ἡμεῖς ἐπεβουλεύθημεν, ἐκεῖνοι ἠλάθησαν. Ἤλθομεν πρὸς Τιμόθεον τὸν νέον Παῦλον. Ἤλθομεν πρὸς τὰ σώματα ἅγια τοῦ Χριστοῦ βαστάσαντα τὰ στίγματα. Μηδέποτε φοβηθῇς πειρασμὸν, ἐὰν γενναίαν ἔχῃς τὴν ψυχήν· C πάντες οἱ ἅγιοι οὕτως ἐστεφανώθησαν. Πολλὴ μὲν ἡ θλῖψις τῶν σωμάτων, μείζων δὲ ἡ ἄνεσις τῶν ψυχῶν. Γένοιτο ὑμᾶς ἀεὶ θλίβεσθαι. Οὕτω καὶ ποιμὴν χαίρει ὑπὸ προβάτων καταπονούμενος. Τί λαλήσω; ποῦ σπείρω; Οὐκ ἔχω χώραν ἔρημον. Ποῦ ἐργάσομαι; Οὐκ ἔχω ἄμπελον γεγυμνωμένην. Ποῦ οἰκοδομήσω; Ἀπήρτισται ὁ ναός· τὰ δίκτυά μου διαῤῥήγνυνται ὑπὸ τῶν ἰχθύων. Τί ποιήσω; Ἐργάσασθαι καιρὸν οὐκ ἔχω. Διὰ τοῦτο παρακαλῶ, οὐχ ὡς δεομένων ὑμῶν διδασκαλίας, ἀλλ' ἵνα δείξω τὴν πρὸς ὑμᾶς ἀγάπην γνη- D σίαν. Πανταχοῦ στάχυες κομῶσιν. Τοσαῦτα πρόβατα, καὶ οὐδαμοῦ λύκος· τοσοῦτοι στάχυες, καὶ οὐδαμοῦ ἄκανθαι· τοσαῦται ἄμπελοι, καὶ οὐδαμοῦ ἀλώπηξ. Αἱ δάκες κατεποντίσθησαν, καὶ οἱ λύκοι ἔφυγον. Τίς αὐτοὺς ἐδίωξεν; Οὐχ ὁ ποιμὴν ἐγὼ, ἀλλ' ὑμεῖς τὰ πρόβατα. Ὢ προβάτων εὐγένεια· ἀπόντος τοῦ ποιμένος τοὺς λύκους ἤλασαν. Ὢ κάλλος νύμφης, μᾶλλον δὲ καὶ σωφροσύνη· μὴ παρόντος τοῦ ἀνδρὸς τοὺς μοιχοὺς ἀπήλασεν. Ὢ κάλλος καὶ σωφροσύνη νύμφης· ἔδειξε γυμνὸν αὐτῆς τὸ κάλλος· ἔδειξεν αὐτῆς τὴν σεμνότητα. Πῶς ἤλασας τοὺς μοιχούς; Τὸν ἄνδρα ἐπιποθοῦσα. Πῶς ἤλασας τοὺς μοιχούς; Τῇ E τῆς σωφροσύνης ὑπερβολῇ. Οὐκ ἔλαβον ὅπλα, οὐκ ἔλαβον δόρατα, οὐδὲ ἀσπίδας· ἔδειξα αὐτοῖς τὸ κάλλος μου, καὶ οὐκ ἤνεγκαν τὴν λαμπηδόνα. Ποῦ νῦν ἐκεῖνοι; Ἐν αἰσχύνῃ. Ποῦ δὲ ἡμεῖς; Ἐν ἀγαλλιάσει. Βασιλεῖς μεθ' ἡμῶν· ἄρχοντες μεθ' ἡμῶν. Καὶ τί εἴπω; τί λαλήσω; Προσθείη [Κύριος] καὶ ἐφ' ὑμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ὑμῶν, καὶ τὴν προθυμίαν ὑμῶν σαγηνεύσῃ. Ἐνταῦθα δὲ καταπαύσωμεν τὸν λόγον εὐχαριστοῦντες ἐπὶ πᾶσι τῷ φιλανθρώπῳ Θεῷ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

beatos prædicabant eos qui psallerent. Hodie circenses sunt, et nemo adest; sed omnes in ecclesiam ceu torrentes confluxerunt: torrens vero vester cœtus, et flumina sunt voces, quæ in cælum ascendunt, quæque amorem erga patrem perhibent. Preces vestræ diademate splendidiores mihi sunt. Viri mulieresque simul: *In* Gal. 3. 28. *Christo enim Jesu non est masculus neque femina.* Quomodo loquar potentias Domini? Scitis quam sit verum id, quod dico: Si quis fortiter tentationes ferat, magnum inde fructum demetet.

2. Ideo vos ad apostolos convocavi. Venimus Oratio in pulsi ad eos, qui pulsi sunt. Nos insidiis sumus ecclesia appetiti, illi pulsi sunt. Venimus ad Timotheum, Apostolorum habita. novum Paulum. Venimus ad sancta corpora, quæ Christi stigmata gestaverunt. Numquam timeas tentationem, si animo sis instructus generoso: sancti omnes sic coronati sunt. Multa corporum afflictio, major vero animorum tranquillitas. Utinam semper in ærumna sitis. Sic et pastor gaudet cum laborem propter oves subit. Quid loquar? ubi seram? Locum desertum non habeo. Ubi laborabo? Non est mihi vinea aperta. Ubi ædificabo? Absolutum est templum; retia mea rumpuntur ob multitudinem piscium. Quid faciam? Laborandi tempus non suppetit. Ideo hortor, non quod doctrina vos egeatis, sed ut ostendam genuinam meam erga vos caritatem. Ubique spicæ vernant. Tot sunt oves, et nusquam lupus; tot sunt spicæ, et nusquam spinæ; tot sunt vites, et nusquam vulpes. Mordaces bestiæ submersæ sunt, lupi fugerunt. Quis illos insequutus est? Non ego pastor, sed vos oves. O nobilitas ovium! Absente pastore, lupos profligarunt. O pulchritudo sponsæ, imo potius castitas! absente viro adulteros abegit. O pulchritudo et castitas sponsæ! ostendit pulchritudinem; ostendit et probitatem. Quomodo abegisti adulteros? Quod virum amares. Quomodo abegisti adulteros? Castitatis magnitudine. Non arripui arma, non hastas, non clipeos: ostendi illis pulchritudinem meam, non tulerunt splendorem. Ubi nunc illi? In turpitudine. Ubi nos? In exsultatione. Imperatores nobiscum; principes nobiscum. Ecquid dicam? quid loquar? *Adjiciat Dominus* Psal. 113. *super vos et super filios vestros*, alacritatem- 14. que vestram quasi sagena capiat. Hic vero finem loquendi faciamus, in omnibus gratias agentes benigno Deo, cui gloria in sæcula. Amen.

426

POST REDITUM A PRIORE EXSILIO.

Quid dicam? quid loquar? Benedictus Deus. Hunc egrediens dixi sermonem, hunc iteravi revertens, et illic constitutus hunc in ore volvebam. Puto vos meminisse, cum ante hoc beatum Job ad-
Job. 1. 21. duxissem in medio dicentem : *Sit nomen Domini benedictum.* Hanc vobis historiam dereliqui, has gratiarum actiones iterabo regressus. *Sit nomen Domini benedictum in sæcula.* Diversæ rerum causæ, sed una glorificatio. Et cum expellebar, benedicebam, et reversus iterum benedico. Et si variæ quidem causæ, sed una definitio. Super hiemem et æstatem unus est finis : culturæ, fertilitas subsequens campi. Benedictus Deus, qui concessit exire; benedictus Deus, qui redire præcepit; benedictus Deus, qui permisit hiemem; benedictus Deus, qui dissolvit hiemem, et fecit tranquillitatem. Hæc dico admonens vos, ut semper benedicatis. Si evenerint mala, benedicite, et dissolventur mala. Si prospera venerint, benedicite, et perseverabunt prospera. Siquidem Job cum in prosperis esset, benedicebat : et cum pauper esset effectus, glorificabat. Neque tunc ingratus fuit, neque postea blasphemavit. Diversa quidem tempora, sed una voluntas : gubernantis actum nec tranquillitas resolvit, nec tempestas hiemis demergit. Benedictus Deus, et cum a vobis sum segregatus, et cum iterum recepi vos. In utroque Dei providentia est. Separatus a vobis corpore, sed anima non sum a vobis divisus. Et ex vestro affectu meum metimini animum. Et quid dicam? Non sum separatus a vobis, sed magis accensus sum desiderio vestri, quod etiam de vobis confido. Nihil nobis nocuere insidiæ, nihil læsit invidia, sed magis augmentum præstitit caritati, et multiplicavit discipulorum numerum : ante hoc enim diligebar a meis, nunc vero honorificabor a Judæis. Sperabant me a meis filiis separare, sed magis mihi extraneos adjunxerunt. Non illis agam gratias : sed Dei misericordiæ gloriam referam, qui conatus illorum malos in melius commutavit : nam et Judæi crucifixerunt Christum, et illius morte humanum salvatum est genus; non illis gratiæ, sed crucifixo. Considerent quid boni pugna eorum præstitit, insidiæ eorum qualem nobis lætitiam præparaverunt. Ante hoc quidem ecclesia replebatur, sed nunc et in plateis ecclesiæ factæ sunt. Et unanimes, et conjuncti psallentes, Dei in vos provocatis aspectum : voces vestræ cæli secreta penetrarunt, ut omnis ætas vestras psalmodias miraretur attenta. Cursus equorum hodie, et pauci illuc, imo cuncti in ecclesia : quasi torrens quidam ac fluvius vestra facta est multitudo. Voces vestræ elevantur ad cælum, amorem qui ad patrem est ostendentes. Orationes vestræ meum coronaverunt caput. Oratio omni monili præclarior viri et mulieris. *In Christo enim Jesu non masculus, neque femina.* Qualiter enarrem potentias Domini, aut mirabilia ejus recenseam? Videtis quia quod dico verum est : Quoniam si quis tentationem viriliter tulerit, magnum ex ipsa vindemiat fructum. Ideo vos ad apostolos invitavit, ut ad eos, qui aliquando persequutionem passi fuerant, veniremus. Et nos quidem insidias passi, illi vero impugnati. Sed inimici illis nihil nocuerunt : quia isti orbem terrarum lucraverunt. Veniamus ad sancta corpora, quæ Christi stigmata portaverunt. Veniamus ad Timotheum novum Paulum, et Andream alterum Petrum. Credimus juvari nos illorum meritis. Si virilem animum geris, non timeas tentationes. Omnes sancti per ista transierunt. Multa tribulatio corporum, sed majus refrigerium animarum. Præstet vos Dominus semper augeri, et celebres conventus agere. Gloria quippe pastoris est ovium multitudo. Quid faciam? quid loquar? Incultum ubi seminem non habeo agrum. Extensa est propago vitium, perfectum est templum, et præ multitudine piscium rumpuntur retia mea. Quid faciam? Laborandi locum non habeo, gaudendi habeo tempus. Ideo loquor : non quia indigetis doctrina, sed ut meam voluntatem vobis ostendam. Ubique spicæ comant. Tantæ oves, et nusquam lupus; tot spicæ, et nusquam lolium; tantæ vineæ, et nusquam vulpes. Ubi nunc latent lupi? quo abierunt vulpes, quæ eos persequutæ sunt? O rem inauditam! pastor quiescit, et oves luporum rabiem abegerunt, insidias vulpium oppresserunt. O ovium sapientia! o filiorum affectus! o discipulorum caritas! o pulchritudo sponsæ! absente viro abegit adulteros; ostensæ sunt ejus divi-

tiæ, apparuit pulchritudo. Latrones confusi ierunt, et aufugerunt. Dicite mihi, quomodo persequuti estis lupos? quomodo pepulistis latrones? Frequenti, inquit, oratione ad Deum. Quomodo despexistis adulteros? Continuis, inquit, lacrymis, ex desiderio viri. Non accepi arma, non sumsi lanceas, non arripui scutum : solummodo ostendi eis pulchritudinem meam, qua perspecta vulnerati fugerunt. Ubi nunc illi? Procul dubio in confusione. Ubi nos? In lætitia. Ubi nunc illi? Conscientiæ suæ malo tabescunt. Ubi vero nos? In magna exsultatione glorificamus Deum. Quid dicam? quid loquar? *Adjiciat Dominus super vos, et super* Psal. 113. *filios vestros :* et allevet Dominus vultum suum, 14 et misereatur vestri, in Christo Jesu Domino nostro, cum quo est Deo Patri, et Spiritui sancto honor, gloria, et potestas per immortalia sæcula. Amen.

---

427 A

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΕΠΑΝΕΛΘΟΝΤΟΣ

ἀπὸ τῆς προτέρας ἐξορίας ὁμιλία.

Ὅτε τὴν Σάῤῥαν ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ ἥρπασεν ὁ Φαραὼ, τὴν καλὴν καὶ εὐειδῆ γυναῖκα ὁ πονηρὸς καὶ βάρβαρος καὶ Αἰγύπτιος, ἀδίκοις ὀφθαλμοῖς ἰδὼν αὐτῆς τὸ κάλλος, καὶ μοιχείας ἐργάσασθαι δρᾶμα βουλόμενος· τότε δὴ, τότε παρὰ μὲν τὴν ἀρχὴν οὐκ ἐκόλασεν ὁ Θεὸς, ἵνα δειχθῇ καὶ τοῦ δικαίου ἡ ἀνδρεία, καὶ τῆς γυναικὸς ἡ σωφροσύνη, καὶ τοῦ βαρβάρου ἡ ἀκολασία, καὶ ἡ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπία· τοῦ δικαίου ἡ ἀνδρεία, ὅτι ἔφερεν εὐχαρίστως τὸ γενόμενον· τῆς B γυναικὸς ἡ σωφροσύνη, ὅτι ἐνέπεσεν εἰς τὰς βαρβαρικὰς χεῖρας, καὶ τὴν σεμνότητα διετήρησε· τοῦ βαρβάρου ἡ ἀκολασία, ὅτι ἀλλοτρίᾳ ἐπῆλθεν εὐνῇ· τοῦ Θεοῦ ἡ φιλανθρωπία, ὅτι μετὰ ἀπόγνωσιν ἀνθρώπων, τότε τὸν στέφανον ἤνεγκε τῷ δικαίῳ. Ταῦτα ἐγίνετο τότε ἐπὶ τοῦ Ἀβραὰμ, ἐγένετο δὲ σήμερον ἐπὶ τῆς Ἐκκλησίας. Αἰγύπτιος οὗτος, ὡς ἐκεῖνος Αἰγύπτιος· οὗτος δορυφόρους εἶχεν, ἐκεῖνος ὑπασπιστάς· ἐκεῖνος τὴν Σάῤῥαν, οὗτος τὴν Ἐκκλησίαν· μίαν νύκτα ἐκεῖνος συνέσχε, μίαν ἡμέραν οὗτος εἰσῆλθεν· οὐδ' ἂν τὴν μίαν συνεχωρήθη, ἀλλ' ἵνα δειχθῇ τῆς νύμφης ἡ σωφροσύνη, ὅτι εἰσέρχεται, καὶ οὐ διεφθάρη C αὐτῆς τὸ κάλλος τῆς σωφροσύνης, καίτοι μοιχὸν ἡτοίμασε, καὶ τὰ γραμματεῖα συνετελεῖτο, καὶ πολλοὶ τῶν τῆς οἰκίας ὑπέγραφον. Ἀπηρτίσθη ἡ μηχανὴ, καὶ τὸ τέλος οὐκ ἐγένετο. Ἐφάνη ἐκείνου ἡ πονηρία, καὶ τοῦ Θεοῦ ἡ φιλανθρωπία. Ἀλλ' ὁ μὲν βάρβαρος τότε ἐκεῖνος ἐπιγνοὺς τὸ ἁμάρτημα, ὡμολόγησε τὸ παρανόμημα· λέγει γὰρ τῷ Ἀβραάμ· Τί ἐποίησας τοῦτο; εἰς τί εἶπας, ὅτι ἀδελφή μού ἐστι; καὶ μικροῦ ἂν ἥμαρτον· οὗτος δὲ μετὰ τὴν παρανομίαν ἐπηγωνίσατο. Ἄθλιε καὶ ταλαίπωρε, Ἥμαρτες, ἡσύχασον, μὴ πρόσθες ἁμαρτίαν ἐφ' ἁμαρτίαν. Κἀκείνη μὲν ἐπανῆλθε, πλοῦτον ἔχουσα τὸν Αἰγυπτιακόν· D ἡ δὲ Ἐκκλησία ἐπανῆλθε, πλοῦτον ἔχουσα τὸν ἀπὸ τῆς γνώμης, καὶ σωφρονεστέρα ἐφάνη. Ὅρα δὲ

EJUSDEM POST REDITUM

a priore exsilio Homilia.

1. Cum Saram ab Abrahamo abstulit Pharao, pulchram formosamque mulierem improbus barbarusque Ægyptius, et iniquis oculis ejus pulchritudine conspecta, adulterium perpetrare vellet : tunc non in ipso statim initio pœnam immisit Deus, ut justi viri virtus, mulieris castitas, barbari intemperantia, Deique benignitas eminerent : viri justi virtus, quia rem cum gratiarum actione tulit; mulieris castitas, quia in barbarorum manus delapsa pudicitiam servavit; barbari intemperantia, quia alienum torum invasit; Dei benignitas, quoniam cum res hominibus desperatæ essent, tunc coronam justo contulit. Hæc tunc in Abrahamum gesta sunt : gesta item hodie in Ecclesiam. Ægyptius hic, ut ille Theophilum Alexandrinum notat. Ægyptius erat : hic satellites habuit, ille protectores : ille Saram, hic Ecclesiam rapuit : una nocte ille detinuit, hic per unum diem occupavit; ac ne quidem per unum diem occupare permissus est; sed solum ut sponsæ castitas nota esset, quia illo licet ingrediente ejus castitatis decor corruptus non est : tametsi mœchum paraverat, et tabellæ adornatæ erant, et multi e domo subscripserant. Adornata est machina, sed exitum non habuit. Eluxit simul ejus nequitia, et Dei benignitas. At barbarus tunc ille, peccato agnito, delictum confessus est : dixit enim Abrahæ : *Cur hoc fecisti? cur dixisti, Soror mea* Gen. 12. 18. 19. *est? et parum abfuit, quin peccaverim :* hic vero etiam post scelus in certamine perstitit. O miser et infelix! *Peccasti, quiesce,* ne adjicias Gen. 4. 7. peccatum peccato. Et illa quidem rediit opibus instructa Ægyptiacis : et Ecclesia quoque rediit, mentis divitiis instructa, et continentior effecta. Vide barbari insaniam. Ejecisti pastorem : cur

gregem dissipasti? Amovisti gubernatorem : cur gubernacula confregisti? Vinitorem ejecisti; cur vites avulsisti? cur monasteria pessumdedisti? Barbarorum invasionem imitatus es.

2. Hæc omnia fecit ille, ut virtus appareret vestra; omnia fecit, ut edisceret hic adesse gregem a Christo pastore ductum. Absente pastore grex simul manebat, et apostolicus sermo imple- E
Philipp. 2. 12. batur : *Non in præsentia mei tantum, sed etiam in absentia, cum timore et tremore salutem vestram operati estis.* Hæc minabantur timentes virtutem vestram, caritatis vim, amoremque mei. Nihil audemus, aiebant, in urbe : cum nobis date foris. Capite me foris, ut discatis Ecclesiæ amorem, agnoscatis filiorum meorum generosam indolem, militum virtutem, armatorum robur, diadematum splendorem, divitiarum facultatem, amoris magnitudinem, constantem patientiam, libertatis florem, victoriæ glo- 429
riam, cladis tuæ ludibrium. O res novas et A
admirandas! pastor abest, et grex exsultat : dux procul, et milites armantur. Non solum ecclesia exercitum habuit, sed tota civitas ecclesia fuit. Vici, fora, aer sanctificabantur : hæretici convertebantur, Judæi meliores efficiebantur, sacerdotes damnabantur, et Judæi Deum laudabant, atque ad nos accurrebant. Ita Christi tempore factum est. Caiphas cruci affixit, et latro confessus est. O novas res et admirandas! sacerdotes occiderunt, et magi adoraverunt. Hæc ne Ecclesiam perturbent. Nisi hæc contigissent, divitiæ nostræ, quæ vere aderant, non ostensæ B
fuissent. Sicut enim Job, etsi justus esset, non talis visus fuisset, nisi vulnera et vermes apparuissent; ita et vestræ divitiæ numquam notæ fuissent nisi paratis insidiis. Deus sane quasi sese excu-
Job. 40. 8. sans Jobo dicit : *Putasne me aliter tibi respondisse, quam ut justus appareres?* Insidiati sunt illi, bellum moverunt, et victi sunt. Quomodo bellum gesserunt? Fustibus. Quomo-
Matth. 5. 39. do victi sunt? Precibus. *Si quis te percusserit in dexteram maxillam, verte illi et aliam.* Tu fustes in ecclesiam infers et eam oppugnas; ubi pax est omnibus, bellum moves : nec locum C
revereris, miser et infelix, non sacerdotii dignitatem, non principatus amplitudinem. Baptisterium sanguine repletum est; ubi peccatorum remissio, ibi sanguinis effusio. In quanam acie hæc facta sunt? Imperator intrat et projicit clipeum et diadema; tu intrasti, et clavas arripuisti. Ille Imperii symbola foras relinquit; tu belli sym-

τὴν μανίαν τοῦ βαρβάρου. Ἐξέβαλες τὸν ποιμένα· τί τὴν ἀγέλην διέσπασας; Ἀπέστησας τὸν κυβερνήτην· τί τοὺς οἴακας κατέκλασας; Τὸν ἀμπελουργὸν ἐξέβαλες· τί τὰς ἀμπέλους ἀνέσπασας; τί τὰ μοναστήρια διέφθειρας; Βαρβάρων ἔφοδον ἐμιμήσω.

Ἐποίησεν ἅπαντα, ἵνα δειχθῇ ὑμῶν ἡ ἀνδρεία· ἐποίησεν ἅπαντα, ἵνα μάθῃ ὅτι ποίμνη ἐστὶν ἐνταῦθα ὑπὸ Χριστοῦ ποιμαινομένη. Ἔξω ὁ ποιμὴν, καὶ ἡ ἀγέλη συνεκροτεῖτο, καὶ τὸ ἀποστολικὸν ἐπληροῦτο ῥῆμα· Οὐκ ἐν τῇ παρουσίᾳ μου μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ ἀπουσίᾳ μου, μετὰ φόβου καὶ τρόμου τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν κατεργάζεσθε. Καὶ τοιαῦτα ἠπείλουν δεδοικότες ὑμῶν τὴν ἀνδρείαν καὶ τῆς ἀγάπης τὸ φίλτρον, καὶ τὸν πόθον τὸν περὶ ἐμέ. Οὐδὲν τολμῶμεν, φησὶν, ἐν τῇ πόλει· δότε ἡμῖν αὐτὸν ἔξω. Λάβετέ με ἔξω, ἵνα μάθητε τὸν πόθον τῆς Ἐκκλησίας, μάθητε τῶν ἐμῶν τέκνων τὴν εὐγένειαν, τῶν στρατιωτῶν τὴν ἰσχὺν, τῶν ὁπλιτῶν τὴν δύναμιν, τῶν διαδημάτων τὴν περιφάνειαν, τοῦ πλούτου τὴν περιουσίαν, τῆς ἀγάπης τὸ μέγεθος, τῆς καρτερίας τὴν ὑπομονὴν, τῆς ἐλευθερίας τὸ ἄνθος, τῆς νίκης τὸ περιφανὲς, τῆς ἥττης σου τὸν γέλωτα. Ὢ καινῶν καὶ παραδόξων πραγμάτων· ὁ ποιμὴν ἔξω, καὶ ἡ ἀγέλη σκιρτᾷ· ὁ στρατηγὸς πόῤῥω, καὶ οἱ στρατιῶται ὡπλίζοντο. Οὐκέτι ἡ ἐκκλησία εἶχε τὸ στρατόπεδον μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ πόλις ἐκκλησία ἐγένετο. Αἱ ῥῦμαι, αἱ ἀγοραὶ, ὁ ἀὴρ ἡγιάζετο· αἱρετικοὶ ἐπεστρέφοντο, οἱ Ἰουδαῖοι βελτίους ἐγένοντο· οἱ ἱερεῖς κατεδικάζοντο, καὶ οἱ Ἰουδαῖοι τὸν Θεὸν εὐφήμουν, καὶ ἡμῖν προσέτρεχον. Οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ ἐγένετο. Καϊάφας ἐσταύρωσε, καὶ λῃστὴς ὡμολόγησεν. Ὢ καινῶν καὶ παραδόξων πραγμάτων· ἱερεῖς ἀπέκτειναν, καὶ μάγοι προσεκύνησαν. Μὴ ξενιζέτω ταῦτα τὴν Ἐκκλησίαν. Εἰ μὴ ταῦτα ἐγένετο, ὁ πλοῦτος ἡμῶν οὐκ ἂν ἐφάνη· ἦν μὲν, οὐκ ἂν δὲ ἐφάνη. Ὥσπερ γὰρ ὁ Ἰὼβ δίκαιος μὲν ἦν, οὐκ ἂν δὲ ἐφάνη, εἰ μὴ τὰ τραύματα, καὶ οἱ σκώληκες· οὕτω καὶ ὁ ὑμέτερος πλοῦτος, εἰ μὴ αἱ ἐπιβουλαὶ, οὐκ ἂν ἐφάνη. Ἀπολογούμενος δὲ τῷ Ἰὼβ ὁ Θεός φησιν, ὅτι Οἴει με ἄλλως σοι κεχρηματικέναι, ἢ ἵνα δίκαιος ἀναφανῇς; Ἐπεβούλευσαν ἐκεῖνοι, ἐπολέμησαν, καὶ ἡττήθησαν. Πῶς ἐπολέμησαν; Ῥοπάλοις. Πῶς ἡττήθησαν; Εὐχαῖς. Ἐάν τίς σε ῥαπίσῃ εἰς τὴν δεξιὰν σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην. Σὺ ῥόπαλα εἰσφέρεις εἰς τὴν ἐκκλησίαν καὶ πολεμεῖς· ὅπου εἰρήνη πᾶσι, πολέμου ἀρχή· οὐδὲ τὸν τόπον ᾐδέσθης, ἄθλιε καὶ ταλαίπωρε, οὐδὲ τῆς ἱερωσύνης τὸ ἀξίωμα, οὐδὲ τῆς ἀρχῆς τὸ μέγεθος. Τὸ φωτιστήριον αἱμάτων ἐμπέπλησται· ὅπου ἁμαρτημάτων ἄφεσις, αἱμάτων ἔχυσις. Ἐν ποίᾳ παρατάξει ταῦτα γίνεται; Βασιλεὺς εἰσέρχεται καὶ ῥίπτει ἀσπίδα καὶ διάδημα· σὺ εἰσῆλθες, καὶ ῥόπαλα ἥρπασας. Ἐκεῖνος καὶ τὰ συνθήματα τῆς βασιλείας ἔξω ἀφίησι· σὺ τὰ συνθή-

ματα τοῦ πολέμου ἐνταῦθα εἰσήνεγκας. Ἀλλὰ τὴν νύμφην μου οὐδὲν ἔβλαψας, ἀλλὰ μένει τὸ κάλλος αὐτῆς ἐπιδεικνυμένη.

Διὰ τοῦτο χαίρω, οὐχ ὅτι ἐνικήσατε. Εἰ παρήμην, *ἐμεριζόμην μεθ' ὑμῶν τὴν νίκην· ἐπειδὴ δὲ ἀνεχώρησα, γυμνὸν ὑμῶν τὸ τρόπαιον ἐφάνη. Ἀλλὰ καὶ D τοῦτο ἐμὸν ἐγκώμιον, καὶ πάλιν μερίζομαι ἐγὼ μεθ' ὑμῶν τὴν νίκην, ὅτι οὕτως ὑμᾶς ἀνέθρεψα, ὡς καὶ ἀπόντος τοῦ πατρὸς τὴν οἰκείαν εὐγένειαν ἐπιδείκνυσθαι. Ὥσπερ γὰρ οἱ γενναῖοι τῶν ἀθλητῶν καὶ ἀπόντος τοῦ παιδοτρίβου τὴν ἑαυτῶν ῥώμην ἐπιδείκνυνται· οὕτω καὶ ἡ εὐγένεια τῆς ὑμετέρας πίστεως καὶ ἀπόντος τοῦ διδασκάλου τὴν οἰκείαν εὐμορφίαν ἐπεδείξατο. Τίς χρεία λόγων; Οἱ λίθοι βοῶσιν· οἱ τοῖχοι φωνὴν ἀφιᾶσιν. Ἄπελθε εἰς βασιλικὰς αὐλὰς, καὶ ἀκούεις εὐθέως, οἱ λαοὶ Κωνσταντινουπόλεως. Ἄπελθε εἰς τὴν θάλατταν, εἰς τὴν ἔρημον, εἰς τὰ ὄρη, εἰς τὰς οἰκίας, τὸ ἐγκώμιον ὑμῶν ἀναγέ- E γραπται. Ἐν τίνι ἐνικήσατε; Οὐ χρήμασιν, ἀλλὰ πίστει. Ὦ λαὸς φιλοδιδάσκαλος, ὦ λαὸς φιλοπάτωρ, μακαρία ἡ πόλις, οὐ διὰ κίονας καὶ χρυσοῦν ὄροφον, ἀλλὰ διὰ τὴν ὑμετέραν ἀρετήν. Τοσαῦται αἱ ἐπιβουλαὶ, καὶ αἱ εὐχαὶ ὑμῶν ἐνίκησαν· καὶ μάλα εἰκότως· καὶ γὰρ ἐκτενεῖς ἦσαν αἱ εὐχαὶ, καὶ αἱ πηγαὶ τῶν δακρύων ἐπέῤῥεον. Ἐκεῖνοι βέλη, ὑμεῖς δὲ δάκρυα· ἐκεῖνοι θυμὸν, ὑμεῖς δὲ πραΰτητα. Ὃ βούλει ποίησον· ὑμεῖς εὔχεσθε. Κἀκεῖνοι, οἱ ἀντέλεγον, ποῦ νῦν 429 εἰσιν; Ὅπλα ἐκινήσαμεν; μὴ τόξα ἐτείναμεν; μὴ A βέλη ἀφήκαμεν; Εὐχόμεθα, κἀκεῖνοι ἔφυγον· ὡς γὰρ ἀράχνη διεσπάσθησαν, καὶ ὑμεῖς ὡς πέτρα ἑστήκατε. Μακάριος ἐγὼ δι' ὑμᾶς. Ἤδειν μὲν καὶ πρὸ τούτου ἡλίκον ἔχω πλοῦτον, ἐθαύμασα δὲ καὶ νῦν. Πόῤῥω ἤμην, καὶ πόλις μετῳκίζετο. Δι' ἕνα ἄνθρωπον τὸ πέλαγος πόλις ἐγίνετο. Γυναῖκες, ἄνδρες, παιδία ἄωρα τὴν ἡλικίαν, γυναῖκες βαστάζουσαι παιδία, κατετόλμων πελάγους, κατεφρόνησαν κυμάτων. Οὐ δοῦλος ἐδεδοίκει δεσπότην, οὐ γυνὴ τῆς φυσικῆς ἀσθενείας ἐμέμνητο. Γέγονεν ἡ ἀγορὰ ἐκκλησία, τὰ πανταχοῦ δι' ἡμᾶς. Τίνα γὰρ οὐκ ἐπαιδεύσατε; Βα- B σιλίδα συγχορεύουσαν ἐλάβετε· οὐ γὰρ ἀποκρύψομαι τὸν ζῆλον αὐτῆς. Οὐ βασιλίδα κολακεύων ταῦτα λέγω, ἀλλ' εὐσέβειαν θεραπεύων· οὐ γὰρ ἀποκρύψομαι αὐτῆς τὸν ζῆλον. Οὐ γὰρ ὅπλα ἔλαβεν, ἀλλὰ κατορθώματα ἀρετῆς. Ἀπηγόμην τότε, ἴστε πῶς. Δεῖ γὰρ καὶ λυπηρὰ εἰπεῖν, ἵνα μάθητε τὰ χρηστά· ἀλλὰ μάθητε πῶς ἀπηγόμην, καὶ πῶς ἐπανῆλθον. Οἱ σπείροντες ἐν δάκρυσιν, ἐν ἀγαλλιάσει θεριοῦσι. Πορευόμενοι ἐπορεύοντο καὶ ἔκλαιον, βάλλοντες τὰ σπέρματα αὐτῶν· ἐρχόμενοι δὲ ἥξουσιν ἐν ἀγαλλιάσει, αἴροντες τὰ δράγματα αὐτῶν. Ταῦτα τὰ ῥήματα ἐγέ- C

bola intromittis. Sed sponsam meam nullo modo læsisti, at manet illa pulchritudinem suam exhibens.

3. Idcirco gaudeo, non solum quia vicistis, sed quia me absente vicistis. Si adfuissem, in partem victoriæ vobiscum venissem: quia vero secessi, nudum vobis tropæum fuit. Verum et illud mea laus est: atque rursum in partem victoriæ vobiscum venio, quia sic vos educavi, ut etiam absente patre vestram nobilitatem ostenderetis. Quemadmodum enim strenui athletæ etiam absente pædotriba robur suum exhibent: sic et fidei vestræ generositas, etiam absente doctore, bonam suam indolem exhibuit. Quid opus verbis? Lapides clamant, muri vocem emittunt. Adi imperatorias aulas, et statim audis: Populi Constantinopolitani. Ad mare te confer, desertum pete, montes, domos: encomium vestrum ubique descriptum est. Quibus telis vicistis? Non opibus, sed fide. O popule doctoris amans! o popule patrem diligens! beata urbs, non propter columnas et laquearia aurea, sed propter virtutem vestram! Tot tantæque erant insidiæ, et preces vestræ vicerunt: idque jure merito: nam preces erant assiduæ, et lacrymarum fontes effluebant. Illi tela vibrabant, vos lacrymas: illi furorem spirabant, vos mansuetudinem. Quod vis facito: vos oratis. Illi vero, qui obsistebant, ubinam sunt? An arma movimus? an arcus intendimus? an tela emisimus? Precabamur, et illi fugiebant: nam quasi aranea dissipati sunt, et vos quasi petra stetistis. Beatus ego propter vos. Sciebam et antea quantis instructus essem divitiis, id tamen nunc miratus sum. Procul eram, et civitas alio transferebatur. Hominis unius causa pelagus in civitatem mutatum est. Mulieres, viri, immaturæ ætatis parvuli; mulieres infantulos gestabant, pelagus adire non dubitabant, fluctus spernebant. Non metuebat herum servus, mulier infirmitatis suæ non meminerat. Forum in ecclesiam versum est; omnia ubique propter nos movebantur. Quem non erudivistis? Imperatricem vobiscum choros ducentem accepistis, neque enim ejus studium tacebo. Non adulandi causa dico, sed ejus pietatem celebro, neque enim zelum ejus silentio præteribo. Non arma tulit, sed virtutis præclara gesta. Tunc abducebar: scitis quo pacto. Nam injucunda illa memorare convenit, ut jucunda et fausta edisca-

Lætitia in reditu Chrysostomi.

* Hic textus Græcus deficit.

tis, et noscatis quomodo abductus sim, et quo
Psal. 125. 5. 6. pacto redierim. *Qui seminant in lacrymis, in exsultatione metent. Euntes ibant et flebant, mittentes semina sua : venientes autem venient cum exsultatione, portantes manipulos suos.* Hæc verba re gesta sunt. Cum gratiarum actione suscepistis eum, quem mœsti deduxeratis. Ac non multo post tempore, sed post unum diem omnia soluta sunt. Etenim propter vos fuit hæc mora : Deus quippe jam ab initio hæc dissolverat.

4. Rem nunc vobis arcanam dico. Pelagus trajeci solus Ecclesiam gestans; dilectio enim non in angustum redigitur. Non angusta navis
2 Cor. 6. 12. erat; vos quippe *Non angustiamini in nobis.* Discessi vestra curans, separatus corpore, mente conjunctus; discessi Deo supplicans, ac vestram dilectionem commendans; sedebam solus, de rebus vestris sollicitus, solus, de profectu deliberans. Protinus intempesta nocte hæc religio-
Eudoxia loquitur. sissima Domina ipso primo die literas misit, quarum hæc erant verba; etenim verba ipsa sunt referenda: *Ne arbitretur Sanctitas tua me illa novisse quæ gesta sunt. Innocens ego sum a sanguine tuo. Improbi et perditi homines hanc struxere machinam. Mearum vero lacrymarum testis Deus, cui sacra facio.* Quam libationem effudit? etenim lacrymæ ejus libatio erant. *Cui sacra facio.* Sacerdos illa nempe per seipsam ordinata, quæ Deo offerebat lacrymas, confessionem et pœnitentiam, non pro sacerdote, sed pro Ecclesia, pro populo disperso. Memor erat, memor certe erat, et filiorum et baptismatis. *Recordor per manus tuas filios meos fuisse baptizatos.* Hæc Imperatrix; sacerdotes porro omnes invidia excæcati locum ignorabant, quo diverteram. Quodque mirabile dictu est, illa, ac si filio timeret, quoquoversum 420
ibat, non corpore, sed militaris manus missione. Neque enim sciebat locum, ubi degerem. Quoquoversum mittebat, ne pastor dolo circumventus occideretur et venatum amitteret. Hoc tantum, quæ mearum sunt partium præsto. Quæro solum, ut illi non prævaleant. Hostes undique circuibant expandentes retia, ut caperent et in illorum manus adducerent. Hinc illa rogabat, Imperatorisque genua tangebat, ut virum faceret venationis consortem: quemadmodum Abraham Saram, sic illa virum. Perdidimus, inquit, sacerdotem: sed reducamus. Nulla nobis imperii spes superest,

νετο πράγματα. Μετ' εὐχαριστίας ὑπεδέξασθε ὃν ὀδυνώμενοι προεπέμψατε. Καὶ οὐδὲ ἐν μακρῷ χρόνῳ· μετὰ μίαν ἡμέραν πάντα ἐλύθη. Καὶ γὰρ ἡ ἀναβολὴ ἐγένετο δι' ὑμᾶς, ἐπεὶ ὁ Θεὸς ἐξ ἀρχῆς ἔλυσε.

Λέγω ὑμῖν τὸ ἀπόῤῥητον. Ἐπεραιώθην τὸ πέλαγος μόνος τὴν Ἐκκλησίαν βαστάζων· ἡ γὰρ ἀγάπη οὐ στενοῦται. Οὐκ ἐστενοχωρεῖτο τὸ πλοῖον· οὐ στενοχωρεῖσθε γὰρ ἐν ἡμῖν. Ἀπῄειν τὰ ὑμέτερα μεριμνῶν, κεχωρισμένος μὲν τῷ σώματι, συνημμένος δὲ τῇ γνώμῃ· ἀπῄειν τὸν Θεὸν παρακαλῶν, καὶ παρακατατιθέμενος ὑμῶν τὴν ἀγάπην· ἀπῄειν, ἐκαθεζόμην μόνος τὰ ὑμέτερα μεριμνῶν, βουλευόμενος περὶ ἀποδημίας μόνος. Ἀθρόον ἀωρίας γενομένης γράμματα ἔπεμψεν ἡ θεοφιλεστάτη αὕτη ἐν τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ, ταῦτα λέγουσα τὰ ῥήματα (δεῖ γὰρ αὐτῆς καὶ τὰ ῥήματα εἰπεῖν)· Μὴ νομίσῃ σου ἡ ἁγιωσύνη ὅτι ἔγνων τὰ γεγενημένα. Ἀθῶος ἐγὼ ἀπὸ τοῦ αἵματός σου. Ἄνθρωποι πονηροὶ καὶ διεφθαρμένοι ταύτην τὴν μηχανὴν διεσκεύασαν· τῶν δὲ ἐμῶν δακρύων μάρτυς ὁ Θεὸς, ᾧ ἱερεύω. Οἵαν σπονδὴν ἐξέχεε; τὰ γὰρ δάκρυα αὐτῆς σπονδὴ ἐγένετο. Ὧ ἱερεύω. Ἡ ἱέρεια, αὐτοχειροτόνητος θύουσα τῷ Θεῷ καὶ σπένδουσα δάκρυα καὶ ἐξομολόγησιν καὶ μετάνοιαν, οὐχ ὑπὲρ ἱερέως, ἀλλ' ὑπὲρ Ἐκκλησίας, ὑπὲρ δήμου διεσπαρμένου. Ἐμέμνητο, ἐμέμνητο καὶ τῶν παιδίων καὶ τοῦ βαπτίσματος. Μέμνημαι ὅτι διὰ τῶν χειρῶν τῶν σῶν τὰ παιδία τὰ ἐμὰ ἐβαπτίσθη. Ταῦτα ἡ βασίλισσα· οἱ δὲ ἱερεῖς [a] περὶ φθόνου πάντες ἠγνόουν τὸ χωρίον, ἔνθα κατέλυον. Καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν εἰπεῖν, ἐκείνη μὲν ὡς ὑπὲρ τέκνου τρέμουσα περιῄει πανταχοῦ, οὐ τῷ σώματι, ἀλλὰ τῇ ἰδίᾳ πομπῇ τῶν στρατιωτῶν. Οὐ γὰρ κατείληφε τὸ χωρίον, ἔνθα διῆγον. Πανταχοῦ ἔπεμπε μεριμνῶσα μὴ δολοφονηθῇ, μὴ ἀναιρεθῇ, καὶ ἀπολέσωμεν τὸ θήραμα. Τοῦτο μόνον, καὶ τὰ παρ' ἐμαυτῆς ἐπιδείκνυμι. Ζητῶ μόνον, καὶ οὐ περιγίνονται. Οἱ ἐχθροὶ πανταχοῦ περιῄεσαν δίκτυα ἁπλοῦντες, ἵνα λάβωσι καὶ ἐπαναγάγωσιν εἰς τὰς ἐκείνων χεῖρας. Εἶτα καὶ παρεκάλει, καὶ τῶν γονάτων ἥπτετο τῶν βασιλικῶν, κοινωνὸν τὸν ἄνδρα ποιοῦσα τοῦ θηράματος· καθάπερ ὁ Ἀβραὰμ τὴν Σάῤῥαν, οὕτως αὐτὴ τὸν ἄνδρα. Ἀπωλέσαμεν, φησὶ, τὸν ἱερέα, ἀλλ' ἐπαναγάγωμεν. Οὐκ ἔστιν ἡμῖν οὐδεμία ἐλπὶς τῆς βασιλείας, ἐὰν μὴ ἐκεῖνον ἐπαναγάγωμεν.

[a] Forte παρὰ φθόνον. Facilis mutatio τοῦ παρὰ in περί.

Ἀμήχανον ἐμὲ κοινωνῆσαί τινι τῶν ταῦτα ἐργασαμένων· δάκρυα ἐξαφιεῖσα, τὸν Θεὸν ἱκετεύουσα, πᾶσαν μηχανὴν ἐπιδεικνυμένη. Ἴστε καὶ ὑμεῖς μεθ' ὅσης εὐνοίας ἡμᾶς ὑπεδέξατο, πῶς ἐνηγκαλίσατο ὡς οἰκεῖα μέλη, πῶς μεθ' ὑμῶν ἔλεγε καὶ αὐτὴ σπουδάζειν. Οὐδὲ γὰρ ταῦτα τὰ ῥήματα ἔλαθε τὴν εὐγνωμοσύνην ὑμῶν, ὅτι ἀπεδέξασθε τὴν μητέρα τῶν Ἐκκλησιῶν, τὴν τροφὸν τῶν μοναζόντων, καὶ προστάτιν τῶν ἁγίων, τῶν πτωχῶν τὴν βακτηρίαν. Ὁ ἔπαινος ἐκείνης δόξα εἰς Θεὸν γίνεται, στέφανος τῶν Ἐκκλησιῶν. Εἴπω θερμὸν αὐτῆς πόθον; εἴπω φιλοτιμίαν τὴν περὶ ἐμέ; Ἐν ἑσπέρᾳ βαθείᾳ χθὲς ἀπέστειλε ταῦτα λέγουσα τὰ ῥήματα· εἰπὲ πρὸς αὐτόν· ἡ εὐχή μου πεπλήρωται· ἀπήτησα τὸ κατόρθωμα· ἐστεφανώθην μᾶλλον τοῦ διαδήματος· ἀπέλαβον τὸν ἱερέα, ἀπέδωκα τὴν κεφαλὴν τῷ σώματι, τὸν κυβερνήτην τῇ νηΐ, τὸν ποιμένα τῇ ποίμνῃ, τὸν νυμφίον τῇ παστάδι.

Κατῃσχύνθησαν οἱ μοιχοί. Ἐὰν ζήσω, ἐὰν ἀποθάνω, οὐκέτι μοι μέλει. Ἴδετε τοῦ πειρασμοῦ τὰ κατορθώματα. Τί ποιήσω, ἵνα ὑμῖν ἀξίαν ἀποδῶ τῆς ἀγάπης τὴν ἀμοιβήν; Ἀξίαν μὲν οὐ δύναμαι, ἣν δὲ ἔχω, δίδωμι. Ἀγαπῶ ἑτοίμως τὸ αἷμά μου ἐκχέειν ὑπὲρ τῆς ὑμετέρας σωτηρίας. Οὐδεὶς ἔχει τέκνα τοιαῦτα, οὐδεὶς ἀγέλην τοιαύτην, οὐδεὶς ἄρουραν οὕτως εὐθαλῆ. Οὐ χρεία μοι γεωργίας· ἐγὼ καθεύδω, καὶ οἱ στάχυες κομῶσιν. Οὐ χρεία μοι πόνου· ἐγὼ ἡσυχάζω, καὶ τὰ πρόβατα τῶν λύκων περιγίνονται. Τί ὑμᾶς καλέσω; πρόβατα, ἢ ποιμένας, ἢ κυβερνήτας, ἢ στρατιώτας καὶ στρατηγούς; Πάντα ὑμῖν ἐπαληθεύω τὰ ῥήματα. Ὅταν ἴδω τὴν εὐταξίαν, πρόβατα καλῶ· ὅταν ἴδω τὴν πρόνοιαν, ποιμένας προσαγορεύω· ὅταν ἴδω τὴν σοφίαν, κυβερνήτας ὀνομάζω· ὅταν ἴδω τὴν ἀνδρείαν καὶ τὴν εὐτονίαν, στρατιώτας καὶ στρατηγοὺς ὑμᾶς ἅπαντας λέγω. Ὢ πόνος, ὢ πρόνοια λαοῦ· ἠλάσατε τοὺς λύκους, καὶ οὐκ ἀμεριμνήσετε. Οἱ ναῦται οἱ μεθ' ὑμῶν καθ' ὑμῶν γεγόνασιν, οἵτινες τὸν πόλεμον τῷ πλοίῳ κατεσκεύασαν. [a] Βοᾶτε ἔξω τὸν κλῆρον, καὶ ἄλλον κλῆρον τῇ Ἐκκλησίᾳ. Τίς χρεία βοῆς; Ἀπῆλθον, καὶ ἀπηλάθησαν, μηδενὸς διώκοντος ἐφυγαδεύθησαν. Οὐ κατηγορεῖ αὐτῶν ἄνθρωπος, ἀλλὰ τὸ συνειδός. Εἰ ἐχθρὸς ὠνείδισέ με, ὑπήνεγκα ἄν. Οἱ μεθ' ἡμῶν καθ' ἡμῶν γεγόνασιν· οἱ μεθ' ἡμῶν τὸ πλοῖον κυβερνῶντες, τὸ πλοῖον καταποντίσαι 431 ἠθέλησαν. Ἐθαύμασα ὑμῶν τὴν σύνεσιν. Ταῦτα λέγω, οὐκ εἰς στάσιν ὑμᾶς ἀλείφων. Στάσις γὰρ τὰ ἐκείνων, τὰ δὲ ὑμέτερα ζῆλος. Οὐ γὰρ ἠξιώσατε αὐτοὺς ἀναιρεθῆναι, ἀλλὰ κωλυθῆναι τοῦτο καὶ ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ ὑπὲρ τῆς Ἐκκλησίας, ἵνα μὴ πάλιν ὑποβρύχιος γένηται. Ἡ γὰρ ἀνδρεία ὑμῶν οὐκ ἀφῆκε

B nisi illum reducamus. Non possum cum quopiam eorum communicare, qui hæc perpetrarunt: lacrymas fundens, Deo supplicans, nullamque machinam non movens. Scitis cum quanta benevolentia nos susceperit, quomodo ulnis exceperit, ceu propria membra: quo pacto diceret se vobiscum sollicitam esse. Neque enim hæc verba vestrum affectum latebant: quoniam suscepistis matrem Ecclesiarum, altricem monachorum, sanctorum patronam, pauperum baculum. Laus ejus in Dei gloriam vertit, in coronam Ecclesia- C rum. Dicamne ardentem ejus amorem? dicam ejus erga me sollicitudinem? Heri vesperi hæc ad me verba misit: Dicito ei: Oratio mea impleta est, rem impetravi: melius coronata sum, quam per ipsum diadema. Recepi sacerdotem, caput corpori restitui, gubernatorem navi, pastorem gregi, thalamo sponsum.

Eudoxiæ verba de Chrysostomo.

5. Pudore affecti sunt adulteri. Seu vivam, seu moriar, nihil mihi curæ est. Videte tentationis præclarum exitum. Quid faciam, ut pro dilectione dignum vobis munus rependam? Dignum nequeo, quale adest tribuo. Usque adeo D diligo, ut paratus sim ad effundendum pro salute vestra sanguinem. Nemo tales habet filios, nemo talem gregem, nullus agrum ita florentem. Non opus mihi agricultura; me dormiente vernant spicæ. Nullo mihi opus est labore: me quiescente oves lupum superant. Qui vos compellabo? oves, an pastores, an gubernatores, militesne an duces? Hæc nomina vera esse dicere possum. Cum bonum ordinem video, oves voco; cum providentiam, pastores; cum sapientiam, gubernatores; cum virtutem et constantiam, et milites et duces vos omnes dico. O laborem! o providentiam populi! lupos expulistis, et solli- E citudinem non deposuistis. Nautæ, qui vobiscum erant, contra vos conversi sunt, et navi bellum intulerunt. Clamate, Facessat clerus, aliumque clerum Ecclesiæ postulate. Quid opus clamore? Abierunt, et depulsi sunt, nemine insequente in fugam versi. Non homo illos, sed conscientia accusat: *Si inimicus exprobrasset mihi, sustinuissem utique.* Qui nobiscum erant, contra nos A conversi sunt: qui nobiscum navim gubernabant, navim demergere conati sunt. Miratus sum conscientiam vestram. Hæc dico, non ut ad seditionem vos excitem. Nam quæ illi paravere, seditio sunt, quæ vos fecistis, zelus. Non enim rogastis illos occidi, sed impediri quominus illud eveni-

Ps. 54. 13.

[a] Imperfectam esse putat sententiam Savilius; sed ut est, nostram facile interpretationem admittit.

ret vel vobis, vel Ecclesiæ, ne rursus submergeretur. Virtus quippe vestra non sivit ingruere tempestatem, sed illorum sententia fluctus concitavit. Ego vero rem non secundum exitum, sed secundum illorum mentem æstimo. Tu homo qui altari adstas, cui tanti populi cura commissa, cum hæc tristia comprimere deberes, tempestatem auxisti, contra teipsum gladium vibrasti, filios tuos consumsisti, si non reipsa et experimento, certe animo. Sed Deus prohibuit. Itaque vos demiror et laudo, quod post bellum, pace conciliata, caveatis ut perfecta pax maneat. Oportet enim gubernatorem cum nautis concordi esse animo : si enim dissideant, scapha demergitur. Vos pacem hanc per Dei gratiam stabilite : vos securitatis consortes efficiam. Sine vobis nihil faciam, nec sine religiosissima Augusta. Namque et illa curat, sollicita est, nihilque non agit, ut quod plantatum est, firmum maneat, ut Ecclesia sine fluctibus degat. Laudavi itaque et vestram conscientiam, et Imperatorum providentiam. Non enim ita de bello solliciti sunt, ut de Ecclesia, non ita de civitate, ut de Ecclesia. Precemur itaque Deum, rogemus illam, in precibus perseveremus : neque, quoniam calamitas soluta est, segniores evadamus. Ideo ad hanc usque diem precamur, ut illa tristia solvantur. Gratias Deo agamus : ut tunc strenui fuimus, sic jam studiosi simus. Pro his vero omnibus gratias agamus Deo, cui gloria et imperium cum Filio et sancto vivificoque Spiritu nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

γενέσθαι τὸν χειμῶνα, ἀλλ' ἡ γνώμη ἐκείνων τὸ κλυδώνιον εἰργάσατο. Ἐγὼ δὲ, οὐ τῷ τέλει, ἀλλὰ τῇ γνώμῃ ἐκείνων λογίζομαι. Ἄνθρωπος θυσιαστηρίῳ παρεστηκὼς, δήμου τοσούτου ἐγκεχειρισμένος πρόνοιαν, ὀφείλων καταστέλλειν τὰ λυπηρὰ, ηὔξησας τὸν χειμῶνα, κατὰ σαυτοῦ τὸ ξίφος ἤλασας, τὰ τέκνα τὰ B σὰ ἀναλώσας τῇ γνώμῃ, εἰ καὶ μὴ τῇ πείρᾳ. Ἀλλ' ὁ Θεὸς ἐκώλυσεν. Ὥστε θαυμάζω ὑμᾶς καὶ ἐπαινῶ, ὅτι μετὰ τὸν πόλεμον καὶ τῆς εἰρήνης γενομένης σκοπεῖτε, ὅπως ἂν τελεία γένηται εἰρήνη. Δεῖ γὰρ τὸν κυβερνήτην μετὰ τῶν ναυτῶν ὁμόνοιαν ἔχειν· ἐὰν γὰρ διαστασιάζωσι, καταποντίζεται τὸ σκάφος. Ὑμεῖς κατορθώσατε τὴν εἰρήνην μετὰ τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν· ὑμᾶς κοινωνοὺς ποιήσομαι τῆς ἀσφαλείας. Χωρὶς ὑμῶν οὐδὲν ἐργάσομαι, εἶτα καὶ τῆς θεοφιλεστάτης Αὐγούστης. Καὶ γὰρ κἀκείνη φροντίζει καὶ μεριμνᾷ καὶ πάμπολλα ποιεῖ, ὥστε τὸ φυτευθὲν μεῖναι C βέβαιον, ὥστε τὴν Ἐκκλησίαν ἀκλυδώνιστον μεῖναι. Ἐπῄνεσα οὖν καὶ ὑμῶν τὴν σύνεσιν, καὶ τῶν βασιλέων τὴν πρόνοιαν. Οὐ γὰρ οὕτως αὐτοῖς μέλει περὶ πολέμου, ὡς περὶ Ἐκκλησίας, οὐχ οὕτω περὶ πόλεως, ὥς περὶ Ἐκκλησίας. Παρακαλέσωμεν τὸν Θεὸν, [a] ἀξιώσωμεν ἐκείνην, παραμείνωμεν ταῖς εὐχαῖς· καὶ μὴ, ἐπειδὴ ἐλύθη τὰ δεινὰ, χαυνότεροι γενώμεθα. Διὰ τοῦτο ἕως τῆς σήμερον εὐχόμεθα λυθῆναι τὰ δεινά. Εὐχαριστήσωμεν τῷ Θεῷ, ὥσπερ τότε ἀνδρεῖοι, οὕτω καὶ σήμερον σπουδαῖοι. Ὑπὲρ δὲ τούτων ἁπάντων εὐχαριστήσωμεν τῷ Θεῷ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος ἅμα τῷ Υἱῷ σὺν τῷ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Ἀξιώσωμεν ἐκείνην, forte ἐκεῖνον. Si stet lectio ἐκείνην, et quidem stare posse videtur, referenda est ad Imperatorum providentiam paulo ante memoratam.

MONITUM

IN HOMILIAM DE CHANANÆA

POST REDITUM AB EXSILIO A CHRYSOSTOMO HABITAM.

Circa hujus homiliæ γνησιότητα disputatum fuit. Savilius vir sagax et eruditus eam ut genuinam habuit : hæc enim ait in Notis p. 726 : *Orationis hujus apographum ex Bibliotheca Palatina descriptum emendavimus ex duobus Manuscriptis in Bibliotheca Ducis Bavariæ. Multa habet communia cum Homil.* 52 *in Matthæum* (quæ est 53 apud Morellum), *neque agnoscit Catalogus*

Augustanus. Puto tamen germanam esse, quamvis languidiuscule scriptam, ut sunt multæ hujus nostri Constantinopolitanæ. Aliud sentire videtur Fronto Ducæus, qui in Notis ad hanc homiliam p. 1054. tomo VI, ita loquitur : *Hujus homiliæ Græcum textum ex Palatinis Codicibus exscribi curavit Savilius, et ex Bavaricis emendavit, qui et germanum esse putat opus Chryso-* 432
stomi, quamvis ab Augustano Catalogo non agnoscatur, et languidiuscule scripta videatur. Quod sane mirum, cum Sixtus Senensis ante monuerit eamdem apud Origenem exstare Serm. 7 in diversos locos, et inter homilias ex variis in Matthæum locis esse decimam septimam, hoc est in ea Sermonum farragine, quam judicat esse monachi potius cujusdam, qui evangeliorum explanationes variis intermixtas allegoriis edidit. Porro apud Origenem alium interpretem habet, et brevior est, quam in libro ex variis in Matthæum locis : in utroque tamen loco incipit ab illis verbis, Miratur evangelista : *quæ reperies p.* 298, D, [edit. Morel.] *hujus editionis : quæ vero præcedunt ab initio homiliæ vetus quidam interpres Latine vertit : et habentur homilia decima quarta ex variis in Matthæum locis* : Multæ tempestates, inquietudo aeris : *et aliam rursus interpretationem in Lotharingia nacti sumus ex Ms. Codice erutam, quam cum eadem homilia 17 conjunctam recensuimus, et variis lectionibus atque emendationibus ex collatione cum Codice Græco illustrissimi Cardinalis Perronii amplificavimus.* Hæc Fronto Ducæus, secundum cujus haud dubie sententiam hæc homilia in edit. Morel. Tomo VI inter Spuria cusa fuit. Sed huic sententiæ reclamat Tillemontius ; eamque inter veras germanasque censet retinendam, quod nulla sat idonea ejus rejiciendæ ratio afferatur.

Certe quod spectat ad primam partem ad usque illud, num. 3 : *Miratur evangelista, ecce mulier,* etc., ea omnibus γνησιότητος signis ita munita est, ut de illa neminem bene consultum putem esse dubitaturum : nam pauca illa quæ de exsilio suo primo, deque regressu suo tangit, ita accurate posita sunt, ut ea Græculo cuipiam, ex eorum numero qui orationes et homilias ab se vel factas vel hinc inde consarcinatas Chrysostomo aliisque Patribus adscribebant, tribui non possit. Non ii quippe erant, qui possent historica acta diligenter et secundum veram seriem referre; non erat nugacis Græculi carptim dicere in priore exsilio multos ex iis, qui adversarii Chrysostomi fuerant, misericordia motos ad ejus partes transiisse, quod utique gestum fuit, ut et in hac homilia significatur ; non erat Græculi enarrare, statim post regressum Chrysostomi, omnes adversarios ejus fugam fecisse, ita ut ne unus quidem compareret ; id quod veræ historiæ apprime consonum est. Cætera quæ sequuntur in hac homilia existimo etiam Chrysostomi esse, licet non ausim affirmare ea prorsus esse alienis quibusdam assumentis vacua ; possent enim extranea manu retractata fuisse aliquot in locis. Hic non pauca sunt, quæ Homilia 53 in Matthæum iisdem pene verbis feruntur ; tam familiare autem fuit Chrysostomo, ea quæ pridem dixerat, in aliis homiliis referre, ut id potius ad nostram, quam ad contrariam sententiam tuendam afferri posse putemus. Ubi etiam advertendum illud in fine hujus homiliæ positum, quod μνημονικὸν Chrysostomi ἁμάρτημα fortasse fuerit; nempe *Dixit Deus, Fiat cælum, et factum est cælum,* in Homilia quoque illa 53 in Matthæum reperiri. Illa vero clausula in Scriptura sacra non reperitur. Verum non raro Chrysostomus memoriter Scripturæ verba referre solet, et alio quam habeantur modo expromere.

Ea porro Homilia, quæ inter alias falso, ut consentiunt omnes, Origeni adscriptas, recensetur, cujus meminit supra Fronto Ducæus, hujus est pene compendium. Huic similis, sed multo longior est alia, quæ inter Homilias ex variis in Matthæum locis decima septima numeratur, quæque in Editionibus Chrysostomi Latinis ante Frontonem Ducæum publicatis cusa fuit.

Hujus homiliæ interpretationem novam Latinam adornavimus.

IN DIMISSIONEM CHANANÆÆ.

Habita autem est post ejus reditum ab exsilio.

1. Tempestas ingens sævit, sed eorum qui convenerunt alacritatem non cohibuit; multæ tentationes, sed desiderium vestrum non solverunt. Non cessat Ecclesia oppugnari, et vincere; insidiis impeti, et superare insidias. Quanto magis alii insidiantur, tanto magis illa augetur: fluctus dissipantur, et petra stat immobilis. Interdiu doctrina, noctu vigiliæ; dies cum nocte certat; illic collectæ, et hic collectæ: nox forum convertit in ecclesiam; alacritas animi vestri igne vehementior est. Cohortatione non indigetis, et studium exhibetis vestrum. Quis non obstupescat? quis non miretur? Non modo qui nostri sunt, non abfuerunt, sed etiam qui nostri non sunt, accesserunt. Hujusmodi est tentationum lucrum: nam sicut pluvia decidens semina excitat, sic et animam invadens tentatio erigit animum. Verbum Dei est: inconcussa est Ecclesia:
Matth. 16. 18. *Portæ inferi non prævalebunt adversus eam.* Qui impugnat illam, se ipsum profligat, ipsamque fortiorem ostendit: qui impugnat illam, vires suas dejicit, nostrumque tropæum reddit illustrius. Splendidus erat antea Job, postea vero splendidior apparuit. Quando corpore sanus erat, non ita splendidus fuit, ut cum vulnerum sanie coronabatur. Noli tentationem umquam reformi-
Rom. 5. 3. dare, si præparatam habeas animam. Tribulatio nihil officit, sed patientiam operatur. Nam quemadmodum nihil officit auro fornax, sic neque tribulatio generoso nocet. Quid facit fornax quæ aurum excipit? Purum illud reddit. Quid operatur tribulatio toleranti? Patientiam. Sublimiorem illum efficit, desidiam resecat, animum

A ## * ΕΙΣ ΤΗΝ ΕΠΙΑΥΣΙΝ ΤΗΣ ΧΑΝΑΝΑΙΑΣ.

Ἐῤῥήθη δὲ μετὰ τὸ ὑποστρέψαι αὐτὸν ἐκ τῆς ἐξορίας.

Πολὺς ὁ χειμὼν, ἀλλὰ τὴν προθυμίαν τῶν παραγενομένων οὐ διεκώλυσε· πολλοὶ οἱ πειρασμοὶ, ἀλλὰ τὸν πόθον ὑμῶν οὐκ ἐξέλυσαν. Οὐ παύεται ἡ Ἐκκλησία πολεμουμένη καὶ νικῶσα, ἐπιβουλευομένη καὶ περιγινομένη. Ὅσον ἄλλοι ἐπιβουλεύουσι, τοσοῦτον αὕτη αὔξεται· καὶ τὰ μὲν κύματα διαλύεται, ἡ δὲ πέτρα ἕστηκεν ἀκίνητος. Ἐν ἡμέρᾳ διδασκαλία, ἐν
433 A νυκτὶ παννυχίδες· ἡ ἡμέρα πρὸς τὴν νύκτα ἁμιλλᾶται· ἐκεῖ συνάξεις, καὶ ἐνταῦθα συνάξεις. Ἡ νὺξ τὴν ἀγορὰν ἐκκλησίαν ἐργάζεται· ἡ δὲ προθυμία [a] πυρὸς σφοδροτέρα. Οὐ δεῖσθε παραινέσεως, καὶ ἐπιδείκνυσθε τὴν σπουδήν. Τίς οὐκ ἂν ἐκπλαγείη; τίς οὐκ ἂν θαυμάσειεν; Οὐ μόνον οἱ ὄντες οὐκ ἀπελείφθησαν, ἀλλὰ καὶ οἱ μὴ ὄντες προσεγένοντο. Τοιοῦτον τῶν πειρασμῶν τὸ κέρδος· καθάπερ γὰρ ὑετὸς εἰς τὴν γῆν κατιὼν διεγείρει τὰ σπέρματα, οὕτω καὶ ὁ πειρασμὸς εἰς τὴν ψυχὴν εἰσιὼν διεγείρει τὴν προθυμίαν. Λόγος ἐστὶ τοῦ Θεοῦ· [b] ἀκίνητος ἡ Ἐκκλησία· Πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. Ὁ πολεμῶν ἑαυτὸν κατα-
B λύει, τὴν δὲ Ἐκκλησίαν ἰσχυροτέραν δείκνυσιν· ὁ πολεμῶν τὴν ἰσχὺν ἑαυτοῦ [c] καταβάλλει, ἡμῶν δὲ λαμπρότερον ἐργάζεται τὸ τρόπαιον. Ὁ Ἰὼβ ἦν καλὸς καὶ πρὸ τούτου· μετὰ δὲ ταῦτα βελτίων ἐφάνη. Οὐχ οὕτω καλὸς ἦν, ὅτε ἀσινὴς ἦν τὸ σῶμα, ὡς καλὸς ἦν ὅτε τῷ ἰχῶρι τῶν τραυμάτων ἐστεφανοῦντο. Μηδέποτε φοβηθῇς πειρασμὸν, ἐὰν ψυχὴν παρεσκευασμένην ἔχῃς. Οὐ βλάπτει ἡ θλίψις, ἀλλ' ὑπομονὴν κατεργάζεται. Ὥσπερ γὰρ τὸ χρυσίον οὐ βλάπτει ἡ κάμινος, οὕτως οὐδὲ τὸν γενναῖον διαφθείρει ἡ θλίψις. Τί ποιεῖ ἡ κάμινος τῷ χρυσίῳ; [d] Καθαρὸν ἀποτελεῖ. Τί ἐργάζεται ἡ θλίψις τῷ φέροντι; Τὴν ὑπομονήν.
C Ὑψηλότερον κατασκευάζει, ῥαθυμίαν περικόπτει, συνάγει τὴν ψυχὴν, σωφρονέστερον ποιεῖ τὸν λογι-

* Collata cum Codice Colbertino 365.

[a] Colbert. πυρὸς φαιδροτέρα, non male. Verba οὐ μόνον οἱ ὄντες οὐκ ἀπελείφθησαν, ἀλλὰ καὶ οἱ μὴ ὄντες προσεγένοντο, *Non modo qui nostri sunt non abfuerunt, sed etiam qui nostri non sunt, advenerunt,* sic breviter enuntiata explicari puto per hæc Socratis verba: Ὁ δὲ λαὸς ἀῤῥήτα ἐστασίαζεν· οἷα δὲ ἐν τοῖς τοιούτοις φιλεῖ γίνεσθαι, πολλοὶ τῶν ἀπεχθῶς πρὸς αὐτὸν ἐχόντων ἐπὶ οἶκτον μετεβάλλοντο, καὶ συκοφαντεῖσθαι ἔλεγον, ὃν μικρῷ ἔμπροσθεν καθῃρημένον ἐπεθύμουν θεάσασθαι, *Populus horrendum in modum tumultuabatur: utque in hujusmodi rebus solet evenire, multi eorum qui infenso in illum animo erant, miseratione movebantur, eumque calumniis oppressum dicebant, quem paulo ante depositum videre optaverant.*

[b] Sic recte Colbert. ἡ ἐκκλησία desiderabatur in Editis.

[c] Colbert. καταλύει.

[d] Colb. καθαρὸν ποιεῖ. Ibid. τί ἐργάζεται, etc. Sic nulla facta mutatione, puncto solum interrogante interposito post φέροντι, locus bene habet, et ad seriem omnino quadrat. Hic corrigi jubet Fronto ex Cod. Perroniano, ἡ θλίψις τῷ φέροντι; τὴν ὑπομονὴν ὑψηλοτέραν κατασκευάζει, vel τὴν ὑπομονὴν ἐμποιεῖ, ὑψηλότερον κατασκευάζει: sed Editi nostri lectio melior, quæ confirmatur etiam ex Codice Colbertino.

σμόν. [c] Ἐπήγαγον πειρασμὸν, ἵνα τὰ πρόβατα ἀπελάσωσι, καὶ τὸ ἐναντίον ἐξέβη· εἰσήγαγε γὰρ ποιμένα. Ἐν τίσι τὰ ἡμέτερα; Ἐν εὐδοκιμήσει. Ἐν τίσι τὰ ἐκείνων; Ἐν αἰσχύνῃ. Ποῦ εἰσι τὰ ἐκείνων; Οὐδὲ φαίνονται. Τὴν ἀγορὰν περιέρχομαι, καὶ οὐδένα βλέπω. Φύλλα ἦν, καὶ ἀνέμου φυσήσαντος ἐξέπεσεν· ἄχυρα ἦν, καὶ ἀνεῤῥιπίσθη, καὶ ὁ σῖτος ἐφάνη ὥριμος· μόλυβδος ἦν, καὶ ἐτάκη, καὶ τὸ χρυσίον διέμεινε καθαρόν. Τίς αὐτοὺς ἐλαύνει; Οὐδείς· ἀλλὰ τὸ συνειδὸς πολέμιον ἔχουσι συνοικοῦντα μετὰ D τὴν ἁμαρτίαν. Ἴσασι τί ἔπραξαν. Ἐπεὶ καὶ ὁ Κάϊν ἐβούλετο σφάξαι τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ· ἀλλ' ὅτε ἐβούλετο σφάξαι, ἡ ἐπιθυμία ἤνθει· ἐπειδὴ δὲ τὴν ἁμαρτίαν εἰργάσατο, στένων καὶ τρέμων πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης περιήρχετο. Οὗτοι δὲ, εἰ καὶ μὴ ἔσφαξαν τῇ πείρᾳ, ἀλλ' ἔσφαξαν τῇ γνώμῃ. Ἡ σφαγὴ προεχώρησεν ὅσον κατὰ τὴν ἐκείνων πονηρίαν· ἡ δὲ ζωὴ συνεχωρήθη διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν. Ταῦτα λέγω, τὴν προθυμίαν τὴν ὑμετέραν ἐπαλείφων, ἵνα μηδέποτε φοβηθῆτε πειρασμόν. Πέτρα εἶ; Μὴ φοβοῦ τὰ κύματα· Ἐπὶ γὰρ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς, φησί. Ποτὲ ἔξωθεν οἱ πόλεμοι, ποτὲ ἔνδοθεν· E ἀλλὰ οὐδεὶς καταποντίζει τὸ σκάφος.

colligit, mentem reddit temperantiorem. Invexerunt tentationem, ut oves abigerent, et contrarium evenit; illa enim pastorem introduxit. Quo in statu sunt res nostræ? Laudibus celebrantur. Quo in statu res illorum? Ignominia cumulantur. Qua conditione sunt illorum negotia? Ne apparent quidem. Forum percurro, et neminem video. Frondes erant, et flante vento ceciderunt; paleæ erant, et dissipatæ sunt, frumentumque maturum apparuit: plumbum erat, et liquefactum est, atque purum remansit aurum. Quis fugavit illos? [Nemo; sed domesticum habent hostem conscientiam post peccatum. Sciunt quid fecerint. Nam et Cain volebat fratrem suum occidere: sed cum volebat occidere, cupiditas ardebat: postquam autem peccatum perpetravit, gemens ac tremens ubique terrarum vagabatur. Hi vero licet reipsa non occiderint, at voluntate tamen occiderunt. Perpetrata est cædes quantum in illorum malignitate situm fuit; sed vita concessa est Dei benignitate. Hæc a me dicuntur, ut alacritatem vestram excitem, ut numquam tentationem reformidetis. Petra es? Ne fluctus timeas, nam *Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferi non prævalebunt adversus eam,* inquit. Aliquando extranea, interdum intestina sunt bella; sed nemo potest navim submergere.

Hostes Chrysostomi illo reverso lugent.

Gen. 4.

Matth. 16. 18.

434 A

Ἀλλ' ἵνα μὴ τὸν ἅπαντα καιρὸν εἰς τὰ ἐκείνων ἐγκλήματα ἀναλώσωμεν, παραδόντες [a] ἑαυτοὺς τῷ φόβῳ τοῦ συνειδότος, καὶ τὸν δήμιον ἀφέντες ταλανίζειν αὐτῶν τὴν διάνοιαν καὶ τὸν λογισμὸν τῶν ἀκαίρων ἐπιθυμιῶν, ἀφέντες εἶναι φυγάδας, μηδενὸς ἐλαύνοντος, ἀφέντες εἶναι ἀτίμους, μηδενὸς αὐτοῖς πολεμοῦντος· ἡμεῖς τὴν συνήθη παραθήσωμεν τράπεζαν. Οὐδὲ γὰρ δίκαιον τὸν καιρὸν ἀναλῶσαι εἰς τὰ ἐγκλήματα τῶν ἐχθρῶν, καὶ τὰ παιδία λιμῷ τηκόμενα παριδεῖν. Χθὲς τοίνυν ὁ Παῦλος τὴν τράπεζαν ἡμῖν παρέθηκε, σήμερον ὁ Ματθαῖος· χθὲς ὁ σκηνοποιὸς, σήμερον ὁ τελώνης· χθὲς ὁ βλάσφημος, σήμερον ὁ ἅρπαξ· χθὲς B ὁ διώκτης, σήμερον ὁ πλεονέκτης. Ἀλλ' ὁ βλάσφημος οὐκ ἔμεινε βλάσφημος, ἀλλ' ἐγένετο ἀπόστολος· καὶ ὁ ἅρπαξ οὐκ ἔμεινεν ἅρπαξ, ἀλλ' ἐγένετο εὐαγγελιστής. Λέγω καὶ τὴν προτέραν κακίαν, καὶ τὴν μετὰ ταῦτα ἀρετὴν, ἵνα μάθῃς ὅση [b] τῆς μετανοίας ἡ ὠφέλεια, ἵνα μηδέποτέ σου τῆς σωτηρίας ἀπογνῷς. Οἱ διδάσκαλοι ἡμῶν ἀπὸ ἁμαρτίας ἔλαμπον πρὸ τούτου, ἀλλ' ὕστερον ἔλαμψαν ἀπὸ δικαιοσύνης, τελώνης καὶ βλάσφημος, τὰ ἀκροθίνια τῆς πονηρίας. Τί γὰρ

2. Verum ne totum tempus in referendis illorum criminibus impendamus, conscientiæ terrori committamus eos, et sinamus mentem illorum ac nefariæ cupidinis impetum a domestico carnifice divexari: sinamus eos fugere nemine persequente; sinamus in ignominia, nemine oppugnante: nosque consuetam mensam vobis apponamus. Non enim æquum est, ut tempus teramus referendis illorum sceleribus, et filios sinamus fame cruciari. Hesterno igitur die Paulus nobis mensam apparavit, hodie Matthæus; heri tentoriorum opifex, hodie publicanus; heri blasphemus, hodie raptor; heri persequutor, hodie avarus. Sed blasphemus ille, blasphemus non mansit, sed apostolus factus est; nec raptor in rapinis permansit, sed factus est evangelista. Commemoro pristinam nequitiam, et subsequentem virtutem, ut discas quanta sit pœnitentiæ utilitas, nec umquam de tua salute desperes. Doctores nostri prius nequitia illustres fuere, sed deinde a justitia celebrati sunt, publicanus

[c] Colb. ἐπήγαγε πειρασμὸν..... ἐναντίον παρέσχε, καὶ ποιμένα εἰσήγαγε.

[a] [Savil. in marg. conj. αὐτούς.]

[b] Colb. τῆς μεταβολῆς ἡ προθυμία.

et blasphemus, duo vertices improbitatis. Quid enim est telonium? Rapina legitima, violentia fiduciæ plena, iniquitas legis patrocinio fulta : furibus ipsis durior est publicanus. Quid est telonium? Violentia quæ patrocinium legis obtendit, quæ carnificem pro medico habet. Intelligisne quid dixerim? Leges sunt medici, deinde fiunt carnifices : non enim ulcus sanant, sed augent. Quid est telonium? Peccatum impudens, rapina occasione destituta, latrocinio deterior. Latro dum furatur, saltem erubescit; hic vero cum fiducia prædatur. Verum hic publicanus repente evangelista factus est. Quomodo et qua ratione? *Transiens,* inquit, *Jesus vidit Matthæum sedentem in telonio, et dixit ei, Sequere me.* O virtus sermonis! intravit hamus, et captivum militem effecit, lutum in aurum convertit; intravit hamus, *Et* statim *surgens sequutus est eum.* In fundo erat iniquitatis, et ad culmen virtutis ascendit. Nemo itaque, dilecti, de sua salute desperet. Non enim improbitas malum est a natura insitum : libero arbitrio et libertate decorati sumus. Publicanus es? Potes fieri evangelista. Blasphemus es? Potes apostolus esse. Latro es? Potes deprædari paradisum. Magus es? Potes adorare Dominum. Non est vitium ullum, quod non pœnitentia solvatur. Idcirco Christus nequitiæ culmina delegit, ut in fine nullum subterfugium relinquat.

Publicanus quis.

Matth. 9. 9.

Liberum arbitrium.

Pœnitentia omnia vitia solvit.

fœditas, et cœnum gravius olens : nam dum in hoc morbo versantur, magnum inde se voluptatis fructum reportare putant : quod non ad rei naturam, sed ad ægrotantem animum referendum est, eaque ex parte illis ratione destitutis sunt deteriores. Quemadmodum igitur in cœno ac stercore, non cœnum ac stercus in causa est, sed rationis penuria immergentium sese animantium : sic etiam de homine ratiocinare.

7. Ecqua ratione medebimur hunc in modum affectis? Si voluerint nobis patefacere aures, animumque pandere, et amplecti quæ dicuntur. Nam animantes quidem rationis expertes ab impura volutatione transferre et abducere non possumus : rationis enim expertes sunt; at vero mansuetissimum hoc genus, intelligentia et ratione cohonestatum, humanam, inquam, naturam, si velit, facile est valdeque expeditum, cœno et graveolentia, stercore et fœditate illa liberare. Quare enim, o homo, divitiæ tibi magnopere expetendæ videntur? Propter voluptatem omnino quæ e mensis hauritur? propter honorem et comitatum eorum, qui divitiarum causa te colunt? propter potestatem ulciscendi qui te offenderint, et ut omnibus sis terrori? Neque enim alias causas afferre poteris, quam voluptatem, adulationem, terrorem et ultionem : nam neque sapientiorem, neque temperantiorem, neque mitiorem, neque prudentiorem omnino divitiæ efficere solent; non benignum, non humanum, non iræ potentem, non ventri imperantem, non voluptatibus superiorem; non moderationem docent, non humilitatem, non aliquam aliam virtutis partem in animum inducunt et inserunt. Neque dicere poteris, ob quidnam ex istis earum adeo studiosus sis et cupidus. Nam non modo non norunt plantare aut serere quidquam bonorum, sed etiamsi recondita inveniant, vastant, impediunt, et ut emarcescant efficiunt : quædam enim evellunt, iisque contraria inducunt, luxum immoderatum, furorem intempestivum, iram injustam, arrogantiam, superbiam, amentiam. Verum de his non dicam : qui enim hoc morbo correpti sunt, non sustinerent audire de virtute et vitio, si accusarentur simul et convincerentur, cum in voluptate toti sint, ideoque ejus facti servi. Age igitur missa interim de his

An expetendæ sint divitiæ ob voluptates.

disputatione, quæ reliqua sunt in medium adferamus, ac videamus, num quam divitiæ voluptatem habeant, num quem honorem; omnia enim contraria video. Ac si vultis, primum in mensas divitum et pauperum inquiramus, rogemusque vescentes quinam maxime pura et liquida perfruantur voluptate? qui ad dimensum diem super toros accumbunt, cœnas cum prandiis copulant, ventrem disrumpunt, sensus depravant, immodico eduliorum onere navigium demergunt, sentinam inexhaustam et exundantem reddunt, et tanquam in corporis naufragio navem undis obruunt, pedicas, manicas, et linguæ vincula nectunt, totumque corpus suum vinciunt vinculo ebrietatis et luxus graviore quam ferrea catena, ac nec sincerum et purum capiunt somnum, neque ab horribilibus insomniis liberi sunt, furentibusque miseriores, voluntarium quemdam dæmonem in animum inducunt, risui spectantium famulorum expositi, imo vero etiam luctui et lacrymis meliorum inter eos; neminem noverunt eorum, qui adsunt, neque dicere quid, neque audire possunt, sed inter gestantium manus a toris ad lectulum feruntur? an vero sobrii, vigilantes, quique modum necessitate definiunt, secundis ventis navigant, ac pro maximo oblectamento tam in cibis quam in potu famem et sitim habent? Nihil enim ita et ad voluptatem et ad sanitatem facit, ut esurientem ac sitientem, ita demum quæ apponuntur capessere, et solam necessitatem pro satietate ducere, neque ejus limites transilire, neque corpori majus quam ferre possit, onus imponere.

Utræ jucundiores mensæ, divitum an pauperum.

8. Quod si orationi meæ non habes fidem, consule utrorumque corpora, et singulorum animam. Nonne ita moderate viventium (ne enim mihi quod raro contingit, dicas, et si qui ex alia quadam circumstantia ægri sunt, sed ex iis, quæ semper et continenter eveniunt, fer sententiam), nonne, inquam, moderate vescentium corpora bene firma sunt, ac sensus integri, quique magna cum facilitate vicem suam impleant? illorum vero nimio humore vitiata omni cera molliora, et agmine morborum obsessa? Nam et podagræ celeriter invadunt, et tremor importunus, et senectus immatura, et capitis dolores, distensiones et stomachorum depravationes, appetitus amissio; perpetuis indigent medicis, continuis medicamentis et curatione quotidiana. Hæccine voluptuosa sunt? dic mihi. Ecquis sciens quid tandem sit voluptas, dicet esse? Voluptas enim percipitur, cum præeunte cupiditate fru-

453 A τούντων καὶ πενομένων ἐξετάζωμεν, καὶ ἐρώμεθα τοὺς ἑστιωμένους, τίνες μάλιστά εἰσιν οἱ καθαρὰν καὶ γνησίαν καρπούμενοι ἡδονήν; οἱ πρὸς διαμεμετρημένην τὴν ἡμέραν ἐπὶ τῶν στιβάδων κατακείμενοι, καὶ τὰ δεῖπνα τοῖς ἀρίστοις συνάπτοντες, καὶ τὴν γαστέρα διαῤῥηγνύντες, καὶ τὰς αἰσθήσεις πηροῦντες, καὶ τῷ ὑπερόγκῳ τῶν ἐδεσμάτων φορτίῳ τὸ πλοῖον καταποντίζοντες, καὶ ὑπέραντλον ποιοῦντες τὴν ναῦν, καὶ καθάπερ ἐν ναυαγίῳ τῷ τοῦ σώματος κατακλύζοντες αὐτὴν, καὶ πέδας, καὶ χειροπέδας, καὶ γλωσσοπέδας ἐπινοοῦντες, καὶ ἅπαν αὐτῶν καταδεσμοῦντες τὸ σῶμα ἁλύσεως σιδηρᾶς χαλεπωτέρῳ δεσμῷ τῷ τῆς μέθης καὶ τῆς τρυφῆς, καὶ μήτε ὕπνον αἰ-

B ρούμενοι γνήσιον εἰλικρινῆ, μήτε ὀνειράτων ἀπηλλαγμένοι φοβερῶν, τῶν τε μαινομένων ὄντες ἀθλιώτεροι, καὶ αὐθαίρετόν τινα δαίμονα ἐπεισάγοντες τῇ ψυχῇ, καὶ γέλως προκείμενοι τῷ θεάτρῳ τῶν οἰκετῶν, μᾶλλον δὲ καὶ τραγῳδία καὶ δακρύων ὑπόθεσις τοῖς ἐπιεικεστέροις αὐτῶν, καὶ μηδένα εἰδότες τῶν παρόντων, μήτε εἰπεῖν τι καὶ ἀκοῦσαι δυνάμενοι, ἀλλὰ φοράδην ἀπὸ τῶν στιβάδων ἐπὶ τὴν κλίνην ἀγόμενοι; ἢ οἱ νήφοντες καὶ οἱ ἐγρηγορότες, καὶ τῇ χρείᾳ τὸ μέτρον ὁρίζοντες, καὶ ἐξ οὐρίας πλέοντες, καὶ μέγιστον ἥδυσμα τὸ πεινῆν καὶ διψῆν ἔχοντες ἐπί τε τῶν σιτίων, ἐπί τε τῶν ποτῶν; Οὐδὲν γὰρ οὕτω καὶ ἡδονὴν

C καὶ ὑγίειαν ἐργάζεται, ὡς τὸ πεινῶντα καὶ διψῶντα οὕτω τῶν προκειμένων ἅπτεσθαι, καὶ κόρον εἰδέναι τὴν χρείαν μόνην, καὶ μὴ ὑπερβαίνειν ταύτης τὰ σκάμματα, μηδὲ μεῖζον τῆς δυναμέως ἐπιτιθέναι τὸ ἄχθος τῷ σώματι.

Εἰ δὲ ἀπιστεῖς μου τῷ λόγῳ, κατάμαθε τὰ ἑκατέρων σώματα, καὶ τὴν ἑκάστου ψυχήν. Οὐχὶ τὰ μὲν τῶν οὕτω διαιτωμένων συμμέτρως (μὴ γάρ μοι τὸ σπανιάκις συμβαῖνον εἴπῃς, καὶ εἴ τινες ἀσθενεῖς εἶεν ἐκ περιστάσεως ἑτέρας τινὸς, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἀεὶ καὶ συνεχῶς συμβαινόντων τὰς ψήφους λάμβανε), οὐχὶ τῶν μὲν συμμέτρως ἑστιωμένων εὔρωστα τὰ σώματα,

D καὶ τετρανωμέναι αἱ αἰσθήσεις, τὴν οἰκείαν χρείαν πληροῦσαι μετὰ πολλῆς τῆς εὐκολίας; ἐκείνων δὲ πλαδαρὰ καὶ παντὸς κηροῦ μαλακώτερα, καὶ ἑσμῷ νοσημάτων πολιορκούμενα; Καὶ γὰρ καὶ ποδάγραι ταχέως αὐτοῖς ἐφίπτανται, καὶ τρόμος ἄκαιρος, καὶ γῆρας ἄωρον, καὶ κεφαλαλγίαι, καὶ διατάσεις, καὶ στομάχων πηρώσεις, καὶ ὀρέξεως ἀναίρεσις, καὶ διηνεκῶν δέονται ἰατρῶν, καὶ συνεχῶν τῶν φαρμάκων, καὶ καθημερινῆς τῆς θεραπείας. Ταῦτα οὖν ἡδονῆς; εἰπέ μοι. Καὶ τίς ἂν εἴποι τῶν εἰδότων ὅ τι ποτέ ἐστιν ἡδονή; Ἡδονὴ γὰρ γίνεται τότε, ὅταν ἐπιθυμίας

ἡγουμένης ἀπόλαυσις [a]ἕπηται· ἂν δὲ ἀπόλαυσις μὲν ᾖ, ἐπιθυμία δὲ μηδαμοῦ φαίνηται, τὰ τῆς ἡδονῆς οἴχεται καὶ ἠφάνισται. Διά τοι τοῦτο καὶ οἱ νοσοῦντες καίτοι σιτίων περισπουδάστων αὐτοῖς προκειμένων, ναυτιῶντες, καὶ ἐνοχλεῖσθαι δοκοῦντες, οὕτως αὐτῶν ἀπογεύονται· ἐπειδὴ ἐπιθυμία οὐκ ἔστιν, ἡ τὴν ἀπόλαυσιν ἡδίστην ποιοῦσα. Οὔτε γὰρ ἡ τῶν σιτίων φύσις, οὔτε ἡ τῶν ποτῶν, ἀλλ' ἡ τῶν ἑστιωμένων ὄρεξις τὴν ἐπιθυμίαν τίκτειν εἴωθε, καὶ τὴν ἡδονὴν ἐργάζεσθαι πέφυκε. Διὰ τοῦτο καί τις σοφὸς ἀνὴρ, τὰ περὶ τῆς ἡδονῆς ἀκριβῶς εἰδὼς, καὶ φιλοσοφεῖν [b]περὶ τούτων ἐπιστάμενος, ἔλεγε· Ψυχὴ ἐμπεπλησμένη κηρίοις ἐμπαίζει· δεικνὺς ὅτι οὐκ ἐν τῇ φύσει τῆς τραπέζης, ἀλλ' ἐν τῇ διαθέσει τῶν ἑστιωμένων τὰ τῆς ἡδονῆς ἕστηκε. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ προφήτης τὰ ἐν Αἰγύπτῳ θαύματα καὶ τὰ ἐν τῇ ἐρήμῳ καταλέγων, μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τοῦτο εἴρηκεν, ὅτι Ἐκ πέτρας μέλι ἐχόρτασεν αὐτούς. Καίτοι γε οὐδαμοῦ μέλι φαίνεται πέτρα αὐτοῖς ἀναβλύσασα· τί οὖν ἐστι τὸ εἰρημένον; Ἐπειδὴ πολλῷ κατειργασμένοι τῷ καμάτῳ καὶ τῇ ὁδοιπορίᾳ, καὶ σφοδρῷ κατεχόμενοι τῷ δίψει ψυχροῖς τοῖς νάμασι προσέπιπτον, ἀντὶ ἡδύσματος μεγάλου τὸ διψῆν ἔχοντες, τὴν ἡδονὴν τῶν ναμάτων ἐκείνων παραστῆσαι βουλόμενος, μέλι τὸ ὕδωρ ἐκάλεσεν, οὐχ ὡς τῆς φύσεως εἰς μέλι μεταβληθείσης, ἀλλ' ὡς τῆς ἡδονῆς τοῦ ὕδατος ἁμιλλωμένης ἐκείνῃ τῇ γλυκύτητι, διὰ τὸ διψῶντας τότε προσπεσεῖν τοὺς ἀπολελαυκότας αὐτοῦ. Ὅταν τοίνυν ταῦτα τοῦτον ἔχῃ τὸν τρόπον, καὶ μηδεὶς ἀντιλέγειν δύνηται, κἂν σφόδρα ἀναίσθητος ᾖ· οὐκ εὔδηλον ὅτι παρὰ ταῖς τῶν πενήτων τραπέζαις ἡ καθαρὰ καὶ εἰλικρινὴς καὶ σφοδρὰ ἡδονή; ἐν δὲ ταῖς τῶν πλουσίων ἀηδία, καὶ βδελυγμία, καὶ μολυσμός; καὶ καθὼς εἶπεν ὁ σοφὸς ἐκεῖνος ἀνὴρ, Καὶ τὰ ἡδέα παρενοχλεῖν δοκεῖ.

Ἀλλὰ τιμᾶσθαι παρασκευάζει τοὺς ἔχοντας ὁ πλοῦτος, φησὶ, καὶ ἐχθροὺς ἀμύνασθαι μετ' εὐκολίας. Διὰ τοῦτο οὖν, εἰπέ μοι, ποθεινὸς ὑμῖν καὶ περιμάχητος εἶναι δοκεῖ, ὅτι τὰ χαλεπώτατα ἐν ἡμῖν τρέφει πάθη, ὀργήν τε εἰς ἔργον ἐξάγων, καὶ τῆς δοξομανίας τοὺς πομφόλυγας εἰς μείζονα ὄγκον ἐπαίρων, καὶ πρὸς ἀπόνοιαν ἀλείφων τε καὶ διεγείρων; Διὰ ταῦτα μὲν οὖν μάλιστα ἀμεταστρεπτὶ φεύγειν αὐτὸν χρὴ, ὅτι θηρία τινὰ ἄγρια καὶ χαλεπὰ εἰς τὴν διάνοιαν εἰσοικίζει τὴν ἡμετέραν, τῆς μὲν ὄντως τιμῆς τῆς παρὰ πάντων ἀποστερῶν, τὴν δὲ ἐναντίαν ἐκείνης, τοῖς ἐκείνης χρώμασιν ἀναχρωννὺς, καὶ οὕτω προσάγων τοῖς ἠπατημένοις, καὶ πείθων ταύτην ἐκείνην εἶναι νομίζειν, οὐκ οὖσαν τῇ φύσει, ἀλλὰ τῇ ὄψει δοκοῦσαν εἶναι. Καθάπερ γὰρ τὰ κάλλη τῶν ἑταιριζομένων

ctus sequitur : quod si fructus quidem exstet, cupiditas vero nusquam appareat, voluptas evanescit et exstincta est. Quapropter etiam ægri, quamquam suavissimi apponuntur cibi, cum nausea tamen degustant, sibique molestiam exhiberi opinantur : quoniam abest cupiditas, quæ fructum jucundissimum reddit. Neque enim ciborum natura, neque potus, sed vescentium appetitus cupiditatem parere solet, et ut voluptatem afferat a natura comparatus est. Idcirco sapiens quidam vir, qui voluptatem accurate cognitam habuit, atque de his philosophari poterat, dicebat : *Anima saturata favis illudit ;* ut ostenderet non in natura cibi, sed in vescentium affectione voluptatem consistere. Quam ob causam etiam propheta, cum miracula in Ægypto et in solitudine edita recenseret, inter alia hoc quoque dixit : *De petra melle saturavit eos.* Atqui nusquam apparet petram eis mel fudisse : quid ergo est quod dixit ? Quandoquidem multo confecti labore et itinere, vehementique conflictati siti, in frigidas aquas inciderunt, et pro magna oblectatione habuerunt bibere, ut voluptatem aquarum illarum repræsentaret, aquam vocavit mel, non quod ejus natura in mel commutata fuisset, sed quod voluptas aquæ certaret cum illa dulcedine, quia sitibundi in eam incidissent qui biberunt. Quæ cum ita sint, nemoque contradicere possit, etiamsi valde sit stupidus : annon clarum est, puram, liquidam et genuinam voluptatem esse in mensis pauperum ? in mensis autem divitum, molestiam, fastidium, spurcitiem ? atque ut sapiens ille vir dixit, *Etiam dulcia molestiam præbere videntur.*

Prov. 27. 7. — Psal. 80. 17. — Prov. 27. 7.

9. At divitiæ, dicet quispiam, faciunt ut possessores earum honorentur, atque inimicos ulcisci facile possint. Proptereane igitur, dic mihi, expetendæ et omnibus opibus ac viribus comparandæ vobis videntur divitiæ, quod gravissimas nutriant in nobis ægritudines, dum iram ad effectum perducunt, insanum gloriæ amorem quasi quasdam bullas in majorem tumorem efferunt, ad superbiam excitant et exstimulant ? Has ergo maxime ob causas eæ non retroversa facie fugiendæ sunt, quod feroces quasdam ac sævas bestias in animum nostrum introducunt, ac vera quidem, et quæ apud universos conciliari solet, gloria nos fraudant, eique contrariam coloribus illius fucatam deceptis offerunt, ac suadent ut hanc

Num concilient honorem divitiæ et ad ultionem juvent.

[a] [Montf. ἕπεται. Savil. ἕπηται. Cod. C. ᾖ.] ἐπεστ.

[b] Sic tres Mss. Savil. autem et Morel. φιλοσοφεῖν ταῦτα

illam esse existimemus, cum ex natura sua non sit, sed specie tenus esse videatur. Ut enim pulchritudo meretricum fucis et pigmentis comparata, pulchritudine destituta, turpem ac deformem faciem pulchram et formosam esse facit illis, qui ea decipiuntur, cum pulchra non sit : ita etiam divitiæ faciunt, cum adulationem volunt honorem videri. Ne enim apertas et ex metu blanditiisque profectas laudes intuearis : hæ enim sunt colores et pigmenta; sed eorum, qui ita tibi adulantur, uniuscujusque conscientiam aperi, et videbis intus infinitos accusatores, qui contra te vociferentur, teque magis aversentur et oderint, quam inimicissimi et infestissimi quique. Ac si quando indutam isto metu larvam superveniens mutatio rerum sustulerit ac detexerit quemadmodum vultus illos sol missis radiis calidioribus, tum sic clare videbis te omni superiori tempore in maximo fuisse contemtu apud eos qui te colebant, tibique visum esse honore affici ab iis qui te maxime oderant, infinitisque apud animum conviciis proscindebant, et in extremis calamitatibus videre cupiebant. Honorem enim nihil ita conciliare solet, ut virtus, honorem non coactum, honorem non fictum, neque larva aliqua fallaciæ tectum, sed verum et genuinum, quique nulla temporum difficultate refutetur.

Honorem sola virtus conciliat.

10. At ulcisci vis eos qui te offenderunt? Hanc ipsam ob causam maxime, quemadmodum ante dixi, fugiendæ sunt divitiæ. Efficiunt enim, ut ensem in teipsum adigas, et graviores in futuro rationes tibi reddunt, et intolerabiles pœnas parant. Tantum namque malum est ultio, ut etiam Dei benignitatem revocaverit, et jam datam infinitorum peccatorum veniam fecerit irritam. Nam qui decies mille talentorum condonationem adeptus, solaque obtestatione tantam gratiam consequutus fuerat, cum centum denarios exigeret a conservo, hoc est, cum delictorum adversus se admissorum pœnas reposceret, sævitia erga conservum suum seipsum damnavit; neque vero ullam aliam nisi hanc ob rem tortoribus traditus, et cruciatus, et decies mille talenta reddere jussus est : nullum veniæ aut excusationis locum invenit, sed acerbissimum supplicium perpessus est, jussus totum solvere debitum, quod præveniens Dei benignitas condonaverat. Proptereane igitur divitiarum adeo cupidus es, quod te facile ad ejusmodi peccatum perducunt? Atqui ob id eæ tamquam inimi-

An efficiant divitiæ ut hostes ulciscamur.

Matth. 18.

γυναικῶν ἐπιτρίμμασι καὶ ὑπογραφαῖς συγκείμενα, κάλλους μὲν ἀπεστέρηται, τὴν δὲ αἰσχρὰν ὄψιν καὶ δυσειδῆ καλήν τε καὶ εὐειδῆ εἶναι ποιεῖ παρὰ τοῖς ὑπ' αὐτῆς ἠπατημένοις, οὐκ οὖσαν καλήν· οὕτω δὴ καὶ ὁ πλοῦτος τὴν κολακείαν βιαζόμενος τιμὴν δεικνύναι ποιεῖ. Μὴ γάρ μοι τὰς ἐν τῷ φανερῷ διὰ φόβον καὶ θωπείαν γινομένας εὐφημίας ἴδῃς· αὗται γάρ εἰσι τὰ χρώματα, καὶ αἱ [a] ὑπογραφαί· ἀλλὰ τὸ ἑκάστου συν- E ειδὸς τῶν τὰ τοιαῦτά σε κολακευόντων ἀνάπτυξον, καὶ ὄψει μυρίους ἔνδον καταβοῶντάς σου κατηγόρους, καὶ τῶν μάλιστα ἐχθρῶν καὶ πολεμίων μᾶλλον ἀποστρεφομένους καὶ μισοῦντας. Καὶ εἴ ποτε τὸ ἐκ τοῦ φόβου τούτου συγκείμενον προσωπεῖον μεταβολὴ πραγμάτων ἐπελθοῦσα ἀφανίσειέ τε καὶ διελέγξειε, καθάπερ τὰς ὄψεις ἐκείνας ἥλιος θερμοτέραν ἀκτῖνα ἀφεὶς, τότε ὄψει καλῶς ὅτι παρὰ πάντα τὸν ἔμπροσθεν χρόνον ἐν ἐσχάτῃ μὲν ἦς ἀτιμίᾳ παρὰ τοῖς θεραπεύουσι, τιμῆς δὲ ἐνόμιζες ἀπολαύειν ὑπὸ τῶν μάλιστα μισούντων σε, 455 καὶ μυρίαις σε κατὰ διάνοιαν πλυνόντων λοιδορίαις, A καὶ ἐν ἐσχάταις σε συμφοραῖς ἐπιθυμούντων ἰδεῖν. Τιμὴν γὰρ οὐδὲν οὕτως εἴωθε ποιεῖν, ὡς ἀρετὴ, τιμὴν οὐ κατηναγκασμένην, τιμὴν οὐ πεπλασμένην, οὐδὲ προσωπείῳ τινὶ φενακισμοῦ κεκρυμμένην, ἀλλὰ ἀληθῆ καὶ γνησίαν, καὶ οὐδεμιᾷ καιρῶν δυσκολίᾳ ἐλεγχομένην.

Ἀλλ' ἀμύνασθαι βούλει τοὺς λελυπηκότας; Καὶ δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο μάλιστα, καθάπερ ἔφθην εἰπὼν, φευκτὸς ὁ πλοῦτος. Κατὰ γὰρ σαυτοῦ τὸ ξίφος ὠθεῖν σε παρασκευάζει, καὶ βαρυτέρας τὰς ἐν τῷ μέλλοντί σοι καθίστησιν εὐθύνας, καὶ ἀφορήτους ποιεῖ τὰς τιμωρίας. Τοσοῦτον γὰρ κακὸν τὸ ἀμύνασθαι, ὅτι B καὶ Θεοῦ φιλανθρωπίαν ἀνεκαλέσατο, καὶ δοθεῖσαν ἤδη ἁμαρτημάτων ἀπείρων συγχώρησιν ἠκύρωσεν. Ὁ γὰρ μυρίων λαβὼν ταλάντων τὴν ἄφεσιν, καὶ ἀπὸ ψιλῆς παρακλήσεως τοσαύτης ἀπολαύσας δωρεᾶς, ἐπειδὴ ἑκατὸν δηναρίων ἀπαίτησιν ἐποιεῖτο παρὰ τοῦ συνδούλου, τουτ' ἔστιν, ἐπειδὴ τῶν εἰς αὐτὸν πλημμελημάτων ἀπῄτει δίκας, ἐν τῇ περὶ τὸν ὁμόδουλον σφοδρότητι καθ' ἑαυτοῦ τὴν καταδίκην ἐξήνεγκε· καὶ δι' ἕτερον μὲν οὐδὲν, διὰ τοῦτο δὲ μόνον καὶ τοῖς βασανισταῖς παρεδίδοτο, καὶ ἐστρεβλοῦτο, καὶ τὰ μύρια τάλαντα ἀπαιτεῖσθαι ἐκελεύετο· καὶ συγγνώμης οὐδεμιᾶς, οὐδὲ ἀπολογίας ἀπήλαυεν, ἀλλὰ τὰ ἀνή- C κεστα ἔπασχε, κελευσθεὶς ἅπαν καταθεῖναι τὸ χρέος, ὃ προλαβοῦσα ἡ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπία συνεχώρησε. Διὰ τοῦτο οὖν, εἰπέ μοι, ὁ πλοῦτός σοι περισπούδαστος, ὅτι σε εἰς τοιαύτην ἁμαρτίαν μετ' εὐκολίας ἐξάγει; Καὶ μὴν διὰ τοῦτο αὐτὸν ὡς ἐχθρὸν καὶ πολέ-

[a] Morel. et duo Mss. ὑπογραφαί, Savil. et unus ἐπιγραφαί.

μιον καὶ μυρίων γέμοντα φόνων ἀποστρέφεσθαι δεῖ.
Ἀλλ' ἡ πενία, φησὶ, παρασκευάζει δυσχεραίνειν, καὶ
πολλάκις καὶ βλάσφημα ῥήματα ἐκβάλλειν, καὶ ἀνε-
λεύθερα πράγματα ὑπομένειν. Οὐχ ἡ πενία, ἀλλ' ἡ
μικροψυχία· ἐπεὶ καὶ ὁ Λάζαρος πένης ἦν, καὶ σφό-
δρα γε πένης· καὶ τῇ πενίᾳ προσῆν καὶ ἀῤῥωστία
πενίας ἁπάσης πικροτέρα, ἡ καὶ τὴν πενίαν ταύτην
χαλεπωτέραν ποιοῦσα· καὶ τῇ ἀῤῥωστίᾳ ἐρημία τῶν D
προστησομένων, καὶ ἀπορία τῶν θεραπευόντων, ἥτις
καὶ τὴν πενίαν καὶ τὴν ἀῤῥωστίαν πικροτέραν εἰργά-
ζετο. Τούτων γὰρ ἕκαστον καὶ καθ' ἑαυτὸ μὲν ὀδυ-
νηρὸν, ὅταν δὲ μηδὲ οἱ θεραπεύοντες ὦσι, μεῖζον γί-
νεται τὸ δεινὸν, χαλεπωτέρα ἡ φλὸξ, πικροτέρα ἡ
ὀδύνη, ἀγριώτερος ὁ χειμὼν, σφοδρότερον τὸ κλυδώ-
νιον, φλογωδεστέρα ἡ κάμινος. Εἰ δέ τις ἀκριβῶς ἐξε-
τάσειε, καὶ ἕτερον τούτοις τέταρτον προσῆν, ἡ τοῦ
πλουτοῦντος ἐκ γειτόνων οἰκοῦντος ἄδεια καὶ τρυφή.
Εἰ δὲ βούλει τι καὶ πέμπτον ἄλλο εὑρεῖν, ὑπέκ- E
καυμα τῆς φλογὸς, καὶ τοῦτο ὄψει σαφῶς αὐτῷ πε-
ρικείμενον. Οὐ γὰρ δὴ μόνον ἐτρύφα ὁ πλούσιος
ἐκεῖνος, ἀλλὰ καὶ δεύτερον καὶ τρίτον, μᾶλλον δὲ
καὶ πλεονάκις τῆς ἡμέρας αὐτὸν ὁρῶν· παρὰ γὰρ τὴν
εἴσοδον ἔῤῥιπτο, [a] θέατρον χαλεπὸν ἐλεεινῆς τραγῳ-
δίας ὢν, καὶ τῇ ὄψει μόνον καὶ λιθίνην ἱκανὸς κατα-
μαλάξαι ψυχήν· καὶ ὅμως οὐδὲ τοῦτο ἐπεσπάσατο
τὸν ἀπάνθρωπον ἐκεῖνον εἰς τὴν τῆς πενίας ἐκείνης
ἀντίληψιν· ἀλλ' ὁ μὲν συβαριτικὴν παρετίθετο τρά-
πεζαν, καὶ κρατῆρας εἶχεν ἐστεμμένους, καὶ ἄκρα-
τον ἁπλῶς ἐκχεόμενον, καὶ στρατόπεδα μαγείρων 456
λαμπρὰ, καὶ παρασίτους καὶ κόλακας ἅμα πρωῒ, A
καὶ χοροὺς ᾀδόντων, οἰνοχοούντων, γελωτοποιούντων·
καὶ πᾶν εἶδος ἐπινοῶν ἀσωτίας, καὶ μεθύων καὶ κραι-
παλῶν, καὶ στολῇ καὶ τραπέζῃ, καὶ ἑτέροις πλείοσι
τρυφῶν ἅπαντα διετέλει τὸν χρόνον. Τοῦτον δὲ λιμῷ
χαλεπῷ καὶ ἀῤῥωστίᾳ πικροτάτῃ, καὶ πολιορκίᾳ
τοσούτων ἑλκῶν, καὶ ἐρημίᾳ, καὶ τοῖς ἐκ τούτων κα-
κοῖς ὁρῶν καθ' ἑκάστην κατατεινόμενον τὴν ἡμέραν,
οὐδὲ εἰς νοῦν ποτε ἐβάλλετο· ἀλλ' οἱ μὲν παράσιτοι,
καὶ οἱ κόλακες καὶ ὑπὲρ τὴν χρείαν διεῤῥήγνυντο·
ὁ δὲ πένης, καὶ οὕτω πένης, καὶ ἐν τοσούτοις κεί-
μενος τοῖς κακοῖς, οὐδὲ ψιχίων ἐκ τῆς τραπέζης ἀπή-
λαυεν ἐκείνης, καὶ ταῦτα σφόδρα ἐπιθυμῶν· καὶ B
ὅμως οὐδὲν αὐτὸν τούτων παρέβλαψεν, [a] οὐ ῥῆμα πι-
κρὸν ἐξέβαλεν, οὐ βλάσφημον ἐφθέγξατο λόγον· ἀλλ'
ὥσπερ χρυσίον τῇ σφοδροτέρᾳ πυρώσει μειζόνως
καθαιρόμενον λαμπρύνεται, οὕτω δὴ καὶ ἐκεῖνος ὑπὸ
τῶν παθημάτων τούτων ἐνοχλούμενος, πάντων ὑψη-
λότερος ἦν καὶ τῶν παθῶν, καὶ αὐτῶν τῶν ἐντεῦθεν
πολλοῖς τικτομένων θορύβων. Εἰ γὰρ ἁπλῶς πένητες

cæ et hostes, atque infinitis refertæ cædibus,
aversandæ sunt. At paupertas, inquit, molestias
creat, ac sæpe etiam facit, ut maledica in Deum
verba effutias, ac illiberalia negotia suscipias.
Non paupertas, sed pusillanimitas : nam et La- *Luc.* 16.20.
zarus pauper erat, et admodum quidem pauper; Exemplo
paupertati accedebat adversa valetudo omni Lazari rem illustrat.
paupertate acerbior, quæ paupertatem quoque
reddebat graviorem; adversæ valetudini solitu-
do et penuria eorum, qui ministrarent, quæ
cum paupertatem, tum adversam valetudinem
faciebat acerbiorem. Horum namque singula
per se quoque molesta sunt; cum vero neque
qui ministrent, adsunt, major fit calamitas,
sævior flamma, dolor acerbior, tempestas atro-
cior, fluctus vehementiores, caminus ardentior.
Quod si quis accurate circumspiciat, aliud etiam
his quartum accedebat, nempe divitis in vicinia
habitantis licentia et luxus. Sin aliud etiam
quintum vis invenire, flammæ illius fomitem, id
quoque in eo perspicue videbis. Non enim dum-
taxat genio indulgebat dives ille, verum etiam
etsi iterum, tertium, imo vero sæpius in die
eum videbat : juxta ingressum namque jacebat,
spectaculum dirum miserabilis tragœdiæ, et qui
aspectu solo vel lapideum pectus poterat emol-
lire : tamen neque hoc inhumanum illum ad
eam paupertatem levandam permovit : sed ille
sybariticam apponebat mensam, crateras habe-
bat plenas, merum large diffundendum, nitidos
coquorum exercitus, parasitos et adulatores pri-
ma luce, et choros canentium, vina infunden-
tium, risus moventium : omne genus helluatio-
nis excogitabat, inebriabatur, ingurgitabatur, in
luxu vestium, mensæ aliarumque plurium rerum
perpetuo vivebat. Istum vero, quem gravi fame,
morbo acerbissimo, obsidione tot ulcerum, so-
litudine, et malis inde consequentibus in dies
singulos premi videbat, ne in animum quidem
aliquando admisit : parasiti et adulatores nimiis
epulis pene disrumpebantur; at iste pauper, et
adeo pauper, tot malis cinctus, nec micas ex illa
mensa obtinuit, etsi valde cupidus : neque horum
quidpiam eum læsit, non verbum protulit aspe-
rum, non vocem edidit blasphemam : sed ut aurum
vehementiore incendio magis purgatum splen-
descit, sic etiam ille afflictionibus istis vexatus,
omnibus fuit superior tam plagis, quam, quæ
multis nascuntur inde, perturbationibus. Si

[a] Unus Reg. θέατρον χαλεπῆς θεωρίας ὤν, duo alii θέατρον καὶ λύπη θεωρίας ὤν.

[a] Duo Mss. οὐ ῥῆμά τι οὐ μικρὸν οὐ μέγα ἐξέβ.

enim omnino pauperes, cum divites vident, tabescunt invidia, et æmulatione conficiuntur, ac vitam sibi non esse vitalem existimant, idque cum necessarius eis victus suppetit, necnon qui ministrent : iste pauper, et quidem pauper ut nullus alius, nec pauper modo, verum etiam æger, quique non habebat qui adstaret aut solatium daret, sed in media urbe velut in extrema jacebat solitudine, fame tabescebat acerbissima, illi omnia tamquam ex fontibus affluere videbat, omni humano solatio destitutus, canum linguis ceu perpetua quædam mensa propositus (ita enim omnia ejus membra luxata ac dissoluta erant, ut nec illos arcere posset), quam iniquo animo fuisset, nisi valde generosus ac sapiens exstitisset? Cernis, qui se non lædat, etsi ab omnibus lædatur, nihil mali perpeti? repetam enim eamdem orationem.

11. Quid namque adversa valetudo? quid solitudo eorum qui adstarent? quid accessus canum? quid mala divitis vicinitas? quid magnus luxus, superbia et arrogantia illius athletæ huic nocuerunt? num eum ad sustinenda pro virtute certamina reddiderunt molliorem? quid vero constantiam ejus læsit? Nihil usquam, sed eum etiam magis corroboravit, et infinitarum ei materia coronarum, accessio præmiorum, incrementum mercedis, seges majoris remunerationis exstitit illa malorum multitudo, divitisque crudelitas. Neque enim ob paupertatem coronatus est tantum, neque ob famem, neque ob ulcera, neque ob linguas canum, sed quod talem vicinum cum haberet, a quo in dies aspiceretur et despiceretur perpetuo, eam tentationem generoso tulerit animo, magnaque constantia, quæ quidem tentatio et paupertati et adversæ valetudini, et solitudini non exiguam, sed acerrimam flammam addebat. Quid vero beatus Paulus, dic mihi? nihil enim prohibet iterum meminisse viri. Annon infinitos tentationum tamquam nivium imbres sustinuit? Quid ergo inde damni accepit? Annon propterea majoribus donatus est coronis, quod esuriisset, quod algore ac nuditate confectus, quod verberibus sæpenumero concisus, quod lapidibus appetitus, quod in mare demersus fuisset? At ille Paulus erat, inquit, et vocatus a Christo. Atqui Judas quoque unus erat ex duodecim, vocatus etiam a Christo; verum neque quod esset ex duodecim, neque vocatio Christi quidpiam ei profuit, quo-

Amplificat eamdem sententiam exemplo Pauli ostendens neminem ab afflictionibus lædi.

πλουσίους ὁρῶντες τήκονται τῷ φθόνῳ, καὶ κατατείνονται τῇ βασκανίᾳ, καὶ τὸν βίον ἀβίωτον νομίζουσιν εἶναι, καὶ ταῦτα τῆς ἀναγκαίας εὐποροῦντες C τροφῆς, καὶ θεραπεύοντας ἔχοντες· ὁ πένης οὗτος ὡς οὐδεὶς ἕτερος πένης ὤν, καὶ οὐχὶ πένης μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀσθενής, καὶ μηδένα ἔχων τὸν προστησόμενον καὶ παρακαλέσοντα, ἀλλ' ἐν μέσῃ τῇ πόλει καθάπερ ἐν ἐσχάτῃ κείμενος ἐρημίᾳ, καὶ λιμῷ τηκόμενος πικροτάτῳ, καὶ πάντα ὁρῶν ἐκείνῳ καθάπερ ἐκ πηγῶν ἐπιῤῥέοντα, καὶ ἀνθρωπίνης μὲν οὐδεμιᾶς ἀπολαύων παραμυθίας, ταῖς δὲ τῶν κυνῶν γλώσσαις προκείμενος τράπεζα διηνεκής (οὕτω γὰρ ἦν τὸ σῶμα παρειμένος καὶ διαλελυμένος, ὡς μηδὲ ἐκείνους ἀποσοβεῖν δύνασθαι), τί οὐκ ἂν ἔπαθεν, εἰ μὴ σφόδρα γενναῖος καὶ φιλόσοφος ἦν; Ὁρᾷς ὅτι ὁ ἑαυτὸν μὴ ἀδικῶν, κἂν D παρὰ πάντων ἀδικῆται, οὐδὲν πάσχει δεινόν; πάλιν γὰρ τὸν αὐτὸν ἀναλήψομαι λόγον.

Τί γὰρ ἡ ἀῤῥωστία; τί δὲ ἡ ἐρημία τῶν προστησομένων; τί δὲ ἡ ἔφοδος τῶν κυνῶν; τί δὲ τὸ γειτόνημα τοῦ πλουσίου τὸ πονηρόν; τί δὲ ἡ πολλὴ χλιδὴ καὶ ὑπερηφανία, καὶ ἡ ἀπόνοια ἐκείνου τὸν ἀθλητὴν τοῦτον παρέβλαψεν; ἢ μαλακώτερον πρὸς τὰ ὑπὲρ τῆς ἀρετῆς ἐποίησε σκάμματα; τί δὲ αὐτοῦ τὴν εὐτονίαν ἐλυμήνατο; Οὐδὲν οὐδαμοῦ, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον αὐτὸν ἐπέῤῥωσε, καὶ μυρίων αὐτῷ στεφάνων ὑπόθεσις γέγονε, καὶ προσθήκη βραβείων, καὶ πλεο- E νασμὸς ἀντιδόσεως, καὶ μειζόνων ἀμοιβῶν ὑπόθεσις, τῶν δεινῶν τὸ πλῆθος ἐκεῖνο, καὶ ἡ τοῦ πλουτοῦντος ὠμότης. Οὐ γὰρ δὴ διὰ τὴν πενίαν ἐστεφανοῦτο μόνον, οὐδὲ διὰ τὸν λιμὸν, οὐδὲ διὰ τὰ ἕλκη, οὐδὲ διὰ τὰς γλώσσας τῶν κυνῶν· ἀλλ' ὅτι τοιοῦτον γείτονα ἔχων, καὶ καθ' ἑκάστην ὁρώμενος ὑπ' αὐτοῦ τὴν ἡμέραν, καὶ ὑπερορώμενος διηνεκῶς, τοῦτον ἤνεγκε γενναίως τὸν πειρασμὸν, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς καρτερίας, καὶ τῇ πενίᾳ καὶ τῇ ἀῤῥωστίᾳ, καὶ τῇ ἐρημίᾳ, οὐ μικρὰν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα εὐτονωτάτην συνεισφέροντα τὴν φλόγα. Τί δὲ ὁ μακάριος Παῦλος, εἰπέ μοι; οὐδὲν 457 γὰρ κωλύει πάλιν ἐπιμνησθῆναι τοῦ ἀνδρός. Οὐχὶ A μυρίας ἐδέξατο πειρασμῶν νιφάδας; Τί οὖν ἐντεῦθεν ἐβλάβη; Οὐκ ἐντεῦθεν μὲν οὖν καὶ μειζόνως ἐστεφανοῦτο, ὅτι ἐλίμωττεν, ὅτι κρυμῷ καὶ γυμνότητι [a] κατετήκετο, ὅτι μάστιξι πολλάκις κατεξαίνετο, ὅτι λίθοις ἐβάλλετο, ὅτι κατεποντίζετο; Ἀλλ' ἐκεῖνος Παῦλος ἦν, φησὶ, καὶ κλητὸς τοῦ Χριστοῦ. Καίτοι καὶ Ἰούδας εἷς τῶν δώδεκα ἦν, καὶ κλητὸς καὶ αὐτὸς τοῦ Χριστοῦ· ἀλλ' οὔτε τὸ εἶναι τῶν δώδεκα, οὔτε ἡ κλῆσις αὐτὸν ὤνησεν, ἐπειδὴ γνώμην οὐκ εἶχε πρὸς ἀρετὴν παρεσκευασμένην. Ἀλλ' ὁ μὲν Παῦλος καὶ λιμῷ παλαίων, καὶ τῆς ἀναγκαίας ἀπορῶν τροφῆς,

[a] Alii κατετείνετο.

καὶ τοσαῦτα καθ' ἑκάστην πάσχων τὴν ἡμέραν, μετὰ πολλῆς τῆς προθυμίας τὴν εἰς οὐρανὸν φέρουσαν ἔτρεχεν ὁδόν· ἐκεῖνος δὲ καὶ πρὸ τούτου κληθεὶς, καὶ τῶν B αὐτῶν ἀπολαύσας ὧνπερ καὶ αὐτὸς, καὶ μυηθεὶς τὴν ἀνωτάτω φιλοσοφίαν, καὶ τραπέζης μετασχὼν ἱερᾶς καὶ τῶν φρικωδεστάτων ἐκείνων δείπνων, καὶ χάριν λαβὼν τοσαύτην ὡς καὶ νεκροὺς ἐγείρειν, καὶ λεπροὺς καθαίρειν, καὶ δαίμονας ἐλαύνειν, καὶ τοὺς περὶ ἀκτημοσύνης πολλάκις ἀκούσας λόγους καὶ αὐτῷ τοσοῦτον χρόνον συγγενόμενος τῷ Χριστῷ, καὶ τῶν πενήτων τὰ χρήματα πιστευθεὶς, ὥστε τοῦ πάθους ἐκεῖθεν ἔχειν παραμυθίαν (καὶ γὰρ κλέπτης ἦν), οὐδὲ οὕτως ἐγένετο βελτίων, καίτοι τοσαύτης συγκαταβάσεως ἀπολαύσας. Ἐπειδὴ γὰρ ᾔδει ὁ Χριστὸς, ὅτι C φιλάργυρος ἦν, καὶ διὰ χρημάτων ἔρωτα ἔμελλεν ἀπόλλυσθαι, οὐ μόνον αὐτὸν οὐκ ἀπῄτησε τούτου δίκας τότε, ἀλλ' ὥστε αὐτοῦ καταλεᾶναι τὸ πάθος, καὶ τὰ χρήματα αὐτῷ τῶν πενήτων ἐπίστευσεν, ἵν' ἔχων ὅθεν κορέσῃ τὴν φιλοχρηματίαν, μὴ καταπέσῃ εἰς τὸ φρικῶδες βάραθρον ἐκεῖνο, ἐλάττονι κακῷ τὸ μεῖζον προαναστέλλων.

Οὕτω πανταχοῦ τὸν μὲν ἑαυτὸν μὴ βουλόμενον ἀδικεῖν οὐδεὶς ἕτερος ἀδικῆσαι δυνήσεται· τὸν δὲ οὐκ ἐθέλοντα νήφειν, καὶ τὰ παρ' ἑαυτοῦ συνεισφέρειν οἴκοθεν, οὐδεὶς οὐδέποτε ὠφελήσει. Διὰ τοῦτό σοι καὶ ἡ θαυμασία τῶν Γραφῶν ἱστορία, καθάπερ ἐν εἰκόνι D τινὶ ὑψηλῇ καὶ μεγάλῃ καὶ πολὺ τὸ εὖρος ἐχούσῃ, τῶν παλαιῶν ἀνεγράψατο τοὺς βίους, ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ μέχρι τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας ἐκτείνασα τὴν διήγησιν· καὶ δείκνυσί σοι καὶ τοὺς [b] ὑποσκελιζομένους, καὶ τοὺς στεφανουμένους, ἵνα σε διὰ πάντων παιδεύσῃ, ὅτι τὸν παρ' ἑαυτοῦ μὴ ἀδικούμενον οὐδεὶς ἕτερος ἀδικῆσαι δυνήσεται, κἂν πᾶσα ἡ οἰκουμένη πρὸς αὐτὸν χαλεπὸν ἀναῤῥιπίζῃ πόλεμον. Οὔτε γὰρ δυσκολία πραγμάτων, οὔτε καιρῶν μεταβολαὶ, οὔτε δυναστευόντων ἐπήρειαι, οὔτε ἐπιβουλῶν νιφάδες, οὔτε συμφορῶν ὄχλος, οὔτε πάντων τῶν ἐν ἀνθρώποις κακῶν συλλεγόμενος ὁ φορυτὸς παρασαλεῦσαί E τι κἂν μικρὸν δυνήσεται τὸν γενναῖον, καὶ νήφοντα, καὶ ἐγρηγορότα· ὥσπερ αὖ τὸν ῥᾴθυμον, καὶ ἀναπεπτωκότα, καὶ οἴκοθεν προδεδομένον, κἂν μυρίαι προσάγωνται θεραπεῖαι, οὐδὲν ἀμείνω ποιοῦσι. Τοῦτο γοῦν καὶ ἡ παραβολὴ ἡ περὶ τῶν ἀνθρώπων ἐκείνων παρεδήλωσεν ἡμῖν, ὧν ὁ μὲν ἐπὶ τῆς πέτρας, ὁ δὲ ἐπὶ τῆς ψάμμου τὴν οἰκίαν ᾠκοδόμησε τὴν ἑαυτοῦ· οὐχ ἵνα ψάμμον καὶ πέτραν νοήσωμεν, οὐδ' ἵνα οἰκο- 458 A δομὴν λίθων, καὶ ὄροφον, οὐδ' ἵνα ποταμοὺς, καὶ ὑετὸν, καὶ πνεύματα ἄγρια προσπίπτοντα ταῖς οἰκο-

[b] Alii ὑποσκελισθέντας, καὶ τοὺς στεφανωθέντας.

niam animum ad virtutem paratum non habebat. Sed Paulus quidem et cum fame luctans, et necessario egens alimento, et tanta in dies singulos perferens, magna cum alacritate viam quæ ad cælum ducit, currebat; at ille et ante hunc vocatus, et iisdem, quibus ipse, bonis potitus, suprema philosophia initiatus, particeps mensæ sacræ ac tremendæ illius cœnæ, tantam gratiam adeptus, ut etiam mortuos excitaret, leprosos mundaret, et dæmonas expelleret, crebris de paupertate sermonibus auditis, tam diu versatus cum Christo, cuique pauperum pecuniæ creditæ fuerant, ut inde ægritudinis solatium caperet (fur enim erat), ne sic quidem factus est melior, quamquam tantam expertus indulgentiam. Cum enim sciret Christus eum avarum esse, et amore pecuniæ periturum, non modo ejus rei tum ab eo pœnas non repoposcit, verum ut ipsius ægritudinem deliniret, et minori malo præcaveret majus, etiam pauperum ei pecunias credidit, ut cum haberet unde pecuniæ cupiditatem satiaret, in horribile illud barathrum non corrueret.

12. Adeo nusquam quisquam lædere poterit eum, qui seipsum lædere nolit; ei vero qui vigilans ac sobrius esse, suamque operam conferre nolit, nemo umquam proderit. Propterea tibi mirabilis quoque Scripturarum historia velut in effigie quadam sublimi magnaque, et in magnam latitudinem extensa, veterum vitas descripsit, narratione ab Adam usque ad Christi adventum producta : ostenditque tibi tam supplantatos, quam coronatos, ut omnium exemplis te doceat, eum qui seipsum non lædat, a nemine alio lædi posse, etiamsi totus orbis grave contra illum concitet bellum. Neque enim difficultas rerum, nec temporum mutationes, nec potentum injuriæ, neque insidiarum tamquam nivium imbres, neque calamitatum multitudo, neque omnium, quibus homines premuntur, malorum collectus acervus, generosum, sobrium ac vigilantem vel parum labefactare poterit : quemadmodum vicissim ignavum, collapsum, et a seipso proditum, etiamsi infinitæ curationes admoveantur, nihilo faciunt meliorem. Hoc siquidem etiam insinuavit nobis illa parabola de hominibus illis, quorum alter super petram, super arenam alter suam domum ædificavit : non ut arenam et petram intelligamus, nec structuram lapidum, et tectum, neque ut flumina, et

Cur cæterorum lapsus exprimat Scriptura.

Parabola ædificantium explicatur.

Matth. 7. 24 sqq.

pluviam, et sævos spiritus in ædificia irruentes; sed ut virtutem et vitium ex his colligamus, atque etiam hinc perspiciamus, eum qui se ipse non lædat a nemine lædi. Ergo nec pluviæ magna quamquam vi delatæ, neque flumina magno impetu irruentia, neque sævi spiritus vehementi cum insultu adorti, partem ullam domus illius labefactarunt; sed mansit et inexpugnabilis, et immota : ut discas, qui se ipse non prodat, eum nulla tentatione posse labefactari. At illa alterius facile eversa est, non ob tentationum impetum (alioquin alteri quoque idem accidisset), sed ob ipsius vecordiam : non enim quia ventus afflavit, ideo cecidit, sed quod super arenam, hoc est, super ignaviam et nequitiam ædificata fuit, ruinam fecit. Nam prius etiam quam illa tempestas ingrueret, infirma erat et ad casum parata. Hujuscemodi enim ædificia, etiam nemine infestante, dum subtrahitur ac diffluit fundamentum, sua sponte corruunt. At ut araneæ ultro, nemine ipsis infesto, distrahuntur, adamas contra etiam percussus non frangitur : sic etiam qui semetipsi non lædunt, etsi ab infinitis feriantur, fortiores evadunt : qui vero semetipsi produnt, etsi nemo sit infestus, sua sponte devolvuntur, diffluunt ac pereunt. Quemadmodum Judas quoque, non modo nulla infestante hujusmodi tentatione, sed magna etiam curatione adhibita, periit.

13. Vis integrarum gentium exemplis hanc orationem illustrem? Quanta Judæorum gentis fuit providentia? Annon tota quæ videtur creatura ad eorum obsequium fuit comparata? et nova quædam ipsis ac mira vivendi ratio introducta? Neque enim ad forum mittebant, itaque non numerata pecunia venalibus rebus fruebantur : nec sulcos findebant, neque aratrum trahebant, nec terram proscindebant, nec semina jaciebant, neque pluviis indigebant et ventis et anni temporibus, non solis radiis, non cursu lunæ, non aeris natura, non ulla hujusmodi re alia; non aream præparabant, non fruges triturabant, non ventos desiderabant ad secernenda grana a paleis, non molam versabant, non clibanum ædificabant, non ligna et ignem domum inferebant, non panifica egebant arte, non ligonem tractabant, non falcem acuebant, non aliqua alia indigebant arte, textoria, inquam, archite-

δομαῖς, ἀλλ' ἵνα ἀρετὴν καὶ κακίαν ἐκ τούτων ἐκλάβωμεν, καὶ ἴδωμεν κἀντεῦθεν ὅτι τὸν ἑαυτὸν μὴ ἀδικοῦντα οὐδεὶς ἀδικεῖ. Οὐκοῦν οὔτε ὁ ὑετὸς καίτοι ῥαγδαίως φερόμενος, οὔτε οἱ ποταμοὶ πολλῷ ῥοθίῳ προσπίπτοντες, οὔτε τὰ πνεύματα τὰ ἄγρια μετὰ σφοδρᾶς τῆς ῥύμης προσβάλλοντα παρεσάλευσάν τι τὴν οἰκίαν ἐκείνην· ἀλλ' ἔμεινε καὶ ἀχείρωτος, καὶ ἀκίνητος· ἵνα μάθῃς, ὅτι τὸν ἑαυτὸν οὐ προδιδόντα οὐδεὶς πειρασμὸς παρασαλεῦσαι δύναται. Ἡ δὲ τοῦ
B ἑτέρου κατεφέρετο ῥᾳδίως, οὐ διὰ τὴν τῶν πειρασμῶν ἐπιβολὴν ([a] ἢ γὰρ ἂν καὶ ἡ ἑτέρα τὸ αὐτὸ ἔπαθεν), ἀλλὰ διὰ τὴν οἰκείαν ἄνοιαν· οὐ γὰρ ἐπειδὴ ἄνεμος προσέπνευσεν, διὰ τοῦτο ἔπεσεν, ἀλλ' ἐπειδὴ ἐπὶ τῆς ψάμμου ἦν οἰκοδομηθεῖσα, τοῦτ' ἔστιν ἐπὶ ῥαθυμίας καὶ πονηρίας, τοῦτο πέπονθε. Καὶ γὰρ καὶ πρὶν ἢ τὸν χειμῶνα προσβαλεῖν ἐκεῖνον, ἀσθενής τε ἦν καὶ πρὸς τὸ πεσεῖν ἑτοίμη. Αἱ γὰρ τοιαῦται οἰκοδομαὶ, καὶ μηδενὸς ἐνοχλοῦντος, αὐτόματοι καταφέρονται, ὑποσυρομένης αὐταῖς τῆς κρηπῖδος καὶ πάντη διαῤῥεούσης. Καὶ καθάπερ αἱ μὲν ἀράχναι αὐτόματοι διασπῶνται, μηδενὸς αὐταῖς ἐνοχλοῦντος, ὁ δὲ ἀδάμας
C καὶ παιόμενος ἀδιάλυτος μένει· οὕτω δὴ καὶ οἱ μὴ ἑαυτοὺς ἀδικοῦντες, κἂν ὑπὸ μυρίων παίωνται, ἰσχυρότεροι γίνονται· οἱ δὲ ἑαυτοὺς προδιδόντες, κἂν μηδεὶς ὁ ἐνοχλῶν ᾖ, αὐτόματοι φέρονται, καὶ διαῤῥέουσι, καὶ ἀπόλλυνται. Ὥσπερ καὶ ὁ Ἰούδας, οὐ μόνον οὐδενὸς ἐνοχλήσαντος πειρασμοῦ τοιούτου, ἀλλὰ καὶ πολλῆς ἀπολαύσας τῆς θεραπείας, ἀπώλετο.

Βούλει σοι τοῦτον καὶ ἐπὶ δήμων ὁλοκλήρων δείξω διαλάμποντα τὸν λόγον; Πόσης ὁ Ἰουδαίων δῆμος ἀπήλαυσε προνοίας; Οὐ πᾶσα ἡ δρωμένη κτίσις πρὸς
D ὑπηρεσίαν αὐτῶν παρεσκευάζετο; καὶ καινός τις αὐτοῖς καὶ ξένος εἰσήγετο διαγωγῆς βίου τρόπος; Οὐδὲ γὰρ εἰς ἀγορὰν ἐνέβαλλον, καὶ οὕτω τῶν ὠνίων ἀπήλαυον, οὐκ ἀργύριον κατατιθέντες· οὐδὲ αὔλακας ἔτεμνον, οὐδὲ ἄροτρον εἷλκον, οὐδὲ γῆν ἐσπάραττον, οὐδὲ σπέρματα κατέβαλλον, οὐδὲ ὑετῶν ἐδέοντο καὶ ἀνέμων καὶ τῶν τοῦ ἔτους ὡρῶν, οὐχ ἡλιακῆς ἀκτῖνος, οὐ σεληνιαίου δρόμου, οὐ φύσεως ἀέρος, οὐκ ἄλλου τῶν τοιούτων οὐδενός· οὐχ ἅλωνα παρεσκεύαζον, οὐ καρπὸν ἔτριβον, οὐ πνευμάτων ἔχρῃζον πρὸς τὸ διακρῖναι τοὺς πυροὺς τῶν ἀχύρων, οὐ μύλην
E ἔστρεφον, οὐ κλίβανον ᾠκοδόμουν, οὐ ξύλα καὶ πῦρ εἰς τὴν οἰκίαν εἰσῆγον, οὐκ ἀρτοποιητικῆς ἐδέοντο τέχνης, οὐ μάκελλαν μετεχείριζον, οὐ δρεπάνην ἠκόνων, οὐκ ἄλλης τινὸς ἐδέοντο τέχνης, ὑφαντικῆς λέγω καὶ οἰκοδομικῆς, [b] καὶ τῆς τὰ ὑποδήματα παρεχού-

[a] [Dedimus Morelli Ed. lectionem quam e conjectura proposuit Savil. in marg. Montf. ἡ γὰρ ἄν. Savil. in textu, et Cod. C. ἢ γ. ἄν.]

[b] Manuscripti et Savil. in marg. οὐ τῆς τὰ ὑποδήματα περιεχούσης, Savil. in textu καὶ τῆς περὶ τὰ ὑποδήματα ἐχούσης, Morel. καὶ τῆς τὰ ὑποδήματα παρεχούσης.

σης· ἀλλὰ πάντα ἦν αὐτοῖς ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος. Καὶ ἐσχεδιασμένην εἶχον τράπεζαν, καὶ ἱδρώτων καὶ πόνων ἀπηλλαγμένην. Τοιαύτη γὰρ ἡ τοῦ μάννα φύσις· νεαρά τε καὶ πρόσφατος, καὶ οὐδαμοῦ παρέχουσα αὐτοῖς πράγματα, οὐδὲ κατατείνουσα πόνῳ. Καὶ τὰ ἱμάτια δὲ αὐτοῖς, καὶ τὰ ὑποδήματα, καὶ αὐτὴ ἡ τοῦ σώματος φύσις τῆς οἰκείας ἐπελανθάνετο ἀσθενείας· ἐν γὰρ χρόνῳ οὕτω μακρῷ οὔτε ἐκεῖνα ἐτρίβετο, οὔτε οἱ πόδες αὐτῶν καίτοι τοσαῦτα βαδιζόντων ἐτυλώθησαν. Ἰατρῶν αὐτοῖς καὶ φαρμάκων, καὶ τῆς ἄλλης τῆς περὶ τοιαύτην τέχνην σπουδῆς, οὐδὲ μνήμη τις ἦν ἐν αὐτοῖς· οὕτω πᾶσα ἐκποδὼν ἀῤῥωστία ἦν. Ἐξήγαγε γὰρ αὐτοὺς ἐν ἀργυρίῳ καὶ χρυσίῳ, φησί· καὶ οὐκ ἦν ἐν ταῖς φυλαῖς αὐτῶν ὁ ἀσθενῶν. Ἀλλ' ὥσπερ τὸν κόσμον τοῦτον ἀφέντες, καὶ πρὸς ἑτέραν βελτίονα μετοικισθέντες οἰκουμένην, οὕτως ἤσθιον, οὕτως ἔπινον, καὶ οὔτε ἡ ἀκτὶς θερμοτέρα γινομένη τὰς κεφαλὰς ἔπληττε τὰς ἐκείνων· διετείχιζε γὰρ τὴν φλόγα νεφέλη πάντοθεν [a] αἰωρουμένη, καὶ περιφορητὴ γινομένη στέγη τοῖς δήμοις ἅπασιν ἐκείνοις. Ἀλλ' οὔτε ἐν νυκτὶ λαμπάδος ἐδέοντο τῆς διαιρούσης τὸ σκότος, ἀλλ' ἦν αὐτοῖς ὁ στῦλος τοῦ πυρὸς πηγὴ φωτὸς ἀφάτου, δύο χρείας παρέχων, τήν τε ἀπὸ τοῦ φαίνειν, τήν τε ἀπὸ τοῦ κατευθύνειν αὐτοῖς τὴν ἀποδημίαν. Οὐ γὰρ φωτοειδὴς μόνον ἦν, ἀλλὰ καὶ ὁδηγοῦ παντὸς ἀκριβέστερον ἐχειραγώγει [b] κατὰ τὴν ἔρημον ἐκείνην τὸν ἄπειρον δῆμον ἐκεῖνον. Ἐβάδιζον δὲ, οὐκ ἐπὶ γῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῆς θαλάσσης ὡς ἐπὶ γῆς· καὶ τῶν ὅρων τῆς φύσεως κατετόλμων, τὸ χαλεπὸν ἐκεῖνο πεζεύοντες πέλαγος, ὡς διὰ πέτρας στεῤῥᾶς καὶ ἀντιτύπου τινὸς ὁδοιποροῦντες· καὶ ὅτε μὲν αὐτοῖς ὑπεστόρεστο, γῆν ἐμιμεῖτο στεῤῥὰν τὸ στοιχεῖον, καὶ πεδία ὕπτια, καὶ ἀρούρας· ὅτε δὲ τοὺς ἐχθροὺς ἐπέλαβε, τὰ θαλάττης κατειργάζετο· καὶ αὐτοῖς μὲν ἐγένετο ὄχημα, τοῖς δὲ πολεμοῦσιν αὐτοὺς τάφος· τοὺς μὲν μετ' εὐκολίας παραπέμπουσα, τοὺς δὲ μετὰ πολλῆς τῆς σφοδρότητος καταποντίζουσα. Καὶ ἡ ἄτακτος τῶν ὑδάτων ῥύμη, ἀνδρῶν λογικῶν καὶ συνετωτάτων καὶ εὐταξίαν καὶ ὑπακοὴν ἐπεδείκνυτο, νῦν μὲν φύλακος, νῦν δὲ δημίου τάξιν ἐπέχουσα, καὶ ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ τὰ ἐναντία ἀθρόον ἐπιδεικνυμένη. Τί ἄν τις εἴποι τὰς πέτρας, αἳ ποταμοὺς ἠφίεσαν ὑδάτων; τί δὲ τὰ νέφη τῶν ὀρνίθων, οἳ τῷ πλήθει τῶν σωμάτων τὴν γῆν ἀπέκρυψαν ἅπασαν; τί τὰ ἐν Αἰγύπτῳ θαύματα; τί τὰ ἐν ἐρήμῳ παράδοξα; τί τὰ τρόπαια καὶ τὰς νίκας τὰς ἀναιμωτὶ γινομένας; Ὡς γὰρ χορεύοντες, οὐχ ὡς πολεμοῦντες τοὺς ἀντιπίπτοντας ἐχειροῦντο. Καὶ τῶν μὲν οἰκείων δεσποτῶν χωρὶς ὅπλων ἐκράτησαν· τῶν

ctonica, et sutoria : sed omnia eis erat verbum Dei. Mensam habebant paratam ex tempore, sudoribus et laboribus vacuam. Ejus enim naturæ erat manna; nova, recens, nusquam ipsis negotia facessens, neque labore conficiens. Jam vestimenta eorum et calcei et ipsa corporis natura quodammodo suæ fragilitatis obliviscebantur :
459 tempore enim ita longo neque illa terebantur,
A neque pedes eorum tot tantaque licet itinera decurrentium occalluerunt. Medicorum, remediorum cæteræque in hac arte curæ ne memoria quidem apud eos erat : adeo longe aberat omnis invaletudo. *Eduxit enim eos in auro et argento,* inquit; *et non erat in tribubus eorum infirmus.* (Psal. 104. 37.) Verum quasi relicto hoc mundo, et in alium meliorem orbem inhabitandum translati, sic comedebant, sic bibebant, ac neque radii calidiores effecti capita illorum feriebant : disterminabat enim flammam nubes undique impendens, et omnibus illis fami-
B liis gestatorii tecti instar erat. Neque vero noctu face indigebant quæ tenebras discuteret, sed erat eis columna ignis, fons lucis ineffabilis in duplicem usum, tum ut luceret, tum ut iter dirigeret. Neque enim lucida dumtaxat erat, verum etiam omni viæ duce certius infinitum illum populum per solitudinem illam ducebat. (Miracula edita in exitu ex Ægypto.) Ibant non terra solum, sed etiam mari quasi terra. Ausi sunt transcendere fines naturæ, cum sævum illud pelagus ambularent, quasi per solidam ac firmam petram iter facerent; cumque illis substratum esset elementum illud, solidam terram, camposque supinos, et agros imitabatur :
C cum vero hostes excepisset, maris munus exsequebatur : illis fuit vehiculum, hostibus ipsorum sepulcrum; illos facile transmisit, hos magna cum vehementia submersit. Inordinatus aquarum impetus, virorum ratione præditorum atque prudentissimorum ordinem et obedientiam præ se ferebat, cum jam custodis, jam carnificis vicem obtineret, unoque die contraria repente præstaret. Quid commemorem petras, quæ fluvios effuderunt aquarum? quid nubes volucrum, quæ corporum multitudine totam terram texe-
D runt? quid miracula patrata in Ægypto? quid prodigia quæ contigerunt in solitudine? quid tropæa et incruentas victorias? Tamquam enim choreas ducerent, non bellum gererent, ita adversarios domuerunt. Ac dominos quidem suos

[a] Alii ἀπαιωρουμένη, alii ἐπαιωρουμένη, Morel. αἰωρουμένη.

[b] Alii κατὰ τὴν ἤπειρον.

sine armis superarunt; qui vero extra Ægyptum cum ipsis pugnarunt, eos tubis canendo psallendoque vicerunt : resque illa, chorea potius erat quam bellum, initiatio potius quam pugna. Omnia namque ista prodigia non ob id solum acciderunt ut eis necessarium ferrent subsidium, verum ut doctrinam quoque cognitionis Dei, qua eos Moyses instituerat, certius conservarent; undique voces edebantur, quæ Dominum prædicarent. Hæc enim mare declamabat, cum nunc pedestri itinere trajiceretur, nunc ad ingenium rediret; hanc vocem edebant undæ Nili in sanguinem mutatæ, ranæ, locustarum ille exercitus, erucæ, et rubigo, hæc omni populo loquebantur : prodigia quoque in solitudine, manna, columna, nubes, ortygometra, cætera omnia fuerunt eis vice libri et literarum, quæ numquam delentur, cum memoriam eis quotidie refricarent, et ipsorum animo insonarent. Verumtamen post tantam tamque multiplicem provisionem, post ineffabilia illa beneficia, post tanta miracula, post inenarrabilem curam, post longam institutionem, post instructionem verborum, post adhortationem ipsarum rerum, post insignes victorias, post admirabilia tropæa, post lautitiam mensarum, post ubertatem illarum aquarum, post ineffabilem gloriam, quam apud hominum genus universum fuerant consequuti, ingrati et stupidi cum essent, vitulum adoraverunt, et bovis caput coluerunt, deosque sibi fieri postularunt, cum recentia beneficiorum Dei in Ægypto acceptorum monumenta tenerent, ac multis etiam aliis adhuc fruerentur.

Aliud exemplum Ninivitarum confirmat afflictiones homini nocere non posse.

14. Ninivitarum vero populus, barbarus cum esset atque alienigena, nihilque horum participasset, non parvum, non magnum, non orationes, non miracula, non res, non verba; vidissetque hominem ex naufragio conservatum, numquam secum antea versatum, sed tum primum visum, ingressum, ac dicentem : *Adhuc tres dies, et Ninive subvertetur* : adeo nudis hisce verbis mutati ac meliores facti sunt, et deposita priori vitiositate ad virtutem per pœnitentiam contenderunt, ut decretum Dei revocarent, nutantem urbem sisterent, divinitus impendentem iram propulsarent, omnique afflictione liberarentur. *Vidit* enim *Deus*, inquit, *quia aversus est unusquisque de via sua mala, et conversus est ad Dominum*. Quomodo conversus est, dic mihi? Atqui magna eorum erat malitia, ineffabilis nequitia, ulcera curatu difficilia; idque ut

Jon. 3. 4.

Ibid. v. 10.

δὲ μετὰ τὴν Αἴγυπτον μαχομένων αὐτοῖς, σαλπίζοντες καὶ ψάλλοντες, οὕτω περιεγένοντο· καὶ ἦν χορεία μᾶλλον ἢ πόλεμος τὰ γινόμενα, μυσταγωγία μᾶλλον ἢ μάχη. Καὶ γὰρ πάντα τὰ τεράστια ταῦτα οὐ διὰ τοῦτο ἐγένετο μόνον, ἵνα τὴν χρείαν αὐτοῖς πληρώσῃ, ἀλλ' ἵνα καὶ τὴν διδασκαλίαν, ἣν ἐνέθηκεν αὐτοῖς ὁ Μωϋσῆς, τῆς θεογνωσίας ἀκριβέστερον διατηρήσωσι· καὶ φωναὶ πανταχόθεν ἐφέροντο τὸν Δεσπότην E ἀνακηρύττουσαι. Καὶ γὰρ ἡ θάλαττα ταῦτα ἐβόα, νῦν μὲν πεζευομένη, νῦν δὲ θάλαττα γινομένη· καὶ τὰ Νειλῷα νάματα ταύτην ἠφίει τὴν φωνὴν πρὸς αἵματος μεταβαλλόμενα φύσιν· καὶ οἱ βάτραχοι, καὶ τὸ τῶν ἀκρίδων στρατόπεδον ἐκεῖνο, καὶ ἡ κάμπη καὶ ἡ ἐρυσίβη ταῦτα διελέγετο τῷ δήμῳ παντί· καὶ τὰ ἐπὶ τῆς ἐρήμου τεράστια, τὸ μάννα, ὁ στῦλος, ἡ νεφέλη, ἡ ὀρτυγομήτρα, τὰ ἄλλα πάντα ἀντὶ βιβλίου τότε αὐτοῖς ἐγένετο καὶ γραμμάτων οὐδέποτε ἐξαλειφομένων, ἔναυλον καθ' ἑκάστην ἡμέραν παρε-

460 χόμενα αὐτοῖς τὴν μνήμην, καὶ ἐνηχοῦντα αὐτῶν A τὴν διάνοιαν. Ἀλλ' ὅμως μετὰ τοσαύτην καὶ τηλικαύτην πρόνοιαν, μετὰ τὰς εὐεργεσίας τὰς ἀφάτους ἐκείνας, μετὰ τὸ μέγεθος τῶν θαυμάτων, μετὰ τὴν κηδεμονίαν τὴν ἄῤῥητον, μετὰ τὴν διδασκαλίαν τὴν διηνεκῆ, μετὰ τὴν κατήχησιν τὴν ἀπὸ τῶν ῥημάτων, μετὰ τὴν παραίνεσιν τὴν ἀπὸ τῶν ἔργων, μετὰ τὰς νίκας τὰς λαμπρὰς, μετὰ τὰ τρόπαια τὰ παράδοξα, μετὰ τὴν τῶν τραπεζῶν ἀφθονίαν, μετὰ τὴν δαψίλειαν τῶν ναμάτων ἐκείνων, μετὰ τὴν ἄφατον δόξαν, ἣν περιεβάλλοντο παρὰ παντὶ τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει, ἐπειδὴ ἀγνώμονες ἦσαν καὶ ἀναίσθητοι, μόσχον προσεκύνησαν, καὶ βοὸς κεφαλὴν ἐθεράπευον, B καὶ θεοὺς ἐπεζήτουν αὐτοῖς γενέσθαι, νεαρὰ τὰ ὑπομνήματα τῶν ἐν Αἰγύπτῳ εὐεργεσιῶν ἔχοντες τοῦ Θεοῦ, καὶ πολλῶν καὶ ἄλλων ἀπολαύοντες ἔτι.

Ὁ δὲ τῶν Νινευιτῶν δῆμος, βάρβαρος ὢν καὶ ἀλλόφυλος, οὐδενὸς τούτων μετεσχηκὼς, οὐ μικροῦ, οὐ μεγάλου, οὐ λόγων, οὐ θαυμάτων, οὐκ ἔργων, οὐ ῥημάτων, ἐπειδὴ ἄνθρωπον εἶδον ἐκ ναυαγίου διασωθέντα, οὐδέποτε αὐτοῖς συγγενόμενον ἔμπροσθεν, ἀλλὰ τότε πρῶτον ὀφθέντα, εἰσελθόντα καὶ εἰπόντα, Ἔτι τρεῖς ἡμέραι, καὶ Νινευὴ καταστραφήσεται· οὕτως ἀπὸ τῶν ψιλῶν τούτων ῥημάτων μετεβάλοντο καὶ βελ- C τίους ἐγένοντο, καὶ τὴν προτέραν ἀποθέμενοι κακίαν, πρὸς ἀρετὴν διὰ μετανοίας ὥδευσαν, ὡς ἀπόφασιν ἀνακαλέσασθαι Θεοῦ, καὶ σειομένην στῆσαι πόλιν, καὶ θεήλατον ὀργὴν ἀποκρούσασθαι, καὶ πάσης ἀπαλλαγῆναι κακίας. Εἶδε γὰρ ὁ Θεὸς, φησὶν, ὅτι ἀπέστη ἕκαστος ἀπὸ τῆς ὁδοῦ αὐτοῦ τῆς πονηρᾶς, καὶ ἐπέστρεψεν ἐπὶ τὸν Κύριον. Πῶς ἀπέστη, εἰπέ μοι; Καίτοι μεγάλη ἦν αὐτῶν ἡ κακία, ἄφατος ἡ πονηρία, δυσίατα τὰ ἕλκη· καὶ τοῦτο δηλῶν ὁ προφήτης ἔλεγεν· Ἀνέβη ἡ κακία αὐτῶν ἕως τοῦ οὐρανοῦ· τῷ

διαστήματι τοῦ τόπου τὸ μέγεθος τῆς κακίας αὐτῶν ἐνδεικνύμενος. Ἀλλ' ὅμως τὴν τοσαύτην πονηρίαν, τὴν οὕτω κορυφωθεῖσαν καὶ ὑψωθεῖσαν, ὡς καὶ ἕως τοῦ οὐρανοῦ φθάσαι, ταύτην ἐν τρισὶν ἡμέραις, ἐν D βραχείᾳ καιροῦ ῥοπῇ, διὰ ῥημάτων ὀλίγων, ἃ παρ' ἑνὸς ἤκουσαν ἀνθρώπου, ἀγνώστου, ξένου, ναυαγοῦ γεγενημένου, οὕτω κατέλυσαν, οὕτως ἠφάνισαν, οὕτως ἐκποδὼν ἐποίησαν, ὡς τοιαύτης ἀπολαῦσαι φωνῆς, ὅτι Εἶδεν ὁ Θεὸς, ὅτι ἀπέστη ἕκαστος ἀπὸ τῆς ὁδοῦ αὐτῶν τῆς πονηρᾶς, καὶ μετενόησεν ἀπὸ τῆς κακίας ἧς εἶπεν ὁ Θεὸς ποιῆσαι αὐτοῖς. Ὁρᾷς ὅτι ὁ μὲν νήφων καὶ ἐγρηγορὼς οὐ μόνον παρὰ ἀνθρώπων οὐδὲν ἀδικεῖται, ἀλλὰ καὶ θεήλατον ὀργὴν ἀνατρέπει; ὁ δὲ οἴκοθεν ἑαυτὸν προδιδοὺς καὶ καταβλάπτων, [a] κἂν μυρίας εὐεργεσίας ἀπολάβῃ, οὐδὲν μέγα E κερδαίνει; Οὕτω γοῦν οὐδὲ ἐκείνους ὠφέλησε τὰ τοσαῦτα σημεῖα, οὐδ' αὐτοὺς τούτους τὸ μὴ μετασχεῖν τούτων παρέβλαψεν· ἀλλ' ἐπειδὴ οἴκοθεν ἦσαν εὐγνώμονες, μικρᾶς ἐπιλαβόμενοι ῥοπῆς, βελτίους ἐγένοντο, καίτοι βάρβαροι ὄντες, καὶ ἀλλόφυλοι, καὶ πάντων ἀνήκοοι τῶν θείων χρησμῶν, καὶ πόῤῥω που τῆς Παλαιστίνης ἀπῳκισμένοι.

Τί δὲ τῶν παίδων τῶν τριῶν, εἰπέ μοι, τὴν ἀρετὴν τὰ ἐπελθόντα κακὰ ἐλυμήνατο; Οὐχὶ ἔτι νέοι ὄντες καὶ νέοι κομιδῇ, ἐν ἡλικίᾳ ἀώρῳ τὴν χαλεπὴν ἐκείνην ὑπέμειναν τιμωρίαν καὶ αἰχμαλωσίαν, καὶ τὴν μακρὰν ἀπεδήμησαν ἀποδημίαν, καὶ πατρίδος 461 καὶ οἰκίας, καὶ ναοῦ καὶ βωμοῦ καὶ θυσιῶν, καὶ A προσφορῶν καὶ σπονδῶν, καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ ψάλλειν, εἰς τὴν ἀλλοτρίαν ἐλθόντες γῆν, ἐχωρίσθησαν; Οὐ γὰρ ἡ οἰκία αὐτοῖς μόνον ἄβατος ἦν, ἀλλὰ καὶ πολλὰ τῆς λατρείας ἐντεῦθεν εἴδη. Οὐχὶ βαρβαρικαῖς ἐξεδόθησαν χερσὶ, καὶ λύκοις μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις, καὶ, τὸ δὴ χαλεπώτατον, εἰς μακρὰν οὕτω κειμένην καὶ βάρβαρον ἀποικισθέντες γῆν, [a] καὶ αἰχμαλωσίαν χαλεπωτάτην, οὐ διδάσκαλον εἶχον, οὐ προφήτην, οὐκ ἄρχοντα; Οὐ γάρ ἐστι, φησὶν, ἄρχων, οὐδὲ προφή- B της, καὶ ἡγούμενος, οὐδὲ τόπος τοῦ καρπῶσαι ἐνώπιόν σου, καὶ εὑρεῖν ἔλεος. Ἀλλὰ καὶ εἰς βασιλικὴν οἰκίαν, ὡς εἰς σκόπελόν τινα καὶ κρημνὸν, καὶ πέλαγος ὑφάλων γέμον καὶ σπιλάδων, οὕτως εἰσήχθησαν, χωρὶς κυβερνήτου, καὶ πρωρέως, καὶ ναυτῶν, καὶ ἱστίων, ἀναγκαζόμενοι τὴν χαλεπὴν ἐκείνην θάλατταν πλεῖν· καὶ καθάπερ ἐν δεσμωτηρίῳ ταῖς βασιλικαῖς αὐλαῖς ἐναπειλημμένοι. Ἐπειδὴ γὰρ φιλοσοφεῖν ᾔδεσαν, καὶ τῶν βιωτικῶν ἦσαν ἀνώτεροι πραγμάτων, καὶ τὸν τῦφον ἅπαντα κατεπάτησαν τὸν ἀνθρώπινον, καὶ κοῦφον αὐτοῖς τὸ πτερὸν εἰργάσαντο, προσθήκην κακῶν καὶ τὴν αὐτόθι διατριβὴν ἐνόμιζον C

[a] Savil. et unus κἂν μυρίων εὐεργεσιῶν ἀπολαύῃ.

[a] Alii καὶ αἰχμαλωσίας νόμῳ χαλεπωτάτῳ.

indicaret propheta, dixit : *Ascendit malitia eorum usque ad cœlum* : distantia loci magnitudinem malitiæ ipsorum significavit. Sed tamen tantam nequitiam, usque adeo elatam et exaltatam, ut ad cælum quoque pertingeret, tribus diebus, brevi temporis momento, paucis verbis, quæ ab uno homine audiverant, ignoto, hospite, naufragium passo, ita profligaverunt, ita aboleverunt, ita e medio sustulerunt, ut tali voce recrearentur : *Vidit Deus quia aversus est unusquisque de via sua mala, et pœnituit eum super malitia, quam loquutus fuerat Deus ut faceret eis.* Videsne sobrium ac vigilantem non modo ab hominibus non lædi, verum etiam iram divinitus impendentem avertere? qui vero semetipse prodat ac noceat, etsi infinita accipiat beneficia, non multum lucri facere? Sic enim neque illis profuerunt tanta portenta, neque his obfuit iisdem caruisse : verum cum natura forent candidi, exiguum nacti momentum, meliores evaserunt, quamquam barbari et alienigenæ, inauditis omnibus divinis oraculis, longeque a Palæstina dissiti.

Jon. 1

15. Quid vero illorum trium puerorum, dic mihi, virtuti supervenientia mala offecerunt? Annon adhuc juvenes, et admodum quidem juvenes, in immatura ætate grave illud subiere supplicium et captivitatem, longam peregrinationem peregrinati sunt, a patria, domo, templo, altari, sacrificiis, oblationibus, libationibus, ab ipso quoque psalmorum cantu, ubi in alienam regionem venerunt, separati sunt? Non enim domus eis dumtaxat eam ob causam inaccessa erat, sed multa quoque divini cultus genera. Annon barbarorum manibus dediti sunt, lupis potius quam hominibus, et quod est gravissimum, in tam longe dissitam ac barbaram abducti terram, et servitutem gravissimam, non magistrum habebant, non prophetam, non principem? *Non enim est*, inquit, *princeps, neque propheta, neque dux, neque locus sacrificandi coram te, et inveniendi misericordiam.* Quin etiam in domum regiam, tamquam in scopulum quemdam ac præcipitium, et pelagus saxis petrisque sub aqua latentibus refertum, introducti sunt, sine gubernatore, sine proreta, sine nautis, sine velis, sævum illud mare navigare coacti; atque in aula regia tamquam in carcere inclusi. Cum enim philosophari nossent, et rebus sæcularibus essent superiores, omnem quoque humanum fa-

De tribus pueris Danielis sociis.

Dan. 3. 38.

stum conculcassent, alasque sibi leves reddidissent, accessionem malorum etiam illam commorationem esse existimabant. Si enim foris fuisset, et in domo privata, majori libertate fruituri erant : at vero introducti in illum carcerem (carcere namque omnem illam splendoris et magnificentiæ speciem, et præcipitiis scopulisque nihilo censebant esse meliorem), continuo gravem difficultatem sustinuere. Rex enim eos illius voluptuosæ impuræque et profanæ mensæ suæ jussit esse socios, id quod eis interdictum erat, et morte gravius videbatur : ac soli velut agni in medio tot luporum erant inclusi. Necesse erat aut fame tabescere, imo vero ad mortem rapi, aut prohibita edulia degustare. Quid ergo faciunt juvenes, orphani, captivi, peregrini, servi illorum qui hæc imperabant? Non existimarunt necessitatem sibi ad excusationem sufficere, neque tyrannidem ejus, qui urbem obtinebat; sed omnia machinabantur moliebanturque, ut peccatum effugerent, omni licet ex parte deserti. Neque enim pecuniis persuadere poterant, utpote captivi; non amicitia et familiaritate, utpote peregrini; non potentia superare, utpote servi; non multitudine vincere, utpote tres tantum. Accedunt igitur ad eunuchum, qui eam potestatem obtinebat, eique verbis persuadent. Cum enim invenissent eum trepidum ac timidum, deque salute sua sollicitum, et metus mortis intolerandus animum ejus concuteret : *Timeo enim ego*, inquit, *dominum meum regem, nequando videat vultus vestros macilentiores præ cæteris adolescentulis coævis vestris, et condemnetis caput meum regi :* eo timore liberatum inducunt, ut daret ipsis eam gratiam. Ac postquam omne officium suum fecissent, Deus quoque deinceps fecit suum. Neque enim solius Dei erat præclarum illud facinus in iis, quorum gratia mercedem illi erant accepturi, sed principium et exordia proficiscebantur ab illorum animo, quem cum præstitissent generosum ac fortem, Dei favorem sibi conciliarunt, et ad finem quod moliebantur perduxerunt.

Dan. 1. 10.

εἶναι. Ἔξω μὲν γὰρ ὄντες, καὶ ἐν ἰδιωτικῇ οἰκίᾳ, πλείονος ἔμελλον ἀπολαύσεσθαι τῆς ἐξουσίας· εἰς δὲ τὸ δεσμωτήριον εἰσαχθέντες ἐκεῖνο (δεσμωτηρίου γὰρ τὴν φαντασίαν ἅπασαν ἐκείνην, καὶ κρημνῶν καὶ σκοπέλων οὐδὲν ἄμεινον εἶναι ἐνόμιζον), εὐθέως δυσκολίαν ὑπέμειναν χαλεπήν. Ὁ μὲν γὰρ βασιλεὺς ἐκέλευσε κοινωνοὺς αὐτοὺς τῆς τραπέζης εἶναι τῆς ἑαυτοῦ, τῆς συβαριτικῆς ἐκείνης, καὶ ἀκαθάρτου καὶ βεβήλου, αὐτοῖς δὲ ἀπηγορεύετο τοῦτο, καὶ θανάτου χαλεπώτερον εἶναι ἐδόκει· καὶ μόνοι καθάπερ ἀρνία
D λύκων μεταξὺ τοσούτων ἦσαν ἀπειλημμένοι. Καὶ ἀνάγκη ἦν, ἢ λιμῷ τήκεσθαι, μᾶλλον δὲ καὶ τὴν ἐπὶ θάνατον ἄγεσθαι, ἢ τῶν κεκωλυμένων ἀπογεύεσθαι ἐδεσμάτων. Τί οὖν ποιοῦσιν οἱ νέοι, οἱ ἐν ὀρφανίᾳ, οἱ αἰχμάλωτοι, οἱ ξένοι, οἱ δοῦλοι τῶν ταῦτα κελευόντων; Οὐκ ἐνόμισαν ἀρκεῖν αὐτοῖς εἰς ἀπολογίαν τὴν ἀνάγκην, οὐδὲ τὴν τυραννίδα τοῦ τὴν πόλιν ἔχοντος· ἀλλὰ πάντα μηχανῶνται, καὶ πραγματεύονται, ὥστε τὴν ἁμαρτίαν φυγεῖν, καίτοι πανταχόθεν προδεδομένοι. Οὔτε γὰρ χρήμασι πείθειν ἠδύναντο· πῶς γὰρ οἱ
E αἰχμάλωτοι; οὐ φιλίᾳ καὶ συνουσίᾳ· πῶς γὰρ οἱ ξένοι; οὐ δυναστείᾳ περιγενέσθαι· πῶς γὰρ οἱ δοῦλοι; οὐ πλήθει κρατῆσαι· πῶς γὰρ οἱ τρεῖς μόνοι; Προσελθόντες τοίνυν πείθουσι τὸν εὐνοῦχον ἐκεῖνον λόγοις, τὸν ταύτην ἔχοντα τὴν ἐξουσίαν. Ἐπειδὴ γὰρ εὗρον αὐτὸν περιδεῆ καὶ τρέμοντα, καὶ περὶ τῆς οἰκείας σωτηρίας ἀγωνιῶντα, καὶ φόβος ἀφόρητος ἦν ὁ περὶ τοῦ θανάτου κατασείων αὐτοῦ τὴν ψυχήν· Φοβοῦμαι γὰρ ἐγὼ, φησὶ, τὸν κύριόν μου τὸν βασιλέα, μή ποτε ἴδῃ τὰ πρόσωπα ἡμῶν σκυθρωπὰ ὑπὲρ τὰ παιδάρια τὰ συνήλικα ὑμῶν, καὶ καταδικάσητε τὴν κεφαλήν μου τῷ βασιλεῖ· ἀπαλλάξαντες αὐτὸν τούτου τοῦ δέους πείθουσι δοῦναι τὴν χάριν. Καὶ ἐπειδὴ πάντα
462 παρ' ἑαυτῶν εἰσήνεγκαν, καὶ ὁ Θεὸς τὰ παρ' ἑαυτοῦ
A λοιπὸν εἰσέφερεν. Οὐδὲ γὰρ τοῦ Θεοῦ μόνου τὸ κατόρθωμα ἐπὶ τούτοις ἦν, οἷς ἔμελλον ἐκεῖνοι μισθὸν λαμβάνειν, ἀλλὰ τῆς ἐκείνων γνώμης ἡ ἀρχὴ καὶ τὰ προοίμια, ἣν παρασχόμενοι γενναίαν καὶ ἀνδρείαν, ἐπεσπάσαντο τοῦ Θεοῦ τὴν ῥοπὴν, καὶ εἰς τέλος ἤγαγον ὅπερ ἐσπούδαζον.

16. Vides, qui seipse non lædit, ei neminem alium posse nocere? Ecce enim nec juventus, neque captivitas, neque orbitas, neque abductio in regionem alienam, nec solitudo et destitutio eorum, qui ab ipsis starent, nec mandatum grave, nec magnus mortis timor, qui eunuchi cingebat animum, nec paupertas, nec paucitas, non quod

Ὁρᾷς ὅτι τὸν μὴ ἑαυτὸν ἀδικοῦντα οὐδεὶς ἕτερος παραβλάψαι δυνήσεται; Ἰδοὺ γοῦν καὶ νεότης, καὶ αἰχμαλωσία, καὶ ὀρφανία, καὶ εἰς ἀλλοτρίαν ἀπαγωγὴ, καὶ μόνωσις, καὶ ἐρημία [a] τῶν προστησόντων, καὶ ἐπίταγμα χαλεπὸν, καὶ φόβος θανάτου πολὺς ἐπιτειχίζων τοῦ εὐνούχου τὴν διάνοιαν, καὶ πενία,
B καὶ ὀλιγότης, καὶ τὸ ἐν μέσῳ βαρβάρων εἶναι καὶ

[a] Alii τῶν βοηθούντων. Infra aliqui τοῦ εὐνούχου τὴν δειλίαν.

τὸ τοὺς ἐχθροὺς ἔχειν δεσπότας, καὶ τὸ εἰς αὐτὰς ἐκδεδόσθαι τὰς χεῖρας τὰς βασιλικάς, καὶ τῶν οἰκείων ἁπάντων ὁ χωρισμὸς, καὶ ἱερέων καὶ προφητῶν, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐπιμελουμένων αὐτῶν ἀλλοτρίωσις, καὶ σπονδῶν καὶ θυσιῶν ἀργία, καὶ ναοῦ καὶ ψαλμῶν ἀφαίρεσις, καὶ οὐδὲν τούτων αὐτοὺς παρέβλαψεν· ἀλλὰ τότε μειζόνως εὐδοκίμησαν, ἢ ὅτε τούτων ἀπήλαυον ἐπὶ τῆς πατρίδος τῆς ἑαυτῶν. Καὶ πρῶτον ἆθλον ἀνύσαντες τοῦτον, καὶ λαμπρὸν ἀναδησάμενοι τὸν στέφανον, καὶ τὸν νόμον καὶ ἐν ἀλλοτρίᾳ τηρήσαντες, καὶ ἐπίταγμα καταπατήσαντες τυραννικὸν, καὶ φόβον νικήσαντες τοῦ ἀλάστορος, καὶ μηδὲν μηδαμόθεν παραβλαβέντες, ὥσπερ οἴκοι καθήμενοι, καὶ πάντων ἐκείνων ἀπολαύοντες, οὕτω τὸ ἔργον μετὰ ἀδείας ἀνύσαντες, ἐφ' ἕτερα πάλιν ἐκαλοῦντο σκάμματα. Καὶ πάλιν ἦσαν οἱ αὐτοί· καὶ ἀγὼν τοῦ προτέρου χαλεπώτερος αὐτοῖς ἐπετίθετο, καὶ κάμινος ἀνήπτετο, καὶ βαρβαρικὸν πρὸς αὐτοὺς στρατόπεδον μετὰ τοῦ βασιλέως παρετάττετο· καὶ ἡ Περσικὴ πᾶσα δύναμις ἐκινεῖτο, καὶ πάντα πρὸς ἀπάτην αὐτῶν ἐπετηδεύετο, καὶ βίαν· καὶ μουσικῆς εἴδη διάφορα, καὶ κολάσεων ποικίλοι τρόποι, καὶ ἀπειλαὶ, καὶ ὄψις πάντοθεν ἦν φοβερὰ, καὶ ῥήματα ὄψεως φοβερώτερα· ἀλλ' ὅμως ἐπειδὴ ἑαυτοὺς οὐ προέδωκαν, ἀλλὰ τὰ παρ' ἑαυτῶν πάντα εἰσήνεγκαν, οὐδὲν οὐδέποτε παρεβλάβησαν· ἀλλὰ καὶ λαμπροτέρους τῶν προτέρων ἀνεδήσαντο τοὺς στεφάνους. Ἔδησε μὲν γὰρ αὐτοὺς ὁ Ναβουχοδονόσορ, καὶ ἐνέβαλεν εἰς τὴν κάμινον, οὐ μὲν παρέβλαψεν, ἀλλὰ καὶ μειζόνως ὠφέλησε, καὶ ἐνδοξοτέρους εἰργάσατο. Καὶ οὔτε ναὸν (πάλιν γὰρ τὰ αὐτὰ ἐρῶ), οὔτε θυσιαστήριον, οὐ πατρίδα, οὐχ ἱερέας, οὐ προφήτας ἔχοντες, ἐν ἀλλοτρίᾳ καὶ βαρβάρῳ χώρᾳ, ἐν αὐτῇ μὲν οὖν μέσῃ τῇ καμίνῳ, μεταξὺ τοῦ στρατοπέδου παντὸς ἐκείνου, αὐτοῦ τοῦ βασιλέως τοῦ ταῦτα ἐργαζομένου θεωροῦντες, λαμπρὸν ἀνεστήσαντο τρόπαιον, καὶ περιφανῆ νίκην ἤραντο, τὴν θαυμαστὴν ἐκείνην καὶ παράδοξον ᾄσαντες ᾠδὴν, τὴν καὶ μέχρι τοῦ νῦν ἐξ ἐκείνου πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ᾀδομένην, καὶ ᾀσθησομένην δὲ καὶ εἰς τὰς μετὰ ταῦτα γενεάς. Οὕτως οὖν ὅταν μηδεὶς ἑαυτὸν ἀδικῇ, οὐδὲν παρ' ἑτέρου βλαβῆναι δυνήσεται· οὐ γὰρ παύσομαι συνεχῶς τοῦτο ἐπᾴδων τὸ ῥῆμα. Εἰ γὰρ αἰχμαλωσία, καὶ δουλεία, καὶ μόνωσις, καὶ πατρίδος ἀποβολὴ καὶ τῶν οἰκείων ἁπάντων, καὶ θάνατος, καὶ ἐμπρησμὸς, καὶ στρατόπεδον τοσοῦτον, καὶ τύραννος οὕτως ὠμὸς, οὐκ ἴσχυσαν παῖδας τρεῖς νέους, αἰχμαλώτους, δούλους, ξένους, ἐπ' ἀλλοτρίας ὄντας λυμήνασθαί τι εἰς τὴν οἰκείαν αὐτῶν ἀρετὴν, ἀλλὰ καὶ μείζονος αὐτοῖς παῤῥησίας γέγονε πρόφασις ἡ ἐπιβουλή· τί τὸν νήφοντα παραβλάψαι δυνήσεται; Οὐκ ἔστιν οὐδὲν, κἂν πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἔχῃ πολεμοῦσαν αὐτῷ. Ἀλλ' ὁ Θεὸς τότε, φησὶ, παρέστη

in medio barbarorum essent, non quod hostes haberent dominos, non quod in ipsius regis manus essent traditi, neque cognatorum omnium separatio, neque sacerdotum et prophetarum, et aliorum, qui curam ipsorum gerebant, alienatio, nec libationum et sacrificiorum cessatio, neque templi et psalmorum ademtio, neque quidquam horum eis nocuit; sed tum in majori gloria fuerunt, quam cum iis rebus in patria sua fruerentur. Hoc primo certamine perfecto, insigni corona redimiti, lege in aliena quoque regione
C servata, conculcato tyranni mandato, victo dæmonis terrore, neque ullo ulla ex parte damno affecti, quasi domi sederent, et omnibus illis fruerentur, opere ita libere perfecto, ad alios rursus agones sunt vocati. Iterum erant iidem; et certamen priore difficilius ipsis proponebatur, caminus incendebatur, barbaricus adversum eos exercitus cum rege instruebatur velut in acie: tota Persica potentia incitabatur, omnia ad fraudem ac vim ipsis afferendam comparabantur; diversa cantionum genera, variæ suppliciorum formæ, minæ, aspectus omni ex parte terribilis,
D et verba aspectu terribiliora: sed tamen quoniam semetipsi non prodiderunt, sed omnem suam operam contulerunt, nihil umquam damni acceperunt: quin etiam coronis, quam priores fuerant, illustrioribus redimiti sunt. Vinxit enim eos Nabuchodonosor, et in caminum conjecit, non tamen damno, quin potius etiam commodo affecit, et illustriores reddidit. Cumque nec templum (iterum enim eadem dicam), neque altare, non patriam, non sacerdotes, non prophetas haberent, in aliena et barbara regione, in medio camini, totiusque illius exercitus, rege harum
E rerum auctore spectante, splendidum statuerunt tropæum et insignem reportarunt victoriam, admirabili illa et inopinata cantione decantata, quæ ex illo etiamnum ubique terrarum cantatur, et cantabitur etiam in postera sæcula. Sic ergo si nemo seipsum lædat, ab alio lædi non poterit: non enim cessabo hoc dictum continenter decantare. Nam si captivitas, servitus, solitudo, patriæ
463 amissio, et omnium cognatorum, mors, incendi-
A um, tantus exercitus, tyrannus tam crudelis, non valuerunt tribus pueris, juvenibus, captivis, servis, peregrinis, in aliena regione versantibus quidquam nocere quoad suam virtutem, sed majoris etiam loquendi libertatis occasio fuerunt illæ insidiæ: quid sobrium lædere poterit? Non est quidquam, etsi totum orbem adversarium haberet. At Deus tum, inquit, eis adstitit, eosque

ex flamma eripuit. Maxime id quidem; tu quoque si omnia, quæ a te requiruntur, præstiteris, divinum auxilium sequetur omnino.

17. Verumtamen ego pueros non eo miror, beatosque ac felices æstimo, quod flammam conculcarunt, et vim ignis vicerunt; sed quod verorum dogmatum causa vincti, in caminum conjecti et igni traditi sunt. Hic enim eis totum tropæum absolutum est, et simul atque in caminum conjecti sunt, imposita corona, et ab illis verbis texi cœpta etiam ante rerum eventum, quæ magna cum fiducia libertateque loquendi ad regem Dan. 3. 16.—18. ducti in medium protulerunt: *Non oportet de hac re respondere tibi. Potest enim Deus noster qui est in cælis, quem nos colimus, eripere nos ex camino ignis ardentis; et de tuis manibus, o rex, liberabit nos: sin minus, notum sit tibi, rex, quia deos tuos non colimus, et statuam auream, quam erexisti, non adoramus.* Jam inde ab illis verbis eos victores pronuntio; jam inde ab illis reportato victoriæ præmio ad insignem martyrii coronam, confessioni verborum addita confessione rerum, cucurrerunt. Sin ignis reveritus est immissa eorum corpora et vincula solvit, securum descensum præbuit, suæ virtutis oblitus, et caminus ignis factus est fons frigidarum aquarum: id jam divinæ gratiæ, et supernæ stupendarum rerum operationis miraculum fuit. Quare athletæ quidem prius etiam quam hæc fierent, simul ac flammam ingressi sunt, et tropæum statuerunt, et victoriam reportarunt, et corona redimiti, et in cælo terraque deprædicati sunt, et nihil eis ad gloriam erat reliquum. Quid ergo dicere poteris? In exsilium relegatus es, et patria ejectus? Ecce etiam isti. Captivitatem sustinuisti et sub barbaris dominis fuisti? At hoc quoque istis contigisse reperies. At non habes ibi qui tibi adsit, resque tuas moderetur, neque qui te admoneat et doceat? Hac quoque isti cura erant fraudati. At vinctus es? at combustus es? at mortuus es? nihil enim his potes dicere gravius. At ecce isti quoque per hæc omnia tetenderunt, et per eorum singula illustriores exstiterunt, longeque clariores, et cælestes merces auxerunt. Judæi quidem cum haberent templum, altare, arcam, Cherubim, propitiatorium, velum, infinitam sacerdotum multitudinem, cultum Dei quotidianum, sacrificia cum matutina tum vespertina, et continenter prophetas audirent, vivos, mortuos,

αὐτοῖς, καὶ ἐξήρπασεν αὐτοὺς τῆς φλογός. Μάλιστα μὲν οὖν· καὶ σὺ τὰ παρ' ἑαυτοῦ πάντα ἐὰν παράσχῃς, τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἕψεται πάντως.

B Πλὴν ἀλλ' ἐγὼ τοὺς παῖδας ἐκείνους οὐ διὰ τοῦτο θαυμάζω καὶ μακαρίζω, καὶ ζηλωτοὺς εἶναί φημι, ὅτι τὴν φλόγα κατεπάτησαν, καὶ τῆς τοῦ πυρὸς ἐνεργείας κρείττους ἐγένοντο· ἀλλ' ὅτι ὑπὲρ τῶν ἀληθῶν ἐδέθησαν δογμάτων, καὶ εἰς κάμινον ἐνεβλήθησαν, καὶ τῷ πυρὶ παρεδόθησαν. Ἐνταῦθα γὰρ αὐτοῖς ἅπαν τὸ τρόπαιον ἀπήρτισται, καὶ ὁμοῦ κατενεχθεῖσιν εἰς τὴν κάμινον στέφανος ἐπετίθετο, καὶ ἀπὸ τῶν ῥημάτων δὲ ἐκείνων ἤρξατο πλέκεσθαι, καὶ πρὸς τῆς τῶν πραγμάτων ἐκβάσεως, ἃ μετὰ πολλῆς τῆς παῤῥησίας καὶ τῆς ἐλευθεροστομίας πρὸς τὸν βασιλέα ἀχθέντες εἰς μέσον ἔλεγον· Οὐ χρείαν ἔχομεν ἡμεῖς περὶ C τοῦ ῥήματος τούτου ἀποκριθῆναί σοι. Ἔστι γὰρ ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐν οὐρανοῖς, ᾧ ἡμεῖς λατρεύομεν, ἱκανὸς ἐξελέσθαι ἡμᾶς ἐκ τῆς καμίνου τοῦ πυρὸς τῆς καιομένης· καὶ ἐκ τῶν χειρῶν σου, βασιλεῦ, ῥύσεται ἡμᾶς. Καὶ ἐὰν μὴ, γνωστὸν ἔστω σοι, βασιλεῦ, ὅτι τοῖς θεοῖς σου οὐ λατρεύομεν, καὶ τῇ εἰκόνι τῇ χρυσῇ, ᾗ ἔστησας, οὐ προσκυνοῦμεν. Ἀπὸ τούτων αὐτοὺς τῶν ῥημάτων ἀνακηρύττω· ἀπὸ τούτων τὸ βραβεῖον τῆς νίκης ἁρπάσαντες, ἐπὶ τὸν λαμπρὸν ἔδραμον τοῦ μαρτυρίου στέφανον, τῇ τῶν ῥημάτων ὁμολογίᾳ τὴν διὰ τῶν πραγμάτων προστιθέντες. Εἰ δὲ [a] ἐμβληθέντων ᾐδέ- D σθη τὸ πῦρ αὐτῶν τὰ σώματα, καὶ τὰ δεσμὰ ἔλυσε, καὶ παρέσχε κάτω μετὰ ἀδείας βαδίζειν, καὶ τῆς οἰκείας ἐνεργείας ἐπελάθετο, καὶ πηγὴ ψυχρῶν ὑδάτων γέγονε τοῦ πυρὸς ἡ κάμινος· τοῦτο λοιπὸν τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος τὸ θαῦμα ἦν, καὶ τῆς ἄνωθεν παραδοξοποιίας. [b] Ὡς οἵ γε ἀθληταὶ καὶ πρὶν ἢ ταῦτα γενέσθαι, ὁμοῦ τῆς φλογὸς ἐπιβάντες, καὶ τὸ τρόπαιον ἔστησαν, καὶ τὴν νίκην ἤραντο, καὶ τὸν στέφανον ἀνεδήσαντο, καὶ ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ γῆς ἀνεκηρύχθησαν, καὶ τὸ λεῖπον αὐτοῖς εἰς εὐδοκίμησιν οὐδὲν ἦν. Τί οὖν ἂν ἔχοις πρὸς ταῦτα εἰπεῖν; Εἰς ὑπερορίαν ἀπηνέχθης, καὶ τῆς πατρίδος ἐξεβλήθης; Ἰδοὺ καὶ οὗτοι. Αἰχμαλωσίαν ὑπέμεινας, καὶ ὑπὸ βαρβάροις E ἐγένου [c] δεσπόταις; Ἀλλὰ καὶ τοῦτο εὑρήσεις τούτοις συμβάν. Ἀλλ' οὐδένα ἔχεις ἐκεῖ παρόντα καὶ διορθούμενον τὰ σὰ, οὐδὲ νουθετοῦντα καὶ διδάσκοντα; Καὶ ταύτης οὗτοι τῆς ἐπιμελείας ἦσαν ἐστερημένοι. Ἀλλ' ἐδέθης; ἀλλ' ἐνεπρήσθης; ἀλλ' ἀπέθανες; οὐδὲν γάρ μοι τούτων χαλεπώτερον ἔχεις εἰπεῖν. Ἀλλ' ἰδοὺ καὶ οὗτοι διὰ πάντων ἐλθόντες, λαμπρότεροι δι' ἑκάστου τούτων ἐγένοντο, καὶ λίαν περιφανέστεροι, καὶ μείζονα τὴν ἐμπορίαν τὴν ἐν οὐρανοῖς συνήγαγον. Καὶ οἱ 464 A μὲν Ἰουδαῖοι καὶ ναὸν ἔχοντες, καὶ θυσιαστήριον, καὶ

[a] Alii ἐμβληθέντας, alii ἐμβληθέντων.

[b] Alii ὥστε οἱ ἀθληταί.

[c] Savil. in textu δεσμώτης, in marg. δεσπόταις.

κιβωτὸν, καὶ τὰ Χερουβὶμ, καὶ τὸ ἱλαστήριον, καὶ τὸ καταπέτασμα, καὶ τὸ ἄπειρον τῶν ἱερέων πλῆθος, καὶ τὰς καθημερινὰς λατρείας, καὶ τὰς θυσίας τὰς ἑωθινὰς, τὰς ἑσπερινὰς, καὶ συνεχῶς τῶν προφητῶν ἀκούοντες τῶν ζώντων, τῶν τεθνηκότων, ἐνηχούντων αὐτῶν ταῖς ἀκοαῖς, καὶ τῶν θαυμάτων τὴν μνήμην περιφέροντες τῶν ἐν Αἰγύπτῳ, τῶν ἐν ἐρήμῳ, τῶν ἄλλων ἁπάντων, καὶ ἐπὶ τῶν χειρῶν ταῦτα σαλεύοντες, ἐπὶ τῶν φλιῶν ἔχοντες ἐγγεγραμμένα, καὶ πολλῆς τῆς τότε θαυματουργίας ἀπολαύοντες, καὶ ἑτέρας ἐπιμελείας, οὐ μόνον οὐδὲν ὠφελήθησαν, ἀλλὰ καὶ παρεβλάβησαν, ἐν αὐτῷ τῷ ναῷ εἴδωλα στήσαντες, καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτῶν καὶ τὰς θυγατέρας σφάξαντες ὑπὸ B δένδρα, καὶ πανταχοῦ σχεδὸν τῆς χώρας τῆς ἐν Παλαιστίνῃ τὰς παρανόμους ἐκείνας καὶ ἐναγεῖς ἐργασάμενοι θυσίας, καὶ ἕτερα ἀτοπώτερα μυρία τολμήσαντες. Οὗτοι δὲ ἐν βαρβάρῳ μέσῃ, ἐν πολεμίᾳ καὶ ἐχθρᾷ γῇ, ἐν οἰκίᾳ τυραννικῇ στρεφόμενοι, πάσης ἐκείνης τῆς ἐπιμελείας ἐστερημένοι, ἀπαγόμενοι, καιόμενοι, οὐ μόνον ἐντεῦθεν οὐδὲν παρεβλάβησαν, οὐ μικρὸν, οὐ μέγα· ἀλλὰ καὶ μειζόνως διέλαμψαν. Ταῦτ᾽ οὖν εἰδότες, καὶ τὰ τούτοις ἐοικότα συλλέγοντες ἀπὸ τῶν θεοπνεύστων καὶ θείων Γραφῶν (πολλὰ γάρ ἐστιν εὑρεῖν τοιαῦτα ὑποδείγματα καὶ ἐφ᾽ ἑτέρων διαφόρων προσώπων), μήτε δυσκολίαν καιρῶν ἢ πραγμάτων, μήτε ἀνάγκην καὶ βίαν, καὶ τυραννίδα τῶν δυναστευόντων νομίζωμεν ἀρκεῖν ἡμῖν εἰς ἀπολογίαν, C ἡνίκα ἂν πλημμελῶμεν. Ὅπερ καὶ ἀρχόμενος εἶπον, εἰς τοῦτο καὶ νῦν καταλύσω τὸν λόγον, ὅτι εἴ τις βλάπτοιτο καὶ ἀδικοῖτο, παρ᾽ ἑαυτοῦ πάντως τοῦτο πάσχει, οὐ παρ᾽ ἑτέρων, κἂν μυρίοι οἱ ἀδικοῦντες καὶ ἐπηρεάζοντες ὦσιν. Ὡς εἴ γε μὴ παρ᾽ ἑαυτοῦ τοῦτο πάθοι, οἱ γῆν ἅπασαν καὶ θάλατταν οἰκοῦντες κοινῇ ἅπαντες, εἰ ἐπέλθοιεν, οὐδὲ μικρὸν τοῦτον παραβλάψαι δυνήσονται τὸν ἐν Κυρίῳ γρηγοροῦντα καὶ νήφοντα. Νήφωμεν τοίνυν, παρακαλῶ, καὶ γρηγορῶμεν διὰ παντὸς, καὶ φέρωμεν πάντα γενναίως τὰ λυπηρὰ, ἵνα τῶν αἰωνίων ἐκείνων καὶ ἀκηράτων ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

qui aures ipsorum personabant, miraculorum in Ægypto, in solitudine editorum, omnium aliorum memoriam renovarent, eaque manibus versarent, in postibus inscripta haberent, rebusque multis tum supra naturalem potestatem confectis, cæteraque sui cura fruerentur, non modo nullo emolumento, verum etiam damno sunt affecti, simulacris in ipso templo cultis, mactatis filiis et filiabus sub arboribus, et illis lege vetitis exsecrandisque sacris in omni propemodum agri Palæstini loco factis, aliisque facinoribus infinitis absurdioribus perpetratis. At vero isti in media barbaria, in terra hostili et inimica, in domo tyrannica versantes, omni illa cura destituti, ad supplicium abrepti, usti, non solum hinc læsi non sunt, non parum, non multum; verum magis etiam claruerunt. His igitur cognitis, horumque similibus e Scriptura divinitus inspirata collectis (multa enim hujuscemodi suppetunt exempla in diversis etiam personis aliis), neque difficultatem temporum aut rerum, neque necessitatem et vim ac tyrannidem potentium sufficere nobis existimemus ad defensionem, quando deliquerimus. Quod enim in principio dixi, in eo nunc quoque orationem terminabo; si quis damnum ac detrimentum accipiat, a seipso prorsus id, non ab aliis accipere, etsi infiniti sint qui damna et injurias inferant. Nam si quidem hæc a semetipso non accipiat, si totius terræ marisque incolæ communi consilio irruant, ne parum quidem lædere poterunt eum, qui in Domino vigilat ac sobrius est. Simus ergo, quæso, sobrii, et vigilemus semper, et acerba omnia generoso animo feramus, ut æternis illis et immortalibus bonis potiamur, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et imperium, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

IN LIBRUM

AD EOS QUI SCANDALIZATI SUNT OB ADVERSITATES, ETC.

ADMONITIO.

Ordinem sequimur ab ipso Chrysostomo indicatum infra cap. 15 : μὴ τοίνυν μοι λέγε τοὺς ἀπολλυμένους· ὅπερ γὰρ ἐν τῷ ἔμπροσθεν εἶπον λόγῳ, οὐδεὶς τῶν ἑαυτοὺς μὴ ἀδικούντων παρ' ἑτέρων ἀδικεῖταί ποτε, κἂν εἰς αὐτὸ τὸ ζῆν κινδυνεύῃ : *Noli ergo mihi eos commemorare qui pereunt : quod enim in priore libro dixi, nullus ex iis, qui seipsos injuria non afficiunt, ab aliis lædi potest, quamvis de vita ipsa sit periculum subeundum.* Quibus manifeste declarat librum illum, *Quod nemo læditur nisi a seipso*, prius ab se factum esse, quam hunc ederet, utrumque vero continenter eodemque tempore elucubratum fuisse. Verum igitur ordinem non tenuit Savilius, qui hunc priorem posuit ; alterum vero, qui præmitti debuerat, huic subjunxit; sed hoc erratum ipse postea animadvertit. Fronto Ducæus eos longo intervallo separavit, qui priorem in medio Tomo quarto locavit, posteriorem vero, sive hunc de quo agimus, versus finem Tomi quinti posuit, aut ponendum reliquit.

Georgius Alexandrinus in Vita Chrysostomi, quæ infra edetur, n. 67, ait hunc librum Cucusi a S. doctore factum fuisse ad consolationem institutionemque populi Constantinopolitani, esseque in capita viginti quatuor divisum, quæ divisio ad hoc usque tempus in manuscriptis Codicibus et in Editis observatur.

Existimat v. cl. Tillemontius hunc librum quasi ad Olympiadem missum commemorari in Epistola quarta ad eamdem, ubi dicitur : ἔπεμψά σοι ἅπερ ἔγραψα πρώην, ὅτι τὸν ἑαυτὸν ἀδικοῦντα οὐδεὶς ἕτερος παραβλάψαι δυνήσεται· καὶ τοῦτον ἠγωνίσατο τὸν ἀγῶνα ὁ λόγος, ὃν ἀπέσταλκά σου τῇ τιμιότητι νῦν. Συνεχῶς δὴ οὖν αὐτὸν ἐπέρχου· εἰ δὲ ὑγιαίνοις, καὶ ἐπὶ γλώττης φέρε : id est, *Misi ad te id quod nuper literis mandavi, nempe eum, qui seipsum non læserit, a nemine alio lædi posse : et hoc [quoque] contendit liber hic, quem ad te nunc misi. Quare illum assidue pervolvas, imo etiam, si per valetudinem licet, recites.* Liber certe hic secundo loco commemoratus, hic ipse quem tractamus esse videtur, etsi res non omnino explorata sit.

Idem fere argumentum prosequitur hic liber, quod in præcedenti tractatum vidimus. Agitur de ferendis rebus adversis cujuscumque tandem generis sint, exemploque sanctorum Veteris Novique Testamenti ad eam rem instituuntur Constantinopolitani, qui tunc a scelestis perversisque hominibus vexabantur : ad eos maxime spectat oratio, qui probos videntes a seditiosis nefariisque vexari, divinam incusarent providentiam. Atticum vero sibi in successorem a consceleratis cooptatum perstringit, cum ait cap. 20 : μηδὲν οὖν σε τούτων σκανδαλιζέτω, μὴ ἱερεὺς νῦν φαῦλος γεγενημένος, καὶ λύκου παντὸς ἀγριώτερον ἐπιπηδῶν τῇ ἀγέλῃ : *Nihil ergo istorum tibi offendiculo sit, non sacerdos nunc depravatus, lupo quovis sævius in gregem insiliens.* Hic liber non diu ante obitum a Chrysostomo scriptus est : qua de re pluribus in Vita ejus.

Interpretatio Latina est Frontonis Ducæi.

[a]ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΛΟΓΟΣ

Πρὸς τοὺς σκανδαλισθέντας ἐπὶ ταῖς δυσημερίαις ταῖς γενομέναις, καὶ τῇ τοῦ λαοῦ καὶ πολλῶν ἱερέων διώξει καὶ διαστροφῇ, καὶ περὶ ἀκαταλήπτου, καὶ κατὰ Ἰουδαίων.

A

Ἰατρῶν μὲν παῖδες, ὅταν πυρέττοντάς τινας, ἢ ἕτερόν τι νόσημα νοσοῦντας μέλλωσι θεραπεύειν, αὐτοὺς πρῶτον ζητοῦσι τοὺς κάμνοντας ἰδεῖν, ὅτι πόῤῥωθεν αὐτῶν ὄντες, οὐκ ἂν δύναιντο τὰ παρ' ἑαυτῶν εἰσενεγκεῖν· τοιοῦτον γὰρ καὶ ἡ τέχνη, καὶ αὐτὴ τῶν νοσημάτων ἡ φύσις ἐκείνων. Ἡμεῖς δὲ οὐχ ἕνα που καὶ δεύτερον, ἀλλὰ πάντας τοὺς κατὰ τὴν οἰκουμένην σκανδαλιζομένους θεραπεύειν ἐσπουδακότες οὐ δεόμεθά B τινος τοιούτου. Οὐδὲ γὰρ εἰς οἶκόν τινος τῶν νοσούντων εἰσελθεῖν αἰτοῦμεν, οὐδ' ἔνθα κατάκεινται μαθεῖν, ἀλλ' οὐδὲ αὐτοὺς τοὺς ἀῤῥώστους ἰδεῖν ἐπιζητοῦμεν. [b]Οὐχ ὄργανα μεταχειρίζομεν, οὐ χρημάτων ποιούμεθα δαπάνην, τὰ πρὸς ἰατρείαν ὠνεῖσθαι κελεύοντες τοὺς ἀσθενοῦντας· ἀλλὰ κἂν ἄγνωστοι ἡμῖν ὦσι, κἂν πρὸς αὐτὰς ἀπῳκισμένοι τὰς τῆς οἰκουμένης ἐσχατιὰς, κἂν ἐν μέσοις βαρβάροις, κἂν ἐν αὐτῷ κείμενοι τῷ τῆς πτωχείας πυθμένι, κἂν πένητες τοσαύτην πενίαν, ὥστε καὶ τῆς ἀναγκαίας ἀπορεῖν τροφῆς, οὐδὲν ἡμῖν 466 τούτων πρὸς τὴν ἰατρείαν γίνεται κώλυμα· ἀλλ' ἑνὶ A ἱδρυμένοι χωρίῳ, χωρὶς ὀργάνων, καὶ φαρμάκων, καὶ σιτίων, καὶ ποτῶν, καὶ χρημάτων, καὶ μακρᾶς ἀποδημίας, τὴν νόσον ἀπελαύνομεν ταύτην. Πῶς [a]καὶ ποίῳ τρόπῳ; Τὸ τοῦ λόγου κατασκευάζοντες φάρμακον, τὸ ταῦτα πάντα γινόμενον τοῖς νοσοῦσι, καὶ ἄμεινον ἢ τὰ εἰρημένα ἅπαντα. Καὶ γὰρ καὶ ἄρτου τρέφει μᾶλλον, καὶ φαρμάκου διορθοῦται πλέον, καὶ πυρὸς εὐτονώτερον καίει, ἀλγηδόνα μὲν οὐδεμίαν παρέχον, τῶν δὲ πονηρῶν λογισμῶν τὰ δυσώδη ῥεύματα ἀναστέλλον· καὶ σιδήρου τομώτερον τέμνει τὰ σεσηπότα ἀνωδύνως· καὶ τοῦτο ποιοῦν δαπάνην οὐδεμίαν B ἐργάζεται χρημάτων, οὐδὲ ἐπιτρίβει πενίαν. Τοῦτο οὖν κατασκευάσαντες τὸ φάρμακον, πᾶσι παραπεμπόμεθα, καὶ πάντες οἶδ' ὅτι ἀπολαύσονται θεραπείας, μόνον εἰ τοῖς λεγομένοις μετὰ ἀκριβείας καὶ εὐγνωμοσύνης προσέχοιεν.

EJUSDEM LIBER

Ad eos qui scandalizati sunt ob adversitates quæ contigerunt, populique et multorum sacerdotum persequutionem ac perversionem, et de incomprehensibili, et adversus Judæos.

Medici quidem, si quando quospiam febre correptos, aut aliquo alio morbo laborantes sanandos suscipiant, id primum student, ut ægros videant, quod procul ab eis positi, suo non possent eos subsidio juvare: ea quippe artis illius est conditio, ea morborum illorum natura. Nos vero, qui non unum aliquem alterumve, sed omnes qui totum incolunt orbem terrarum, scandalum passos sanare studemus, nihil tale requirimus. Neque enim petimus, ut in ædes alicujus ex ægrotis pateat aditus, aut ubi jaceant, discamus, sed neque ipsos ægros cupimus intueri. Non manibus instrumenta tractamus, non pecuniarum sumtus facimus, dum ad curationem necessaria coemere jubemus infirmos: sed quamvis ignoti sint nobis, quamvis ad ultimos orbis terræ fines amandati sint, quamvis in medio barbarorum, quamvis in ipso mendicitatis fundo versentur, quamvis tanta premantur inopia ut etiam necessariis destituantur alimentis, nullum tamen ista curationi nostræ adhibent impedimentum: sed in uno constituti loco, sine instrumentis, sine medicamentis, sine cibo ac potu, vel pecuniis, vel longinqua peregrinatione morbum istum depellimus. Quo tandem modo? Dum orationis medicinam componimus, quæ horum omnium vices apud ægrotos supplebit, imo quæ melior sit illis omnibus. Nam et amplius quam panis alit, et amplius medetur quam pharmacum, et vehementius quam ignis urit, nec tamen ullum dolorem inurit: pravarum autem cogitationum fœtidum fluxum adstringit, et acutius quam ferrum putrida secat ulcera sine dolore; et hoc dum facit, nullos impendere sumtus cogit, nec ad ullam redigit egestatem. Hoc igitur medicamento confecto, ad omnes illud transmittimus, atque omnes dubium non est quin sanitatem recuperaturi sint, dummodo verbis nostris benevole ac diligenter attendant.

[a] Collata cum Mss. Regiis 1819, 2291, Colbertinis, vero 363, 629, 3055.

[b] Hæc, οὐχ ὄργανα μεταχειρίζομεν, desunt in tribus Mss.
[a] Alii καὶ τίνι τρόπῳ.

CAP. I. *Necessarium esse ut causa dicatur, ex qua scandalum ortum est.*

Quoniam autem in corporum etiam curatione non mediocriter, imo plurimum ad abigendam ægritudinem conferre solet, ut occasionem ægritudinis discat ægrotus (neque enim tantum hoc cognito, liberabitur morbo quo detinetur, sed nec in eum postea incidet, ubi causam intellexerit, ex qua in eum semel inciderit, et sibi ab ea cavebit), age nos etiam hoc primum ægros doceamus, unde illis hic scandali morbus acciderit. Nam si hoc cognoverint, et ab eo sibi diligenter cavere voluerint, non hac tantum, aut nunc tantum ægritudine liberabuntur, sed et in perpetuum, et ab hac et a pluribus cæteris. Ejusmodi enim est hujus medicamenti natura, ut et in præsenti sanet, et usui sit ad reliquas ægritudines præcavendas. Neque enim unum, vel duo, vel tria, sed et multa sunt in hac vita, quæ imbecillioribus scandalum afferunt, et hos omnes se liberaturam ægrotos oratio nostra pollicetur, si voluerint, ut etiam ante dixi, et discere, et observare quæ dicemus. Hæc autem a me adhibetur medicina, non ex sacris tantum Scripturis composita, sed etiam ex iis quæ in hac vita fiunt, et perpetuo contingunt: sic ut iis etiam in commune medeatur, qui Scripturas non legunt, modo voluerint: neque enim hoc identidem inculcare desino. Non enim fieri potest, ut necessitate ac vi, et invito medeatur umquam hæc medicina, vel ei qui divinis oraculis non paruerit: et inde sumetur, et inde amplius quam ex ulla eventuum ac rerum demonstratione. Siquidem prolatam a Deo sententiam fide digniorem esse, quam quæ oculis usurpamus credendum est. Quam ob causam et his gravius supplicium imminet, si correcti non fuerint, quod cum Scripturas audiverint, nullam tamen inde talem utilitatem perceperint. Ne igitur illis hoc eveniat, age jam ad correctionem nos accingamus, atque in primis causam ægritudinis indicemus.

Ἐπειδὴ δὲ καὶ ἐπὶ τῶν σωμάτων οὐ μικρὸν, ἀλλὰ καὶ μέγιστον πρὸς τὴν τῆς ἀῤῥωστίας ἀπαλλαγὴν
C συντελεῖν εἴωθε τὸ μαθεῖν τὸν κάμνοντα τῆς ἀῤῥωστίας τὴν ὑπόθεσιν (οὐ γὰρ δὴ μόνον τῆς κατεχούσης αὐτὸν ἀπαλλαγήσεται νόσου τοῦτο μαθὼν, ἀλλ' οὐδὲ μετὰ ταῦτα αὐτῇ περιπεσεῖται, τὴν αἰτίαν γνοὺς, ἀφ' ἧς αὐτῇ περιέπεσεν ἅπαξ, καὶ φυλαττόμενος), φέρε καὶ ἡμεῖς τοῦτο πρῶτον τοὺς τὰ τοιαῦτα νοσοῦντας διδάξωμεν, πόθεν αὐτοῖς τὸ νόσημα τοῦτο γέγονε τοῦ σκανδάλου. Εἰ γὰρ δὴ τοῦτο μάθοιεν, καὶ βουληθεῖεν φυλάξασθαι μετὰ ἀκριβείας αὐτὸ, οὐ ταύτης μόνον ἀπαλλαγήσονται τῆς ἀῤῥωστίας, οὐδὲ νῦν μόνον, ἀλλὰ καὶ διηνεκῶς καὶ ταύτης καὶ ἑτέρων πλειό-
D νων. Τοιαύτη γὰρ καὶ ἡ τοῦ φαρμάκου τούτου φύσις ἐστὶν, ὡς καὶ τὸ παρὸν θεραπεῦσαι, καὶ τῶν ἄλλων γενέσθαι προφυλακτικὸν παθῶν. Οὐ γὰρ ἓν καὶ δύο καὶ τρία, ἀλλὰ καὶ πολλὰ κατὰ τὸν παρόντα βίον ἐστὶ τὰ σκανδαλίζοντα τοὺς ἀσθενεστέρους· καὶ τούτων ἁπάντων ὁ λόγος ἡμῶν ἐπαγγέλλεται τοὺς ἁλόντας ἐλευθεροῦν, μόνον εἰ βουληθεῖεν (ὅπερ καὶ ἔμπροσθεν εἶπον) καὶ μαθεῖν καὶ φυλάξαι τὰ λεγόμενα. Ποιοῦμαι δὲ τὴν θεραπείαν ταύτην, οὐκ ἀπὸ τῶν θείων μόνον Γραφῶν συντιθεὶς, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν κατὰ τὸν παρόντα βίον γινομένων καὶ συμβαινόντων διηνεκῶς· ὥστε καὶ τοῖς μὴ προσέχουσι Γραφαῖς κοι-
E νὴν γενέσθαι τὴν διόρθωσιν, εἰ βουληθεῖεν· οὐ γὰρ παύσομαι τοῦτο συνεχῶς ἐπιλέγων. Ἀνάγκῃ γὰρ καὶ βίᾳ, καὶ μὴ βουλομένῳ οὐκ ἔνι ταύτην ποτὲ θεραπευθῆναι τὴν ἰατρείαν, καὶ τοὺς θείους μὴ καταδεχομένῳ χρησμούς· καὶ ἐντεῦθεν, μᾶλλον δὲ πλέον ἐντεῦθεν, ἢ ἐκ τῆς [b] τῶν πραγμάτων ἀποδείξεως. Τῶν γὰρ δρωμένων ἀξιοπιστοτέραν δεῖ τὴν τοῦ Θεοῦ ἀπόφασιν πιστεύειν εἶναι. Διά τοι τοῦτο καὶ χαλεπωτέρα τούτους μένει τιμωρία μὴ διορθουμένους, ὅτι δεξάμενοι τὰς Γραφὰς, οὐδὲν ἐκεῖθεν εἰς τὴν τοιαύτην καρποῦνται ὠφέλειαν. Ἵν' οὖν μὴ τοῦτο πάσχωσι, φέρε ἀψώμεθα τῆς διορθώσεως λοιπὸν, τὴν αἰτίαν εἰπόντες τοῦ νοσήματος πρῶτον.

CAP II. *Periculosum esse ac dementiæ plenum curiose inquirere et scrutari arcanam Dei sapientiam.*

Quænam igitur tantæ ægritudinis est causa? Curiosum nimirum, et supervacaneum istorum studium, et quod omnium quæ fiunt, singulas velint causas cognoscere, quod incomprehensibilem et ineffabilem Dei providentiam, infinitam, et investigabilem scrutari, et in eam impudenter ac curiose conentur inquirere. Quamquam quis umquam sapientior exstitit Paulo? Dic enim mihi, nonne vas electionis erat iste? nonne magnam et ineffabilem sibi Spiritus gratiam conci-

467 A Τίς οὖν ἡ αἰτία τῆς ἀῤῥωστίας τῆς τοσαύτης ἐστίν; Ἡ πολυπράγμων καὶ περίεργος γνώμη, καὶ τὸ βούλεσθαι πάντων τῶν γινομένων εἰδέναι τὰς αἰτίας ἁπάσας, καὶ φιλονεικεῖν τὴν ἀκατάληπτον καὶ ἄῤῥητον τοῦ Θεοῦ πρόνοιαν, τὴν ἀπέραντον καὶ ἀνεξιχνίαστον περιεργάζεσθαι ἀναισχύντως, καὶ πολυπραγμονεῖν. Καίτοι τίς τοῦ Παύλου σοφώτερος γέγονεν; Εἰπὲ γάρ μοι, οὐ σκεῦος ἐκλογῆς ἦν οὗτος; οὐ πολλὴν καὶ ἄφατον ἐπεσπάσατο τοῦ Πνεύματος τὴν χάριν; οὐ τὸν Χριστὸν εἶχεν ἐν ἑαυτῷ λαλοῦντα; οὐκ ἀποῤῥή-

b Tres Mss. *ἐκ τῆς τῶν γραφῶν ἀποδ.* Hæc vitio laborare putat Savilius: certe videtur in serie Græca aliquid desiderari.

των ἐκοινώνησε τοῦ Θεοῦ ῥημάτων; οὐχ ἃ μηδενὶ ἀνθρώπων λαλῆσαι ἐξὸν ἦν, μόνος ἤκουσεν ἐκεῖνος; οὐκ εἰς παράδεισον ἡρπάγη; οὐκ εἰς τρίτον οὐρανὸν ἀνηνέχθη; οὐ γῆν καὶ θάλασσαν περιέδραμεν; οὐ βαρβάρους φιλοσοφεῖν ἔπεισεν; οὐ πολλὰς καὶ ποικίλας εἶχε τοῦ Πνεύματος ἐνεργείας; οὐ δήμους ὁλοκλήρους, καὶ πόλεις ἐῤῥύθμιζεν; οὐ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν εἰς χεῖρας αὐτῷ φέρων ἔθηκεν ὁ Θεός; Ἀλλ' ὅμως ὁ τοσοῦτος καὶ τηλικοῦτος, ὁ σοφὸς οὕτω καὶ δυνατὸς, καὶ πνευματικὸς ἀνὴρ, ὁ τοσούτων ἀπολελαυκὼς, ὅταν εἰς τὴν ἐξέτασιν τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας C ἐμπέσῃ, καὶ οὐδὲ ὁλοκλήρου προνοίας, [a] ἀλλὰ μόνον εἰς μέρος αὐτῆς, ἄκουσον πῶς ἐκπλήττεται, πῶς ἰλιγγιᾷ, πῶς ἀποπηδᾷ ταχέως τῷ ἀκαταλήπτῳ παραχωρῶν. Ὅτε οὖν ἐσκοπεῖτο, οὐχ ὅπως ἀγγέλων προνοεῖ καὶ ἀρχαγγέλων ὁ Θεὸς, καὶ τῶν Χερουβεὶμ, καὶ τῶν Σεραφεὶμ, καὶ τῶν ἄλλων ἀοράτων δυνάμεων, οὐδὲ πῶς ἡλίου, καὶ σελήνης, καὶ οὐρανοῦ, καὶ γῆς, καὶ θαλάσσης, οὐδὲ πῶς τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων παντὸς, οὐδὲ πῶς ἀλόγων, καὶ φυτῶν, καὶ σπερμάτων, καὶ βοτανῶν, καὶ ἀέρων, καὶ πνευμάτων, καὶ πηγῶν, καὶ ποταμῶν, οὐδὲ τῆς κατὰ φύσιν γεννήσεως, καὶ αὐξήσεως, καὶ D διατροφῆς, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων· ἀλλ' ἕν τι μέρος ἀπολαβὼν τῆς προνοίας αὐτοῦ τὸ κατὰ Ἰουδαίους καὶ Ἕλληνας (καὶ γὰρ περὶ τούτων τὸν ἅπαντα διεξῄει λόγον, διδάσκων πῶς μὲν τοὺς ἐξ ἐθνῶν ἐκάλεσε, πῶς δὲ τοὺς ἐξ Ἰουδαίων ἀπώσατο, καὶ πῶς ἐλέῳ τὴν ἑκατέρων σωτηρίαν ἐπραγματεύσατο), ἄκουσον οἷά φησιν. Ἰδὼν γὰρ πέλαγος ἀχανὲς ἀνεῳχθὲν, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ μέρει τούτῳ, καὶ πρὸς αὐτὸ τῆς προνοίας αὐτοῦ ταύτης τὸ βάθος διακύψαι βουληθεὶς, ὥσπερ τινὶ σκοτοδίνῳ κατασχεθεὶς τῷ ἀῤῥήτῳ τῆς οἰκονομίας ταύτης, καὶ θαυμάσας καὶ ἐκπλαγεὶς τὸ ἄφατον, E τὸ ἀπέραντον, τὸ ἄῤῥητον καὶ ἀκατάληπτον τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας τε καὶ προνοίας, ἀπεπήδησε, ταύτας ἀφεὶς τὰς φωνὰς, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς ἐκπλήξεως ἀνακεκραγὼς ταῦτα τὰ ῥήματα· Ὢ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ. Εἶτα δεικνὺς, ὅτι τὸ βάθος μὲν εἶδε, πόσον δὲ μαθεῖν οὐκ ἠδυνήθη, ἐπήγαγεν· Ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ. Οὐκ εἶπεν ἀκατάληπτα μόνον, A ἀλλὰ καὶ Ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ. Οὐ μόνον γὰρ καταλαβεῖν τις οὐ δύναται, ἀλλ' οὐδὲ ἀρχὴν ἐρεύνης ποιήσασθαι· ὥστε οὐ μόνον εἰς τὸ πέρας τις

[a] Alii ἀλλ' ὅταν εἰς.

B liaverat? nonne Christum in se loquentem habebat? nonne verborum factus particeps et Dei fuerat arcanorum? nonne quæ nulli homini loqui licebat, ille solus audiverat? nonne in paradisum raptus fuerat? nonne sublatus in tertium cælum? nonne terram et mare percurrerat? nonne barbaros philosophari docuerat? nonne varias Spiritus operationes exhibebat? nonne populos integros urbesque moderabatur? nonne totum orbem terrarum Deus manibus ejus commiserat? Verumtamen ille tantus ac talis, adeo sapiens ac potens, ac spiritualis ille vir, qui tam multa obtinuerat, cum ad expendendam Dei providentiam se convertit, et non jam totam providentiam, sed unam ejus solum partem considerat, audi quo pacto miretur, quo pacto vertigine laboret, quo pacto confestim resiliat, seque illam minime comprehendere posse fateatur. Quando igitur contemplabatur, non quomodo angelis provideret et archangelis Deus, et Cherubinis, aut Seraphinis, aut cæteris potestatibus, quæ sub aspectum minime cadunt, neque quo pacto soli, lunæ, cælo, terræ, mari, neque quo pacto humano generi universo, neque quo pacto brutis animantibus, et plantis, et seminibus, et herbis, et aeri, et ventis, et fontibus, et fluminibus, neque quo pacto naturali rerum ortui et accretioni, et sustentationi, ac reliquis ejusmodi: sed unam ejus providentiæ partem assumens, nimirum erga Judæos et gentiles (siquidem totam de illis orationem pertexuerat, cum doceret, quo pacto alios vocarat ex gentibus, quo pacto ex Judæis profectos rejecerat, et quo pacto misericordia motus utrorumque saluti consuluerat), audi quæ dicat. Animadvertens enim quam immensum se pelagus aperiret etiam in hac ipsa parte, et in profundum ipsum ejus providentiæ volens despicere, tamquam vertigine correptus et ineffabili dispensationis hujus mysterio commotus, admirans et obstupescens immensam, ineffabilem et incomprehensibilem Dei sapientiam ac providentiam, resiliit, has voces emittens, et multa cum animi consternatione in hæc verba prorupit: *O altitudo divitiarum et sapientiæ et scientiæ Dei!* Rom. 11. 33.
Deinde ut ostenderet altitudinem se quidem vi-
468 dere, sed quanta sit discere minime posse, subjecit: *Quam inscrutabilia sunt judicia ejus, et investigabiles viæ ejus!* Non dixit incomprehensibilia solum, sed et *Inscrutabilia judicia ejus*. Non enim solum comprehendere non

potest ullus, sed neque perscrutationis principium invenire: ita non modo ad finem pervenire non valet, sed neque initium dispensationum ejus investigare. Cum autem dixisset, *Quam inscrutabilia judicia ejus, et investigabiles viæ ejus*, et admiratus esset, et obstupuisset, glorificatione sermonem terminavit, hæc adjiciens, ac dicens : *Rom.* 11. 34.—36. *Quis cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius ejus fuit? aut quis prior dedit illi, et retribuetur ei? Quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia : ipsi gloria in sæcula. Amen.* Horum autem verborum hic sensus est : ipse fons est, ipse auctor bonorum, nullo indiget participe, nullo consiliario; non ab altero fœneratur cognitionem aut intelligentiam ipse opifex, ipse omnia cum non essent, produxit, et ipse producta conservat et tuetur ut ipsi placet. Illa enim verba, *Ex ipso et per ipsum et in ipso omnia,* nihil aliud indicant, nisi auctorem rerum creatarum illum esse, atque ab illo retineri cuncta, et conservari. Deinde memor *2. Cor.* 9. 15. muneris quo nos donavit, alibi ait : *Gratias Deo super inenarrabili dono ejus.* Jam pacem quoque, quam nobis dedit, non modo non posse nos oratione complecti, neque explicare, sed et omnem mentem excedere declarat, cum ait : *Philipp.* 4. 7. *Pax Dei, quæ exsuperat omnem sensum, custodiet corda vestra.* Si igitur altitudo divitiarum et sapientiæ et scientiæ ipsius immensa est, si inscrutabilia judicia ejus, et viæ ipsius investigabiles, si donum ejus est inenarrabile, et pax ejus omnem sensum exsuperat, non meum tantum, et tuum, vel alicujus alterius, neque Pauli, vel Petri tantum, sed et ipsum archangelorum et supernarum sensum virtutum, qua tu excusatione dignus, qua venia judicaberis, quæso, qui tanta dementia præceps feraris et insania, ut quæ investigabilia sunt, curiose studeas comprehendere, deque omni Dei providentia rationem exigas? Nam si is qui tanta scientia donatus est, quique tam immensa apud Deum fiducia valebat, et gratia totque spiritualibus donis ditatus fuerat, cedit, et se scientiam inquirere posse diffidit, et non modo reperire non valere, sed ne a principio quidem scrutari, quandoquidem et hoc est impossibile, nonne omnium infelicissimus es, et gravissimo furore correptus, qui contrariam illi viam insistas? Neque enim dicit hæc tantum, sed et ad Corinthios olim de scientia scribens, ostendensque quo pacto, licet multa didicerimus,

ἐλθεῖν οὐκ ἰσχύει, ἀλλ' οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ἐξιχνιάσαι τῶν οἰκονομιῶν αὐτοῦ. Εἰπὼν δὲ, Ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ, καὶ θαυμάσας καὶ ἐκπλαγεὶς, εἰς δοξολογίαν τὸν λόγον κατέπαυσεν, οὕτως ἐπάγων καὶ λέγων· Τίς ἔγνω νοῦν Κυρίου, ἢ τίς σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο; ἢ τίς προέδωκεν αὐτῷ, καὶ ἀνταποδοθήσεται αὐτῷ; Ὅτι ἐξ αὐτοῦ καὶ δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα· αὐτῷ ἡ B δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· αὐτὸς πηγὴ, αὐτὸς αἴτιος τῶν ἀγαθῶν, οὐδενὸς δεῖται κοινωνοῦ, οὐδενὸς δεῖται συμβούλου· οὐ παρ' ἑτέρου δανειζόμενος γνῶσιν, [a] ἢ σύνεσιν, οὕτω βουλεύεται, θαυματουργεῖ· ἀλλ' αὐτὸς ἀρχὴ καὶ αἰτία καὶ πηγὴ πάντων τῶν ἀγαθῶν, αὐτὸς δημιουργὸς, αὐτὸς αὐτὰ οὐκ ὄντα παρήγαγε, καὶ αὐτὸς παραχθέντα διακρατεῖ καὶ διατηρεῖ ὡς βούλεται. Τὸ γὰρ, Ἐξ αὐτοῦ, καὶ δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα, τοῦτό ἐστι δηλοῦντος, ὅτι αἴτιος τῶν ὄντων αὐτὸς καὶ δημιουργὸς, καὶ διακρατῶν καὶ συνέχων τὰ πάντα. Εἶτα πάλιν τῆς δωρεᾶς μνησθεὶς τῆς εἰς ἡμᾶς γεγενημένης, ἀλλαχοῦ λέγει· Χάρις δὲ τῷ C Θεῷ ἐπὶ τῇ ἀνεκδιηγήτῳ αὐτοῦ δωρεᾷ. Καὶ τὴν εἰρήνην δὲ τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν, οὐχὶ λόγον νικᾷν μόνον, οὐδὲ διήγησιν ὑπερβαίνειν, ἀλλὰ καὶ νοῦ παντὸς ἀνωτέραν εἶναι δηλοῖ, διὸ λέγει· Ἡ εἰρήνη τοῦ Θεοῦ, ἡ ὑπερέχουσα πάντα νοῦν, φρουρήσει τὰς καρδίας ὑμῶν. Εἰ τοίνυν τὸ βάθος ἄπειρον τοῦ πλούτου, καὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως, καὶ τὰ κρίματα αὐτοῦ ἀνεξερεύνητα, καὶ αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ ἀνεξιχνίαστοι, καὶ ἡ δωρεὰ αὐτοῦ ἀνεκδιήγητος, καὶ ἡ εἰρήνη ὑπερέχει πάντα νοῦν, οὐ τὸν ἐμὸν καὶ τὸν σὸν καὶ τοῦ δεῖνος, οὐδὲ τὸν τοῦ Παύλου καὶ Πέτρου μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν τῶν ἀρχαγγέλων καὶ τῶν ἄνω δυνάμεων, D ποίαν ἕξεις αὐτὸς ἀπολογίαν, εἰπέ μοι; τίνα δὲ συγγνώμην, τοσαύτῃ κεχρημένος μανίᾳ καὶ ἀπονοίᾳ, τὰ ἀνεξιχνίαστα [b] βουλόμενος καταλαβεῖν, καὶ περὶ πάσης τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας λόγον ἀπαιτῶν; Εἰ γὰρ ὁ τοσαύτης ἀπολελαυκὼς γνώσεως, καὶ παῤῥησίαν οὕτως ἄφατον ἔχων, καὶ τῶν τοσούτων χαρισμάτων ἐμπεπλησμένος Παῦλος παραχωρεῖ, καὶ ἐξίσταται τῆς ὑπὸ τὴν ζήτησιν γνώσεως, καὶ οὐ μόνον εὑρεῖν οὐ δύναται, ἀλλ' οὐδὲ ἐρευνῆσαι τὴν ἀρχὴν, ἐπεὶ μηδὲ δυνατὸν, πῶς οὐ πάντων ἀθλιώτερος, καὶ τὴν χαλεπωτάτην μαινόμενος μανίαν, ὁ τὴν ἐναντίαν ὁδὸν

Alii [a] σύνεσιν πραγματεύεται καὶ θαυματουργεῖ

[b] Alii βουλευόμενος.

ἐρχόμενος ἐκείνῳ; Οὐδὲ γὰρ ταῦτα εἴρηκε μόνον, E ἀλλὰ καὶ περὶ γνώσεώς ποτε Κορινθίοις ἐπιστέλλων, καὶ δεικνὺς, ὅπως, εἰ καὶ πολλὰ μεμαθήκαμεν, ἀλλ' ὀλίγον καὶ σφόδρα ἐλάχιστον μέτρον γνώσεως ἔχομεν, οὕτω πώς φησιν· Εἴ τις δοκεῖ ἐγνωκέναι τι, οὔπω εἶδε καθὼς δεῖ γνῶναι. Εἶτα δηλῶν ὅτι πολὺ λείπει τῆς γνώσεως ἡμῖν, καὶ τὸ πλέον ἐν τῷ μέλλοντι τεταμίευται χρόνῳ, ὀλίγον δέ τι ἡμῖν δέδοται, ἐπήγαγεν· Ἐκ μέρους γινώσκομεν, καὶ ἐκ μέρους προφη-
469 A τεύομεν. Ὅταν δὲ ἔλθῃ τὸ τέλειον, τότε τὸ ἐκ μέρους καταργηθήσεται. Καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα ἔστη, ἀλλὰ δεῖξαι βουλόμενος πόσον τὸ μέσον ταύτης κἀκείνης τῆς γνώσεως, καὶ ὅτι πολὺ τὸ λειπόμενον, διὰ εἰκόνων τινῶν σαφὲς τοῦτο ποιεῖ λέγων· Ὅτε ἤμην νήπιος, ὡς νήπιος ἐλάλουν, ὡς νήπιος ἐφρόνουν, ὡς νήπιος ἐλογιζόμην· ὅτε δὲ γέγονα ἀνὴρ, τὰ τοῦ νηπίου κατήργηκα. Βλέπομεν γὰρ ἄρτι δι' ἐσόπτρου ἐν αἰνίγματι, τότε δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον. Εἶδες πόσον τὸ μέσον; Ὅσον νηπίου παιδὸς, καὶ ἀνδρὸς τελείου· ὅσον ἐσόπτρου καὶ αἰνίγματος καὶ τῆς ἄλλης τῆς ἀσαφοῦς τῶν πραγμάτων ὄψεως πρὸς σαφῆ ὄψιν· τοῦτο γάρ ἐστι, Πρόσωπον πρὸς πρόσωπον. Τί οὖν μαίνῃ καὶ λυττᾷς, B τῶν κεκωλυμένων κατατολμῶν εἰκῇ καὶ μάτην; τί δὲ οὐ πείθῃ Παύλῳ λέγοντι· Μενοῦν γε σὺ τίς εἶ, ἄνθρωπε, ὁ ἀνταποκρινόμενος τῷ Θεῷ; Μὴ ἐρεῖ τὸ πλάσμα τῷ πλάσαντι, τί με ἐποίησας οὕτως; Ὁρᾷς πόσην ἀπαιτεῖ τὴν ὑπακοήν; πόσην τὴν σιγήν; Οὐ γὰρ δὴ τὸ αὐτεξούσιον ἡμῶν ἀναιρῶν τοῦτο λέγει· μὴ γένοιτο· ἀλλὰ δηλῶν, ὅτι τὸν ταῦτα ζητοῦντα οὕτως ἄφωνον εἶναι δεῖ, ὡς ἡ τοῦ πηλοῦ φύσις, ἑπομένη ᾗπερ ἂν ὁ τεχνίτης ἄγῃ, μὴ ἀντιτείνοντα, μηδὲ περιεργαζόμενον. Διὸ καὶ τῆς φύσεως ἡμᾶς ἀναμιμνήσκει C τῆς ἡμετέρας, καὶ πηλοῦ μέμνηται καὶ κεραμέως. Καίτοιγε κεραμέως καὶ πηλοῦ ἡ αὐτὴ οὐσία. Εἰ δὲ ἔνθα ἡ αὐτὴ οὐσία, τοσαύτη ἡ ὑπακοή· ἔνθα ἄπειρον τὸ μέσον καὶ οὐσίας καὶ γνώσεως καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, ποίας τεύξεται συγγνώμης ὁ οὕτως ἰταμὸς καὶ ἀναιδὴς, ὥστε πολυπραγμονεῖν τὰ τοῦ πεποιηκότος αὐτὸν Θεοῦ; Ἐννόησον, ὦ ἄνθρωπε, τίς εἶ· τοῦτο γὰρ δηλοῖ δι' ὧν λέγει, Σὺ τίς εἶ; Οὐχὶ πηλός; οὐχὶ τέφρα καὶ σποδός; οὐχὶ κόνις; οὐ καπνός; οὐ χόρτος; οὐκ ἄνθος χόρτου; Ταύτας γὰρ πάσας τὰς εἰκόνας εἰς μέσον οἱ προφῆται [a] συνεχῶς ἔχουσι, τὴν εὐτέ- D λειαν ἡμῶν τῆς φύσεως παραστῆσαι φιλονεικοῦντες.

[a] Alii συνεχῶς φέρουσι, τήν.

tamen exigua valde ac minima est scientiæ nostræ mensura, sic ait: *Si quis se existimat scire aliquid, nondum cognovit quemadmodum oportet eum scire.* 1. Cor. 8. 2. Tum significans multum nobis scientiæ deesse, cumulatiorem vero et ampliorem partem in futuro sæculo reservari, cæterum perexiguum quid nobis esse concessum, adjecit: *Ex parte cognoscimus, et ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod perfectum est, tunc evacuabitur quod ex parte est.* 1. Cor. 13. 9. 10. Neque hic substitit, sed cum vellet ostendere quantum inter hanc scientiam et illam intersit, multumque esse defectum, hoc diversis comparationibus manifestum reddit: *Cum essem parvulus, loquebar ut parvulus, sapiebam ut parvulus, cogitabam ut parvulus: quando autem factus sum vir, evacuavi quæ erant parvuli. Videmus enim nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.* Ib. v. 11. 12. Vides quantum intersit? Quantum inter parvulum puerum, et virum perfectum; quantum inter speculum, et ænigma, vel aliam obscuram rerum visionem, et claram visionem: hoc enim est, *Facie ad faciem.* Cur igitur furis et insanis, dum ea quæ prohibita sunt audacter frustra et incassum aggrederis? cur vero Paulo non pares dicenti: *Imo vero tu quis es, o homo, qui respondeas Deo? Numquid dicet figmentum ei, qui se finxerit, Quid me fecisti sic?* Rom. 9. 20. Vides quantam obedientiam requirat? quantum silentium? Non enim quod liberum tollat arbitrium, hoc dicit; Liberum arbitrium. absit: sed hoc indicat, eum qui ista quærit, ita mutum esse debere, ut est ipsa luti natura, quæ artificem sequitur, quocumque ducat, neque resistere, aut curiose inquirere. Quocirca nostræ naturæ nos admonet, et luti et figuli mentionem facit. Tametsi figuli et luti est eadem substantia. Quod si ubi substantia est eadem, tanta est obedientia: ubi discrimen est immensum et substantiæ et scientiæ ac reliquorum omnium, quam veniam obtinebit, qui adeo temerarius est et impudens, ut res Dei creatoris sui curiose scrutetur? Cogita, o homo, quis sis: hoc enim significant ea quæ dicit, *Tu quis es?* Nonne lutum? nonne cinis et pulvis? nonne favilla? nonne fumus? nonne fœnum? nonne flos fœni? Has enim omnes similitudines frequenter in medium adducunt prophetæ, dum naturæ nostræ nituntur exprimere vilitatem. Atqui is quem curiose scrutaris, immortalis est, immutabilis, semper est, et eodem

modo est, sine principio, sine fine, animo incomprehensibilis, mentem exsuperat, cogitationem excedit, inexplicabilis, ineffabilis, incomprehensibilis non mihi tibique solum, non prophetis et apostolis, sed et cælestibus virtutibus, quæ puræ sunt, invisibiles, incorporeæ, quæ perpetuo versantur in cælis.

Cap. III. Non nobis solum, sed et cælestibus virtutibus incomprehensibilem esse divinitatem.

Cum ergo Seraphinos videris circa sublimem E illum elatumque thronum volantes alarum obtentu suos oculos obvelare, pedesque suos, et terga, et facies occultare, ac clamorem plenum admirationis effundere, ne putes alas et pedes ipsis esse; quippe cum incorporeæ sint illæ virtutes; sed ex his figuris inaccessum et incompre-
Is. 6. 2. 3. hensibilem esse illum intellige qui in throno sedet. Nam et illis est incomprehensibilis et inaccessus, tametsi se infirmitati nostræ attemperet: neque enim id quod erat, tum apparebat. A Deus enim non sedet, neque throno continetur, neque loco circumscribitur. Quod si sedentem, et in throno collocatum, atque ab ipsis circumdatum (quæ omnia sunt ad nostram infirmitatem se attemperantis, et non sedentis) intueri minime potuerunt, sed exsilientem inde fulgorem non ferentes, alarum obtentu oculos obvelabant, tantumque glorificabant, tantum hymnos canebant, et multo cum tremore mysticum illum sanctificationis cantum offerebant: non tu hinc facessens, te ipsum in terram abdes ac defodies, qui ineffabilem et inexplicabilem et supernis virtutibus incomprehensibilem virtutis divinæ providen- B tiam non dubites curiose tanta cum temeritate scrutari? Quæ enim illius sunt, solum Filio et Spiritui sancto exacte nota sunt omnia, nulli vero alteri: et ex his alterum quidem Joannes evangelista, alterum vero Paulus apostolus declaravit. Itaque Tonitrui filius, et qui Christo admodum carus fuit, quique hac nota designabatur; quod erat summæ virtutis indicium; qui tantam habebat fiduciam, ut et supra pectus ejus recum-
Joan. 1. 18. beret, sic ait: *Deum nemo vidit umquam*; C visionem appellat cognitionem; *Unigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarravit.* Hoc et ipse Christus insinuans olim, dum po-
Joan. 6. 46. pulum alloqueretur Hebræum, dicebat, *Nemo vidit Patrem, nisi is qui est a Deo: hic vidit Patrem.* Vas autem electionis, cum in sermonem de ipsius dispensatione incidisset, cumque vellet arcana cuncta quæ didicerat, quo pacto cognovis-

Ὁ δὲ πολυπραγμονούμενος ὑπὸ σοῦ ἀνώλεθρος, ἀναλλοίωτος, ἀεὶ ὢν, καὶ ὡσαύτως ὢν, ἄναρχος, ἀτελεύτητος, ἀπερινόητος, ὑπερβαίνων νοῦν, νικῶν λογισμὸν, ἀνέκφραστος, ἄῤῥητος, ἀκατάληπτος οὐκ ἐμοὶ καὶ σοὶ μόνον, καὶ προφήταις καὶ ἀποστόλοις, ἀλλὰ καὶ ταῖς ἄνω δυνάμεσι, ταῖς καθαραῖς, ταῖς ἀοράτοις, ταῖς ἀσωμάτοις, ταῖς διηνεκῶς ἐν οὐρανῷ διατριβούσαις.

Ὅταν οὖν ἴδῃς τὰ Σεραφεὶμ τὰ περιιπτάμενα τὸν θρόνον τὸν ὑψηλὸν ἐκεῖνον καὶ ἐπηρμένον, τῇ προβολῇ τῶν πτερύγων ἀποτειχίζοντα τὰς ἑαυτῶν ὄψεις, καὶ τοὺς πόδας καλύπτοντα, καὶ νῶτα, καὶ πρόσωπα, καὶ κραυγὴν ἀφιέντα ἐκπλήξεως γέμουσαν, μὴ πτερὰ νόμιζε καὶ πόδας, καὶ πτέρυγας αὐταῖς εἶναι· ἀόρατοι γὰρ αἱ δυνάμεις ἐκεῖναι· ἀλλὰ διὰ τῶν εἰκόνων τούτων τὸ ἀπρόσιτον, τὸ ἀκατάληπτον τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ θρόνου λογίζου. Καὶ γὰρ καὶ ἐκείναις ἀκα-
470 τάληπτος καὶ ἀπρόσιτός ἐστι, καίτοι συγκαταβαίνων· οὐδὲ γὰρ ὅπερ ἦν ἐφαίνετο τότε. Θεὸς γὰρ οὐ κάθηται, οὐδὲ θρόνῳ περιέχεται, οὐδὲ τόπῳ περιείληπται. Εἰ δὲ καθήμενον, καὶ ἐπὶ θρόνου ἱδρυμένον, καὶ κυκλούμενον ὑπ᾽ αὐτῶν (ἅπερ ἐστὶν ἅπαντα συγκαταβαίνοντος, οὐ καθημένου), οὐκ ἴσχυσαν ἰδεῖν, ἀλλὰ μὴ φέρουσαι τὴν ἐκεῖθεν ἐκπηδῶσαν ἀστραπὴν τῇ προβολῇ τῶν πτερύγων τὰς ὄψεις ἀπετείχιζον, καὶ μόνον ἐδοξολόγουν, μόνον ὕμνουν, μετὰ πολλῆς τῆς φρίκης τὸ μυστικὸν ἐκεῖνο τοῦ ἁγιασμοῦ ἀναφέρουσαι μέλος· οὐκ ἀπελθὼν κατορύξεις σεαυτὸν καὶ [a] καταδύσεις, τῆς ἀῤῥήτου, καὶ ἀφράστου, καὶ ταῖς ἄνω δυνάμεσιν ἀκαταλήπτου Θεοῦ δυνάμεως τὴν πρόνοιαν μετὰ τοσαύτης περιεργάζεσθαι βουλόμενος τῆς ἰταμότητος; Τὰ γὰρ ἐκείνου Υἱῷ καὶ Πνεύματι ἁγίῳ δῆλα μόνον ἅπαντα μετ᾽ ἀκριβείας, ἑτέρῳ δὲ οὐδενί· καὶ τούτων τὸ μὲν Ἰωάννης ὁ εὐαγγελιστὴς, τὸ δὲ Παῦλος ὁ ἀπόστολος παρεδήλωσεν. Ὁ μὲν οὖν τῆς βροντῆς υἱὸς, καὶ σφόδρα ἐπέραστος ὢν τῷ Χριστῷ, καὶ τοῦτο παράσημον ἔχων, ὅπερ ἦν μεγίστης ἀρετῆς ἀπόδειξις, καὶ τοσαύτης ἀπολαύων παῤῥησίας, ὡς καὶ ἐπὶ τὸ στῆθος αὐτοῦ κατακλίνεσθαι, οὕτω φησί· Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε· ὅρασιν τὴν γνῶσιν λέγων· Ὁ μονογενὴς Υἱὸς ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ Πατρὸς, ἐκεῖνος ἐξηγήσατο. Τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς δηλοποιῶν δι᾽ ἑαυτοῦ πάλαι τῷ δήμῳ τῶν Ἑβραίων διαλεγόμενός φησιν· Οὐδεὶς ἑώρακε τὸν Πατέρα, εἰ μὴ ὁ ὢν ἐκ τοῦ Θεοῦ· οὗτος ἑώρακε τὸν Πατέρα. Τὸ δὲ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς εἰς τὸν τῆς οἰκονομίας αὐτοῦ λόγον ἐμπεσὼν, καὶ τὰ ἀπόῤῥητα, ἅπερ ἔμαθεν, ἅπαντα βουλόμενος εἰπεῖν, πῶς αὐτὰ ἔγνω, οὕτω λέγει· Λαλοῦμεν δὲ σοφίαν ἐν μυστηρίῳ, τὴν ἀποκεκρυμμένην, ἣν προώρισεν ὁ Θεὸς πρὸ τῶν αἰώνων, εἰς δόξαν

[a] Alii καταδύσῃ.

ἡμῶν, ἣν οὐδεὶς τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου ἔγνω. Εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν Κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν. Ἀλλὰ, καθὼς γέγραπται, ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. Πῶς οὖν αὐτὰ ἔγνωμεν ἡμεῖς, ὦ Παῦλε; τίς ὁ μηνύσας, καὶ δῆλα καταστήσας αὐτὰ τὰ ἀθέατα, τὰ ἀνήκουστα, τὰ εἰς καρδίαν ἀνθρώπου μὴ ἀναβάντα; Εἰπὲ καὶ δεῖξον τίς ὁ τοσαύτην ἡμῖν γνῶσιν κομίσας; Ἡμῖν δὲ, φησὶν, ὁ Θεὸς ἀπεκάλυψε διὰ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ. Εἶτα ἵνα μή τις νομίσῃ, ὅτι ταῦτα μόνον ἐπίσταται, ἅπερ ἀπεκάλυψεν ἡμῖν ὁ Θεὸς δι' αὐτοῦ, οὐχὶ δὲ καὶ πᾶσαν ἔχει τὴν γνῶσιν, ἐπήγαγε· Τὸ γὰρ πνεῦμα πάντα ἐρευνᾷ, καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ. Τίς γὰρ οἶδεν ἀνθρώπων τὰ τοῦ ἀνθρώπου, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἐν αὐτῷ; οὕτω καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ οὐδεὶς οἶδεν, εἰ μὴ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ. Ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· ὥσπερ ἄνθρωπος αὐτὸς οἶδε τὰ ἑαυτοῦ, καὶ ἃ βουλεύεται, καὶ ἐν διανοίᾳ ἔχει, μετὰ ἀκριβείας ἐπίσταται πάντα, οὕτω καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον μετὰ ἀκριβείας οἶδε τοῦ Θεοῦ τὴν ἀπόῤῥητον γνῶσιν ἅπασαν. Εἰπὼν τοίνυν, Οὕτω καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ οὐδεὶς οἶδεν, εἰ μὴ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἀνθρώπους μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἄνω κτίσιν ἅπασαν τῆς ἀκριβοῦς ταύτης ἐξέβαλε γνώσεως. Διὸ καὶ σοφός τις παραινεῖ λόγος· Χαλεπώτερά σου μὴ ζήτει, καὶ ἰσχυρότερά σου μὴ ἐξέταζε· ἃ προσετάγη σοι, ταῦτα διανοοῦ· πλείονα γὰρ συνέσεως ἀνθρώπων ὑπεδείχθη σοι. Ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· οὐδὲ ταῦτα ἅπερ ἔχεις, οἴκοθεν μαθὼν ἔχεις ἅπαντα, οὐδὲ ἤρκεσέ σοι ἡ φύσις πρὸς τὴν τῶν ἁπάντων εἴδησιν, ἀλλ' ἄνωθεν τῶν πλειόνων ἔλαβες τὴν γνῶσιν· πολλῷ γὰρ μείζονα ἦν, ἢ ὥστε τῇ συνέσει καταληφθῆναι τῇ σῇ. Τί τοίνυν οἴκοθεν φιλονεικεῖς τὰ βαθύτερα ἐρευνᾷν, ὅταν καὶ αὐτῶν ὧν οἶδας πολλὰ ὑπερβαίνῃ σου τὴν φρόνησιν, καὶ ταῦτα ἑτέρωθεν ἔχῃς; Τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος παραδηλῶν ἔλεγε· Τί γὰρ ἔχεις, ὃ οὐκ ἔλαβες; εἰ δὲ καὶ ἔλαβες, τί καυχᾶσαι ὡς μὴ λαβών; Παῦσαι τοίνυν ὀψὲ γοῦν ποτε τῆς τοσαύτης φιλονεικίας, καὶ ἀνέχου τῆς σοφωτάτης συμβουλῆς ἐκείνης τῆς λεγούσης· Μὴ εἴπῃς, τί τοῦτο; εἰς τί τοῦτο; πάντα γὰρ εἰς χρείαν αὐτῶν ἔκτισται.

set, indicare, his et ipse verbis utitur: *Loquimur autem sapientiam in mysterio, quæ abs-* (1. Cor. 2. 7-9.) D *condita est, quam prædestinavit Deus ante sæcula in gloriam nostram, quam nemo principum hujus sæculi cognovit. Si enim cognovissent, numquam Dominum gloriæ crucifixissent. Sed sicut scriptum est, Quæ oculus non vidit, et auris non audivit, et in cor hominis non ascenderunt, quæ præparavit Deus iis qui diligunt illum.* Quomodo ergo cognovimus nos, o Paule? quis illa revelavit, et manifesta reddidit illa nulli conspecta, vel audita, et quæ nullius in cor ascenderunt? Dic, et indica quis ille sit qui tantam nobis scientiam advexit? E *Nobis autem revelavit Deus par Spiritum suum.* (1. Cor. 2. 10.) Deinde ne quis eum putaret hæc nosse tantum, quæ per ipsum nobis Deus revelavit, non autem omnem scientiam callere, subjecit: *Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei.* (Ib. v. 11) *Quis enim hominum scit, quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est? ita et quæ Dei sunt, nemo cognovit, nisi Spiritus Dei.* Horum autem verborum hic sensus 471 est: Sicut homo novit ea quæ ipsius sunt, quæque A cogitat, et habet in animo, cuncta scit exacte, sic etiam Spiritus sanctus arcanam Dei scientiam omnem exacte novit. Cum igitur dixit, *Ita et quæ Dei sunt nemo cognovit nisi Spiritus Dei,* non homines solum, sed et omnem cælestem creaturam ab hac perfecta cognitione seclusit. Quam ob causam et sapiens quidam sermo admonet: *Difficiliora te ne quæsieris, et fortiora te ne scrutatus fueris; quæ præcepta sunt tibi, hæc cogita: plurima enim supra sensum hominis ostensa sunt tibi.* (Eccli. 3. 22. 25.) Quod autem dicit, est ejus- B modi: Ne hæc quidem quæ habes, tua industria cuncta didicisti: neque naturæ tuæ viribus nixus hanc cognitionem adipisci potuisti, sed cælitus missam hanc scientiam accepisti: multo quippe majora erant, quam ut tua possent intelligentia comprehendi. Cur ergo tuis viribus nixus conaris profundiora scrutari, cum pleraque ex iis quæ nosti, tuum sensum exsuperent, et aliunde ad te derivata illa possideas? Hoc et ipse Paulus ut declararet, aiebat: *Quid enim habes, quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?* (1. Cor. 4. 7.) Tantum igitur conatum aliquando tandem omitte, et sapientissimo illi consilio parere dignare, quod monet, *Ne dixeris, Quid est hoc? ad quid hoc? omnia enim ad usum ipsorum creata sunt.* (Eccli. 39. 21.)

CAP. IV. Moysem prophetam periculosam curiositatem in exordio libri uno verbo sustulisse.

Hanc enim ob causam, cum orta esset omnis creatura, suumque accepisset ornatum, et admodum concinnum, mirabile, ac stupore dignum opus processisset in medium, cumque insipientes et insani nonnulli res creatas essent reprehensuri: vide quo pacto importunum illorum judicium, ac furiosam sententiam multo ante reprimens legislator uno verbo impudens quodvis os eorum occluserit, cum dixit: *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, et ecce bona valde.* (Gen. 1. 31.) Nam quoniam inter ea quæ videbantur, erant non lux tantum, sed et tenebræ: non fruges tantum, sed et spinæ: non arbores tantum sativæ, sed et silvestres: non plani solum campi, sed etiam montes, et colles, et valles: non homines solum, sed et reptilia venenata: non pisces tantum, sed etiam cete: non frequentata solum æquora, sed etiam mare innavigabile: non sol tantum et luna, et sidera, sed etiam fulmina, et ignei turbines: non venti solum secundi, sed et procellæ: non columbæ tantum, et aves canoræ, sed et milvi, et accipitres, et vultures, et alia carnivora animalia: non pecudes tantum et boves, sed et lupi, et pardi, et leones: non cervi tantum, et lepores, et damæ, sed et scorpii, et viperæ, et dracones: atque inter herbas quoque non salubres modo plantæ, sed et venenatæ, ac futurum erat ut hæc multis offendiculo essent, et hinc hæreses orirentur: postquam res omnes creatæ sunt natæ, suumque singulæ sunt ornatum adeptæ, creatorem ostendit in singulis, id quod exortum erat, laudare, imo vero unamquamque sigillatim et omnes simul, ut cognito illius judicio, licet temerarius quispiam sit et impudens, nihil amplius eorum, quæ sub oculos cadunt, curiose scrutetur. Ideo ubi dixit factam esse lucem, adjunxit: *Et vidit Deus lucem, quod esset bona,* (Gen. 1. 4.) et ita de singulis. Deinde ne, si cuncta persequatur nominatim, prolixiorem reddat orationem, simul pronuntiat de omnibus, et ait rursus: *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, et ecce bona valde.* (Gen. 1. 31.) Non quod ubi facta fuerant, cognoverit Deus bona esse quæ facta erant: absit. Si enim artifex homo, etiam antequam fiant ea quæ sunt artis, novit, edoctus ea bona esse quæ ab ipso fieri debent: multo magis ineffabilis illa sapientia, quæ sola sua voluntate nutuque cuncta produxit, etiam antequam fierent, ea bona esse noverat. Neque enim illa produxisset, si ignota

Διὰ γάρ τοι τοῦτο, ἐπειδὴ πᾶσα ἡ κτίσις ἐγένετο, καὶ τὸν οἰκεῖον κόσμον ἀπέλαβε, καὶ παναρμόνιον τοῦτο καὶ παράδοξον καὶ πολλῆς [a] γέμον ἐκπλήξεως ἔργον εἰς μέσον προὔκειτο, ἔμελλον δὲ πολλοὶ τῶν C ἀνοήτων καὶ μαινομένων ἐπιλαμβάνεσθαι τῶν γενομένων· ὅρα πῶς προαναστέλλων αὐτῶν τὴν ἄκαιρον κρίσιν καὶ μανιώδη ψῆφον, ἑνὶ ῥήματι πᾶσαν ἀναίσχυντον ἐνέφραξε γλῶσσαν ὁ νομοθέτης εἰπών· Εἶδεν ὁ Θεὸς πάντα, ὅσα ἐποίησε, καὶ ἰδοὺ καλὰ λίαν. Ἐπειδὴ γὰρ ἐν τοῖς ὁρωμένοις ἦν οὐχὶ φῶς μόνον, ἀλλὰ καὶ σκότος· οὐ καρποὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄκανθαι· οὐ δένδρα ἥμερα, ἀλλὰ καὶ ἄγρια· οὐχ ὕπτια πεδία, ἀλλὰ καὶ ὄρη καὶ νάπαι καὶ φάραγγες· οὐχ ἄνθρωποι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑρπετὰ ἰοβόλα· οὐκ ἰχθύες μόνον, D ἀλλὰ καὶ κήτη· οὐχ ἥμερα πελάγη, ἀλλὰ καὶ ἄπλωτος θάλασσα· οὐχ ἥλιος μόνον καὶ σελήνη καὶ ἄστρα, ἀλλὰ καὶ κεραυνοὶ καὶ πρηστῆρες· οὐκ ἄνεμοι μόνον προσηνεῖς, ἀλλὰ καὶ καταιγίδες· οὐ περιστεραὶ μόνον καὶ ὄρνιθες ᾠδικοὶ, ἀλλὰ καὶ ἰκτῖνοι καὶ κόρακες καὶ γῦπες καὶ ἕτερα ἀνθρωποφάγα ζῶα· οὐ πρόβατα καὶ βόες, ἀλλὰ καὶ λύκοι καὶ παρδάλεις καὶ λέοντες· οὐκ ἔλαφοι καὶ λαγωοὶ καὶ δορκάδες, ἀλλὰ καὶ σκορπίοι καὶ ἔχεις καὶ δράκοντες· καὶ ἐν βοτάναις δὲ οὐχὶ σωτήρια μόνον φυτὰ, ἀλλὰ καὶ δηλητήρια, καὶ πολλοὶ ἐντεῦθεν σκανδαλίζεσθαι ἔμελλον καὶ αἱρέσεις τίκτειν· E μετὰ τὸ γενέσθαι τὰ γενόμενα, καὶ τὸν οἰκεῖον ἕκαστον ἀπολαβεῖν κόσμον, καθ' ἕκαστον δείκνυσι τὸν δημιουργὸν ἐπαινοῦντα τὸ γεγενημένον, μᾶλλον δὲ καθ' ἕνα αὐτῶν, καὶ κοινῇ πάντα, ἵνα τὴν ἐκείνου κρίσιν μαθὼν, κἂν σφόδρα τις ἰταμὸς καὶ ἀναίσχυντος ᾖ, μηδὲν περιεργάζηται λοιπὸν τῶν ὁρωμένων. Διὰ τοῦτο εἰπὼν, ὅτι ἐγένετο φῶς, ἐπήγαγε, Καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς τὸ φῶς ὅτι καλὸν, καὶ καθέκαστον οὕτως. Εἶτα ἵνα 472 A μὴ πάντα κατ' ὄνομα [b] εἰπὼν, μηκύνῃ τὸν λόγον, ὁμοῦ περὶ πάντων ἀποφαίνεται ἁπαξαπλῶς, καὶ πάλιν λέγει· Εἶδεν ὁ Θεὸς πάντα, ὅσα ἐποίησε, καὶ ἰδοὺ καλὰ λίαν. Οὐχ ἐπειδὴ μετὰ τὸ γενέσθαι ἔγνω ὁ Θεὸς ὅτι καλὸν τὸ γενόμενον· ἄπαγε. Εἰ γὰρ τεχνίτης ἄνθρωπος, καὶ πρὸ τοῦ γενέσθαι τὰ τῆς τέχνης μαθὼν, οἶδεν ὅτι καλὰ τὰ παρ' αὐτοῦ μέλλοντα γίνεσθαι, πολλῷ μᾶλλον ἡ ἄρρητος ἐκείνη σοφία βουλήματι μόνῳ τὰ πάντα παραγαγοῦσα, καὶ πρὸ τῆς [a] γεννήσεως ᾔδει ὅτι καλά. Οὐδὲ γὰρ ἂν αὐτὰ παρήγαγεν, εἰ ἠγνόει. Τίνος οὖν ἕνεκεν οὕτως εἴρηται; Διὰ τὴν αἰτίαν, ἣν εἶπον. Ἀκούσας τοίνυν τοῦ προφήτου πρὸς B σὲ λέγοντος, ὅτι ὁ Θεὸς αὐτὰ εἶδε καὶ ἐπῄνεσε, μὴ ζήτει λοιπὸν ἑτέραν βάσανον καὶ ἀπόδειξιν τοῦ κάλλους αὐτῶν, μηδὲ λέγε, πῶς καλά; Τῆς γὰρ διὰ τῶν ἔργων ἀποδείξεως σαφεστέρα ἡ διὰ τῆς ψήφου καὶ τῆς

[a] Alii γέμον θαυματουργίας ἔργον.

[b] Aliquot Mss. ἐπιών.

[a] Alii γεν[illegible]

κρίσεως τοῦ ποιήσαντος ἀπόφασις. Διά τοι τοῦτο καὶ παχυτέρᾳ κέχρηται τῇ λέξει. Ὥσπερ γὰρ εἴ τις φάρμακα βουλόμενος ὠνεῖσθαι, ἄπειρος ὢν, κελεύοι πρότερον ἐπιδείκνυσθαι τῷ ἰατρῷ ταῦτα, κἂν μάθῃ σαφῶς, ὅτι ἰδὼν ἐκεῖνος ἐπήνεσεν, οὐδεμίαν ἑτέραν ἀπόδειξιν τῆς τούτων ἀρετῆς ἐπιζητεῖ, ἀλλ' ἀκούσας ὅτι εἶδεν αὐτὰ ὁ ἰατρὸς καὶ ἐπήνεσεν, ἀρκεῖται τῇ ψήφῳ τοῦ τεχνίτου· οὕτω δὴ καὶ ὁ Μωσῆς πᾶσαν περιεργίαν C ἀναίσχυντον περιελεῖν βουλόμενος τῶν μετὰ ταῦτα μελλόντων ἀπολαύειν τῆς κτίσεως, ἀπήγγειλε καὶ εἶπεν, ὅτι εἶδεν αὐτὰ ὁ Θεὸς καὶ ἐπήνεσε, καὶ ἐψηφίσατο εἶναι καλὰ, καὶ οὐχ ἁπλῶς καλὰ, ἀλλὰ καὶ καλὰ λίαν. Μὴ τοίνυν περιεργάζου, μηδὲ πολυπραγμόνει λογισμοῖς τὰ γεγενημένα, τοιαύτην ἔχων τοῦ κάλλους αὐτῶν μαρτυρίαν. Εἰ γὰρ μὴ ἀρκεσθῇς τῷ ῥήματι τούτῳ, ἀλλὰ βουληθῇς εἰς ζήτησιν τῶν γεγενημένων ἐλθεῖν, εἰς εὔριπον λογισμῶν καὶ κύματα πολὺν ἐργαζόμενα χειμῶνα σαυτὸν ἐμβαλὼν μόνον, εἴσῃ μὲν D πλέον οὐδὲν, ναυάγιον δὲ ἐργάσῃ σεαυτῷ χαλεπόν. Οὐδὲ γὰρ δυνήσῃ τοὺς λόγους ἅπαντας ἑκάστου τῶν γεγενημένων εὑρεῖν, ἀλλὰ καὶ τῶν δοκούντων εἶναί σοι νῦν καλῶν πολλὰ διαβαλεῖς, ἐὰν ἀγνώμονι κεχρημένος ᾖς τῇ γνώμῃ. Οὕτω γὰρ ἀσθενὴς τῶν ἀνθρώπων ὁ λογισμὸς, ὡς εἰς ἐναντία περιαχθῆναι πολλάκις, καὶ ἐκ διαμέτρου κατὰ ἀλλήλων στῆναι πολλοὺς ἐν τῇ περὶ τῆς κτίσεως ψήφῳ. Ἑλλήνων μὲν γὰρ παῖδες ὑπὲρ τὸ δέον αὐτὴν θαυμάσαντες, τὸ μέτρον ὑπερεκβάντες καὶ θεὸν εἶναι αὐτὴν ἐνόμισαν· Μανιχαῖοι δὲ καὶ ἕτεροι πάλιν αἱρετικοὶ, οἱ μὲν οὐκ ἀγαθοῦ Θεοῦ E ἔργον ἔφησαν αὐτὴν εἶναι· οἱ δὲ ἐν αὐτῆς ἀποτεμόντες μέρος, αὐτομάτῳ τινὶ προσέρριψαν ὕλῃ, καὶ ἀναξίαν ἔκριναν τῆς τοῦ Θεοῦ δημιουργίας εἶναι. Οὕτως, ὥσπερ ἔφθην εἰπὼν, εἴ τις λογισμοῖς καὶ ἀγνώμονι χρήσαιτο γνώμῃ, καὶ τῶν δοκούντων εἶναι καλῶν πολλὰ διαβαλεῖ. Τί γάρ σοι ὡραιότερον ἡλίου εἶναι δοκεῖ; Ἀλλ' ὅμως τοῦτο τὸ φαιδρὸν ἄστρον καὶ γλυκὺ καὶ ὀφθαλμοὺς λυμαίνεται ἀσθενοῦντας, καὶ γῆν κατακαίει θερμοτέρας ἀφεὶς τὰς ἀκτῖνας, καὶ 473 πυρετοὺς τίκτει, καὶ καρπὸν πολλάκις κατεξήρανε καὶ A ἐποίησεν ἄχρηστον, καὶ δένδρα ἄκαρπα εἰργάσατο, καὶ μέρος τῆς οἰκουμένης ἀοίκητον κατέστησεν ἡμῖν. Τί οὖν, εἰπέ μοι; διαβαλοῦμεν τὸν ἥλιον διὰ τοῦτο; Ἄπαγε· ἀλλὰ τοὺς λογισμοὺς ἡσυχάζειν ἀφέντες καὶ τὸν τούτων θόρυβον, ἐπιληψώμεθα τῆς πέτρας ἐκείνης, καὶ τῆς ῥήσεως τῆς λεγούσης, Καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς πάντα ὅσα ἐποίησε, καὶ ἰδοὺ καλὰ λίαν· ἐπεὶ καὶ αὐτὰ, ἃ ἀπηριθμησάμην νῦν, καλὰ λίαν καὶ χρηστά. Ἀλλ', ὅπερ ἔμπροσθεν εἶπον, ἐπὶ τὴν ῥῆσιν ἐκείνην ἐπανιέναι χρὴ διαπαντὸς καὶ λέγειν, ἰδοὺ πάντα, ὅσα ἐποίησεν ὁ Θεὸς, καλὰ λίαν. Ἀλλὰ τὸ τρυφᾷν, καὶ γελᾷν, καὶ ἐν ἡδονῇ εἶναι, καλόν; Οὐκοῦν ἄκουε Σο- B λομῶντος, τοῦ πᾶν εἶδος τρυφῆς ἐπελθόντος, λέγον-

ipsi fuissent. Cur igitur ita loquutus est? Ob eam causam, quam attigi. Cum igitur prophetam audieris dicentem tibi Deum illa vidisse, atque laudasse, noli jam amplius ullum examen vel indicium quærere pulchritudinis ipsorum, neque dicas, Quomodo bona? Ipsa enim ex operibus demonstratione clarior est sententia, quæ ex calculo et judicio conditoris emanat. Atque idcirco rudioribus verbis est usus. Nam quemadmodum si quis coemere medicamenta velit, alioquin imperitus, eaque jusserit medico prius ostendi, nullam aliam virtutis eorum demonstrationem requirit, ubi certo didicerit illa ab eo visa fuisse, ac laudata, sed artificis calculo contentus abit, cum audierit illa vidisse medicum, atque laudasse: sic nimirum Moyses, cum omnem vellet occasionem impudentis curiositatis amputare illis, qui creaturis essent fruituri, denuntiavit eis, ac dixit, Deum illa vidisse, laudasse, ac bona esse judicasse, neque simpliciter bona, sed bona valde. Noli ergo curiose inquirere, neque ratiocinando scrutare quæ facta sunt, cum tali de eorum præstantia testimonio sis instructus. Si enim minime contentus hoc verbo, ad inquisitionem rerum creatarum progredi velis, teque in ratiocinationum euripum ac fluctus solum injicias, ex quibus multam senties excitatam procellam, nihil quidem intelliges amplius, sed in naufragium te ipsum gravissimum præcipitem ages. Neque enim rationes omnes singulorum quæ facta sunt poteris reperire, sed et eorum quæ bona tibi nunc videntur, multa vituperabis, si animum adhibueris depravatum. Adeo namque imbecillis est hominum ratio, ut sæpenumero in contrarium agatur, et in judicio de creatura ferendo multi directe oppositi inter se pugnent. Nam gentiles quidem cum plus quam opus sit ipsam mirati essent, modum excesserunt, eamque deum esse arbitrati sunt: Manichæi vero, et alii rursus hæretici quidam dei minime boni opus eam esse dixerunt: quidam unam ejus partem avulsam a cæteris spontaneæ cuidam materiæ attribuerunt, eamque indignam esse Dei opificio judicarunt. Ita, sicut ante dixi, si quis rationem ac mentem depravatam adhibeat, multa ex iis, quæ bona esse videntur, accusabit. Quid enim tibi sole pulchrius videtur? Attamen splendidum istud et jucundum astrum et oculos lædit infirmos, et cum radios ardentiores emittit, terram urit, febres gignit, fruges sæpenumero arefacit et inutiles reddit, arbores infecundas efficit, ac partem orbis ter-

Manichæi malum deum admittebant.

rarum nostræ ineptam habitationi et infestam reddit. Quid ergo? num, quæso, solem idcirco accusabimus? Absit; imo vero rationem quiescere jubentes, petram illam occupabimus, et
Gen. 1.31. dictum illud, *Et vidit Deus cuncta quæ fecerat, et ecce bona valde:* siquidem et illa ipsa quæ nunc enumerata sunt a me, bona valde sunt et commoda. Sed ut superius dixi, ad vocem illam recurrendum est semper, ac dicendum: Ecce omnia, quæ fecit Deus, bona sunt valde. Sed nonne deliciis vacare, jocari, et voluptati operam dare, bonum est? Audi Salomonem, qui
Eccles. 7. 3. deliciarum omne genus tentavit, et ait, *Melius est ire ad domum luctus, quam ire ad domum convivii.* At mala res nox est? (oportet enim adversariorum uti verbis.) Imo ipsa laborum est relaxatio, liberatio a curis, morborum solatium, a metu ac periculis requies non mediocris: juvenile reddit corpus, mentem vividam, membra laboribus fatigata recreat reficitque. At mala res est morbus? Unde igitur Lazarus coronam reportavit? Sed mala paupertas? Unde vero Job gloriam est consequutus? At noxiæ afflictiones frequentes, et continuæ? Unde autem factum est ut apostoli celebres et illustres evaderent? quæ porro via ducit ad vitam? nonne arcta et angusta? Noli ergo dicere, Cur hoc? ad quid hoc? sed tam in dispensationibus quam in creaturis Dei, quod silentium præbet lutum figulo, idem et ipse Conditori tuo præbe, mi homo.

τος, Ἀγαθὸν πορευθῆναι εἰς οἶκον πένθους, ἢ πορευθῆναι εἰς οἶκον πότου. Ἀλλὰ νὺξ φαῦλον; (δεῖ γὰρ ἐκ τῶν ἐναντίων μεταχειρίσασθαι τὸν λόγον.) Ἀλλὰ καὶ αὕτη πόνων ἀνάπαυσις, φροντίδων ἀπαλλαγὴ, νοσημάτων παραμυθία, φόβων καὶ κινδύνων οὐ μικρὰ ἀναψυχή· νεαρὸν ποιεῖ τὸ σῶμα, ἀκμάζουσαν τὴν διάνοιαν, ἀναπαύει τὴν σάρκα πεπονηκυῖαν. Ἀλλὰ νόσος κακόν; Πόθεν οὖν ὁ Λάζαρος ἐστεφανώθη; Ἀλλὰ πενία; Καὶ πόθεν ὁ Ἰὼβ εὐδοκίμησεν; Ἀλλὰ θλίψεις ἐπάλληλοι καὶ συνεχεῖς; Καὶ πόθεν οἱ ἀπόστολοι C ἀνεκηρύχθησαν; ποία δὲ ὁδὸς ἡ εἰς τὴν ζωὴν ἄγουσα; οὐχ ἡ στενὴ καὶ τεθλιμμένη; Μὴ τοίνυν λέγε, διὰ τί τοῦτο; εἰς τί τοῦτο; ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν οἰκονομιῶν καὶ ἐπὶ τῶν κτισμάτων τοῦ Θεοῦ, ἣν παρέχει σιγὴν ὁ πηλὸς τῷ κεραμεῖ, ταύτην καὶ αὐτὸς τῷ ποιήσαντί σε Θεῷ πάρεχε, ἄνθρωπε.

Cap. V. Credendum esse providentia Dei regi omnia: ejusque rei maximam demonstrationem iis qui dubitant, a rebus creatis suppeditari.

Quid ergo? dicet aliquis; non vis me certo scire, ac credere Dei providentia res omnes regi? Volo equidem et opto, ac vehementer desidero: non tamen ejus providentiam scrutari, neque curiose in eam inquirere. Si enim jam scis, et fidem habere statuisti, noli quærere: sin autem dubitas, terram interroga, cælum, solem, lunam, varia brutarum animantium genera interroga, semina, plantas, mutos pisces, saxa, montes, saltus, colles, noctem, diem. Siquidem sole ac radiis ejus clarior est Dei providentia, et quovis tempore, quovis in loco, in desertis, in regionibus cultis et incultis, in terra, in mari, et quocumque te contuleris, manifesta et idonea, cum vetera tum nova providentiæ istius monumenta conspicies, vocesque undique missas hac nostra rationali voce clariores, a quibus de hac ejus cura instruetur, qui aures voluerit admovere. Idcirco propheta quoque vocum istarum præstantiam vo-
Psal. 18 4. lens ostendere, dicebat: *Non sunt loquelæ, neque sermones, quorum non audiantur voces eorum.* Nam nostra quidem nota est illis tantum,

Τί οὖν; φησίν· οὐ βούλει με εἰδέναι σαφῶς καὶ πιστεύειν ὅτι προνοεῖ πάντων ὁ Θεός; Καὶ μάλα καὶ βούλομαι καὶ εὔχομαι, καὶ ἐπιθυμῶ σφόδρα· οὐ μὴν περιεργάζεσθαι τὴν πρόνοιαν, οὐδὲ πολυπραγμονεῖν. Εἰ μὲν γὰρ οἶσθα καὶ πέπεικας σεαυτὸν, μὴ ζήτει· εἰ δὲ ἀμφιβάλλεις, ἐρώτησον τὴν γῆν, τὸν οὐρανὸν, D τὸν ἥλιον, τὴν σελήνην, ἐρώτησον τὰ ποικίλα τῶν ἀλόγων γένη, τὰ σπέρματα, τὰ φυτὰ, τοὺς ἀφώνους ἰχθύας, τὰς πέτρας, τὰ ὄρη, τὰς νάπας, τοὺς βουνοὺς, τὴν νύκτα, τὴν ἡμέραν. Τοῦ γὰρ ἡλίου καὶ τῆς ἀκτῖνος αὐτῆς φανερωτέρα ἡ τοῦ Θεοῦ πρόνοια, καὶ καθ' ἕκαστον καιρὸν, καὶ καθ' ἕκαστον τόπον, καὶ ἐν ἐρημίᾳ, καὶ ἐν οἰκουμένῃ, καὶ ἐν ἀοικήτῳ, καὶ ἐν γῇ, καὶ ἐν θαλάσσῃ, καὶ ὅπουπερ ἂν ἀφίκῃ, ὑπομνήματα ὄψει τῆς προνοίας ταύτης σαφῆ καὶ διαρκῆ, καὶ παλαιὰ καὶ νέα, καὶ φωνὰς τῆς φωνῆς ἡμῶν ταύτης τῆς λογικῆς τρανοτέρας πανταχόθεν φερομένας, καὶ τὸν E βουλόμενον ἀκούειν παιδευούσας αὐτοῦ τὴν κηδεμονίαν. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ προφήτης τῶν φωνῶν τούτων τὸ ἐξαίρετον δηλῶν ἔλεγεν· Οὐκ εἰσὶ λαλιαὶ, οὐδὲ λόγοι, ὧν οὐχὶ ἀκούονται αἱ φωναὶ αὐτῶν. Ἡ μὲν γὰρ ἡμετέρα τοῖς ὁμοφώνοις ἐστὶ γνώριμος μόνον, ἑτερο-

γλώσσοις δὲ οὐκέτι· ἡ δὲ διὰ τῆς κτίσεως φωνὴ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι τοῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐστὶν ἀκουστή.

Τοῖς μὲν οὖν εὐγνώμοσιν ἀρκεῖ καὶ πρὸ τῆς διὰ τῶν ἔργων ἀποδείξεως ἡ ἀπόφασις αὐτὴ μόνη τοῦ Θεοῦ, οὐχὶ τὴν πρόνοιαν αὐτοῦ δεῖξαι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν σφοδρὸν ἔρωτα τὸν περὶ ἡμᾶς. Οὐ γὰρ ἁπλῶς ἡμῶν προνοεῖ, ἀλλὰ καὶ ἐρῶν, καὶ σφόδρα ἐρῶν ἔρωτά τινα ἀμήχανον, ἔρωτα ἀπαθῆ μὲν, θερμότατον δὲ καὶ εὐτονώτατον, καὶ γνήσιον καὶ ἀκατάλυτον, καὶ σβεσθῆναι μὴ δυνάμενον. Καὶ τοῦτο παραστῆναι βουλομένη ἡ θεία Γραφὴ, παράγει μὲν εἰκόνας τὰς ἐν ἀνθρώποις, παράγει δὲ καὶ πολλὰ ἔρωτος ὑποδείγματα καὶ προνοίας καὶ κηδεμονίας. Οὐ μὴν μέχρι τούτων ἡμᾶς μόνον βούλεται ἑστάναι, ἀλλὰ καὶ ὑπερβαίνειν τὰ παραδείγματα τῷ λογισμῷ. Οὐδὲ γὰρ ὡς ἀρκοῦντα δεῖξαι τὸ φίλτρον παράγει ταῦτα, ἀλλ' ὡς γνώριμα τοῖς ἀκούουσι, καὶ τῶν ἄλλων μᾶλλον δυνάμενα δεῖξαι τοῦτο. Οἷόν τι λέγω· πρός τινας ὀδυρομένους καὶ πενθοῦντάς ποτε καὶ λέγοντας, Ἐγκατέλιπέ με Κύριος, καὶ ἐπελάθετό μου ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ, τηνικαῦτα ἐπάγει λέγων ὁ προφήτης· Μὴ ἐπιλήσεται γυνὴ τοῦ παιδίου αὐτῆς, ἢ τοῦ ἐλεῆσαι τὰ ἔκγονα τῆς κοιλίας αὐτῆς; τοῦτο λέγων, ὅτι ὥσπερ ἐκείνη οὐκ ἂν ἐπιλάθοιτο τῶν παιδίων τῶν ἑαυτῆς, οὕτως οὐδὲ ὁ Θεὸς τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων. Εἶτα ἵνα μάθῃς ὅτι τὴν εἰκόνα ταύτην παρήγαγεν ὁ προφήτης, οὐχὶ τοσοῦτον βουλόμενος δεῖξαι τὸ μέτρον τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ, ὅση μητρός ἐστι περὶ τὰ ἔκγονα τῆς κοιλίας αὐτῆς, ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτο μᾶλλον τῶν ἄλλων ἐξαίρετον μέτρον ἀγάπης γνώριμον εἶχε (τὸ μέντοι φίλτρον τοῦ Θεοῦ πολλῷ μεῖζον ἐκείνου), ἐπήγαγεν· Εἰ δὲ καὶ ἐπιλάθοιτο ταῦτα γυνὴ, ἀλλ' ἐγὼ οὐκ ἐπιλήσομαί σου, λέγει Κύριος. Εἶδες πῶς ὑπερέβη τῆς μητρὸς τὸ μέτρον; Καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος ὑπερέβη καὶ μητρὸς φιλοστοργίαν, καὶ πατρὸς περὶ παῖδας πόθον, ὁ μὲν προφήτης φησί· Καθὼς οἰκτείρει πατὴρ υἱοὺς, ᾠκτείρησε Κύριος τοὺς φοβουμένους αὐτόν. Καὶ αὐτὸς δὲ πάλιν ταύτην εἰσάγει τὴν εἰκόνα τῆς ἀγάπης· ᾔδει γὰρ ταύτην τῶν ἄλλων ἔχουσάν τι ἐξαίρετον. Ὁ δὲ καὶ προφητῶν καὶ πάντων Δεσπότης δηλῶν, ὅτι καὶ ταύτης τὸ μέτρον ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος ὑπερβαίνει τοῦ Θεοῦ ἡ κηδεμονία, καὶ ὅσον τοῦ φωτὸς τὸ μέσον ἐστὶ πρὸς σκότος, καὶ πονηρίας πρὸς ἀγαθότητα, τοσοῦτον τὸ μέτρον τῆς τοῦ Θεοῦ χρηστότητος καὶ προνοίας πρὸς τὴν πατρικὴν φιλοστοργίαν, ἄκουε τί φησι· Τίς ἐστιν ἐξ ὑμῶν, ὃν ἐὰν αἰτήσῃ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἄρτον, μὴ λίθον ἐπιδώσει αὐτῷ; καὶ ἐὰν ἰχθὺν αἰτήσῃ, μὴ ὄφιν ἐπιδώσει αὐτῷ; Εἰ δὲ ὑμεῖς πονηροὶ ὄντες οἴδατε δόματα ἀγαθὰ διδόναι τοῖς τέκνοις ὑμῶν, πολλῷ

qui ejusdem sunt linguæ: non item illis qui diversæ: at illa vox quæ mittitur a creaturis, ab omnibus, quæ totum orbem terrarum incolunt, nationibus potest audiri.

Cap. VI. De caritate Dei, quæ caritatem omnem longe excedit.

Atque apud probos quidem ac modestos, ante ullam ex operibus demonstrationem, ipsa sola Dei sufficit affirmatio, non ad providentiam tantum, sed et ad amorem etiam illius erga nos eximium ostendendum. Non enim quovis modo providet nobis, sed ita ut amet simul, et vehementi nos et immenso quodam amore prosequatur, ab omni quidem passione immuni, sed ardentissimo et intentissimo, sincero, indissolubili, et qui numquam possit exstingui. Atque hoc nobis cum vellet insinuare Scriptura divina, profert quidem similitudines ductas a rebus humanis, profert et amoris, providentiæ, curæque exempla permulta. Non tamen in his tantum vult nos subsistere, sed etiam exempla mente transcendere. Neque enim tamquam sufficientia ad ejus benevolentiam indicandam ista protulit, sed tamquam auditoribus nota, quæque magis quam alia quævis hoc possent ostendere. Exempli causa: dum agit cum illis qui lamentabantur ac gemebant olim, et dicebant: *Dereliquit me Dominus, et oblitus est mihi Deus Israel,* tum adjicit hæc verba propheta: *Numquid obliviscetur mulier parvuli sui, vel ut non misereatur fetuum uteri sui?* Hoc nimirum dicit: quemadmodum illa nequit oblivisci parvulorum suorum, sic neque Deus generis humani. Deinde ut intelligas hanc adductam esse a propheta similitudinem, non quod tantam vellet ostendere Dei caritatis esse mensuram, quanta sit matris erga fetus uteri sui; sed quoniam hunc eximium præ cæteris notum habuit caritatis modum (tametsi multo major illo Dei amor), adjecit: *Sin autem et horum oblita fuerit mulier, ego tamen non obliviscar tui, dicit Dominus.* Vides ut materni amoris modum excedat? Atque ut intelligas maternum affectum et patris in filios benevolentiam eum longo intervallo superare, ait quidem propheta: *Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se.* Idemque rursus hanc caritatis similitudinem adducit: quippe qui sciret præ cæteris hanc excellere. At prophetarum et omnium Dominus, ut Dei providentiam et curam ostenderet hujus mensuram longo intervallo superare, quantumque inter lucem ac tenebras, et inter bonitatem ac malitiam est discrimen, tantum a divina bonitate ac providentia paternum amorem superari,

Isai. 49. 14. 15.

Ibid.

Psal. 102. 13.

Matth. 7. 9.—11. audi quid dicat: *Quis est ex vobis homo, a quo si petierit filius ejus panem, numquid lapidem porriget ei? et si petierit piscem, numquid serpentem porriget ei? Quod si vos, cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, multo magis pater vester, qui in cælis est, dabit bona iis, qui a se petierint;* indicans, quantum est inter nequitiam bonitatemque discrimen, tanto paterna sollicitudine sublimiorem divinam esse benignitatem. Hæc autem a me idcirco exempla sunt allata, ut si quando alias comparationes induxero, ne intra limites eorum, quæ exprimuntur a prophetis, mentem circumscribas, sed hac utens regula, cogitatione superius ascendas, et immensum caritatis ejus excessum agnoscas. Neque enim naturæ finibus est contentus, sed illis omissis atque superatis alia rursus adjungit exempla. Ea quippe conditio est amantis: multis argumentis id ei conatur ostendere, quem amore complectitur: quod et ipse facit, dum ad locorum intervalla magnamque intercapedinem orationem traducit, non ut iterum tantum ejus esse affectum arbitreris, sed quod hoc præcipue mensuræ genus cæteris sciret antecellere, atque auditoribus esse no-
Psal. 102. 11. tum. Ac per Davidem quidem ait: *Secundum altitudinem cæli a terra corroboravit Dominus misericordiam suam super timentes se:*
Ib. v. 12. et, *Quantum distat ortus ab occidente, longe fecit a nobis iniquitates nostras:* per Isaiam
Isai. 55. 8. 9. vero, *Neque enim sunt cogitationes meæ, sicut cogitationes vestræ, neque viæ meæ, sicut viæ vestræ; sed sicut distat cælum a terra, sic distant viæ meæ a viis vestris, et cogitationes meæ a cogitationibus vestris.* Hæc porro dicebat, quod paulo superius de remis-
Ibid. v. 7. sione peccatorum disseruerat, et dixerat, *Quia multum dimittam iniquitates vestras.* Deinde ostendens quantum sit illud multum, hoc adjecit exemplum: sed neque solis istis contentus est, verum etiam ad alteram crassiorem comparationem orationem dimittit. Nam apud Osee dice-
Osee. 11. 8. bat: *Quid faciam tibi, Ephraim? quid faciam tibi, Juda? Sicut Adama ponam te, et sicut Seboim. Conversum est cor meum in ipso; conturbata est pœnitudo mea.* Horum autem verborum hæc est sententia: Ne verbum quidem minarum toleravi. Ac loquitur quidem hominum more, non ut humanum quiddam su-

μᾶλλον ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς δώσει ἀγαθὰ τοῖς αἰτοῦσιν αὐτόν· δεικνὺς ὅτι ὅσον πονηρίας καὶ ἀγαθότητος τὸ μέσον, τοσοῦτον ἡ τοῦ Θεοῦ ἀγαθότης τῆς τῶν πατέρων κηδεμονίας ἐστὶν ἀνωτέρα. Ταῦτα δὲ εἶπον τὰ ὑποδείγματα, ἵν', ὅταν ἑτέρας ἐπαγάγω φίλτρου εἰκόνας, μὴ μέχρι τοῦ μέτρου τοῦ λεγομένου παρὰ τῶν προφητῶν στήσῃς τὴν διάνοιαν, ἀλλ' ἔχων τὸν κανόνα τοῦτον ὑπερβῇς τῷ λογισμῷ περαιτέρω, καὶ ἴδῃς τῆς ἀγάπης αὐτοῦ τὴν ἄφατον ὑπερβολήν. Οὐδὲ γὰρ ἀρκεῖται τοῖς τῆς φύσεως μέτροις, ἀλλ' ἀφεὶς αὐτὰ καὶ ὑπερακοντίσας, καὶ ἕτερα πάλιν
475 προστίθησιν ὑποδείγματα. Τοιοῦτον γὰρ ὁ φιλῶν·
A διὰ πλειόνων βούλεται δεικνύναι τοῦτο τῷ φιλουμένῳ· ὃ δὴ καὶ αὐτὸς ποιεῖ εἰς τοπικῶν διαστημάτων μέγεθος ἐξάγων τὸν λόγον, οὐχ ἵνα πάλιν τοσοῦτον αὐτοῦ νομίσῃς τὸ φίλτρον, ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτο μόνον τὸ μέτρον τῶν διαστημάτων τῶν ἄλλων ἐξαίρετον καὶ γνώριμον ἦν τοῖς ἀκούουσι. Καὶ διὰ μὲν τοῦ Δαυὶδ φησι· Κατὰ τὸ ὕψος τοῦ οὐρανοῦ ἀπὸ τῆς γῆς ἐκραταίωσε Κύριος τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς φοβουμένους αὐτόν· καὶ, Καθ' ὅσον ἀπέχουσιν ἀνατολαὶ ἀπὸ δυσμῶν, ἐμάκρυνεν ἀφ' ἡμῶν τὰς ἀνομίας ἡμῶν· διὰ τοῦ Ἡσαΐου δέ· Οὐ γάρ εἰσιν αἱ βουλαί μου, ὡς αἱ βουλαὶ ὑμῶν, οὐδὲ αἱ ὁδοί μου, ὡς αἱ ὁδοὶ ὑμῶν· ἀλλ'
B ὅσον ἀπέχει ὁ οὐρανὸς ἀπὸ τῆς γῆς, τοσοῦτον ἀπέχουσιν αἱ ὁδοί μου ἀπὸ τῶν ὁδῶν ὑμῶν, καὶ τὰ διανοήματά μου ἀπὸ τῶν διανοημάτων ὑμῶν. Ταῦτα δὲ ἔλεγεν, ἀνωτέρω περὶ ἀφέσεως ἁμαρτημάτων διαλεχθεὶς, καὶ εἰπὼν, Ὅτι ἐπὶ πολὺ ἀφήσω τὰς ἀνομίας ὑμῶν. Εἶτα δεικνὺς πόσον, ἐπήγαγε τοῦτο τὸ ὑπόδειγμα· καὶ οὐδὲ τούτοις ἀρκεῖται μόνοις, ἀλλ' εἰς ἑτέραν [a] παχυτέραν καταφέρει τὸν λόγον εἰκόνα. Ἐν γὰρ τῷ Ὠσηὲ ἔλεγε· Τί σοι ποιήσω, Ἐφραΐμ; [b] τί σοι ποιήσω, Ἰούδα; Ὡς Ἀδάμα θήσομαί σε, καὶ ὡς Σεβοείμ. Μετεστράφη ἡ καρδία μου ἐν τῷ αὐτῷ· συνεταράχθη
C ἡ μεταμέλειά μου. Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· οὐδὲ τὸ ῥῆμα ἤνεγκα τῆς ἀπειλῆς, φησί. Καὶ ἀνθρωπίνως μὲν διαλέγεται, οὐχ ἵνα τι ἀνθρώπινον ὑποπτεύσῃς, ἄπαγε, ἀλλ' ἵνα ἀπὸ τῆς [c] παχυτάτης λέξεως θεοπρεπῆ τὴν ἀγάπην, καὶ γνησίαν, καὶ ἀκατάλυτον νοήσῃς. Ὥσπερ γάρ τις μανικῶς τινος ἐρῶν, οὐδὲ μέχρι ῥημάτων αἱρεῖται λυπῆσαι τὸν ἐρώμενον, οὕτω δὴ καὶ αὐτός φησιν· ἐπειδὴ μόνον εἶπον, καὶ ἐλύπησα τῇ λέξει, Μετεστράφη ἡ καρδία μου ἐν ταὐτῷ. Οὐδὲ γὰρ τὰς βαρυτάτας ταύτας παραιτεῖται εἰκόνας παράγειν, ἵνα δείξῃ τὸ φίλτρον, ὅτι μάλιστα ἐρῶντός ἐστι.
D Καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα ἔστη, ἀλλὰ καὶ περαιτέρω πρόεισι πάλιν, ἕτερον βαθύτερον ἐπάγων ὑπόδειγμα καὶ λέγων· Ὃν τρόπον εὐφρανθήσεται νυμφίος ἐπὶ νύμφῃ,

[a] Alii βαρυτέραν.
[b] Τί ποιήσω σοι, Ἰούδα. Hæc aliunde desumta sunt.
[c] Alii βαρυτάτης

οὕτως εὐφρανθήσεται [d] Κύριος ἐπὶ σοί· ὅτι μάλιστα ἐν ἀρχῇ θερμότεροι οἱ ἔρωτες καὶ ζέοντες καὶ ἀκμάζοντές εἰσιν. Οὕτω δὲ εἴρηται, οὐχ ἵνα τι ἀνθρώπινον ὑποπτεύσῃς (πάλιν γὰρ τὰ αὐτὰ λέγειν οὐ παύσομαι), ἀλλ' ἵνα ἐκ τούτων τὸ θερμὸν, τὸ γνήσιον, τὸ σφοδρὸν, τὸ πεπυρωμένον τῆς ἀγάπης ἴδῃς. Εἶτα εἰπὼν, ὅτι ὡς πατὴρ φιλεῖ, καὶ πλέον ἢ πατὴρ, ὡς μήτηρ, καὶ πλέον ἢ μήτηρ, ὡς νυμφίος καὶ πλέον ἢ νυμφίος, ὅτι E τοσοῦτον ὅσον τὸ διάστημα τοῦ οὐρανοῦ ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ πλέον ἢ τοσοῦτον, ὅτι τηλικοῦτον, ὅσον ἀπέχουσιν ἀνατολαὶ ἀπὸ δυσμῶν, καὶ πλέον ἢ τηλικοῦτον, οὐδὲ ἐνταῦθα ἵσταται τῶν εἰκόνων, ἀλλὰ καὶ περαιτέρω πρόεισιν εἰς ἐπίδειξιν πολλῷ ταπεινοτέρου ὑποδείγματος. Τοῦ γὰρ Ἰωνᾶ μετὰ τὴν φυγὴν καὶ τοῦ Θεοῦ τὴν καταλλαγὴν τὴν πρὸς Νινευίτας ἐξαπορηθέντος, ὡς οὐκ ἐλθόντων εἰς ἔργον τῶν ἀπειληθέντων, 176 καὶ παθόντος τι ἀνθρώπινον πάθος, καὶ σκυθρωπάσαντος, A ἐπιτάξας τῇ ἀκτῖνι θερμοτέραν ἀφεῖναι τὴν φλόγα, εἶτα κελεύσας τῇ γῇ σχεδιάσαι αὐτῷ στέγην ἀπὸ λαχάνου, καὶ θάλψας αὐτὸν μεθ' ὑπερβολῆς καὶ ἀναπαύσας, εἶτα λυπήσας τῷ ταύτην ἀφανίσαι τὴν στέγην, ἐπειδὴ [a] τῷ μὲν εἶδεν ἀνεθέντα, τῷ δὲ κατατεινόμενον, ἄκουε τί φησι πρὸς αὐτόν· Σὺ μὲν ἐφείσω ὑπὲρ τῆς κολοκύντης, ὑπὲρ ἧς οὐκ ἐκακοπάθησας, οὐδὲ ἐξέθρεψας· ἐγὼ δὲ οὐ φείσομαι ὑπὲρ Νινευῆ τῆς πόλεως τῆς μεγάλης, ἐν ᾗ κατοικοῦσιν ἐν αὐτῇ πλείους ἢ δώδεκα μυριάδες ἀνδρῶν, οἵτινες οὐκ ἔγνωσαν δεξιὰν ἢ ἀριστεράν; Ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· οὐχ B οὕτως ἀνέπαυσέ σε ἡ σκιὰ τοῦ λαχάνου ὡς ἐμὲ εὔφρανεν ἡ σωτηρία τῶν Νινευιτῶν· οὐδὲ οὕτως σε ἐλύπησεν ἡ ἀφαίρεσις αὐτοῦ, ὡς ἐμὲ ὁ τούτων ὄλεθρος. Οὕτω παρὰ γνώμην μου ἡ ἀπώλεια αὐτῶν ἦν. Ὁρᾷς πῶς καὶ ἐνταῦθα ὑπερβαίνει τὴν εἰκόνα. Οὐ γὰρ εἶπε, Σὺ μὲν ἐφείσω ὑπὲρ τῆς κολοκύντης, καὶ ἐσίγησεν, ἀλλ' ἐπήγαγεν· Ἐφ' ᾗ οὐκ ἐκακοπάθησας, οὐδὲ ἐξέθρεψας αὐτήν. Ἐπειδὴ γὰρ ἐκεῖνα μάλιστα φιλοῦσι τῶν φυτῶν οἱ γηπόνοι, περὶ ἃ πολὺν ἐπεδείξαντο πόνον, δεῖξαι θέλων ὅτι καὶ κατὰ τοῦτο φιλεῖ τὸ εἶδος τοῦ φίλτρου τοὺς ἀνθρώπους, τοῦτο προσέθηκεν· εἰ γὰρ σὺ τοῦ ἀλλοτρίου ἔργου οὕτως ἀντείχου, φησὶ, C πολλῷ μᾶλλον ἐγὼ τοῦ οἰκείου, καὶ οὗ ποιητής εἰμι. Εἶτα καὶ ὑποτέμνεταί τι τῆς κατηγορίας αὐτῶν λέγων, ὅτι Οὐκ ἔγνωσαν δεξιὰν ἢ ἀριστεράν· ἀφελείᾳ μᾶλλον ἢ [b] κακίᾳ πεπλημμεληκέναι αὐτοὺς ἀποφηνάμενος, ὃ καὶ ἔδειξε τὸ τῆς μετανοίας τέλος. Καὶ ἑτέροις δὲ ἐπιτιμῶν θρηνοῦσιν ὡς ἐγκαταλειφθεῖσι, ταῦτα λέγει τὰ ῥήματα· Ἐρωτήσατέ με περὶ τῶν υἱῶν μου, καὶ περὶ τῶν ἔργων τῶν χειρῶν μου ἐντείλασθέ μοι. Ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστι· τίς πα-

spiceris, absit, sed ut hac crassiori loquendi ratione caritatem quamdam Deo convenientem, sinceram, et indissolubilem intelligas. Nam quemadmodum si quis insano quempiam amore diligat, ne verborum quidem tenus cum vellet offendere, quem ita diligit : sic nimirum et ipse inquit : Quoniam dixi tantum, et verbis offendi, *Conversum est cor meum in ipso*. Neque enim crassiores istas comparationes proferre dedignatur, ut amorem ostendat, quod est maxime diligentis. Neque hic substitit, sed pergit ulterius, et alterum rursus crassius exemplum adjungit, ita dicens : *Quomodo lætabitur sponsus super* Isai. 62. 5. *sponsa, sic lætabitur Christus super te* : quod initio præsertim ardentiores ac ferventiores, et vividiores sint amores. Ita porro loquutus est, non ut humanum quidpiam suspiceris (iterum enim illud dicere non desinam), sed ut ex his ardorem, sinceritatem, vehementiam, flammam denique caritatis intelligas. Deinde cum dixisset, Sicut diligit pater, et amplius quam pater, sicut mater, et amplius quam mater, sicut sponsus et amplius quam sponsus, quantum est intervallum cæli a terra, et amplius quam illud, quantum distat ortus ab occidente, et amplius quam illud, ne hic quidem substitit comparationibus utens, sed ulterius progreditur, ut multo abjectius exemplum ostentet. Cum enim Jonas post fugam, Deique cum Ninivitis reconciliationem inops consilii esset, et æstuaret, quod ea quæ minatus erat, in opus non procederent, et humano quodam turbaretur affectu, ac mœstus esset, cum soli imperasset Deus, ut ardentiores emitteret radios, ac deinde terræ jussisset, ut illi tegmen ex herba subitario opere strueret, cum magnopere illum levasset atque recreasset, deinde rursus cum ob sublatum e medio tegmen illud eum contristasset, postquam altero recreatum, et altero cruciatum illum vidit, audi quid ei dicat : *Tu quidem pepercisti* Jon. 4. 10. 11. *super cucurbita, pro qua non laborasti, neque nutriisti : ego autem non parcam super Ninive civitate magna, in qua habitant plures quam centum viginti millia hominum, qui non noverunt dextram aut sinistram suam?* Horum autem verborum hæc est sententia : Non ita recreavit te umbra oleris, ut me salus Ninivitarum exhilaravit : neque ita te destructio ejus contristavit, ut me illorum interitus. Ita præter

Alio exemplo utitur Jonæ.

[d] [Κύριος dedimus cum Savil. et Bibl. Montf. Χριστός.]

[a] [Savil. τὸ μὲν εἶδεν ἀναιρεθὲν, τὸ δὲ κατατ.]

[b] Alii πονηρίᾳ.

mentem meam illorum exitium accidisset. Vides hic quoque comparationem illum excedere? Non enim dixit, *Tu quidem pepercisti super cucurbita,* et conticuit : sed adjunxit : *Pro qua non laborasti, neque nutriisti eam.* Nam quoniam eas potissimum plantas amant agricolæ, in quas plurimum laboris impenderint, ut hoc quoque se genere amoris complecti homines indicaret, hoc addidit : Si enim tu alienum opus ita defendis, inquit, multo magis ego proprium, et cujus sum conditor. Deinde mitigat accusationem illorum, cum ait : *Qui non noverunt dexteram aut sinistram suam,* ut simplicitate potius quam malitia illos deliquisse declaret, id quod et pœnitentiæ finis ostendit. Enimvero cum alios quoque reprehendit, qui gemebant, utpote

Isai. 45. 11. derelicti, his eos verbis affatur : *Interrogate me de filiis meis, et de operibus manuum mearum mandate mihi.* Quasi diceret : Quis patrem admonet, hortaturque ut filii sui curam gerat? aut artificem et opificem, ne suum opus sinat interire? Itane vero inter homines sufficit vobis naturæ vel artis conditio, ut de sollicitudine minime dubitetur : mihi vero putatis hortatore opus esse, ut liberos meos vel opera tuear et defendam? Hæc autem dicebat, non ut ipsum non hortarentur, sed ut scire possent Deum etiam ante cohortationem suas partes agere, velle tamen ut alii se cohortentur, et rogent, quod sciat ad hortatores magnam inde utilitatem dimanare. Vides ut manifestissime ac sole clarius per hæc exempla ineffabilis ejus providentiæ demonstratio elucescat? Perpende autem. Patrem in medium protulit, matrem, sponsum, sponsam, distantiam cæli et terræ, intervallum quod est inter ortum et occasum, agricolam, et olerum cultorem, architectum, genitorem, vehementem amatorem, qui turbetur, si vel etiam verbo tenus eum, quem amat, offenderit : et omnes illos tantum superare Dei bonitatem ostendit his omnibus, quantum malitiam probitas vincit.

τέρα ἀναμιμνήσκει, καὶ παρακαλεῖ, ὥστε προνοῆσαι παιδός; ἢ τεχνίτην καὶ δημιουργὸν, ὥστε μὴ D ἀφεῖναι διαπεσεῖν τὸ ἔργον; Εἶτα ἐπ' ἀνθρώπων μὲν ἀρκεῖσθε τῇ φύσει καὶ τῇ τέχνῃ εἰς ἀπόδειξιν τῆς κηδεμονίας, ἐμὲ δὲ οἴεσθε χρήζειν τοῦ παρακαλοῦντός με, ἵνα τῶν τέκνων τῶν ἐμῶν καὶ τῶν ἔργων ἀντιλήψομαι; Ταῦτα δὲ ἔλεγεν, οὐχ ἵνα μὴ παρακαλῶσιν, ἀλλ' ἵνα εἰδέναι ἔχωσιν ὅτι καὶ πρὸ τῆς παρακλήσεως ὁ Θεὸς τὰ ἑαυτοῦ ποιεῖ, βούλεται δὲ καὶ παρακαλεῖσθαι, ἐπειδὴ μέγα οἶδε τοῖς παρακαλοῦσιν ἐντεῦθεν ὑπάρχον τὸ κέρδος. Εἶδες πῶς σαφέστερον καὶ ἡλίου φαιδρότερον διὰ τῶν ὑποδειγμάτων τούτων τῆς ἀφάτου προνοίας αὐτοῦ ἡ ὑπόδειξις διαλάμπει; E Σκόπει δέ. Παρήγαγεν εἰς μέσον τὸν πατέρα, τὴν μητέρα, τὸν νυμφίον, τὴν νύμφην, τὸ διάστημα τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, τὸ μέσον τῶν ἀνατολῶν πρὸς δυσμὰς, τὸν φυτουργὸν καὶ περὶ λάχανα πονούμενον, τὸν οἰκοδόμον τῶν γενησομένων, τὸν σφοδρὸν ἐραστὴν, τὸν ταραττόμενον, εἰ καὶ μέχρι ῥημάτων λυπήσειε τὸν ἐρώμενον· καὶ τοσοῦτον ἁπάντων ὑπερακοντίζειν διὰ πάντων τούτων ἔδειξε τὴν τοῦ Θεοῦ ἀγαθότητα, ὅσον πονηρίαν χρηστότητος.

Cap. VII. Demonstratio divinæ providentiæ ex creaturis.

Ac probis quidem et modestis, ut dixi, ista sufficiunt : sed quoniam nonnulli sunt lutei, contumaces, refractarii, carni addicti, age vel ex ipsis operibus, quantum in nobis situm fuerit, ejus providentiam demonstremus. Nam totam quidem illam, imo ne minimam quidem ejus partem aliquam facile fuerit expressisse : adeo immensa est et infinita, et tum ex parvis, tum ex magnis rebus elucet, sive quæ sub oculos cadunt, sive quæ minime cernuntur. Verumtamen ex iis quæ sub oculos cadunt, probationem

477 A Καὶ τοῖς μὲν οὖν εὐγνώμοσιν, ὅπερ ἔφην, ἀρκεῖ καὶ ταῦτα· ἀλλ' ἐπειδή τινές εἰσι πήλινοι, καὶ δυσανάγωγοι, καὶ δυσπειθεῖς, καὶ αὐτόσαρκες, φέρε δὴ καὶ διὰ τῶν ἔργων αὐτῶν ἀποδείξωμεν αὐτοῦ τὴν πρόνοιαν, καθ' ὅσον ἡμῖν οἷόν τε. Ἅπασαν γὰρ αὐτὴν, μᾶλλον δὲ οὐδὲ τὸ πολλοστὸν αὐτῆς μέρος παραστῆσαι ῥᾴδιον· οὕτως ἐστὶν ἄπειρος καὶ ἄφανος, καὶ διὰ τῶν μικρῶν καὶ διὰ τῶν μεγάλων διαλάμπουσα, καὶ τῶν δρωμένων, καὶ τῶν οὐχ δρωμένων. Πλὴν ἀλλ' ἀπὸ τῶν δρωμένων τέως ποιησώμεθα τὴν ἀπόδειξιν. Τὴν γὰρ θαυμασίαν ταύτην καὶ παναρμόνιον

κτίσιν δι' οὐδένα ἕτερον ἐποίησεν, ἢ διὰ σέ· καὶ καλὴν οὕτω, καὶ μεγάλην οὕτω, καὶ ποικίλην, καὶ πολυτελῆ, καὶ διαρκῆ, καὶ χρησίμην καὶ πανταχόθεν κερδαλέαν, καὶ πρὸς σώματος διατροφὴν καὶ σύστασιν, καὶ πρὸς ψυχῆς φιλοσοφίαν, καὶ πρὸς θεογνωσίας ὁδὸν ἐπιτηδείαν κατεσκεύασε διὰ σέ. Οὐδὲ γὰρ ἄγγελοι ταύτης ἐδέοντο· πῶς γὰρ οἱ καὶ πρὶν ἢ γενέσθαι αὐτὴν ὄντες; Ὅτι γὰρ ἐκεῖνοι πολλῷ ταύτης πρεσβύτεροι, ἄκουε τί φησιν ὁ Θεὸς τῷ Ἰὼβ διαλεγόμενος· Ὅτε ἐγένετο ἄστρα, ᾔνεσάν με πάντες ἄγγελοί μου, καὶ ὕμνησαν φωνῇ μεγάλῃ· τοῦτ' ἔστιν, ἐκπλαγέντες τὸ πλῆθος, τὸ κάλλος, τὴν θέσιν, τὴν χρείαν, τὴν ποικιλίαν, τὴν φαιδρότητα, τὴν λαμπηδόνα, τὴν ἁρμονίαν, τὰ ἄλλα πάντα, ἅπερ ἀκριβέστερον ἡμῶν συνορῶσιν ἐκεῖνοι. Οὐκ ἀστράσι δὲ ἐκαλλώπισε μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡλίῳ καὶ σελήνῃ κατεκόσμησεν, ἐν ἑκατέρῳ τῷ καιρῷ πολλὴν μέν σοι τὴν ἡδονὴν, πολλὴν δὲ παρέχων τὴν χρείαν ἐξ ἀμφοτέρων. Τί γὰρ ὡραιότερον οὐρανοῦ, νῦν μὲν ὑφ' ἡλίου τε καὶ σελήνης καταλαμπομένου, νῦν δὲ, καθάπερ τισὶν ὀφθαλμῶν βολαῖς, τῷ ἀπείρῳ τῶν ἄστρων πλήθει καταυγάζοντος τὴν γῆν, καὶ ναύταις καὶ ὁδοιπόροις ὁδηγούς τινας διδόντος καὶ χειραγωγούς; Ὁ γὰρ τὸ πέλαγος τέμνων, καὶ ἐπὶ τῶν οἰάκων καθήμενος, καὶ κυμάτων ἐμβολαῖς, καὶ ὑδάτων ἀτάκτων ῥύμῃ, καὶ [a] πνευμάτων βιαίων φορᾷ, καὶ νυκτὸς ἀσελήνῳ σκότῳ ἐκδίδωσιν ἑαυτὸν, τῇ παρὰ τούτου ὁδηγίᾳ θαῤῥῶν· καὶ ὁ ἐν ὕψει κείμενος ἀστὴρ τὸν ἐκ τοσούτου καθήμενον διαστήματος, ὥσπερ ἐγγὺς καὶ πλησίον παρὼν, οὕτω μετὰ ἀκριβείας χειραγωγεῖ, καὶ πρὸς λιμένας ὁρμίζει, φωνὴν μὲν οὐκ ἀφιεὶς, τῇ δὲ ὄψει δεικνὺς αὐτοῖς τὰς ὁδοὺς, καὶ τὴν θάλασσαν τέμνειν αὐτοῖς χαριζόμενος μετ' ἀσφαλείας, καιροὺς ὑποδεικνὺς, ὥστε νῦν μὲν εἴσω τοῦ λιμένος κατέχειν τὸ πλοῖον, νῦν δὲ θαῤῥοῦντας εἰς τὸ πέλαγος ἐξάγειν, καὶ μὴ διὰ τὴν τοῦ μέλλοντος ἀδηλίαν ἀπροόπτως εἰς χειμέριον ἐμπίπτοντας ἡμέραν ναυάγιον ὑπομένειν. Καὶ οὐχ ὁλοκλήρων δὲ ἐνιαυτῶν μέτρα μόνον καὶ καιροὺς χαρακτηρίζουσιν οὗτοι, ἀλλὰ καὶ ἑκάστης νυκτὸς καὶ ὥραν καὶ τροπὴν μετὰ πολλῆς παριστῶσι τῆς ἀκριβείας, καὶ ποιοῦσιν εἰδέναι τοὺς ὁρῶντας, πότε μὲν τὸ πλέον αὐτῆς παρῆλθε, πότε δὲ τὸ ἔλαττον ὑπολέλειπται, καὶ αὖ τοὐναντίον πάλιν, ὅπερ οὐ ναύταις μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁδοιπόροις χρήσιμον, ὥστε μὴ ἀωρὶ τῆς νυκτὸς τῆς ὁδοιπορίας ἅπτεσθαι, μήτε ἐν καιρῷ τῷ προσήκοντι οἴκοι καθῆσθαι. Τοῦτο μετὰ τῶν ἀστέρων καὶ οἱ σεληναῖοι δρόμοι μετὰ ἀκριβείας εἰσὶν ἐμπεπιστευμένοι. Καθάπερ γὰρ ὁ ἥλιος τὰς ὥρας τῆς ἡμέρας, οὕτω καὶ ἡ σελήνη τὰς τῆς νυκτὸς κανονίζει, καὶ πολλὴν ἑτέραν χρείαν παρέχει, καὶ ἀέρος εὔκρατον χύσιν, καὶ δρό-

[a] Alii πνευμάτων ἀγρίων φορᾷ.

instituamus. Hanc enim mirabilem concinnamque creaturam propter alium nullum condidit, nisi propter te; ac tam pulchram et magnam, B tam variam et pretiosam, ac perennem, utilem, et omni ex parte fructuosam, et ad corporis sustentationem et corroborationem, et ad animæ instructionem, et aptam ad viam sternendam ad cognitionem Dei, tua unius causa creavit. Neque enim angeli indigebant illa: quomodo enim indigerent, qui priusquam oriretur ipsa, jam erant? Illos enim ista multo antiquiores esse, audi quo pacto verbis illis ostendat Deus, quibus ita Jobum alloquitur: *Quando facta sunt sidera, laudaverunt me omnes angeli mei, et voce magna cecinerunt:* hoc est ob- C stupefacti multitudine, pulchritudine, situ, utilitate, varietate, amœnitate, splendore, concinnitate, cæteris omnibus, quæ longe melius illi quam nos perspiciunt. Neque vero sideribus tantum exornavit, sed et sole et luna decoravit, utroque tempore multam tibi voluptatem, multam ex utroque suppeditans utilitatem. Quid cælo pulchrius, quod nunc a sole lunaque collustratur, nunc veluti quibusdam oculorum jactibus, immenso siderum examine terram illumi- D nat, et nautis ac viatoribus indices viæ quosdam ducesque subministrat? Qui enim pelagus sulcat, et ad clavum sedet, incursibus fluctuum, et turbatarum undarum insultibus, ac violento ventorum afflatui, noctisque illunis tenebris seipsum exponit, adeo illius regimini confidit et ductui: et quod in sublimi situm est astrum, illum tanto dissitum intervallo, quasi vicinum sit et propinquum, ita secure deducit, et ad portum appellit, nec tamen ullam vocem mittit, sed conspectu suo viam illis monstrat, et illis E tribuit, ut maria tuto possint emetiri, dum illis tempora designat, sic ut nunc quidem intra portum retinenda sit navis, nunc autem in pelagus confidenter educenda, et non improvide propter ignorantiam futuri in diem incidentes hiemalem, naufragium patiantur. Neque vero tantum integrorum annorum mensuras et tempestates illa designant, sed et cujusque noctis horam et con- 478 A versionem diligenter repræsentant, et efficiunt, ut ex ipso aspectu discamus, quando major ejus pars præterierit, quando minor adhuc restet, et contra rursus, quod non solum nautis, sed etiam viatoribus commodum est, ne nocte intempesta viam ingrediantur, neque convenienti tempore

Job. 38. 7.

Utilitas siderum quæ de cælo nos regunt.

domi resideant. Hoc una cum stellis etiam ex lunæ cursibus notum diligenter observatur. Nam quemadmodum sol diurnas, ita luna nocturnas horas dirigit, aliasque multas utilitates parit, et gratam aeris temperiem, et roris generationem, ut irrigata semina germinent, ac multa ex se commoda ad corroborandum genus humanum suppeditat, dumque media inter stellarum chorum, et solis splendorem interjacet : hoc quidem minor, illis vero præstantior est, ac multo major. Neque vero mediocris nascitur ex illa varietate spectatoribus voluptas et utilitas, ut neque vulgaris commoditas ex temporibus, et quatuor anni tempestatibus, seu mensuram, seu magnitudinem ac brevitatem, sive infinitam diversitatem consideres : aliam enim minorem, aliam majorem ac splendidiorem spectare licet, et quasdam ex illis diversis temporibus apparere. Summa nimirum ac solertissima Dei sapientia multam ubique varietatem efficit, cum ut potentiæ suæ miraculorum effectricis specimen edat, tum ut rerum quæ cernuntur oculis, commoditati provideat, ac multam immensamque præbeat utilitatem, et cum his omnibus etiam voluptatem. Quid enim cælo jucundius, quod nunc tanquam linteum quoddam mundum ac pellucidum super caput nostrum expansum est, nunc tanquam floribus refertum ac variegatum cernitur pratum, suamque coronam ostentat? Neque enim æque jucundum est interdiu pratum cernere, ac jucundum est et suave cælum de nocte spectare, innumeris stellarum floribus undique coronatum, floribus qui numquam marcescunt, sed illæsam suam pulchritudinem semper ostentant. Quid illo rursus jucundius, cum nocte jam pulsa, necdum tamen oriente sole, veluti croceo quodam peplo auroræ primordiis purpuratum ornatur? Quodnam porro spectaculum pulchrius oriente sub auroram sole, cum parvo temporis momento terram totam, totum mare, montes omnes, saltus, et colles, cælum universum radiorum sparsionibus illustrat, et exuto excussoque a rebus, quas oculis cernimus, amictu noctis, nobis ante oculos omnia nuda proponit? Quis satis miretur cursus ejus rectum ordinem, inter tot annorum circuitus immutabile ac nusquam interruptum ministerium, semper florentem ejus pulchritudinem, splendorem, fulgorem, puritatem, quæ, licet cum tot corporibus misceatur, nusquam tamen inquinatur? His adde utilitatem immensam in seminibus, in plantis, in hominum corporibus, quadrupedum, piscium,

σου γένεσιν πρὸς τὴν τῶν σπερμάτων βλάστην, καὶ πολλὴν οἴκοθεν εἰς τὴν σύστασιν τῶν ἀνθρώπων παρεχομένη τὴν ὠφέλειαν, καὶ μέση τοῦ χοροῦ τῶν ἀστέρων καὶ τῆς ἡλιακῆς ἱσταμένη λαμπηδόνος· τοῦ μὲν γάρ ἐστιν ἐλάττων, τῶν δὲ ἀμείνων καὶ πολλῷ μείζων. Οὐ μικρὰ δὲ καὶ ἐκ τῆς ποικιλίας ταύτης ἡδονὴ τοῖς θεαταῖς καὶ χρεία, ὥσπερ οὐδὲ τυχοῦσα ἡ ὄνησις ἡ ἀπὸ τῶν καιρῶν, ἡ ἀπὸ τῶν ὡρῶν, ἡ ἀπὸ τοῦ μέτρου, ἡ ἀπὸ τοῦ μεγέθους καὶ τῆς βραχύτητος, ἡ
B ἀπὸ τῆς διαφορᾶς τῆς ἀφάτου· τὸν μὲν γὰρ ἐλάττω, τὸν δὲ μείζω καὶ φαιδρότερόν ἐστιν ἰδεῖν, καὶ κατὰ διαφόρους καιροὺς φαινομένους αὐτῶν τινας. Ἡ γὰρ περιουσία τῆς εὐμηχάνου σοφίας πολλὴν πανταχοῦ τὴν ποικιλίαν ἐργάζεται, ὁμοῦ μὲν τῆς οἰκείας θαυματουργίας τὴν ἀπόδειξιν ἐπιδεικνυμένη, ὁμοῦ δὲ καὶ τῆς τῶν ὁρώντων προνοοῦσα χρείας, καὶ πολλὴν καὶ ἄφατον τὴν ὠφέλειαν παρεχομένη, καὶ μετὰ τούτων ἁπάντων καὶ τὴν ἡδονήν. Τί γὰρ τερπνότερον οὐρανοῦ, νῦν μὲν ὡς σινδόνος καθαρᾶς καὶ διαυγοῦς ὑπὲρ κεφαλῆς ἡπλωμένου, νῦν δὲ ὡς λειμῶνος πολυανθοῦς ποικιλλομένου, καὶ τὸν αὐτοῦ φαίνοντος στέφανον;
C Οὐδὲ γὰρ οὕτως ἡδὺ λειμῶνα ἰδεῖν ἐν ἡμέρᾳ, ὡς ἡδὺ καὶ τερπνὸν οὐρανὸν ἰδεῖν ἐν νυκτὶ μυρίοις ἄνθεσι τοῖς τῶν ἀστέρων πανταχόθεν κατεστεμμένον, ἄνθεσιν οὐδέποτε μαραινομένοις, ἀλλ' ἀκραιφνὲς ἀεὶ τὸ οἰκεῖον κάλλος ἐπιδεικνυμένοις. Τί δὲ αὐτοῦ ἡδύτερον, ὅταν τῆς νυκτὸς ἀπελθούσης, καὶ μηδέπω τῆς ἀκτῖνος ἀνισχούσης, καθάπερ κροκωτῷ τινι πέπλῳ τοῖς προοιμίοις τῆς ἀνατολῆς τοῦ ἡλίου φοινισσόμενος καλλωπίζηται; τί δὲ ἡλίου γένοιτ' ἂν ὡραιότερον θέαμα ἀνίσχοντος ὑπὸ τὴν ἕω, καὶ μικρᾷ καιροῦ ῥοπῇ πᾶσαν μὲν γῆν, πᾶσαν δὲ θάλασσαν, πᾶν δὲ ὄρος καὶ
D νάπας καὶ βουνούς, πάντα δὲ οὐρανὸν ταῖς τῶν ἀκτίνων καταλάμποντος βολαῖς, καὶ τῆς νυκτὸς τὸ περιβόλαιον ἀπαμφιεννύντος τῶν ὁρωμένων, καὶ γυμνὰ πάντα πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν δεικνύντος ἡμῖν; Πῶς ἄν τις αὐτοῦ ἐκπλαγείη τοὺς δρόμους, τὴν εὐταξίαν, τὴν ἐν τοσαύταις ἐτῶν περιόδοις ἀπαράλλακτον καὶ ἀνεμπόδιστον διακονίαν, τὸ κάλλος αὐτοῦ τὸ διηνεκῶς ἀκμάζον, τὴν λαμπηδόνα, τὴν φαιδρότητα, τὴν καθαρότητα, τὴν τοσούτοις ὁμιλοῦσαν σώμασι, καὶ μηδαμοῦ μολυνομένην; Πρὸς δὲ τούτοις, τὴν χρείαν τὴν
E ἄφατον, τὴν ἐν σπέρμασι, τὴν ἐν φυτοῖς, καὶ ἐν σώμασιν ἀνθρώπων, τετραπόδων, ἰχθύων, ἀέρων, λίθων, βοτανῶν, τὴν ἐν γῇ, τὴν ἐν θαλάσσῃ, τὴν ἐν ἀέρι, τὴν ἐν πᾶσιν ἁπλῶς τοῖς ὁρωμένοις; Πάντα γὰρ αὐτοῦ δεῖται καὶ ἀπολαύει τῆς χρείας, καὶ ἀμείνω γίνεται ταύτης μετέχοντα, οὐ σώματα δὲ μόνον, οὐδὲ φυτά, ἀλλὰ καὶ ὕδατα, καὶ λίμναι, καὶ πηγαί, καὶ ποταμοί, καὶ αὐτὴ τοῦ ἀέρος ἡ φύσις λεπτυνομένη καὶ καθαιρομένη καὶ διειδεστέρα γινομένη. Διὰ δὴ τοῦτο καὶ ὁ ψαλμῳδὸς τὸ κάλλος αὐτοῦ παραδηλῶσαι

βουλόμενος, τὸ διηνεκῶς φαιδρὸν, τὴν ἀκμάζουσαν ὥραν, τὸ μηδέποτε διαπῖπτον ἄνθος, τὴν εὐπρέπειαν, τὴν εὐμορφίαν, τὴν ἀπαραπόδιστον διακονίαν, οὕτω πως ἔλεγεν· Ἐν τῷ ἡλίῳ ἔθετο τὸ σκήνωμα αὐτοῦ, τοῦτ' ἔστιν, ἐν αὐτοῖς τοῖς οὐρανοῖς· τοῦτο, σκήνωμα Θεοῦ λέγων, αἰνίττεται. Καὶ αὐτὸς ὡς νυμφίος ἐκπορευόμενος ἐκ παστοῦ αὐτοῦ. Εἶτα καὶ τὸ εὔκολον τῆς διακονίας αὐτοῦ δηλῶν ἐπήγαγεν, Ἀγαλλιάσεται ὡς γίγας δραμεῖν ὁδὸν αὐτοῦ. Εἶτα τὸ διαρκὲς καὶ ἀποχρῶν τῇ οἰκουμένῃ πάσῃ, Ἀπ' ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ ἡ ἔξοδος αὐτοῦ, καὶ τὸ κατάντημα αὐτοῦ ἕως ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ. Εἶτα τὸ πᾶσι χρήσιμον καὶ ὠφέλιμον, Καὶ οὐκ ἔστιν ὃς ἀποκρυβήσεται τῆς θέρμης αὐτοῦ. Ἔξεστιν, εἰ μὴ ἀπέκαμες, μαθεῖν αὐτοῦ τὴν πρόνοιαν καὶ ἑτέρωθεν· ἀπὸ τῶν νεφῶν, ἀπὸ τῶν ὡρῶν, ἀπὸ τῶν τροπῶν, ἀπὸ τῶν ἀνέμων, ἀπὸ τῆς θαλάσσης καὶ τῶν ἐν αὐτῇ ποικίλων γενῶν, ἀπὸ τῆς γῆς καὶ τῶν ἐν αὐτῇ τετραπόδων, ἑρπετῶν, πτηνῶν τῶν ἀεροπόρων, τῶν χερσαίων, ἀπὸ τῶν ἀμφιβίων τῶν ἐν λίμναις καὶ πηγαῖς καὶ ποταμοῖς, ἀπὸ τῆς οἰκουμένης, ἀπὸ τῆς ἀοικήτου, ἀπὸ τῶν φυομένων σπερμάτων, δένδρων, βοτανῶν, φυτῶν ἐν ταῖς ἐρήμοις, ἐν ταῖς οὐκ ἐρήμοις, ἀπὸ τῶν βλαστανόντων ἐν πεδίοις, ἐν φάραγξιν, ἐν ὄρεσιν, ἐν νάπαις, ἀπὸ τῶν αὐτομάτως φυομένων, ἀπὸ τῶν μετὰ πόνου καὶ γεωργίας, ἀπὸ τῶν ζώων τῶν ἡμέρων, τῶν ἀνημέρων, τῶν ἀγρίων, τῶν χειροήθων, τῶν μικρῶν, τῶν μεγάλων, ἀπὸ τῶν ἐν χειμῶνι, τῶν ἐν θέρει, τῶν ἐν μετοπώρῳ φαινομένων ὀρνίθων καὶ τετραπόδων, καὶ ἰχθύων, καὶ φυτῶν, καὶ βοτανῶν, ἀπὸ τῶν ἐν νυκτὶ γινομένων, ἀπὸ τῶν ἐν ἡμέρᾳ, ἀπὸ τῶν ὑετῶν, ἀπὸ τοῦ μέτρου τῶν ἐνιαυτῶν, ἀπὸ θανάτου, ἀπὸ ζωῆς, ἀπὸ τοῦ πόνου τοῦ συγκεκληρωμένου ἡμῖν, ἀπὸ ἀθυμίας, ἀπὸ ἀνέσεως, ἀπὸ σίτων καὶ ποτῶν τῶν δεδομένων ἡμῖν, ἀπὸ τῶν ἐπιτηδευμάτων, ἀπὸ τεχνῶν, ἀπὸ ξύλων, ἀπὸ λίθων, ἀπὸ τῶν ὀρῶν τῶν μεταλλικῶν, ἀπὸ τῆς πλεομένης θαλάττης, ἀπὸ τῆς ἀπλώτου, ἀπὸ τῶν νήσων, ἀπὸ τῶν ὅρμων, ἀπὸ τῶν ἀκτῶν, ἀπὸ τῆς ἐπιφανείας τοῦ πελάγους, ἀπὸ τοῦ βάθους τῶν ὑδάτων, ἀπὸ τῆς φύσεως τῶν στοιχείων, ἀφ' ὧν ὁ κόσμος ἡμῖν συνέστηκεν, ἀπὸ τῆς διατάξεως τῶν καιρῶν, ἀπὸ τῆς διαφορᾶς τοῦ μέτρου τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτὸς, ἀπὸ νόσου καὶ ὑγιείας, ἀπὸ τῶν μελῶν τῶν ἡμετέρων, ἀπὸ τῆς κατασκευῆς τῆς ψυχῆς, ἀπὸ τῶν τεχνῶν καὶ τῆς σοφίας τῆς ἐν αὐταῖς παρασχεθείσης τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει, ἀπὸ τῆς χρείας τῶν ὑπηρετουμένων ἡμῖν ἀλόγων καὶ φυτῶν καὶ ἑτέρων κτισμάτων, ἀπὸ τῶν μικροτάτων καὶ εὐτελεστάτων ζώων. Τί γὰρ μελίττης βραχύτερον καὶ εἰδεχθέστερον; τί δὲ μυρμήκων καὶ τεττίγων εὐτελέστερον; Ἀλλ' ὅμως καὶ ταῦτα λαμπρὰν ἀφίησι φωνὴν ὑπὲρ τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας καὶ δυνάμεως καὶ σοφίας. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ προφήτης,

aeris, lapidum, herbarum in terra, in mari, in omnibus demum, quæ oculis usurpamus. Siquidem omnia ejus ope indigent, et si ea fruantur, meliora redduntur : neque solum corpora, neque plantæ, sed etiam aquæ, lacus, fontes, flumina, et aeris ipsa natura, quæ subtilior, purior, ac pellucidior evadit. Hanc nimirum ob causam et auctor Psalmorum, cum ejus pulchritudinem vellet exprimere, perennem splendorem, formam florentem ac vividam, florem numquam excidentem, ornatum, decorem, ministerium nusquam interruptum, ita dicebat : *In sole posuit tabernaculum suum,* hoc est, in ipsis cælis : hoc subindicat, dum tabernaculum Dei appellat. *Et ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo.* Tum ut facilitatem ministerii ejus, et agilitatem exprimeret, addidit : *Exsultabit ut gigas ad currendam viam suam.* Deinde, quomodo satis sit et sufficiat solus universo terrarum orbi : *A summo cælo egressio ejus, et occursus ejus usque ad summum cæli.* Postea quam sit omnibus utilis et commodus : *Nec est qui se abscondat a calore ejus.* Licet aliunde quoque, nisi forte jam defessus es, providentiam ejus intelligere : ex nubibus, ex quatuor anni tempestatibus, ex solstitiis, ex ventis, ex mari, ac diversis generibus piscium, ex terra, et quadrupedibus, ac reptilibus animantibus quæ in ipsa versantur, ex volucribus qui in aere volitant, ex terrestribus, iis quæ ancipitem vitam habent in lacubus, in fontibus et fluminibus, ex habitabili terra, ex inhabitabili et inculta, ex seminibus quæ nascuntur ex ea, ex arboribus, herbis, plantis, quæ in desertis et non desertis locis pullulant, quæ in campis germinant, in vallibus, in montibus, in collibus, ex iis quæ sponte nascuntur, ex iis quæ cum agriculturæ labore, ex cicuribus animalibus, ex feris, et ex sylvestribus, mansuetis, parvis, magnis, ex iis avibus quæ hiberno tempore, quæ æstivo, quæ autumnali apparent, et quadrupedibus, et piscibus, et plantis et herbis, ex iis quæ in nocte fiunt, quæ in die, ex pluviis, et annorum mensura, ex morte, ex vita, ex labore cui sumus addicti, ex tristitia, ex voluptate, ex cibis et potibus qui nobis dati sunt, ex institutis, ex artibus, ex lignis, ex lapidibus, ex montibus metallicis, ex mari quod navigari solet, ex eo quod non est navigabile, ex insulis, ex portubus, ex litoribus, ex superficie pelagi, ex aquarum profundo, ex elementorum natura, ex quibus nobis conflatus est mundus, ex temporum

Psal. 18.6.

Solem et ejus utilitatem commendat.

Ibid. v. 7.

dispositione, ex diversis diei noctisque mensuris, ex morbo et sanitate, ex membris nostris, ex constitutione animæ, ex artibus, ex sapientia quam Deus in illis generi humano largitus est, ex utilitate brutorum, plantarum, cæterarumque creaturarum quæ nobis inserviunt, ex minimis et vilissimis animalibus. Quid enim brevius, aut deformius ape? quid porro formicis et cicadis vilius? Verumtamen hæc quoque claram vocem emittunt, qua Dei providentiam, virtutem, sapientiamque testentur. Quam ob causam etiam propheta, qui tanto Spiritu donatus erat, creaturæ corpus percurrens, et cum pauca quædam attigisset, magno cum stupore exclamavit, et mirabilem illam vocem misit : *Quam magnificata sunt opera tua, Domine! omnia in sapientia fecisti.* (Psal. 103. 24) Atque hæc omnia propter te, o homo.

Ventorum utilitates et commoda

Nam et venti propter te (rursus enim ad principium suum oratio revolvetur), ut defessa corpora flatu diventilent, ut contractas ex luto sordes, et molestiam ortam ex fumi et caminorum aliarumque rerum exhalationibus abstergant, ut calorem solis mitigent, ut leviorem æstum reddant, ut semina nutriant, ut plantas augeant, ut te in mari comitentur, et in terra fiant agriculturæ administri, dum illic quidem naves sagitta velocius impellunt, adeo facilem pronamque navigationem reddunt, hic vero tecum areas expurgant, et paleas a fructu separant, ac molestias operum levant, ut levem tibi lenemque aerem reddant, ut et aliunde te oblectent, dum nunc quidem suaviter ac leniter sibilant, nunc autem sensim in plantas se insinuant, et arborum frondes agitant, ut somnum tibi sub æstatis ac veris tempus jucundiorem, dulcioremque melle reddant, ut quod in arboribus faciunt, hoc in dorso maris efficiant, et in fluminum aquis, dum illarum superficiem in sublime tollunt, et multam inde præbent illo spectaculo voluptatem, et ante voluptatem illam maximam etiam utilitatem. Nam et aquis ipsi alioqui sunt utiles, dum perpetuo stagnantes illas corrumpi non sinunt, sed dum illas frequenter movent, ac ventilant, recentes ac vividas reddunt, et ad alenda animalia quæ in eis natant, aptiores. Quod si noctem ipsam volueris observare, non mediocrem Creatoris providentiam inde cognosces. Siquidem defatigatum corpus tuum recreat, et membra diurnis laboribus distenta remittit et relaxat, alternaque vicissitudine refecta, per quietem rursus ad pristinum vigorem reducit; neque vero id tantum, sed et diurnis te molestiis

ὁ τοσούτου Πνεύματος ἠξιωμένος, ἐπιὼν τῆς κτίσεως τὸ σῶμα, καὶ ὀλίγα ἄττα διεξελθὼν, ἀνεβόησε μετ' ἐκπλήξεως πολλῆς τὴν θαυμασίαν ἐκείνην φωνήν· Ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου, Κύριε· πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας. Καὶ ταῦτα πάντα, ἄνθρωπε, διὰ σέ. 480

A Καὶ γὰρ καὶ ἄνεμοι διὰ σὲ (ἐπὶ γὰρ τὴν ἀρχὴν τὸν λόγον ἐπανάξομεν πάλιν), ἵνα τὰ σώματα πεπονηκότα ῥιπίζωσιν, ἵνα τὸν ἀπὸ τοῦ βορβόρου μολυσμὸν, καὶ τὴν γινομένην βαρύτητα ἀπὸ τοῦ καπνοῦ καὶ τῶν καμίνων καὶ ἑτέρων ἀναθυμιάσεως διακαθαίρωσιν, ἵνα τὴν ἐκ τῆς ἀκτῖνος θερμότητα παραμυθῶνται, ἵνα κοῦφον ποιῶσι τὸ πνῖγος, ἵνα τὰ σπέρματα τρέφωσιν, ἵνα τὰ φυτὰ αὔξωσιν, ἵνα σοι καὶ ἐν θαλάσσῃ συνοδοιπορῶσι, καὶ ἐν γῇ τῆς γεωργίας ὑπηρέται γένωνται, ἐκεῖ μὲν βέλους ὀξύτερον τὰ πλοῖα παραπέμποντες, οὕτω τὸν πλοῦν κοῦφον καὶ εὐμαρῆ κατασκευάζοντες,

B ἐνταῦθα δὲ μετὰ σοῦ τὰς ἅλωνας ἀνακαθαίροντες, καὶ τὰ ἄχυρα τοῦ καρποῦ διαχωρίζοντες, καὶ τὴν ἐκ τῆς ἐργασίας ταλαιπωρίαν ἐπικουφίζοντες, ἵνα σοι τὸν ἀέρα κοῦφον καὶ προσηνῆ κατασκευάσωσιν, ἵνα σε καὶ ἑτέρωθεν τέρπωσι, νῦν μὲν γλυκὺ καὶ προσηνὲς συρίζοντες, νῦν δὲ ἠρέμα φυτοῖς προσβάλλοντες καὶ πέταλα δένδρων σείοντες, ἵνα σοι τὸν ὕπνον καὶ θέρους καὶ ἔαρος ὥρᾳ ἡδίω καὶ μέλιτος γλυκύτερον ἐργάσωνται, ἵν', ὅπερ ἐπὶ τῶν δένδρων ποιοῦσι, τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν θαλαττίων νώτων ἐργαζόμενοι, ἐπί τε τῶν ποταμίων ναμάτων, καὶ τὴν ἐπιφάνειαν αὐτῶν μετεωρίζοντες, πολλήν σοι ἐντεῦθεν παρέχωσι τὴν

C ἀπὸ τῆς θέας τέρψιν, καὶ πρὸ τῆς τέρψεως δὲ ταύτης καὶ ὠφέλειαν μεγίστην. Καὶ γὰρ καὶ τοῖς ὕδασιν οὗτοι καὶ ἄλλως χρήσιμοι, οὐκ ἀφιέντες διηνεκῶς ἑστῶτα τὰ ὕδατα κατασήπεσθαι, ἀλλὰ τῷ συνεχῶς αὐτὰ κινεῖν καὶ ἀναῤῥιπίζειν νεαρὰ καὶ ἀκμάζοντα καθιστῶντες, καὶ πρὸς τροφὴν τῶν ἐν αὐτοῖς νηχομένων ζώων ἐπιτηδειότερα. Εἰ δὲ καὶ αὐτὴν βουληθείης περιεργάζεσθαι τὴν νύκτα, ὄψει καὶ ἐντεῦθεν πολλὴν τοῦ ποιητοῦ τὴν πρόνοιαν. Καὶ γὰρ ἀναπαύει σοι τὸ σῶμα πεπονηκὸς, καὶ τὰ μέλη σοι κατατεινόμενα τοῖς μεθημερινοῖς πόνοις ἀνίησι καὶ χαλᾷ, ἀλλοιοῦσα καὶ πρὸς ἀκμὴν διὰ τῆς ἡσυχίας ἐπανάγουσα πάλιν· οὐ

D μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τῶν μεθημερινῶν σε ἀπαλλάττει λυπῶν, καὶ τῶν ἀκαίρων ἀνίησι φροντίδων· πολλάκις δὲ καὶ νοσοῦντος πυρετὸν ἔσβεσεν, ἀντιφάρμακον ὕπνον ἐπάξασα, καὶ τὴν τῶν ἰατρῶν ἀπορουμένην τέχνην εἰς εὔδιον ὁρμίσασα λιμένα, καὶ πολλῶν ἀπαλλάξασα πόνων. Καὶ τοσαύτη αὐτῆς ἡ χρεία, τηλικαύτη ἡ ὠφέλεια, ὡς καὶ τὴν ἡμέραν πολλάκις παραπόλλυσθαι τοῖς ἐν αὐτῇ σχολάζειν ἀποστερηθεῖσιν. Εἰ γάρ τις ἀνέλοι τῷ λόγῳ τὴν τῆς νυκτὸς ἡσυχίαν καὶ τὴν ἄνεσιν καὶ τὴν ἀναχωρὴν, δι' ἧς ἅπαντα ἀναπαύονται, καὶ ψυχὴ πεπονηκυῖα καὶ σῶμα ταλαιπωρηθὲν, ἀκμαζούσῃ τῇ διανοίᾳ τῆς μεθ' ἡμέραν ἐργα-

γασίας ἅπτεται, ἄχρηστον ὄψεται τὸ ζῶον τοῦτο γινόμενον. E Εἰ δέ τις προσθείη τὰς νύκτας ταῖς ἡμέραις ἐγρηγορὼς καὶ ἐργαζόμενος, ἢ καὶ ἀργῶν, καὶ ἐπὶ πλέον τοῦτο ποιήσειεν, ἀποθανεῖται εὐθέως, ἢ εἰ μὴ τοῦτο, νόσῳ πάντως μακρᾷ παραδοθεὶς, οὐδὲν ἀπὸ τῆς ἡμέρας καρπώσεται εἰς τὴν τῆς οἰκείας χρείας ἐνέργειαν, τῆς δυνάμεως αὐτῷ κατασβεσθείσης. Εἰ δὲ καὶ ἐπὶ τὸν ἄπειρον τῶν ἰχθύων δῆμον ἁπλώσαιμεν τὸν λόγον, τῶν ἐν λίμναις, τῶν ἐν πηγαῖς, τῶν ἐν ποταμοῖς, τῶν ἐν τῇ πλεομένῃ, τῶν ἐν τῇ ἀπλώτῳ θαλάττῃ, ἢ καὶ τὰ ἄφατα τῶν ὀρνίθων κατίδοιμεν ἔθνη, τῶν ἐν ἀέρι, 481 τῶν ἐν γῇ, τῶν ἐν ὕδασιν ὁμοῦ καὶ γῇ (καὶ γάρ ἐστιν A ἀμφίβια πολλὰ ἐν αὐτοῖς), τῶν ἀγρίων, τῶν ἡμέρων, τῶν ἀγρίων μὲν, τιθασσευομένων δὲ, τῶν δι' ὅλου μενόντων ἀγρίων, τῶν ἐσθιομένων, τῶν οὐκ ἐσθιομένων, καὶ περιεργασαίμεθα ἑκάστου καὶ κάλλος καὶ πτερὸν καὶ φωνὴν ᾠδικὴν, ἔτι τε τὰς διαφορὰς μόνον αὐτῶν εἰ καταμάθοιμεν καὶ ᾠδῆς, καὶ τραπέζης, καὶ διαγωγῆς, καὶ τὰς διατριβὰς, καὶ τὰ ἤθη, καὶ τὰς χρείας, καὶ τὰς διακονίας, ἃς παρέχουσιν ἡμῖν, πάσας ἐπέλθοιμεν, καὶ τὰ μεγέθη, καὶ τὴν βραχύτητα, καὶ τὰς ὠδῖνας, καὶ τὴν ἀνατροφὴν, καὶ τὴν πολλὴν ἐν τούτοις καὶ ἄφατον ποικιλίαν, καὶ τὸ αὐτὸ δὴ τοῦτο καὶ ἐπὶ ἰχθύων ποιήσαιμεν, καὶ ἐντεῦθεν ἔλθοιμεν B καὶ ἐπὶ τὰς βοτάνας, τὰς πανταχοῦ τῆς γῆς φυομένας, ἑκάστου τε τούτων καὶ καρπὸν ἴδοιμεν, καὶ χρείαν, καὶ εὐωδίαν, καὶ ὄψιν, καὶ θέσιν, καὶ φύλλα, καὶ χρῶμα, καὶ σχῆμα, καὶ μέγεθος, καὶ μικρότητα, καὶ ὠφέλειαν, καὶ ἐργασίας τρόπους, καὶ φλοιῶν καὶ στελεχῶν καὶ κλάδων διαφορὰς, καὶ λειμῶνας, καὶ παραδείσους, εἶτα μετέλθοιμεν ἐπὶ τὰ ποικίλα ἀρώματα, καὶ τοὺς παντοδαποὺς τόπους αὐτῶν περιεργασαίμεθα, καὶ τοὺς τρόπους τῆς εὑρέσεως, καὶ τῆς ἐπιμελείας, καὶ τῆς γεωργίας, καὶ ὅτι πρὸς ἰατρείαν ἡμῖν συντελεῖ· καὶ μετὰ τούτων πάλιν, εἰ ἐπὶ τὰ μεταλλικὰ ἔτι χωρήσαιμεν ὄρη, πολλὰ ὄντα κἀκεῖνα, καὶ ὅσα ἕτερα πολλῷ πλείονα κατὰ τὴν κτίσιν διερευ- C νήσαιμεν, ποῖος λόγος, ἢ ποῖος ἡμῖν διαρκέσει χρόνος πρὸς τὴν τούτων ἀκριβῆ κατανόησιν; Καὶ ταῦτα ἅπαντα, ἄνθρωπε, διὰ σέ· καὶ τέχναι διὰ σὲ, καὶ ἐπιτηδεύματα, καὶ πόλεις, καὶ κῶμαι, καὶ ὕπνος διὰ σὲ, καὶ θάνατος διὰ σὲ, καὶ ζωὴ διὰ σὲ, καὶ αὔξησις καὶ φύσεως ἔργα τοσαῦτα, καὶ τοιοῦτος ὁ κόσμος διὰ σὲ νῦν, καὶ πάλιν ἀμείνων διὰ σέ. Ὅτι γὰρ ἀμείνων ἔσται, καὶ τοῦτο διὰ σὲ, ἄκουσον τί φησιν ὁ Παῦλος· Ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις ἐλευθερωθή-

levat, et intempestivis liberat curis; sæpe etiam ægrotanti febrem exstinguit, dum contrarium somni remedium adhibet, et medicorum artem æstuantem ac fluctuantem ad tranquillum portum deducit, et a multis laboribus reddit immunem. Ac tanta sane illius est utilitas, tanta commoditas, ut et dies sæpe male pereat iis, quibus negatum fuerit in illa interquiescere. Si enim quis supponat quietem noctis, remissionem, ac relaxationem tolli, cujus beneficio cuncta recreantur, et anima defessa, et corpus defatigatum, excitata et alacri mente diurnos labores aggreditur, inutile redditum hoc animal intuebitur. Quod si quis vigilando, et operando, vel etiam otiando noctes diebus addat, et hoc diutius agat, confestim morietur, aut si id non accidat, plane longo correptus morbo nihil ex diurnis suis laboribus utilitatis percipiet, cum vires ejus penitus attritæ fuerint, et exhaustæ. Quod si placuerit innumeras piscium turmas oratione explicata percurrere, qui degunt in stagnis, in fontibus, qui in mari navigabili, qui in eo quod navibus non frequentatur, vel si volucrum immensa spectemus examina, quæ in aere, quæ in terra, quæ in aquis simul, et terra (nam quædam ex illis ancipitem vitam habent), quæ silvestres sunt, aliæ mansuefiunt, aliæ perpetuo silvestres permanent, aliæ esui aptæ, aliæ non aptæ, et singularum scrutemur pulchritudinem, alas, vocem canoram; sed et si earum tantum differentias exquiramus, sive in cantu, si in victu, et habitationem, mores, usus, et ministeria, quibus nobis inserviunt, omnia persequamur, et magnitudines, et exiguitatem, et partus, et educationem, et multam in his immensamque varietatem, et hoc ipsum etiam in piscibus agamus, atque inde orationem ad herbas, quæ ubique terrarum nascuntur, traducamus, et horum cujusque fructum spectemus, et utilitatem, et suavem odorem, et speciem, et situm, et folia, et colorem, et figuram, et magnitudinem, et exiguitatem, et commoditatem, et operandi modos, et corticum, truncorum, ramorumque discrimina, et prata, et viridaria, deinde ad diversa transeamus aromata, variaque illorum loca perscrutemur, et quibus modis adinveniantur, et curentur, et colantur, et quam nobis usui sint ad medendum; præter hæc autem rursus, si ad montes quoque metallis abundantes gradum faciamus, qui et ipsi numero sunt non mediocri, et alia multo plura inter creaturas pervestigemus: quæ tandem oratio,

De piscium et ferarum variis generibus agit.

quodve spatium temporis nobis ad eorum cognitionem adipiscendam sufficiet? Atque hæc omnia propter te unum condita sunt, mi homo; et artes propter te, et instituta, et civitates, et pagi, et somnus propter te, et mors propter te, et vita propter te, et accretio, naturæque opera tam multa, et talis hic mundus propter te nunc, et rursus melior propter te. Nam meliorem illum futurum, idque tua causa, potes ex
Rom. 8.21. Pauli verbis cognoscere : *Et ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis :* hoc est, ne amplius corruptioni sit obnoxia. Tum ut indicaret eam tanto honore tua causa decoratum iri subjecit : *In libertatem gloriæ filiorum Dei.* Quod si valde prolixa non fieret et modum excederet oratio nostra, multa de morte philosopharer, et in hoc maxime Dei sapientiam et providentiam indicarem, multaque de corruptione, de sanie, de vermibus, et cinere dicerem, quæ potissimum queruntur et deplorant multi, quod in pulverem, in vermes nostra corpora resolvenda sint, atque inde ipsius immensam providentiam ac sollicitudinem indicaremus. Ab eadem enim providentia, ab eadem bonitate, qua nos condidit, cum nondum essemus, hoc etiam promanat, quod mori nos jusserit, et talem finem nancisci. Quamvis enim res sint natura diversæ, tamen unius bonitatis opificia sunt : quandoquidem e vita decedens homo nullo inde damno afficitur, siquidem et dum vita suppetit, multa inde lucra colligit, et ex alieno corpore propriam percipit utilitatem. Cum enim viderit eum, qui non ita pridem cum ipso incedebat, in vermes, et saniem, et cinerem, et pulverem esse resolutum, licet ipsius diaboli arrogantia intumescat, metu contrahitur, reprimitur, modeste se gerit, philosophari docetur, bonorum parentem humilitatem in suam mentem introducit. Ita fit ut neque qui e vita discessit, lædatur : recuperabit enim hoc corpus incorruptum et immortale; et qui adhuc in stadio versatur, ex eo, quod nihil alter est læsus, maxima lucra decerpet. Non enim vulgaris modestiæ magistra in vitam nostram mors introducta est, quæ mentem instruat, et animæ passiones refrenet, fluctus sedet, et tanquillitatem reducat. Cum enim tum ex iis quæ dicta sunt, tum ex aliis pluribus hac luce clarius eluceat providentia Dei, noli supervacanea curiose scrutari, neque causas omnium rerum exquirens, ea quæ comprehendere nequis, persequere. Nam et hoc ipsum ut essemus ex sua nobis bonitate

σεται ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς· τοῦτ' ἔστιν, ἀπὸ τοῦ εἶναι φθαρτή. Πῶς δὲ καὶ τῆς τοσαύτης ἀπολαύσεται τιμῆς διὰ σὲ δηλῶν ἐπήγαγεν, Εἰς τὴν ἐλευθε-
D ρίαν τῆς δόξης τῶν τέκνων τοῦ Θεοῦ. Εἰ δὲ μὴ μακρὸν σφόδρα καὶ ὑπὲρ τὸ μέτρον ἐποιούμην τὸν λόγον, πολλὰ ἂν καὶ περὶ θανάτου ἐφιλοσόφησα, καὶ ἐν τούτῳ μάλιστα ἐδείκνυον τὴν σοφίαν τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν πρόνοιαν, καὶ πολλὰ περὶ φθορᾶς, περὶ ἰχῶρος, περὶ σκωλήκων, καὶ περὶ τέφρας εἶπον ἄν, ἅπερ μάλιστα θρηνοῦσιν οἱ πολλοὶ καὶ ἀποδύρονται, ὅτι εἰς τέφραν, ὅτι εἰς χόνιν, ὅτι εἰς σκώληκας διαλυθήσεται ἡμῶν τὰ σώματα, κἀντεῦθεν ἐδείξαμεν τὴν ἄφατον αὐτοῦ πρόνοιαν καὶ κηδεμονίαν. Ἀπὸ γὰρ τῆς αὐτῆς προνοίας, ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἀγαθότητος, ἀφ' ἧς οὐκ
E ὄντας ἐποίησεν, ἀπὸ τῆς αὐτῆς καὶ ἀποθνήσκειν ἐκέλευσε, καὶ τοιοῦτον ἔχειν τὸ τέλος. Εἰ γὰρ καὶ διάφορα τὰ γινόμενα, ἀλλὰ μιᾶς εἰσιν ἀγαθότητος· ὅ τε γὰρ ἀπελθὼν οὐδὲν ἐντεῦθεν παραβλάπτεται, ὅ τε ζῶν τὰ μέγιστα ἐντεῦθεν κερδανεῖ, ἐν ἀλλοτρίῳ σώματι οἰκείαν καρπούμενος ὠφέλειαν. Ὅταν γὰρ ἴδῃ τὸν χθὲς καὶ πρώην μετ' αὐτοῦ βαδίζοντα, τοῦτον εἰς σκώληκας διαλυόμενον καὶ εἰς ἰχῶρα καὶ τέφραν καὶ χόνιν, κἂν αὐτοῦ τοῦ διαβόλου τὴν ἀπόνοιαν ἔχῃ,
482
A καταπτήσσει, συστέλλεται, μετριάζει, φιλοσοφεῖν παιδεύεται, καὶ τὴν μητέρα τῶν ἀγαθῶν τὴν ταπεινοφροσύνην εἰς τὴν διάναιαν εἰσοικίζει. Οὕτως οὔτε ὁ ἀπελθών τι παρεβλάβη· ἀπολήψεται γὰρ τοῦτο τὸ σῶμα ἀκήρατον καὶ ἄφθαρτον· ὅ τε ἔτι ἐν τῷ σκάμματι ὤν, ἀφ' ὧν οὐδὲν ἕτερος ἐβλάβη, τὰ μέγιστα κερδανεῖ. Οὐχ ὁ τυχὼν διδάσκαλος φιλοσοφίας ὁ θάνατος εἰσηνέχθη εἰς τὸν ἡμέτερον βίον, παιδαγωγῶν τὴν διάνοιαν, καὶ τὰ πάθη τῆς ψυχῆς χαλινῶν, καὶ τὰ κύματα καταστέλλων, καὶ γαλήνην ποιῶν. Μαθὼν τοίνυν καὶ ἐκ τῶν εἰρημένων, καὶ ἐξ ἑτέρων πλειόνων, τοῦ φωτὸς τούτου φανερώτερον διαλάμπουσαν τὴν τοῦ
B Θεοῦ πρόνοιαν, μὴ περιεργάζου τὰ περιττὰ, μηδὲ ἀκίχητα δίωκε, τὰς αἰτίας πάντων ἐξετάζων. Καὶ γὰρ αὐτὸ τὸ εἶναι ἐξ ἀγαθότητος ἡμῖν παρέσχεν οὐ χρείαν ἔχων ἡμῶν τῆς διακονίας. Καὶ χρὴ θαυμάζειν αὐτὸν καὶ προσκυνεῖν, οὐχ ὅτι ἐποίησε μόνον, οὐδ' ὅτι ψυχὴν ἐχαρίσατο ἀσώματον καὶ λογικὴν, οὐδ' ὅτι τῶν ἄλλων ἁπάντων βελτίους εἰργάσατο, οὐδ' ὅτι τὴν δεσποτείαν ἐνεχείρισε τῶν δρωμένων, καὶ τὴν ἐξουσίαν ἐπέτρεψεν, ἀλλ' ὅτι μηδὲν δεόμενος ἡμῶν. Τὸ γὰρ δὴ θαυμαστὸν τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ τοῦτό ἐστιν, ὅτι οὐδὲν
C χρήζων ἡμῶν τῆς διακονίας παρήγαγε. Καὶ γὰρ πρὶν

γενέσθαι καὶ ἡμᾶς, καὶ ἀγγέλους, καὶ τὰς ἄνω δυνάμεις, ἣν τὴν οἰκείαν δόξαν ἔχων καὶ τὴν μακαριότητα, διὰ φιλανθρωπίαν δὲ μόνην ἡμᾶς παρήγαγε, καὶ ἅπαντα ταῦτα ἐποίησε δι' ἡμᾶς, καὶ ἔτι πολλῷ πλείονα τούτων.

concessit, non quod nostro ministerio indigeret. Itaque laudandus a nobis est, et adorandus, non modo quod condiderit, neque quod animam incorpoream, et ratione præditam sit largitus, neque quod aliis omnibus præstantiores reddiderit, neque quod in omnia, quæ cernuntur, dominatum detulerit, et potestatem permiserit, sed quod id egerit, cum nullo modo nobis egeret. Hoc enim est in ejus bonitate mirabile, quod cum nostro ministerio nihil opus illi esset, nos produxerit. Prius enim quam nos in lucem ederemur, et angeli, et supernæ virtutes, erat sua gloria præditus ac felicitate, sed ob solam suam benignitatem nos procreavit, et hæc omnia nostra causa, atque adeo multo istis plura condidit.

Διὰ τοῦτο καὶ νόμον γράψας ἔδωκε δι' ἡμᾶς, καὶ προφήτας ἀπέστειλε, καὶ θαύματα εἰργάσατο, καὶ πρὸ τούτων ἁπάντων ὁμοῦ πλάσας τὸν ἄνθρωπον, διδάσκαλον αὐτῷ τὸν ἔμφυτον ἐναπέθετο νόμον, ὥσπερ πλοίῳ κυβερνήτην, καὶ ἡνίοχον ἵππῳ, τοῖς λογισμοῖς ἡμῶν ἐπιστήσας αὐτόν. D Οὕτω γοῦν καὶ Ἄβελ αὐτὸν ἔγνω, οὐ γραμμάτων ὄντων, οὐ προφητῶν, οὐκ ἀποστόλων, οὐ νόμου γραπτοῦ τινος ἐνηχοῦντος· ἀλλὰ τὸν ἔμφυτον ἔχων νόμον. Οὕτως ὁ Κάϊν· καὶ γὰρ καὶ ἐκεῖνος ἔγνω· καὶ ἀμφότεροι μὲν αὐτὸν ᾔδεσαν, καὶ τὴν δεσποτείαν ἐπεγίνωσκον, οὐκ ἀμφότεροι δὲ τὴν αὐτὴν ἦλθον ὁδόν· ἀλλ' ὁ μὲν τὴν τῆς κακίας, ὁ δὲ τὴν τῆς ἀρετῆς. Καὶ ὅμως οὐδὲ οὕτως αὐτὸν ἐγκατέλιπεν, ἀλλὰ καὶ πεσόντα καὶ ὑποσκελισθέντα ἐπηνώρθου, καὶ ἐπιμελείας ἀπολαύειν ἐποίει· καὶ πρῶτον μὲν παραινῶν καὶ συμβουλεύων, ὕστερον δὲ τῷ φόβῳ, τῷ τρόμῳ νουθετῶν, παιδεύων, διδάσκων. E Ἐπειδὴ δὲ τοσοῦτον προύδωκαν δῶρον οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, τὴν ἀπὸ τῆς φυσικῆς διδασκαλίας λέγω ὠφέλειαν, οὐδὲ οὕτως αὐτοὺς κατέλιπεν, οὐδὲ πανωλεθρίᾳ παρέδωκεν, ἀλλ' ἔμεινε διὰ πραγμάτων, δι' εὐεργεσιῶν, διὰ κολάσεων παιδεύων, νουθετῶν, διὰ τῆς κτίσεως αὐτῆς καθ' ἡμέραν ἐργαζομένης καὶ τὴν διακονίαν πληρούσης τὴν εἰωθυῖαν, διὰ τῶν παραδόξως παρὰ τὰ εἰωθότα γινομένων, διὰ τῶν ἐν ἀρχῇ δικαίων. Καὶ γὰρ ἄνδρας θαυμαστοὺς καὶ φιλοσοφίας γέμοντας ἀπὸ τόπων εἰς τόπους μετήγαγε. Καὶ γὰρ καὶ τὸν Ἀβραὰμ νῦν μὲν 483 A εἰς Παλαιστίνην, νῦν δὲ εἰς Αἴγυπτον παρεσκεύασεν ἀπελθεῖν, καὶ τὸν Ἰακὼβ εἰς Συρίαν· Μωσέα πάλιν εἰς Αἴγυπτον, τοὺς τρεῖς παῖδας εἰς Βαβυλῶνα, καὶ τὸν Δανιήλ, καὶ τὸν Ἰεζεκιήλ, τὸν δὲ Ἱερεμίαν εἰς Αἴγυπτον. Εἶτα καὶ νόμον ἔδωκε, καὶ προφήτας ἀπέστειλε, καὶ ἔπληξε, καὶ ἀνῆκε, καὶ αἰχμαλωσίᾳ παρέδωκε, καὶ ἐλευθερίας ἠξίωσε, καὶ οὐ διέλιπεν ἐξ ἀρχῆς ἕως τέλους πάντα ποιῶν καὶ πραγματευόμενος ὑπὲρ τοῦ γένους τοῦ ἡμετέρου. Οὐδὲ γὰρ ἠρκέσθη τῇ

Cap. VIII. Multæ providentiæ demonstrationem esse, quod lex naturalis et scripta sit data, quodque viros eximios per suas transmigrationes fieri magistros curarit earum gentium a quibus suscipiebantur, et quod deinde caput bonorum largitus sit Unigeniti sui adventum.

Propterea quoque legem a se scriptam nobis dedit, et prophetas misit, ac miracula edidit, et ante hæc omnia, simul atque hominem finxit, magistrum a natura insitam legem indidit, et tamquam navi gubernatorem, et equo aurigam, cogitationibus nostris eum præfecit. Ita nimirum et Abel ipsum novit, cum non essent literæ, non prophetæ, non apostoli, neque scripta lex institueret, sed quod a natura insitam legem haberet. Ita Cain : nam et ille novit; et uterque quidem ipsum sciebat, et dominatum agnoverat, sed non eamdem uterque viam ingressus est, verum alter quidem vitii, alter autem virtutis. Verumtamen ne sic quidem ipsum deseruit, sed et lapsum ac supplantatum erexit, et sua cura dignatus est : ac primum quidem hortatus est, et consilium dedit, postea vero metu ac tremore commonuit, erudivit, edocuit. Quoniam autem tantum munus homines multi prodiderunt, hanc inquam naturalis doctrinæ utilitatem, ne sic quidem eos dereliquit, neque extremo exitio expositos esse voluit, sed constanter eos rebus ipsis, beneficiis, suppliciis erudire atque admonere non cessavit, ac per ipsam creaturam quæ singulis diebus operatur, et consuetum ministerium suum implet, per ea quæ præter opinionem et consuetudinem fiunt, per eos justos, qui ab initio vixerunt. Siquidem viros eximios, et philosophia summa præditos e loco in locum transtulit. Nam et Abraham nunc quidem in Palæstinam, nunc autem in Ægyptum proficisci jussit, et Jacob in Syriam; Moysem rursus in Ægyptum, tres pueros in Babylonem, et Danielem, et Ezechielem, Jeremiam autem in Ægyptum. Deinde vero legem etiam dedit, ac prophetas misit, et afflixit, et condonavit, et captivitati tradidit, et libertate donavit,

Viri justi peregrinari coacti.

neque a principio ad finem usque pro genere humano cuncta facere molirique cessavit. Neque enim sola doctrina, quæ elicitur ex creaturis, et ad Dei cognitionem deducit, contentus fuit, sed quoniam permulti præ nimia sua improbitate nihil ex ea fuerant adjuti, alias docendi vias rationesque tentavit, ac tandem id quod caput est bonorum omnium largitus est, suumque Filium misit dilectum, unigenitum, et qui ejusdem est atque ipse naturæ, fit quod ego sum, et in terris ambulans cum hominibus conversabatur, et manducabat, et bibebat, et circuibat terram, instruens, docens, admonens, edens miracula, dum futura prædiceret, dum cohortaretur, dum consilium daret, dum pateretur, dum sustineret, dum promitteret, dum largiretur. Quædam enim jam inde ab hoc sæculo præbebat, quædam in futurum reservabat, quæ se daturum ostendebat, cum ex miraculis, quæ adhuc in terris superstes edebat, tum ex earum omnium rerum eventu consequente, quas ante prædixerat.
Psal. 105. 2. *Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes ejus?* Quis non obstupescat? quis non contremiscat immensam ejus curam considerans, quo pacto pro servis ingratis unigenitum Filium suum in mortem tradiderit, mortem detestandam et ignominiosam eorum, qui scelera nefaria patrarant, mortem reorum? Siquidem in sublimi suffixus patibulo crucis pendebat, conspuebatur, alapis cædebatur et colaphis, et subsannabatur; ac beneficii loco sepeliebatur, et monumentum obsignabatur: atque hæc omnia tua causa perpessus est, et ob eam curam, quam gerebat tui, ut tyrannis peccati tolleretur, ut arx diaboli everteretur, ut nervi mortis exscinderentur, ut cæli januæ nobis recluderentur, ut maledictio deleretur, ut prior condemnatio rescinderetur, ut patientiam disceres, ut tolerantiam docereris, ne quid ex hujus vitæ rebus molestia te afficeret, non mors, non ignominia, non convicia, non sannæ, non verbera, non inimicorum insidiæ, non contumeliæ, non incursus, non calumniæ, non pravæ suspiciones, non aliud quidquam ejusmodi. Per hæc enim omnia transivit ille, tecumque in communionem istorum venit, et in his omnibus egregiam victoriam reportavit, teque docuit et instruxit, ut nihil ejusmodi reformides. At ne his quidem contentus fuit, sed in cælos cum ascendisset, ineffabilem Spiritus largitus est gratiam, et apostolos misit, quorum ad hoc ministerio uteretur. Cumque illos cerneret vitæ præcones innumera mala perpeti, verberari, contumeliis affici, in

ἀπὸ τῆς κτίσεως διδασκαλίᾳ πρὸς θεογνωσίαν φερούσῃ μόνον, ἀλλ᾽ ἐπειδὴ πολλοὶ παρὰ τὴν οἰκείαν ἀγνωμοσύνην οὐδὲν ἐντεῦθεν ἀπώναντο, καὶ ἑτέρας ἔτεμεν B ὁδοὺς διδασκαλίας, καὶ τέλος τὸ κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν εἰργάσατο, καὶ τὸν Υἱὸν ἀπέστειλε τὸν ἑαυτοῦ, τὸν Υἱὸν τὸν γνήσιον, τὸν μονογενῆ· καὶ ὁ τῆς αὐτῆς φύσεως ὢν αὐτῷ, γίνεται ὅπερ ἐγὼ, καὶ ἐπὶ γῆς βαδίζων τοῖς ἀνθρώποις συνανεστρέφετο, καὶ ἤσθιε, καὶ ἔπινε, καὶ περιεπόλει τὴν γῆν παιδεύων, διδάσκων, νουθετῶν, θαυματουργῶν, δι᾽ ὧν προύλεγε, δι᾽ ὧν παρῄνει, δι᾽ ὧν συνεβούλευε, δι᾽ ὧν ἔπασχε, δι᾽ ὧν ὑπέμεινε, δι᾽ ὧν ἐπηγγέλλετο, δι᾽ ὧν ἐδίδου. Καὶ γὰρ τὰ μὲν ἐντεῦθεν ἤδη παρέσχε, τὰ δὲ πρὸς τὸ μέλλον ἐταμιεύσατο, ἃ καὶ ὅτι δώσει, καὶ δι᾽ ὧν ἔτι περιὼν C ἐπὶ γῆς θαυμάτων εἰργάσατο, δῆλον ἐποίησε, καὶ διὰ τῆς μετὰ ταῦτα ὧν προεῖπε πάντων ἐκβάσεως. Τίς λαλήσει τὰς δυναστείας τοῦ Κυρίου, ἀκουστὰς ποιήσει πάσας τὰς αἰνέσεις αὐτοῦ; Τίς οὐκ ἂν ἐκσταίη, τίς οὐκ ἂν φρίξειε τὴν ἄφατον αὐτοῦ κηδεμονίαν, ἐννοῶν πῶς ὑπὲρ τῶν ἀγνωμόνων οἰκετῶν τὸν μονογενῆ Υἱὸν εἰς θάνατον ἐκδέδωκε, θάνατον τὸν ἐπάρατον, τὸν ἐπονείδιστον τῶν τὰ ἀνήκεστα τετολμηκότων, θάνατον τὸν τῶν καταδίκων; Καὶ γὰρ ἐφ᾽ ὑψηλοῦ τοῦ ἰκρίου ἀνεσκολοπίζετο, καὶ ἐνεπτύετο, καὶ ἐῤῥαπίζετο, καὶ ἐπὶ κόῤῥης ἐτύπτετο, καὶ ἐκωμῳδεῖτο, καὶ ἐν μέρει χάριτος ἐθάπτετο, καὶ σήμαντρα αὐτοῦ τῷ μνήματι D ἐπετίθετο· καὶ ταῦτα ἅπαντα ὑφίστατο διὰ σὲ, καὶ τὴν κηδεμονίαν τὴν σὴν, ἵνα τῆς ἁμαρτίας ἡ τυραννὶς ἀναιρεθῇ, ἵνα καθαιρεθῇ τοῦ διαβόλου ἡ ἀκρόπολις, ἵνα τμηθῇ τοῦ θανάτου τὰ νεῦρα, ἵνα ἀνοιγῶσιν ἡμῖν αἱ τοῦ οὐρανοῦ πύλαι, ἵνα ἀφανισθῇ ἡ ἀρὰ, ἵνα ἡ προτέρα καταδίκη λυθῇ, ἵνα μάθῃς ὑπομονὴν, ἵνα παιδευθῇς καρτερίαν, ἵνα μηδέν σε τῶν τοῦ παρόντος βίου λυπῇ, μὴ θάνατος, μὴ ὕβρις, μὴ λοιδορίαι, μὴ σκώμματα, μὴ μάστιγες, μὴ ἐχθρῶν ἐπιβουλαὶ, μὴ ἐπήρειαι, μὴ ἔφοδοι, μὴ συκοφαντίαι, μὴ ὑπολήψεις πονηραὶ, μὴ ἄλλο τῶν τοιούτων μηδέν. Διὰ γὰρ E πάντων καὶ αὐτὸς ἦλθε, καὶ πάντων σοι τούτων ἐκοινώνησε, καὶ διὰ πάντων μεθ᾽ ὑπερβολῆς ἐκράτησε, παιδεύων σε καὶ διδάσκων μηδὲν τῶν τοιούτων δεδοικέναι. Καὶ οὐδὲ τούτοις ἠρκέσθη μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀνελθὼν εἰς οὐρανοὺς Πνεύματος ἁγίου ἐχαρίσατο χάριν ἄφατον, καὶ ἀποστόλους ἔπεμψε τοὺς πρὸς τοῦτο διακονησομένους. Καὶ ὁρῶν αὐτοὺς τοὺς τῆς ζωῆς κήρυκας τὰ μυρία πάσχοντας κακὰ, μαστιζομένους, ὑβριζομένους, καταποντιζομένους, κατατεινομένους 484 A λιμῷ καὶ δίψει, καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν ἀγχομένους, θανάτοις συζῶντας καθημερινοῖς, ἠνείχετο διὰ σὲ, καὶ τὴν κηδεμονίαν τὴν σήν. Διὰ σὲ, ἄνθρωπε, καὶ βασιλείαν ἡτοίμασε, διὰ σὲ τὰ ἀγαθὰ τὰ ἀπόῤῥητα, τὴν λῆξιν ἐκείνην τὴν ἐν οὐρανοῖς, τὰς μονὰς τὰς διαφόρους καὶ ποικίλας, τὴν μακαριότητα, τὴν οὐδέποτε

λόγῳ ἑρμηνευθῆναι δυναμένην. Τοσαῦτα οὖν ἔχων δείγματα αὐτοῦ τῆς προνοίας, τὰ ἐν τῇ Καινῇ, τὰ ἐν τῇ Παλαιᾷ, τὰ ἐν τῷ παρόντι βίῳ, τὰ ἐν τῷ μέλλοντι, τὰ ἐσόμενα, τὰ γενόμενα, τὰ καθ' ἑκάστην ἐπιτελούμενα τὴν ἡμέραν, τὰ ἐξ ἀρχῆς, τὰ ἐν τῷ μέσῳ, τὰ ἐν τῷ τέλει, τὰ διηνεκῶς, τὰ περὶ σῶμα, τὰ περὶ ψυχὴν, καὶ νιφάδας ὁρῶν πάντοθεν φερομένας ἀποδείξεων, ἀνακηρυττούσας αὐτοῦ τὴν πρόνοιαν, ἀμφιβάλλεις ἔτι; Ἀλλ' οὐκ ἀμφιβάλλεις, πιστεύεις δὲ ὅτι προνοεῖ, καὶ πέπεικας σαυτὸν τοῦτο. Οὐκοῦν μηδὲν περιεργάζου πλέον, εἰδὼς τοῦτο σαφῶς, ὅτι Δεσπότην ἔχεις πατέρων φιλοστοργότερον, καὶ μητέρων κηδεμονικώτερον, νυμφίου καὶ νύμφης ἐρῶντος ἐρωτικώτερον, οἰκείαν ἀνάπαυσιν τὴν σὴν ἡγούμενον σωτηρίαν, καὶ μᾶλλον ἐπὶ ταύτῃ χαίροντα, ἢ σὺ ἐπὶ ἀπαλλαγῇ κινδύνων καὶ θανάτων (ὅπερ ἔδειξα διὰ τοῦ Ἰωνᾶ), καὶ πᾶν εἶδος ἀγάπης ἐπιδεικνύμενον, ὃ πατὴρ περὶ παῖδας ἔχει, ἡ μήτηρ περὶ ἔκγονα, ὁ ἀμπελουργὸς περὶ φυτὰ, ὁ οἰκοδόμος περὶ τέχνην, ὁ νυμφίος περὶ νύμφην, ὁ νεανίσκος περὶ παρθένον· καὶ βουλόμενον ἀποστῆσαί σου τὰ κακὰ, ὅσον ἀφέστηκεν ἀνατολὴ τῆς δύσεως, ὅσον ὑψηλότερος τῆς γῆς ὁ οὐρανὸς (καὶ γὰρ καὶ τοῦτο ἀπεδείξαμεν), μᾶλλον δὲ οὐ τοσοῦτον μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλῷ πλέον· καθάπερ ἐδείξαμεν τὸν περὶ τούτων κινοῦντες λόγον, καὶ παραινέσαντες μὴ μέχρι τῶν εἰκόνων ἑστάναι, ἀλλ' ὑπερβαίνειν τοῖς λογισμοῖς. Ἀνερμήνευτος γὰρ ἡ τοῦ Θεοῦ πρόνοια, καὶ ἀκατάληπτος αὐτοῦ ἡ κηδεμονία, ἄῤῥητος ἡ ἀγαθότης καὶ ἀνεξιχνίαστος ἡ φιλανθρωπία. Ταῦτα οὖν ἅπαντα εἰδὼς, καὶ δι' ὧν ἀπεφήνατο, καὶ δι' ὧν ἐποίησε, καὶ δι' ὧν ποιήσει, μηδὲν περιεργάζου, μηδὲ πολυπραγμόνει, μηδὲ λέγε, διὰ τί τοῦτο; εἰς τί τοῦτο; Πῶς γὰρ οὐ μανικὸν, καὶ ἐσχάτης ἀπονοίας καὶ παραπληξίας ἀνάμεστον, ἰατρὸν μὲν μηδέποτε πολυπραγμονεῖν τέμνοντα, καίοντα, πικρὰ ἐπιτιθέντα φάρμακα, κἂν οἰκέτης ᾖ, ἀλλὰ κεῖσθαι σιγῇ τὸν δεσπότην ταῦτα πάσχοντα, καὶ χάριν εἰδέναι καὶ τῆς καύσεως αὐτῷ, καὶ τῆς τομῆς καὶ τῶν φαρμάκων, καὶ ταῦτα ἐπ' ἀδήλῳ τῷ μέλλοντι· πολλοὶ γὰρ πολλοὺς καὶ ἀπέκτειναν ταῦτα ποιήσαντες· καὶ παραχωρεῖν αὐτῷ μετὰ πολλῆς τῆς ὑποταγῆς ταῦτα ποιοῦντι· καὶ ἐπὶ ναύτου δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο ποιεῖν, καὶ οἰκοδόμου, καὶ ἐπὶ τῶν τὰ ἄλλα ἐπιτηδεύματα μετιόντων· λέγω δὲ καταγέλαστον εἶναι νομίζειν, τὸ τὸν ἰδιώτην καὶ ἄπειρον ἀπαιτεῖν τὰς αἰτίας τῶν γινομένων ἁπάντων τὸν τεχνίτην, τὴν δὲ ἄφατον σοφίαν ἐκείνην, τὴν ἄφραστον, τὴν ἄῤῥητον, τὴν ἀκατάληπτον περιεργάζεσθαι, καὶ ζητεῖν διὰ τί τὸ καὶ τὸ γέγονε, καὶ ταῦτα εἰδότας σαφῶς, ὅτι ἀδιάπτωτος ἡ σοφία αὕτη, ὅτι πολλὴ ἀγαθότης αὐτοῦ, ὅτι ἄῤῥητος ἡ πρόνοια, ὅτι πάντα πρὸς τὸ τέλος ἀπαντᾷ χρηστὸν τὰ παρ' αὐτοῦ γινόμενα εἰς ἡμᾶς·

mare demergi, fame ac siti torqueri, quotidie cruciari, in perpetuo mortis periculo singulis diebus versari, hoc tua causa permittebat, et ob tui curam. Propter te, mi homo, et regnum cœlorum præparavit, propter te bona ineffabilia, sortem B illam et conversationem in cœlis, varias mansiones atque differentes, beatitudinem, quam nulla potest oratio explicare. Cum tot ergo tibi suppetant ejus indicia providentiæ, cum in Novo, tum in Veteri Testamento, cum in hac vita, tum in futura, tam futura quam quæ jam evenerunt, quæ singulis diebus fiunt, quæ a principio, quæ tempore interjecto, quæ in fine, quæ perpetuo durabunt, quæ ad corpus, quæ ad animam pertinent, et cum videas undique demonstrationum C examina prodire, quæ providentiam ejus prædicant, adhuc dubitas? Imo non dubitas, sed credis eum providentiam et curam gerere, tibique hoc ipsum persuasisti. Nihil ergo amplius curiose inquiras, cum hoc probe scias te Dominum nactum esse, qui te multo diligat vehementius quam patres, qui magis quam matres sit de te sollicitus, qui ardentius quam sponsus amet et sponsa, et tuam salutem suas delicias arbitretur, qui ob illam magis lætetur, quam tu cum a D periculis fueris et a morte liberatus (id quod ex Jona patefactum est), et omne genus caritatis exhibeat, quod erga liberos præ se fert pater, aut mater erga suam prolem, aut erga plantas agricola, circa suam artem architectus, erga sponsam suam sponsus, erga virginem adolescens; atque a te procul abesse mala desiderat, quantum ab Occidente distat Oriens, quanto altius est terra cœlum (nam et hoc a nobis demonstratum est), imo vero non tantum solum, sed et multo amplius, ut a nobis probatum est, E cum de his sermonem institueremus, et hortaremur, ut in comparationibus non subsisteretis, sed eas cogitatione transcenderetis. Neque enim satis explicari potest providentia divina, neque ipsius cura mente comprehendi: ineffabilis est bonitas ejus, et ininvestigabilis ejus clementia. Hæc igitur tibi cum explorata sint omnia, cum ex illis quæ pronuntiavit, tum ex illis quæ gessit, quæque gesturus est, noli curiose disquirere, neque scrutari, neque dicere, Cur hoc? ad quid hoc? Annon enim furiosi hominis est hoc, et summam dementiam et insaniam sapit, in 485
A medicum quidem curiose non inquirere dum secat, dum urit, dum acerba medicamenta applicat, quamvis servus sit, sed cum silentio jacere dominum ista patientem, eique propter hanc

Actiones medicorum non examinamus.

ustionem gratiam habere, ac propter sectionem ac medicamenta; idque cum incertum sit futurum; sæpe namque multos id agendo interfecerunt; eique penitus subjectum parere, dum id agit, idemque erga nautam et architectum, vel erga cæteros qui diversas artes profitentur præstare: ridiculum, inquam, censeri hominem imperitum et inexpertum causas omnium, quæ fiunt, ab artifice requirere, sapientiam autem illam immensam, ineffabilem, inexplicabilem, incomprehensibilem curiose scrutari, et cur hoc vel illud fiat exquirere, idque cum probe noverimus in hanc sapientiam errorem non cadere, magnam ejus esse bonitatem, inenarrabilem ejus esse providentiam, ad finem prosperum omnia pervenire, quæ ab illo nostra causa geruntur: modo ne nostræ quoque partes desint; neminem illum perire velle, omnes salvos facere et velle et posse? Annon igitur est extremæ dementiæ facinus eum, qui salvos facere cunctos et velit et possit, curiose scrutari jam a principio, et e vestigio, neque finem eorum quæ geruntur exspectare?

Cap. IX. Non esse curiose inquirendum, et rerum finem exspectandum esse.

Præcipue vero cum neque a principio, neque deinceps curiose sit inquirendum; quod si adeo curiosus ac diligens scrutator sis, finem exspecta, et quem tandem exitum ista sortiantur considera, neque turberis aut terrearis a principio. Quandoquidem auri quoque fusorem imperitus aliquis si videat initio aurum liquantem, et cineri paleisque admiscentem, nisi finem exspectet, aurum periisse arbitrabitur: sic et in mari natus et educatus quispiam, si confestim ad mediterranea habitanda translatus, cum nihil plane de agrorum colendorum ratione inaudiverit, reconditum triticum viderit, et januis vectibusque conclusum servari, atque ab humiditate defendi, statimque ab agricola deinde elatum spargi, projici, et in agro prætereuntibus cunctis exponi, et non modo ab humiditate non defendi, sed luto fimoque macerandum exponi, neque custodem apponi, nonne periisse triticum arbitrabitur, et agricolam hæc agentem damnabit? At hæc condemnatio non rei naturæ, sed ejus imperitiæ inscitiæque tribuenda est, qui recte non judicavit, et a principio statim sententiam tulit. Etenim si æstatem exspectasset, ac segetem vernantem vidisset, falcem exacutam, et triticum quod sparsum fuerat, et sine custode relictum, putrefactum et corruptum ac luto expositum, mox germinasse ac multiplicatum apparuisse pulchrum, et vetustate deposita multo cum vigore sese erexisse, quasi satellitibus stipatum

μόνον εἰ μὴ τὰ ἡμέτερα διακόπτοιτο· ὅτι οὐδένα ἀπολέσθαι βούλεται, ἀλλὰ σῶσαι. Πῶς οὐχ ὑπερβαλλούσης μανίας, τὸν πάντας σῶσαι καὶ βουλόμενον καὶ δυνάμενον, περιεργάζεσθαι ἐκ προοιμίων καὶ εὐθέως, καὶ μηδὲ τὸ τέλος ἀναμένειν τῶν γινομένων;

Μάλιστα μὲν γὰρ οὔτε ἐκ προοιμίων, οὔτε μετὰ ταῦτα πολυπραγμονεῖν δεῖ· εἰ δὲ οὕτω περίεργος εἶ καὶ πολυπράγμων, ἀνάμενε τὸ τέλος, καὶ σκόπει ποῦ
B ταῦτα ἀπαντᾷ, καὶ μὴ θορυβοῦ, μηδὲ τάραττου ἐκ προοιμίων. Ἐπεὶ καὶ τὸν χρυσοχόον ἄπειρός τις ὁρῶν ἐν ἀρχῇ τήκοντα τὸν χρυσὸν, καὶ τῇ τέφρᾳ ἀναμιγνύντα καὶ τοῖς ἀχύροις, εἰ μὴ τὸ τέλος ἀναμείνειεν, ἡγήσεται ἀπολωλέναι τὸ χρυσίον· οὕτω καὶ ἐν θαλάττῃ τις τεχθεὶς καὶ τραφεὶς, εἶτα ἀθρόον εἰς τὴν μεσόγειον μετοικισθεὶς καὶ καθ' ὅλου τῆς περὶ τὴν γῆν ἐπιμελείας ἀνήκοος ὢν, ἂν ἴδῃ τὸν σῖτον τὸν ἀποκείμενον καὶ φυλαττόμενον ὑπὸ θύραις καὶ μοχλοῖς,
C καὶ νοτίδος ἀπηλλαγμένον, ἀθρόον ὑπὸ τοῦ γηπόνου ἐκφερόμενον, σκορπιζόμενον, ῥιπτούμενον, καὶ ἐπὶ τῆς ἀρούρας κείμενον τοῖς παριοῦσιν ἅπασι, καὶ οὐ μόνον οὐκ ἀπηλλαγμένον νοτίδος, ἀλλὰ καὶ πηλῷ καὶ τέλμασι παραδιδόμενον, καὶ φύλακα οὐδένα ἔχοντα, οὐκ ἂν ἀπολέσθαι τὸν σῖτον νομίσειε, καὶ κατέγνω τοῦ ταῦτα ποιοῦντος γηπόνου; Ἀλλ' οὐ τῆς τοῦ πράγματος φύσεως ἡ κατάγνωσις, ἀλλὰ τῆς τοῦ μὴ καλῶς κρίναντος ἀπειρίας τε καὶ ἀνοίας, ἐκ προοιμίων εὐθέως τὴν ψῆφον φέροντος. Ἐπεὶ εἰ τὸ θέρος ἀνέμεινε, καὶ εἶδε τὰ λήϊα κομῶντα, καὶ τὴν δρεπάνην ἠκονημένην, καὶ τὸν σκορπισθέντα καὶ ἀφύλακτον μείναντα
D σῖτον, καὶ σαπέντα καὶ διαφθαρέντα καὶ τῷ πηλῷ παραδοθέντα, τοῦτον ἐγειρόμενον καὶ πολυπλασίονα γινόμενον, ὡραιότερόν τε φαινόμενον, καὶ τὴν παλαιότητα ἀποθέμενον, καὶ μετὰ πολλῆς ὀρθούμενον τῆς σφοδρότητος, καὶ δορυφόρους οἷον ἔχοντα καὶ ἐνδύματα, καὶ καλάμην πρὸς ὕψος ἐγείροντα, καὶ τέρ-

ποντα τὸν θεατὴν καὶ τρέφοντα, καὶ πολὺ παρέχοντα τὸ κέρδος, τότε ἂν ἐξεπλάγη μειζόνως, ὅτι διὰ τοιούτων ἐπὶ τοιαύτην ἤχθη εὐθηνίαν καὶ φαιδρότητα ὁ καρπός. Καὶ σὺ τοίνυν, ἄνθρωπε, μάλιστα μὲν μὴ περιεργάζου τὸν κοινὸν ἁπάντων ἡμῶν Δεσπότην· εἰ δὲ οὕτω φιλόνεικος εἶ καὶ τολμηρὸς, ὡς μαίνεσθαι τὴν μανίαν ταύτην, κἂν τὸ τέλος ἀνάμεινον τῶν γινομένων. E Εἰ γὰρ ὁ γηπόνος ὁλόκληρον ἀναμένει χειμῶνα, οὐ πρὸς ταῦτα ἅπερ ὁ σῖτος πάσχει βλέπων κατὰ τὴν ὥραν τοῦ κρυμοῦ, ἀλλὰ πρὸς ἐκεῖνα ὧν ἀπολαύειν μέλλει· πολλῷ μᾶλλον καὶ αὐτὸς ἐπὶ τοῦ τὴν οἰκουμένην γεωργοῦντος πᾶσαν καὶ τὰς ψυχὰς τὰς ἡμετέρας, δίκαιος ἂν εἴης ἀναμένειν τὸ τέλος· ἐγὼ δὲ τέλος οὐ τὸ ἐν τῷ παρόντι βίῳ μόνον λέγω (πολλάκις γὰρ τοῦτο καὶ ἐνταῦθα ἔσται), ἀλλὰ καὶ τὸ ἐν τῷ μέλλοντι. Πρὸς ἓν γὰρ βλέπει τέλος ἑκατέρων τῶν βίων τούτων ἡ οἰκονομία, τὴν σωτηρίαν τὴν ἡμετέραν καὶ τὴν εὐδοκίμησιν. Εἰ γὰρ καὶ τῷ χρόνῳ διήρηται, ἀλλὰ τῷ σκοπῷ συνῆπται· καὶ ὥσπερ νῦν μὲν 456 A χειμὼν, νῦν δὲ ἔαρ, ἑκατέρα δὲ τοῦ ἔτους ἡ τροπὴ πρὸς ἓν βλέπει, τῶν καρπῶν τὴν ἀκμήν· οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τῶν ἡμετέρων ἔσται πραγμάτων. Ὅταν οὖν ἴδῃς τὴν Ἐκκλησίαν σκορπισθεῖσαν, τὰ ἔσχατα παθοῦσαν, ἐλαυνομένους, μαστιζομένους τοὺς ἐν αὐτῇ λάμποντας, τὸν πρόεδρον αὐτῆς πορρωτάτω ἀπενεχθέντα, μὴ ταῦτα σκόπει μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐκ τούτων ἐκβησόμενα, τοὺς μισθοὺς, τὰς ἀμοιβὰς, τὰ βραβεῖα, τὰ ἔπαθλα· Ὁ γὰρ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται, φησίν. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς Παλαιᾶς, ἐπειδὴ οὐδέπω γνώριμος ὁ τῆς ἀναστάσεως λόγος ἦν, ἐν τῷ παρόντι βίῳ ἀμφότερα ἐγίνετο· ἐπὶ δὲ τῆς Καινῆς οὐ B πανταχοῦ τοῦτο, ἀλλ' ἔστιν ὅπου τὰ μὲν λυπηρὰ ἐνταῦθα, τὰ δὲ χρηστὰ ἀναμένει τὴν ἐντεῦθεν ἡμῶν ἀποδημίαν. Ἀλλ' ὅμως εἰ καὶ ἐν τῷδε τῷ βίῳ τὰ χρηστὰ αὐτοῖς ἐξέβαινε καὶ ἐν τῇ παρούσῃ ζωῇ, καὶ ἐν τούτῳ μάλιστα θαυμαστοὶ ἂν εἶεν οἱ τούτων μὴ ἀπολελαυκότες, ὅτι μήτε τὸν περὶ ἀναστάσεως σαφῶς εἰδότες λόγον, καὶ τὰ ἐναντία τῶν ἐπαγγελιῶν τοῦ Θεοῦ συμβαίνοντα ὁρῶντες ἐπὶ τῶν πραγμάτων, οὐκ ἐσκανδαλίζοντο, οὐκ ἐθορυβοῦντο, οὐδὲ ἐταράττοντο, ἀλλὰ παρεχώρουν αὐτοῦ τῇ ἀκαταλήπτῳ προνοίᾳ, οὐδὲν ἐκ τῶν ἐναντίως γινομένων σκανδαλιζόμενοι, ἀλλ' εἰδότες αὐτοῦ τὸ εὔπορον καὶ εὐμήχανον τῆς σοφίας, C τὸ τέλος ἀνέμενον, μᾶλλον δὲ καὶ πρὸ τοῦ τέλους πᾶν, ὅπερ εἰς αὐτοὺς ἐτολμᾶτο, ἔφερον εὐχαρίστως, καὶ τὸν συγχωροῦντα ταῦτα γίνεσθαι Θεὸν

et vestibus, culmum in altum extulisse, spectatorem oblectasse simul et aluisse, lucroque ditasse non mediocri, tum vero amplius miratus esset, quod per ejusmodi damna fructus ad tantam ubertatem, et pulchritudinem evectus esset. Tu quoque, mi homo, noli in communem omnium Dominum nostrum curiose inquirere : quod si tam contentiosus sis et audax, ut hanc insanire velis insaniam, saltem finem eorum, quæ geruntur, exspecta. Nam et agricola totam hiemem exspectat, neque ad ea, quæ triticum tempore frigoris patitur, respicit, sed ad ea quibus fruiturus est : multo sane fuerit æquius, ut ejus causa, qui totius orbis terrarum est agricola et animarum nostrarum, finem exspectes : ego non finem dico tantum in præsenti vita (sæpe namque illud etiam hic eveniet), sed etiam in futura. Ad unum enim finem spectat utriusque vitæ istius dispensatio, salutem nempe nostram, et nominis nostri celebritatem. Licet enim tempore sit divisa, tamen scopo conjuncta est; et quemadmodum nunc est hiems, nunc æstas, at utraque temporis conversio ad unum spectat finem, frugum maturitatem : sic nimirum et in rebus nostris fiet. Cum ergo dispersam Ecclesiam videris, malis extremis oppressam, vexatos, cæsos verberibus eos, qui in ipsa sunt illustriores, præsulem ejus longissime relegatum, noli hæc solum spectare, sed etiam ea quæ ex his sunt eventura, retributiones, remunerationes, præmia, bravia : *Qui enim perseveraverit usque in finem, hic salvus erit*, inquit. Nam in Veteri quidem Testamento, quia nondum innotuerat de resurrectione doctrina, utraque in hac vita fiebant : at in Novo non semper fit : sed interdum res adversæ in hoc sæculo nobis accidunt, res autem prosperæ nostrum ex hac vita discessum exspectant. Verumtamen quamvis in hac vita res prosperæ illis evenissent, in hoc etiam admiratione maxime digni fuissent, qui illis potiti non essent, quod cum neque nota illis fuisset doctrina de resurrectione, et promissionibus Dei contraria cernerent in rebus evenire, non scandalizarentur, non terrerentur, neque perturbarentur, ejusque incomprehensibili providentiæ acquiescerent, neque propter ea quæ contrario modo acciderent, scandalum paterentur, sed potentiam ac solertiam sapientiæ ipsius perspectam habentes, finem exspectarent, imo vero ante finem quidquid adversus ipsos perpetraretur, cum gratiarum actione tolerarent, Deumque qui ista fieri sinebat, glorificare non cessarent.

Matth. 10. 22.

Obscura fortasse vobis videtur hæc oratio: quocirca clariorem eam reddere conabor.

Cap. X. *Antiquus etiam finem rerum exspectasse.* Cum senex factus esset olim Abraham, et ad liberos procreandos ineptus, et emortuus ætatis progressu evasisset; ut enim pater fieri posset, nihilo meliori in statu erat vivens, quam ipsi defuncti; cum ergo senex justus esset, et admodum senex, et naturalis procreandæ sobolis facultatis fines longo intervallo excessisset, conjugem autem haberet Saram petra steriliorem, patrem se
Gen. 15. 5. redditurum illum tot nepotum Deus pollicetur, ut multitudinem astrorum eorum æquatura sit multitudo. At ille, cum tot essent obstacula, cum jam ætas esset ad ultimam senectutem devoluta, et uxor tam ob ætatem quam ob naturam esset infecunda; non enim sola senectus obstabat, sed et sterilitas ipsa naturæ: siquidem tum quoque cum juvenis esset, inutilis naturæ fuit officina, quod sterilis mulier esset. Quocirca Paulus hoc ipsum insinuans, ita dice-
Rom. 4. 19. bat: *Et emortuam vulvam Saræ:* non dixit emortuam Saram simpliciter, ne solam ætatem suspiceris, sed et ipsius vulvam emortuam, quod non solum tempore, sed etiam naturæ conditione factum erat; verumtamen licet tanta, ut dixi, superessent obstacula, cum sciret quid tandem sit promissio Dei, quam solers illa sit et locuples, sic ut neque legibus naturæ, neque rerum difficultate, vel alio quopiam impediatur, sed per contraria viam inveniat, et promissum in opus deducat, quod dicebatur, admisit, et promissioni fidem habuit: et tumultum ex cogitationibus ne omnino quidem moveri sivit, sed fide dignam esse judicavit, ut est sine dubio, ad implendam promissionem ipsius potentiam, qui promiserat, neque disquisivit, quo tandem modo hæc evenient, et cur non in juventute, sed in senectute, et sero tandem ac tarde. Quo fit, ut illum etiam clara voce prædicet ac laudet his verbis Paulus:
Rom. 4. 18. *Qui contra spem in spem credidit, ut fieret pater multarum gentium.* Quid est, *Contra spem in spem?* Præter spem humanam in spem Dei, quæ cuncta vincit, quæ cuncta potest, quæ cuncta superat. Et credidit, non ut fieret pater tantum, sed etiam tot gentium, senex et effetus, cui sterilis et senio confecta
Rom. 4. 19—21. uxor erat, secundum quod dictum est, *Sic erit semen tuum. Et non infirmatus est fide, nec consideravit corpus suum jam emortuum, cum fere centum esset annorum, et emortuam vulvam Saræ; in repromissione autem Dei*

δοξάζοντες διετέλουν. Τάχα ἀσαφὴς ὁ λόγος οὗτος ὑμῖν εἶναι δοκεῖ· οὐκοῦν σαφέστερον αὐτὸν ποιῆσαι πειράσομαι.

Γέροντι γενομένῳ ποτὲ τῷ Ἀβραὰμ, καὶ πρὸς παιδοποιΐαν ἐκ τῆς ἡλικίας νεκρωθέντι λοιπόν· εἰς γὰρ τὸ γενέσθαι πατὴρ, οὐδὲν ἄμεινον τῶν τετελευτηκότων διέκειτο ζῶν· γέροντι τοίνυν ὄντι τῷ δικαίῳ, καὶ σφόδρα γέροντι, καὶ τῆς φυσικῆς παιδοποιΐας ὑπερβάντι τοὺς ὅρους ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος, ἔχοντι δὲ καὶ σύνοικον πέτρας ἀγονωτέραν τὴν Σάῤῥαν, ἐπαγγέλλεται πατέρα ποιήσειν ὁ Θεὸς τοσούτων ἐκγόνων αὐτὸν, ὡς παρισοῦσθαι αὐτῶν τὸ πλῆθος τῷ πλήθει τῶν ἄστρων. Ὁ δὲ, τοσούτων κωλυμάτων ὄντων, τῆς ἡλικίας ἤδη εἰς ἔσχατον γῆρας κατενεχθείσης, καὶ τῆς γυναικὸς ἀπό τε τῆς ἡλικίας, ἀπό τε τῆς φύσεως πεπηρωμένης· οὐ γὰρ τὸ γῆρας διεκώλυε μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ τῆς φύσεως ἡ πήρωσις· καὶ γὰρ καὶ νέας οὔσης ἄχρηστον τὸ τῆς φύσεως ἐργαστήριον ἦν· στεῖρα γὰρ ἦν ἡ γυνή. Διὸ καὶ Παῦλος ἐπισημαινόμενος τοῦτο αὐτὸ, οὕτως ἔλεγε· Καὶ τὴν νέκρωσιν τῆς μήτρας Σάῤῥας· οὐκ εἶπε τὴν νέκρωσιν Σάῤῥας ἁπλῶς, ἵνα μὴ τὴν ἡλικίαν ὑποπτεύσῃς μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτῆς τῆς μήτρας τὴν νέκρωσιν, τὴν οὐκ ἀπὸ χρόνων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ φύσεως γεγενημένην· ἀλλ' ὅμως καὶ τηλικούτων, ὅπερ ἔφην, κωλυμάτων ὄντων, εἰδὼς, τί ποτέ ἐστιν ἐπαγγελία Θεοῦ, πῶς εὐμήχανός τε καὶ εὔπορος, καὶ οὐ νόμοις φύσεως, οὐ δυσκολίᾳ πραγμάτων, οὐκ ἄλλῳ τινὶ κωλουμένη, ἀλλὰ διὰ τῶν ἐναντίων 457 βαδίζουσα, καὶ τὸ ἐπηγγελμένον εἰς ἔργον ἄγουσα, κατεδέξατο τὸ εἰρημένον, καὶ ἐπίστευσε τῇ ὑποσχέσει, καὶ τὸν θόρυβον τὸν ἐκ τῶν λογισμῶν οὐδὲ κινηθῆναι ὅλως ἀφεὶς, ἀξιόπιστον ἔκρινεν εἶναι, ὥσπερ οὖν καὶ ἔστι, πρὸς τὴν τῆς ἐπαγγελίας πλήρωσιν τοῦ ὑποσχομένου τὴν δύναμιν, οὐκ ἐξετάσας, πῶς καὶ τίνι τρόπῳ ταῦτα ἔσται, καὶ τίνος ἕνεκεν οὐκ ἐν νεότητι, ἀλλ' ἐν γήρᾳ, καὶ ὀψέ ποτε καὶ βραδέως. Διὸ καὶ ὁ Παῦλος αὐτὸν ἀνακηρύττει μετὰ λαμπρᾶς τῆς φωνῆς οὕτω λέγων· Ὃς παρ' ἐλπίδα ἐπ' ἐλπίδι ἐπίστευσεν εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸν πατέρα πολλῶν ἐθνῶν. Τί ἐστι, Παρ' ἐλπίδα ἐπ' ἐλπίδι; Παρ' ἐλπίδα τὴν ἀνθρωπίνην, ἐπ' ἐλπίδι τῇ τοῦ Θεοῦ, τῇ πάντα νικώσῃ, τῇ πάντα δυναμένῃ, τῇ πάντων περιγινομένῃ. Καὶ ἐπίστευσεν οὐκ εἰς τὸ πατὴρ γενέσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐθνῶν τοσούτων, ὁ γέρων καὶ ἄγονος, ὁ στεῖραν καὶ γεγηρακυῖαν γυναῖκα ἔχων, κατὰ τὸ εἰρημένον· Οὕτως ἔσται τὸ σπέρμα σου. Καὶ μὴ ἀσθενήσας τῇ πίστει οὐ κατενόησε τὸ ἑαυτοῦ σῶμα νενεκρωμένον, ἑκατονταέτης που ὑπάρχων, καὶ τὴν νέκρωσιν τῆς μήτρας Σάῤῥας· εἰς δὲ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Θεοῦ οὐ διεκρίθη τῇ ἀπιστίᾳ, ἀλλ' ἐνεδυναμώθη τῇ πίστει, δοὺς δόξαν τῷ Θεῷ, καὶ πληροφορηθεὶς, ὅτι, ὃ ἐπήγγελται, δυνατός ἐστι καὶ ποιῆσαι. Ὁ δὲ

λέγει, τοιοῦτόν ἐστι· ἀναπηδήσας καὶ ἐξαλλόμενος εὐθέως ἀπὸ τῆς ἀνθρωπίνης ἀσθενείας, καὶ πρὸς τὸ ὕψος ἀναδραμὼν τοῦ ὑποσχομένου, καὶ ἐννοήσας αὐτοῦ τὴν ἄφατον δύναμιν, ἐπείσθη σαφῶς, ὅτι πάντως ἔσται τὸ εἰρημένον. Καὶ τούτῳ μάλιστα τὸν Θεὸν ἐδόξασε, τῷ μὴ περιεργάσασθαι, μηδὲ πολυπραγμονῆσαι, ἀλλὰ τῷ ἀκαταλήπτῳ [a] τῆς σοφίας αὐτοῦ καὶ τῆς δυνάμεως παραχωρῆσαι καὶ μηδὲν ἀμφιβάλλειν ὅλως περὶ τῶν εἰρημένων. Ὁρᾷς ὅτι τοῦτό ἐστι μάλιστα τὸ δοξάζειν τὸν Θεὸν, τὸ ἀεὶ παραχωρεῖν αὐτοῦ τῷ ἀκαταλήπτῳ τῆς προνοίας καὶ τῇ ἀῤῥήτῳ δυνάμει D καὶ σοφίᾳ, καὶ μὴ περιεργάζεσθαι, μηδὲ πολυπραγμονεῖν, μηδὲ λέγειν, διὰ τί τοῦτο; εἰς τί τοῦτο; πῶς τοῦτο ἔσται; Οὐ τοῦτο δὲ μόνον ἐστὶ τὸ θαυμαστὸν, ἀλλ' ὅτι καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐκεῖνον, τὸν μονογενῆ καὶ γνήσιον, μετὰ τὴν ὑπόσχεσιν ταύτην ἐκελεύετο καταθύειν, καὶ οὐδὲ τότε ἐσκανδαλίζετο. Καίτοι πολλὰ ἦν τὰ δυνάμενα σκανδαλίσαι τὸν μὴ νήφοντα, μηδὲ ἐγρηγορότα· καὶ αὐτὸ πρῶτον τὸ ἐπίταγμα, εἰ ὁ Θεὸς τοιαύτας καταδέχεται θυσίας, καὶ παιδοκτόνους εἶναι κελεύει τοὺς πατέρας, καὶ βιαίῳ τελευτῇ καταλύειν E τὸν βίον, καὶ ἀώρῳ παραδιδόναι τοὺς παῖδας θανάτῳ, καὶ αὐτόχειρας γενέσθαι τῶν γεννηθέντων, καὶ αἵματι τοιούτῳ τὸν βωμὸν αἱμάσσεσθαι βούλεται τὸν αὐτοῦ, καὶ δεξιὰν ὁπλίζεσθαι πατρικὴν κατὰ τοῦ μονογενοῦς παιδὸς, καὶ φονέων εἶναι χαλεπώτερον τὸν δίκαιον· καὶ μετὰ τούτου καὶ ἡ τῆς φύσεως τυραννὶς θορυβοῦσα, ταράττουσα, οὐχ ἐπειδὴ πατὴρ ἦν μόνον, ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ φιλόστοργος, καὶ πατὴρ τοιούτου παιδὸς, γνησίου, μονογενοῦς, καλοῦ μὲν ἰδεῖν, καλοῦ δὲ νοῆσαι. Καὶ γὰρ ἐν αὐτῷ τῷ ἄνθει τῆς ἡλικίας ἦν, καὶ αὐτῇ τῆς ἀρετῆς τῇ ἀκμῇ, διπλῇ τότε ἀπολάμπων τῇ εὐμορφίᾳ, καὶ τῇ τῆς ψυχῆς, καὶ τῇ τοῦ σώματος. Οὐ μικρὸν δὲ εἰς φιλοστοργίαν, καὶ τὸ παρ' ἐλπίδα δοθῆναι πᾶσαν. Ἴστε γὰρ πῶς ποθεινὰ τὰ τοιαῦτα παιδία, τὰ 488 παρ' ἐλπίδα καὶ προσδοκίαν, καὶ οὐ νόμῳ φύσεως A κεχαρισμένα, οἷος ἐκεῖνος ἦν. Καὶ μετὰ τούτων δὴ πάντων τὸ μάλιστα ἱκανὸν παρασχεῖν σκάνδαλον ἡ ἐπαγγελία καὶ ἡ ὑπόσχεσις ἦν· ἐναντίον γὰρ ἦν αὐτῇ τὸ ἐπιταχθέν. Τὸ μὲν γὰρ ἐπαγγελθὲν ἦν, Οὕτως ἔσται τὸ σπέρμα σου, ὡς τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ· τὸ δὲ ἐπιτεταγμένον, τὸν υἱὸν τὸν μονογενῆ, ἀφ' οὗ πᾶσαν ἔμελλεν ἐμπλήσειν τὴν οἰκουμένην, τοῦτον ἐκ μέσου γίνεσθαι, καὶ θανάτῳ παραδίδοσθαι καὶ σφαγῇ χαλεπωτάτῃ. Ἀλλ' οὐδὲ οὕτως ἐσκανδαλίζετο, οὐδὲ ἐθορυβεῖτο ὁ δίκαιος ἐκεῖνος, οὐδὲ ἔπαθέ τι τοιοῦτον, οἷον εἰκὸς ἦν τινα τῶν ἀνοήτων παθεῖν καὶ χαμαὶ συρομένων. Οὐδὲ γὰρ εἶπε πρὸς ἑαυτὸν, τί τοῦτο; ἠπατήθημεν; B παρελογίσθημεν; Θεοῦ τοῦτο ἐπίταγμα; Ἄπαγε, οὐ πείθομαι· τὸ παιδοκτόνον με γενέσθαι ἀμήχανον,

[a] Alii τῆς προνοίας.

non hæsitavit diffidentia, sed confortatus est fide, dans gloriam Deo, plenissime sciens, quia, quæcumque promisit, potens est et facere. Horum autem verborum hæc est sententia: Exsultans statim, et exsiliens ex humana imbecillitate, et ad sublimitatem ejus, qui promittebat, accurrens, et cogitans immensam ejus esse potentiam, facile adductus est, ut crederet omnino quod sibi dicebatur eventurum. Atque hoc facto maxime Deum glorificavit, quod curiose non inquisiverit, neque scrutatus sit, sed incomprehensibili ejus sapientiæ ac potentiæ cesserit, neque ullo modo de iis, quæ dicta fuerant, dubitaverit. Vides hoc esse maxime Deum glorificare, cum incomprehensibili ejus providentiæ, atque ineffabili potentiæ nos submittimus, neque scrutamur, aut curiose inquirimus, neque dicimus: Cur hoc? ad quid hoc? quomodo erit hoc? Neque vero solum hoc est admiratione dignum, sed etiam quod filium illum suum unigenitum ac dilectum post hanc promissionem mactare jubebatur, et ne tum quidem scandalizabatur. Atqui multa erant quæ scandalizare possent eum, qui vigilans non fuisset et attentus: et primum ipsum mandatum, num Deus tales victimas acceptas habeat, et patres jubeat esse parricidas liberorum, ac morte violenta vitam finire, immaturo interitu filios necare, suæque prolis fieri homicidas, tali sanguine suum velit altare cruentari, paternam dexteram adversus filium unigenitum armari, ac justum virum sicariis fieri sæviorem; cum his præterea naturæ vis ac tyrannis eum commovebat et perturbabat, non quod pater solum esset, sed quod indulgens, et talis filii pater, dilecti, unigeniti, pulchri non intuenti solum, sed et contemplanti. Nam et in ipso erat ætatis flore, in virtutis vigore, in quo duplex pulchritudo tum mentis, tum corporis elucebat. Neque vero mediocriter illud ad amorem paternum augendum valebat, quod præter spem omnem datus fuerat. Scitis enim quam cari sint ejusmodi liberi, qui præter spem et exspectationem, non lege naturæ concessi sunt, cujusmodi fuit ille. Cum his omnibus autem maxime poterat scandalum præbere pollicitatio et promissio, cum illi contrarium esset mandatum. Siquidem promissum fuerat: *Sic erit semen tuum, ut stellæ cæli:* mandatum autem fuerat ut unigenitus filius, cujus posteris totum orbem terrarum erat impleturus, hic e medio

Abraham filium sacrificare jussus.

Gen. 15. 5.

tolleretur, ac morti cædique sævissimæ traderetur. Sed ne sic quidem scandalizabatur, nec perturbabatur justus ille, neque tale quid illi accidebat, quod uni alicui ex insipientibus, et qui
Similia vide supra T. I. p. 769, 770.
humi serpunt, accidisset. Neque enim apud se ita ratiocinatus est : Quid hoc rei est ? decepti sumus? fraudati sumus? an hoc Dei mandatum est? Absit : non possum parere; ut filii parricida fiam, et ejusmodi sanguine dexteram meam cruentem, adduci non possum. Quomodo autem promissio finem suum sortietur? Si enim radicem avellam, unde rami? unde fructus? si fontem occludam, unde fluvii? si filium occidam, unde mihi nepotum, quæ stellarum multitudinem exæquet, multitudo nascetur? Quomodo ergo tum talia promittebat, et contraria nunc jubet? Nihil horum aut dixit, aut cogitavit : sed rursus ad potentiam ejus, qui promiserat ista, confugiens, quæ ineffabilis est, quæ solers est et locuples, quæ per res contrarias elucet, quæ superat leges naturæ, quæ potentior est omnibus, cui resistere nihil potest, hoc quoque mandatum confidenter exhausit, et filium occidit, et dexteram cruentavit, et gladium sanguine infecit, et ensem jugulo immersit : nam si minus opere, saltem animi proposito cuncta ista complevit.
Gen. 22. 1. 2.
Quocirca dum eum Moyses laudaret, sic ait : *Et factum est post hæc verba, Deus tentavit Abraham, et dixit ei : Tolle filium tuum dilectum, quem dilexisti, Isaac, et offer illum super unum montium, quos tibi dixero.* Hæccine sunt verba promissionis, pollicitationis, quæ significabant eum posterorum patrem futurum et semen ejus futurum sicut stellas cæli? Vide quo pacto post hæc verba, cum audiisset filium suum occidendum, acquievit, eum ex quo tanta nascitura erat multitudo, eum, inquam, immolare, atque e medio tollere, Deoque in sacrificium offerre. Sane Paulus cum eum idcirco laudaret, sic eum commendabat, ac prædicabat,
Heb. 11. 17.
ut diceret : *Fide obtulit Abraham Isaac, cum tentaretur :* tum ut doceret, quantam rem fecerit, et quam eximiæ fidei specimen ediderit, adjecit : *Et unigenitum offerebat is, qui promissiones susceperat.* Horum autem hic sensus est : Dici non potest, inquit, eum duos filios habuisse carissimos, et exspectasse, ut hoc interemto, ex altero sibi multitudo illa nasceretur, cujus pater esset : et unum illum habuit, et ab hoc solo promissio pendebat : attamen hunc

καὶ τοιούτῳ φοινίξαι αἵματι τὴν δεξιάν μου. Πῶς δὲ τὰ τῆς ἐπαγγελίας ἕξει πέρας; Ἂν γὰρ ἀνέλω τὴν ῥίζαν, πόθεν οἱ κλάδοι; πόθεν οἱ καρποί; ἂν καταχώσω τὴν πηγὴν, πόθεν οἱ ποταμοί; [b] ἂν ἀφανίζω τὸν υἱὸν, πόθεν μοι τὸ πλῆθος τῶν ἐκγόνων τὸ τῷ πλήθει τῶν ἄστρων παρισούμενον; Πῶς οὖν ὑπέσχετο ἕτερα, καὶ ἐναντία ἐπιτάττει νῦν; Τούτων οὐδὲν οὐκ εἶπεν, οὐκ ἐνενόησεν· ἀλλὰ πάλιν ἐπὶ τὴν δύναμιν τοῦ ἐπαγγειλαμένου καταφυγὼν τὴν ἄφατον, τὴν εὐμήχανον,
C τὴν εὔπορον, τὴν διὰ τῶν ἐναντίων διαλάμπουσαν, τὴν ἀνωτέραν τῶν τῆς φύσεως νόμων, τὴν πάντων δυνατωτέραν, τὴν οὐδὲν ἔχουσαν τὸ ἀντιπῖπτον, καὶ τοῦτο μετὰ πολλῆς τῆς πληροφορίας τὸ ἐπίταγμα ἤνυε, καὶ ἔσφαξε τὸν υἱὸν, καὶ ᾕμαξε τὴν δεξιὰν, καὶ ἐφοίνιξε τὸ ξίφος, καὶ διὰ τῆς δειρῆς τὴν μάχαιραν ἤλασεν· εἰ γὰρ καὶ μὴ τῷ ἔργῳ, ἀλλὰ τῇ γνώμῃ ταῦτα πάντα ἐπλήρωσε. Διὸ καὶ Μωσῆς αὐτὸν θαυμάζων, οὕτως ἔφη· Καὶ ἐγένετο μετὰ τὰ ῥήματα ταῦτα, ὁ Θεὸς ἐπείραζε τὸν Ἀβραὰμ, καὶ εἶπεν αὐτῷ, λάβε τὸν υἱόν σου τὸν ἀγαπητὸν, ὃν ἠγάπησας, τὸν Ἰσαὰκ, καὶ ἀνένεγκε αὐτὸν ἐφ' ἓν τῶν ὀρέων, ὧν ἂν
D σοι εἴπω. Ταῦτα τὰ τῆς ὑποσχέσεως ῥήματα, τὰ τῆς ἐπαγγελίας, τὰ λέγοντα, ὅτι πλήθους ἐκγόνων ἔσται πατὴρ, καὶ ἔσται τὸ σπέρμα αὐτοῦ ὡς τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ; Ὅρα πῶς μετὰ τὰ ῥήματα ταῦτα, ἀκούσας σφάξαι τὸν υἱὸν, κατεδέξατο τὸν ἀφ' οὗ τοσοῦτον ἔμελλεν ἔσεσθαι τὸ πλῆθος, τοῦτον ἀνελεῖν καὶ καταθῦσαι, καὶ ἐκ μέσου ποιῆσαι, καὶ ἱερεῖον τῷ Θεῷ προσαγαγεῖν. Καὶ ὁ Παῦλος δὲ αὐτὸν ἐντεῦθεν θαυμάζων πάλιν οὕτως ἐστεφάνου καὶ ἀνεκήρυττε λέγων· Πίστει προσενήνοχεν Ἀβραὰμ τὸν Ἰσαὰκ πειραζόμενος· εἶτα δεικνὺς ἡλίκον πρᾶγμα ἐποίησε καὶ ὅσην ἐπεδείξατο πίστιν, ἐπήγαγε· Καὶ τὸν μονογενῆ προσ-
E έφερεν ὁ τὰς ἐπαγγελίας δεξάμενος. Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, φησὶν, ὅτι δύο παῖδας εἶχε γνησίους, καὶ προσεδόκα, ἀναιρεθέντος τούτου, ἀπὸ τοῦ ἑτέρου τοῦ πλήθους ἐκείνου ἔσεσθαι πατὴρ, ἀλλὰ καὶ μόνον εἶχεν αὐτὸν, καὶ ἀπὸ μόνου τούτου τὰ τῆς ἐπαγγελίας ἤρτητο· καὶ ὅμως τοῦτον εἵλετο καταθῦσαι, ὥσπερ ἐν τῇ ὑποσχέσει τῆς γεννήσεως αὐτοῦ μήτε τῇ οἰκείᾳ νεκρώσει, μήτε τῇ πηρώ-
489 σει τῆς φύσεως τῆς γυναικὸς κωλυθεὶς πρὸς τὴν πί-
A στιν, οὕτως οὐδὲ ἐνταῦθα τῷ θανάτῳ παρεμποδισθείς. Παράβαλε τοίνυν ταῦτα πρὸς τὰ νῦν γεγενημένα, καὶ ὄψει σου τὴν μικροψυχίαν, καὶ ὄψει τὴν εὐτέλειαν τῶν σκανδαλιζομένων, [a] καὶ εἴσῃ σαφῶς, ὅτι οὐδαμόθεν ἑτέρωθέν σοι τὸ σκάνδαλον γίνεται, ἢ ἐκ τοῦ μὴ παραχωρεῖν τῇ ἀκαταλήπτῳ τοῦ Θεοῦ προνοίᾳ, ἀλλ' ἐπιζητεῖν οἰκονομιῶν τρόπον πανταχοῦ, καὶ αἰτίας τῶν γινομένων ἀπαιτεῖν, καὶ ἕκαστα περιεργάζεσθαι·

[b] Alii ἂν σφάξω τὸν υἱόν.

[a] Alii καὶ μαθήσῃ σαφῶς.

ὅπερ εἰ ἔπαθεν ὁ Ἀβραὰμ, ἔμελλε πρὸς τὴν πίστιν χωλεύειν. [b] Ἀλλ' οὐκ ἔπαθε, διὸ καὶ ἔλαμψε, καὶ πάντων ἐπέτυχε τῶν ἐπηγγελμένων· οὐδὲ ἐσκανδαλίζετο, οὐδὲ τῷ γήρᾳ, οὐδὲ τῷ μετὰ ταῦτα ἐπιτάγματι· B οὐδὲ ἐνόμισε κώλυμα εἶναι τὸ ἐπίταγμα τῇ ὑποσχέσει, οὔτε ἀναιρετικὴν εἶναι τὴν θυσίαν τῆς ἐπαγγελίας, οὐδὲ εἰς ἀπόγνωσιν ἐνέπιπτε τῆς ὑποσχέσεως, καίτοι πρὸς αὐτὸ τὸ πέρας τῶν πραγμάτων ἐλθών. Μὴ γάρ μοι τοῦτο λέγε, ὅτι οὐκ εἴασεν ὁ Θεὸς εἰς ἔργον τὸ ἐπίταγμα ἐλθεῖν, οὐδὲ αἱμαχθῆναι τοῦ δικαίου τὴν δεξιάν· ἀλλ' ἐκεῖνο σκόπει, ὅτι τούτων οὐδὲν ὁ δίκαιος ᾔδει, οὐδὲ ὅτι ζῶντα ἀπολήψεται τὸν υἱὸν, καὶ οὕτως οἴκαδε ἐπιστρέψαι ἠπίστατο, ἀλλ' ἔτεινεν ὅλην πρὸς τὴν σφαγὴν τὴν ἑαυτοῦ γνώμην. Διὰ τοῦτο καὶ C ἐκ δευτέρου καλεῖται ἐκ τῶν οὐρανῶν. Οὐ γὰρ εἶπεν αὐτῷ, Ἀβραὰμ, ἁπλῶς, ἀλλὰ, Ἀβραὰμ, Ἀβραὰμ, τῷ διπλασιασμῷ τῆς φωνῆς τὴν ἐπιτεταμένην πρὸς τὴν θυσίαν προαίρεσιν ἀνείργων τε καὶ ἀναχαιτίζων· οὕτως ὅλως τοῦ ἐπιτάγματος ἦν. Εἶδες πῶς τὸ πᾶν τῇ γνώμῃ αὐτοῦ ἐπεπλήρωτο, καὶ σκάνδαλον οὐδαμοῦ. Τὸ δὲ αἴτιον, τὸ μὴ περιεργάζεσθαι τὰ τοῦ Θεοῦ. Τί δὲ ὁ Ἰωσήφ; εἰπέ μοι. Οὐ τοιοῦτόν τι καὶ αὐτὸς πέπονθε; Καὶ γὰρ κἀκείνῳ μεγάλη τις ὑπόσχεσις ἦν παρὰ τοῦ Θεοῦ δεδομένη, καὶ τὰ γινόμενα πάλιν ἀπεναντίας τῆς ὑποσχέσεως ἐγίνετο. Ἡ μὲν γὰρ ὑπόσχεσις D ἦν διὰ τῶν ὀνειράτων, προσκυνήσειν αὐτὸν τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ διπλῆ ὄψις τοῦτο ἀνεκήρυττεν, ἥ τε διὰ τῶν ἄστρων, ἥ τε διὰ τῶν δραγμάτων· τὰ δὲ μετὰ τὰς ὄψεις ταύτας συμβάντα ἐναντία τῶν ὄψεων ἦν. Πρῶτον μὲν γὰρ πόλεμος αὐτῷ χαλεπὸς ἐντεῦθεν κατὰ τὴν πατρῴαν οἰκίαν ἀνεῤῥιπίζετο, καὶ οἱ τὰς αὐτὰς αὐτῷ λύσαντες ὠδῖνας, διατεμόντες τῆς συγγενείας τοὺς νόμους, καὶ διαῤῥήξαντες τῆς ἀδελφικῆς διαθέσεως τὰ δεσμὰ, καὶ αὐτοὺς τῆς φύσεως διασαλεύσαντες τοὺς θεσμοὺς, ἐχθροὶ καὶ πολέμιοι καὶ λύκων ἀγριώτεροι περὶ τὸν ἀδελφὸν ἀπὸ τῶν ὄψεων ἐκείνων ἐγίνοντο· καὶ ὥσπερ θῆρες ἄγριοι καὶ ἀνήμεροί τινες ἀρνίον ἐν μέσῳ λαβόντες, οὕτω καθ' ἑκάστην ἐπεβούλευον αὐτῷ τὴν ἡμέραν. Καὶ πατὴρ τοῦ πο- E λέμου τούτου φθόνος ἦν ἄλογος, καὶ βασκανία ἄδικος· καὶ τῷ θυμῷ ζέοντες, φόνου καθ' ἑκάστην ἔπνεον τὴν ἡμέραν, τοῦ φθόνου τὴν κάμινον ταύτην ἀνάπτοντος, καὶ τὴν πυρὰν ἐγείροντος. Καὶ ἐπειδὴ τέως αὐτὸν οὐδὲν ἐργάσασθαι ἠδύναντο χαλεπὸν, ἔνδον στρεφόμενον καὶ μετὰ τῶν γονέων διατρίβοντα, διαβάλλουσιν αὐτοῦ τὴν ὑπόληψιν, καὶ αἰσχρὰν κατασκευάζου- 490 σιν αὐτῷ δόξαν, καὶ ψόγον καταφέρουσι πονηρὸν, τοῦ A πατρὸς τὸ φίλτρον ταύτῃ καταλῦσαι βουλόμενοι, καὶ πρὸς ἐπιβουλὴν εὐχείρωτον λαβεῖν. Εἶτα μετὰ ταῦτα λαβόντες αὐτὸν ἔξω τῶν πατρικῶν ὀφθαλμῶν, καὶ ἐπ'

[b] Alii ἀλλ' οὐ περιειργάσατο.

interimere non recusavit, sicut in promissione generationis ejus, neque sui corporis emortui conditione, neque uxoris suæ sterilitate naturæ potuit impediri quominus fidem haberet, ita hic quoque nihil impeditus a morte fuit. Hæc igitur cum illis compara, quæ nunc fiunt, tum tu pusillanimitatem tuam intuebere, tum eorum, qui scandalizantur, intuebere vilitatem, et clare intelliges non aliunde tuum scandalum originem ducere, quam quod incomprehensibili Dei providentiæ minime cedas, sed dispensationum ejus modum ubique disquiras, causasque eorum, quæ geruntur, requiras, et singula scruteris: quod si accidisset Abrahamo, plane ad fidem habendam claudicasset. At hoc illi non accidit, atque idcirco celebris et illustris fuit, et omnibus, quæ promissa fuerant, est potitus; neque senectute scandalizatus est, neque mandato quod sequutum est; neque promissioni obicem mandatum futurum arbitratus est, neque sacrificium promissionem e medio sublaturum, neque in eam incidit desperationem, ut de promissione actum putaret, tametsi ad ipsum rerum finem perveniret. Noli enim hoc mihi respondere, non permisisse Deum, ut mandatum in opus exiret, neque justi dexteram cruentatam esse: verum illud considera, nihil horum scivisse justum, neque se vivum illum recepturum, atque ita domum reversurum novisse, sed totam mentem suam ad cædem intendisse. Idcirco etiam secundo de cælo vocatur. Neque enim *Abraham* simpliciter dixit: sed, *Abraham*, *Abraham*, vocis ingeminatione intentum ad sacrificium animi propositum reprimens, et revocans: ita totus ad mandatum peragendum incumbebat. Vides totam rem ejus animi sententia fuisse completam et perfectam, nec usquam scandalum comparere. Id vero in causa fuit, quod in actiones Dei curiose non inquireret. Quid vero Joseph? dic, quæso: nonne tale quid ei accidit? Nam et illi magna quædam a Deo promissio fuerat oblata, et res contrariæ promissioni rursus eveniebant. Fuerat enim promissum per somnia futurum, ut eum fratres adorarent, atque hoc duplex visio prænuntiavit, cum illa per stellas, tum altera per manipulos: quæ vero post visiones acciderunt, contraria plane visionibus fuerunt. Primum enim gravis inde pugna paternis in ædibus excitata est, et qui ex eodem fuerant utero nati, cognationis leges violantes, et fraterni amoris

Gen. 22. 1.

vincula perrumpentes, ipsa denique jura naturæ perfringentes, inimici et hostes, ac sæviores lupis erga fratrem occasione visionum illarum evaserunt; et quemadmodum si feræ atque immanes belluæ quædam agnum e medio abriperent, ita quotidie insidias illi tendebant. Atque hujus belli parens et auctor fuit iniqua quædam invidia, et livor injustus : iraque ferventes singulis diebus cædem ejus anhelabant, cum hanc in eis fornacem accenderet, et flammam excitaret invidia. Et quoniam dum domi degeret, et cum parentibus versaretur, nihil interim illi mali poterant inferre, ipsius existimationi detrahunt, ejusque nomini notam inurunt infamiæ, et prava criminatione illum accusant, atque hoc pacto patris in eum amorem auferre contendunt, ut ita facilius ipsorum insidiis capi possit. Tum deinde foris eum procul a conspectu patris deprehendentes, cum in deserto cibaria sibi deferentem, et ad eos visitandos profectum invenissent, neque profectionis causam sunt reveriti, neque fraternæ mensæ illos puduit, sed gladios acuebant, et se ad cædem accingebant, omnesque fratris parricidæ fiebant, cum nihil parvum aut magnum ei possent objicere, quem interfecturi erant; sed eorum causa, ob quæ præmiis affici ac prædicari eum oportuit, invidebant, oppugnabant, et calumniis appetebant. At ille ne sic quidem illorum congressum aversabatur, sed etiam erga tantam improbitatem fraternum amorem exhibebat : illi contra sic affectum interimere conabantur; et quantum in ipsis quidem fuit, interemerunt, suasque dexteras cruentarunt et fraternam cædem perpetrarunt. Verumtamen solers Dei sapientia, et quæ in rebus deploratis iter secundum aperit, cum in barathrum eum præcipitem acturi et neci tradituri essent, ex nefariis illorum manibus ipsum eripuit. Nam consuluit quidem unus ex fratribus, ut eos ab illo parricidio revocaret; sed eorum mentem flexit Deus, ac cædem impedivit. Sed ne hic quidem impetus malorum substitit, verum ulterius rursus est progressus. Quoniam enim illum interimere prohibiti fuerant, adhuc autem ira fervebat, et furor vigebat, ac passionis procella sæviebat, in aliud quidpiam iracundiam effuderunt. Exutum enim et vinctum eum projecerunt in lacum crudeles illi, inhumani, atque efferati; deinde delatos ab illo cibos degustarunt; et ille quidem in lacu metu mortis imminentis correptus ver-

ἐρημίας εὑρόντες αὐτοῖς κομίζοντα τροφὴν, καὶ εἰς ἐπίσκεψιν αὐτῶν ἀφιγμένον, οὐ [a] τὴν αἰτίαν τῆς ἀφίξεως ᾐδέσθησαν, οὐ τὴν τράπεζαν ᾐσχύνθησαν τὴν ἀδελφικὴν, ἀλλὰ τὰ ξίφη ἠκόνουν, καὶ πρὸς σφαγὴν ηὐτρεπίζοντο, καὶ ἀδελφοκτόνοι πάντες ἐγίνοντο, οὐ μικρὸν, οὐ μέγα ἐγκαλεῖν ἔχοντες τῷ μέλλοντι ἀναιρεῖσθαι παρ' αὐτῶν· ἀλλ' ὑπὲρ ὧν αὐτὸν στεφανοῦσθαι καὶ ἀνακηρύττεσθαι ἔδει, φθονοῦντες, πολεμοῦν- B τες, διαβάλλοντες. Ἀλλ' ἐκεῖνος οὐδὲ οὕτως ἀπεστρέφετο αὐτῶν τὴν συνουσίαν, ἀλλὰ καὶ ἐν τοσαύτῃ πονηρίᾳ τὴν ἀδελφικὴν ἐπεδείκνυτο διάθεσιν· οἱ δὲ καὶ οὕτως αὐτὸν ἀνελεῖν ἐπεχείρουν· καὶ ἀνεῖλον, τόγε αὐτῶν μέρος, καὶ τὰς δεξιὰς ᾕμαξαν, καὶ τὴν ἀδελφοκτονίαν ἀπήρτισαν. Ἀλλ' ἡ εὐμήχανος, καὶ ἐν τοῖς ἀπόροις εὔπορος τοῦ Θεοῦ σοφία, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ βαράθρῳ, καὶ ἐν αὐτῇ τοῦ θανάτου τῇ ἐπαγωγῇ, ἐκ τῶν μιαρῶν αὐτῶν ἐκεῖνον ἐξήρπασε χειρῶν. Συνεβούλευσε μὲν γὰρ τῶν ἀδελφῶν εἷς, ὥστε ἀποστῆναι τῆς μιαιφονίας ἐκείνης· ἔπεισε δὲ ὁ Θεὸς, καὶ τὴν C σφαγὴν διεκώλυσεν. Οὐ μὴν οὐδὲ ἐνταῦθα ἵστατο τὰ δεινὰ, ἀλλὰ περαιτέρω προῄει πάλιν. Ἐπειδὴ γὰρ αὐτὸν ἐκωλύθησαν ἀνελεῖν, ἔζεε δὲ ὁ θυμὸς ἔτι, καὶ τὰ τῆς ὀργῆς ἤκμαζε, καὶ πολὺ τὸ κλυδώνιον τοῦ πάθους ἦν, εἰς ἕτερόν τι τὴν ὀργὴν ἀφῆκαν. Ἀποδύσαντες γὰρ καὶ δήσαντες αὐτὸν, καὶ εἰς λάκκον ῥίψαντες οἱ ὠμοὶ καὶ ἀπάνθρωποι καὶ θηριώδεις, οὕτω τῆς παρ' αὐτοῦ κομισθείσης τραπέζης ἀπήλαυον· καὶ ὁ μὲν ἦν ἐν λάκκῳ περὶ τῶν ἐσχάτων δεδοικὼς, οἱ δὲ ἐτρύφων καὶ ἐμέθυον. Καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα ἵσταντο τῆς μανίας, ἀλλ' ἰδόντες ἀνθρώπους βαρβάρους καὶ πόῤῥω τῆς αὐτῶν ἀπῳκισμένους χώρας εἰς τὴν Αἴγυπτον D κατιόντας, λαβόντες ἀπέδοντο τὸν ἀδελφὸν, ἕτερον θάνατον ἐντεῦθεν αὐτῷ κατασκευάζοντες, μακρότερόν τινα καὶ χαλεπώτερον καὶ πολλῆς γέμοντα ταλαιπωρίας. Μειράκιον γὰρ ὢν, καὶ μειράκιον κομιδῆ, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς ἐλευθερίας ἐν οἰκίᾳ πατρῴᾳ τραφεὶς, καὶ δουλείας ἁπάσης ἄμοιρος ὢν καὶ τῆς ἐν δουλείᾳ ταλαιπωρίας, ἐννόησον τί ποτε ἔπασχεν, ἀθρόον δοῦλος ἀντ' ἐλευθέρου, καὶ ξένος ἀντὶ πολίτου γενόμενος, καὶ τὴν ἐσχάτην αἰχμαλωσίαν ὑπομένων· οὐχὶ δουλείαν μόνον, ἀλλὰ καὶ πατρὸς καὶ μητρὸς καὶ τῶν αὐτῷ προσηκόντων ἁπάντων ἀποῤῥηγνύμενος, γυμνὸς, E ξένος, ἄοικος, ἄπολις, νόμῳ δουλείας βαρβαρικαῖς χερσὶν ἐκδεδομένος. Τί γὰρ οὐχ ἦν αὐτὸν ἱκανὸν θορυ-

[a] Alii τὴν αἰτίαν τοῦ σκυλμοῦ ᾐδέσθησαν.

θῆσαι; τὸ ἀθρόον, τὸ ἀπροσδόκητον, τὸ παρ' ἐλπίδα καὶ ἀμελέτητον, τὸ χαλεπὸν τῆς συμφορᾶς, τὸ παρ' ἀδελφῶν, καὶ ἀδελφῶν ἀγαπωμένων, μὴ μικρὸν, μὴ μέγα ἐκείνους ἠδικηκότα, μᾶλλον δὲ καὶ εὐεργετηκότα, ταῦτα παθεῖν; Ἀλλ' ὅμως οὐδενὶ τούτων διεταράττετο, ἀλλ' ἀπήγετο διὰ τῶν ἐμπόρων ἐκείνων εἰς Αἴγυπτον, 491
δουλείαν ἐκ δουλείας ἀμείβων. Καὶ γὰρ καὶ ἐκεῖ πάλιν A
ἐγίνετο δοῦλος, καὶ ᾤκει βαρβαρικὴν οἰκίαν ὁ Ἑβραῖος, ὁ εὐγενὴς ὁ διπλῆν ἐλευθερίαν ἐλεύθερος, καὶ τὴν τοῦ σώματος, καὶ τὴν τῆς ψυχῆς· καὶ οὐδὲ ἐντεῦθεν ἐταράττετο, οὐδὲ ἐσκανδαλίζετο πρὸς τὰ γεγενημένα, τῶν ὄψεων ἀναμιμνησκόμενος τῶν τὰ ἐναντία ἐπαγγελλομένων· οὐδὲ περιειργάζετο, τί δήποτε ταῦτα γίνεται; Καὶ οἱ μὲν ἀδελφοκτόνοι καὶ λύκοι καὶ θῆρες καίτοι ταῦτα ἠδικηκότες, ἐπὶ τῆς πατρῴας οἰκίας τρυφῶσιν· αὐτὸς δὲ ὁ προσδοκηθεὶς αὐτῶν βασιλεύειν, αἰχμάλωτος, δοῦλος, εἰς ἀλλοτρίαν ἀπεμποληθεὶς, τὴν ἐσχάτην ὑπομένει ταλαιπωρίαν, οὐ μόνον αὐτῶν B
οὐ βασιλεύσας, ἀλλὰ καὶ δοῦλος αὐτῶν γενόμενος, καὶ ἐκ πολλοῦ τοῦ διαμέτρου τἀναντία ταῖς ὑποσχέσεσι παθών. Οὐ γὰρ δὴ μόνον βασιλείας τότε οὐκ ἐπέτυχεν, ἀλλὰ καὶ πατρίδος καὶ ἐλευθερίας, καὶ τῆς τῶν γονέων ἐξέπεσεν ὄψεως. Καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα αὐτῷ τὰ τῶν ἀγώνων ἵστατο, ἀλλ' ἕτερον βαθύτερον ἀνωρύττετο βάραθρον, θάνατον πάλιν ἔχον, καὶ σφαγὴν, θάνατον ἐπονείδιστον καὶ σφαγὴν αἰσχύνης γέμουσαν. Ἰδοῦσα γὰρ αὐτὸν ἀδίκοις ὀφθαλμοῖς ἡ κεκτημένη, καὶ ἁλοῦσα τῷ κάλλει τοῦ νεανίσκου, ὑπὸ τῆς λαμπρᾶς αὐτοῦ χειρωθεῖσα ὄψεως, καὶ αὐτὴ πάλιν δόλους C
ἔῤῥαπτε καὶ ἐπιβουλάς. Καὶ τὰ δίκτυα τῆς ἀκολασίας πάντοθεν ἁπλώσασα, καθ' ἑκάστην ἐσκοπεῖτο τὴν ἡμέραν εἴσω τῆς οἰκείας σαγήνης τὸν νεανίσκον λαβεῖν, καὶ εἰς τὸ τῆς μοιχείας ἐμβαλεῖν βάραθρον, καὶ θανάτῳ παραδοῦναι ἀθανάτῳ. Καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπὶ τὴν ἄγραν ἐξῄει ταύτην, ὑπὸ τοῦ πάθους κεντουμένη, καὶ ὑπὸ τοῦ ἀκολάστου τούτου ἔρωτος καθ' ἑκάστην ὁπλιζομένη τὴν ἡμέραν· καί ποτε ἐπιλαβομένη μόνον, ἐπὶ τὴν ἄδικον αὐτὸν πρὸς βίαν εἷλκεν εὐνὴν, καὶ τὸν ἀλλότριον διορύξαι γάμον ἠνάγκαζε, καὶ τὴν σωφροσύνην λυμήνασθαι ἐπεχείρει. Ἀλλ' ὅμως οὐδὲ ἐντεῦθεν ἔπαθέ τι χαλεπὸν ὁ δίκαιος D
ἐκεῖνος· ἀλλὰ καὶ ἐπιθυμίας τυραννίδα, καὶ νέας ἡλικίας θορύβους, καὶ ἀκολάστου γυναικὸς ἐπιβουλὴν, καὶ δεσποίνης ἐφόδους, καὶ νεότητος ταραχὴν, καὶ πάντα ὅσα εἰκὸς ἐκ τῆς ἀφῆς ἐκείνης γενέσθαι, καὶ τῆς ὄψεως, καὶ τῆς μανίας, μετὰ πολλῆς τῆς εὐκο-

sabatur, illi vero deliciis et ebrietati vacabant. Neque huc usque tantum illorum perrexit insania; sed cum homines barbaros, et procul ab illorum regione habitantes in Ægyptum vidissent descendere, arreptum fratrem illis vendiderunt, ut alteram illi mortem quamdam longiorem, acerbiorem, ac multis miseriis refertam machinarentur. Quippe qui cum juvenis esset, et valde juvenis, multaque cum libertate paternis in ædibus educatus, nullam umquam servitutem, aut miseriam servitutis esset expertus, cogita quomodo esset affectus, qui subito ex libero servus, peregrinus ex cive factus esset, et in extremam captivitatem abductus, non in servitutem tantum, sed et a patre ac matre, omnibusque propinquis avulsus, nudus, peregrinus, exsul et extorris, servitutis lege barbarorum manibus expositus. Quid enim non illum poterat perturbare? quod derepente, quod præter exspectationem, præter spem, præter opinionem, quod tam gravi calamitate premeretur, quod a fratribus, et a fratribus quos adamabat, cum nec parva, nec magna illos affecisset injuria, imo vero beneficiis cumulasset, ista pateretur? Veruntamen nihil istorum illum perturbavit: sed in Ægyptum a mercatoribus illis abducebatur, et servitutem servitute mutabat. Siquidem illic quoque rursus fiebat servus, et barbaricas ædes incolebat Hebræus, nobilis duplici libertate liber, et corporis et animæ: nec tamen idcirco perturbabatur, aut iis, quæ gerebantur, scandalizabatur, cum visionum, quæ contraria promiserant, recordaretur; neque curiose quærebat, Cur tandem ista fiunt? Atque illi quidem fratricidæ, lupi et belluæ, tametsi ista scelera patrarant, in domo paterna deliciis se oblectant; ipse vero, quem spes erat regem illorum futurum, captivus, servus, in externa regione venumdatus, extrema miseria premitur, et non solum rex illorum non est, sed et servus illorum evadit, et plane contraria patitur iis quæ fuerant illi promissa. Non enim tantum regnum tum non obtinebat, sed et patria, et libertate, et parentum aspectu privatus erat. Neque vero certaminum hic finis fuit: sed aliud illi profundius barathrum parabatur, quod rursus mortem ac cædem minabatur, mortem ignominiosam, et dedecoris plenam cædem. Cum enim lascivos in eum oculos domina conjecisset, et adolescentis pulchritudine devincta esset, et eleganti ejus facie capta, cœpit et ipsa rursus dolos et insidias in eum parare. Cumque lasciviæ retia undique tetendisset, quotidie observabat, ut pos-

Joseph a fratribus venditur.

Tentatur ab hera Joseph.

set intra sagenam suam adolescentem comprehendere, atque in adulterii barathrum devolvere, mortique tradere immortali. Et exibat quotidie ad hanc venationem ab hoc morbo stimulata, et hoc amore lascivo armata : cumque solum illum aliquando deprehendisset, ad iniquum illum congressum violenter trahebat, alienum torum violare cogebat, et castitatem lædere conabatur. At nihil tamen inde mali passus est justus ille; sed et libidinis tyrannidem, et juvenilis ætatis stimulos, et lascivæ mulieris insidias, insultus dominæ, juventutis motus, et omnes incursus, quos ab illo contactu sentire potuit exortos, et ab aspectu, et insania illa, quam facillime superavit, ac tamquam aquila sublimes tendens alas, ipsasque vestes exuens et impudicis manibus derelinquens, egressus est vestibus quidem nudatus, sed splendido castitatis amictu circumdatus, atque ipsa purpura illustriori. Hinc factum est deinde, ut in eum gladius acueretur iterum, mortis insidiæ struerentur, major tempestas excitaretur, et mulieris furor Babylonia fornace vehementius accenderetur. Nam et acrius deinde inflammabatur cupiditas, et iracundia, gravissima perturbatio altera, summa cum sævitia se adjungebat, ad cædem spectabat, ad gladium currebat, iniquissimam cædem appetebat, et castitatis athletam, constantiæque pugilem ac patientiæ interimere properabat. Cumque virum suum adiisset, et quæ acciderant renuntiasset, non ita ut veritas rei ferebat, sed ut illa calumniæ fabulam commenta erat, quæcumque voluit judici accusando persuasit, et tamquam injuriam passa, ultionem petebat, atque ad eorum probationem, quæ dicebat, innocentis juvenis vestes impuris illis manibus ostentabat. At corruptus ille judex non reum in judicium introduxit, non causam agendi fecit potestatem, sed eum qui ne judicium quidem conspexerat, tamquam noxium sceleris convictum, et perfectum adulterum damnavit, et in carcerem conjectum catenis adstrinxit. Itaque qui tam multis erat coronis redimitus virtutis, versabatur in carcere tum temporis cum impostoribus, cum sepulcrorum perfossoribus, cum sicariis, cum illis, qui gravissima scelera perpetrarant. Attamen nihil horum ejus animum conturbabat. Et alter quidem, qui regem offenderat, dimittebatur, ipse autem longo tempore mansit intus, et quorum causa præmiis afficiendus erat, et laudandus, extremum supplicium sustinebat. Sed ne sic tamen turbabatur, neque scandalizabatur; neque

λίας ὑπερβὰς, ὥσπερ τις ἀετὸς ὑψηλὸν τείνας τὸ πτερὸν, καὶ αὐτὰ ἀποδυσάμενος τὰ ἱμάτια καὶ καταλιπὼν ταῖς ἀκολάστοις χερσὶν, ἐξῆλθεν ἱματίων μὲν γυμνὸς, λαμπρὰν δὲ τῆς σωφροσύνης ἔχων τὴν περιβολὴν, καὶ τῆς ἁλουργίδος αὐτῆς περιφανεστέραν.
E Ἐντεῦθεν αὐτῷ ξίφος ἠκονᾶτο πάλιν, καὶ θάνατος ἐμελετᾶτο, καὶ τὰ κύματα ἐπὶ τὸ μεῖζον ἤρετο, καὶ ἡ μανία τῆς γυναικὸς τῆς Βαβυλωνίας καμίνου σφοδρότερον ἀνήπτετο. Ἥ τε γὰρ ἐπιθυμία λοιπὸν ἐπὶ μεῖζον ἠγείρετο, ὅ τε θυμὸς, ἕτερον χαλεπώτατον πάθος, μετὰ πολλῆς προσετίθετο τῆς ἀγριότητος, καὶ φόνον ἔβλεπε καὶ ἐπὶ ξίφος ἔτρεχε, καὶ σφαγῆς ἤρα παρανομωτάτης, καὶ τὸν τῆς σωφροσύνης ἀθλητὴν, καὶ τὸν τῆς καρτερίας καὶ ὑπομονῆς ἀγωνιστὴν ἀνελεῖν ἔσπευδε. Καὶ εἰσπηδήσασα πρὸς τὸν ἄνδρα τὸν ἑαυτῆς, ἀπαγγείλασα τὰ γεγενημένα, οὐχ ὡς ἡ τοῦ πράγματος εἶχεν ἀλήθεια, ἀλλ' ὡς αὐτὴ τὸ δρᾶμα
492
A τῆς συκοφαντίας κατεσκεύασεν, ἔπεισεν ἅπερ ἤθελε τὸν δικαστὴν, ἐρημίαν κατηγοροῦσα, καὶ ὡς ἠδικημένη τὴν ἐκδικίαν ἐπεζητεῖτο, εἰς ἀπόδειξιν ὧν ἔλεγε τὰ ἱμάτια τοῦ ἀθώου νεανίσκου περιφέρουσα ταῖς ἀκαθάρτοις χερσὶν ἐκείναις. Καὶ ὁ διεφθαρμένος δικαστὴς οὐκ εἰς δικαστήριον εἰσήγαγε τὸν κατηγορούμενον, οὐ λόγου μετέδωκεν, ἀλλὰ τὸν οὐδὲ ἑωρακότα δικαστήριον, ὡς ἑαλωκότα, ὡς ἐληλεγμένον, καὶ μοιχὸν ἀπηρτισμένον κατεδίκασε, καὶ εἰς δεσμωτήριον ἐνέβαλε, καὶ ἁλύσει παρέδωκε. Καὶ ἦν λοιπὸν ὁ τοσούτους στεφάνους ἀναδησάμενος ἀρετῆς, μετὰ γοήτων, μετὰ τυμβωρύχων, μετὰ ἀνδροφόνων, μετὰ τῶν τὰ ἔσχατα τετολμηκότων, ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ.
B Ἀλλ' ὅμως οὐδὲν αὐτὸν τούτων ἐθορύβει. Καὶ ἕτερος μὲν τῷ βασιλεῖ προσκεκρουκὼς ἠφίετο, αὐτὸς δὲ μακρὸν ἔνδον ἔμενε χρόνον, ὑπὲρ ὧν αὐτὸν στεφανοῦσθαι καὶ ἀνακηρύττεσθαι ἔδει, τὴν ἐσχάτην τίνων τιμωρίαν. Καὶ οὐδὲ οὕτως ἐταράττετο, οὐδὲ ἐσκανδαλίζετο, οὐδὲ εἶπε, τί τοῦτο; εἰς τί τοῦτο; ὁ μέλλων ἐγὼ τῶν ἀδελφῶν βασιλεύειν, οὐ μόνον ταύτης ἐξέπεσα τῆς τιμῆς, ἀλλὰ καὶ πατρίδος, καὶ οἰκίας, καὶ γονέων, καὶ ἐλευθερίας, καὶ ἀδείας, καὶ παρ' αὐτῶν
C τῶν μελλόντων με προσκυνεῖν ἀνῃρέθην. Εἶτα μετὰ τὴν σφαγὴν ἐπράθην, δοῦλος ἐγενόμην βαρβάρων, καὶ συνεχεῖς ἤμειψα δεσπότας· καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα ἔστη μοι τὰ δεινὰ, ἀλλὰ πανταχοῦ βάραθρα καὶ σκόπελοι. Μετὰ γὰρ τὴν ἐπιβουλὴν τῶν ἀδελφῶν, καὶ τὴν σφαγὴν, καὶ τὴν δουλείαν καὶ τὴν προτέραν καὶ τὴν δευτέραν, πάλιν μοι θάνατος ἐμελετήθη; καὶ συκο-

φαντία τῆς προτέρας χαλεπωτέρα, καὶ ἐπιβουλὴ, καὶ ἔφοδος, καὶ δικαστήριον διεφθαρμένον, καὶ κατηγορία αἰσχύνην ἔχουσα πολλὴν, καὶ σφαγὴν ἡμῖν ὠδίνουσα. Καὶ οὔτε λόγου μεταλαβὼν, ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχεν εἰς D δεσμωτήριον ἀπηνέχθην, καὶ ἁλύσεσι περίκειμαι μετὰ μοιχῶν καὶ ἀνδροφόνων καὶ τῶν τὰ ἔσχατα τετολμηκότων. Καὶ ὁ μὲν ἀρχιοινοχόος ἀπηλλάγη καὶ ἁλύσεως καὶ δεσμωτηρίου· ἐγὼ δὲ οὐδὲ μετ' ἐκεῖνον ἀδείας τινὸς ἀπολαῦσαι δεδύνημαι· κἀκείνῳ μὲν εἰς ἔργον ἐξέβη τὸ ὄναρ κατὰ τὴν ἑρμηνείαν τὴν ἐμήν· ἐγὼ δὲ ἐν τοῖς ἀνηκέστοις εἰμὶ κακοῖς. Ταῦτα αἱ ὄψεις προεδήλουν ἐκεῖναι; ταῦτα τῶν ἀστέρων ὁ ἀριθμός; ταῦτα τὰ δράγματα; Ποῦ τὰ τῶν ἐπαγγελιῶν; ποῦ τὰ τῶν ὑποσχέσεων; Ἆρα ἠπατήμεθα; ἆρα παρελογίσθημεν; E Ποῦ γάρ με λοιπὸν προσκυνήσουσιν οἱ ἀδελφοὶ, τὸν δοῦλον, τὸν αἰχμάλωτον, τὸν δεσμώτην, τὸν μοιχὸν εἶναι νομιζόμενον, τὸν περὶ τῶν ἐσχάτων κινδυνεύοντα, τὸν τοσοῦτον αὐτῶν ἀπῳκισμένον; Οἴχεται πάντα ἐκεῖνα, καὶ ἀπόλωλεν. Οὐδὲν τούτων οὐκ εἶπεν, οὐκ ἐνενόησεν, ἀλλ' ἀνέμενε τὸ τέλος, εἰδὼς καὶ αὐτὸς τοῦ Θεοῦ τὸ εὐμήχανον καὶ τὴν σοφίαν τὴν εὔπορον· καὶ οὐ μόνον οὐκ ἐσκανδαλίζετο, ἀλλὰ καὶ ἐνηβρύνετο καὶ ἐκαλλωπίζετο τοῖς γινομένοις. Τί δὲ ὁ Δαυὶδ, εἰπέ μοι; Οὐ μετὰ τὸ χρισθῆναι εἰς βασιλέα, καὶ λαβεῖν τοῦ δήμου τῶν Ἑβραίων τὰ σκῆπτρα τῇ τοῦ Θεοῦ ψήφῳ, καὶ τὸ λαμπρὸν ἐκεῖνο στῆσαι τρόπαιον κατὰ τοῦ βαρβάρου, 493 A τὰ χαλεπώτατα πάντων ἔπαθε, πολεμούμενος, ἐπιβουλευόμενος παρὰ τοῦ Σαοὺλ, περὶ αὐτὸ τὸ ζῆν κινδυνεύων, εἰς πολέμους ἐπισφαλεῖς ἐκπεμπόμενος, συνεχῶς πρὸς τὴν ἐρημίαν ἐλαυνόμενος, ἀλήτης, φυγὰς, ἄπολις, ἄοικος, μετανάστης γενόμενος; Τί δεῖ τὰ πολλὰ λέγειν; Τέλος καὶ τῆς πατρίδος καὶ τῆς οἰκείας χώρας ἁπάσης ἐξέπεσεν ἐκείνης, παρὰ βαρβάροις τοῖς πολεμίοις καὶ ἐχθροτάτοις διατρίβων, καὶ δουλείας χαλεπωτέραν ὑπομένων ζωήν· καὶ γὰρ καὶ τῆς ἀναγκαίας ἠπόρει τροφῆς. Καὶ ταῦτα ἔπασχε μετὰ τὴν παρουσίαν τοῦ Σαμουὴλ, μετὰ τὴν τοῦ ἐλαίου χρῖσιν, μετὰ τὴν τῆς βασιλείας ὑπόσχεσιν, μετὰ τὰ σκῆπτρα, μετὰ τὸ διάδημα, B μετὰ τὴν τοῦ Θεοῦ χειροτονίαν, καὶ τὴν ψῆφον τὴν ἐπ' αὐτῷ· καὶ ὅμως οὐδὲν αὐτὸν τούτων ἐσκανδάλισεν, οὐδὲ εἶπεν οὐδὲ οὗτος, τί τοῦτο; Ὁ βασιλεὺς ἐγὼ, καὶ τοσαύτης μέλλων ἀρχῆς ἀπολαύσεσθαι, οὐδὲ ἰδιώτης μετὰ ἀσφαλείας εἶναι δύναμαι· ἀλλὰ ἀλήτης γέγονα, καὶ φυγὰς, ἄπολις, ἄοικος, μετανάστης, καὶ εἰς βάρβαρον ἀπηνέχθην χώραν καὶ τῆς ἀναγκαίας

dixit : Cur hoc? ad quid hoc? Ego qui fratrum rex eram futurus, non modo tali honore excidi, sed et patria, et domo, et parentibus, et libertate, et securitate, atque ab ipsis, qui me adoraturi erant, sum necatus. Deinde post cædem sum venditus, barbarorum servus sum factus, et frequenter dominos mutavi : neque malorum hic finis fuit meorum, sed ubique barathra et scopuli. Post fratrum insidias, et cædem, et servitutem, cum priorem, tum posteriorem, rursus mortem mihi machinabantur, et calumniam priori graviorem, et insidias, atque incursus, ac judicium corruptum, et accusationem multis probris redundantem, quæ nostram cædem parturiret. Cumque meam causam agendi facultatem non obtinuissem, temere ac sine causa in carcerem sum adductus, et catenis devinctus, cum adulteris, cum homicidis et gravissimorum scelerum reis versor. At princeps quidem pincernarum a vinculis et carcere liberatus est : ego vero ne post illum quidem ullam immunitatem possum impetrare : atque ille quidem in opus exiisse vidit somnium, prout illi fueram interpretatus : ego gravissimis hic malis obsideor. Hæccine mihi visiones illæ prænuntiabant? hæc numerus ille stellarum? hæc illi manipuli? Quo promissiones evaserunt? quo illæ pollicitationes? Numquid decepti sumus? numquid in fraudem illecti? Ubi enim jam me adoraturi sunt fratres, servum, captivum, compedibus vinctum, qui adulter esse existimor, qui de vita periclitor, qui tanto terrarum intervallo dissitus ab illis habito? Perierunt illa omnia, et in nihilum abierunt. Nihil horum aut dixit aut cogitavit, sed finem exspectabat, utpote qui quanta sit Dei solertia, quam potens ejus sapientia, probe nosset : et non modo non scandalizabatur, sed etiam ob ea, quæ acciderant, gloriabatur et sibi placebat. Quid vero David, dic, quæso? Nonne postquam in regem unctus est, et Dei suffragio designatus populi Hebræorum sceptrum accepit, deque barbaro gloriosum illud tropæum erexit, gravissimis afflictus est malis, bellis, insidiis appetitus a Saüle, in ipsum capitis discrimen adductus, ad periculosa missus prælia, continuo per desertum errans, vagus, exsul, extorris, domo ac sedibus suis pulsus? Quid multis verbis opus est? Tandem e patria, suaque illa regione penitus exturbatus, apud barbaros hostes et infensissimos versabatur ac molestiorem servitute vitam tolerabat, cum etiam necessario victu careret. Atque hæc ille patiebatur post Samuelis adventum, postquam

Exemplo Davidis afflictos consolatur.

unctus oleo fuerat, post regni promissionem, post sceptrum, post diadema, post electionem Dei, post suffragium illi delatum : at nihil tamen horum illi scandalum attulit, neque dixit hic quoque, Quid hoc rei est? Ego ille rex, et tantum adepturus imperium, ne privatus quidem esse tuto possum; sed erro factus sum, exsul, extorris, domo ac sedibus pulsus, et in barbarorum regionem amandatus, etiam necessario victu careo, ac singulis diebus video mihi vitæ periculum imminere. Ubi sunt regni promissiones? ubi imperii illius pollicitationes? Nihil horum neque dixit, neque cogitavit; neque ob ea, quæ acciderant, scandalizatus est, sed et ipse finem promissionum exspectabat. Possem autem et alios innumeros commemorare, qui cum in res adversas incidissent, minime perturbati sunt, sed Dei promissum memoria tenentes, tametsi contraria promissis eventa spectarent, hujus præclaræ patientiæ beneficio gloriosas coronas reportarunt. Et tu igitur exspecta, dilectissime, finem; siquidem omnino adveniet vel in hoc sæculo, vel in futuro; et ubique incomprehensibili Dei providentiæ cede, neque dicas : Quod vero tandem remedium tot malis poterit adhiberi? neque curiose modum exquiras, quo Deus miracula soleat edere.

ἀπορῶν τροφῆς, καὶ περὶ τῶν ἐσχάτων ὁρῶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπικρεμάμενόν μοι τὸν κίνδυνον. Ποῦ τῆς βασιλείας αἱ ὑποσχέσεις; ποῦ τῆς ἀρχῆς αἱ ἐπαγγελίαι ἐκείνης; Οὐδὲν τούτων οὐκ εἶπεν, οὐκ ἐνενόησεν· C οὐκ ἐσκανδαλίσθη τοῖς γινομένοις, ἀλλὰ ἀνέμενε καὶ αὐτὸς τὸ τέλος τῶν ὑποσχέσεων. Καὶ ἑτέρους δὲ μυρίους ἐστὶν εἰπεῖν, οἳ χαλεποῖς περιπεσόντες πράγμασιν, οὐκ ἐθορυβήθησαν, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ τὴν ἀπαγγελίαν κατέχοντες, εἰ καὶ ἐναντία τὰ γινόμενα ταῖς ὑποσχέσεσιν ἦν, διὰ τῆς καλλίστης ταύτης ὑπομονῆς [a] λαμπροὺς ἐδρέποντο τοὺς στεφάνους. Καὶ σὺ τοίνυν, ἀγαπητὲ, ἀνάμενε καὶ αὐτὸς τὸ τέλος· πάντως γὰρ ἀπαντήσεται, ἢ ἐνταῦθα, ἢ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι· καὶ παραχώρει πανταχοῦ τῷ ἀκαταλήπτῳ τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας, καὶ μὴ λέγε, πῶς δὲ τὰ τοσαῦτα κακὰ λήψεται διόρθωσιν; μηδὲ περιεργάζου τῆς τοῦ Θεοῦ παραδοξοποιίας τὸν τρόπον.

CAP. XI. *Hoc non statim contigisse, atque initio contraria cuncta cum cernerent evenire, veteres scandalizatos non fuisse.*

Neque enim tum temporis hoc justi illi quærebant, Quomodo, et qua ratione ista fient? sed cum omnia cernerent, si ratiocinationes spectentur humanæ, in desperationem adducta, ne sic quidem conturbabantur, aut terrebantur : sed patienter omnia ferebant, ac certissimum pignus, et argumentum prosperi successus eventuri ex ejus, qui pollicitus erat, potentia colligebant, neque propter eorum quæ acciderant conditionem contrariam animum plane despondebant. Etenim solertem illum ac sapientem esse certo sciebant, ac proinde posse res etiam desperatas instaurare, atque in statum meliorem pristino restituere, summaque cum facilitate suis promissis finem imponere. Et tu igitur, carissime, sive in hac vita mala finiantur, Deum glorifica : sive majoribus difficultatibus involvantur, sic quoque gratias age, neque scandalum patere, cum probe noveris immensam esse neque satis exprimi posse providentiam Dei, ac plane futurum, ut omnia convenientem finem sortiantur, sive in hoc sæculo, sive in futuro. Quod si quis, dum futurum audit, et præ nimia pusillanimitate hoc in hac

D Οὐδὲ γὰρ οἱ δίκαιοι τότε ἐκεῖνοι τοῦτο ἐζήτησαν, τὸ, πῶς καὶ τίνι τρόπῳ ταῦτα ἔσται· ἀλλ' ὁρῶντες εἰς ἀπόγνωσιν κατὰ ἀνθρώπινον λογισμὸν πάντα φερόμενα, οὐδὲ οὕτως ἐθορυβοῦντο, οὐδὲ ἐταράττοντο· ἀλλ' ἔφερον ἅπαντα γενναίως, μεγίστην ἔχοντες ἀπόδειξιν τῶν ἐσομένων χρηστῶν τὴν δύναμιν τοῦ ὑποσχομένου, καὶ ἀπὸ τῆς τῶν γινομένων ἐναντιότητος εἰς ἀπόγνωσιν οὐκ ἐμπίπτοντες. Ἤδεσαν γὰρ σαφῶς, ὅτι εὐμήχανος ὢν καὶ σοφὸς, δυνήσεται καὶ μετὰ τὸ τὰ πράγματα ἀπαγορευθῆναι ἀνακτήσασθαί τε αὐτὰ μᾶλλον ἢ ἔμπροσθεν, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς εὐκολίας E τοῖς ἐπαγγελθεῖσιν ἐπιθεῖναι τέλος. Καὶ σὺ τοίνυν, ἀγαπητὲ, ἄν τε ἐν τῷ παρόντι βίῳ λάβῃ τὰ λυπηρὰ λύσιν, δόξαζε τὸν Θεόν· ἄν τε εἰς δυσχερῆ καταλύσῃ, καὶ οὕτως εὐχαρίστει, καὶ μηδὲν σκανδαλίζου, εἰδὼς σαφῶς τοῦ Θεοῦ τὴν πρόνοιαν τὴν ἄπειρον καὶ ἑρμηνευθῆναι μὴ δυναμένην, καὶ ὅτι πάντως λήψεται τὸ προσῆκον ἅπαντα τέλος, εἴτε ἐν τῷ παρόντι βίῳ, 494 εἴτε ἐν τῷ μέλλοντι. Εἰ δέ τις τὸ μέλλον ἀκούων, A καὶ μικροψυχῶν ἐπείγοιτο τοῦτο ἐνταῦθα ἰδεῖν γινόμενον, ἐροῦμεν ὅτι ἡ ἀληθῶς ζωὴ καὶ τὰ βέβαια πράγματα καὶ ἀκίνητα τότε ἡμᾶς μένει. Τὰ μὲν γὰρ παρόντα, ὁδὸς, ἐκεῖνα δὲ, πατρίς· τὰ ἐνταῦθα, ἀν-

[a] Alii λαμπροὺς ἀνεδήσατο τοὺς στεφ.

θεσιν ἔοικεν ἐαρινοῖς, ἐκεῖνα δὲ, πέτραις ἀκινήτοις· ἐκεῖ στέφανοι καὶ ἀμοιβαὶ τέλος οὐκ ἔχουσαι, ἐκεῖ ἔπαθλα καὶ βραβεῖα, ἐκεῖ κολάσεις καὶ τιμωρίαι ἀφόρητοι τῶν τὰ τοιαῦτα κακουργησάντων. Τί οὖν πρὸς τοὺς τέως σκανδαλιζομένους; φησί. Τί δὲ σὺ τοὺς μειζόνως διαλάμψαντας οὐ λέγεις, τοὺς δὲ προσωπεῖα εὐλαβείας περικειμένους, καὶ νῦν ἐλεγχομένους, τούτους ἄγεις εἰς μέσον; Οὐχ ὁρᾷς τὸ χρυσίον καθαιρόμενον; τὸν μόλιβδον ἐλεγχόμενον; τὰ ἄχυρα διακρι- B νόμενα τοῦ σίτου; τοὺς λύκους τῶν προβάτων; τοὺς πεπλασμένους τῶν ἀληθῶς ἐν εὐλαβείᾳ ζώντων; Ὥστε ὅταν ἴδῃς τούτων τὰ σκάνδαλα, ἐννόησον κἀκείνων τὰς εὐδοκιμήσεις. Ὑπεσκελίσθησάν τινες, ἀλλὰ καὶ ἔστησαν πολλῷ πλείους, καὶ μείζονα ἑαυτοῖς μισθὸν συνήγαγον, οὔτε τῇ δυναστείᾳ τῶν ἐπιβουλευόντων, οὔτε τῇ δυσκολίᾳ τῶν καιρῶν περιτραπέντες. Καὶ οἱ σκανδαλιζόμενοι δὲ ἑαυτοῖς λογιζέσθωσαν· ἐπεὶ καὶ οἱ παῖδες οἱ τρεῖς καὶ ἱερῶν ἀποσπασθέντες, καὶ ναοῦ, καὶ θυσιαστηρίου, καὶ τῆς ἄλλης ἁπάσης τῆς κατὰ νόμον ἐπιμελείας, καὶ ἐν μέσῃ βαρβάρων χώρᾳ ἀποληφθέντες, μετὰ πολλῆς τῆς ἀκριβείας τὸν νόμον διετήρησαν· καὶ ὁ Δανιὴλ ὁμοίως, καὶ C ἕτεροι πολλοί· καὶ οἱ μὲν εἰς αἰχμαλωσίαν ἀπενεχθέντες οὐ παρεβλάβησάν τι, ἄλλοι δὲ οἴκοι μένοντες, καὶ πάντων ἀπολαύοντες τῶν ἐπὶ τῆς πατρίδος, προσέκρουσαν καὶ κατεδικάσθησαν.

Εἰ δὲ ζητοίης τίνος ἕνεκεν ταῦτα συνεχωρήθη, καὶ μὴ τοῖς ἀρρήτοις τῶν οἰκονομιῶν αὐτοῦ λόγοις παραχωροίης, ἀλλὰ ἐμελέτησας ἀεὶ πάντα περιεργάζεσθαι, ὁδῷ προβαίνων, καὶ ἄλλα πολλὰ διαπορήσεις, οἷον, D τίνος ἕνεκεν ἀφείθησαν αἱ αἱρέσεις, τίνος ἕνεκεν ὁ διάβολος, τίνος ἕνεκεν οἱ δαίμονες, τίνος ἕνεκεν οἱ πονηροὶ τῶν ἀνθρώπων καὶ πολλοὺς ὑποσκελίζοντες· καὶ τὸ δὴ κεφάλαιον ἁπάντων τούτων, τίνος ἕνεκεν ὁ ἀντίχριστος παραγίνεται, ὁ τοσαύτην ἔχων δύναμιν πρὸς ἀπάτην, ὡς τὸν Χριστὸν εἰπεῖν, ὅτι τοιαῦτα ποιήσει, ὥστε πλανῆσαι, εἰ δυνατὸν, καὶ τοὺς ἐκλεκτούς. Ἀλλ' οὐ δεῖ ταῦτα ζητεῖν, ἀλλὰ πάντα παραχωρεῖν τῷ ἀκαταλήπτῳ τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας. Ὁ μὲν γὰρ [a] γενναίως ἤδη πεπηγὼς, κἂν μυρία τὰ κύματα, κἂν μυρίοι οἱ χειμῶνες ἐπιῶσιν, οὐ μόνον οὐδὲν παραβλάπτεται, ἀλλὰ καὶ ἰσχυρότερος γίνεται· ὁ δὲ ἀσθε- E νὴς καὶ διαῤῥέων καὶ ὀλίγωρος, καὶ μηδενὸς ἐνο-

[a] Alii γενναῖος καὶ πεπηγώς.

vita spectare festinet, ei nos dicemus tum veram vitam et res constantes et immotas nos manere. Res quippe præsentes, via sunt; sed illæ, patria: res hujus sæculi floribus vernis sunt similes, illæ vero saxis immobilibus: illic coronæ ac remunerationes quæ finem nesciunt, illic præmia et bravia, illic pœnæ atque supplicia intoleranda eorum, qui ejusmodi scelera perpetrarint. Quid ergo dicemus ad eos, quos interim scandalizari videamus? dicet aliquis. At tu cur non eos etiam commemoras, qui idcirco fiunt illustriores, sed eos tantum qui religionis larva se tegebant, et nunc deprehenduntur, in medium adducis? Non vides aurum purgari solere, plumbum autem tale deprehendi? paleas a frumento secerni, lupos ab ovibus, hypocritas ab iis qui vera pietate præditi vivunt? Itaque si quando videas horum scandala, veniant tibi in mentem illorum præclara facinora et præconia. Supplantati sunt quidam, at multo plures steterunt, majoremque sibi mercedem compararunt, neque insidiatorum potentia, neque temporum difficultate prostrati. At illi qui supplantati sunt, sibi ipsis hoc imputent: quandoquidem et tres pueri quamvis a sacerdotibus avulsi, a templo, ab altari, et reliqua omni legis observatione, atque in media barbarorum regione deprehensi, summa cum diligentia legem observarunt: pari ratione Daniel, et alii multi, et nonnulli quidem in captivitatem abducti nihil damni fecerunt, alii vero cum domi mansissent, omnibusque bonis, quæ in patria suppetebant, potiti essent, offenderunt, et fuere damnati.

Cap. XII. Qua de causa homines improbi et dæmones et diabolus in hoc mundo sint.

Quod si quæras, qua de causa permissa sint ista, neque arcanis dispensationum ejus rationibus acquiescas, sed omnia studeas curiose disquirere, paulatim progrediens multas alias quæstiones propones, exempli causa, cur hæreses permittantur, qua de causa diabolus, qua de causa dæmones, cur homines improbi, et qui multos supplantant: et quod omnium est istorum caput, cur adveniat antichristus, qui tanta pollet ad decipiendum potentia, ut dixerit Christus eum tanta præstiturum, ut in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi. (Matth. 24. 24.) At enim ista quærenda non sunt, sed sunt omnia incomprehensibili Dei sapientiæ committenda. Nam is quidem qui generosus et constans est, quamvis innumeri fluctus, quamvis innumeræ procellæ irruant, non modo nihil læditur, sed etiam

robustior evadit; imbecillis autem, et mollis ac piger etiam nemine impugnante sæpenumero concidit. Quod si forte rationem etiamnum aliquam scire contendis, audi eam quæ nobis comperta est. Sunt enim aliæ plurimæ Deo notæ, qui diverso varioque modo res nostras gubernat universas: quam autem nos scimus, hanc interim accipe.

Scandala cur permissa.

Dicimus scandala ista esse permissa, ut ne fortium ac generosorum præmia minuerentur, quod et Jobum alloquens Deus indicavit,

Job. 40. 3.

dicens, *Putas autem me aliter tibi respondisse, quam ut appareas justus?* Et vero Paulus

1. Cor. 11. 19.

ait, *Oportet autem et hæreses esse, ut qui probati sunt, manifesti fiant in vobis.* At tu cum audis, *Oportet autem et hæreses esse,* noli existimare hæc illum imperando, vel legem ferendo pronuntiare, absit; verum ea quæ futura erant prænuntiando, et quod lucrum vigilantibus inde obventurum erat prædicendo. Tunc enim, o vos qui decipi non potestis, vestra virtus illustrior apparebit. Ad hæc aliam etiam ob causam improbos esse Deus sivit, ne forte sublati e medio, ea, quæ illis ex conversione sua obventura erat, utilitate fraudarentur. Ita et Paulus salvus factus est, ita latro, ita meretrix, ita publicanus, ita cæteri multi. Quod si prius quam immutarentur, e medio sublati essent, nullus ex illis salvus esset factus. Porro de antichristo alteram etiam causam profert Paulus. Quam tandem? Ut omni hoc pacto excusatione Judæi excludantur. Qua enim tandem venia digni videri poterunt, cum Christum non receperint qui illi credere debuerunt? Propterea di-

2. Thes. 2. 12.

cit: *Ut judicentur omnes, qui non crediderunt veritati,* hoc est Christo, *sed consenserunt iniquitati,* hoc est antichristo. Nam quoniam dicebant, idcirco se illi non credere, quod Deum

Joan. 10. 33.

se diceret; *Propterea namque te lapidamus,* inquiunt, *quia tu homo cum sis, facis teipsum Deum:* tametsi plurima illum audirent attribuentem Patri, ac dicentem se ex ipsius sententia venisse, idque multis argumentis demonstrantem: quid dicent cum antichristum seipsum dicentem Deum, neque Patris mentionem facientem, sed contrarium facientem recipient? Hoc etiam Christus exprobrans illis prædicebat his verbis:

Joan. 5. 43.

Ego veni in nomine Patris mei, et non accipitis me; si alius venerit in nomine suo, illum accipietis: propterea permissa sunt scandala. Quod si eos qui scandalizantur commemores, ego tibi eos, qui illustriores inde facti sunt, objiciam; ac tibi rursus dicam æquum non fuisse, ut propter

γλοῦντος καταπίπτει πολλάκις. Εἰ δὲ καὶ λόγον τινὰ ἐπιζητεῖς μαθεῖν, ἄκουε τὸν ἡμῖν γνώριμον. Εἰσὶ μὲν γὰρ καὶ ἕτεροι πολλοὶ τῷ διαφόρως καὶ ποικίλως τὰ καθ' ἡμᾶς πάντα οἰκονομοῦντι δῆλοι· ὃν δὲ ἡμεῖς ἴσμεν, οὗτός ἐστι τέως. Φαμὲν ὅτι τὰ σκάνδαλα ταῦτα ἀφείθη ὑπὲρ τοῦ μὴ ἐλαττωθῆναι τῶν γενναίων τὰ βραβεῖα· ὃ καὶ τῷ Ἰὼβ διαλεγόμενος ὁ 495 Θεὸς ἐδήλωσε, λέγων· Ἄλλως με οἴει σοι κεχρημα- A τικέναι, ἢ ἵνα ἀναφανῇς δίκαιος; Καὶ ὁ Παῦλος δέ φησι· Δεῖ δὲ καὶ αἱρέσεις εἶναι, ἵνα οἱ δόκιμοι φανεροὶ γένωνται ἐν ὑμῖν. Σὺ δὲ ὅταν ἀκούσῃς τὸ, Δεῖ δὲ αἱρέσεις εἶναι, μὴ νομίσῃς ὅτι κελεύων ἢ νομοθετῶν ταῦτά φησιν· ἄπαγε· ἀλλὰ τὸ μέλλον προαναφωνῶν, καὶ τὸ ἐκ τούτου κέρδος τοῖς νήφουσι προμηνύων. Τότε γὰρ ὑμῶν τῶν ἀνεξαπατήτων, φησὶ, σαφέστερον φανεῖται ἡ ἀρετή. Πρὸς τούτοις, καὶ δι' ἑτέραν αἰτίαν οἱ πονηροὶ ἀφείθησαν, ὥστε μὴ προαναρπασθέντας ἀποκλεισθῆναι τῆς ὠφελείας τῆς ἐκ τῆς μεταβολῆς αὐτοῖς γενομένης. Οὕτω καὶ Παῦλος ἐσώθη, B οὕτως ὁ λῃστὴς, οὕτως ἡ πόρνη, οὕτως ὁ τελώνης, οὕτως ἕτεροι πολλοί. Εἰ δὲ πρὶν ἢ μεταβαλέσθαι ἀνηρπάγησαν ἐντεῦθεν, οὐδεὶς ἂν αὐτῶν ἐσώθη. Περὶ δὲ τοῦ ἀντιχρίστου καὶ ἑτέραν φησὶν αἰτίαν ὁ Παῦλος. Ποίαν δὴ ταύτην; Τὸ πᾶσαν καὶ ἐντεῦθεν ἀποκλεισθῆναι τῶν Ἰουδαίων τὴν ἀπολογίαν. Ποίαν γὰρ ἂν σχοῖεν συγγνώμην, τὸν Χριστὸν μὴ δεξάμενοι, οἱ μέλλοντες ἐκείνῳ πιστεύειν; Διό φησιν, Ἵνα κριθῶσι πάντες οἱ μὴ πιστεύσαντες τῇ ἀληθείᾳ, τοῦτ' ἔστι, τῷ Χριστῷ, ἀλλ' εὐδοκήσαντες τῇ ἀδικίᾳ, τοῦτ' ἔστι, τῷ ἀντιχρίστῳ. Ἐπειδὴ γὰρ ἔλεγον, διὰ τοῦτο αὐτῷ μὴ πιστεύειν, ἐπειδὴ Θεὸν ἑαυτὸν ἔλεγε· Διὰ γὰρ C τοῦτό σε, φασὶ, λιθάζομεν, ὅτι σὺ ἄνθρωπος ὢν ποιεῖς σεαυτὸν Θεόν· καίτοι γε τὰ πλείονα ἀκούοντες ἀνατιθέντα αὐτὸν τῷ Πατρὶ, καὶ λέγοντα μετὰ τῆς ἐκείνου γνώμης ἀφῖχθαι, καὶ διὰ πολλῶν τοῦτο ἀποδεικνύντα· τί ἐροῦσιν, ὅταν τὸν ἀντίχριστον τὸν λέγοντα ἑαυτὸν εἶναι Θεὸν, καὶ μηδὲ μεμνημένον τοῦ Πατρὸς, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον ποιοῦντα δέξωνται; Τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς αὐτοῖς ὀνειδίζων, προύλεγεν οὕτω λέγων· Ἐγὼ ἦλθον ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Πατρός μου, καὶ οὐ λαμβάνετέ με· ἐὰν ἄλλος ἔλθῃ ἐν τῷ ὀνόματι τῷ ἰδίῳ, ἐκεῖνον λήψεσθε· διὰ ταῦτα ἀφείθη τὰ σκάνδαλα. Εἰ δὲ τοὺς σκανδαλιζομένους λέγεις, ἐγώ σοι τοὺς μει- D ζόνως ἐντεῦθεν διαλάμψαντας δείξω· καὶ πάλιν σοι τὸ αὐτὸ ἐρῶ, ὅτι οὐκ ἔδει διὰ τὴν ἑτέρων ἀπροσεξίαν καὶ ῥᾳθυμίαν τοὺς δυναμένους νήφειν καὶ ἐγρηγορέναι, καὶ μυρίους ἐκ τούτων ἀναδήσασθαι στεφάνους, ἐλαττοῦσθαι ἐν τῇ τῶν ἀμοιβῶν ἀντιδόσει. Οὗτοι μὲν γὰρ ἐπηρεάζεσθαι ἔμελλον, εἰ μὴ τῶν ἀγώνων τούτων ἔλαβον ὑποθέσεις· οἱ δὲ ἐντεῦθεν βλαβέντες, ἑτέρῳ μὲν οὐδενὶ, ἑαυτοῖς δὲ εἶεν δίκαιοι λογίζεσθαι τὰ πτώματα αὐτῶν, καὶ κατηγοροῖεν ἂν αὐτῶν οἱ μὴ

μόνον μὴ σκανδαλισθέντες, ἀλλὰ καὶ φαιδρότεροι καὶ ἰσχυρότεροι ταύτῃ γινόμενοι.

aliorum inconsiderantiam ac desidiam illi qui poterant et attenti esse et vigiles, atque innumeras ex his palmas reportare, deteriori essent conditione, cum laborum præmia rependentur. Quippe isti quidem injuria fuissent affecti, si certaminum istorum occasionem amisissent; illi vero, si quid inde damni fecissent, nulli alteri, sed sibiipsis prolapsiones suas imputare debuissent, ejusque criminis ab illis convicti essent, qui non modo scandalizati non fuissent, sed etiam illustriores inde ac robustiores evasissent.

Ποίων γὰρ ἱερέων ἀπήλαυσεν ὁ Ἀβραὰμ, εἰπέ μοι; E
ποίων διδασκάλων; ποίας κατηχήσεως; ποίας παραινέσεως; ποίας συμβουλῆς; ὅπουγε οὐδὲ γράμματα τότε ἦν, οὐ νόμος, οὐ προφῆται, οὐκ ἄλλο τῶν τοιούτων οὐδέν· ἀλλὰ ἄπλουν ἔπλει θάλατταν, καὶ ὁδὸν ὥδευεν ἀτριβῆ, καὶ ταῦτα καὶ οἰκίας καὶ πατρὸς ἀσεβοῦς γεγενημένος. Ἀλλ' οὐδὲν αὐτὸν ταῦτα παρέβλαψεν, ἀλλὰ τοσοῦτον ἔλαμψεν ἀρετῇ, ὡς ἃ μετὰ 496
μακρὸν χρόνον, μετὰ προφήτας, μετὰ νόμον, καὶ τοσαύτην παιδαγωγίαν, A
ἣν διὰ σημείων καὶ θαυμάτων γεγενημένην ἔμελλεν ὁ Χριστὸς τοὺς ἀνθρώπους παιδεύειν, ταῦτα [a] προλαβόντα δι' ἔργων ἐπιδείξασθαι, ἀγάπην γνησίαν καὶ θερμὴν, χρημάτων ὑπεροψίαν, τὴν περὶ τοὺς οἰκείους τοῦ σπέρματος κηδεμονίαν· καὶ τὸν τῦφον δὲ ἅπαντα ἐπάτησε, καὶ τὸν ὑγρὸν καὶ διαλελυμένον διεκρούσατο βίον, τῶν νῦν τὰς κορυφὰς τῶν ὀρῶν κατειληφότων μοναχῶν ἀκριβέστερον ζῶν. Οὔτε γὰρ οἰκία ἦν αὐτῷ, ἀλλ' ἡ σκιὰ τῶν φύλλων ὄροφος ἦν τῷ δικαίῳ καὶ στέγη· οὐδὲ, ἐπειδὴ ξένος ἦν, ῥαθυμότερος περὶ τὴν φιλοξενίαν ἐγένετο, ἀλλ' ὁ ξένος ἐν ξένῃ ἔργον τοῦτο ἐποίει, τὸ διηνεκῶς B
ἐν μεσημβρίᾳ μέσῃ τοὺς παριόντας ὑποδέχεσθαι καὶ θεραπεύειν. Καὶ δι' ἑαυτοῦ τὸ ἔργον ἅπαν ἤνυε, καὶ τὴν γυναῖκα κοινωνὸν ἐποίει τῆς καλῆς ταύτης πραγματείας. Τί δὲ ὑπὲρ τοῦ ἀδελφιδοῦ, καὶ ταῦτα οὐ καθηκόντως αὐτῷ χρησαμένου, ἀλλὰ τοῖς πρωτείοις ἐπιπηδήσαντος, οὐκ ἐποίησε, καὶ ταῦτα μετὰ τὴν αἵρεσιν τῆς ἐκλογῆς; Οὐχὶ τὸ αἷμα ἐξέχεεν; οὐχὶ τοὺς οἰκέτας ἅπαντας ὥπλισεν; οὐκ εἰς φανερὸν κίνδυνον ἑαυτὸν ἐνέβαλεν; Ὅτε δὲ ἐκελεύσθη τὴν μὲν οἰκίαν ἀφεῖναι, εἰς δὲ τὴν ἀλλοτρίαν ἀπελθεῖν, οὐκ εὐθέως ὑπήκουσε, καὶ πατρίδα καὶ φίλους καὶ συγγενεῖς καὶ πάντας ἀφεὶς, καὶ τῷ προστάγματι πεισθεὶς τοῦ κελεύσαντος, τὰ μὲν δῆλα καταλιμπάνων, C
τοῖς δὲ ἀδήλοις πολλῷ σαφέστερον ἢ τοῖς δήλοις προσέχων, διὰ τὴν ὑπόσχεσιν τοῦ Θεοῦ, ὅπερ ἦν πίστεως ἐπιτεταμένης; Μετὰ δὲ ταῦτα πάντα οὐ, λιμοῦ καταλαβόντος, πάλιν μετανάστης ἐγίνετο, καὶ οὐκ ἐθορυβεῖτο, οὐδὲ ἐταράττετο, ἀλλὰ τὴν αὐ-

Cap. XIII. Nihil eos lædere qui vigiles sunt et attenti, neque supplantare.

Quos enim, quæso, sacerdotes habuit Abraham? quos doctores? quam institutionem? quam admonitionem? quod consilium? quandoquidem neque tum erant literæ, non lex, non prophetæ, non aliud quidquam ejusmodi: sed nondum navigatum mare navigabat, et per viam minime tritam incedebat, idque cum et domo, et patre impio natus esset. Sed ne hæc quidem illum læserunt, quin potius adeo virtute suis præluxit, ut quæ post multum temporis, post prophetas, post legem, et tantam instructionem, qua per signa Christus et miracula debuit homines erudire, horum longe ante specimen ediderit, caritatis sinceræ ac fervidæ, pecuniæ contemtus, curæ eorum qui sanguinis sunt cognatione conjuncti: et fastum omnem conculcarit, mollem ac delicatam vitam rejecerit, sanctiorem quam illi, qui nunc montium vertices occuparunt monachi, et austeriorem vivendi rationem expresserit. Nam neque domus illi erat, sed laqueare tectumque justo foliorum umbra suppeditabat, neque, quamvis peregrinus esset, idcirco negligentior ad excipiendos tecto peregrinos erat, sed peregre cum esset, totus in id incumbebat operis, ut assidue medio meridie prætereuntes exciperet ac reficeret. Ipse vero rem per se omnem gerebat, et uxorem in consortium præclaræ illius occupationis adsciscebat. Quid vero pro fratris filio non fecit, cum alioqui non, ut oportuit, ab eo tractatus esset, sed potiores ille partes sibi vindicasset, idque post optionem datam electionis? Nonne sanguinem profudit? nonne vernaculos omnes suos armavit? nonne in apertum se discrimen objecit? At quo tempore jussus est domum deserere, atque in aliam regionem proficisci, nonne statim paruit, et patria, amicis, propinquis, et omnibus derelictis, mandato jubentis obediens, quæ certa erant deseruit, et incertis multo promtius

[a] Alii προλαβών.

Veniat tibi in mentem, quot martyres fuerint coronam adepti. Nam alii quidem verberibus cæsi sunt, et in carcerem conjecti, alii compedibus tamquam malefactores vincti, alii patria pulsi sunt, alii suam substantiam perdiderunt, alii peregre sunt relegati, alii interemti sunt, quidam re ipsa, quidam sola voluntate. Cum enim lanceæ expedirentur, acuerentur enses, minæ singulis diebus intentarentur, et qui magistratus gerebant, iram spirarent, cædes minarentur et genera suppliciorum innumera, minime cesserunt, neque succubuerunt, sed in rupe steterunt immobiles, et omnia facere patique maluerunt, quam ut in consortium venerint eorum qui scelera tanta patraverant, neque viri solum, sed et mulieres. Nam et mulieres hoc inivere certamen, et amplius sæpe quam viri se viriliter fortiterque gesserunt. Neque mulieres tantum, sed et adolescentes, et admodum juvenes. An igitur hæc exigui sunt momenti tot martyrum turmas Ecclesiam lucrifecisse? Sunt enim martyres isti omnes. Neque enim illi solum qui ad judicium sunt adducti, et sacrificare jussi, neque paruerunt, quia passi sunt ea quæ sunt passi, martyres sunt vocandi: sed etiam illi qui ob rem quamvis, quæ Deo placeret, aliquid pati ultro voluerunt; et si quis rem diligenter examinaverit, hi sunt potius quam illi. Non enim æqualis est meriti, cum ejusmodi interitus et pernicies animæ sit proposita, contentum esse aliquid pati, et non

Ἐννόησον ὅσοι καὶ μαρτυρίου στέφανον ἀνεδήσαντο. Οἱ μὲν γὰρ ἐμαστιγώθησαν, οἱ δὲ εἰς δεσμωτήριον ἐνεβλήθησαν, οἱ δὲ ἁλύσεις ὡς κακοῦργοι περιέκειντο, οἱ δὲ πατρίδος ἐξέπεσον, οἱ δὲ οὐσίαν ἀπέβαλον, οἱ δὲ πρὸς τὴν ὑπερορίαν μετῳκίσθησαν, οἱ δὲ ἐσφάγησαν, οἱ μὲν καὶ τῇ πείρᾳ, οἱ δὲ καὶ μόνῃ τῇ γνώμῃ. Καὶ γὰρ δοράτων γυμνουμένων, καὶ ξιφῶν ἠκονημένων, καὶ ἀπειλῶν καθ' ἑκάστην ἡμέραν
B γινομένων, καὶ τῶν ἐν ἀρχαῖς θυμοῦ πνεόντων, καὶ φόνων ἐπανατεινομένων, καὶ μυρίων εἰδῶν κολάσεων καὶ τιμωριῶν, οὐκ εἶξαν, οὐδὲ ἐνέδωκαν, ἀλλ' ἔστησαν ἐπὶ τῆς πέτρας ἀκίνητοι, πάντα καὶ ποιῆσαι καὶ παθεῖν αἱρούμενοι, ὥστε μὴ κοινωνῆσαι τῇ παρανομίᾳ τῶν τὰ τοιαῦτα τετολμηκότων, οὐκ ἄνδρες δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ γυναῖκες. Καὶ γὰρ καὶ γυναῖκες πρὸς τὸν ἀγῶνα ἀπεδύσαντο τοῦτον, καὶ ἀνδρῶν πολλαχοῦ μᾶλλον ἠνδρίσαντο. Οὐ γυναῖκες δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ νέοι καὶ μειράκια κομιδῇ. Ταῦτ' οὖν, εἰπέ μοι, μικρὰ, τοσοῦτον δῆμον μαρτύρων κερδᾶναι τὴν
C Ἐκκλησίαν; Μάρτυρες γὰρ ἅπαντες οὗτοι. Οὐ γὰρ δὴ μόνον ἐκεῖνοι οἱ εἰς δικαστήριον ἑλκυσθέντες, καὶ θῦσαι κελευσθέντες, καὶ μὴ πεισθέντες, παθόντες ἅπερ ἔπαθον, μάρτυρες ἂν εἶεν· ἀλλὰ κἀκεῖνοι οἱ ὑπὲρ ὁτουοῦν τῶν τῷ Θεῷ δοκούντων παθεῖν τι καταδεξάμενοι· καὶ εἴ τις μετὰ ἀκριβείας ἐξετάσειεν, οὗτοι μᾶλλον, ἢ ἐκεῖνοι. Οὐ γάρ ἐστιν ἴσον ὀλέθρου τοιούτου καὶ ἀπωλείας ψυχῆς προτεινομένης καταδέξασθαι παθεῖν τι καὶ μὴ παραπολέσθαι, καὶ ὑπὲρ ἐλάττονος κατορθώματος τὴν αὐτὴν ταύτην ὑπομεῖναι τιμωρίαν. Ὅτι δὲ οὐχ οἱ σφαγέντες μόνον, ἀλλὰ καὶ

οἱ παρεσκευασμένοι καὶ γενόμενοι πρὸς τοῦτο ἕτοιμοι, μαρτυρίου στέφανον ἀνεδήσαντο, τοῦτό τε αὐτὸ, καὶ D ὃ πρότερον εἴρηκα, ὅτι ὁ ὑπὲρ ἐλαττόνων σφαγεὶς, μάρτυς ἐστὶν ἀπηρτισμένος, ἀπὸ τῆς Παύλου φωνῆς ἀποδεῖξαι τοῦτο πειράσομαι. Ἀρξάμενος γὰρ ἀπαριθμεῖσθαι τοὺς ἐπὶ τῶν προγόνων λάμψαντας ὁ μακάριος Παῦλος, καὶ τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ Ἄβελ ποιησάμενος, εἶτα προελθὼν εἰς τὸν Νῶε, τὸν Ἀβραὰμ, τὸν Ἰσαὰκ, τὸν Ἰακὼβ, τὸν Μωϋσέα, τὸν Ἰησοῦν, τὸν Δαυὶδ, τὸν Σαμουὴλ, τὸν Ἠλίαν, τὸν Ἐλισσαῖον, τὸν Ἰὼβ, ἐπήγαγε λέγων· Τοιγαροῦν καὶ ἡμεῖς τοσοῦτον ἔχοντες περικείμενον ἡμῖν νέφος μαρτύρων. Καίτοιγε οὐ πάντες ἐσφάγησαν οὗτοι, μᾶλλον δὲ οὐδὲ E εἷς, πλὴν δυοῖν ἢ τριῶν, τοῦ Ἄβελ καὶ τοῦ Ἰωάννου· οἱ δὲ ἄλλοι πάντες οἰκείᾳ τελευτῇ τὸν βίον κατέλυσαν. Καὶ Ἰωάννης δὲ αὐτὸς οὐ θῦσαι κελευσθεὶς καὶ μὴ καταδεξάμενος ἐσφάγη, οὐδὲ εἰς βωμὸν ἀχθεὶς, οὐδὲ πρὸς εἴδωλον ἑλκυσθεὶς, ἀλλ' ὑπὲρ ῥήματος ἑνός. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπε τῷ Ἡρώδῃ, Οὐκ ἔξεστί σοι ἔχειν τὴν γυναῖκα Φιλίππου τοῦ ἀδελφοῦ σου, καὶ τὸ δεσμωτήριον ᾤκησε, καὶ τὴν σφαγὴν ἐκείνην ὑπέμεινεν. Εἰ δὲ ὁ γάμον παρανομούμενον ἐκδικήσας, τό γε εἰς 506 A αὐτὸν ἧκον (οὐδὲ γὰρ διώρθωσε τὸ κακῶς γεγενημένον, ἀλλ' εἶπε μόνον, παῦσαι δὲ οὐκ ἴσχυσεν), εἰ τοίνυν ὁ μόνον εἰπὼν, καὶ μηδὲν οἴκοθεν ἢ τοῦτο εἰσενεγκὼν, ἐπειδὴ ἀπετμήθη, μάρτυς, καὶ μαρτύρων ἐστὶ πρῶτος· οἱ τοσαύτας σφαγὰς προσδοκήσαντες, καὶ οὐχὶ πρὸς Ἡρώδην, ἀλλὰ πρὸς τοὺς κρατοῦντας τῆς οἰκουμένης ἁπάσης ἀποδυσάμενοι, καὶ οὐχὶ γάμῳ παρανομουμένῳ, ἀλλὰ νόμοις πατρῴοις καὶ θεσμοῖς Ἐκκλησίας ἐπηρεασθεῖσι παραστάντες, καὶ διὰ τῶν ῥημάτων καὶ διὰ τῶν πραγμάτων τὴν παῤῥησίαν ἐπιδειξάμενοι, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀποθνήσκοντες, καὶ ἄνδρες καὶ γυναῖκες καὶ παῖδες, πῶς οὐκ ἂν εἶεν δίκαιοι μυριάκις εἰς τὸν τῶν μαρτύρων καταλεγῆναι χορόν; Ἐπεὶ καὶ ὁ Ἀβραὰμ, μὴ σφάξας τῇ B πείρᾳ τὸν υἱὸν, τῇ προθέσει ἔσφαξε, καὶ φωνῆς ἤκουσεν ἄνωθεν λεγούσης, ὅτι Οὐκ ἐφείσω τοῦ υἱοῦ σου τοῦ ἀγαπητοῦ δι' ἐμέ. Οὕτω πανταχοῦ καὶ ἡ γνώμη, ὅταν ἀπηρτισμένη ᾖ ἐπὶ τῆς ἀρετῆς, ὁλόκληρον λαμβάνει τὸν στέφανον. Εἰ δὲ ἐκεῖνος, υἱοῦ μὴ φεισάμενος, οὕτως [a] ἀνεκηρύττετο, οὗτοι ἑαυτῶν μὴ φεισάμενοι, ἐννόησον πόσον λήψονται μισθὸν, οὐ μίαν, οὐ δύο, καὶ τρεῖς ἡμέρας, ἀλλ' ὁλόκληρον τὸν βίον ἐπὶ τῆς παρατάξεως ἱστάμενοι ταύτης, βαλλόμενοι λοιδορίαις, ὕβρεσιν, ἐπηρείαις, συκοφαντίαις. Οὐδὲ γὰρ τοῦτο μικρόν. Διὸ καὶ ὡς μέγα Παῦλος αὐτὸ θαυμάC ζει λέγων· Τοῦτο μὲν ὀνειδισμοῖς καὶ θλίψεσι θεατριζόμενοι, τοῦτο δὲ κοινωνοὶ [b] τῶν οὕτω πασχόντων γενηθέντες. Τί ἄν τις εἴποι τοὺς καὶ αὐτοὺς ἀποθνήσκοντας, καὶ τοὺς τὰ τοιαῦτα ἀθλοῦντας ἀλείψαντας,

perire, atque ob minus aliquod bonum opus hoc D ipsum supplicium sustinere. Neque vero solum eos qui occisi sunt, sed etiam eos qui parati fuerunt, et ad hoc promti, martyrii coronam adeptos esse, et hoc ipsum, et quod prius dixi, cum qui ob res minores occisus sit, martyrem esse perfectum, testimonio Pauli conabor probare. Cum enim cœpisset eos enumerare beatus Paulus, [Martyres plures ob causas.] qui majorum temporibus illustres fuerant, atque ab ipso Abele initium duxisset, deinde ad Noe progressus, Abraham, Isaac, Jacob, Moysem, Josue, Davidem, Samuelem, Heliam, Eli- E sæum, Jobum, adjecit dicens : *Ideoque et nos* [Heb. 12.1.] *tantam habentes impositam nubem martyrum.* Atqui non omnes illi occisi, imo ne unus quidem, duobus aut tribus exceptis, Abele scilicet et Joanne : cæteri vero naturali morte vitam finierunt. Enimvero Joannes ipse non cum sacrificare jussus esset, neque paruisset, occisus est, neque ad altare deductus, neque ad idolum pertractus, sed ob unum verbum. Nam quoniam dixerat Herodi : *Non licet tibi habere uxorem* [Matth. 14. 4.] A *Philippi fratris tui*, et in carcere habitavit, et cædem illam sustinuit. Quod si is qui matrimonium contra leges contractum ultus est, quantum in ipso quidem fuit (neque enim quod perperam gestum est emendavit, sed dixit tantum, neque potuit impedire), si ergo cum dixisset tantum, neque aliud ex se contulisset, eo quod capite truncatus sit, martyr et martyrum primus est : qui tam multis cædibus se objecerunt, neque jam Herodi, sed universi orbis terrarum principibus se opposuerunt, neque conjugii unius injuste initi, sed patriarum legum et Ecclesiæ rituum defensionem susceperunt, quos alii insecta- B bantur, et cum verbis tum operibus fiduciam præ se tulerunt, cum singulis diebus morerentur, et viri, et mulieres, et pueri, nonne millies in martyrum numerum adscribi merentur? Quandoquidem Abraham quoque, cum non reipsa filium mactasset, animi proposito filium mactavit, et vocem illam cælestem dicentem audivit : *Non* [Gen. 22.12.] *pepercisti unigenito filio tuo propter me.* Ita fit, ut ubique animi propositum, ubi perfectum fuerit in virtute, integram coronam accipiat. Quod si ille, cum filio suo non pepercisset, ita C celebratus est, hi cum sibi ipsis non pepercerint, cogita quantam sint recepturi mercedem, qui non unum et duos, tresve dies, sed per totum vitæ suæ tempus in hac acie steterunt, conviciis, contumeliis, injuriis, calumniis devexati. Neque

[a] Alii ἀνακηρύττεται.

[b] Alii τῶν οὕτως ἀναστρεφομένων γενηθέντες.

enim hoc exigui est momenti. Quocirca laudat
Heb. 10. 33. hoc quoque magnus Paulus dicens : *Et in altero quidem opprobriis et tribulationibus spectaculum facti : in altero autem socii taliter conversantium effecti.* Jam quid attinet eos commemorare qui et ipsi sunt mortui, et qui eos incitarunt, a quibus talia suscipiebantur certamina, cum viros, tum mulieres? Recte autem hos quoque laudat. Nam et facultates suas exposuere permulti, ut etiam vincti et exsules tantæ calamitatis aliquo solatio fruerentur, et
Ib. v. 34. juxta dictum illud apostoli, cum gaudio rapinam bonorum suorum susciperent : alii partim patria, partim vita ipsa privati sunt. Cum igitur tantas opes videas, tantum lucrum, tantum quæstum Ecclesiæ obvenisse, tantos acquisitos esse thesauros, eos qui prius animo conciderant, igne ardentiores esse factos, eos qui toti theatris affixi erant, deserta petiisse, ac saltus et montes in Ecclesias convertisse, ac nemine gregem educente, oves pastorum munere functas esse, ac milites item imperatoris ac ducis, cum tantam confidentiam ac fortitudinem præ se ferrent, omnesque cum eo quo par erat ardore, studio, diligentia collectas celebrare : non obstupescis et miraris, negotium adeo feliciter successisse? Non enim modo qui moribus probis erant, sed et multi qui theatrorum insania laborabant, et ludis Circensibus addicti erant, zelo quodam igne vehementiori succensi totam illam insaniam abjecerunt, et per ipsos propemodum gladios exsilierunt, magistratus audacter ac libere sunt alloquuti, tormenta spreverunt, minas aspernati sunt, quanta virtutis sit vis ostenderunt, et quo pacto fieri possit ut etiam valde perditus homo pœnitentiam agens et conversus ipsum etiam fastigium cælorum attingat. Cum ergo tam multa præmia videas, tam multas coronas acquisitas, tantam sparsam esse doctrinam, unde, quæso, fit, ut scandalizeris? Ex eo quod nonnulli pereant, inquit. At enim, ut jam dixi, neque dicere desinam, hi perditionis suæ occasionem sibi ipsis debent imputare. Nihil enim aliud toto decursu orationis probare contendi. Dicam et aliud præclarum facinus inde natum. Quam multi larva pietatis obtecti, quam multi simulatam mansuetudinem præ se ferentes, quam multi, qui viri magni esse putabantur, nec erant, confestim hoc tempore convicti fuerunt, illorumque fallacia detecta, quod erant, apparuerunt, non quod per summam fraudem se esse simulabant? Neque vero id exigui momenti est, sed summopere pro-

καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας; Καλῶς δὲ αὐτοὺς καὶ θαυμάζει. Καὶ γὰρ καὶ οὐσίας ἐπέδωκαν πολλοὶ, ὥστε τοὺς δεσμώτας καὶ τοὺς ἐξορίστους ἔχειν τινὰ παραμυθίαν τῆς τοσαύτης ταλαιπωρίας, καὶ τὴν ἁρπαγὴν τῶν ὑπαρχόντων ἡδέως ἐδέξαντο, κατὰ τὸ ἀποστολικὸν ἐκεῖνο λόγιον· ἕτεροι, οἱ μὲν πατρίδος, οἱ δὲ καὶ
D αὐτῆς ἐξεβλήθησαν τῆς ζωῆς. Ὁρῶν τοίνυν τοσοῦτον πλοῦτον, τοσοῦτον κέρδος, τοσαύτην ἐμπορίαν τῇ Ἐκκλησίᾳ συνηγμένην, τοσούτους θησαυροὺς ἀποτιθεμένους, πυρὸς σφοδροτέρους γινομένους τοὺς πρότερον ἀναπεπτωκότας, καὶ τοὺς θεάτροις προσηλωμένους εἰς τὰς ἐρημίας ἐξιόντας, καὶ τὰς νάπας καὶ τὰ ὄρη ποιοῦντας ἐκκλησίας, καὶ οὐδενὸς ἐξάγοντος τὴν ἀγέλην, εἰς τὴν τῶν ποιμένων τάξιν μεταστάντα τὰ πρόβατα, καὶ τοὺς στρατιώτας εἰς τὴν τοῦ στρατηγοῦ, παῤῥησίας ἕνεκεν καὶ ἀνδρείας, καὶ πάντας μετὰ τῆς προσηκούσης θερμότητος, σπουδῆς, ἐμμελείας,
E τὰς συνάξεις ἐπιτελοῦντας, οὐκ ἐκπλήττῃ καὶ θαυμάζεις, ὅσον ἐκ τούτου κατόρθωμα γέγονεν; Οὐ γὰρ δὴ μόνον οἱ ὀρθῶς βιοῦντες, ἀλλὰ πολλοὶ καὶ τῶν περὶ τὰ θέατρα μεμηνότων καὶ ἱπποδρομίας προσεχόντων, ὑπὸ τοῦ ζήλου πυρὸς σφοδροτέρου πυρωθέντες, πᾶσαν ἐκείνην ἀπέθεντο τὴν μανίαν, καὶ κατ' αὐτῶν τῶν ξιφῶν σχεδὸν ἐπήδησαν, πρὸς ἄρχοντας παῤῥησιαζόμενοι, βασάνων καταφρονοῦντες, ἀπειλῶν καταγελῶντες, δεικνύντες ὅσον ἐστὶν ἀρετὴ, καὶ πῶς ἔνι
507 τὸν σφόδρα ἀπολλύμενον, μετανοήσαντα καὶ μετα-
A στάντα αὐτῆς ἅψασθαι τῶν οὐρανῶν τῆς ἀψῖδος. Τοσαῦτα οὖν βραβεῖα ὁρῶν, τοσούτους στεφάνους πλεκομένους, τοσαύτην διδασκαλίαν γινομένην, πόθεν, εἰπέ μοι, σκανδαλίζῃ; Ἀπὸ τῶν ἀπολωλότων, φησίν. Ἀλλ', ὅπερ ἔφην, καὶ λέγων οὐ παύσομαι, οὗτοι ἑαυτοῖς λογιζέσθωσαν τῆς ἀπωλείας τὴν ὑπόθεσιν. Τοῦτο γὰρ δι' ὅλου ὁ λόγος ἡμῖν ἀγωνιζόμενος ἔδειξεν. Εἴπω καὶ ἕτερον κατόρθωμα. Πόσοι προσωπεῖον εὐλαβείας περικείμενοι, πόσοι πεπλασμένην πρᾳότητα ἔχοντες, πόσοι μεγάλοι τινὲς εἶναι νομιζόμενοι, καὶ οὐκ ὄντες, ἀθρόον ἐπὶ τοῦ παρόντος διηλέγχθησαν καιροῦ, καὶ τὰ τῆς ἀπάτης αὐτοῖς διεῤῥύη, καὶ ὅπερ
B ἦσαν, ἐφάνησαν, οὐχ ὅπερ ὑπεκρίνοντο καὶ ἠπάτων; Οὐ μικρὸν δὲ τοῦτο, ἀλλὰ καὶ σφόδρα μέγιστον εἰς ὠφέλειαν τῶν ἐθελόντων προσέχειν, τὸ διαγνῶναι τοὺς ἔχοντας τῶν προβάτων τὰς δορὰς, καὶ μὴ ἀναμίγνυσθαι τοὺς λύκους τοὺς οὕτω κρυπτομένους τοῖς ὄντως προβάτοις. Καὶ γὰρ κάμινος γέγονεν ὁ καιρὸς οὗτος, τὰ χαλκὸν ἔχοντα τῶν νομισμάτων διελέγχων,

τὸν μόλιβδον κατατήκων, τὴν καλάμην κατακαίων, τὰς τιμίας ὕλας τιμιωτέρας ἀποφαίνων. Τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος σημαίνων ἔλεγε· Δεῖ δὲ καὶ αἱρέσεις εἶναι, ἵνα οἱ δόκιμοι φανεροὶ γένωνται ἐν ὑμῖν.

Μηδὲν οὖν σε τούτων σκανδαλιζέτω, μὴ ἱερεὺς C νῦν φαῦλος γεγενημένος, καὶ λύκου παντὸς ἀγριώτερον ἐπιπηδῶν τῇ ἀγέλῃ, μὴ τῶν ἀρχόντων, μὴ τῶν κρατούντων τις πολλὴν ὠμότητα ἐνδεικνύμενος. Ἐννόησον γοῦν ὅτι καὶ ἐπὶ τῶν ἀποστόλων συνέβη τούτων χαλεπώτερα. Ὅ τε γὰρ κρατῶν τότε τὸ σκῆπτρον, τὸ μυστήριον τῆς ἀνομίας ἦν (οὕτω γὰρ αὐτὸν ὁ Παῦλος ἐκάλεσε), πᾶν εἶδος κακίας ἐπελθὼν, καὶ πάντας ἀποκρύψας τῇ πονηρίᾳ, ἀλλ' οὐδὲν οὔτε τὴν Ἐκκλησίαν, οὔτε τοὺς γενναίους ἐκείνους ἄνδρας τοῦτο παρέβλαψεν, ἀλλὰ καὶ λαμπροτέρους ἀπέφηνεν· οἵ τε ἱερεῖς τῶν Ἰουδαίων οὕτω φαῦλοι καὶ πονηροί τινες D ἦσαν, ὡς κελεύεσθαι * τὸν ζῆλον αὐτῶν τοῦ βίου φεύγειν· Ἐπὶ γὰρ τῆς Μωϋσέως καθέδρας, φησὶν, ἐκάθισαν οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι· πάντα οὖν, ὅσα ἂν λέγωσιν ὑμῖν ποιεῖν, ποιεῖτε· κατὰ δὲ τὰ ἔργα αὐτῶν μὴ ποιεῖτε· καίτοι τί γένοιτ' ἂν πονηρότερον ἱερέων, ὧν ὁ ζῆλος ἀπολλύειν ἔμελλε τοὺς μιμουμένους; Ἀλλ' ὅμως καὶ τοιούτων ὄντων τῶν τότε κρατούντων, οἱ λάμψαντες, οἱ στεφανωθέντες οὐδὲν παρεβλάβησαν, ἀλλὰ μειζόνως ἐδοξάσθησαν. Οὐ τοίνυν ξενίζεσθαι χρὴ τοῖς γινομένοις. Πανταχοῦ γὰρ πειρασμοὶ τοῖς νήφουσιν εἰσὶ παρεζευγμένοι ἀπὸ τῶν οἰ- E κείων, ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων. Διὰ τοῦτο καὶ Παῦλος τὰς νιφάδας ὁρῶν τῶν κινδύνων τὰς ἐπαγομένας αὐτοῖς, καὶ δεδοικὼς μή τινες τῶν μαθητῶν ἐντεῦθεν θορυβηθῶσι, γράφων ἔλεγεν· Ἔπεμψα ὑμῖν Τιμόθεον εἰς τὸ μηδένα σαίνεσθαι ἐν ταῖς θλίψεσι ταύταις· αὐτοὶ γὰρ οἴδατε ὅτι εἰς τοῦτο κείμεθα. Ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· οὗτος ἡμῶν ὁ βίος, αὕτη τῆς ἀποστολικῆς πολιτείας ἡ ἀκολουθία, τὸ μυρία πάσχειν κακά. Εἰς τοῦτο γὰρ κείμεθα, φησί. Τί ἐστιν, Εἰς τοῦτο 508 κείμεθα; Ὥσπερ τὰ ὤνια εἰς τοῦτο πάρκηται, εἰς τὸ A πωλεῖσθαι, οὕτω καὶ ὁ ἀποστολικὸς βίος εἰς τὸ λοιδορεῖσθαι καὶ εἰς τὸ πάσχειν κακῶς, εἰς τὸ μηδέποτε ἀναπνεῖν, εἰς τὸ μηδεμίαν ἔχειν ἀνακωχήν. Καὶ ὅσοι νήφουσιν, οὐ μόνον οὐδὲν ἐντεῦθεν βλάπτονται, ἀλλὰ καὶ μειζόνως κερδαίνουσι. Διὸ καὶ τούτους, μετὰ τὸ μαθεῖν, ὅτι ἑστήκασι γενναίως, θαυμάζει· καὶ περὶ ἑτέρων δὲ ταῦτα λέγει, ὅτι μετὰ τὰ δεσμὰ αὐτοῦ καὶ τὰς ἁλύσεις περισσοτέρως ἐτόλμων ἀφόβως τὸν λόγον

dest illis qui velint attendere, ut illos dignoscant qui pellibus ovium tecti sunt, ne sic occultati lupi cum veris ovibus misceantur. Est enim fornax quædam tempus istud, quæ subæratos nummos patefacit, quæ plumbum liquefacit, paleas exurit, pretiosa metalla pretiosiora reddit. Hoc etiam significans Paulus dicebat : *Oportet autem et hæreses esse, ut qui probati sunt, manifesti fiant in vobis.* 1. *Cor.* 11. 19.

Nihil ergo istorum te scandalizet, non sacerdos nunc depravatus, et lupo quovis sævius in gregem insiliens, non ex magistratibus aut principibus ullus, qui magnam crudelitatem præ se ferat. Veniat tibi in mentem apostolorum temporibus res multo graviores istis accidisse. Nam et is, qui tum sceptrum gerebat Imperator, mysterium erat iniquitatis (sic enim eum Paulus appellavit), omnia genera vitiorum pervaserat, et omnes improbitate superaverat, at nihil hoc aut Ecclesiam, aut generosos illos viros læsit, imo etiam illustriores effecit : et Judæorum sacerdotes ita pravi et improbi homines erant, ut juberentur populi eorum vitæ imitationem vitare: *Super cathedram* enim *Moysis,* inquit, *sederunt Scribæ et Pharisæi : omnia ergo quæ dixerint vobis facienda, facite, secundum opera vero eorum nolite facere :* tametsi quid nequius illis sacerdotibus fingi potest, quorum imitatio poterat perdere sectatores illorum? Attamen licet tales essent principes illius temporis, qui celebriores tum fuerunt, atque coronati evaserunt, nullo modo læsi sunt, imo potius clariores facti sunt. Non igitur oportet ob ea, quæ accidunt, obstupescere. Nam ubique tentationes iis, qui vigiles et attenti sunt, adhærent, sive a domesticis, sive ab alienis. Propterea Paulus etiam, cum ingentem numerum periculorum illis cerneret imminere, ac vereretur, ne qui discipuli inde turbarentur, in hæc verba scribebat : *Misi ad vos Timotheum, ut nemo moveatur in tribulationibus istis : ipsi enim scitis quod in hoc positi sumus.* Quorum hic sensus est : Hæc est vita nostra, hæc apostolicæ conversationis est conditio, ut ferendis malis innumeris sit obnoxia. *In hoc* enim *positi sumus,* inquit. Quid est, *In hoc positi sumus?* Quemadmodum res venales in hoc sunt expositæ, ut vendantur : sic et apostolica vita, ut conviciis incessatur, ut mala patiatur, ut numquam respiret, ut nullas inducias nanciscatur. Porro qui

Cap. XX. Temporibus apostolorum res evenisse graviores.

2. *Thess.* 2. 7.

Matth. 23. 2. 3.

1. *Thess.* 3. 2.

Vitæ apostolicæ prærogativa qualis.

* [Savil. in marg. adj. τοὺς λαούς.]

vigiles et attenti sunt, non modo nihil inde capiunt detrimenti, sed amplius inde lucrantur. Quam ob causam et istos ubi constanter restitisse cognovit, commendat: et de aliis ista dicit, eos post ejus vincula et catenas abundantius ausos esse sine timore verbum Dei loqui. Quid
Philip. 1. 14.
vero tempore Moysis, quæso? nonne in media regione barbarorum magos etiam permisit Deus rerum suarum specimen exhibere? nonne hujus
2. Tim. 3. 8.
quoque meminit historiæ Paulus? *Quemadmodum autem Jannes et Jambres,* inquit, *restiterunt Moysi, ita et hi resistent veritati.* Ita numquam defuerunt neque scandala, neque qui occasione illorum corona donarentur. Hæc igitur omnia cum animo tuo reputa, neque hæc tantum, sed et quantum ex hac re lucrum obvenerit. Illud quoque considera, quasdam alias etiam istorum arcanas esse rationes; neque enim fieri potest, ut omnia sciamus; ac res multo prosperiores eventuras postea, multoque plura nos miracula spectaturos: quemadmodum et ætate Joseph principium quidem difficultatibus obseptum fuit, diuque res succedebant, quæ penitus promissioni contrariæ videbantur: postea tamen omnem exspectationem superavit eventus. Enimvero tempore passionis Christi non statim, neque in exordio et initio prosperi successus omnes germinarunt, sed scandalum quidem prodiit, et pauca quædam facta sunt miracula, ut corrigerentur qui hæc scelera patrabant, ac subito cuncta præterierunt. Quamvis enim scissum fuerit tum templi velum, et petræ scissæ sint, et sol obscuratus: hæc tamen intra unum diem acciderunt, et in oblivionem vulgi venerunt. Postea vero confestim in fugam versi sunt apostoli, persequutione, bellis, insidiis divexati, latentes, absconditi, metu correpti, lapidibus appetiti verbum Dei prædicabant: tumque plurimum dominabatur populus Judæorum, qui fideles abducebant, circumagebant, trahebant, torquebant. Cum enim illis faverent magistratus, quotidie abducebant et circumducebant apostolos. Quid dico populum Judæorum et magistratus? Unus opifex tabernaculorum, circa pelles
Act. 9. 1. 2.
occupatus, Paulus (quid porro tabernaculorum opifice vilius?) tanta sæviebat insania, ut viros ac mulieres traheret, et in carcerem conjiceret, et hoc Crucifixus cum cerneret, permittebat. At tu vide quo pacto deinde tum persequutor iste omnes superaverit, et res ista sole ipso clarius refulserit, totumque orbem terrarum occuparit.

λαλεῖν. Τί δαὶ ἐπὶ Μωϋσέως, εἰπέ μοι; ἐν μέσῃ βαρβάρων χώρᾳ οὐκ ἀφῆκεν ὁ Θεὸς καὶ μάγους τὰ αὐτῶν ἐπιδείξασθαι; οὐχὶ καὶ ταύτης μέμνηται τῆς ἱστορίας
B ὁ Παῦλος; Ὃν τρόπον δὲ Ἰαννῆς καὶ Ἰαμβρῆς, φησὶν, ἀντέστησαν Μωϋσεῖ, οὕτω καὶ οὗτοι ἀντιστήσονται τῇ ἀληθείᾳ. Οὕτως οὐδέποτε ἐπέλιπεν οὔτε τὰ σκάνδαλα, οὔτε οἱ στεφανούμενοι διὰ τούτων. Ταῦτ' οὖν ἅπαντα λογίζου, καὶ μὴ ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ ὅσον κέρδος ἀπὸ τοῦ πράγματος γέγονε. Κἀκεῖνο σκόπει, ὅτι καὶ ἕτεροί τινές εἰσιν ἀπόῤῥητοι λόγοι τούτων· οὐ γὰρ πάντα εἰδέναι ἡμᾶς δυνατόν· καὶ ὅτι τὰ χρηστότερα ἀπαντήσεται μετὰ ταῦτα, καὶ πλείων ἡ παραδοξοποιΐα· ὥσπερ οὖν ἐπὶ τοῦ Ἰωσὴφ ἡ μὲν ἀρχὴ δυσκολίαν εἶχε, καὶ μέχρι πολλοῦ προῄει τὰ πράγμα-
C τα, ἀπεναντίας εἶναι δοκοῦντα τῇ ὑποσχέσει· ὕστερον δὲ μείζονα τῶν προσδοκηθέντων ἐγένετο. Καὶ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ δὲ οὐκ εὐθέως, οὐδὲ ἐν προοιμίοις καὶ ἐν ἀρχῇ τὸ κατόρθωμα ἅπαν ἐβλάστησεν, ἀλλὰ τὸ μὲν σκάνδαλον προῄει, καὶ ὀλίγα τινὰ γέγονε σημεῖα θαύματος ἕνεκεν καὶ τῆς διορθώσεως τῶν ταῦτα τολμησάντων, καὶ εὐθέως ἅπαντα παρέδραμεν. Εἰ γὰρ καὶ τὸ καταπέτασμα ἐσχίσθη τοῦ ναοῦ τότε, καὶ πέτραι ἐῤῥάγησαν, καὶ ἥλιος ἐσκοτίσθη, ἀλλὰ ταῦτα ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ καὶ ἐν λήθῃ γέγονε παρὰ τοῖς πολλοῖς. Μετὰ δὲ ταῦτα εὐθέως ἐν φυγῇ οἱ ἀπόστολοι, ἐν διώξει, ἐν πολέμοις, ἐν ἐπιβουλαῖς, λανθάνοντες, κρυπτόμενοι,
D δεδοικότες, καταλευόμενοι, οὕτω τὸν λόγον ἐκήρυττον· καὶ ἐν δυναστείᾳ πολλῇ τῶν Ἰουδαίων ὁ δῆμος, ἀγόντων, περιαγόντων, ἑλκόντων, σπαραττόντων τοὺς πιστεύοντας. Καὶ γὰρ τοὺς ἄρχοντας μεθ' ἑαυτῶν ἔχοντες, καθ' ἑκάστην ἦγον καὶ περιῆγον τοὺς ἀποστόλους. Καὶ τί λέγω τῶν Ἰουδαίων τὸν δῆμον καὶ ἄρχοντας; Εἷς σκηνοῤῥάφος, περὶ δέρματα ἠσχολημένος, ὁ Παῦλος (τί δὲ σκηνοῤῥάφου εὐτελέστερον;) τοσαύτῃ ἐκέχρητο τῇ μανίᾳ, ὡς σύρειν ἄνδρας καὶ γυναῖκας καὶ παραδιδόναι εἰς φυλακήν· καὶ ὁ σταυρω-
E θεὶς ἠνείχετο ταῦτα ὁρῶν. Ἀλλὰ ὅρα πῶς μετὰ ταῦτα οὗτός τε ὁ διώκτης πάντας ὑπερηκόντισε, καὶ τὸ πρᾶγμα ὑπὲρ τὸν ἥλιον διέλαμψε, καὶ πᾶσαν κατέσχε τὴν οἰκουμένην.

Εἰ δὲ λέγοις, καὶ τίνος ἕνεκεν καὶ ἐν τῇ Παλαιᾷ καὶ ἐν τῇ Καινῇ τοσοῦτοι κίνδυνοι, τοσοῦτοι πειρασμοὶ, τοσαῦται ἐπιβουλαί; μάνθανε καὶ τὴν αἰτίαν. Τίς οὖν ἡ αἰτία; Παλαίστρα ὁ παρὼν βίος ἐστὶ, γυμνάσιον καὶ ἀγὼν, χωνευτήριον, βαφεῖον ἀρετῆς. Ὥσπερ οὖν οἱ σκυτοδέψαι τὰ δέρματα λαμβάνοντες 509 A στύφουσι πρότερον, κατατείνουσι, παίουσι καὶ τοίχοις καὶ λίθοις προσαράσσοντες καὶ ἑτέραις μυρίαις θεραπείαις αὐτὰ ποιήσαντες ἐπιτήδεια πρὸς τὴν ὑποδοχὴν τῆς βαφῆς, οὕτω τὸ χρῶμα τὸ τίμιον ἐπάγουσιν· οἵ τε χρυσοχόοι τὸ χρυσίον εἰς τὸ πῦρ ἐμβάλλοντες, τῇ βασάνῳ τῆς καμίνου παραδιδόασιν, ὥστε ποιῆσαι καθαρώτατον· οἵ τε παιδοτρίβαι, ἐν τῇ παλαίστρᾳ πολλοῖς πόνοις τοὺς ἀθλοῦντας γυμνάζουσι, τῶν ἀντιπάλων σφοδρότερον αὐτοῖς ἐμπίπτοντες, ἵνα ἐν τῇ γυμνασίᾳ τὸ πᾶν κατορθώσαντες ἐν τοῖς τῶν διδασκάλων σώμασιν, ἐπὶ τῶν ἀγώνων εὐτρεπεῖς ὦσι καὶ παρεσκευασμένοι πρὸς τὰς λαβὰς τῶν ἐχθρῶν, καὶ ῥᾳδίως αὐτὰς διαλύσωσιν· οὕτω καὶ ὁ Θεὸς ἐν τῷ B παρόντι βίῳ ποιεῖ· πρὸς ἀρετὴν ἐπιτηδείαν βουλόμενος μετασκευάσαι τὴν ψυχὴν, καὶ στύφει, καὶ χωνεύει, καὶ βασάνῳ πειρασμῶν παραδίδωσιν, ὥστε τούς τε ἀναπεπτωκότας καὶ διαλελυμένους σφιγχθῆναι, τούς τε δοκίμους δοκιμωτέρους γενέσθαι, καὶ ἀχειρώτους ταῖς τῶν δαιμόνων ἐπιβουλαῖς καὶ ταῖς τοῦ διαβόλου παγίσι, καὶ σφόδρα ἐπιτηδείους πρὸς τὴν τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ὑποδοχὴν ἅπαντας. Ἀνὴρ γὰρ, φησὶν, ἀπείραστος, ἀδόκιμος· καὶ ὁ Παῦλος, Ἡ θλίψις ὑπομονὴν κατεργάζεται· ἡ δὲ ὑπομονὴ δοκιμήν. Καρτερικοὺς οὖν καὶ ὑπομονητικοὺς ποιῆσαι θέλων, ἀφίησι τὸ C νόμισμα διακωδωνίζεσθαι παντὶ τρόπῳ. Ταύτης ἕνεκεν τῆς αἰτίας καὶ τὸν Ἰὼβ ἀφῆκε παθεῖν ἅπερ ἔπαθεν, ὥστε καὶ δοκιμώτερον φανῆναι, καὶ ἐμφράξαι τοῦ διαβόλου τὸ στόμα· διὰ τοῦτο καὶ τοὺς ἀποστόλους ἀφῆκεν, ὥστε κἀκείνους ἀνδρειοτέρους γενέσθαι, καὶ τὴν οἰκείαν δύναμιν ταύτῃ ἐπιδείξασθαι. Καὶ γὰρ καὶ αὕτη αἰτία οὐ μικρά. Διὸ καὶ Παύλῳ ἔλεγε ζητοῦντι ἄνεσιν καὶ ἀπαλλαγὴν τῶν κατεχόντων κακῶν, Ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου· ἡ γὰρ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται.

Καὶ γὰρ οἱ μηδέπω τῷ λόγῳ τοῦ Χριστιανισμοῦ D προσελθόντες, καὶ ἐντεῦθεν μειζόνως, ἐὰν νήφωσι, κερδαίνουσι. Καὶ γὰρ ὅταν ἴδωσιν ἀδικουμένους, λοιδορουμένους, δεσμωτήριον οἰκοῦντας, ἐπηρεαζομένους, ἐπιβουλευομένους, ἀποτεμνομένους, καιομένους, καταποντιζομένους, καὶ μηδενὶ τῶν δεινῶν εἴκοντας, ἐννόησον ὅσον ἔχοντες θαῦμα τῶν παραδόξων τούτων ἀθλητῶν ἀπήρχοντο καὶ οἱ τότε, καὶ οἱ νῦν. Ὥστε οὐ μόνον οὐκ ἐργάζεται σκάνδαλον τὰ γεγενημένα τοῖς νήφουσιν, ἀλλὰ καὶ πλείονος διδασκαλίας ὑπόθεσις γίνεται. Διὸ καὶ Παῦλος ἤκουσε ταῦτα, ὅτι Ἡ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται. Τοῦτο καὶ ἐπὶ E

Cap. XXI. *Cur tam in Veteri quam in Novo Testamento multæ fuerint afflictiones.*

Quod si forte dicas, quam ob causam et in Veteri et in Novo Testamento tam multa pericula, tam multæ afflictiones, tam multæ insidiæ fuerint, causam cognosce. Quænam ergo causa est? Palæstra quædam est hæc vita, gymnasium et certamen, fornax conflatoria, et tinctoria virtutis officina. Ut igitur pelles acceptas adstringunt, extendunt, percutiunt, ac parietibus et saxis allidunt coriarii, et aliis innumeris artificiis ad suscipiendam tincturam reddunt idoneas, ac deinde pretiosum colorem inducunt; et aurifices in ignem conjectum aurum fornacis examini tradunt, ut purissimum reddant; tum etiam pædotribæ multis laboribus in palæstra exercent athletas, dum acrius quam adversarii in eos impetum faciunt, ut cum in exercitationibus cuncta peregerint, corpore decoro sint et eleganti in certaminibus, et ita comparati, ut facile inimicorum petitiones omnes eludant: ita quoque facit in hac vita Deus, dum animam ad virtutem aptam vult reddere: adstringit, et conflat, et afflictionum tradit examini, ut pusillanimes ac remissi adstringantur, et qui probati sunt probatiores evadant, nec ab ullis dæmonum insidiis, aut diaboli laqueis superari possint, sed omnes admodum idonei ad futura bona suscipienda reddantur. Vir enim, inquit, qui non est tentatus, non probatus est: et Paulus, *Tribulatio patientiam operatur: patientia vero probationem.* (Rom. 5. 3. 4.) Tolerantiores igitur et patientiores volens reddere, numisma sinit omnibus modis explorari. Hac de causa Job quoque pati permisit ea quæ passus est, ut probatior appareret, et diaboli os occluderet; propterea permisit et apostolos, ut et illi fortiores evaderent, et virium suarum hac ratione specimen ederent. Nam et hæc est causa non exigua. Quamobrem et Paulo quietem ac relaxationem a malis postulanti dicebat, *Sufficit tibi gratia mea: nam virtus mea in infirmitate perficitur.* (2. Cor. 12. 9.)

Cap. XXII. *Afflictiones non modo non scandalizare, sed et prodesse illis qui ex æquo et bono judicent, sint licet Gentiles.*

Siquidem illi qui nondum fidem Christianam sunt amplexi, amplius inde lucrantur, si vigiles fuerint et attenti. Cum enim eos injuriis et contumeliis affici viderent, in carcerem conjici, probris onerari, insidiis oppugnari, capite truncari, exuri, in mare demergi, neque ullis ejusmodi malis cedere, cogita quantam in admirationem traducerent spectatores suos cum illius, tum hujus temporis præstantissimi athletæ isti. Itaque non modo scandalum nullum pariunt illis qui vigiles sunt et attenti, ea quæ accidunt, sed etiam doctrinæ majoris adipiscendæ occasio-

nem illis adferunt. Idcirco Paulus etiam hoc sibi dictum audivit, *Virtus mea in infirmitate perficitur.* Hoc et in Veteri et in Novo Testamento spectare licet. Perpende namque quomodo affectum fuisse Nabuchodonosorem verisimile sit, a tribus pueris, servis, captivis, compedibus vinctis, flammis expositis, tanto exercitu spectante superatum, ut qui tria corpora mancipata, subacta, patria pulsa, libertate, honore, potestate, pecuniis spoliata, longe a propinquis constituta non poterat vincere. Quod si permissa illa non fuisset exustio, tam præclarum præmium non obtinuissent, nec ita splendidam coronam adepti essent. Perpende quomodo affectum fuisse verisimile est Herodem reprehensum a vincto, cum cerneret nihil eum de loquendi libertate propter catenam remittere, sed occidi malle, quam pulcherrimam illam libere loquendi facultatem amittere. Cogita quis ex hominibus illius ætatis, vel etiam consequentis ævi, cum hæc cerneret et audiret, quantumvis deses ac remissus esset, at exiguo tamen judicio valeret, non summam utilitatem inde decerperet. Noli enim mihi commemorare sceleratos et stultos homines, socordes, totos corpori curando addictos, ac foliis leviores. Isti enim non his solum, sed re quavis, quæ acciderit, offenduntur : non aliter ac populus Judæorum, qui et cum manna comederet, et cum panem, pariter morosus erat et offendebatur, sive in Ægypto esset, sive ab Ægypto liberatus, sive adesset Moyses, sive abesset. Verum illos in medium mihi producito, qui sobrii erant et vigiles ; et cum animo tuo reputa, quantam ipsos probabile sit utilitatem inde percepisse, cum animam constantem cernerent, mentem invictam, linguam maxima libertate loquendi præditam, hominem deserti incolam, regem superare, vinctum esse, nec tamen cedere, capite truncari, nec silere : sed ne hic quidem subsiste, verum ea quæ sequuta sunt, examina. Caput amputavit Herodes, capite truncatus est Joannes. Quis ergo beatus ab omnibus prædicatur? quis imitandus proponitur? quis celebratur? quis coronatur? quis præconiis ornatur? quis laudatur? quis commendatur? quis in hunc usque diem reprehendit? Nonne in singulis Ecclesiis hic quidem
Matth. 14. 4. clamat, *Non licet tibi habere uxorem Philippi fratris tui :* ille vero diffamatur etiam post obitum ob adulterium, insaniam, et audaciam?

τῆς Παλαιᾶς καὶ ἐπὶ τῆς Καινῆς ἐστιν εὑρεῖν. Ἐννόησον γὰρ τί πάσχειν εἰκὸς ἦν τὸν Ναβουχοδονόσορ ὑπὸ τριῶν παίδων, δούλων, αἰχμαλώτων, δεδεμένων, πυρπολουμένων, τοσούτου στρατοπέδου παρόντος ἡττώμενον, καὶ μὴ δυνάμενον τριῶν περιγενέσθαι σωμάτων δεδουλωμένων, ὑποκειμένων, πατρίδος ἐκπεπτωκότων, ἐλευθερίας, τιμῆς, δυναστείας, χρημάτων, πόῤῥω τῶν οἰκείων ἀπῳκισμένων. Εἰ δὴ μὴ συνεχωρήθη ὁ ἐμπρησμὸς ἐκεῖνος, οὐκ ἂν οὕτω λαμπρὸν τὸ βραβεῖον ἐγένετο, οὐκ ἂν οὕτω φαιδρὸς ὁ στέφανος. Ἐννόησον τί πάσχειν εἰκὸς ἦν τὸν Ἡρώδην ὑπὸ δε-
510 σμώτου ἐλεγχόμενον, καὶ ὁρῶντα οὐδὲ ἀπὸ τῆς ἁλύ-
A σεως ἐνδιδόντα τῇ παῤῥησίᾳ, ἀλλ' αἱρούμενον σφαγῆναι μᾶλλον, ἢ προέσθαι τὴν καλλίστην ἐλευθεροστομίαν ἐκείνην. Ἐννόησον τίς ὁρῶν ταῦτα καὶ ἀκούων καὶ τῶν τότε ζώντων καὶ τῶν μετὰ ταῦτα γενομένων, κἂν σφόδρα ἀναπεπτωκὼς ᾖ, νοῦν δέ τινα ἔχων βραχὺν, πῶς τὰ μέγιστα κερδάνας ἄπεισι. Μὴ γάρ μοι τὰ καθάρματα τῶν ἀνοήτων εἴπῃς, τοὺς βλᾶκας καὶ αὐτόσαρκας ὄντας, καὶ φύλλων κουφοτέρους. Οὗτοι γὰρ οὐχὶ τούτοις μόνον, ἀλλὰ καὶ παντὶ σχεδὸν γενομένῳ προσπταίουσιν· ὡς καὶ ὁ Ἰουδαίων δῆμος καὶ μάννα ἐσθίων καὶ ἄρτον, ὁμοίως δυσάρεστος ἦν,
B καὶ ἐν Αἰγύπτῳ ὢν, καὶ ἀπαλλαγεὶς Αἰγύπτου, καὶ παρόντος Μωϋσέως, καὶ ἀπελθόντος. Ἀλλ' ἐκείνους εἰς μέσον ἄγε μοι, τοὺς νήφοντας, τοὺς ἐγρηγορότας, καὶ λογίζου πόσην εἰκὸς αὐτοὺς ἐντεῦθεν καρπώσασθαι τὴν ὠφέλειαν, ὁρῶντας ψυχὴν ἀπερίτρεπτον, φρόνημα ἀδούλωτον, γλῶτταν παῤῥησίας γέμουσαν, ἄνθρωπον ἐρημοπολίτην βασιλέως περιγενόμενον, δεσμούμενον [a] καὶ οὐκ ἐνδιδόντα, ἀποτεμνόμενον καὶ οὐ σιγῶντα· καὶ μηδὲ μέχρι τούτων στῇς, ἀλλὰ καὶ τὰ μετὰ ταῦτα ἐξέταζε. Ἀπέτεμεν ὁ Ἡρώδης, ἀπετμήθη
C ὁ Ἰωάννης. Τίς οὖν ἐστιν ἐν τοῖς ἁπάντων μακαρισμοῖς; τίς ζηλωτός; τίς ἀνακηρύττεται; τίς στεφανοῦται; τίς ἐγκωμιάζεται; τίς ἐπαινεῖται; τίς θαυμάζεται; τίς μέχρι σήμερον ἐλέγχει; Οὐ καθ' ἑκάστην Ἐκκλησίαν ὁ μὲν βοᾷ, Οὐκ ἔξεστί σοι ἔχειν τὴν γυναῖκα Φιλίππου τοῦ ἀδελφοῦ σου· ὁ δὲ στηλιτεύεται καὶ μετὰ τελευτὴν ἐπὶ τῇ μοιχείᾳ καὶ τῇ παρανοίᾳ καὶ τῇ θρασύτητι; Σκόπει δὲ μετὰ τῶν εἰρημένων, ὅση τοῦ δεσμώτου ἡ δύναμις, καὶ τοῦ τυράννου ἡ ἀσθένεια. Ὁ μὲν γὰρ οὐκ ἴσχυσε μίαν ἐπιστομίσαι γλῶτταν, ἀλλ' ἀνελὼν αὐτὴν, μυρία ἀντ' ἐκείνης καὶ
D μετ' ἐκείνης ἠνέῳξε στόματα· ὁ δὲ καὶ τότε αὐτὸν εὐθέως ἐφόβησε μετὰ τὴν σφαγὴν (οὕτω γὰρ αὐτοῦ τὸ συνειδὸς κατέσειεν ὁ φόβος, ὡς νομίζειν αὐτὸν τότε καὶ ἐκ νεκρῶν ἀναστάντα θαυματουργεῖν), καὶ νῦν δὲ καὶ ἐξ ἐκείνου διὰ παντὸς τοῦ χρόνου κατὰ πᾶσαν αὐτὸν ἐλέγχει τὴν οἰκουμένην, καὶ δι' ἑαυτοῦ, καὶ δι' ἑτέ-

[a] Alii καὶ οὐ σιωπῶντα.

ρων. Ἕκαστος γὰρ τὸ εὐαγγέλιον ἀναγινώσκων τοῦτο, λέγει, Οὐκ ἔξεστί σοι ἔχειν τὴν γυναῖκα Φιλίππου τοῦ ἀδελφοῦ σου· καὶ τοῦ εὐαγγελίου χωρὶς ἐν συλλόγοις καὶ συνουσίαις, ταῖς οἴκοι, ταῖς ἐν ἀγορᾷ, ταῖς ἁπανταχοῦ, κἂν εἰς τὴν Περσῶν χώραν ἀπέλθῃς, κἂν εἰς τὴν Ἰνδῶν, κἂν εἰς τὴν Μαύρων, κἂν ὅσην ἥλιος ἐφορᾷ γῆν, καὶ πρὸς αὐτὰς τὰς ἐσχατιὰς, ταύτης ἀκούσῃ τῆς φωνῆς, καὶ ὄψει τὸν δίκαιον ἐκεῖνον ἔτι καὶ νῦν βοῶντα, ἐνηχοῦντα, καὶ τὴν κακίαν ἐλέγχοντα τοῦ τυράννου, καὶ οὐδέποτε σιγῶντα, οὐδὲ τῷ πλήθει τοῦ χρόνου τὸν ἔλεγχον μαραινόμενον. Τί τοίνυν ἀπὸ τῆς τελευτῆς παρεβλάβη ὁ δίκαιος ἐκεῖνος; τί δὲ ἀπὸ τοῦ βιαίου θανάτου; τί δὲ ἀπὸ τῆς ἁλύσεως; τί δὲ ἀπὸ τοῦ δεσμωτηρίου; Τίνας δὲ οὐκ ὤρθωσε τῶν νοῦν ἐχόντων, ἀφ' ὧν εἶπεν, ἀφ' ὧν ἔπαθεν, ἀφ' ὧν ἔτι καὶ νῦν κηρύττει τὰ αὐτὰ, ἃ καὶ τότε ζῶν; Μὴ τοίνυν λέγε, διὰ τί συνεχωρήθη ἀποθανεῖν; Οὐ γὰρ θάνατος ἦν, ἀλλὰ στέφανος τὸ γεγενημένον· οὐ τελευτὴ, ἀλλὰ μείζονος ζωῆς προοίμια. Μάθε φιλοσοφεῖν, καὶ οὐ μόνον οὐδὲν ἐκ τῶν τοιούτων βλαβήσῃ, ἀλλὰ καὶ τὰ μέγιστα κερδανεῖς. Τί δὲ ἡ Αἰγυπτία γυνή; Οὐ κατηγόρησεν; οὐκ ἐσυκοφάντησεν; οὐκ ἔδησε τὸν δίκαιον; οὐκ εἰς δεσμωτήριον ἐνέβαλεν; οὐ τὸν περὶ τῶν ἐσχάτων ἐπεκρέμασεν αὐτῷ κίνδυνον; οὐκ ἀνεῖλε, τόγε εἰς αὐτὴν ἧκον; οὐ πονηρὰν περιέθηκε δόξαν; Τί οὖν αὐτὸν παρέβλαψεν ἢ τότε, ἢ νῦν; Καθάπερ γὰρ πυρὸς ἄνθρακες ὑπὸ ἀχύρων καλυφθέντες, παρὰ μὲν τὴν ἀρχὴν σκιάζεσθαι δοκοῦσιν, ἀθρόον δὲ διαφαγόντες τὰ ἐπικείμενα, δι' αὐτῶν ἐκείνων τῶν ἀχύρων ὑψηλοτέραν ἀνάπτουσι τὴν φλόγα· οὕτω δὴ καὶ ἡ ἀρετὴ, κἂν ἐπηρεάζεσθαι δοκῇ, ὕστερον δὴ δι' αὐτῶν τῶν κωλυμάτων μειζόνως ἀνθεῖ, καὶ εἰς αὐτὸν φθάνει τὸν οὐρανόν. Τί γὰρ μακαριώτερον γένοιτ' ἂν τοῦ νεανίσκου ἐκείνου διὰ τὴν συκοφαντίαν, διὰ τὴν ἐπιβουλὴν, οὐ διὰ τὸν θρόνον τὸν ἐν Αἰγύπτῳ, οὐδὲ διὰ τὴν ἐκεῖ βασιλείαν; Πανταχοῦ γὰρ τοῖς πάθεσιν αἱ δόξαι, καὶ αἱ εὐδοκιμήσεις, καὶ οἱ στέφανοί εἰσι συγκεκληρωμένοι. Οὐχὶ καὶ τοῦτον πάντες πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ᾄδουσι; Καὶ χρόνου τοσούτου πλῆθος οὐκ ἐμάρανεν αὐτοῦ τὴν μνήμην, ἀλλὰ τῶν βασιλικῶν εἰκόνων λαμπρότερόν τε καὶ διαρκέστερον αἱ τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς σωφροσύνης αὐτοῦ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἀνάκεινται εἰκόνες, ἐν τῇ Ῥωμαίων, ἐν τῇ βαρβάρων χώρᾳ, ἐν τῷ ἑκάστου συνειδότι, ἐν τῇ ἑκάστου γλώττῃ. Καὶ ὁρῶμεν αὐτὸν ἅπαντες κατεχόμενον, ἀρχόμενον, συμβουλεύοντα τῇ ἀθλίᾳ καὶ ταλαιπώρῳ πόρνῃ τὰ δέοντα, καὶ τὰ παρ' ἑαυτοῦ πάντα εἰσφέροντα εἰς τὴν ἐκείνης σωτηρίαν, ἐντρέποντα αὐτῆς τὴν ἀναισχυντίαν, σβεννύντα τὴν κάμινον, χειμῶνος ἐξαρπάσαι ἐπιχειροῦντα χαλεποῦ, καὶ εἰς τὴν γαλήνην ὁρμίζοντα· εἶτα ἐπειδὴ τὸ κλυδώνιον ὑπερέσχε, καὶ

Considera vero præter ea quæ dicta sunt, quanta virtus esset captivi, quanta tyranni imbecillitas. Nam hic quidem non potuit linguam unam compescere, sed ea sublata, sexcenta pro illa et cum illa ora reseravit: ille vero et tum illum post
E cædem perterrefecit (adeo quippe conscientiam ejus percellebat metus, ut ipsum tum temporis arbitraretur a mortuis excitatum miracula patrare), et vero nunc et ex illo tempore, perpetuo per universum orbem terrarum et per se et per alios reprehendit. Siquidem unusquisque dum evangelium istud legit, dicit: *Non licet tibi habere uxorem Philippi fratris tui*: et sine evangelio in cœtibus, in congressibus, sive qui
511 domi, sive qui in foro, sive qui ubique fiunt,
A quamvis ad ipsam pergas regionem Persarum, quamvis in Indiam, quamvis in Mauritaniam, quamvis in quascumque terras sol aspicit, vel etiam ad ipsos ultimos mundi limites, hanc vocem audies, et justum illum videbis etiamnum clamantem, inculcantem, et nequitiam tyranni redarguentem, nec umquam silentem, neque tot annorum numero reprehensionem debilitari. Quid ergo detrimenti cepit ex obitu justus ille? quid ex morte violenta? quid ex catena? quid ex carcere? Quos autem non correxit, quibus cor saperet, ex iis quæ dixit, ex iis quæ passus est, ex iis quæ nunc prædicat, eadem prorsus,
B quæ cum viveret? Noli ergo dicere, Quam ob causam mori permissus est? Non enim illud erat mori, sed coronam adipisci: non interire, sed meliorem vitam auspicari. Disce philosophari, et non modo nihil te ista lædent, sed et commodis multis augeberis. Quid vero mulier Ægyptia? Nonne accusavit, et calumniata est? nonne justum vinxit? nonne in carcerem compegit? nonne in summum capitis discrimen adduxit? nonne quantum in ipsa fuit situm, intercmit? nonne infamiæ notam inussit? Quid igitur aut tum temporis, aut nunc illi nocuit?

Gen. 39. Josepho nihil nocuit Ægyptia.

C Ut enim sub paleis absconditi carbones ignis videntur quidem initio occultari, derepente vero quæ imposita sunt consumentes, per ipsas paleas sublimiorem flammam accendunt: ita nimirum et virtus, licet contumeliis affici videatur, postea tamen his ipsis obstaculis promota floret amplius, et ad ipsum cælum pervenit. Quid enim illo adolescente propter calumniam beatius fieri potest, propter insidias, non propter thronum in Ægypto, neque propter regnum illic obtentum? Semper enim passionibus gloria, et celebritas,
D et coronæ sunt assignatæ. Nonne istum celebrant

omnes ubique terrarum? Neque tanto lapsu temporis ejus memoria intermori potuit, sed ipsis regiis imaginibus illustriores ac diuturniores virtutis ejus et castitatis imagines ubique terrarum sunt positæ, in Romanorum, in barbarorum regione, in uniuscujusque conscientia, in cujusque lingua. Et intuemur illum omnes detineri, premi, consulere miseræ et infortunatæ illi meretrici quæ oportuit, ad salutem ejus tuendam, omni munere suo recte fungi, impudentiæ ipsius pudorem injicere, fornacem exstinguere, ex periculosa tempestate eripere conari, atque ad tranquillitatis portum deducere: deinde quoniam procella superabat, et fluctibus operiebatur navigium, cum naufragium illa faceret, procellam evitare, atque ad stabilem castitatis rupem confugiendo vestes in manibus illius derelinquere, sicque in illa nuditate illis qui purpureis sunt indumentis amicti, illustriorem apparere, ac tamquam bellatorem quemdam eximium atque victorem tropæum erigere castitatis. Sed neque his limitibus ejus memoriam terminamus, verum ulterius progredientes ipsum in carcerem abduci videmus, vinciri, squalore sordere, diuturno illic tempore contabescere. Atque ob hæc ipsa maxime illum iterum commendamus, prædicamus, miramur, laudamus. Quod si castus sit quispiam, cum de illo cogitat, castior fit: quod si lascivus, cito illa narratione ad castitatem traducitur, illiusque historiæ commemoratione melior redditur. Hæc igitur omnia colligentes nolite turbari, sed potius ex iis quæ accidunt lucrum decerpite; sitque vobis eorum patientia, qui decertant, tolerantiæ magistra; dumque vitam omnem generosorum atque illustrium virorum cernitis ex his omnibus esse conflatam, ne terreamini, neque turbemini, sive propriis, sive alienis afflictionibus: nam Ecclesia ab initio sic nutrita, sic aucta est. Nihil ergo vos terreat: nihil enim accidit præter morem. Sed sicut in rebus mundanis non ubi sunt paleæ vel fœnum, nec ubi arena, sed ubi aurum et uniones, illic piratæ sunt, prædones, et latrones, et murorum perfossores frequenter molesti sunt, et insidias parant: sic etiam diabolus, ubi collectas viderit opes animæ, ac facultates auctas pietatis, illic suas machinas sistit et admovet. Quod si, quibus insidiæ parantur, ii vigiles fuerint et attenti, non modo nihil inde patiuntur detrimenti, sed et ampliores inde virtutis opes accumulant: quod etiamnum evenit.

Josephi exemplum quam utile.

ὑπέραντλον τὸ πλοῖον γέγονε, ναυαγούσης ἐκείνης, φεύγοντα τὰ κύματα, καὶ ἐπὶ τὴν στερεὰν τῆς σωφροσύνης πέτραν τρέχοντα, καὶ τὰ ἱμάτια ἐν ταῖς ἐκείνης καταλιμπάνοντα χερσὶ, καὶ τῶν τὰς πορφυρίδας περιβεβλημένων λαμπρότερον ἐν τῇ γυμνότητι φαινόμενον, καὶ καθάπερ ἀριστέα τινὰ καὶ τροπαιοῦχον φαιδρὸν, τὸ τρόπαιον ἱστῶντα τῆς σωφροσύνης. Καὶ οὐδὲ ἐν τούτοις καταλύομεν τὴν μνήμην, ἀλλὰ περαιτέρω προϊόντες, ὁρῶμεν αὐτὸν πάλιν εἰς δεσμωτήριον ἀπαγόμενον, δεδεμένον, αὐχμῶντα, πολὺν
E ἐκεῖ τηκόμενον χρόνον. Καὶ διὰ ταῦτα μάλιστα θαυμάζομεν πάλιν αὐτὸν, μακαρίζομεν, ἐκπληττόμεθα, ἐπαινοῦμεν. Κἂν σώφρων τις ᾖ, ἐννοῶν αὐτὸν σωφρονέστερος γίνεται· κἂν ἀκόλαστος, τάχιον τῷ διηγήματι πρὸς σωφροσύνην μεθίσταται, καὶ ὑπὸ τῆς ἱστορίας ἀμείνων καθίσταται. Ταῦτα τοίνυν ἅπαντα ἀναλέγοντες, μηδὲν θορυβεῖσθε, ἀλλὰ καὶ κερδαίνετε ἐκ τῶν γινομένων· καὶ ἡ τῶν ἀθλούντων ὑπομονὴ γινέσθω καρτερίας ὑμῖν διδάσκαλος, καὶ πάντα τὸν
512 βίον τῶν γενναίων καὶ ὑψηλῶν ἀνδρῶν ὁρῶντες διὰ
A τοιούτων ὑφαινόμενον, μὴ συγχεῖσθε, μηδὲ ταράττεσθε, μήτε τοῖς ἰδίοις, μήτε τοῖς κοινοῖς πειρασμοῖς· καὶ γὰρ καὶ ἡ Ἐκκλησία ἐξ ἀρχῆς οὕτως ἐτράφη, οὕτως ηὐξήθη. Μηδὲν οὖν ξενίζεσθε· οὐδὲν γὰρ ἀπεικὸς γέγονεν. Ἀλλ' ὥσπερ ἐπὶ τῶν βιωτικῶν, οὐχ ἔνθα ἄχυρα καὶ χόρτος, οὐδὲ ἔνθα ἄμμος, ἀλλ' ἔνθα χρυσίον καὶ μαργαρῖται, ἐκεῖ πειραταὶ καὶ καταποντισταὶ καὶ λησταὶ καὶ τοιχωρύχοι συνεχῶς ἐνοχλοῦσι καὶ ἐπιβουλεύουσιν· οὕτω καὶ ὁ διάβολος ἔνθα ἂν ἴδῃ πλοῦτον συναγόμενον τὸν κατὰ ψυχὴν, καὶ εὐπορίαν εὐσεβείας ἐπιτεινομένην, ἐκεῖ τὰ μηχανήματα ἵστησι καὶ προσάγει. Ἀλλ' ἐὰν οἱ ἐπιβουλευόμενοι νήφωσιν,
B οὐ μόνον οὐδὲν ἐλαττοῦνται ἐντεῦθεν, ἀλλὰ καὶ μείζονα τὸν πλοῦτον τῆς ἀρετῆς συνάγουσιν· ὃ δὴ καὶ νῦν γέγονε.

Cap. XXIII. Maximum

Atque hoc maximum indicium ubertatis bo-

Καὶ μέγιστον ἄν τις τοῦτο σημεῖον καὶ τοῦ πλούτου

τῶν κατορθωμάτων, καὶ τῆς ἀνδρείας τῆς Ἐκκλησίας ποιήσειεν. Ὅτε γὰρ εἶδεν αὐτὴν ὁ πονηρὸς δαίμων ἐκεῖνος ἀνθοῦσαν, εὐδοκιμοῦσαν, ἐν βραχείᾳ καιροῦ ῥοπῇ πρὸς ὕψος ἀνενεχθεῖσαν, πολλὴν σπουδὴν ἐν αὐτῇ γινομένην, καὶ τὴν μὲν τῶν εὐδοκιμούντων ἐπὶ τὸ βέλτιον ἐπίδοσιν, τῶν ἐν ἁμαρτίαις ζώντων εἰς μετάνοιαν μετάστασιν, πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἀπὸ τῆς πόλεως C ταύτης κατηχουμένην· πάντα ἐκίνησεν αὐτοῦ τὰ μηχανήματα, καὶ ἐμφυλίους ἀνῆψε πολέμους. Καὶ καθάπερ ἐπὶ τοῦ Ἰὼβ, νῦν μὲν τὴν ἀποβολὴν τῶν χρημάτων, νῦν δὲ τὴν ἀπαιδίαν, νῦν δὲ τὴν ἀῤῥωστίαν τοῦ σώματος, νῦν δὲ τῆς γυναικὸς τὴν γλῶτταν, νῦν δὲ τῶν φίλων τὰ ὀνείδη καὶ τὰ σκώμματα καὶ τὰς λοιδορίας ἐκίνει κατὰ τοῦ δικαίου, καὶ πᾶν εἶδος μηχανημάτων προσῆγεν· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς Ἐκκλησίας, διὰ φίλων, δι' ἐχθρῶν, διὰ τῶν εἰς κλῆρον τελούντων, διὰ τῶν εἰς στρατείαν καταλεγομένων, διὰ τῶν ἐπισκοπῇ τετιμημένων, διὰ πολλῶν καὶ παντοδαπῶν D προσώπων τὰ παρ' ἑαυτοῦ ἐκίνησεν. Ἀλλ' ὅμως καὶ τοσαῦτα μηχανησάμενος, οὐ μόνον αὐτὴν οὐκ ἐσάλευσεν, ἀλλὰ καὶ λαμπροτέραν ἐποίησεν. Οὐ γὰρ οὕτω τότε μὴ ἐνοχλουμένη πάντας ἐπαίδευσεν, ὡς νῦν τὴν οἰκουμένην διδάσκει καρτερεῖν, ἐγκρατεύεσθαι, φέρειν πειρασμοὺς, ὑπομονὴν ἐπιδείκνυσθαι, καταφρονεῖν τῶν βιωτικῶν, μηδὲν ἡγεῖσθαι πλοῦτον, καταγελᾷν τιμῆς, ὑπερορᾷν θανάτου, καταφρονεῖν ζωῆς, πατρίδα παρορᾷν, οἰκείους, φίλους, συγγενεῖς, πρὸς σφαγὰς ἀποδύεσθαι παντοδαπὰς, κατὰ ξιφῶν κυβιστᾷν, E τὰ λαμπρὰ ἅπαντα τοῦ παρόντος βίου, τιμὰς λέγω καὶ δόξας, καὶ δυναστείαν, καὶ τρυφὴν, τῶν ἠρινῶν ἀνθῶν εὐτελέστερα εἶναι νομίζειν. Καὶ ταῦτα οὐχ εἷς παιδεύει μόνον, οὐδὲ δύο καὶ τρεῖς, ἀλλὰ πᾶς ὁ λαὸς, καὶ οὐ διὰ ῥημάτων μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ πραγμάτων, δι' ὧν πάσχουσι, δι' ὧν νικῶσι, δι' ὧν περιγίνονται τῶν ἐπιβουλευόντων, δι' ὧν ἀδάμαντος στεῤῥότερον καὶ πέτρας ἰσχυρότερον ἅπαντα στέγουσιν, οὐχ ὅπλα κινοῦντες, οὐ πόλεμον ἀναῤῥιπίζοντες, οὐ τόξον, οὐ βέλη ἀφιέντες, ἀλλ' ὑπομονῆς τεῖχος ἕκαστος περιβεβλημένος, ἐμμελείας, πραότητος, ἀνδρείας, τῷ πάσχειν κακῶς τοὺς ποιοῦντας ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος καταισχύνοντες.

613 A Νῦν γοῦν οὗτοι μὲν φαιδρῷ τῷ προσώπῳ, ἐλευθέροις τοῖς ὀφθαλμοῖς, παῤῥησίᾳ ἀφάτῳ κεχρημένοι, εἰς ἀγορὰν ἐμβάλλουσιν, ἐν οἰκίαις στρέφονται, πρὸς τὴν σύναξιν αὐτομολοῦσιν· οἱ δὲ ταῦτα ἐργασάμενοι, καθ' ἕκαστον τῶν μηχανημάτων, ὧν προσάγουσιν, ἐγκαλυπτόμενοι, καὶ πονηρὸν ἔνδον ἔχοντες συνειδὸς, τρέμοντες, δεδοικότες, οὕτω περιίασι. Καὶ καθάπερ τὰ δυσθάνατα τῶν θηρίων μετὰ προτέραν καὶ δευτέ-

norum operum, et fortitudinis Ecclesiæ poterit quispiam assignare. Cum enim illam improbus dæmon florentem vidit, fama celebratam, brevi temporis momento in altum evectam, multam in ea diligentiam adhiberi, ac probos majores facere in virtute progressus, eos qui vitam suam peccatis infecerant, ad pœnitentiam esse conversos, totum orbem terrarum istius civitatis opera instructum esse: omnes machinas suas admovit, et intestina bella excitavit. Et quemadmodum cum Jobum oppugnaret, nunc quidem pecuniarum jactura, nunc autem orbitate liberorum, nunc corporis ægritudine, nunc lingua uxoris, nunc amicorum probris, sannis et conviciis justum impetebat: sic etiam in Ecclesiam per amicos, per inimicos, per eos qui in clerum allecti erant, per eos qui in militum numeros relati, per eos qui episcopali fuerant honore decorati, per multas variasque personas impressionem fecit. Verumtamen tot admotis machinis non modo illam non concussit, sed illustriorem etiam reddidit. Non enim ita tum minime divexata cunctos erudiebat, ut nunc totum orbem terrarum patientiam docet, temperantiam, afflictiones tolerare, constantiam exhibere, sæcularia contemnere, divitias pro nihilo habere, despicere honores, mortem aspernari, vitam contemnere, patriam negligere, familiares, amicos, propinquos, ad cædes diversas subeundas se accingere, in medios gladios insilire, cuncta quæ in hac vita sunt splendida, honores inquam, et gloriam, imperia, delicias, viliora floribus vernis ducere. Atque hæc non unus nos edocet tantum, neque duo vel tres, sed populus universus, neque verbis tantum, verum etiam operibus, per ea quæ patiuntur, et dum vincunt, dum insidiatores suos hostesque superant, dum adamante firmiores, et rupe robustiores cuncta perferunt, non arma sumentes, non bellum excitantes, non arcum, non sagittas vibrantes, sed singuli patientiæ propugnaculo muniti, modestiæ, mansuetudinis, fortitudinis, et dum mala patienter ferunt, illis qui ea inferunt multo majorem ignominiam inurentes.

esse gloriæ ac celebritatis Ecclesiæ indicium, quæ acciderunt, eaque multis profuisse.

Nunc quidem certe isti vultu hilari, aspectu libero, fiducia incredibili præditi in forum se inferunt, versantur in ædibus, ad collectas conveniunt celebrandas; illi autem qui talia patrarunt, dum singulas admovent machinas, pudefacti circumeunt, et prava intus conscientia torti, metu ac tremore correpti. Et quemadmodum feræ quæ difficilius enecantur, cum post unam

Cap. XXIV. Qui hæc scelera perpetrarunt, inde quoque jam pœnas luere.

aut alteram plagam inflictam in hastarum mucrones irruunt vehementius, graviores sibi plagas infligunt, et ipsis visceribus suis vulnus excipiunt; itemque fluctus, qui rupibus alliduntur, majori seipsos impetu dissolvunt ac dissipant: sic nimirum et isti dum insidiantur, sibi potius quam cæteris fossas et barathra effodiunt. Nam illi quidem, quibus insidiæ tenduntur, ab iis amantur, laudantur, commendantur, prædicantur, corona donantur, qui eos noverunt, qui non noverunt, qui re ipsa, qui sola famæ relatione illorum didicere res gestas, innumeros habent qui condolent, qui in certaminibus adjuvant, qui prospera illis precantur omnes: illi autem qui tendunt insidias, odio habentur a tam multis, et a multo pluribus accusantur, carpuntur, reprehenduntur, ignominia notantur, diris innumeris devoventur; nihil plerisque optabilius est, quam ut eos pœnis videant suppliciisque mulctatos. Atque hæc quidem in hac vita: quæ vero in futura sunt eventura, quis tandem poterit oratione complecti? Nam si is
Luc. 17. 12. qui unum scandalizaverit, tanto supplicio mulctatur, ut expediat ei molam asinariam in ejus collo suspendi, et in mare demergi: perpende quam graves illi daturi sint pœnas, in illo tum judicio tremendo, quantis suppliciis plectendi, qui, quantum in ipsis quidem fuit, universum turbarunt orbem terrarum, tam multas Ecclesias everterunt, et innumeris ubique scandalis excitatis tantam pacem disturbarunt? At illi qui tot injuriis ab illis affecti sunt, bonis operibus, passionibus, coronis, præmiis, cum multa fiducia refulgentes, cum martyribus, cum apostolis, cum generosis et sublimibus illis viris sistentur. Ac puniri illos quidem videbunt, illos tamen suppliciis non poterunt liberare, sed quamvis preces offerant isti, nihil illos juvabunt. Si
Luc. 16. enim is qui Lazarum unum prætererat, tot pœnas sustinuit, neque solatium ullum obtinuit, quid isti patientur, qui tam multos persequutionibus et scandalis offenderunt? Hæc igitur omnia cum animis vestris reputantes, et quæcumque his similia sunt ex sacris Literis colligentes, vobis ipsis tutam munitionem, et illis qui imbecilliores adhuc sunt, medicamenta ex his narrationibus comparantes, firmi state atque immobiles, et bona vobis reposita exspectate. Omnino enim, omnino merces vobis parabitur, non quæ laboribus tantum sit æqualis, sed immensa, quæ longo illos superet intervallo. Talis quippe benignus est Deus: præ nimia sua liberalitate illos,

ραν πληγὴν σφοδροτέρως ἐπιπίπτοντα ταῖς αἰχμαῖς τῶν δοράτων, χαλεπωτέραν καθ' ἑαυτῶν ὠθεῖ τὴν πληγὴν, τὰ τραύματα εἰς αὐτὰ τὰ σπλάγχνα δεχό-
B μενα· καὶ τὰ κύματα ταῖς πέτραις ῥηγνύμενα, τῇ σφοδροτέρᾳ ῥύμῃ ἑαυτὰ ἀφανίζει καὶ διαλύει· οὕτω δὴ καὶ οὗτοι δι' ὧν ἐπιβουλεύουσιν, ἑαυτοῖς μᾶλλον ἢ ἑτέροις τὰ βάραθρα ἀνορύττουσιν. Οἱ μὲν γὰρ ἐπιβουλευόμενοι τὴν οἰκουμένην ἐραστὰς ἔχουσιν, ἐπαινέτας, θαυμαστὰς, ἀνακηρύττοντας, στεφανοῦντας, τοὺς εἰδότας, τοὺς οὐκ εἰδότας, τοὺς ἀπὸ τῶν πραγμάτων, τοὺς ἀπὸ τῆς φήμης τὰ ἐκείνων μανθάνοντας, τοὺς συναλγοῦντας μυρίους, τοὺς συναγωνιζομένους, τοὺς τὰ χρηστὰ συνευχομένους αὐτοῖς πάντας· οἱ δὲ ἐπιβουλεύοντες τοὺς μισοῦντας τοσούτους καὶ
C πολλῷ πλείους, τοὺς κατηγόρους, τοὺς διαβάλλοντας, τοὺς ἐλέγχοντας, τοὺς καταισχύνοντας, τοὺς ἐπαρωμένους μυρία, τοὺς ἐπιθυμοῦντας αὐτοὺς ἰδεῖν ἐν κολάσει καὶ τιμωρίᾳ. Καὶ ταῦτα μὲν ἐνταῦθα· τὰ δὲ ἐκεῖ ποῖος παραστήσει λόγος; Εἰ γὰρ ἕνα τις σκανδαλίσας τοσαύτῃ κολάσει κατακρίνεται, ὡς συμφέρειν μύλον κρεμασθῆναι ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ καταποντισθῆναι εἰς τὴν θάλασσαν· ἐννόησον πόσας δώσουσιν οὗτοι δίκας ἐν τῷ φοβερῷ δικαστηρίῳ τότε ἐκείνῳ, πόσας ὑποστήσονται τιμωρίας, τό γε εἰς αὐτοὺς ἧκον, τὴν οἰκουμένην ταράξαντες ἅπασαν, το-
D σαύτας ἀνατρέψαντες Ἐκκλησίας, τοσαύτῃ πολεμήσαντες εἰρήνῃ, μυρία πανταχοῦ σκάνδαλα θέντες; οἱ δὲ παρ' ἐκείνων παθόντες, ἅπερ ἔπαθον, μετὰ τῶν μαρτύρων, μετὰ τῶν ἀποστόλων, μετὰ τῶν γενναίων καὶ ὑψηλῶν ἀνδρῶν στήσονται, λάμποντες ἀπὸ τῶν κατορθωμάτων, ἀπὸ τῶν παθῶν, ἀπὸ τῶν στεφάνων, ἀπὸ τῶν βραβείων, ἀπὸ τῆς πολλῆς παῤῥησίας. Καὶ ὄψονται μὲν αὐτοὺς κολαζομένους, ἐξαρπάσαι δὲ, κἂν μυριάκις βουληθῶσι, τῆς κολάσεως οὐ δυνήσονται· ἀλλὰ θήσουσι μὲν ἱκετηρίαν οὗτοι, οὐδὲν δὲ ὀνήσουσιν. Εἰ γὰρ ὁ πένητα ἕνα παραδραμὼν τὸν Λάζαρον τοσαύτην ὑπέμεινε δίκην,
E καὶ οὐδεμιᾶς ἔτυχε παραμυθίας, τί πείσονται οὗτοι, τοσούτους διώξαντες καὶ σκανδαλίσαντες; Ταῦτ' οὖν ἅπαντα λογιζόμενοι, καὶ ὅσα τούτοις ἐοικότα ἀπὸ τῶν θείων συλλέγοντες Γραφῶν, ἑαυτοῖς μὲν τεῖχος ἀσφαλὲς, τοῖς δὲ ἀσθενεστέροις ἔτι φάρμακα ταῦτα κατασκευάζοντες τὰ διηγήματα, στήκετε ἑδραῖοι, καὶ ἀμετακίνητοι, τὰ ὑποκείμενα ὑμῖν ἀγαθὰ ἀναμένοντες. Πάντως γὰρ, πάντως κείσεται ὑμῖν ἀμοιβὴ, οὐ τῶν πόνων ἴση, ἀλλ' ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος ἄφατος. Τοιοῦτος γὰρ ὁ φιλάνθρωπος Θεός· μετὰ

πολλῆς τῆς φιλοτιμίας τοὺς ἀγαθόν τι ποιεῖν ἢ λέγειν προαιρουμένους] ταῖς ἀντιδόσεσι καὶ ταῖς ἀμοιβαῖς νικᾷν ἐσπούδακεν· ὧν ἐπιτύχοιμεν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

514 A

qui boni quidpiam præstare voluerint aut effari, remunerationibus ac præmiis superare contendit: quæ utinam consequamur in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

MONITUM

IN EPISTOLAS DUAS JOANNIS CHRYSOSTOTOMI

AD INNOCENTIUM PAPAM,

Inque Epistolam Innocentii ad Chrysostomum, et in alteram ad clerum et populum Constantinopolitanum; itemque in Epistolam Honorii ad Arcadium circa ea quæ in depositione Joannis Chrysostomi gesta fuerant; demum in Epistolam Joannis Chrysostomi ad episcopos et presbyteros ob pietatem in carcere inclusos.

Cur ordinem Epistolarum qualis in duabus Morelli Editionibus a Frontone Ducæo statutus fuit, servaverimus, infra in Monito in Epistolas ad Olympiadem, et in reliquas Chrysostomi epistolas pluribus declaramus. Jam quæstio est de duabus Chrysostomi ad Innocentium papam epistolis, deque epistola Innocentii ad Joannem Chrysostomum, necnon de altera Innocentii ad clerum et populum Constantinopolitanum; quibus accedit alia Honorii Imperatoris ad Arcadium fratrem, alteraque item Chrysostomi ad episcopos et presbyteros ob pietatem in carcere inclusos. Quarum epistolarum duæ priores extra ordinem aliarum sequentium a Frontone Ducæo positæ fuere: epistolæ vero Innocentii ad Chrysostomum, et ad clerum a Sozomeno allatæ nunc primum epistolis Chrysostomi subjunguntur, quia ad eamdem negotiorum seriem pertinent; quemadmodum et epistola Honorii ad Arcadium: quæ autem his subjungitur epistola ad episcopos et presbyteros ob pietatem in carcere inclusos, a Frontone Ducæo post duas Chrysostomi ad Innocentium epistolas, extra ordinem et numerum sequentium epistolarum posita fuerat. De singulis autem hisce epistolis hic commemoratis agendum.

Epistola prima ad Innocentium Papam scripta fuit post Pascha, antequam Chrysostomus in secundum exsilium pergeret, a quo numquam rediit. Quam temporis notam hinc mutuamur, quod Chrysostomus, postquam omnia recensuit, quæ ab adventu Theophili Constantinopolim gesta sunt, postquam de Pseudosynodo, ubi ipse depositus fuerat, egit, et se destitutum restitutumque fuisse commemoravit, deindeque iterum exagitatum et accusatum, et ex ecclesia pulsum; postquam violentam irruptionem in ecclesiam et in baptisterium factam enarravit: hic gradum sistit, nec ea quæ postea gesta sunt et quidem atrocissima commemorat. Cum autem, ut observat Baronius ad annum 404, « cunctas res gestas ordine temporis dispositas narrat, orationemque ad ea quæ in magno sabbato acta sunt perducit, sed de aliis quæ postea gravissima contigerunt, ne quidquam scribat: plane declarat, eo tempore illam se dedisse epistolam, quo contigerunt ea, quæ novissime in ipsa literis commendavit. » Post Pascha igitur anni 404 hanc epistolam scripsit: nam *Ubi illuxit dies,* inquit in hac epistola Chrysostomus, *omnis civitas extra muros sub arbores, et in nemora emigravit, ibi festum diem celebrans, quasi oves dispersæ.*

Recensitis igitur iis, quæ contra canones gesta sunt, Innocentium obsecrat, *ut sibi condoleat, et nihil non agat ut hic malorum finis sit.* Sæpius autem Innocentium solum alloquitur; nonnumquam tamen episcopos in plurali, quod sciret Innocentium hanc epistolam vicinis episcopis ostensurum esse.

Secundam ad Innocentium epistolam misit cum jam tertium annum in exsilio ageret, ut ipse in epistolæ fine commemorat. Pulsus et in exsilium abductus fuit Chrysostomus anno 404, mense Junio; de die mensis est quæstio, quæ in Vita Chrysostomi excutietur; hæc igitur epistola scripta fuerit versus finem anni 406, cum tertium annum in exsilio ageret Chrysostomus. Verum hac de re non parva
515 exsurgit difficultas : ait quippe Chrysostomus se hanc epistolam mittere per Joannem presbyterum perque Paulum diaconum : et tamen in epistola 148, infra, quæ est ad Cyriacum, Demetrium et cæteros, et scripta putatur anno 405, ait Chrysostomus Joannem presbyterum et Paulum diaconum iter parare, ut ipsos conveniant; si autem eo anno, nempe 405, hanc epistolam scripserit Chrysostomus, quo pacto dicere possit se tertium annum in exsilio agere qui tum secundum tantum inire poterat? Opinatur Tillemontius Joannem et Paulum, qui tunc iter parabant, in annum sequentem profectum suum distulisse; sed hac de re pluribus in Vita Chrysostomi. In hac epistola Chrysostomus non unum Innocentium alloquitur, sed et plures fortasse episcopos qui vel cum Innocentio agebant, vel e vicino positi erant. Iis gratias agit Chrysostomus de constanti erga se caritate, deque sollicitudine, qua pro sedanda tempestate tanta usi fuerant.

Epistola Innocentii ad Joannem Chrysostomum, quam servavit Sozomenus, tota consolatoria est, et observantiæ caritatisque plena : paucis hic agitur de patientia in adversis, deque corona patientibus sanctis parata. Respondet Innocentius epistolæ Chrysostomi, a quodam Cyriaco diacono sibi allatæ.

Epistola Innocentii ad clerum Constantinopolitanum est responsio ad epistolam ejusdem cleri et populi, a Germano presbytero et Cassiano diacono ad Innocentium allatam, in qua calamitates orientalis Ecclesiæ deplorat Innocentius. Ait necessariam esse ad curandum malum synodi celebrationem : et se admodum optare ut œcumenica synodus cogatur, quo turbulenti motus sedentur.

Epistola Honorii Imperatoris ad Arcadium Orientis principem, ex Codice Vaticano educta, et a Cardinali Baronio publicata, causam Joannis Chrysostomi respicit. Orditur Imperator ab imagine, nimirum Eudoxiæ, quæ per provincias circumferebatur honoris causa : postquam scilicet Eudoxiæ statua argentea in platea ante ecclesiam S. Sophiæ erecta et dedicata fuit, ludique celebrati, et spectacula forte minus honesta edita sunt, quæ populum a collectis et aliis pietatis exercitiis averterent. Quæ causa fuit ut Chysostomus in concionibus hæc pro more suo perstringeret ac vituperaret, inque Eudoxiæ offensionem incurreret, quæ res fuse tractabitur in Vita Chrysostomi. In hac epistola tota acriter invehitur Honorius in gesta illa Constantinopolitana, quæ in depositione illa iniqua Chrysostomi accidere; queritur altare sanguine humano tinctum fuisse, sacerdotes in exsilium actos, pulsum ipsum Joannem Constantinopolitanum; quæ omnia in ipsa epistola studiosus lector animadvertet.

Epistola ad episcopos et presbyteros ob pietatem in carcere inclusos Cucusi scripta putatur anno 404. Iisdem epistola altera consolatoria missa fuit a Chrysostomo, quæ est numero CXVIII infra.

Epistolarum duarum ad Innocentium, et hujus ad episcopos et presbyteros inclusos, interpretatio Latina est incerti cujusdam, quam multis in locis castigavimus; epistolarum etiam Innocentii interpretationem Latinam subinde emendavimus.

INNOCENTIO EPISCOPO ROMÆ. [a]

A

Domino meo Reverendissimo, pientissimoque Innocentio Joannes in Domino salutem.

Anno 404. 1. Etiam antequam redditæ sunt literæ nostræ, opinor pietatem vestram audivisse, quidnam hic patrare ausa fuerit iniquitas. Ea enim rerum est

[a] ΙΝΝΟΚΕΝΤΙῼ ΕΠΙΣΚΟΠῼ ΡΩΜΗΣ.

[b] Τῷ δεσπότῃ μου τῷ αἰδεσιμωτάτῳ, καὶ θεοφιλεστάτῳ ἐπισκόπῳ Ἰννοκεντίῳ Ἰωάννης ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

Καὶ πρὸ τῶν γραμμάτων οἶμαι τῶν ἡμετέρων ἀκηκοέναι τὴν εὐλάβειαν ὑμῶν τὴν παρανομίαν τὴν ἐνταῦθα τολμηθεῖσαν. Τὸ γὰρ μέγεθος τῶν δεινῶν οὐδὲ

[a] Collata cum duobus Regiis Mss. itemque cum Vaticano, Coisliniano, et viri clarissimi Alberti Fabricii Codice quem Fabricianum vocamus.

[b] In quibusdam Codicibus hæc, *τῷ δεσπότῃ μου*, etc. usque initium epistolæ desunt. Duo Mss. *καὶ πρὸ τῶν γραμμάτων μὲν οἶμαι. μέν* desideratur in aliis.

ἓν μέρος σχεδὸν τῆς οἰκουμένης ἀφῆκεν ἀνήκοον εἶναι τῆς χαλεπῆς ταύτης τραγῳδίας· καὶ γὰρ [c] πρὸς αὐτὰς τῆς γῆς τὰς ἐσχατιὰς φέρουσα ἡ φήμη τὰ γενόμενα, πολὺν πανταχοῦ θρῆνον καὶ ὀλοφυρμὸν εἰργάσατο. Ἀλλ' ἐπειδὴ οὐ θρηνεῖν δεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ διορθοῦν καὶ σκοπεῖν, ὅπως ἂν ὁ χαλεπώτατος οὗτος τῆς Ἐκκλησίας σταίη χειμών· ἀναγκαῖον εἶναι ἐνομίσαμεν τοὺς κυρίους μου τοὺς τιμιωτάτους, καὶ εὐλαβεστάτους ἐπισκόπους Δημήτριον, Πανσόφιον, Πάππον, καὶ Εὐγένιον πεῖσαι τάς τε ἑαυτῶν ἀφεῖναι, καὶ πελάγους κατατολμῆσαι τοσούτου, καὶ μακρὰν ἀποδημίαν στείλασθαι, καὶ πρὸς τὴν ὑμετέραν δραμεῖν ἀγάπην, καὶ πάντα σαφῶς ἀναδιδάξαντας, ταχίστην παρασκευάσαι γενέσθαι τὴν διόρθωσιν, οἷς καὶ τοὺς τιμιωτάτους καὶ ἀγαπητοὺς [a] τῶν διακόνων Παῦλον καὶ Κυριακὸν συνεπέμψαμεν· καὶ αὐτοὶ δὲ ὡς ἐν εἴδει ἐπιστολῆς, ἐν βραχεῖ διδάξομεν ὑμῶν τὴν ἀγάπην τὰ γεγενημένα. Ὁ γὰρ τῆς Ἐκκλησίας τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τὴν προεδρίαν ἐγχειρισθεὶς Θεόφιλος, ἐντυχόντων τινῶν τῷ εὐσεβεστάτῳ βασιλεῖ κατ' αὐτοῦ, κελευσθεὶς ἀφικέσθαι μόνος, συναγαγὼν μεθ' ἑαυτοῦ πλῆθος Αἰγυπτίων ἐπισκόπων οὐκ ὀλίγων παραγίνεται, καθάπερ ἐκ προοιμίων δεῖξαι βουλόμενος, ὅτι εἰς πόλεμον καὶ παράταξιν ἀφῖκται· εἶτα τῆς μεγάλης καὶ θεοφιλοῦς Κωνσταντινουπόλεως ἐπιβὰς, οὐκ εἰς ἐκκλησίαν εἰσῆλθε κατὰ τὸ εἰωθὸς καὶ τὸν ἄνωθεν κρατήσαντα θεσμὸν, οὐχ ἡμῖν συνεγένετο, οὐ λόγου μετέδωκεν, οὐκ εὐχῆς, οὐ κοινωνίας· ἀλλ' ἀποβὰς τοῦ πλοίου, καὶ τὰ πρόθυρα τῆς ἐκκλησίας παραδραμὼν, ἔξω που τῆς πόλεως ἀπελθὼν ηὐλίζετο, καὶ πολλὰ παρακαλεσάντων ἡμῶν καὶ αὐτὸν [b] καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ παραγενομένους παρ' ἡμῖν καταχθῆναι (καὶ γὰρ ἅπαντα ηὐτρέπιστο, καὶ καταγώγια, καὶ ὅσα εἰκὸς ἦν), οὔτε ἐκεῖνοι, οὔτε αὐτὸς ἠνέσχετο. Ταῦτα ὁρῶντες ἡμεῖς, καὶ ἐν ἀπορίᾳ ἦμεν πολλῇ, μηδὲ τὴν αἰτίαν δυνάμενοι τῆς ἀδίκου [c] ταύτης ἀπεχθείας εὑρεῖν· ἀλλ' ὅμως τὰ παρ' ἑαυτῶν ἐπληροῦμεν, τὸ πρέπον ἡμῖν αὐτοῖς ποιοῦντες, καὶ συνεχῶς αὐτὸν παρακαλοῦντες συγγενέσθαι τε ἡμῖν, καὶ εἰπεῖν, τίνος ἕνεκεν τοσοῦτον ἐκ προοιμίων ἀνεῤῥίπισε πόλεμον, καὶ τηλικαύτην διεσκέδασε πόλιν. Ὡς δὲ οὐδὲ αὐτὸς ἠβούλετο λέγειν τὴν αἰτίαν, οἵ τε κατηγοροῦντες αὐτοῦ ἐπέ-

magnitudo et gravitas, ut nulla ferme orbis pars relicta sit, quæ tristem hanc tragœdiam non audierit : quandoquidem fama usque ad fines terræ perlata, plurima ubique lamenta et ejulatus excitavit. Verum quia non satis est plangere, sed opus etiam ut cura geratur; et spectetur qua ratione et quo consilio gravissima illa Ecclesiæ
516 tempestas sedetur : necessarium esse duximus
A ut persuadeatur Demetrio, Pansophio, Pappo, et Eugenio, dominis meis maxime venerabilibus, piisque episcopis, relictis Ecclesiis propriis, pelago se tanto committere, susceptaque longinqua peregrinatione hac, ad vestram properare caritatem, de omnibus vos manifeste docentes, quo quantocius rebus succurratur; misimus autem cum eis venerabiles dilectosque diaconos Paulum et Cyriacum; et nos quoque paucis caritatem vestram quæ facta sunt in epistolæ formam docebimus. Theophilus enim ille qui Alexandrinæ Ecclesiæ episcopatum regendum
B suscepit, cum a piissimo Imperatore, cui adversus illum quædam nuntiata erant, jussus esset venire solus, collecta multitudine episcoporum non paucorum huc venit, quo præludio quasi declarare volebat, se ad bellum et aciem pergere, cumque in magnam divinoque cultui deditam urbem Constantinopolim ingressus esset, non pro more et consuetudine veteri intravit in ecclesiam, neque ad nos accessit, neque participem se fecit vel sermonis, vel precum, vel communionis : sed egressus e navi, et prætercursis ecclesiæ vestibulis, alicubi extra urbem diversatus
C est; tametsi nos plurimum obsecraremus et ipsum et eos qui cum ipso advenerant, ut apud nos diverterent : erant enim diversoria, et omnia alia quæ oportebat, bene instructa : at neque illi neque ipse nobis morem gerebant. Unde nos ea videntes, valde consternabamur animo : et quamvis injustarum illarum inimicitiarum causam nullam invenire possemus, nihilominus tamen officia eis impendimus, quæ par erat nos illis exhibere; ac frequenter ipsum obsecravimus, ut se

[c] Maxima pars Mss. *πρὸς αὐτάς*. Edit. *εἰς αὐτάς* Infra, *πεῖσαι τάς τε ἑαυτῶν ἀφεῖναι*, subaudi *ἐκκλησίας*. Sic omnes Mss. et Editi. Mox omnes Mss. *δραμεῖν*. Edit. *ἀναδραμεῖν*.

[a] Duo Mss. *τοὺς τιμιωτάτους καὶ ἀγαπητοὺς τῶν διακόνων*, quæ lectio melior videtur, quam Editorum *τὸν διάκονον*. Palladius habet *ἀγαπητοὺς διακόνους Παῦλον καὶ Κυριακόν*. Ibid. Coislinianus *αὐτοὶ δὲ ὡς ἐνὶ δι' ἐπιστολῆς ἐν βραχεία*.

[b] Duo optimi Mss. Coislinianus et Reg. unus *καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ*, Fabric. *καὶ τοὺς πρὸς αὐτόν*. Edit. *καὶ τοὺς πρὸ αὐτοῦ*. Itaque Chrysostomus domi excipere voluit Theophilum Alexandrinum et eos qui ante ipsum advenerant, si stemus prius Editorum lectioni; vel Theophilum et eos qui ad ipsum accesserant, secundum Fabricianum Codicem; vel Theophilum et eos qui cum ipso venerant, ut fertur in duobus optimis Codicibus. Hæc vero posterior lectio magis quadrat ad supra dicta, *συναγαγὼν μεθ' ἑαυτοῦ πλῆθος Αἰγυπτίων ἐπισκόπων οὐκ ὀλίγων*, et habetur etiam apud Palladium.

[c] Duo Mss. *ταύτης ἔχθρας*.

nobis conjungeret, diceretque, cujus gratia statim ab initio tantum excitaret bellum, in tantaque urbe discordiam induceret. Verum cum ille causam dicere nollet, meque urgerent accusatores ejus, vocavit nos Imperator pientissimus, et jussit ire ad locum in quo ille agebat, et illic crimina, quæ ipsi offerrentur, audire. Nam incursiones, et cædes, et alia plurima objiciebant: nos autem scientes leges patrum, viroque honorem deferentes, habentes etiam super hac re ejus literas, oportere in quibusque provinciis sua negotia tractari, neque extra limites illarum trahi, vehementer detrectavimus, ne causam susciperemus judicandam. Porro ille quasi prioribus conatibus cumulum addere contendens, multa auctoritate vocato archidiacono meo, quasi jam Ecclesia viduata esset, ac episcopum non haberet, clerum omnem sibi per illum adjunxit: fiebantque desertæ in dies ecclesiæ, dum e singulis ecclesiis abducebantur clerici et instruebantur ut nos accusarent, et libellos adversus nos producerent. Post hæc vocavit et nos ad judicium, nondum dilutis sibi objectis criminibus, id quod maxime contra omnes canones et leges erat.

κειντο, καλέσας ἡμᾶς ὁ εὐσεβέστατος βασιλεὺς, ἐκέ- D λευσε [d] πέραν ἔνθα διέτριβεν ἀπιέναι, καὶ τῆς κατ᾽ αὐτοῦ ἀκούειν ὑποθέσεως. Καὶ γὰρ καὶ ἔφοδον, καὶ σφαγὰς, καὶ ἕτερα ἐνεκάλουν μυρία· ἀλλ᾽ ἡμεῖς καὶ τοὺς νόμους τῶν πατέρων εἰδότες, καὶ τὸν ἄνδρα αἰδούμενοι καὶ τιμῶντες, καὶ αὐτοῦ δὲ τὰ γράμματα ἔχοντες τὰ δηλοῦντα μὴ δεῖν ὑπερορίους ἕλκεσθαι τὰς δίκας, ἀλλ᾽ ἐν ταῖς ἐπαρχίαις τὰ τῶν ἐπαρχιῶν γυμνάζεσθαι, οὐ κατεδεξάμεθα δικάσαι, ἀλλὰ καὶ μετὰ πολλῆς παρῃτησάμεθα τῆς σφοδρότητος. Ὁ δὲ ὥσπερ τοῖς προτέροις ἐπαγωνιζόμενος, τὸν ἀρχιδιάκονον καλέσας τὸν ἐμὸν, ἐξ αὐθεντίας πολλῆς, ὥσπερ ἤδη χηρευού- E σης τῆς Ἐκκλησίας, καὶ οὐκ ἐχούσης ἐπίσκοπον, δι᾽ ἐκείνου τὸν κλῆρον ἅπαντα πρὸς ἑαυτὸν μετέστησε· καὶ ἀνάστατοι αἱ ἐκκλησίαι ἐγένοντο, ἀπαγομένων τῶν ἐν ἑκάστῃ κληρικῶν, καὶ παρασκευαζομένων 517 A [a] λιβέλλους διδόναι καθ᾽ ἡμῶν, καὶ πρὸς κατηγορίαν ἀλειφομένων. Καὶ ταῦτα ποιήσας ἔπεμπε, καὶ ἐκάλει ἡμᾶς εἰς δικαστήριον, μηδέπω τὰς καθ᾽ ἑαυτοῦ ἀποδυσάμενος αἰτίας, ὃ μάλιστα καὶ παρὰ κανόνας καὶ παρὰ πάντας τοὺς νόμους ἦν.

Chrysostomus cur coram Theophilo et asseclis se sistere recusarit.

2. Porro scientes, nos non ad judicium (nam alioquin sexcenties venissemus), sed ad hostem et inimicum venturos, id quod satis declarant quæ prius ac postea sunt facta, misimus ad eum episcopos, Demetrium episcopum Pesinuntis, Eulysium Apameæ, Lupicinum Appiariæ, presbyteros autem, Germanum et Severum, respondimusque modeste ex nostro instituto: non vitare nos judicium, sed inimicum apertum, et hostem manifestum. Nam qui nondum acceptis libellis statim ab initio talia fecit, et seipsum abstraxit ab Ecclesiæ precibus et communione, et insuper accusatores subornavit, clerum ad se traxit, ecclesiam desolavit: quomodo idoneus censeri possit hujusmodi, ut in judicis thronum conscendat sibi minime congruentem? Neque enim congruum est, ut ii qui in Ægypto sunt, judicent eos qui in Thracia, et præsertim ille qui ipse reus est, inimicus et hostis. At ille nihil horum reveritus,

Ἀλλ᾽ ἡμεῖς συνειδότες [b] ὅτι οὐ πρὸς δικαστήριον ἀφικόμεθα (ἢ γὰρ ἂν μυριάκις παρεγενόμεθα), ἀλλὰ πρὸς ἐχθρὸν καὶ πολέμιον, καθάπερ τά τε ἔμπροσθεν γεγενημένα καὶ τὰ μετὰ ταῦτα ἐδήλωσεν, ἀπεστάλκαμεν πρὸς αὐτὸν ἐπισκόπους, τὸν Πισινοῦντος Δημήτριον, τὸν Ἀπαμείας Εὐλύσιον, τὸν Ἀππιαρίας B Λουπίκινον, πρεσβυτέρους δὲ, Γερμανὸν, καὶ Σευῆρον, μετὰ τῆς προσηκούσης ἡμῖν ἐπιεικείας ἀποκρινόμενοι, καὶ λέγοντες [c] μὴ παραιτεῖσθαι κρίσιν, ἀλλ᾽ ἐχθρὸν πρόδηλον καὶ πολέμιον φανερόν. Ὁ γὰρ μηδέπω λιβέλλους δεξάμενος, καὶ τοιαῦτα ἐκ προοιμίων ποιήσας, καὶ ἀποῤῥήξας ἑαυτὸν Ἐκκλησίας, κοινωνίας, εὐχῆς, καὶ κατηγόρους ἀλείφων, καὶ κλῆρον μεθιστὰς, καὶ ἐκκλησίαν ἐρημῶν· πῶς ἂν ἦ δίκαιος ἐπὶ τὸν τοῦ δικαστοῦ θρόνον ἀναβαίνειν οὐδαμόθεν αὐτῷ προσήκοντα; Οὐδὲ γὰρ ἀκόλουθόν ἐστι τὸν ἐξ Αἰγύπτου τοὺς ἐν Θρᾴκῃ δικάζειν, [d] καὶ τοῦτον ὑπεύθυνον αἰτίας ὄντα, καὶ ἐχθρὸν καὶ πολέμιον. Ἀλλ᾽ C ὅμως οὐδὲν αἰδεσθεὶς, ἀλλὰ ἅπερ βεβούλευτο πλη-

[d] Unus Ms. *πέραν ὅπου διέτριβεν* Ibid. Coislin. *τῆς κατ᾽ αὐτοῦ*. Omnes pene Mss. *πέραν ἔνθα διέτριβεν τῆς κατ᾽ αὐτόν*, alii *κατ᾽ αὐτοῦ*, quam lectionem ex conjectura proposuit Fronto Ducæus, et ita legisse videtur Interpres. Editi *κατ᾽ αὐτόν*, sicque legit Palladius. In omnibus fere *ἀπιέναι* deest.

[a] Duo Mss. *λιβέλλους ἐπιδιδόναι*.

[b] Sic omnes Mss. recte. In Editis hæc, *ἢ γὰρ ἂν μυριάκις παρεγενόμεθα*, desunt. Infra Mss. pene omnes *τὸν Πισινοῦντος*. Ibid. unus *Εὐλύσιον*, et ibid. omnes *Λουπίκινον*, quæ vera est lectio. Palladius *Λουππικιανόν*.

[c] Duo Mss. *μὴ παραιτεῖσθαι κριτήριον*.

[d] Duo Mss. *κἂν ὑπεύθυνον αἰτιάσωνται καὶ ἐχθρόν*, quæ lectio totum mutat sensum. Palladius *ὑπεύθυνον ὄντα αἰτιῶν*.

ρῶσαι ἐπειγόμενος, ἡμῶν δηλωσάντων, ὅτι ἕτοιμοί ἐσμεν καὶ ἑκατὸν καὶ χιλίων ἐπισκόπων παρόντων ἀποδύσασθαι τὰ ἐγκλήματα, καὶ δεῖξαι ὄντας καθαροὺς ἑαυτοὺς, ὥσπερ οὖν καὶ ἐσμὲν, οὐκ ἠνέσχετο· ἀλλὰ ἀπόντων ἡμῶν, καὶ σύνοδον ἐπικαλουμένων, καὶ κρίσιν ἐπιζητούντων, καὶ οὐκ ἀκρόασιν φευγόντων, ἀλλ' ἀπέχθειαν φανερὰν, καὶ κατηγόρους ἐδέχετο, καὶ τοὺς παρ' ἐμοῦ γενομένους [e] ἀκοινωνήτους ἔλυε, καὶ παρ' αὐτῶν ἐκείνων οὐδέπω τὰ ἐγκλήματα ἀποδυσαμένων λιβέλλους ἐλάμβανε, καὶ ὑπομνήματα ἔπραττε, ἅπερ ἅπαντα παρὰ θεσμὸν καὶ κανόνων ἀκολουθίαν ἦν. Τί δὲ δεῖ πολλὰ λέγειν; Οὐκ ἀπέστη πάντα ποιῶν, καὶ πραγματευόμενος, ἕως ἡμᾶς μετὰ δυναστείας καὶ αὐθεντίας πάσης καὶ τῆς πόλεως καὶ τῆς Ἐκκλησίας ἐξέβαλε, καὶ πρὸς ἑσπέραν βαθεῖαν, τοῦ δήμου παντὸς ἡμῖν ἐπισυρομένου. Ἑλκόμενος ὑπὸ τοῦ κουριώσου τῆς πόλεως ἐν μέσῃ τῇ πόλει, καὶ πρὸς βίαν συρόμενος κατηγόμην, καὶ εἰς πλοῖον ἐνεβαλλόμην, καὶ διὰ νυκτὸς ἔπλεον, ἐπειδὴ σύνοδον πρὸς δικαίαν ἀκρόασιν προεκαλούμην. Τίς ταῦτα ἀδακρυτὶ, κἂν λιθίνην [f] ἔχῃ καρδίαν, ἀκούσειεν; Ἀλλ' ἐπειδὴ, καθάπερ ἔφθην εἰπὼν, οὐ θρηνεῖν μόνον τὰ κακῶς γινόμενα, ἀλλὰ καὶ διορθοῦν δεῖ, παρακαλῶ τὴν ὑμετέραν ἀγάπην διαναστῆναι, καὶ συναλγῆσαι, καὶ πάντα ποιῆσαι, ὥστε στῆναι ταύτῃ τὰ κακά. Οὐδὲ γὰρ ἐνταῦθα τὰ τῆς παρανομίας αὐτοῖς κατέλυσεν, ἀλλὰ καὶ μετὰ ταῦτα τοῖς προτέροις ἐπαποδύετο. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ εὐσεβέστατος βασιλεὺς ἐπιπηδήσαντας αὐτοὺς τῇ ἐκκλησίᾳ ἀναισχύντως ἐξέβαλε, καὶ πολλοὶ τῶν παρόντων ἐπισκόπων ἰδόντες αὐτῶν τὴν παρανομίαν, [a] εἰς τὰς αὐτῶν ἀνεχώρησαν, τὴν ἔφοδον αὐτῶν ὥσπερ πυράν τινα πάντα ἐπινεμομένην φεύγοντες, ἡμεῖς μὲν πάλιν εἰς τὴν πόλιν ἐκαλούμεθα, καὶ εἰς τὴν Ἐκκλησίαν, ἧς ἀδίκως ἐξεβλήθημεν, ἐπισκόπων τε ἡμᾶς πλειόνων ἢ τριάκοντα εἰσαγόντων, καὶ τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως νοτάριον εἰς τοῦτο ἀποστείλαντος, ἐκεῖνος δὲ ἐδραπέτευσεν εὐθέως. Τίνος ἕνεκεν καὶ διὰ τί; Εἰσιόντες παρεκαλοῦμεν τὸν θεοφιλέστατον βασιλέα, σύνοδον συναγαγεῖν εἰς ἐκδικίαν τῶν γεγενημένων. Συνειδὼς τοίνυν ἅπερ ἔδρασε, καὶ τὸν ἔλεγχον δεδοικὼς, καὶ γραμμάτων βασιλικῶν πανταχοῦ διαπεμφθέντων, πάντοθεν πάντας συναγόντων, λάθρα μέσων νυκτῶν εἰς ἀκάτιον ἑαυτὸν ἐμβαλὼν, οὕτως ἀπέδρα τοὺς μεθ' ἑαυτοῦ πάντας ἐπαγόμενος.

magno studio anhelabat, ut perficeret ea quæ mente conceperat. Cum autem contestaremur paratos nos ad diluendum crimina, et ad innocentiam, sicut et innocentes sumus, declarandam coram centum vel mille episcopis, non assensit: sed licet absentes essemus, et ad synodum appellaremus, judiciumque requireremus, et non tribunal, sed manifestas inimicitias fugeremus, ipse tamen accusatores suscepit, excommunicatos a me absolvit, et ab illis, qui nondum se de suis purgaverant criminibus, libellos D accepit: et acta perscribi jussit, quæ omnia legibus et canonibus prohibita erant. Et quid opus est multa dicere? Non destitit omnia facere ac moliri, donec nos vi et potentia e civitate et Ecclesia ejiceret, etiam jam provecta vespera, et universo populo nos prosequente. Tractus igitur vi et abductus a Curioso urbis in media civitate, et in navim conjectus, per noctem navigavi, eo quod ad synodum et justum judicium provocaram. Quis hæc sine lacrymis, etiamsi cor lapideum habeat, audiret? Verum quia, sicut E prius dixi, ea quæ perperam fiunt, non solum deploranda, sed et corrigenda sunt: ideo caritatem vestram obsecro, ut provocetur ad condolendum, faciendumque omnia, quo mala hæc sistantur. Neque enim hic facinorum illis finis, 518 A sed ad priora adjecerunt et alia. Nam postquam eos qui ecclesiam impudenter invaserant, piissimus Imperator ejecit, et multi episcopi, qui aderant, cognoscentes iniquitatem et invasionem illorum, quasi incendium depascens omnia, fugientes, in suas regiones concesserunt, nosque iterum in urbem et in Ecclesiam, a qua injuste ejecti eramus, vocati sumus, inducentibus nos episcopis super triginta, et notario ab Imperatore piissimo in hoc misso, ille statim aufugit. Cur et qua de causa? Eo quod ingressi mox obsecrabamus religiosissimum Imperatorem, ut B concilium cogeret, quo facta hæc punirentur. Male igitur conscius sibi, et reprehensionem pertimescens, cum Imperatoris literæ in omnia loca mitterentur et undecumque omnes congregarent, occulte, mediaque nocte ipse cum suis omnibus conscensa navi elapsus est.

Chrysostomus a priore exsilio redux.

[e] Quidam Mss. *ἀκοινωνήτους ἔλυσε.* Palladius *καὶ τοὺς παρ' ἐμοῦ δεδεμένους ἔλυσε.* Paulo post, *λιβέλλους ἐλάμβανε*, *libellos accepit.* Vox frequens apud Græcos præsertim medii ævi, quæ ut plurimum significat libellum accusationes complectentem. Vide Cangium in Glossario Græco. De Curioso, quod officium erat sat frequenter memoratum, egimus in Edit. Athanasii p. 190. Curiosi erant ii quibus cura incumbebat crimina et quælibet perpetrata facinora indagandi, reosque ad Imperatorem deferendi ac denuntiandi. Ibi vide sis.

[f] Tres Mss. *ἔχῃ διάνοιαν.*

[a] Unus cum Palladio *εἰς τὰ ἑαυτῶν*: tres Mss. *εἰς τὰς ἑαυτῶν πατρίδας.* Editi *εἰς τὰς ἑαυτῶν ἀνεχ.*

3. Porro nos, utpote conscientiæ nostræ fidentes, non propterea destitimus, sed eadem iterum a religiosissimo Imperatore petivimus. Qui et pro sua pietate missis ad illum nuntiis, eum, et omnes qui cum eo erant, ex Ægypto vocavit, ut rationem factorum redderent: neque putarent ea quæ ipsi una solum præsente parte, nobisque absentibus contra canones injuste attentarant, esse sibi ad purgationem satis. At regiis literis ille non obtemperavit, sed domi mansit, prætexens seditionem populi, studium nimirum quorumdam intempestivum, qui ei favebant; tametsi populus illic quoque ante literas conviciis eum innumeris prosciderat. Verum hæc nunc exacte prosequi nolumus, sed hæc tantum idcirco diximus, ut eum in nefariis conatibus deprehensum ostenderemus. Itaque nos non quievimus, sed in hoc incubuimus, orantes Imperatorem, ut haberetur judicium, in quo agere et respondere liceret: dicebamus enim nos paratos ad ostendendum nos non esse reos, sed illos legum extremos transgressores. Erant autem relicti hic Syri, qui cum eo affuerant, et cum illo communiter omnia fecerant; ad hos accessimus, ad dandam rationem parati, atque super ea re sæpe eos interpellavimus, obsecrantes ut dignarentur nobis libellos et accusationum acta dare, vel genus criminum, vel accusatores ipsos significare: verum nihil horum impetravimus, sed iterum ex Ecclesia ejecti sumus. Quomodo quæ tunc gesta sunt, et omnem excedunt tragœdiam, enarraverim? quis ea sermo explicabit? quæ auris sine horrore percipiet? Cum enim illa quæ dixi prætenderemus, ipso magno sabbato collecta manus militum, ad vesperam diei in ecclesias ingressa, clerum omnem qui nobiscum erat vi ejecit, et armis sanctuarium undique obsedit. Mulieres quoque sacrarum ædium, quæ per illud tempus se exuerant, ut baptizarentur, metu gravis istius incursus nudæ aufugerunt; neque enim concedebatur ut se velarent, sicut mulieres honestas decet; multæ etiam acceptis vulneribus ejiciebantur, et sanguine implebantur piscinæ, et cruore sacri latices rubescebant. Neque hic rerum finis erat. Nam et locum, in quo sancta condita servabantur, ingressi sunt milites, quorum aliquos scimus nullis initiatos mysteriis, et viderunt omnia quæ intus erant. Quin et san-

Violenta irruptio in ecclesiam.

Ἀλλ' ἡμεῖς οὐδὲ οὕτως ἔστημεν, διὰ τὸ τῷ συνειδότι θαῤῥεῖν τῷ ἡμετέρῳ, τὰ αὐτὰ πάλιν παρακαλοῦντες τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα. Ὃς καὶ πρεπόντως αὐτοῦ ποιῶν τῇ εὐσεβείᾳ, ἔπεμψε πρὸς αὐτὸν πάλιν καλῶν αὐτὸν ἐξ Αἰγύπτου, καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ πάντας, ὥστε δοῦναι λόγον τῶν γεγενημένων, [b] καὶ μὴ τὰ ἀδίκως οὕτως ἐκ μιᾶς μοίρας, καὶ ἀπόντων ἡμῶν C τολμηθέντα, καὶ παρὰ τοσούτους κανόνας, νομίζειν ἀρκεῖν εἰς ἀπολογίαν ἑαυτῷ. Ὁ δὲ οὐδὲ τῶν βασιλικῶν ἠνέσχετο γραμμάτων, ἀλλ' ἔμενεν οἴκοι, προβαλλόμενος στάσιν τοῦ δήμου, καὶ σπουδὴν ἄκαιρόν τινων δῆθεν ἀντεχομένων αὐτοῦ· καίτοι γε πρὸ τῶν γραμμάτων τῶν βασιλικῶν αὐτὸς οὗτος ὁ δῆμος μυρίαις [c] αὐτὸν ἦν πλύνας λοιδορίαις. Ἀλλ' οὐ ταῦτα περιεργαζόμεθα νῦν, ἀλλ' ἐκεῖνο δεῖξαι βουλόμενοι, ὅτι κακουργῶν ἀπελήφθη, ταῦτα εἰρήκαμεν. Πλὴν οὐδὲ μετὰ ταῦτα ἡμεῖς ἡσυχάσαμεν, [d] ἀλλ' ἐπεκείμεθα ἀξιοῦντες δικαστήριον γενέσθαι κατὰ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν· ἕτοιμοι γὰρ εἶναι ἐλέγομεν δεῖξαι ἑαυτούς D τε ἀνευθύνους ὄντας, ἐκείνους δὲ τὰ ἔσχατα παρανομήσαντας. Καὶ γὰρ ἦσάν τινες Σύροι τῶν ποτε μετ' αὐτοῦ παρόντων, ἐνταῦθα ἀπολειφθέντες, [e] οἳ κοινῇ μετ' αὐτοῦ τὸ πᾶν ἔδρασαν· καὶ προσίεμεν ἕτοιμοι δικάζεσθαι, καὶ πολλάκις ἠνωχλήσαμεν ὑπὲρ τούτου, ἀξιοῦντες τὰ ὑπομνήματα ἡμῖν δοθῆναι, ἢ λιβέλλους κατηγοριῶν, ἢ φύσιν ἐγκλημάτων γνωρισθῆναι, ἢ αὐτοὺς τοὺς κατηγόρους· καὶ οὐδενὸς τούτων τετυχήκαμεν, ἀλλὰ πάλιν ἐξεβλήθημεν τῆς Ἐκκλησίας. Πῶς ἂν τὰ ἐντεῦθεν διηγησαίμην λοιπὸν πᾶσαν ὑπερβαίνοντα τραγῳδίαν; τίς ταῦτα παραστήσει λόγος; ποία E χωρὶς φρίκης δέξεται ἀκοή; Ἡμῶν γὰρ αὐτὰ, καθάπερ ἔμπροσθεν εἶπον, προτεινόντων, ἀθρόον στρατιωτῶν πλῆθος αὐτῷ τῷ μεγάλῳ σαββάτῳ, πρὸς ἑσπέραν λοιπὸν τῆς ἡμέρας [f] ἐπειγομένης, ταῖς ἐκκλησίαις ἐπεισελθόντες, τὸν κλῆρον ἅπαντα τὸν σὺν ἡμῖν πρὸς βίαν ἐξέβαλον, καὶ ὅπλοις τὸ βῆμα περιεστοίχιστο. Καὶ γυναῖκες τῶν εὐκτηρίων οἴκων πρὸς τὸ 519 βάπτισμα ἀποδυσάμεναι κατ' αὐτὸν τὸν καιρὸν γυ- A μναὶ ἔφυγον ὑπὸ τοῦ φόβου τῆς χαλεπῆς ταύτης ἐφόδου, οὐδὲ τὴν πρέπουσαν γυναιξὶν εὐσχημοσύνην συγχωρούμεναι περιθέσθαι· πολλαὶ δὲ καὶ τραύματα δεξάμεναι ἐξεβάλλοντο, καὶ αἵματος αἱ κολυμβῆθραι ἐπληροῦντο, καὶ τὰ ἱερὰ ἀπὸ τῶν αἱμάτων ἐφοινίσσετο νάματα. Καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα εἱστήκει τὸ δεινόν. Ἀλλ' ἔνθα τὰ ἅγια ἀπέκειντο εἰσελθόντες οἱ στρατιῶται, ὧν ἔνιοι, καθ' ὡς ἔγνωμεν, ἀμύητοι ἦσαν, πάντα τε ἑώρων τὰ ἔνδον, καὶ τὸ ἁγιώτατον αἷμα τοῦ Χριστοῦ, ὡς ἐν τοσούτῳ θορύβῳ, εἰς τὰ τῶν προ-

[b] Duo καὶ μετὰ ἀδικίας.

[c] Duo Mss. αὐτὸν ἔβαλε λοιδορίαις.

[d] Tres Mss. ἀλλ' ἐπεθέμεθα ἀξιοῦντες. Infra ἐλέγομεν deest in tribus Mss.

[e] Omnes Mss. uno excepto οἱ καὶ μετ' αὐτοῦ. Infra tres Mss. ἢ λιβέλλλους κατηγόρων, et sic etiam Palladius.

[f] Sic Mss. pene omnes. Editi male ἐπιγινομένης. Hic locus affertur a Nicephoro Call lib. 13, cap. 49.

εἰρημένων στρατιωτῶν ἱμάτια ἐξεχεῖτο· καὶ ὡς ἐν αἰχμαλωσίᾳ βαρβαρικῇ πάντα ἐτολμᾶτο. Καὶ ὁ δῆμος πρὸς τὴν ἐρημίαν ἠλαύνετο, καὶ πᾶς ὁ λαὸς ἔξω τῆς B πόλεως διέτριβε, καὶ κεναὶ ἐν ἑορτῇ τοιαύτῃ τῶν λαῶν αἱ ἐκκλησίαι ἐγίνοντο, καὶ πλείους ἢ τεσσαράκοντα ἐπίσκοποι οἱ κοινωνοῦντες ἡμῖν μετὰ τοῦ λαοῦ καὶ τοῦ κλήρου εἰκῇ καὶ μάτην ἠλαύνοντο· [a] καὶ ὀλολυγαὶ, καὶ θρῆνοι, καὶ πηγαὶ δακρύων πανταχοῦ κατὰ τὰς ἀγορὰς, κατὰ τὰς οἰκίας, κατὰ τὰς ἐρημίας, [b] καὶ πᾶν τῆς πόλεως μέρος τῶν συμφορῶν ἐπληροῦτο τούτων· διὰ γὰρ τὴν ὑπερβολὴν τῆς παρανομίας οὐχ οἱ πάσχοντες μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ μηδὲν τοιοῦτον ὑπομένοντες συνήλγουν ἡμῖν, οὐχ οἱ ὁμόδοξοι μόνον, ἀλλὰ καὶ αἱρετικοὶ, καὶ Ἰουδαῖοι καὶ Ἕλληνες, καὶ ὡς τῆς πόλεως κατὰ κράτος ἁλούσης, C οὕτως ἐν θορύβοις καὶ ταραχαῖς καὶ ὀλολυγαῖς ἅπαντα ἦν. Καὶ ταῦτα ἐτολμᾶτο παρὰ γνώμην τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως, νυκτὸς καταλαβούσης, ἐπισκόπων αὐτὰ κατασκευαζόντων, καὶ πολλαχοῦ στρατηγούντων, οἳ οὐκ ᾐσχύνοντο [*] καμπιδούκτορας ἀντὶ διακόνων προηγουμένους ἔχοντες. Ἡμέρας δὲ γενομένης, πᾶσα ἡ πόλις ἔξω τῶν τειχῶν μετῳκίζετο ὑπὸ δένδρα καὶ νάπας, καθάπερ πρόβατα διεσπαρμένα τὴν ἑορτὴν ἐπιτελοῦντες.

Ἔξεστιν ὑμῖν τὰ ἐντεῦθεν λογίσασθαι λοιπὸν ἅπαντα· ὥσπερ γὰρ ἔφθην εἰπὼν, οὐχ οἷόν τε πάντα ἐπελθεῖν τῷ λόγῳ καθ' ἕκαστον γινόμενα. Τὸ δὴ χα- D λεπὸν, ὅτι τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα κακὰ οὐδέπω καὶ νῦν λύσιν ἔλαβεν, ἀλλ' οὐδὲ ἐλπίδα λύσεως· [c] ἀλλ' ἐκτείνεται καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὸ δεινὸν, καὶ γέλως γεγόναμεν τοῖς πολλοῖς· μᾶλλον δὲ γελᾷ μὲν οὐδεὶς, κἂν μυριάκις παράνομος ᾖ, θρηνοῦσι δὲ πάντες, ὅπερ ἔφην, τὸν κολοφῶνα τῶν κακῶν, τὴν καινὴν ταύτην παρανομίαν. Τί ἄν τις εἴποι τὰς τῶν λοιπῶν Ἐκκλησιῶν ταραχάς; Οὐδὲ γὰρ ἐνταῦθα ἔστη τὸ κακὸν, ἀλλὰ καὶ μέχρι τῆς ἕω ἔφθασε. Καθάπερ γὰρ ἀπὸ κεφαλῆς πονηροῦ ῥεύματος ἐκχυθέντος, τὰ λοιπὰ διαφθείρεται μέρη, οὕτω δὴ καὶ νῦν ὥσπερ ἐκ πηγῆς τῆς E μεγάλης ταύτης πόλεως τῶν κακῶν ἀρξαμένων, ὁδῷ

ctissimus Christi sanguis, sicut in tali tumultu contingit, in prædictorum militum vestes effusus est, fiebantque quasi in barbarica captivitate omnia. Vulgus enim in solitudinem fugabatur, multitudo omnis extra civitatem versabatur, erantque in tanto festo vacuæ populo ecclesiæ, et plures quam quadraginta episcopi, qui nobis communicarant, cum populo et clero sine causa fugabantur : et ob prodigiosa flagitia, ubique per fora, per domos, per solitudines, per omnes civitatis partes, omnia lamentis, ejulatibus, et fontibus lacrymarum plena erant : ut non modo qui affligebantur, sed et qui nihil tale patiebantur, et non solum qui nostræ fidei erant, sed et hæretici, et Judæi, et gentiles, ob sceleris atrocitatem nobiscum dolerent, et quasi per vim capta civitate, tumultu, trepidatione ac planctu plena erant omnia. Talia ausi sunt præter sententiam piissimi Imperatoris, nocte multa, episcopis hæc instruentibus, et multis in locis ordines ducentibus, nec erubescentibus, quod pro diaconis campiductores præeuntes haberent. Ubi vero illuxit dies, omnis civitas extra muros sub arbores et in nemora emigravit, ibi festum diem celebrans, quasi oves dispersæ.

4. Licet vobis ex his et cætera omnia pensare : nam omnia quæ facta sunt sigillatim sermone complecti, ut dixi, impossibile est. Est autem et hoc perquam molestum, quod talia tantaque mala nullum adhuc finem accipiant, neque spes sit ea finem habitura ; sed augentur in dies magis ac magis, nosque plerisque ridiculi facti sumus ; imo ridet nullus, etiam si valde sit perversus ; lugent autem omnes propter extremam et inauditam hanc malitiam, malorum facile colophonem. Quis vero reliquarum Ecclesiarum perturbationes eloqui possit? Non enim hic cessavit hoc malum, sed usque ad Orientem pervenit. Nam sicut a capite malis humoribus defluentibus, reliqua membra corrumpuntur : ita nunc

Perturbatio rei ecclesiasticæ in Oriente.

[a] Mss pene omnes ὀλολυγαὶ καὶ οἰμωγαὶ καὶ κωκυτοὶ καὶ θρῆνοι.

[b] [Morel. et Montf. καὶ κατὰ πᾶν... Interpres legisse videtur καὶ κατὰ πᾶν τ. π. μ. πάντα τ. σ. ἐ. τ. Delevimus illud κατά cum Savil.]

[*] Καμπιδούκτορας. Campiductores ii erant qui exercitiis militaribus præerant, quique tirones docebant, ut ait Vegetius l. 1, cap. 13. Hæc vox occurrit etiam apud Lampridium in Severo, c. 53 : *Certe Campiductores vestri hanc vos docuerunt contra Sarmatas*, etc. Ubi restituendum putat Salmasius, *Campidoctores*, sed vox *Campiductores* hoc Chrysostomi exemplo firmatur : tria item profert exempla Cangius in Glossario Græco ex Leonis Imp. Tacticis, ubi semper Καμπιδούκτωρ legitur. Sic etiam Ammianus Marcellinus l. 19. Videtur Salmasius *Campidoctorem* malle, quia Vegetius supra allato loco et in duobus aliis Campidoctorem legit. Verum monet Stewechius ad singula loca Campiductorem legendum esse, et ad lib. III, cap. 6, addit sic in membranis haberi. Attamen exempla duo præfert Gruterus in Thesauro, ubi Campidoctor legitur.

[c] Tres Mss. et Palladius ἀλλ' ἐπιτείνεται. Edit. ἀλλ' ἐκτείνεται.

quoque tumultus, qui in hac magna civitate cœperunt, quasi ex fonte in omnia loca sensim effluunt, et clerici ubique in episcopos insurgunt, et
520
A episcopi ab episcopis, et populi a populis scissi sunt, et alii propediem scindentur, et exspectatur ubique malorum partus, orbisque totius subversio. Igitur, domini mei maxime venerandi et pii, cum hæc ita se habere didiceritis, studium vestrum et magnam diligentiam adhibete, quo retundatur hæc quæ in Ecclesias irrupit iniquitas. Quippe si mos hic invaluerit, et fas fuerit cuivis in alienam parœciam irrumpere, idque ex tantis intervallis, et ejicere quos voluerit, et auctoritate propria quæque pro libidine sua facere, scitote quod brevi transibunt omnia, et totus or-
B bis premetur bello inexpiabili, omnibus ejectis, et omnes ejicientibus. Quapropter ne confusio hæc omnem quæ sub cælo est nationem invadat, obsecro ut scribas quod hæc tam inique facta, et ab una solum parte absentibus nobis, et non declinantibus judicium, non habent robur, sicut neque sua natura habent: illi autem qui adeo inique egisse deprehensi sunt, pœnæ ecclesiasticarum legum subjaceant: nobis vero, qui nec convicti, nec redarguti, nec habiti ut rei sumus, literis vestris et caritate vestra, aliorumque
C omnium, quorum scilicet et antea societate fruebamur, frui concedite. Si autem adversarii nostri, qui ita inique egerunt, adhuc fingunt crimina quædam propter quæ nos injuste ejecerunt, non datis nobis actis, neque libellis, neque manifestatis accusatoribus: si dentur judices incorrupti, agemus, et tuebimur etiam nos libenter causam, monstrabimusque nos non esse reos eorum quæ nobis objiciunt, sicut et plane innoxii sumus: et contra quæ ab ipsis facta contra omnem sunt ordinem, contra omnes leges, con-
D tra omnes ecclesiasticos canones. Et quid dico canones ecclesiasticos? Neque in gentilium judiciis, neque in barbarorum tribunalibus talia attentata sunt umquam: imo vero neque Scythæ, neque Sauromatæ umquam judicarunt, judicium dandum uni parti, absente ea quæ accusatur, et vitante non judicium, sed inimicitias, et invocante multa millia judicum, et protestante coram toto orbe declaraturam se non esse ream, depulsuramque crimina, et ostensu-

τὰ τῶν θορύβων πανταχοῦ προέβη, [d] καὶ κλῆροι πανταχοῦ ἐπανέστησαν ἐπισκόποις, καὶ ἐπίσκοποι ἐπι-
520
σκόπων, καὶ λαοὶ μὲν λαῶν διεσχίσθησαν, οἱ δὲ μέλ-
A λουσι, καὶ πανταχοῦ τῶν κακῶν ὠδῖνες, καὶ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης ἀνατροπή. Μαθόντες τοίνυν ἅπαντα, κύριοί μου τιμιώτατοι καὶ εὐλαβέστατοι, τὴν προσήκουσαν ὑμῖν ἀνδρείαν καὶ σπουδὴν ἐπιδείξασθε, ὥστε παρανομίαν τοσαύτην ἐπεισελθοῦσαν ταῖς Ἐκκλησίαις [a] ἀναστεῖλαι. Εἰ γὰρ τοῦτο κρατήσειε τὸ ἔθος, καὶ ἐξὸν γένηται τοῖς βουλομένοις εἰς τὰς ἀλλοτρίας ἀπιέναι παροικίας ἐκ τοσούτων διαστημάτων, καὶ ἐκβάλλειν οὓς ἂν ἐθέλοι τις, κατ' ἐξουσίαν ἰδίαν [b] πράττειν, ἅπερ ἂν ἐθέλωσιν, ἴστε ὅτι πάντα οἰχήσεται, καὶ πόλεμός τις ἀκήρυκτος πᾶσαν ἐπιδραμεῖται τὴν οἰκου-
B μένην, πάντων πάντας βαλλόντων καὶ βαλλομένων. Ἵνα οὖν μὴ τοσαύτη σύγχυσις καταλάβῃ τὴν ὑφ' ἥλιον πᾶσαν, ἐπιστεῖλαι [c] παρακλήθητε τὰ μὲν οὕτω παρανόμως γεγενημένα ἀπόντων ἡμῶν, καὶ ἐκ μιᾶς μοίρας, καὶ οὐ παραιτησαμένων κρίσιν, μηδεμίαν ἔχειν ἰσχὺν, ὥσπερ οὖν οὐδὲ ἔχει [d] τῇ οἰκείᾳ φύσει· τοὺς δὲ τοιαῦτα παρανομήσαντας ἐλεγχομένους τῷ ἐπιτιμίῳ ὑποβάλλεσθαι τῶν ἐκκλησιαστικῶν νόμων· ἡμᾶς δὲ τοὺς οὐχ ἁλόντας, οὐκ ἐλεγχομένους, οὐκ ἀποδειχθέντας ὑπευθύνους, τῶν γραμμάτων τῶν ὑμετέρων δότε ἀπολαύειν συνεχῶς, καὶ τῆς ἀγάπης, καὶ
C πάντων τῶν ἄλλων, ὧνπερ καὶ ἔμπροσθεν. Εἰ δὲ βούλοιντο καὶ νῦν οἱ τὰ τοιαῦτα παρανομήσαντες ἐγκλήματα γυμνάζειν, ἐφ' οἷς ἡμᾶς ἀδίκως ἐξέβαλον, ὑπομνημάτων ἡμῖν οὐ δοθέντων, οὐ λιβέλλων, οὐ κατηγόρων φανέντων· δικαστηρίου καθίσαντος ἀδεκάστου, καὶ δικασόμεθα, καὶ ἀπολογησόμεθα, καὶ ἀποδείξομεν ἑαυτοὺς ἀνευθύνους τῶν ἐπαγομένων ἡμῖν, ὥσπερ οὖν καὶ ἐσμέν· τὰ γὰρ νῦν γεγενημένα παρ' αὐτῶν πάσης ἐκτός ἐστιν ἀκολουθίας, καὶ παντὸς νόμου καὶ κανόνος ἐκκλησιαστικοῦ. Καὶ τί λέγω κανόνος ἐκκλησιαστικοῦ; Οὐδὲ ἐν τοῖς ἔξω μὲν οὖν
D δικαστηρίοις τοιαῦτα ἐτολμήθη ποτὲ, μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἐν βαρβαρικῷ δικαστηρίῳ, οὐδὲ Σκύθαι, οὐδὲ Σαυρομάται οὕτως ἄν ποτε ἐδίκασαν ἐκ μιᾶς μοίρας κρίναντες, ἀπόντος τοῦ αἰτιωμένου, παραιτουμένου οὐ κρίσιν, ἀλλ' ἀπέχθειαν, καλοῦντος δικαστὰς μυρίους, ἀνεύθυνον ἑαυτὸν εἶναι λέγοντος, καὶ τῆς οἰκουμένης παρούσης ἀποδύσασθαι τὰς αἰτίας, καὶ δεῖξαι ἑαυτὸν ἐν ἅπασιν ἀθῶον ὄντα. Ταῦτα οὖν πάντα λογισάμενοι, καὶ παρὰ τῶν κυρίων μου τῶν εὐλαβεστάτων ἀδελφῶν ἡμῶν τῶν ἐπισκόπων σαφέστερον ἅπαντα μαθόντες, τὴν παρ' ἑαυτῶν ἡμῖν εἰσενεγκεῖν σπουδὴν

d Alii *καὶ κλῆροι πολλαχοῦ ἐπανέστησαν, ἐπίσκοποι ἐπισκόποις, καὶ λαοὶ διεσχίσθησαν.* Palladius *καὶ κληρικοί.*

a Duo Mss. *ἀναστείλητε.* Palladius *ἀποστεῖλαι.*

b Quatuor Mss. *πράττοντας.* Palladius *πράττοντες.*

c Editi *παρακλήθητι*, tres Mss. *παρακλήθητε*, recte, nam plurimos alloquitur. Palladius *παρακαλῶ.*

d Sic omnes Mss. recte: Editi *τὴν οἰκείαν φύσιν.*

παρακλήθητε. Οὕτω γὰρ οὐχ ἡμῖν μόνοις χαριεῖσθε, ἀλλὰ καὶ τῷ κοινῷ τῶν Ἐκκλησιῶν, καὶ τὸν παρὰ τοῦ Θεοῦ λήψεσθε μισθὸν, [c] τοῦ διὰ τὴν τῶν Ἐκκλησιῶν εἰρήνην πάντα ποιοῦντος. Διηνεκῶς ἐῤῥωμένος ὑπερεύχου μου, δέσποτα τιμιώτατε καὶ ὁσιώτατε.

ram suam in omnibus innocentiam. Hæc igitur omnia cum ita se habere intellexeritis a dominis meis piissimis fratribus nostris episcopis, obsecro ut præstetis id quod petent officii. Quo non solum nobis gratificabimini, sed et Ecclesiarum universitati, mercedemque accepturi estis a Deo, qui nihil non propter Ecclesiarum pacem facere dignatur. Semper vale, et ora pro me, domine reverendissime et sanctissime.

[c] Apud Palladium epistola sic desinit: πάντα ποιοῦντος; διηνεκῶς. ἐγράφη δὲ αὕτη καὶ πρὸς Βενέριον ἐπίσκοπον Μεδιολάνου, καὶ Χρωμάτιον ἐπίσκοπον Ἀκυληγίας: *Hæc etiam scripta est ad Venerium episcopum Mediolani, et ad Chromatium Aquileiæ episcopum.* Utramque epistolam infra habes ad Venerium, nempe Mediolanensem, et ad Chromatium Aquileiensem.

---

[a] ΙΝΝΟΚΕΝΤΙῼ, ΕΠΙΣΚΟΠῼ ΡΩΜΗΣ,

Ἰωάννης ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

Τὸ μὲν σῶμα ἡμῖν ἐν ἑνὶ ἵδρυται χωρίῳ, τῆς δὲ ἀγάπης τὸ πτερὸν πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης περιίπταται. Ὅταν καὶ ἡμεῖς ὁδοῦ τοσούτῳ διῳκισμένοι μήκει, πλησίον τῆς εὐλαβείας ὑμῶν ἐσμεν, καὶ καθ' ἑκάστην [b] ὑμῖν συγγινόμεθα τὴν ἡμέραν, ὀφθαλμοῖς τοῖς ἐκείνης βλέποντες ὑμῶν τὴν ἀνδρείαν τῆς ψυχῆς, τὸ γνήσιον τῆς διαθέσεως, τὸ στεῤῥὸν, τὸ ἀπερίτρεπτον, τὴν πολλὴν ὑμῶν παράκλησιν καὶ διαρκῆ καὶ μόνιμον. Ὅσῳ γὰρ τὰ τῶν κυμάτων ἐπὶ πλεῖον αἴρεται, καὶ πλείους ὕφαλοι καὶ σπιλάδες φύονται, καὶ πολλαὶ αἱ καταιγίδες, τοσούτῳ καὶ τὰ τῆς ἀγρυπνίας αὔξει τὰ τῆς ὑμετέρας· καὶ οὐχ ὁδοῦ μῆκος τοσοῦτον, οὐ χρόνου πλῆθος, οὐ δυσκολία πραγμάτων ὑπτίους γενέσθαι ὑμᾶς παρεσκεύασεν· ἀλλὰ μένετε μιμούμενοι τοὺς ἀρίστους τῶν κυβερνητῶν, οἳ τότε μάλιστα διεγείρονται, ὅταν ἴδωσι τὰ κύματα κορυφούμενα, τὴν θάλατταν ἐπὶ μεῖζον φερομένην, πολὺν τῶν ὑδάτων τὸν πάταγον, βαθυτάτην ἐν ἡμέρᾳ νύκτα. Διὸ καὶ χάριτας ὑμῖν ἴσμεν πολλὰς, καὶ ἐπιθυμοῦμεν καὶ νιφάδας ὑμῖν πέμπειν γραμμάτων, ἡμῖν αὐτοῖς τὰ μέγιστα χαριζόμενοι. Ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτο ἀφῃρήμεθα παρὰ τῆς τοῦ τόπου ἐρημίας· οὐδὲ γὰρ μόνον * τῶν ἐκεῖσε ἀφικνουμένων, ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς οἰκουμένῃ διατριβόντων, δύναιτ' ἄν τις ῥᾳδίως ἡμῖν συγγενέσθαι, διά τε τὸ πόῤῥω καὶ πρὸς αὐτὰς τὰς ἐσχατιὰς κεῖσθαι τὸ χωρίον ἐν ᾧ καθείργμεθα, καὶ διὰ τὸν ληστρικὸν φόβον πᾶσαν ἀποτειχίζοντα τὴν ὁδόν· παρακαλοῦμεν ἐλεεῖν μᾶλλον ἡμᾶς τῆς μακρᾶς σιγῆς, ἢ

INNOCENTIO, EPISCOPO ROMÆ,

Joannes in Domino salutem.

Corpus quidem nostrum uno tantum loco tenetur; caritatis autem ala in universo orbe circumvolitat. (Scripta anno ut putatur 406.) Proinde licet tanta itineris intercapedine separati simus, a pietate tamen vestra non absumus, sed quotidie vobis præsentes sumus: caritatis enim oculis videmus vestram illam fortitudinem, sincerum affectum, constantiamque non mutabilem, consolationemque illam magnam, perpetuam, atque stabilem, quam nobis affertis. Quanto enim fluctus extolluntur sublimius, et plures latent scopuli, vehementioresque sunt tempestates, tanto magis vigilantia vestra augetur: neque vos tanta viæ prolixitas, neque tantum temporis intervallum, neque rerum difficultates segniores reddiderunt: sed perseveranter imitamini optimos gubernatores, qui tunc maxime vigiles sunt, cum excitari fluctus, mare intumescere et multum aquarum fragorem, profundissimamque interdiu noctem ingruere vident. Eapropter et gratias vobis habemus multas, et desideramus quidem ad vos dare crebras litteras, id quod nobis maximo foret solatio. Verum quia nobis hoc denegat solitudo hujus loci, neque facile ad nos pervenire valent, non modo qui istuc pergunt, sed nec ii qui in vicino habitant, tum quod longe distet, atque extremis finibus locus iste situs sit, in quo residemus, tum quod latrones vias illas undique ob-

[a] Collata cum Fabric., Vatic. et Regio uno.

[b] Hæc, ὑμῖν συγγινόμεθα τὴν, desunt in Fabric.

* Hic suspicatur legendum Fronto Ducæus τῶν ἐκεῖθεν ἀφικνουμένων, *qui istinc veniant.* Certe locus vix potest alio modo quadrare.

sideant : precamur ut diuturnum silentium nostrum efficiat, ut magis nobis condoleatis, quam ut nos reos putetis negligentiæ. Quod enim non ex incuria silentium ortum sit, vel inde liquet, quod post longum temporis spatium venerabilem et dilectum Joannem presbyterum, Paulumque diaconum nacti, et scribendi et gratias vobis agendi finem non faciamus, quia paterna majorem erga nos benevolentiam declarastis. Nam quantum in vestra pietate situm fuit, jam res omnes sedatæ et emendatæ, et sublata omnia scandala fuissent, gauderentque Ecclesiæ tran- E
quilla et sincera pace : et essent plane secunda omnia, ac contemtæ leges violatæque patrum constitutiones vindicatæ forent. At quoniam reipsa nihil tale contigit, cum ii qui priora aggressi sunt, novis ea sceleribus cumulare contendant : nolo equidem omnia, quæ interim gesta sunt, sigillatim recensere, quandoquidem non solum epistolæ, sed et historiæ modum transcenderet narratio; cæterum vestram oro vigilantiam, ut licet illi omnia tumultibus impleverint, laboraverintque morbis incurabilibus, et pœnitentiæ non capacibus, cum tamen curare morbos illo- 522
rum statueritis, malis ne cedatis, neve animum A
despondeatis, considerata tanti operis magnitudine. Certamen enim illud ferme pro toto orbe est, pro Ecclesiis dejectis atque prostratis, pro populis dispersis, pro clero divexato, pro episcopis exsulibus, pro constitutionibus patrum violatis. Et idcirco iterum atque iterum, et sæpius vestram oramus diligentiam, ut quanto major est tempestas, tanto majus adhibeatur studium. Exspectemus quidem futurum, ut res aliquanto amplius corrigantur. Quod si minus fiet, vos vestram coronam paratam apud miseri- B
cordem Deum habetis : et hi, qui injuria afficiuntur, consolationem ex fervore caritatis vestræ non parvam accipient : nam et nos tertium nunc annum in exsilio versantes, in fame, peste, bello, continuis obsidionibus, solitudine incredibili, quotidiana morte, et Isauricis gladiis, non mediocriter consolantur stabilis et constans vester affectus ac fiducia, mirificeque oblectatur benefica et sincera vestra caritas. Hic noster murus, hæc securitas, hic portus absque fluctibus, hic innumerorum bonorum thesaurus, hæc lætitiæ mirificæque voluptatis causa est. Etsi in desola- C

ῥαθυμίαν ἐντεῦθεν καταγινώσκειν ἡμῶν. Ὅτι γὰρ οὐχ ὀλιγωροῦντες ἐσιγήσαμεν, ἐπιλαβόμενοι διὰ πολλοῦ τοῦ χρόνου νῦν τοῦ τιμιωτάτου καὶ ἀγαπητοῦ Ἰωάννου τοῦ πρεσβυτέρου, καὶ Παύλου τοῦ διακόνου, καὶ γράφομεν, καὶ εὐχαριστοῦντες ὑμῖν οὐ διαλιμπάνομεν, ὅτι πατέρας φιλοστόργους ἀπεκρύψατε τῇ περὶ ἡμᾶς εὐνοίᾳ τε καὶ σπουδῇ. Καὶ τὸ μὲν εἰς τὴν εὐλάβειαν ἧκον τὴν ὑμετέραν, τὴν προσήκουσαν διόρθωσιν εἰλήφεν ἅπαντα, καὶ ὁ φορυτὸς τῶν κακῶν καὶ τὰ σκάνδαλα ἀνῄρηται, καὶ αἱ Ἐκκλησίαι εἰρήνης ἀπήλαυσαν, καὶ λευκῆς γαλήνης, καὶ πάντα κατὰ ῥοῦν φέρεται, καὶ καταφρονηθέντες [c] ἐξεδικήθησαν νόμοι, καὶ θεσμοὶ πατέρων παραβαθέντες. Ἐπειδὴ δὲ ἐπὶ τῶν ἔργων αὐτῶν οὐδὲν τούτων γέγονε, τῶν τὰ πρότερα τολμησάντων τοῖς προτέροις ἐπαγωνιζομένων ἔτι παρανομήμασιν, ἅπαντα μὲν τὰ παρ' αὐτῶν μετὰ ταῦτα γεγενημένα καθ' ἕκαστον [d] διηγήσασθαι παρίημι· καὶ γὰρ ἱστορίας ὑπερβαίνει μέτρον, οὐκ ἐπιστολῆς μόνον, ἡ διήγησις· ἐκεῖνο δὲ παρακαλῶ τὴν ἄγρυπνον ὑμῶν ψυχὴν, κἂν οἱ πάντα θορύβων ἐμπλήσαντες ἀμετανόητα νοσῶσι καὶ ἀνίατα, αὐτοὺς τοὺς θεραπεῦσαι αὐτὰ ἑλομένους μὴ περικακῆσαι, μηδὲ ἀπαγορεῦσαι, τὸ μέγεθος τοῦ κατορθώματος ἐννοήσαντας. Καὶ γὰρ ὑπὲρ τῆς οἰκουμένης σχεδὸν ἁπάσης ὁ παρὼν ὑμῖν ἀγὼν πρόκειται, ὑπὲρ Ἐκκλησιῶν εἰς γόνυ κατενεχθεισῶν, ὑπὲρ λαῶν διασπαρέντων, ὑπὲρ κλήρων πολεμουμένων, ὑπὲρ ἐπισκόπων φυγαδευομένων, ὑπὲρ θεσμῶν πατέρων [a] παραβαθέντων. Διὸ καὶ παρακαλοῦμεν ὑμῶν τὴν ἐμμέλειαν, καὶ ἅπαξ καὶ δὶς καὶ πολλάκις, ὅσῳ πλείων ἡ ζάλη, τοσούτῳ πλείονα ἐπιδείξασθαι τὴν σπουδήν. Προσδοκῶμεν γὰρ καὶ ἔσεσθαί τι πλέον εἰς διόρθωσιν. Εἰ δ' ἄρα μὴ τοῦτο γένοιτο, ἀλλ' ὑμεῖς ἀπηρτισμένον ἔχετε τὸν στέφανον παρὰ τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ, καὶ τοῖς ἀδικουμένοις οὐ μικρὰ τοῦτο ἔσται παράκλησις, τῆς ὑμετέρας ἀγάπης ἡ ἔνστασις· ἐπεὶ καὶ ἡμᾶς τρίτον [b] ἔτος τοῦτο ἐν ἐξορίᾳ διατρίβοντας, λιμῷ, λοιμῷ, πολέμοις, πολιορκίαις συνεχέσιν, ἐρημίᾳ ἀφάτῳ, θανάτῳ καθημερινῷ, μαχαίραις Ἰσαυρικαῖς ἐκδεδομένους, οὐχ ὡς ἔτυχε παρακαλεῖ καὶ παραμυθεῖται τὸ διαρκὲς καὶ μόνιμον ὑμῶν τῆς διαθέσεως καὶ τῆς παῤῥησίας, καὶ [c] τὸ δαψιλεῖ καὶ γνησίᾳ οὕτως ἐντρυφᾷν ὑμῶν τῇ ἀγάπῃ. Τοῦτο ἡμῖν τεῖχος, τοῦτο ἀσφάλεια, τοῦτο

[c] Duo Mss. ἐξεδικήθησαν, et sic habet Savilius. Morel. ἐξεδιώχθησαν. Unus ibid. παραβάντες.

[d] Tres Mss διηγεῖσθαι.

[a] Unus παραβάντων.

[b] Sic Mss. In Editis τοῦτο deest.

[c] Sic Mss. Editi vero perperam τὸ ἐν φιλῇ καὶ γνησίᾳ.

λιμὴν ἀκύμαντος, τοῦτο θησαυρὸς μυρίων ἀγαθῶν, τοῦτο εὐφροσύνη, καὶ πολλῆς ἡδονῆς ὑπόθεσις. Κἂν εἰς ἐρημότερον τούτου πάλιν ἀπενεχθῶμεν χωρίον, οὐ μικρὰν ταύτην ἔχοντες παράκλησιν τῶν παθημάτων ἡμῶν ἄπιμεν.

tiorem, quam sit iste, locum iterum abigemur, non parvam hinc habentes nostrarum afflictionum consolationem abimus.

---

[a] ΤΩ ΑΓΑΠΗΤΩ ΑΔΕΛΦΩ ΙΩΑΝΝΗ

D

Ἰνοκέντιος.

Εἰ καὶ πάντα δεῖ τὸν ἀναίτιον προσδοκᾷν τὰ χρηστὰ, καὶ παρὰ τοῦ Θεοῦ τὸν ἔλεον αἰτεῖν, ὅμως καὶ παρ' ἡμῶν τὴν ἀνεξικακίαν συμβουλευόντων τὰ καθήκοντα γράμματα [b] διὰ Κυριακοῦ τοῦ διακόνου ἐξαπέσταλται· ὥστε μὴ πλέον δυνηθῆναι τὴν ὕβριν ἐν τῷ συντρίβειν, ἢ τὸ ἀγαθὸν συνειδὸς ἐν τῷ ἐλπίζειν. Οὐδὲ γὰρ ὀφείλεις διδαχθῆναι, ὁ τοσούτων λαῶν διδάσκαλος καὶ ποιμὴν, τοὺς ἀρίστους ἀεὶ καὶ πολλάκις δοκιμάζεσθαι, εἰ ἐν τῇ ἀκμῇ τῆς ὑπομονῆς παραμένουσι, καὶ οὐδενὶ πόνῳ κακοπαθείας ὑποπίπτουσι· καὶ ἔστιν E
ὡς ἀληθῶς βέβαιον πρᾶγμα τὸ συνειδὸς εἰς πάντα τὰ ἀδίκως συμπίπτοντα· ἅπερ εἰ μὴ νικήσειέ τις ὑπομένων, τεκμήριον φαύλης ὑπολήψεως ἐκφέρει. Πάντα γὰρ ὑπομένειν ὀφείλει ὁ τῷ Θεῷ πρῶτον, εἶτα καὶ τῷ ἰδίῳ πεποιθὼς συνειδότι· ὁπότε μάλιστα γυμνάζεσθαι εἰς ὑπομονὴν ὁ καλὸς καὶ ἀγαθὸς δύναται, νικᾶσθαι δὲ οὐχ, ἐπειδήπερ αὐτοῦ τὴν διάνοιαν αἱ θεῖαι Γραφαὶ φυλάττουσι· καὶ περιττεύουσιν ὑποδείγμασιν αἱ θεῖαι ἀναγνώσεις, ἃς τοῖς λαοῖς παραδιδόαμεν· αἵτινες πάντας σχεδὸν τοὺς ἁγίους καταπεπονῆσθαι δια- 523
φόρως καὶ συνεχῶς ἐπιστώσαντο, καὶ δοκιμάζεσθαι A
καθάπερ ἔν τινι διαγνώσει, οὕτω τε εἰς τὸν στέφανον τῆς ὑπομονῆς ἐληλυθέναι. Παραμυθείτω τὴν ἀγάπην σου αὐτὸ τὸ συνειδὸς, ἀδελφὲ τιμιώτατε, ὅπερ ἐν ταῖς θλίψεσιν ἔχει τὴν παραμυθίαν τῆς ἀρετῆς. Ἐποπτεύοντος γὰρ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ, ἐν τῷ λιμένι τῆς εἰρήνης καθαρισθεῖσα ἡ συνείδησις στήσεται.

DILECTO FRATRI JOANNI,

Innocentius.

Etsi insontem omnia exspectare bona et a Deo misericordiam petere deceat, tamen etiam a nobis, qui patientiam suademus, competentes literæ per Cyriacum diaconum sunt transmissæ : ne contumelia plus virium habeat ad opprimendum, quam bona conscientia ad spem habendam. Neque enim tu doceri debes, tot populorum doctor et pastor, optimos quosque semper et assidue probari, num in vigore patientiæ permaneant, nec ulli labori ac molestiæ succumbant : et conscientiam esse rem admodum firmam adversus omnia quæ injuste accidunt : quæ nisi quis tolerantia superaverit, malæ suspicionis argumentum de se præbet. Cuncta enim tolerare debet is qui Deo primum, deindeque propriæ conscientiæ confidit ; vir quippe bonus exerceri quidem potest ad tolerantiam, vinci autem nequit, quia ejus mentem divinæ Scripturæ custodiunt : abundant enim exemplis divinæ lectiones, quas populis tradimus : quæ omnes fere sanctos variis modis sæpeque vexatos fuisse, et quasi in examine quodam probatos fuisse, atque ita patientiæ coronam adeptos esse testificantur. Consoletur caritatem tuam ipsa animi conscientia, frater carissime, quæ in calamitatibus solet esse virtutis consolatio. Inspectante enim Domino Christo, in portu pacis purgata conscientia sistetur. Anno 405.

---

[a] Hæ duæ Innocentii epistolæ ex Latino in Græcum translatæ fuere : quamobrem ne mireris aliquam in Græcis deprehendi peregrinitatem. In priore Innocentius Joannis nomen primo, deinde suum ponit ; secus in sequenti, ubi presbyteros et clerum alloquitur. Hæ duæ epistolæ habentur apud Sozom. l. 8, c. 26. [Textum damus H. Valesii Edit. Paris. 1668.]

[b] Cyriacus diaconus ab Joanne nostro ad Innocentium missus, cum hac epistola remissus fuisse creditur ; quo tempore missus remissusve, in Vita Chrysostomi indagabitur.

INNOCENTIUS EPISCOPUS A

Presbyteris et Diaconis universoque clero ac populo Ecclesiæ Constantinopolitanæ, qui subditi sunt episcopo Joanni, dilectis fratribus, salutem.

[c] Ἐξῃτεῖτο, sic Coislin. recte, atque ita legit Interpres. Editi ἐξήνετο. Quidam Mss. ἐζητεῖτο.

statim ut in lucem prodiit, solum vertit, atque cum universa domo ab ipsis incunabulis in exteram terram fugitivus migravit, in barbarorum scilicet regionem tam longo itineris intervallo distantem abductus? Qua quidem ex causa ingens etiam vis cruoris profusa est, cædes et mactationes exstiterunt, teneraque omnis ætas non secus atque in prælio et acie concidebatur, infantesque a mamillis avulsi trucidabantur, cumque lac adhuc in faucibus haberent, eorum in jugulo et collo ferrum adigebatur. Quid hac tragœdia gravius acerbiusque fingi potest? Atque hæc ab eo perpetrabantur, qui ipsum ad necem quærebat: et tamen Deus pro sua lenitate, cum tam tragicum scelus designaretur, tantaque vis cruoris flueret, id patiebatur, id, inquam, cum prohibere posset, patiebatur, arcana nimirum sapientia tantam animi æquitatem ac lenitatem præ se ferens. Postquam autem e barbarorum regione in patriam rediit, atque ætate auctus est, bellum undique adversus eum excitabatur. Ac primum Joannis discipuli livore concitabantur, ipsique invidebant; tametsi alioqui Joannes ipsum coleret et observaret; atque his verbis utebantur:
Joan. 3.26. *Qui erat tecum trans Jordanem, ecce ipse baptizat, et omnes ad eum veniunt.* Hæc enim verba hominum erant, qui jam invidiæ stimulis pungerentur, atque hoc morbo laborarent. Ob eamque causam unus etiam ex discipulis, qui hanc orationem habuerant, cum Judæo quodam contendebat ac decertabat, disputationem de purificationibus movens, ac baptismum Joannis cum baptismo discipulorum Christi confe-
Joan. 3.25. rens. *Facta est* enim, inquit ille, *ex discipulis Joannis cum Judæo quodam quæstio de purificatione.* Ut autem miracula edere cœpit, quot calumniis appetitus est? Alii enim Samaritanum eum et dæmoniacum appellabant, his ver-
Joan. 8 48 bis, *Samaritanus es tu, et dæmonium habes;*
Joan. 7. 12. alii impostorem, dicentes: *Hic non ex Deo, sed seducit turbam;* alii præstigiatorem, his
Matth. 9. 34. verbis utentes: *In Beelzebub principe dæmoniorum ejicit dæmonia;* ac subinde hæc repetebant, Deique hostem et helluonem ac voracem et vino deditum, atque improborum ac perditorum
Luc. 7. 34. hominum amicum eum vocabant. *Venit* enim, inquit, *Filius hominis manducans et bibens, et dicitis: Ecce homo vorax et potator vini, publicanorum et peccatorum amicus.* Quin etiam cum ipse cum scorto colloqueretur, falsum

καὶ ἡ ἄωρος ἡλικία πᾶσα καθάπερ ἐν παρατάξει καὶ
B πολέμῳ κατεκόπτετο, καὶ τῶν μαζῶν ἀποσπώμενοι οἱ παῖδες σφαγῇ παρεδίδοντο, καὶ ἔτι τοῦ γάλακτος ἐπὶ τοῦ φάρυγγος ὄντος, διὰ τοῦ λαιμοῦ καὶ τῆς δέῤῥης τὸ ξίφος ἠλαύνετο. Τί ταύτης χαλεπώτερον τραγῳδίας; Καὶ ταῦτα ἔπραττεν ὁ ζητῶν αὐτὸν ἀνελεῖν, καὶ ὁ μακρόθυμος Θεὸς ἠνείχετο τοιαύτης τολμωμένης τραγῳδίας, τοσούτου ῥέοντος αἵματος, καὶ ἠνείχετο κωλῦσαι δυνάμενος, ἀποῤῥήτῳ τινὶ σοφίᾳ τὴν τοσαύτην ἐπιδεικνύμενος μακροθυμίαν. Ἐπειδὴ δὲ ἐπανῆλθεν ἀπὸ τῆς βαρβάρου χώρας, καὶ ηὐξήθη, πόλεμος
C αὐτῷ πανταχόθεν ἀνεῤῥιπίζετο. Καὶ πρῶτον μὲν οἱ Ἰωάννου μαθηταὶ διεφθόνουν, καὶ ἐβάσκαινον, καίτοι γε ἐκείνου [a] τὰ αὐτοῦ θεραπεύοντος, καὶ ἔλεγον ὅτι Ὃς ἦν μετὰ σοῦ πέραν Ἰορδάνου, ἴδε οὗτος βαπτίζει, καὶ πάντες ἔρχονται πρὸς αὐτόν. Ταῦτα γὰρ ὑποκνιζομένων ἦν λοιπὸν τὰ ῥήματα, καὶ φθόνῳ βαλλομένων, καὶ τηκομένων τῷ πάθει. Διά τοι τοῦτο καὶ μετὰ Ἰουδαίου τινὸς εἷς τῶν μαθητῶν τῶν ταῦτα εἰρηκότων ἐφιλονείκει, καὶ ἐπύκτευε τὸν περὶ καθαρσίων λόγον κινῶν, καὶ βάπτισμα βαπτίσματι παραβάλλων, τὸ Ἰωάννου τῷ τῶν μαθητῶν τοῦ Χριστοῦ.
D Ἐγένετο γάρ, φησὶν, ἐκ τῶν μαθητῶν Ἰωάννου μετὰ Ἰουδαίου τινὸς ζήτησις περὶ καθαρισμοῦ. Ἐπειδὴ δὲ καὶ τῶν σημείων ἥψατο, πόσαι συκοφαντίαι; Οἱ μὲν Σαμαρείτην ἐκάλουν καὶ δαιμονῶντα, λέγοντες, ὅτι Σαμαρείτης εἶ σὺ, καὶ δαιμόνιον ἔχεις· οἱ δὲ πλάνον, λέγοντες, Οὗτος οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ πλανᾷ τὸν ὄχλον· οἱ δὲ γόητα, λέγοντες, ὅτι Ἐν τῷ ἄρχοντι [b] τῶν δαιμονίων τῷ Βεελζεβοὺλ ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια· καὶ συνεχῶς ταῦτα ἐπέλεγον, καὶ ἀντίθεον ὠνόμαζον, καὶ γαστρίμαργον, καὶ ἀδηφάγον, καὶ μέθυσον, καὶ πονηρῶν καὶ διεφθαρμένων φίλον. Ἦλθε γάρ, φησὶν, ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐσθίων
E καὶ πίνων, καὶ λέγουσιν, ἰδοὺ ἄνθρωπος φάγος καὶ οἰνοπότης, τελωνῶν φίλος καὶ ἁμαρτωλῶν. Καὶ ὅτε δὲ τῇ πόρνῃ διελέγετο, ψευδοπροφήτην αὐτὸν ἐκάλουν· Εἰ γὰρ ἦν προφήτης, φησὶν, ᾔδει τίς ἐστιν αὕτη ἡ γυνὴ ἡ λαλοῦσα αὐτῷ· καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν τοὺς ὀδόντας ἠκόνων κατ' αὐτοῦ. Καὶ οὐκ Ἰουδαῖοι μόνον οὕτως ἐπολέμουν αὐτῷ, ἀλλ' οὐδὲ αὐτοὶ οἱ δοκοῦντες εἶναι ἀδελφοὶ ὑγιῶς εἶχον πρὸς αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν οἰκείων ὁ πόλεμος αὐτῷ
632 A ἀνεῤῥιπίζετο. Ὅρα γοῦν, πῶς καὶ αὐτοὶ ἦσαν διε-

[a] Aliquot Mss τὰ αὐτῷ.

[b] Sic Mss. In Editis τῶν δαιμονίων deest.

φθαρμένοι, ἐξ ὧν καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς ἐπάγων ἔλεγεν· Οὐδὲ γὰρ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ ἐπίστευον εἰς αὐτόν.

Ἀλλ' ἐπειδὴ σκανδαλιζομένων μέμνησαι πολλῶν καὶ πλανωμένων, πόσους οἴει κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ σταυροῦ σκανδαλισθῆναι τῶν μαθητῶν; Ὁ μὲν προέδωκεν, οἱ δὲ ἐδραπέτευσαν, ὁ δὲ ἠρνήσατο, καὶ πάντων ἀναχωρησάντων ἤγετο μόνος δεδεμένος. Πόσους τοίνυν οἴει πρῴην ἑωρακότας τὰ σημεῖα αὐτὸν ἐργαζόμενον, νεκροὺς ἐγείροντα, λεπροὺς [a] καθαίροντα, δαίμονας ἀπελαύνοντα, ἄρτους πηγάζοντα, τὰ ἄλλα B τεράστια ἐργαζόμενον, σκανδαλισθῆναι κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον, θεωροῦντας μόνον ἀπαγόμενον καὶ δεδεμένον, εὐτελῶν αὐτὸν στρατιωτῶν περιστοιχιζόντων, καὶ ἱερέων Ἰουδαϊκῶν ἑπομένων καὶ θορυβούντων καὶ ταραττόντων, καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἅπαντας μόνον ἐν μέσῳ ἔχοντας ἀπειλημμένον αὐτὸν, καὶ τὸν προδότην παρόντα καὶ ἐναβρυνόμενον τέως; Τί δὲ, ἡνίκα ἐμαστιγοῦτο; Καὶ εἰκὸς παρεῖναι πλῆθος ἄπειρον. Ἑορτὴ γὰρ ἦν περιφανὴς ἡ πάντας συνάγουσα, καὶ μητρόπολις ἡ τὸ δρᾶμα τῆς παρανομίας δεξαμένη, καὶ ἐν μεσημβρίᾳ μέσῃ. Πόσους τοίνυν οἴει παρεῖναι τότε καὶ σκανδαλί- C ζεσθαι, ὁρῶντας αὐτὸν δεδεμένον, μεμαστιγωμένον, αἵματι [b] περιῤῥεόμενον, ὑπὸ ἡγεμονικοῦ δικαστηρίου ἐξεταζόμενον, καὶ οὐδένα τῶν μαθητῶν παρόντα; Τί δὲ, ἡνίκα καὶ ποικίλαι ἐκεῖναι καὶ συνεχεῖς καὶ ἐπάλληλοι ἐγένοντο κατ' αὐτοῦ κωμῳδίαι, καὶ ποτὲ μὲν αὐτὸν ἀκάνθαις ἐστεφάνουν, ποτὲ δὲ χλαμύδα περιετίθεσαν, ποτὲ δὲ κάλαμον ἐνεχείριζον, ποτὲ δὲ πίπτοντες αὐτὸν προσεκύνουν, πᾶν εἶδος χλευασίας κινοῦντες καὶ γέλωτος; Πόσους οἴει σκανδαλίζεσθαι, πόσους θορυβεῖσθαι, πόσους ταράττεσθαι, ὅτε ἐπὶ κόρρης αὐτὸν ἔπαιον καὶ ἔλεγον, Προφήτευσον ἡμῖν, Χρι- D στὲ, τίς ἐστιν ὁ παίσας σε; καὶ ἦγον καὶ περιῆγον, πᾶσαν τὴν ἡμέραν [c] εἰς τοῦτο ἀνηλίσκοντο, εἰς σκώμματα καὶ λοιδορίας καὶ χλευασίαν καὶ γέλωτα ἐν μέσῳ θεάτρῳ Ἰουδαϊκῷ; Τί δὲ, ὅτε αὐτὸν ἐῤῥάπιζεν ὁ δοῦλος τοῦ ἀρχιερέως; τί δὲ, ὅτε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ διεμερίζοντο οἱ στρατιῶται; ἡνίκα δὲ ἐπὶ τὸν σταυρὸν ἀνήχθη γυμνὸς ἐπὶ τοῦ νώτου τὰς μάστιγας ἔχων καὶ ἀνεσκολοπίζετο; Οὐδὲ γὰρ τότε οἱ ἄγριοι θῆρες ἐμαλάτ-

[a] [Savil. καθαρίζοντα.]
[b] Unus περιῤῥέοντα.

prophetam eum nuncupabant: *Si enim pro-* Luc. 7. 39.
pheta esset, inquiebant, *sciret quæ et qualis est hæc mulier quæ loquitur ad eum;* denique quotidie adversus eum dentes acuebant. Nec vero Judæi dumtaxat, ad hunc modum eum bello lacessebant: nam ne ii quidem, qui ipsius fratres esse credebantur, sincero erga eum animo erant, verum a propinquis ipsis bellum in eum movebatur. Perspice quippe ex his quæ evangelista postea subjiciebat, quomodo ipsi quoque corrupti erant: *Neque enim ipsius fratres* Joan. 7. 5.
credebant in eum.

4. Porro quoniam multos offensos fuisse atque recta via aberrasse commemoras, quot quæso discipulos fuisse putas, qui crucis tempore offensi sint? Unus prodidit, alii in fugam se contulerunt, alius abjuravit: cumque omnes secessissent, solus ipse vinctus ducebatur. Quot igitur homines tibi videntur, cum non ita pridem eum res miras efficientem, mortuos excitantem, leprosos purgantem, dæmones expellentem, panem fontis instar effundentem, ac denique alia miracula perpetrantem vidissent, eo tempore offensi fuisse, cum eum solum abduci, ac vinctum teneri conspicerent, vilibus et abjectis militibus eum cingentibus, Judaicisque sacerdotibus a tergo sequentibus ac tumultuantibus, atque hostes omnes solum eum sibi hærentem in medio habentes, præsentemque ac tutum insolenter se efferentem proditorem? Quid, cum flagris cæderetur? Verisimile enim est infinitam multitudinem affuisse. Erat quippe festum perillustre, quod omnes congregabat: et metropolis erat, quæ nefarii sceleris tragœdiam exceperat: et meridiano tempore res gerebatur. Quot igitur mortales tunc affuisse existimas, qui cum eum vinctum, flagris affectum, cruore stillantem atque ad præfecti tribunal causam dicentem, nec discipulorum quemquam præsentem cernerent, animis offensi sint? Quid, cum variis ipsi modis illudebant, atque nunc eum spinea corona donabant, nunc chlamydem ipsi imponebant, nunc calamum in manum dabant, nunc procumbentes eum adorabant, nullum denique irrisionis ac ludibrii genus prætermittebant? Quot homines offensos, atque agitatos et perturbatos fuisse arbitraris, cum in malam eum feriebant, atque his verbis utebantur, *Prophetiza nobis, Christe, quis est* Matth. 26.
qui te percussit? atque ipsum huc et illuc du- 68.
cebant, totum diem in cavillis et conviciis, in

[c] Sic Mss. In prius Editis aliqua deficiebant.

ludibrio et risu consumentes, idque in medio Judæorum theatro? Quid, cum Pontificis servus alapam ipsi impingeret? quid, cum milites ipsius vestimenta inter se partirentur? quid, cum nudus ac verberum notas in tergo inustas gerens, ad crucem abduceretur, atque in crucem tolleretur? Nam ne tum quidem immanes illæ feræ molliebantur, verum majori etiam furore præcipites ferebantur, tragœdiaque ingravescebat, ac ludibria crescebant. Alii enim di-
Matth. 27. 40. cebant : *Vah! qui destruis templum Dei, et in triduo reædificas illud.* Alii item: *Alios salvos fecit: seipsum non potest salvum facere.*
Ib. v. 42. Alii rursum: *Si Filius Dei es, descende de cruce, et credemus tibi.* Quid, cum spongiam, fel et acetum potionis causa offerentes, per summam contumeliam ipsi insultabant? quid, cum latrones maledictis eum proscindebant? quid horrendum illud maximeque nefarium scelus, quod etiam a me jam commemoratum est, nempe cum latronem illum ac parietum effractorem, innumerisque cædibus coopertum, digniorem, quam ipsum, esse dicebant, quem petitione sua supplicio eximerent: dataque a judice optione Barabbam prætulerunt: nimirum non Christum dumtaxat cruce afficere, sed etiam improbam famam ipsi inurere cupientes? Hinc enim se illud probare posse statuebant, quod latrone quoque sceleratior esset, tantisque flagitiis devinctus, ut nec misericordia, nec festi dignitas salutem ipsi afferre posset. Huc enim actiones omnes suas referebant, ut ipsius existimationem læderent: eaque de causa duos etiam latrones una cum ipso cruci affixerunt. At veritas non obscurabatur, imo splendidius elucebat. Ad hæc etiam affectatæ tyrannidis eum insimu-
Joan. 19. 12. labant, his verbis: *Quicumque se regem facit, non est amicus Cæsaris:* tyrannidis videlicet eum arcessentes, qui ubi caput reclinaret non habebat. Quin blasphemiam quoque ipsi per calumniam objiciebant. Pontifex enim scidit ve-
Matth. 26. 65. stimenta sua, dicens: *Blasphemavit; quid adhuc egemus testibus?* Quid mors ipsius? Nonne violenta? nonne capitalis noxæ convictorum? nonne exsecrandæ improbitatis hominum? nonne turpissima? nonne eorum, qui gravissimis flagitiis sese obstrinxissent, ac ne digni quidem

τοντο, ἀλλὰ μανικώτεροι μᾶλλον ἐγίνοντο, καὶ τὰ τῆς τραγῳδίας ἐπετείνετο, καὶ τὰ τῆς χλευασίας ηὔ-
E ξετο. Οἱ μὲν γὰρ ἔλεγον· Ὁ καταλύων τὸν ναὸν, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγείρων αὐτόν. Οἱ δὲ ἔλεγον· Ἄλλους ἔσωσεν, ἑαυτὸν οὐ δύναται σῶσαι. Ἄλλοι δὲ ἔλεγον· Εἰ Υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, κατάβηθι ἀπὸ τοῦ σταυροῦ καὶ πιστεύσομέν σοι. Τί δὲ, ὅτε τῇ σπογγιᾷ χολὴν καὶ ὄξος ποτίζοντες ἐνεπαρῴνουν αὐτῷ; τί δὲ, ὅτε οἱ λησταὶ ἐλοιδόρουν αὐτῷ; τί δὲ, ὅπερ καὶ ἔμπροσθεν
533 ἔλεγον, τὸ φρικτὸν ἐκεῖνο καὶ παρανομώτατον, ὅτε τὸν
A λῃστὴν ἐκεῖνον καὶ τοιχωρύχον καὶ μυρίων γέμοντα φόνων ἄξιον ἔλεγον εἶναι ἐξαιτηθῆναι μᾶλλον αὐτοῦ, καὶ λαβόντες αἵρεσιν παρὰ τοῦ δικαστοῦ τὸν Βαραββᾶν προετίμησαν, οὐ σταυρῶσαι μόνον, ἀλλὰ καὶ πονηρὰν βουλόμενοι τῷ Χριστῷ περιθεῖναι δόξαν; Ἐνόμιζον γὰρ δύνασθαι κατασκευάζειν ἐκ τούτων, ὅτι τοῦ λῃστοῦ χείρων ἦν, καὶ οὕτω παράνομος, ὥστε μήτε φιλανθρωπίᾳ, μήτε ἑορτῆς ἀξιώματι δύνασθαι σώζεσθαι. Πάντα γὰρ τούτου ἕνεκεν ἐποίουν, ὥστε αὐτοῦ τὴν ὑπόληψιν διαβαλεῖν· διά τοι τοῦτο καὶ τοὺς δύο λῃστὰς αὐτῷ συνεσταύρωσαν. Ἀλλ' ἡ ἀλήθεια οὐ συνεσκιάζετο, ἀλλὰ καὶ μειζόνως διέλαμπε. Καὶ τυ-
B ραννίδα δὲ αὐτῷ ἐνεκάλουν λέγοντες, Πᾶς ὁ ποιῶν ἑαυτὸν [a] βασιλέα, οὐκ ἔστι φίλος τοῦ Καίσαρος, τῷ οὐκ ἔχοντι ποῦ τὴν κεφαλὴν κλῖναι, τυραννίδος ἐπάγοντες ἔγκλημα. Καὶ ἐπὶ βλασφημίᾳ δὲ αὐτὸν ἐσυκοφάντουν. Ὁ μὲν γὰρ ἀρχιερεὺς διέῤῥηξε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ λέγων, Ἐβλασφήμησε· τί ἔτι χρείαν ἔχομεν τῶν μαρτύρων; Ὁ δὲ θάνατος, οἷος; [b] Οὐ βίαιος; οὐ καταδίκων; οὐκ ἐπαράτων; οὐχ ὁ αἴσχιστος; οὐχ ὁ τῶν τὰ ἔσχατα παρανενομηκότων, καὶ οὐκ ἀξίων ὄντων οὐδὲ ἐπὶ τῆς γῆς τὴν ψυχὴν ἀφεῖναι; Τὸ δὲ τῆς ταφῆς εἶδος οὐκ ἐν χάριτος πληροῦται μέρει;
C Ἐλθὼν γάρ τις τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐξητήσατο. Οὕτως οὐδὲ ὁ θάπτων αὐτὸν ἦν τῶν οἰκείων, τῶν εὐεργετηθέντων, τῶν μαθητῶν, τῶν τοσαύτης ἀπολελαυκότων [c] παῤῥησίας καὶ σωτηρίας, πάντων φυγάδων γενομένων, πάντων ἀποπηδησάντων. Ἡ δὲ πονηρὰ ἐκείνη ὑπόληψις, ἣν κατεσκεύασαν διὰ τῆς ἀναστάσεως, εἰπόντες, ὅτι Ἦλθον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ καὶ ἔκλεψαν αὐτὸν, πόσους ἐσκανδάλισε, πόσους ὑπεσκέλισε τέως; Καὶ γὰρ ἐκράτησεν ὁ λόγος τότε, καίτοι γε πεπλασμένος ὢν καὶ χρημάτων γενόμενος ὠνητός· ἀλλ' ὅμως ἐκράτησε παρά τισι, μετὰ τὰ σήμαντρα, μετὰ
D τὴν περιφάνειαν τῆς ἀληθείας τὴν τοσαύτην. Οὐδὲ γὰρ τὸν περὶ τῆς ἀναστάσεως ᾔδεσαν λόγον τὸ πλῆθος, ὅπου γε [d] οὐδὲ αὐτοὶ οἱ μαθηταὶ ἠπίσταντο·

[a] Duo Mss. *βασιλέα ἀντιλέγει τῷ Καίσαρι.*

[b] Sic Mss. omnes. In Editis quædam desiderabantur.

[c] Hæc, *παῤῥησίας καί*, desunt in quibusdam Mss. Ibidem quidam Mss. *πάντων φρούδων.*

[d] Hic quædam deerant, quæ ex Mss. restituta sunt. Quæ sequuntur, *πόσους τοίνυν οἴει* etc., ex iisdem Mss. desumta ab Interprete lecta sunt.

Οὐδὲ γὰρ ᾔδεσαν, φησὶ, τότε, ὅτι δεῖ αὐτὸν ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι. Πόσους τοίνυν οἴει κατὰ τὰς ἡμέρας ἐκείνας σκανδαλισθῆναι; Ἀλλ' ὅμως ὁ μακρόθυμος Θεὸς ἠνείχετο, τῇ οἰκείᾳ σοφίᾳ καὶ ἀποῤῥήτῳ πάντα οἰκονομῶν.

essent, qui in terra extremum vitæ spiritum emitterent? Annon sepulturæ genus beneficii gratiæque loco ipsi præstatur? Accedens enim quispiam corpus petiit. Adeo ne ex propinquis quidem, nec ex iis, quos beneficiis affecerat, nec ex discipulis, nec ex iis qui tantam ab eo fiduciam ac salutem obtinuerant, quisquam erat, qui eum sepulturæ mandaret : quod videlicet omnes evanuissent, omnes profugissent. Jam sinistra ea et improba fama, quam per resurrectionem struxerant, dicentes, *Venerunt* Matth. 28. 13. *discipuli ejus, et furati sunt eum*, quam multis offensioni fuit? quam multos in fraudem impulit? Siquidem hic sermo, quamquam falsus, ac pretio emtus, tum valuit. Valuit, inquam, apud nonnullos, post sigilla, post tantam veritatis perspicuitatem. Neque enim promiscuum vulgus resurrectionis doctrinam norat. Nec mirum, cum ne ipsi quidem discipuli eam nossent : *Neque enim*, inquit ille, *discipuli ejus sciebant, quod oporteret eum a mortuis resurgere.* Quam multos igitur illis diebus fuisse putas, qui offensi sint? Et tamen Deus pro sua lenitate id ferebat, arcana sua sapientia omnia administrans.

E Εἶτα μετὰ τὰς ἡμέρας ἐκείνας πάλιν κρυπτόμενοι, λανθάνοντες, φυγαδευόμενοι οἱ μαθηταὶ, δεδοικότες, τρέμοντες, τόπον ἐκ τόπου συνεχῶς ἀμείβοντες, οὕτως ἐλάνθανον, καὶ μετὰ πεντήκοντα ἡμέρας ἀρξάμενοι φαίνεσθαι, καὶ σημείων ἅπτεσθαι, οὐδὲ οὕτως ἀδείας ἀπήλαυσαν. Ἀλλὰ καὶ μετὰ ἐκεῖνα τὰ μυρία σκάνδαλα μαστιζομένων αὐτῶν ἐγίνετο ἐν τοῖς ἀσθενεστέροις, τῆς Ἐκκλησίας ταραττομένης, αὐτῶν 534 A ἐλαυνομένων, τῶν ἐχθρῶν [a] κρατούντων πολλαχοῦ καὶ θορυβούντων. Ὅτε γὰρ πολλὴν ἐκ τῶν σημείων ἐκτήσαντο παῤῥησίαν, τότε πάλιν ἡ τοῦ Στεφάνου τελευτὴ διωγμὸν χαλεπὸν εἰργάσατο, καὶ πάντας διέσπειρε, καὶ τὴν Ἐκκλησίαν ἐν θορύβῳ κατέστησε· καὶ πάλιν ἐν φόβῳ τὰ τῶν μαθητῶν, καὶ πάλιν ἐν φυγῇ, καὶ πάλιν ἐν ἀγωνίᾳ. Καὶ οὕτω διαπαντὸς τὰ τῆς Ἐκκλησίας [b] ηὔξετο, ὅτε ἤνθει διὰ τῶν σημείων, ὅτε φαιδρὰ ἐκ προοιμίων ἐγένετο. Καὶ ὁ μὲν διὰ θυρίδος ἐχαλᾶτο, καὶ οὕτως ἐξέφυγε τοῦ ἄρχοντος τὰς χεῖρας· τοὺς δὲ ἄγγελος ἐξέβαλε, καὶ οὕτως τῶν ἁλύσεων ἀπήλλαττε· τοὺς δὲ ἀγοραῖοι καὶ χειροτέχναι ὑποδεχόμενοι B παρὰ τῶν ἐν δυναστείαις ἐλαυνομένους, [c] παντὶ ἐθεράπευον τρόπῳ, πορφυροπώλιδες γυναῖκες, καὶ σκηνοῤῥάφοι, καὶ σκυτοδέψαι, πρὸς αὐτὰς οἰκοῦντες τὰς

5. Deinde post eos dies discipuli rursum latitantes, fugati, metu perterriti, trementes, ac de loco in locum subinde migrantes, sese occultabant : atque post quinquaginta dies cum sese conspiciendos præbere ac miracula edere cœpissent, ne sic quidem tamen hoc consequuti sunt, ut nihil ipsis metuendum esset. Etenim post signa illa edita, infinita offendicula inter imbecilliores fuere : quod ipsi virgis cæderentur, Ecclesia turbaretur, ipsis expulsis, hostes multis in locis superiores essent, ac tumultus cierent. Nam cum ingentem ob miracula fiduciam loquendique libertatem adepti fuissent, tunc rursum Stephani mors gravem persequutionem accersivit, omnesque dispersit, atque Ecclesiam in tumultum et perturbationem conjecit : rursumque discipuli in metu, rursum in fuga, rursum in summa sollicitudine atque angore versari cœperunt. At sic quoque tamen Ecclesiæ res semper augebantur, cum per signa florebant, cum læta principia habebant. Et unus quidem per fenestram demittebatur, sicque e præfecti manibus elapsus est : alios autem angelus eduxit,

[a] Duo Mss. κρατούντων πανταχόθεν. Editi κρατούντων πολλαχοῦ, et sic Interpres.

[b] Tres Mss. ηὔξετο, ὅτε ἤνθει διὰ τῶν σημείων, ὅτε φαιδρὰ ἐκ προοιμίων ἐφαίνετο· καὶ ὁ μὲν διὰ σπυρίδος ἐχαλᾶτο.

[c] Duo Mss. πάντα ἐθεράπευον τρόπον.

sicque a vinculis liberavit; alios rursum ab iis, qui opibus ac potentia florebant, vexatos et exagitatos, circumforanei homines atque opifices omni officii genere complectebantur, purpurariæ nempe mulieres, ac tentoriorum artifices, et coriarii, in extremis urbium recessibus atque ad littus et mare habitantes. Persæpe etiam ne in mediis quidem urbibus comparere audebant; C aut si audebant, hospites certe eos excipere haudquaquam audebant. Atque ad hunc modum per tentationes, et animorum recreationes negotia texebantur : et qui non multo ante offensi fuerant, postea sanabantur : et qui aberraverant, in viam reducebantur : et quæ prostrata ac solo æquata fuerant, præclarius et magnificentius instaurabantur. Ob eamque causam cum Paulus precibus contendisset, ut per quietem solam et D tranquillitatem evangelium progrederetur, sapientissimus ac solertissimus Deus discipulo morem minime gessit, nec, cum sæpe rogaretur, precibus ipsius cessit, verum his verbis usus
2. Cor. 12. 9. est : *Sufficit tibi gratia mea : virtus enim mea in infirmitate perficitur.* Si igitur nunc cum molestiis lætos quoque successus subducere volueris, si non multa signa et miracula, at multas tamen res miraculis non dissimiles conspicies, quæ quidem ingentis Dei providentiæ atque auxilii perspicua argumenta sint. Verum ne omnia nullo cum labore a nobis audias, hanc tibi partem relinquo, ut accurate ac diligenter cuncta colligas, atque cum rebus molestis et acerbis conferas, sicque præclara occupatione animum distinens, teipsam a mœstitia et angore avoces : hinc enim maximam consolationem percipies. Tu velim universæ tuæ benedictæ domui plurimam a me salutem dicas. Faxit Deus ut et firma corporis valetudine, et læto atque hilari animo semper sis, domina mea summopere veneranda et religiosissima.

Si vis mihi longiores scribere literas, hac de E re me certiorem facito, nec me decipias; nempe te omnem animi mœrorem deposuisse, et in tranquillitate agere. Nam in hoc situm est literarum mearum remedium, ut tibi magnam animi lætitiam pariant : ac frequentes accipies epistolas. 535 A Verum ne mihi iterum scribas, te magnam ex literis meis accipere consolationem : nam illud ego probe novi; sed tantam quantam ego cupio;

ἐσχατιὰς τῶν πόλεων, παρ' αἰγιαλὸν καὶ θάλασσαν. Πολλάκις δὲ καὶ οὐδὲ ἐν μέσαις ἐτόλμων φαίνεσθαι ταῖςπόλεσιν· εἰ δὲ καὶ αὐτοὶ ἐτόλμων, ἀλλ' οἱ ξενοδόχοι οὐκ ἐτόλμων. Καὶ οὕτως ὑφαίνετο τὰ πράγματα διὰ πειρασμῶν, [d] δι' ἀνέσεων, καὶ οἱ πρώην σκανδαλισθέντες, μετὰ ταῦτα διωρθοῦντο, καὶ οἱ πλανηθέντες ἐπανήγοντο, καὶ τὰ κατεσκαμμένα ᾠκοδομεῖτο μειζόνως. Διὰ τοῦτο καὶ Παύλου αἰτήσαντος δι' ἀνέσεως μόνης βαδίζειν τὸ κήρυγμα, ὁ πάνσοφος καὶ εὐμήχανος Θεὸς οὐκ ἠνέσχετο τοῦ μαθητοῦ, ἀλλὰ καὶ πολλάκις παρακαλοῦντος οὐκ ἐπένευσεν, ἀλλ' εἶπεν, Ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου· ἡ γὰρ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται. Εἰ βούλει τοίνυν καὶ νῦν λογίσασθαι μετὰ τῶν λυπηρῶν τὰ χρηστὰ, πολλὰ ὄψει γεγενημένα, καὶ εἰ μὴ σημεῖα καὶ θαύματα, ἀλλ' ἐοικότα σημείοις πράγματα, καὶ δείγματα τῆς πολλῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας καὶ ἀντιλήψεως ἄφατα. Ἀλλ' ἵνα μὴ πάντα μετ' εὐκολίας παρ' ἡμῶν ἀκούῃς, τοῦτό σοι καταλιμπάνω τὸ μέρος, ὥστε μετὰ ἀκριβείας [e] ἀναλέξαι πάντα, καὶ παραθεῖναι τοῖς λυπηροῖς, καὶ καλὴν ἀσχολουμένην ἀσχολίαν, οὕτως ἀπαγαγεῖν σαυτὴν τῆς ἀθυμίας· πολλὴν γὰρ καὶ ἐντεῦθεν δέξῃ τὴν παράκλησιν. Πάντα σου τὸν εὐλογημένον οἶκον παρ' ἡμῶν πολλὰ προσειπεῖν παρακλήθητι. Ἐῤῥωμένη καὶ εὐθυμουμένη διατελοίης, δέσποινά μου αἰδεσιμωτάτη καὶ θεοφιλεστάτη.

[f] Εἰ βούλει μοι μακρὰ γράφειν, καὶ τοιαῦτα δήλωσόν μοι, μὴ ἀπατῶσα μέντοι με, ὅτι πᾶσαν ἀπέθου τὴν ἀθυμίαν, καὶ ἐν ἀνέσει διάγεις. Τοιοῦτον γὰρ τῶν γραμμάτων τοῦτο τὸ φάρμακον, ὡς καὶ εὐθυμίαν σοι ἐμποιῆσαι πολλήν· καὶ ὄψει συνεχῶς ἐπιστέλλοντα. Ἀλλὰ μή μοι γράψῃς πάλιν, ὅτι παραμυθίαν ἔχω πολλὴν ἐκ τῶν γραμμάτων σου· τοῦτο γὰρ οἶδα κἀγώ· ἀλλ' ὅτι τοσαύτην ὅσην ἐγὼ βούλομαι, ὅτι οὐ συγ-

d Duo Mss. οὐ δι' ἀνέσεων.

e Tres Mss. ἀναλέξασθαι.

f Hoc additamentum in tribus vetustissimis Manuscriptis habetur, et germanum haud dubie est, dignissimumque quod e tenebris eruatur.

χέῃ, ὅτι οὐ δακρύεις, ἀλλ' ἐν ἀνέσει καὶ εὐθυμίᾳ διάγεις.

Πρὸς αὐτὴν ἐπιστολὴ β'.

[a] Ἤρκει μὲν καὶ ἡ πρῴην ἐλθοῦσα ἐπιστολὴ πρὸς τὴν ἐμμέλειαν τὴν σὴν, καταστεῖλαί σου τῆς ὀδύνης τὴν φλεγμονήν· ἐπειδὴ δέ σε σφόδρα κατειργάσατο τῆς ἀθυμίας ἡ τυραννὶς, ἀναγκαῖον εἶναι ἐνόμισα καὶ δευτέραν προσθεῖναι τῇ προτέρᾳ, ὥστε σε μετὰ δαψιλείας πολλῆς καρπώσασθαι τὴν παράκλησιν, καὶ ἐν ἀσφαλεῖ σοι τὰ τῆς ὑγείας εἶναι λοιπόν. Δεῦρο δὴ οὖν καὶ ἑτέρωθεν διασκεδάσω σου τῆς ἀθυμίας τὴν κόνιν. Καὶ γὰρ ἀπὸ ἕλκους καὶ οἰδημάτων χαλεπῶν κόνιν οἶμαι αὐτὴν γεγενῆσθαι. Πλὴν ἀλλ' οὐδὲ οὕτως ἀμελητέον τῆς ἐπιμελείας τῆς σῆς, ἐπεὶ καὶ ἡ κόνις τὸν μὴ μετὰ σπουδῆς αὐτὴν ἐκκλίνοντα ἐν τῷ καιριωτάτῳ τῶν μελῶν ἐπάγει τὴν λύμην, τὸ διειδὲς τῆς κόρης θολοῦσα, καὶ ὁλόκληρον διαταράττουσα τοῦ ῥαθυμοῦντος τὸ ὄμμα. Ἵν' οὖν μὴ καὶ ἐνταῦθα τοῦτο γένηται, μετὰ σπουδῆς πολλῆς καὶ τὸ λείψανον ἀνέλωμεν τοῦ κακοῦ. Ἀλλὰ διανάστηθι, καὶ χεῖρα ἡμῖν ὄρεξον. Ὅπερ γὰρ ἐπὶ τῶν τὰ σώματα καμνόντων συμβαίνειν εἴωθεν, ἂν τὰ τῶν ἰατρῶν μὲν εἰσφέρηται, τὰ δὲ ἐκείνων ἐλλιμπάνῃ, διακόπτεται τῆς ὑγείας τὸ κέρδος, τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς γίνεσθαι πέφυκεν. Ἵν' οὖν μὴ γένηται τοῦτο, καὶ τὰ παρὰ σεαυτῆς μετὰ τῆς προσηκούσης σοι συνέσεως σπούδαζε εἰσφέρειν ἡμῖν, ὥστε ἑκατέρωθεν πολλὴν γενέσθαι τὴν ὠφέλειαν. Ἀλλὰ βούλομαι μὲν, ἴσως ἐρεῖς, οὐ δύναμαι δέ· οὐδὲ γὰρ ἀρκῶ διακρούσασθαι τὸ νέφος τὸ πυκνὸν καὶ ζοφῶδες τῆς ἀθυμίας, καίτοι σφόδρα φιλονεικοῦσα. Σκῆψις ταῦτα καὶ πρόφασις· ἐγὼ γὰρ οἶδά σου τῶν λογισμῶν τὴν εὐγένειαν, οἶδα τῆς εὐλαβοῦς σου ψυχῆς τὴν ἰσχὺν, οἶδα τῆς συνέσεως τὸ πλῆθος, τῆς φιλοσοφίας τὴν δύναμιν, καὶ ὡς ἀρκεῖ σοι μόνον ἐπιτάξαι τῷ μαινομένῳ τῆς ἀθυμίας πελάγει, καὶ πάντα ποιῆσαι γαλήνην. Ἵνα δέ σοι τοῦτο καὶ εὐκολώτερον γένηται, καὶ τὰ παρ' ἑαυτῶν εἰσοίσωμεν. Πῶς οὖν ῥᾳδίως δυνήσῃ τοῦτο ποιῆσαι; Καὶ τὰ ἐν τῇ προτέρᾳ ἐπιστολῇ ἀναλογιζομένη πάντα (καὶ γὰρ πολλὰ ταύτης ἕνεκεν ἡμῖν εἴρηται τῆς ὑποθέσεως ἐν ἐκείνῃ), καὶ μετ' ἐκείνων καὶ τοῦτο ποιοῦσα ὅπερ ἐπιτάττω νῦν ἐγώ. Τί δὲ τοῦτό ἐστιν; Ὅταν ἀκούσῃς ὅτι τῶν Ἐκκλησιῶν ἡ μὲν κατέδυ, ἡ δὲ σαλεύεται, ἑτέρα χαλεποῖς περιαντλεῖται κύμασιν, ἄλλη τὰ ἄλλα τὰ ἀνήκεστα πέπονθεν, ἡ μὲν λύκον ἀντὶ ποιμένος λαβοῦσα, ἡ δὲ πειρατὴν ἀντὶ κυβερνή-

ita ut neque animo perturberis, neque lacrymas effundas, sed tranquille et cum gaudio degas.

Ad eamdem Epist. II.

1. Quamquam epistola ea, quam nuper ad te misi, ad doloris tui tumorem comprimendum abunde sufficiebat: tamen quia mœroris acerbitas majorem in modum te afflixit, idcirco necesse B mihi esse existimavi alteram quoque epistolam superiori adjungere, quo tu copiosam et uberem consolationem percipias, ac jam valetudo tua in tuto versetur. Age igitur, aliunde quoque pulverem eum, quem ex animi mœrore contraxisti, discutiam. Siquidem eum ex ulcere gravissimisque tumoribus in pulverem conversum esse existimo. Verum ne sic quidem valetudinis tuæ cura deserenda est: etenim pulvis quoque, nisi quis eum summo studio propellat, parti omnium C præstantissimæ exitium affert, pupillæ nimirum perspicuitatem inficiens, ac totum mœrentis oculum turbans. Ne igitur hoc quoque hic accidat, mali reliquias summa cura et studio evellamus. At tu quoque te erige, manumque nobis præbe. Nam quemadmodum in iis qui ægro corpore sunt evenire solet, ut, si medici quidem ea, quæ muneris sui sunt, præstent, illi autem partes suas minime expleant, sanitatis lucrum interrumpatur: eodem modo in anima quoque res sese habere consuevit. Quamobrem, ne hoc accidat, pro ea prudentia, quæ abs te postulatur, da operam, D ut tuas quoque partes obeas: quo utraque ex parte ingens utilitas oriatur. At forte dices, cupio quidem istud, verum nequeo, nec, quamvis etiam magnam contentionem adhibens, densæ tamen atque atræ mœroris nubi propulsandæ par sum. Meræ excusationes ac meri prætextus ista sunt: novi enim mentis tuæ nobilitatem, piæ tuæ animæ robur, prudentiæ magnitudinem, sapientiæ vim, scioque sat tibi esse furenti huic mœstitiæ mari imperare, ut tranquilla omnia red- E dantur. Verum quo id facilius consequi possis, ea quoque quæ nostrarum partium sunt, conferamus. Quanam igitur ratione id efficere poteris? Nempe si et ea omnia, quæ superiore epistola continentur, tecum consideres (siquidem multa a me, quæ ad hoc argumentum spectent, in ea commemorata sunt), ac præterea hoc agas quod

Cucuso anno 404.

[a] Sic incipit hæc epistola in omnibus fere Mss. atque ita legit Interpres. In prius Editis legebatur: ἤρκει μὲν καὶ ἡ πρώτη ἐπιστολὴ πρὸς τὴν ἐμμέλειαν. In hanc vocem hæc habet Regius unus in inferiore margine prima manu: Ἐμμέλεια, ἡ σύνθεσις, ἡ ὡς ἂν εἴποι τις ἡ ἐπιμέλεια.

tibi nunc ego impero. Quidnam autem hoc est? Cum ad te allatum fuerit, Ecclesiarum aliam pessum iisse, aliam tempestate jactari, aliam sævis fluctibus obrui, aliam etiam gravissimis cladibus affici, aliam lupum pro pastore, aliam prædonem pro gubernatore, aliam carnificem pro medico accepisse, doleas quidem licet; neque enim hæc sine doloris sensu ferre oportet: verum ita doleas, ut modum dolori imponas. Nam cum in iis rebus, in quibus ipsi peccamus, et de quibus rationes reddituri sumus, minime necessarium ac tutum sit, verum perquam funestum ac pestiferum, nimis vehementer discruciari: quanto magis supervacaneum et vanum est, imo satanicum atque animæ exitiosum, pro alienis sceleribus animo frangi ac debilitari?

Perniciosum est pro alienis peccatis animo frangi.

536 A του, ἡ δὲ δήμιον ἀντὶ ἰατροῦ, ἄλγει μέν· οὐ γὰρ δεῖ τὰ τοιαῦτα ἀνωδύνως φέρειν· ἄλγει δὲ, μέτρον ἐπιθεῖσα τῇ λύπῃ. Εἰ γὰρ ἐν οἷς ἡμεῖς αὐτοὶ πλημμελοῦμεν, καὶ ὑπὲρ ὧν μέλλομεν τὰς εὐθύνας ὑπέχειν, οὐκ ἀναγκαῖον, οὐδὲ ἀσφαλὲς, ἀλλὰ καὶ σφόδρα ὀλέθριον καὶ βλαβερὸν τὸ μετὰ πολλῆς ἀλγεῖν τῆς σφοδρότητος· πολλῷ μᾶλλον ὑπὲρ τῶν ἑτέροις πλημμελουμένων τὸ καταμαλακίζεσθαι καὶ κατακλᾶσθαι περιττόν τε καὶ μάταιον, καὶ πρὸς τούτοις σατανικὸν [a] καὶ ψυχῇ ὀλέθριον.

2. Atque ut hæc ita esse intelligas, veterem tibi historiam narrabo. Vir quidam Corinthius, sacrosancta unda tinctus, ac per baptismi sacramentum lustratus, tremendæque etiam mensæ adhibitus, atque, ut summatim dicam, omnium religionis nostræ mysteriorum particeps factus, ac præterea, ut plerique aiunt, magistri munere fungens, post sacram illam initiationem, post arcana illa bona ad quæ admissus fuerat, post primos dignitatis gradus quos in Ecclesia obtinuerat, in gravissimum crimen incidit. Nam cum patris uxorem sceleratis oculis conspexisset, non in hac improba et nefaria cupiditate gradum fixit, verum etiam impudicam voluntatem in opus perduxit: atque hoc scelus non modo stuprum erat, sed etiam adulterium, imo adulterio quoque multo atrocius. Ob idque beatus Paulus re cognita, cum proprium ac satis dignum huic sceleri nomen imponere minime posset, alio modo flagitii hujusmodi magnitudinem et gravitatem declarat, his verbis utens: *Omnino auditur inter vos fornicatio, et talis fornicatio, qualis nec inter gentes nominatur.* Non dixit, Nec perpetratur, sed *Nec nominatur*: his videlicet verbis incredibilem quamdam sceleris illius magnitudinem indicare cupiens. Et quidem eum diabolo addicit, atque ab universa Ecclesia exscindit; ac ne ad communem quidem mensam ipsum admittendi potestatem cuiquam facit. Cum ejusmodi enim homine ne cibum quidem capere fas esse ait. Denique magno impetu fertur, extremam ab eo pœnam expetens, carnificemque ad eam rem satanam adhibens, ac per illum carnem ipsius lacerans. Et tamen is qui ab Ecclesia ho-

1. Cor. 5. — *1. Cor. 5. 1.* — *1. Cor. 5. 11.*

Καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι ταῦτα τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, ἱστορίαν σοι διηγήσομαι παλαιάν. Κορίνθιός τις ἀνὴρ B τῶν ἱερῶν ἀπολαύσας ναμάτων, [b] καὶ καθαρθεὶς διὰ τῆς τοῦ βαπτίσματος μυσταγωγίας, καὶ τῆς φρικωδεστάτης μετασχὼν τραπέζης, καὶ πάντων ἁπαξαπλῶς τῶν παρ' ἡμῖν κοινωνήσας μυστηρίων (πολλοὶ δέ φασιν, ὅτι καὶ διδάσκαλου τάξιν ἐπεῖχε), μετὰ τὴν ἱερὰν ταύτην τελετὴν, καὶ τὸ πάντων ἐντὸς γενέσθαι τῶν ἀποῤῥήτων ἀγαθῶν, καὶ τὰ πρωτεῖα ἔχειν ἐπὶ τῆς Ἐκκλησίας, ἥμαρτεν ἁμαρτίαν χαλεπωτάτην. Τὴν γὰρ γυναῖκα τοῦ πατρὸς ἀδίκοις ἰδὼν ὀφθαλμοῖς, οὐκ ἔστη μέχρι τῆς πονηρᾶς ταύτης ἐπιθυμίας, ἀλλὰ καὶ εἰς ἔργον τὴν ἀκόλαστον γνώμην ἐξήγαγε· καὶ ἦν τὸ τολμηθὲν οὐχὶ πορνεία μόνον, ἀλλὰ καὶ C μοιχεία, μᾶλλον δὲ καὶ μοιχείας πολλῷ χαλεπώτερον. Διὰ δὴ τοῦτο καὶ ὁ μακάριος Παῦλος ἀκούσας, καὶ οὐκ ἔχων ὄνομα ἐπιθεῖναι πρὸς ἀξίαν τῷ ἁμαρτήματι κύριον, ἑτέρως ἐμφαίνει τὸν ὄγκον τῆς παρανομίας, οὑτωσὶ λέγων· Ὅλως ἀκούεται ἐν ὑμῖν πορνεία, καὶ τοιαύτη πορνεία, οἵα οὐδὲ ἐν τοῖς ἔθνεσιν ὀνομάζεται. Οὐκ εἶπεν, οὐδὲ τολμᾶται, ἀλλ', Οὐδὲ ὀνομάζεται, τὴν ὑπερβολὴν δεῖξαι θέλων τῆς παρανομίας ἐκείνης. Καὶ παραδίδωσιν αὐτὸν τῷ διαβόλῳ, καὶ πάσης ἐκτέμνει τῆς Ἐκκλησίας, καὶ οὐδὲ τραπέζης κοινῆς ἀφίησιν αὐτόν τινι κοινωνεῖν. Τῷ γὰρ D τοιούτῳ μηδὲ συνεσθίειν δεῖν φησι, καὶ πολὺς πνεῖ τὴν ἐσχάτην αὐτὸν ἀπαιτῶν δίκην, καὶ δημίῳ πρὸς τοῦτο κεχρημένος τῷ σατανᾷ, καὶ κατακόπτων αὐτοῦ δι' ἐκείνου τὴν σάρκα. Ἀλλ' ὅμως ὁ τῆς Ἐκκλησίας ἀποτεμὼν Παῦλος, ὁ μηδὲ τραπέζης κοινῆς ἀφείς τινι κοινωνεῖν, ὁ πάντας κελεύσας δι' ἐκεῖνον πενθεῖν (Καὶ ὑμεῖς γὰρ πεφυσιωμένοι ἐστὲ, φησὶ, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἐπενθήσατε, ἵνα ἐξαρθῇ ἐκ μέσου ὑμῶν ὁ τὸ ἔργον τοῦτο πεποιηκώς), ὁ πανταχόθεν αὐτὸν ὥσπερ λοιμὸν

a Omnes ferme καὶ ψυχῆς ὄλεθρος.

b Aliquot Mss. καὶ καθαρισμοῦ διὰ τῆς.

τινα ἀπελαύνων, ὁ πάσης αὐτὸν ἀποκλείσας οἰκίας, ὁ τῷ σατανᾷ παραδοὺς, ὁ τοσαύτην παρ' αὐτοῦ δίκην ἀπαιτῶν, ὅτε εἶδεν ἀλγήσαντα καὶ μεταγνόντα ἐφ' E οἷς ἥμαρτε, καὶ παλινῳδίαν διὰ τῶν ἔργων ᾄδοντα, οὕτως αὐτὸς μετετάξατο πάλιν, ὡς ἐκείνοις, οἷς ταῦτα ἐπέταξε, τὰ ἐναντία κελεῦσαι. Ὁ γὰρ εἰπὼν, ἐκκόψατε, ἀποστράφητε, πενθήσατε, καὶ λαμβανέτω αὐτὸν ὁ διάβολος, τί φησιν; Κυρώσατε εἰς αὐτὸν ἀγάπην, μήπω τῇ περισσοτέρᾳ λύπῃ καταποθῇ ὁ τοιοῦτος, καὶ πλεονεκτηθῶμεν ὑπὸ τοῦ σατανᾶ· οὐ γὰρ αὐτοῦ 537 A τὰ νοήματα ἀγνοοῦμεν. Ὁρᾷς πῶς ἐστι σατανικὸν τὸ ἀμέτρως ἀλγεῖν καὶ τῆς ἐκείνου παγίδος ἔργον, τὸ σωτήριον φάρμακον τῇ ἀμετρίᾳ ποιοῦντος δηλητήριον; Καὶ γὰρ γίνεται δηλητήριον, κἀκείνῳ τὸν ἄνθρωπον παραδίδωσιν, ὅταν εἰς ἀμετρίαν ἐκπέσῃ· διὸ καὶ ἔλεγεν, Ἵνα μὴ πλεονεκτηθῶμεν ὑπὸ τοῦ σατανᾶ. Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστι· ψώρας τὸ πρόβατον [a] ἐμπέπληστο πολλῆς, ἠλλοτριώθη τῆς ἀγέλης, ἀπεῤῥάγη τῆς Ἐκκλησίας, ἀλλὰ διώρθωσε τὴν νόσον, γέγονε πρόβατον οἷον ἔμπροσθεν ἦν· τοιαύτη γὰρ τῆς μετανοίας ἡ δύναμις. Γέγονε λοιπὸν τῆς ποίμνης τῆς ἡμετέρας. Ὁλοκλήρως ἐπισπασώμεθα αὐτὸν, ὑπτίαις ὑποδεξώμεθα ταῖς χερσὶ, περιλάβωμεν, περιπτυξώ- B μεθα, ἑνώσωμεν ἡμῖν αὐτοῖς. Εἰ γὰρ μὴ βουληθείημεν τοῦτο ποιῆσαι, πλεονεκτεῖ λοιπὸν ἡμᾶς ὁ διάβολος, οὐ τὸν αὐτοῦ λαμβάνων, ἀλλὰ τὸν ἡμέτερον γενόμενον ἀπὸ τῆς ῥαθυμίας τῆς ἡμετέρας, καὶ διὰ τῆς ἀμετρίας τῆς κατὰ τὴν ἀθυμίαν καταποντίζων, καὶ αὐτοῦ λοιπὸν ποιῶν εἶναι. Διὸ καὶ ἐπήγαγεν, Οὐ γὰρ αὐτοῦ τὰ νοήματα ἀγνοοῦμεν, ὅτι καὶ διὰ τῶν ὠφελούντων πολλάκις, ὅταν μὴ δεόντως ταῦτα γένηται, τοὺς μὴ προσέχοντας ὑποσκελίζειν εἴωθεν.

Εἰ δὲ ὑπὲρ ὧν [b] αὐτός τι ἐπλημμέλησε, καὶ πλημμέλημα τοιοῦτον, οὐκ ἀφίησιν ὁ Παῦλος πολλῇ τῇ λύπῃ κεχρῆσθαι, ἀλλὰ σπεύδει καὶ ἐπείγεται, καὶ C πάντα ποιεῖ καὶ πραγματεύεται, ὥστε ἐκκόψαι τὸν ὄγκον τῆς ἀθυμίας, σατανικὴν εἶναι λέγων τὴν ἀμετρίαν, καὶ διαβόλου πλεονεξίαν, καὶ τῆς ἐκείνου κα-

minem absciderat, qui ne profanam quidem mensam communem cum eo habere cuiquam permiserat, qui omnibus luctum ipsius causa indixerat (*Et vos inflati estis*, inquit, *et non magis* 1. Cor. 5. 2. *luctum habuistis, ut tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit*), qui eum non secus ac pestiferum quemdam undecumque pellebat, qui ex omnium ædibus excluserat, qui satanæ tradiderat, is, inquam, qui tantum ab eo supplicium exigebat, postquam eum dolore affectum, scelerisque admissi pœnitentem vidit, palinodiamque reipsa canentem, in hunc modum ipse quoque sententiam retexuit, ut iis, quibus hæc edixerat, contraria jam imperaret. Nam qui dixerat, Exscindite, rejicite, lugete, ac diabolus ipsum arripiat, quid ait? *Firmate in eum caritatem,* 2. Cor. 2. 8. 11. *ne abundantiori tristitia hujusmodi homo absorbeatur, ac circumveniamur a satana: non enim ipsius cogitationes ignoramus.* Videsne quemadmodum satanæ instinctum redoleat, laqueique ipsius opus sit, immodico dolore affici, ut qui videlicet salutare pharmacum per immoderationem in venenum convertat? Siquidem in venenum degenerat, atque hominem satanæ tradit, cum modum excesserit; ideoque dicebat: *Ne circumveniamur a satana.* Quod perinde ac si diceret: Ingenti scabie cooperta pecus hæc erat, a grege remota est: ab Ecclesiæ cœtu abrupta; verum morbum depulit, atque in pristinum statum restituta est: ea enim pœnitentiæ vis est. Ad gregem nostrum jam rediit. Prorsus eum alliciamus, supinis manibus excipiamus, amplectamur, exosculemur, nobis ipsis adjungamus. Nisi enim id facere in animum induxerimus, fraudat jam nos satanas, non suum accipiens, sed eum qui noster effectus est, per socordiam nostram, atque immodicum ipsius mœrorem demergens, sibique in posterum asserens. Ob idque etiam subjunxit, *Non enim* Ibid. *ipsius cogitationes ignoramus*, nempe quod etiam per ea, quæ cum utilitate conjuncta sunt, cum non, ut par est, fiunt, eos qui animum haud satis attendunt, in fraudem impellere consuevit.

3. Quod si pro eo scelere, et quidem tam gravi, quod quispiam commisit, Paulus eum nimio mœrore se conficere non sinit, verum summam diligentiam adhibet, nihilque non agit ac molitur, quo mœroris tumorem exscindat, satanæ videlicet ac diaboli circumscriptionem hujusmodi

[a] Omnes Mss. ἐμπέπληστο. Editi ἐμπέπλησται. Infra ὁλοκλήρως deest in quatuor Mss.

[b] Tres Mss. αὐτός τι, et hæc est vera lectio. Editi τις

immoderationem esse, atque ab ipsius versutia et improbis cogitationibus proficisci asserens: annon extremæ stultitiæ atque insaniæ est, pro peccatis alienis, et de quibus aliis judicium subeundum ac pœna luenda est, in tanto dolore et cruciatu versari, ut etiam densissimas tenebras, ingentemque tumultum et confusionem ac perturbationem, atque horrendam tempestatem animo invehas? Quod si mihi rursum eadem dixeris, nimirum te velle, sed minime posse, rursum tibi eadem quoque ipse regeram, nempe meras excusationes merosque prætextus hæc esse: nervos enim philosophicæ animæ tuæ cognitos ac perspectos habeo. Ut autem alia quoque ratione faciliorem tibi adversus importunum hunc et pestiferum mœrorem pugnam ac victoriam reddam, hoc rursus, quod jubeo, facias velim. Cum aliquem hanc perniciem commemorantem audieris, ab hujusmodi cogitatione quam primum te remove, atque ad formidandi illius diei cogitationem curre, tecumque horrendum illud tribunal considera, incorruptum Judicem, igneos amnes, qui pro illo tribunali trahuntur et ardentissima flamma ebulliunt, peracutos gladios, atroces pœnas, cruciatum sempiternum, tetram caliginem, exteriores tenebras, pestiferum vermem, vincula quæ nulla vi frangi queant, dentium stridorem, ejulatum consolationis expertem, orbis theatrum, vel potius utriusque naturæ theatrum, hoc est superioris et inferioris. *Virtutes enim cœlorum movebuntur*, ait Christus. Nam etsi nullius sceleris sibi consciæ, nec judicium subituræ sunt, tamen universum hominum genus conspicientes, atque infinitas nationes causam dicentes, non sine metu illic adstabunt. Tantus videlicet tunc terror erit. Hæc considera, eaque argumenta, ex quibus elabendi ratio nulla sit. Neque enim accusatoribus judex ille opus habet, nec testibus, nec argumentis, nec probationibus: verum omnia, ut gesta sunt, in medium profert, atque ante oculos eorum qui deliquerunt. Tum nemo, qui e supplicio eripiat, adfuturus est, non pater, non filius, non filia, non mater, non alius quispiam cognatus, non vicinus, non amicus, non patronus, non pecuniarum largitio, non opum amplitudo, non auctoritatis ac potentiæ tumor; verum hæc omnia non secus ac pulvis e pedibus excussa sunt, ac solus is qui causam dicit, ex iis quæ ab ipso gesta sunt, vel absolvitur, vel condemnatur. Tunc nemo ob

In publicis calamitatibus quid agendum.

Matth. 24. 29.

κουργίας, καὶ τῶν πονηρῶν αὐτοῦ νοημάτων ἔργον· ὑπὲρ ὧν ἕτεροι πεπλημμελήκασι, καὶ ἄλλοι μέλλουσιν εὐθύνας ὑπέχειν, πῶς οὐκ ἐσχάτης ἀνοίας τε καὶ μανίας οὕτω κατακόπτεσθαι καὶ ἀλγεῖν, ὡς καὶ σκότος ἄφατον ἐπάγειν τῇ διανοίᾳ, καὶ πολὺν τὸν θόρυβον, καὶ σύγχυσιν, καὶ ταραχὴν, καὶ ζάλην ἄφατον; D Εἰ δὲ πάλιν μοι τὰ αὐτὰ λέγεις, ὅτι βούλομαι μὲν, οὐκ ἰσχύω δὲ, πάλιν σοι καὶ ἐγὼ τὰ αὐτὰ ἐρῶ, ὅτι σκῆψις καὶ πρόφασις ταῦτα· καὶ γὰρ οἶδά σου τῆς φιλοσόφου ψυχῆς τὰ νεῦρα. Ἵνα δὲ ἑτέρωθεν εὐκολωτέραν σοι ποιήσω τὴν κατὰ τῆς ἀθυμίας ταύτης τῆς ἀκαίρου καὶ ὀλεθρίας ἀντίστασίν τε καὶ νίκην, τοῦτο πάλιν ὅπερ ἐπιτάττω ποίει. Ὅταν ἀκούσῃς διηγουμένου τινὸς τὴν πανωλεθρίαν ταύτην, ἀποπήδα ταχέως ἀπὸ τῶν λογισμῶν τούτων, καὶ τρέχε ἐπὶ τὴν E ἔννοιαν τῆς ἡμέρας ἐκείνης τῆς φοβερᾶς, καὶ ἀναλογίζου παρὰ σαυτῇ τὸ βῆμα τὸ φρικῶδες, τὸν δικαστὴν τὸν ἀδέκαστον, τοὺς ποταμοὺς τοῦ πυρὸς, τοὺς πρὸ τοῦ βήματος ἐκείνου συρομένους καὶ σφοδροτάτῃ καχλάζοντας τῇ φλογὶ, τὰς ἠκονημένας ῥομφαίας, τὰς ἀποτόμους τιμωρίας, τὴν κόλασιν τὴν οὐκ ἔχουσαν τέλος, τὸν ζόφον τὸν ἀφεγγῆ, τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον, τὸν σκώληκα τὸν ἰοβόλον, τὰ δεσμὰ τὰ ἄλυτα, τὸν βρυγμὸν τῶν ὀδόντων, καὶ τὸν κλαυθμὸν τὸν ἀπαραμύθητον, τὸ θέατρον τῆς οἰκουμένης, μᾶλλον δὲ τὸ 538 A θέατρον ἑκατέρας τῆς κτίσεως, τῆς ἄνω, τῆς κάτω. Καὶ γὰρ αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σαλευθήσονται, φησίν. Εἰ γὰρ καὶ μηδὲν ἑαυταῖς συνίσασι, μηδὲ μέλλουσιν ὑπέχειν εὐθύνας, ἀλλ' ὁρῶσαι τὸ γένος ἅπαν τῶν ἀνθρώπων, καὶ τοὺς ἀπείρους δήμους κρινομένους, οὐκ ἀδεῶς ἐκεῖ παρεστήκασι. Τοσοῦτος δ φόβος τότε. Ταῦτα τοίνυν ἐννόει, καὶ τοὺς ἀφύκτους ἐλέγχους. Οὐδὲ γὰρ κατηγόρων δεῖται ἐκεῖνος ὁ δικαστὴς, οὐδὲ μαρτύρων, οὐδὲ ἀποδείξεων, οὐδὲ ἐλέγχων, ἀλλὰ πάντα ὡς ἐπράχθη φέρει εἰς μέσον καὶ πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν τῶν πεπλημμεληκότων. Τότε οὐδεὶς ὁ παρεσόμενος καὶ ἐξαρπάσων τῆς τιμωρίας, οὐ πατὴρ, οὐχ υἱὸς, οὐ θυγάτηρ, οὐ μήτηρ, οὐχ ἄλλος B τις συγγενὴς, οὐ γείτων, οὐ φίλος, οὐ συνήγορος, οὐ χρημάτων δόσις, οὐ πλούτου περιουσία, οὐ δυναστείας ὄγκος, ἀλλὰ πάντα ταῦτα ὥσπερ κόνις ἐκποδὼν ἐλήλαται, καὶ μόνος ὁ κρινόμενος ἀπὸ τῶν αὐτῷ πεπραγμένων, ἢ τὴν ἐλευθεροῦσαν, ἢ τὴν δικάζουσαν ὑπομένει ψῆφον. Τότε οὐδεὶς ὑπὲρ ὧν ἄλλος ἐπλημμέλησε κρίνεται, ἀλλ' ὑπὲρ ὧν αὐτὸς ἕκαστος ἥμαρτε. Ταῦτα οὖν ἅπαντα συναγαγοῦσα, [a] καὶ τὸν φόβον τοῦτον ἐξογκώσασα, καὶ ἐπιτειχίσασα τῇ σατανικῇ καὶ ψυχοβλαβεῖ λύπῃ, οὕτως ἐν τῇ πρὸς αὐτὴν στῆθι παρατάξει, ἐν ᾗ καὶ φανεῖσα μόνον, ἀράχνης αὐτὴν C εὐκολώτερον διασπάσαι καὶ ἀφανίσαι δυνήσῃ. Αὐτὴ

[a] Duo Mss καὶ τῷ φόβῳ τούτῳ. Alius τῷ φόβῳ τούτων.

μὲν γὰρ μετὰ τοῦ [b]μάταιος εἶναι καὶ περιττὴ, καὶ ὀλέθριος σφόδρα καὶ βλαβερά· ἐκεῖνος δὲ καὶ ἀναγκαῖος ὁ φόβος, καὶ χρήσιμος καὶ ἐπωφελὴς, καὶ πολὺ τὸ κέρδος ἔχων. Ἀλλὰ γὰρ ἔλαθον ὑπὸ τῆς τοῦ λόγου ῥύμης παρασυρεὶς, καὶ οὐχ ἁρμόζουσάν σοι ταύτην ποιησάμενος τὴν παραίνεσιν· ἐμοὶ μὲν γὰρ καὶ τοῖς κατ' ἐμὲ βεβαπτισμένοις ἁμαρτημάτων πλήθει ἀναγκαῖος οὗτος ὁ λόγος· φοβεῖ γὰρ καὶ διανίστησι· σὲ δὲ ἐν τοσούτοις κατορθώμασι κομῶσαν, καὶ αὐτῆς ἤδη τῆς ἁψῖδος τῶν οὐρανῶν ἁψαμένην, οὐδὲ ἁπλῶς νύττειν δύναιτ' ἄν. Διὸ πρὸς ἑτέραν καταστήσομαι μελῳδίαν πρὸς σὲ διαλεγόμενος, καὶ ἑτέραν ἀνα- D κρούσομαι νευρὰν, ἐπειδή σου οὗτος ὁ φόβος καθικέσθαι οὐ δύναται, πλὴν ὅσον καὶ τῶν ἀγγέλων. Μεταταξώμεθα τοίνυν καὶ δεῦρο, καὶ αὐτὴ μετάστηθι μετὰ τοῦ λόγου, καὶ ἀναλογίζου τῶν κατωρθωμάτων σου τὰς ἀντιδόσεις, τὰ βραβεῖα τὰ λαμπρὰ, τοὺς φαιδροὺς στεφάνους, τὴν μετὰ τῶν παρθένων χορείαν, τὰς παστάδας τὰς ἱερὰς, τὸν [c]νυμφῶνα τῶν οὐρανῶν, τὴν μετὰ τῶν ἀγγέλων λῆξιν, τὴν πρὸς τὸν νυμφίον παῤῥησίαν καὶ ὁμιλίαν, τὴν θαυμαστὴν δᾳδουχίαν ἐκείνην, τὰ ἀγαθὰ τὰ καὶ λόγον καὶ νοῦν ὑπερβαίνοντα.

ea quæ alius perpetravit, in judicium vocatur, sed pro iis quæ ipsemet commisit. His igitur omnibus in unum coactis, atque hoc terrore adaucto, satanicæque ac perniciem animo afferenti mœstitiæ opposito, ita demum adversus eam in acie sta: in qua vel ipso oblatu eam facilius, quam araneæ telam, discerpere ac de medio tollere poteris. Nam ea præterquam quod inanis ac supervacanea est, ingens quoque detrimentum ac perniciem parit: contra timor ille necessarius est, et commodus atque utilis, magnoque D cum emolumento ac fructu conjunctus. Verum imprudens orationis impetu abstractus sum: atque, cum id tibi minime conveniret, hoc mihi sumsi, ut te monerem: mihi enim iisque, qui mei instar scelerum mole depressi atque obruti sunt, necessaria est hæc oratio: terret enim atque excitat; tibi autem tot virtutum ornamentis florenti, atque adeo ipsum cælorum axem jam attingenti, ne tantillum quidem timoris afferre queat. Idcirco ad alterum musices genus me convertam, te alloquens, ac nervum alterum pulsabo: quandoquidem hic te metus perstringere nequit, nisi quantum angelos quoque perstringit. Quocirca huc quoque nos convertamus: ac tu etiam simul cum oratione nostra te converte, atque eorum quæ recte et cum laude gessisti præmia cum animo tuo reputa, luculentas palmas, splendidas coronas, choream cum virginibus, sacros thalamos, cælorum cubiculum, sedem cum angelis, fiduciam et familiarem cum sponso consuetudinem, mirabilem illum splendorem, bona illa quæ sermonem omnem ac mentis captum excedunt.

E Ἀλλὰ μή μου τῶν λόγων ἐπιλάβῃ, εἰ καὶ εἰς τὸν χορὸν τῶν παρθένων σε κατελέξαμεν τὸν ἁγίων ἐκείνων, ἐν χηρείᾳ βεβιωκυῖαν. Ἤκουσας γάρ μου πολλάκις καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ διαλεγομένου, τίς ποτέ ἐστι τῆς παρθενίας ὁ ὅρος, καὶ ὡς οὐκ ἂν κωλυθείης 539 A ποτὲ εἴς τε τὸν ἐκείνων καταλεγῆναι χορὸν, μᾶλλον δὲ καὶ ἐκείνας ὑπερβῆναι μετὰ πολλῆς τῆς περιουσίας, ἡ πολλὴν ἐν τοῖς ἄλλοις ἐπιδειξαμένη φιλοσοφίαν. Διά τοι τοῦτο ὁ Παῦλος ὅρον τῆς παρθενίας τιθεὶς, οὐ τὴν ἀπειρόγαμον καὶ ἀπηλλαγμένην συνουσίας ἀνδρὸς παρθένον ἐκάλεσεν, ἀλλὰ τὴν τὰ τοῦ Κυρίου μεριμνῶσαν. Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Χριστὸς δεικνὺς ὅσῳ μείζων παρθενίας ἐλεημοσύνη, ἧς τὰ σκῆπτρα κατέχεις αὐτὴ, καὶ τὸν στέφανον ἀνεδήσω πάλαι, ἀπ' ἐκείνου μὲν

4. Ne sermones meos propterea carpe, quod te in virginum chorum et classem adscripserim sanctarum illarum, quæ in viduitate vixisti. Sæpe enim me tum privatim, tum publice audisti, cum, quæ virginitatis definitio esset, explicarem, illudque contenderem, nihil umquam impedimento fore, quominus ea in virginum numerum et ordinem referretur, imo etiam eas longo intervallo superaret, quæ in cæteris rebus ingentis philosophiæ specimen edidisset. Eaque de causa Paulus etiam, cum virginem describeret, non eam dumtaxat quæ matrimonii virilisque concubitus expers esset, virginem appellavit, verum etiam eam cui ea, quæ ad Dei cultum pertinerent, curæ essent. Quin ipse quoque Christus, ostendens quantum eleemosyna, cujus

Viduæ ipsas Virgines meritis possunt superare.

1. Cor. 7. 34.

[b] Duo Mss. *ματαία εἶναι.*

[c] Iidem *νυμφῶνα τὸν οὐράνιον.*

tu jamdiu principatum tenes, ac coronam adepta es, virginitatem antecellat, ex virginum choro dimidiam partem ejecit, quoniam absque hac virtute ingressæ fuerant, vel potius quia eam haud copiose possidebant : etenim oleum habe-
Matth. 25. bant, at parcius quam conveniret. Contra, eos qui sine virginitate accesserant, quod misericordia ornati essent, honorifice excepit, benedictos Patris sui eos appellans, ad se vocans, regnique hereditatem ipsis impertiens, ac spectante universo terrarum orbe virtutes eorum prædicans; atque adeo præsentibus angelis atque universo mortalium genere, ipsos nutritios et hospites suos nuncupare non dubitavit. Hanc tu quoque beatam vocem tunc audies; hanc tu mercedem amplissime consequeris. Porro cum pro eleemosyna sola tanta præmia, tantæ coronæ, tanta claritas, tantus splendor, tanta gloria percipiatur, si alias quoque virtutis tuæ partes recenseam, quam tandem veniam obtinere queas, quæ cum ideo festum agere, exsultare, choros ducere, ac corona caput devincire deberes, teipsam contra, quia alius furore captus est, alius præcipitem se dedit, angore conficias, facilemque diabolo, quem ad hunc usque diem lancinare non destitisti, adversus sanctam animam tuam incursum reddas? Nam quid variam ac multiplicem patientiam tuam commemorem? quæ oratio, quod historiæ volumen ad eam rem mihi satis esse queat, si calamitates eas, quas a puerili ætate ad hoc usque tempus pertulisti, recensere velim; hoc est, quas tam a tuis, quam ab alienis, tam ab amicis, quam ad hostibus, tam ab iis qui tecum genere conjuncti erant, quam qui nullo propinquitatis gradu te attingebant, tam ab iis qui potentia florebant, quam ab humilibus et abjectis, tam ab iis qui magistratu fungebantur, quam a privatis, ac denique ab iis qui inter clericos censebantur, accepisti? Nihil enim horum est, quod, si sigillatim ab aliquo referatur, integram historiam efficere nequeat. Quod si quis ad alia jam hujusce virtutis genera se convertat, easque afflictiones, quas non jam alii, sed ipsamet tibi accersivisti, oratione complectatur, quod saxum, quod ferrum, quem adamantem non reperiet abs te superatum? Nam cum carnem usque adeo teneram ac delicatam, atque omni luxus generi assuetam accepisses, eam variis afflictionibus ita oppugnasti, ut nunc nihilo meliore statu sit, quam si prorsus

τοῦ χοροῦ τὸ ἥμισυ μέρος ἐξέβαλεν, ἐπειδὴ ταύτης
B εἰσῆλθον χωρὶς, μᾶλλον δὲ ἐπειδὴ δαψιλῶς αὐτὴν
οὐκ ἐκέκτηντο· καὶ γὰρ εἶχον ἔλαιον, ἀλλ' οὐκ ἀρκοῦν.
Τοὺς δὲ χωρὶς παρθενίας εἰσελθόντας, ἐπειδὴ ταύτην
ἦσαν περιβεβλημένοι, μετὰ πολλῆς ὑπεδέξατο τῆς
τιμῆς, εὐλογημένους τε τοῦ Πατρὸς ὀνομάζων, καὶ
πρὸς ἑαυτὸν καλῶν, καὶ τῆς βασιλείας τὴν κληρονο-
μίαν αὐτοῖς χαριζόμενος, καὶ ἐν μέσῃ ἀνακηρύττων
τῇ οἰκουμένῃ· καὶ οὐ παρῃτήσατο, καὶ ἀγγέλων καὶ
τῆς κτίσεως πάσης παρούσης, τροφέας τε αὐτοῦ καὶ
C ξενοδόχους αὐτοὺς προσειπεῖν. Ταύτης καὶ αὐτὴ
ἀκούσῃ τότε τῆς μακαρίας φωνῆς, ταύτης ἀπολαύσῃ
τῆς ἀμοιβῆς μετὰ πολλῆς τῆς περιουσίας. Εἰ δὲ
ὑπὲρ ἐλεημοσύνης μόνον τοσαῦται αἱ ἀντιδόσεις, το-
σοῦτοι οἱ στέφανοι, τοσαύτη ἡ λαμπρότης, τοσαύτη
ἡ περιφάνεια καὶ ἡ δόξα, εἰ καὶ τὰ ἄλλα τῆς ἀρετῆς
ἐπέλθοιμί σοι μέρη, ποίαν ἂν σχοίης συγγνώμην,
ὀφείλουσα ἐντεῦθεν ἤδη ἑορτὴν ἄγειν, καὶ σκιρτᾷν,
καὶ χορεύειν, καὶ στεφανοῦσθαι, ἐπειδὴ δὲ ὁ δεῖνα
ἐμάνη, καὶ ὁ δεῖνα κατὰ κρημνῶν ἦλθε, κατακό-
πτουσα ἑαυτὴν, καὶ εὔκολον κατὰ τῆς ἁγίας σου ψυ-
χῆς τῷ διαβόλῳ ποιοῦσα [a] τὴν ἔφοδον, ὃν μέχρι σή-
D μερον καταξαίνουσα οὐκ ἐπαύσω; Τί γὰρ ἄν τις εἴποι
τὴν ὑπομονὴν τὴν ποικίλην καὶ πολυειδῆ καὶ πολύ-
τροπον, καὶ πόσος ἡμῖν εἰς τοῦτο ἀρκέσει λόγος,
πόσον δὲ ἱστορίας μέτρον, εἴ τις τὰ ἐκ πρώτης [b] ἡλι-
κίας μέχρι τοῦ νῦν παθήματά σου καταλέγοι, τὰ
παρὰ τῶν οἰκείων, τὰ παρὰ τῶν ἀλλοτρίων, τὰ παρὰ
τῶν φίλων, τὰ παρὰ τῶν ἐχθρῶν, τὰ παρὰ τῶν γένει
προσηκόντων, τὰ παρὰ τῶν μηδαμόθεν προσηκόν-
των, τὰ παρὰ τῶν ἐν δυναστείαις, τὰ παρὰ τῶν εὐ-
τελῶν, τὰ παρὰ τῶν ἀρχόντων, τὰ παρὰ τῶν ἰδιωτῶν,
E τὰ παρὰ τῶν εἰς τὸν κλῆρον τελούντων; Τούτων γὰρ
ἕκαστον, εἴ τις διεξίοι αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ μόνον, ἱστο-
ρίαν ὁλόκληρον ἱκανὸν ποιῆσαι τὸ διήγημα. Εἰ δέ τις
καὶ πρὸς τὰ ἕτερα εἴδη τῆς ἀρετῆς ταύτης μετασταίη,
καὶ μηκέτι τὰ παρ' ἑτέρων, ἀλλὰ τὰ παρὰ σοῦ κατα-
σκευασθέντα διηγήσαιτο πάθη, τίνα λίθον, τίνα σί-
δηρον, ποῖον ἀδάμαντα οὐχ εὑρήσει νικηθέντα παρὰ
σοῦ; Ἁπαλὴν γὰρ οὕτω σάρκα λαβοῦσα καὶ τρυφε-
ρὰν, παντὶ εἴδει τρυφῆς συντραφεῖσαν, οὕτως αὐτὴν
ποικίλοις ἐπολιόρκησας πάθεσιν, ὡς μηδὲν ἄμεινον
640 A τῆς νεκρωθείσης διακεῖσθαι· καὶ τοσοῦτον ἀνῆψας ἐν
σεαυτῇ νοσημάτων ἐσμὸν, ὡς καὶ ἰατρῶν τέχνην,

[a] Coislin. et Reg. τὴν εἴσοδον. [Lege ἣν (τὴν ψυχὴν) μέχρι.]

[b] Tres Mss. ἡλικίας ἕως νῦν.

καὶ φαρμάκων δύναμιν, καὶ πάντα ἐπιμελείας ἐλέγξαι τρόπον, καὶ διηνεκέσι συζῆν ὀδύναις.

[a] Hæc, εἴ τις οἶδε φιλεῖν γνησίως, in Edito deerant, sed in Mss. omnibus habentur, et ab Interprete lecta sunt.

[b] Duo Mss. σαλεύεσθαι.

doniam. Quid ais, Paule? Ligno alligatus, atque in vincula conjectus, ac virgarum notas tergo impressas habens, et cruore diffluens, sacris initiabas et baptizabas, et sacrificium offerebas, nec unicum etiam hominem, qui salutem accepturus esset, contemnebas: Troadem autem profectus, ac repurgatum arvum sementemque excipere paratum, et plenam aream, cunctaque tibi prona et facilia præbentem conspiciens, tantum de manibus lucrum ejecisti, ut quamvis etiam ob eam causam illuc te contulisses (*Cum* enim *venissem Troadem*, inquit, *ad evangelium*, hoc est evangelici negotii causa), nec quisquam tibi obsisteret (*Et ostium*, inquit, *mihi apertum esset*), pedem tamen statim referres? Ita sane, inquit: magna enim me mœroris tyrannis invasit, Titique absentia meum animum vehementer conturbavit, atque ita me fregit ac superavit, ut a me, hoc ut facerem, extorserit. Nam quod illi propter mœrorem hoc acciderit, nihil nobis conjecturis opus est, verum ab ipsomet hoc conjicere atque intelligere debemus. Etenim discessus sui causam his verbis exposuit: *Non habui requiem spiritui meo, eo quod non invenerim Titum, sed valedicens eis, egressus sum.*

12. Videsne quantum certamen sit, amici digressum æquo ac placido animo ferre, quamque gravis et acerba hæc res sit, quamque sublimem ac strenuum animum desideret? Hoc porro certamen tu quoque nunc obis. At quo majus hoc certamen est, eo etiam corona præstantior erit, præmiaque splendidiora. Quare hoc tibi tarditatis sit solatium; illudque præterea, quod mercede hinc manante refertam, corona redimitam, amplissimisque laudibus affectam te visuri simus. Neque enim ii qui amant, eo solo contenti sunt, quod animorum vinculis inter se constringantur, neque hoc ad consolationem sibi satis esse ducunt, verum etiam corporis præsentiam requirunt: qua si careant, haud exigua voluptatis pars succisa est. Atque hoc rursum, si ad caritatis alumnum nos contulerimus, ita se habere comperiemus. In ea enim Epistola, quam ad
1. *Thess.* 2. 17. 18. et c. 3. v. 1. 2. Macedonas scribebat, his verbis utebatur: *Nos autem, fratres, orbati a vobis ad tempus horæ, aspectu, non corde, abundantius festinavimus faciem vestram videre: ego quidem Paulus semel et iterum: sed impedivit nos satanas. Propter quod non sustinentes*

τοσοῦτον ἔρριψας ἀπὸ τῶν χειρῶν κέρδος, ὡς καὶ διὰ τοῦτο παραγενόμενος (Ἐλθὼν γάρ, φησὶν, εἰς τὴν Τρωάδα εἰς τὸ εὐαγγέλιον, τοῦτ᾽ ἔστι, διὰ τὸ εὐαγγέλιον), καὶ οὐδενὸς ἀντιπίπτοντος (Θύρας γάρ μοι, φησὶν, ἀνεῳγμένης), ἀπεπήδησας εὐθέως; Ναὶ, φησί· πολλῇ γὰρ κατεσχέθην ἀθυμίας τυραννίδι, καὶ σφόδρα μου συνέχεε τὴν διάνοιαν ἡ Τίτου ἀπουσία,
C καὶ οὕτω μου ἐκράτησε καὶ περιεγένετο, ὡς ἀναγκάσαι τοῦτο ποιῆσαι. Ὅτι γὰρ διὰ ἀθυμίαν τοῦτο ἔπαθεν, οὐδὲν ἡμᾶς δεῖ στοχάζεσθαι, ἀλλὰ παρ᾽ αὐτοῦ καὶ τοῦτο [a] στοχάζεσθαι καὶ μανθάνειν. Καὶ γὰρ τὴν αἰτίαν τῆς ἀναχωρήσεως τέθεικεν εἰπών· Οὐκ ἔσχηκα ἄνεσιν τῷ πνεύματί μου τῷ μὴ εὑρεῖν με Τίτον, ἀλλὰ ἀποταξάμενος αὐτοῖς ἐξῆλθον.

Εἶδες πῶς μέγιστος ἆθλος τὸ δυνηθῆναι ἐνεγκεῖν πράως τοῦ ἀγαπωμένου χωρισμόν; καὶ πῶς ὀδυνηρὸν πρᾶγμα καὶ πικρόν; πῶς ὑψηλῆς δεόμενον καὶ νεανι-
D κῆς ψυχῆς; Τοῦτον τὸν ἆθλον καὶ αὐτὴ διανύεις νῦν. Ὅσῳ δὲ μέγιστος ὁ ἆθλος, τοσούτῳ καὶ ὁ στέφανος μείζων, καὶ τὰ βραβεῖα λαμπρότερα. Τοῦτό σοι τῆς μελλήσεως ἔστω παραμυθία καὶ τὸ πάντως ἡμᾶς ὄψεσθαί σε πάλιν βρύουσαν τῷ ἐντεῦθεν μισθῷ, καὶ στεφανουμένην, καὶ ἀνακηρυττομένην. Οὐδὲ γὰρ ἀρκεῖ τοῖς ἀγαπῶσι μόνον τὸ τῇ ψυχῇ συνδεδέσθαι, [b] οὐδὲ ἀποχρῶνται τούτῳ εἰς παραμυθίαν, ἀλλὰ καὶ σωματικῆς δέονται παρουσίας· κἂν μὴ τοῦτο προσῇ,
E οὐ μικρὸν τῆς εὐφροσύνης ὑποτέτμηται μέρος. Καὶ τοῦτο πάλιν πρὸς τὸν τῆς ἀγάπης τρόφιμον ἐλθόντες, εὑρήσομεν οὕτως ἔχον. Μακεδόσι γὰρ ἐπιστέλλων οὕτως ἔλεγεν· Ἡμεῖς δὲ, ἀδελφοὶ, ἀπορφανισθέντες ἀφ᾽ ὑμῶν πρὸς καιρὸν ὥρας, προσώπῳ, οὐ καρδίᾳ, περισσοτέρως ἐσπουδάσαμεν τὸ πρόσωπον ὑμῶν ἰδεῖν· ἐγὼ μὲν Παῦλος καὶ ἅπαξ καὶ δὶς, καὶ ἀνέκοψεν ἡμᾶς ὁ σατανᾶς. Διὸ μηκέτι στέγοντες, ηὐδοκήσαμεν καταλειφθῆναι ἐν Ἀθήναις μόνοι, καὶ ἐπέμψαμεν
550 Τιμόθεον. Ὢ λέξεως ἑκάστης δύναμιν· τὴν γὰρ ἐν-
A αποκειμένην αὐτοῦ τῇ ψυχῇ φλόγα τῆς ἀγάπης μετὰ πολλῆς ἐνδείκνυται τῆς σαφηνείας. Οὐδὲ γὰρ εἶπε,

[a] In tribus Mss. στοχάζεσθαι καὶ deest.

[b] Duo Mss. οὐδὲ ἀρκετὸν τοῦτο εἰς.

χωρισθέντες ὑμῶν, οὐδὲ διασπασθέντες ὑμῶν, οὐδὲ διαστάντες, οὐδὲ ἀπολειφθέντες, ἀλλ', Ἀπορφανισθέντες ὑμῶν. Λέξιν ἐζήτησεν ἱκανὴν ἐμφῆναι τὴν ὀδύνην αὐτοῦ τῆς ψυχῆς. Καίτοι γε ἐν τάξει πατέρος ἦν ἅπασιν αὐτὸς, ἀλλὰ παιδίων ὀρφανῶν ἐν τῇ ἀώρῳ ἡλικίᾳ τὸν γεγεννηκότα ἀποβαλόντων φθέγγεται ῥήματα, τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἀθυμίας ἐνδείξασθαι βουλόμενος. Οὐδὲν γὰρ ὀδυνηρότερον ὀρφανίας ἀώρου, ὅταν τῆς τε ἡλικίας πρὸς οὐδὲν αὐτοῖς ἀρκούσης, τῶν τε προστησομένων γνησίως οὐκ ὄντων, καὶ τῶν ἐπιθησομένων καὶ ἐπιβουλευόντων πολλῶν ἀθρόον ἀναφαινομένων, ὥσπερ [a] ἀρνειοὶ, οὕτως εἰς μέσον προκέωνται λύκοις, οἳ πανταχόθεν σπαράττουσιν αὐτοὺς καὶ ξαίνουσιν. Οὐδεὶς δύναται παραστῆσαι τῆς συμφορᾶς ταύτης τῷ λόγῳ τὸ μέγεθος. Διὰ τοῦτο καὶ Παῦλος περιελθὼν, καὶ ζητήσας καὶ ἐρημίας καὶ συμφορᾶς χαλεπῆς ῥῆσιν ἐνδεικτικὴν, ἵνα παραστήσῃ ὅπερ ἔπασχε τῶν ἀγαπωμένων χωριζόμενος, ταύτῃ ἐχρήσατο τῇ λέξει· εἶτα καὶ ἐπιτείνει πάλιν αὐτὴν διὰ τῶν ἑξῆς. Ἀπορφανισθέντες γὰρ, φησὶν, οὐ χρόνον, ἀλλὰ Πρὸς καιρὸν ὥρας, καὶ χωρισθέντες οὐ διανοίᾳ, ἀλλὰ Προσώπῳ μόνῳ, οὐδὲ οὕτω φέρομεν τὴν ἐντεῦθεν ὀδύνην· καίτοι γε ἱκανὴν ἔχοντες παραμυθίαν, τὸ τῇ ψυχῇ συνδεδέσθαι, τὸ ἐν καρδίᾳ ὑμᾶς εἶναι τῇ ἡμετέρᾳ, τὸ χθὲς καὶ πρῴην ὑμᾶς ἑωρακέναι· ἀλλ' οὐδὲν τούτων ἡμᾶς ἀπαλλάττει τῆς ἀθυμίας. Ἀλλὰ τί βούλει καὶ ἐπιθυμεῖς, εἰπέ μοι, καὶ ἐπιθυμεῖς μεθ' ὑπερβολῆς; Αὐτὴν αὐτῶν τὴν ὄψιν. Περισσοτέρως γὰρ, φησὶν, ἐσπουδάσαμεν τὸ πρόσωπον ὑμῶν ἰδεῖν. Τί φῂς, ὁ ὑψηλὸς καὶ μέγας; Ὁ τὸν κόσμον ἔχων ἐσταυρωμένον, καὶ τῷ κόσμῳ σταυρωθεὶς, ὁ πάντων ἀπαλλαγεὶς τῶν σαρκικῶν, ὁ σχεδὸν ἀσώματος γενόμενος, οὕτως αἰχμάλωτος ὑπὸ τῆς ἀγάπης ἐγένου, ὡς εἰς σάρκα κατενεχθῆναι τὴν πηλίνην, τὴν ἀπὸ γῆς, τὴν αἰσθητήν; Ναὶ, φησὶ, καὶ οὐκ αἰσχύνομαι ταῦτα λέγων, ἀλλὰ καὶ ἐγκαλλωπίζομαι· τὴν γὰρ μητέρα τῶν ἀγαθῶν ἔχων ἐμοὶ βρύουσαν τὴν ἀγάπην, ταῦτα ἐπιζητῶ. Καὶ οὐδὲ ἁπλῶς σωματικὴν ἐπιζητεῖ παρουσίαν, ἀλλὰ τὸ πρόσωπον αὐτῶν μάλιστα ἐπιθυμεῖ θεάσασθαι. Περισσοτέρως γὰρ, φησὶν, ἐσπουδάσαμεν τὸ πρόσωπον ὑμῶν ἰδεῖν. Ὄψεως οὖν ἐρᾷς, εἰπέ μοι, καὶ προσώπου θεωρίας ἐπιθυμεῖς; Καὶ σφόδρα, φησὶν, ἔνθα τῶν αἰσθητηρίων ἡ συναγωγή. Ψυχὴ γὰρ γυμνὴ καθ' ἑαυτὴν ἑτέρᾳ ψυχῇ συγγενομένη, οὔτε εἰπεῖν τι, οὔτε ἀκοῦσαι δυνήσεται· σωματικῆς δὲ ἂν ἀπολαύσω παρουσίας, καὶ ἐρῶ τι, καὶ ἀκούσομαι παρὰ τῶν ἀγαπωμένων. Διὰ τοῦτο ἐπιθυμῶ τὸ πρόσωπον ὑμῶν ἰδεῖν, ἔνθα καὶ γλῶττά ἐστι φωνὴν ἀφιεῖσα, καὶ τὰ ἔνδον ἡμῖν ἀπαγγέλλουσα, καὶ ἀκοὴ ῥήματα δεχομένη, καὶ ὀφθαλμοὶ κινήματα

a [Savil. ἀρνοί.]

amplius, placuit nobis remanere Athenis, solis: et misimus Timotheum. O quanta in singulis dictionibus vis inest! etenim conditam in ipsius animo caritatis flammam magna cum perspicuitate demonstrabat. Non enim dixit, Sejuncti a vobis, aut abstracti, aut distantes, aut absentes; verum, *Orbati a vobis.* Vocabulum investigavit quod declarando animi
B sui dolori par esset. Nam cum ipse parentis loco cunctis esset, tamen pupillorum puerorum, qui immatura ætate patrem amiserint, verbis utitur: quo videlicet singularem quamdam animi mœstitiam ostendat. Neque enim præmatura orbitate quidquam acerbius excogitari potest, cum nec ætas ad rem ullam idoneam ipsis opem afferre potest, nec qui eorum curam ac defensionem sincero animo suscipiant, præsto sunt, et multi subito exsistunt, a quibus insidiæ ipsis comparantur: nam tum velut agni
C lupis in medium proponuntur, a quibus omni ex parte cæduntur et lacerantur. Nemo est qui calamitatis hujus magnitudinem ulla oratione consequi possit. Quocirca Paulus, cum in omnes partes se versasset, atque ejusmodi vocem, qua solitudinem acerbamque calamitatem indicaret, quæsivisset, ut quo animo esset, cum ab iis quos amabat distraheretur, planum faceret, hac dictione usus est: et deinde per ea quæ sequuntur hanc rursum exaggeravit. *Orbati* enim, 1. Thess. 2. 17.
inquit, non ad diuturnum aliquod temporis spa-
D tium, sed *Ad tempus horæ:* ac non animo, sed *Facie* sola disjuncti, ne sic quidem tamen dolorem eum, quem hinc concipimus, ferre possumus; quamvis ea nobis satis ampla consolatio sit, quod animi nostri inter se devincti sint, quodque vos in corde nostro conditos habeamus, ac denique illud, quod heri et nudiustertius vos viderimus: tamen nihil eorum mœrore nos liberat. Quid ergo vis, dic quæso? quid expetis,
E imo tam vehementer expetis? Ipsam eorum faciem cernere. *Abundantius* enim, inquit, *festinavimus faciem vestram videre.* Quid ais, 1. Thess. 2. 17.
o magne atque excelse vir? Qui mundum in te crucifixum habes, ipse vicissim mundo crucifixus, qui ab omnibus carnalibus rebus te removisti, qui pene corporis expers effectus, siccine te captivum caritas tenuit, ut in lu-
551 team, ac terrenam atque in sensum cadentem
A carnem provolutus sis? Maxime, inquit: nec id dicere me pudet, imo etiam eo nomine glorior:

nam cum caritatem, bonorum omnium matrem, in me scatentem habeam, hæc requiro. Neque simpliciter corpoream præsentiam expetit, verum eorum faciem intueri gestit. *Abundantius* enim, inquit, *festinavimus faciem vestram videre.* Conspectum igitur expetis, heus tu, vultusque spectandi cupiditate flagras? Et quidem vehementer, inquit: quod illic sensuum instrumenta collecta sint. Nudus enim animus per se cum altero animo conjunctus, nec dicere, nec audire quidquam poterit: at si mihi corporea præsentia frui contingat, et aliquid ipse dicam, et ab iis quos amo vicissim audiam. Propterea faciem vestram intueri aveo, in qua lingua est, quæ vocem emittit, animique sensa enuntiat, et auris quæ verba excipit, et oculi qui animi motus pingunt: etenim adamatæ animæ consortio melius per illa frui licet.

13. Atque ut intelligas quantum hujus conspectus cupiditate ardeat, posteaquam dixit, *Abundantius festinavimus*, hac dictione minime contentus fuit, verum subjungit, *In multo desiderio.* Ac mox cæteris sese admiscere non sustinens, verum ostendens se aliis acrius amare, postquam his verbis usus est, *Abundantius festinavimus ac cupivimus venire ad vos,* a reliquis seipsum segregavit, solumque se statuens dixit, *Ego quidem Paulus semel et iterum:* hinc videlicet ostendens se vehementiore, quam alios, studio in id incubuisse. Postea, quoniam id minime assequutus est, literis non contentus, socium suum Timotheum, qui literarum instar ipsi futurus esset, ad extremum mittit; propter quod adjecit, *Ideo non ultra sustinentes.* O dictionis nobilitatem ac vim, ipsius caritatem, quæ nullo freno coerceri ac tolerari posset, commonstrantem! Et sicut cum quis ignis ardore deflagrans, atque incendii solatium aliquod invenire studens, nullum non lapidem movet: eodem modo hic quoque, cum incenderetur, præfocaretur, inflammaretur, prout licebat et fieri poterat, consolationem excogitavit. *Non* enim *jam sustinentes*, inquit, *misimus Timotheum, evangelii ministrum, socium et adjutorem nostrum,* ac membrum in primis necessarium a nostro cœtu avellentes, ac mœrorem mœrore commutantes. Nam quod ne ipsius quidem absentiam facile ferret, verum

1. Thess. 3. 1.

ψυχῆς διαζωγραφοῦντες· καὶ γὰρ τῆς ποθουμένης ψυχῆς· διὰ τούτων ἀκριβέστερον τῆς συνουσίας ἐστὶν ἀπολαῦσαι.

Καὶ ἵνα μάθης πῶς ἐκκαίεται εἰς τὴν θεωρίαν ταύτην, εἰπὼν, Περισσοτέρως ἐσπουδάσαμεν, οὐκ ἠρκέσθη τῇ λέξει ταύτῃ, ἀλλ' ἐπήγαγεν, [a] Ἐν πολλῇ ἐπιθυμίᾳ. Εἶτα οὐκ ἀνεχόμενος ἑαυτὸν μετὰ τῶν ἄλλων ἐγκαταμίξαι, ἀλλὰ δεικνὺς, ὅτι σφοδρότερον τῶν ἄλλων φιλεῖ, εἰπὼν, ὅτι Περισσοτέρως ἐσπουδάσαμεν, καὶ ἠθελήσαμεν ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, ἀπέῤῥηξεν ἑαυτὸν
B τῶν λοιπῶν, καὶ μόνον στήσας, ἐπήγαγεν· Ἐγὼ μὲν Παῦλος καὶ ἅπαξ καὶ δὶς, δεικνὺς ὅτι πλέον τῶν ἄλλων ἐσπούδαζεν. Εἶτα ἐπειδὴ οὐκ ἐπέτυχε τούτου, οὐκ ἀρκεῖται τοῖς γράμμασιν, ἀλλὰ πέμπει [b] τὸ κεφάλαιον, τὸν σὺν αὐτῷ Τιμόθεον, τὸν ἀντὶ γραμμάτων ἐσόμενον αὐτῷ· διὸ καὶ ἐπάγει λέγων· Διὸ μηκέτι στέγοντες. Ὢ πάλιν λέξεως εὐγένεια· ὢ ῥήσεως δύναμις, τὴν ἀκάθεκτον αὐτοῦ καὶ ἀκαρτέρητον ἀγάπην δηλοῦσα. [c] Καὶ ὡς ἄν τις ἐμπυριζόμενος, καὶ ζητῶν τοῦ ἐμπυρισμοῦ παραμυθίαν τινὰ εὑρεῖν, πάντα κινεῖ·
C οὕτω δὴ οὗτος ἀναπτόμενος, ἀγχόμενος, καιόμενος, κατὰ τὸ ἐγχωροῦν τὴν δυνατὴν ἐπενόησε παραμυθίαν. Μηκέτι γὰρ στέγοντες, φησὶν, ἐπέμψαμεν Τιμόθεον τὸν διάκονον τοῦ εὐαγγελίου, καὶ συνεργὸν ἡμῶν, τὸ ἀναγκαιότατον μέλος διασπάσαντες ἡμῶν τῆς συνουσίας, καὶ λύπην ἀλλαξάμενοι λύπης. Ὅτι γὰρ οὐδὲ ἐκείνου ἀπουσίαν εὐκόλως ἔφερεν, ἀλλὰ διὰ τούτους εἵλετο τὸ βαρύτατον τοῦτο, καὶ τοῦτο αὐτὸ ἐδήλωσεν εἰπὼν, Ηὐδοκήσαμεν καταλειφθῆναι μόνοι. Ὢ ψυχῆς μετὰ ἀκριβείας πρὸς αὐτὴν ποιωθείσης τὴν ἀγάπην.
D Ἐπειδὴ γὰρ ἀδελφοῦ ἐχωρίσθη ἑνὸς, μεμονῶσθαί φησι, καὶ ταῦτα τοσούτους ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ. Ταῦτα δὴ συνεχῶς μελέτα καὶ αὐτὴ, καὶ ὅσῳ σοι τὸ πρᾶγμα

[a] In Græco Novi Testamenti textu legitur *ἐν πολλῇ ἐπιθυμίᾳ*, atque ita legit Billius, ut liquet, et sic habebat Codex Perronianus teste Frontone Ducæo. Edit. *ἐν πολλῇ ἀθυμίᾳ*.

[b] Coislin. *τὸ κεφάλαιον τῶν σὺν αὐτῷ*, non male.

[c] Alii *ἐμπυριζόμενος ὡς ἄν τις καιόμενος, καὶ ζητῶν*.

ὀδυνηρὸν, τοσούτῳ κερδαλεώτερον εἶναι νόμιζε εὐχαρίστως φερούσῃ. Οὐ γὰρ δὴ μόνον σωματικαὶ πληγαὶ ἐπαγόμεναι, ἀλλὰ καὶ ψυχῆς ὀδύνη ἀφάτους φέρει τοὺς στεφάνους, καὶ ψυχῆς ὀδύνη μᾶλλον ἢ σώματος, ὅταν οἱ πληττόμενοι φέρωσιν εὐχαρίστως. Ὥσπερ οὖν εἰ καταξαινομένη τὸ σῶμα καὶ μαστιγουμένη, γενναίως ἔφερες, τὸν Θεὸν ὑπὲρ τούτων δοξάζουσα, πολλὴν ἂν ἀπέλαβες τὴν ἀμοιβήν· οὕτω ψυχῆς ταῦτα πα- E σχούσης νῦν πολλὰς ἀνάμενε τὰς ἀντιδόσεις. Προσδόκα δὲ καὶ τὸ πάντως ἡμᾶς ὄψεσθαι πάλιν, καὶ τῆς ὀδύνης ἀπαλλαγήσεσθαι ταύτης, καὶ τὴν ἐκ τῆς ὀδύνης γενομένην ἐμπορίαν πολλὴν ἀπολήψεσθαι, καὶ τότε, καὶ νῦν. Ἀρκεῖ ταῦτά σοι πρὸς παραμυθίαν, μᾶλλον δὲ οὐχὶ σοὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ εἴ τις ἀνόητος 552 εἴη, καὶ αὐτολίθινος τὴν ψυχήν. Ὅπου δὲ σύνεσις το- A σαύτη, καὶ εὐλαβείας πλοῦτος καὶ φιλοσοφίας ὕψος, καὶ ψυχὴ τῶν βιωτικῶν τὴν φαντασίαν καταπατήσασα, πλείων ἡ εὐκολία τῆς θεραπείας. Δεῖξον δὴ κἂν τούτῳ τὴν ἀγάπην τὴν περὶ ἡμᾶς, ὅτι καὶ μεγάλην γράφοντες ἔχομεν παρὰ σοὶ δύναμιν, καὶ τοσαύτην, ὅσην παρόντες. Δείξεις δὲ σαφῶς, ἂν μάθωμεν, ὅτι σοι γέγονέ τι πλέον ἀπὸ τῶν γραμμάτων τῶν ἡμετέρων· μᾶλλον δὲ οὐχὶ πλέον μόνον, ἀλλὰ καὶ τοσοῦτον, ὅσον ἐπιθυμοῦμεν. Ἐπιθυμοῦμεν δὲ ἐν τῇ αὐτῇ εὐφροσύνῃ εἶναί σε νῦν, ἐν ᾗ καὶ αὐτόθι διατρίβοντες ἐβλέπομεν. Κἂν τοῦτο μάθωμεν, οὐ μικρὰν καὶ αὐτοὶ τῆς ἐρη- B μίας, ἐν ᾗ νῦν ἐσμεν, καρπωσόμεθα τὴν παράκλησιν. Ὥστε εἰ βούλει καὶ ἡμᾶς ἐν εὐθυμίᾳ καταστῆσαι πλείονι (οἶδα δὲ ὅτι βούλει, καὶ σφόδρα ἐσπούδακας), δήλωσον ὅτι πάντα τῆς ἀθυμίας ἀπήλασας τὸν φορυτὸν καὶ ἐν γαλήνῃ τὰ σὰ, καὶ δὸς ἡμῖν ταύτην τῆς περὶ σὲ εὐνοίας καὶ ἀγάπης ἀμοιβήν. Οἶσθα γὰρ, οἶσθα σαφῶς, ὅπως ἡμᾶς ἀνακτήσῃ κατορθώσασα τοῦτο, καὶ μετὰ ἀληθείας δηλώσασα διὰ γραμμάτων ἡμῖν.

ipsorum causa hanc molestiam susciperet, hoc quoque ipsum his verbis indicavit : *Placuit nobis manere solis.* O animum in ipsam caritatem mutatum! Postquam enim ab uno fratre disjunctus est, solum se esse ait, idque cum tot alios secum haberet. Hæc igitur ipsa quoque tecum perpetuo meditare, et quo ea res cruciatum tibi majorem affert, eo etiam eam, si grato animo feras, majorem fructum allaturam esse existima. Non enim corporeæ dumtaxat plagæ illatæ, sed etiam animi dolor omni sermone sublimiores coronas affert, et quidem animi dolor magis quam corporis, cum qui feriuntur, cum gratiarum actione ferunt. Quemadmodum igitur si corpore lacerata verberibusque concisa, forti ac generoso animo id ferres, Deique gloriam hoc nomine prædicares, ingentem hinc mercedem consequereris : eodem modo, cum hæc animus tuus patiatur, magna hinc præmia exspecta. Exspectes velim etiam fore omnino, ut rursum nos videas, atque hoc dolore libereris, amplumque et uberem hujus doloris quæstum, et posthac et nunc, percipias. Atque hæc tibi ad mœroris levamen sufficiunt : imo vero non tibi dumtaxat, verum etiam cuivis, quamlibet alioqui vecordi ac saxea mente prædito. At ubi tanta prudentia est, tantæque pietatis divitiæ, tamque sublimis philosophia, atque animus rerum hujusce vitæ pompam proculcans, illic quoque facilior curandi morbi ratio est. Quocirca in hoc quoque tuam erga nos caritatem ostende, quod magnam, etiam scribentes, apud te auctoritatem obtineamus, nec minorem quam si præsentes essemus. Illud autem perspicue demonstrabis, si literas nostras aliquid profecisse intelligamus, nec aliquid tantum, sed quantum cupimus. Cupimus porro te in eadem animi lætitia versari, in qua te, cum istic essemus, cernebamus. Quod si istud intelligamus, haud parvam nos quoque solitudinis hujus, in qua nunc sumus, consolationem capiemus. Itaque si tibi nos in majori animi tranquillitate constituere cordi est; scio autem te id velle et magnopere curare : illud fac sciamus, te omnem mœroris colluviem abs te submovisse, tuasque res tranquillo in statu esse : ac nobis hanc nostræ erga te benevolentiæ mercedem repende. Non enim te fugit, non inquam profecto te fugit, quantopere, si hoc præstiteris, de eoque nos per literas certiores feceris, animum nostrum recreatura sis.

Patientiæ merces.

Ad eamdem epist. III.

Cucuso anno 404.

1. Nec corpora ea, quæ cum gravi febre colluctata sunt, contractum ex febre detrimentum, nec maris aquæ, quibus cum sævis ventis certamen fuit, eam, quam fluctus attulerunt, tempestatem subito deponunt, verum sensim ac paulatim. Nam et corporibus longiore temporis spatio ad hoc opus est, ut post depulsas febres ad integram sanitatem redeant, eamque quam ipsis morbus reliquam fecit, imbecillitatem abstergant: et aquæ, sedatis etiam ventis, diutius adhuc agitantur et incitantur, magnoque impetu feruntur ac reciprocant, atque aliquanto tempore indigent, ut ad integram tranquillitatem redeant. Hoc porro præludii genere non temere ad te usus sum: verum ut intelligas, nos necessitate adductos esse, ut hanc epistolam ad te mitteremus. Nam etsi mœroris tyrannidem superioribus literis sustulimus, ipsiusque arcem evertimus: tamen orationi nostræ ingenti adhuc assiduitate opus est, ut altam tibi pacem conciliet, ac deleta perturbationum omnium, quæ ex illo angore fluxerunt, memoria, candidam tibi ac certam tranquillitatem ostendat, atque in magna animi alacritate te collocet. Id enim nunc ago, atque in eo elaboro, ut non modo tristitia te liberem, verum etiam ingenti ac perpetua voluptate perfundam. Hoc enim fieri potest, si quidem velis. Non enim in naturæ legibus, quas revellere atque immutare non possumus, sed in liberis voluntatis cogitationibus, quas tractare ac moderari nobis facile est, alacritas animi consistit. Atque ipsa scis, si modo meministi, plurimos ac longos de his rebus nuper (nec enim diuturnum tempus interea fluxit) sermones a nobis consumtos fuisse: cum scilicet historias subinde colligerem atque in medium proferrem. Non enim tam in rerum natura, quam in hominum voluntate atque sententia tranquillitas animi sita est. Quoniam igitur hæc ita se habent, ac multi opibus circumfluentes vitam acerbam esse duxerunt, multi contra in extrema paupertate versantes curriculum vitæ omnium tranquillissime confecerunt; atque alii quidem satellitio, gloria et honore fruentes, vitam suam diris persæpe devoverunt, alii autem obscuri atque obscuro genere nati, omnibusque ignoti, multis sese

C Πρὸς τὴν αὐτὴν ἐπιστολὴ γ'.

Καὶ τὰ σώματα τὰ σφοδροῖς παλαίσαντα πυρετοῖς, καὶ τὰ πελάγη τὰ ἀγρίοις πυκτεύσαντα πνεύμασιν, οὐχ ἀθρόαν οὔτε ἐκεῖνα τὴν ἀπὸ τῶν πυρετῶν βλάβην, οὔτε ταῦτα τὴν ἀπὸ τῶν κυμάτων ἀποτίθενται ζάλην, ἀλλ' ἠρέμα καὶ κατὰ μικρόν. Καὶ γὰρ τὰ σώματα πλείονος δεῖται χρόνου, ὥστε μετὰ τὴν τῶν πυρετῶν ἀπαλλαγὴν εἰς καθαρὰν ἐπανελθεῖν ὑγίειαν, καὶ ἀπονίψασθαι τὸν ἀπὸ τῆς ἀῤῥωστίας ἐναπομείναντα αὐ- D τοῖς μαλακισμόν· τὰ δὲ ὕδατα, καὶ τῶν πνευμάτων παυσαμένων, ἐπιπολὺ σαλευόμενα καὶ κινούμενα μένει, φερόμενά τε καὶ πολλῇ πάλιν ἐπαγόμενα τῇ ῥύμῃ, καὶ δεῖται καὶ αὐτὰ χρόνου, ὥστε εἰς καθαρὰν ἐπανελθεῖν γαλήνην. Ταῦτα δέ μοι εἴρηται προοίμια πρὸς τὴν σὴν εὐλάβειαν οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ἵνα μάθῃς, ὅτι καὶ ταύτην ἀναγκαίως σοι πέμπομεν τὴν ἐπιστολήν. Εἰ γὰρ καὶ τὴν τυραννίδα κατελύσαμεν τῆς ἀθυμίας, καὶ τὴν ἀκρόπολιν ταύτης κατεσκάψαμεν διὰ τῶν ἔμπροσθεν γραμμάτων· ἀλλ' ὅμως πολλῆς ἐστι χρεία τῷ λόγῳ τῆς προσεδρίας, ἵνα σοι καὶ βαθεῖαν ἐργάσηται τὴν εἰρήνην, καὶ τὴν μνήμην πάντων τῶν E ἐξ ἐκείνης γενομένων [c] ἐξαλείψασα θορύβων, λευκήν σοι καὶ παγίαν δείξῃ γαλήνην, καὶ ἐν πολλῇ σε καταστήσῃ τῇ εὐθυμίᾳ. Τοῦτο γὰρ ἡμῖν τὸ σπουδαζόμενον, οὐκ ἀθυμίας σε ἀπαλλάξαι μόνον, ἀλλὰ καὶ εὐφροσύνης ἐμπλῆσαι πολλῆς καὶ διηνεκοῦς. Δυνατὸν γὰρ ἐὰν θέλῃς. Οὐ γὰρ ἐν τοῖς ἀκινήτοις τῆς φύσεως νόμοις, οὓς ἀναμοχλεῦσαι ἡμῖν ἀδύνατον καὶ μεταθεῖναι, ἀλλ' ἐν ἐλευθέροις τῆς προαιρέσεως λογισμοῖς, οὓς μεταχειρίζειν ἡμῖν ῥᾴδιον, τὰ τῆς εὐθυμίας ἀπόκειται. 655 A Καὶ οἶδας, εἴγε μέμνησαι, καὶ πρῴην (οὐ γὰρ πολὺς ὁ μεταξὺ χρόνος) πολλούς μοι καὶ μακροὺς ὑπὲρ τούτων [a] ἀναλωθέντας λόγους· ὅτε δὴ συνεχῶς ἐπέλεγον τὰς ἱστορίας, ἃς εἰς μέσον ἦγον. Οὐ γὰρ ἐν τῇ φύσει τῶν πραγμάτων οὕτως, ὡς ἐν τῇ γνώμῃ τῶν ἀνθρώπων τὰ τῆς εὐθυμίας ἵστασθαι πέφυκεν. Ἐπεὶ οὖν τοῦτο τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, καὶ πολλοὶ τῷ πλούτῳ περιῤῥεόμενοι τὸν βίον ἀβίωτον ἐνόμισαν εἶναι, ἕτεροι δὲ πενίᾳ συζῶντες ἐσχάτῃ πάντων εὐθυμότεροι διετέλεσαν· καὶ οἱ μὲν δορυφορίας ἀπολαύοντες, καὶ δόξης καὶ τιμῆς, πολλάκις ἑαυτῶν ἐπηράσαντο [b] τῇ ζωῇ, οἱ δὲ ἄσημοι καὶ ἐξ ἀσήμων, καὶ οὐδενὶ γνώρι- B μοι πολλῶν ἑαυτοὺς μακαριωτέρους εἶναι ἐνόμισαν· οὐ γὰρ ἐν τῇ φύσει πραγμάτων, ὡς ἐν τῇ γνώμῃ ἀνθρώπων τὰ τῆς εὐθυμίας (οὐ γὰρ παύσομαι συνεχῶς τοῦτο ἐπᾴδων)· μὴ ἀναπέσῃς, ἀδελφή, ἀλλὰ διανάστηθι, καὶ χεῖρα ὄρεξον τῷ λόγῳ, καὶ τὴν καλὴν ταύτην πα-

[c] Sic Mss. Editi ἐξαλείψας, male.

[a] Duo Mss. ἀναλωθέντας χρόνους καὶ λόγους.

[b] Iidem τὴν ζωήν.

ράσχου συμμαχίαν ἡμῖν, ἵνα σε ὁλοσχερῶς ἐξαρπάσωμεν τῆς πικρᾶς τῶν λογισμῶν αἰχμαλωσίας. Εἰ γὰρ μὴ βουληθείης καὶ αὐτὴ τοσαύτην σπουδὴν ποιήσασθαι, ὅσην καὶ ἡμεῖς, οὐδὲν ἡμῖν ὄφελος ἔσται τῆς ἰατρείας. Καὶ τί θαυμαστὸν, εἰ ἐφ' ἡμῖν τοῦτο συμβαίνει; Καὶ γὰρ ὁ πάντα δυνάμενος Θεὸς, ὅταν παραινῇ καὶ συμβουλεύῃ, ὁ δὲ ἀκούων μὴ πείθηται τοῖς λεγομένοις, [c] οὐδέποτε γίνεταί τι πλέον, ἀλλὰ καὶ μείζονος ἔσται κολάσεως ἐφόδιον τοῦτο τῷ μὴ πεισθέντι. Καὶ τοῦτο δηλῶν ὁ Χριστὸς ἔλεγεν· Εἰ μὴ ἦλθον καὶ ἐλάλησα αὐτοῖς, ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον· νῦν δὲ πρόφασιν οὐκ ἔχουσι περὶ τῆς ἁμαρτίας αὐτῶν. Διὰ δὴ τοῦτο καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ θρηνῶν τούτου γε αὐτοῦ ἕνεκεν, ἔλεγεν· Ἱερουσαλὴμ, Ἱερουσαλὴμ ἡ ἀποκτείνουσα τοὺς προφήτας, καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους πρὸς αὐτὴν, ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα ὑμῶν, καὶ οὐκ ἠθελήσατε; Ἰδοὺ ἀφίεται ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος.

beatiores esse censuerunt; neque enim tam in rerum natura, quam in hominum mente ac judicio posita est tranquillitas (non enim istud assidue inculcare desinam): cave animum dejicias, verum te excita atque erige, manumque sermoni nostro porrige, ac præclaram hanc nobis opem præbe, ut te ex acerba cogitationum captivitate prorsus extrahamus. Nam nisi ipsa tantum studii adhibere volueris, quantum nos adhibemus,
C nullam nobis curatio utilitatem allatura est. Quid autem mirum, si hoc in nobis contingat? Nam etiam, cum rerum omnium præpotens Deus aliquid monet ac suadet, atque auditor ipsius verbis minime obtemperat, nihil aliud hinc evenit, quam quod id majorem ei pœnam accersit, qui dicto audientem non se præbuit. Quod etiam Christus his verbis indicabat: *Nisi venissem et loquutus fuissem eis, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo.* Ob eamque causam cum Jerusalem hoc ipso nomine lugeret, his verbis utebatur: ***Jerusalem, Jerusalem, quæ occidis prophetas, et lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios vestros, et noluistis? Ecce relinquetur domus vestra deserta.***

Joan. 15. 22.

Matth. 23. 37. 38.

D Ταῦτα οὖν εἰδυῖα, δέσποινά μου θεοφιλεστάτη, κάμνε καὶ φιλονείκει, καὶ βιάζου τὴν ἀπὸ τῶν εἰρημένων ἔχουσα συμμαχίαν, ἐξωθεῖσθαι καὶ ἐκβάλλειν μετὰ πολλῆς τῆς σφοδρότητος τοὺς ταράττοντάς σε λογισμοὺς, καὶ θόρυβον καὶ ζάλην ἐμποιοῦντας τοσαύτην. Ἀλλ' ὅτι μὲν ἐργάσῃ τοῦτο καὶ ἀνέξῃ τῆς παραινέσεως τῆς ἡμετέρας, οὐδένα οἶμαι δεῖν ἀμφιβάλλειν· δεῖ δέ σοι κατασκευάσαι λοιπὸν ξίφη καὶ δόρατα καὶ τόξα, καὶ βέλη, καὶ θώρακα, καὶ ἀσπίδα καὶ κνημῖδας, ὥστε τοῖς μὲν φράττεσθαι, τοῖς δὲ βάλλειν καὶ [d] κατασκάπτειν, καὶ νεκροὺς τιθέναι τοὺς ἐπιόντας σοι τῆς ταραχῆς λογισμούς. Πόθεν οὖν σοι τὰ μηχανήματα ταῦτα καὶ τὰς σφενδόνας κατασκευάσομεν, ὥστε μηδὲ ἐγγὺς ἀφεῖναι προσιέναι τοὺς πολεμίους, ἀλλ' ὡς πορρωτάτω μετὰ πολλῆς ἀπελαύνειν τῆς ὑπερβολῆς; Ἀπὸ τῆς ἀθυμίας αὐτῆς, ὀλίγα τινὰ περὶ αὐτῆς φιλοσοφήσαντες, καὶ δείξαντες ὅπως βαρὺ τὸ πρᾶγμα καὶ ἐπαχθές. Ἡ γὰρ ἀθυμία ψυχῶν ἐστι βασανιστήριον χαλεπὸν, ὀδύνη τις ἄρρητος, καὶ δίκη δίκης ἁπάσης καὶ τιμωρίας πικροτέρα. Καὶ γὰρ σκώληκα μιμεῖται ἰοβόλον, οὐχὶ τῆς σαρκὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτῆς καθαπτομένη τῆς ψυχῆς, καὶ σής ἐστιν οὐχὶ ὀστέων μόνον, ἀλλὰ καὶ διανοίας· καὶ δήμιος διηνε-

2. Hæc igitur cum tibi perspecta sint, domina mea religiosissima, labora, tibique vim adhibe, atque eorum quæ a nobis commemorata sunt, ope ac subsidio munita, in id enitere, ut cogitationes eas quæ perturbant, ac tantos motus tantamque tempestatem cient, magno cum impetu extrudas ac propulses. Verum quin id factura, consilioque nostro paritura sis, nemini dubitandum esse arbitror. Jam tibi gladios, hastas, arcus et sagittas, thoracem, clypeum et tibialia comparemus oportet: quo partim his te mu-
E nias, partim eas, quæ te perturbatione afficiunt, cogitationes prosternas, atque obtrunces et interimas. Undenam igitur machinas istas ac fundas tibi conficiemus, ut ne hostes quidem propius accedere sinas, verum eos quam longissime ac nullo negotio submoveas? Ab ipso mœrore: nimirum si de eo non nihil disseramus, quamque
554
A gravis ac molesta res sit, demonstremus. Mœror enim grave animorum tormentum est, dolor omnem sermonis vim excedens, ac supplicium omni supplicio et cruciatu acerbius. Siquidem pestiferum vermem imitatur, non carnem dum-

[c] Testificatur Fronto Perronianum Codicem habuisse οὐδὲ τότε, quam lectionem sequutus fuerat vetus Interpres: *ne tum quidem*, etc.

[d] Unus κατασφάττειν.

taxat, sed etiam animam perstringens : ac tinea est, non ossium tantum, verum etiam mentis : et perpetuus carnifex, non latus fodiens, verum animi vires labefactans : et perpetua nox, et tetræ tenebræ, et tempestas ac procella, et obscura febris, quavis flamma vehementius exurens : et bellum induciarum expers : et morbus, rerum earum, quæ oculis cernuntur, prospectum magna ex parte impediens. Nam et sol, et liquidi hujus aeris natura iis, qui ita affecti sunt, molestiam exhibere videtur, atque in meridiana luce profundam noctem imitari. Eaque de causa
Amos 8. 9. eximius ille propheta dicebat, *Occidet illis sol in meridie :* non quod sidus illud delitescat, aut consuetus ipsius cursus interrumpatur : sed quod mœsto ac mœrenti animo clarissimo die noctis species sese objiciat. Neque enim tantæ noctis tenebræ sunt, quanta mœroris nox est : non quidem illa naturæ lege accedens, verum per rationis ac mentis obscurationem conflata ; horrenda sane atque intoleranda, truculentum vultum habens, quovis tyranno crudelior, nemini eorum, qui eam discutere conantur, facile cedens, verum animam eam, quam corripuit, adamante firmius plerumque retinens, cum videlicet ea non multum sapientiæ adhibuit.

κῆς, οὐ πλευρὰς καταξαίνων, ἀλλὰ καὶ δύναμιν ψυχῆς λυμαινόμενος, καὶ νὺξ διηνεκὴς, καὶ σκότος ἀφεγγὲς, καὶ χειμὼν, καὶ ζάλη, καὶ πυρετὸς ἀφανὴς πάσης φλογὸς σφοδρότερον κατακαίων, καὶ πόλεμος ἀνακωχὴν οὐκ ἔχων, [a] νόσος πολλοῖς τῶν δρωμένων ἐπισκοτοῦσα. Ὅ τε γὰρ ἥλιος, ἥ τε τοῦ ἀέρος φύσις τούτου
B τοῦ διειδοῦς, τοῖς οὕτω διακειμένοις παρενοχλεῖν δοκεῖ, καὶ ἐν μεσημβρίᾳ μέσῃ νύκτα μιμεῖται βαθεῖαν. Διὸ καὶ ὁ θαυμάσιος προφήτης τοῦτο δηλῶν ἔλεγε· Δύσεται ὁ ἥλιος αὐτοῖς ἐν μεσημβρίᾳ· οὐχ ὡς ἀφανιζομένου τοῦ ἄστρου, οὐδ' ὡς τοῦ συνήθους διακοπτομένου δρόμου, ἀλλ' ὡς τῆς ἀθυμούσης ψυχῆς ἐν τῷ φανοτάτῳ τῆς ἡμέρας νύκτα φανταζομένης. Οὐ γὰρ τοιοῦτο τῆς νυκτὸς τὸ σκότος, οἷα τῆς ἀθυμίας ἡ νὺξ, οὐ κατὰ νόμον φύσεως παραγενομένη, ἀλλὰ κατὰ λογισμῶν σκότωσιν συναγομένη, φοβερά τις οὖσα καὶ ἀφόρητος, ἀμείλικτον ἔχουσα τὸ πρόσωπον, τυράννου
C παντὸς ὠμοτέρα, οὐδενὶ ταχέως εἴκουσα τῶν διαλύειν αὐτὴν ἐπιχειρούντων, ἀλλ' ἀδάμαντος στεῤῥότερον κατέχουσα πολλάκις τὴν ἁλοῦσαν ψυχὴν, ὅταν αὐτὴ μὴ πολλῇ ᾖ κεχρημένη τῇ φιλοσοφίᾳ.

3. Quid autem longa oratione opus est, ut de eo ipse pronuntiem, cum ad eos, qui illo capti sunt, venire, atque hinc universam ipsius vim perspicere liceat? Imo vero liceat, si lubet, eam aliunde
Gen. 3. prius demonstremus. Nam cum Adamus grave illud peccatum admisisset, atque commune hominum omnium genus condemnasset, labore tum mulctatus est ; ea autem, quæ gravius peccaverat, et quidem usque eo gravius, ut illius peccatum, cum hujus peccato collatum, ne peccatum qui-
1. *Tim.* 2. 14. dem existimetur : *Adam* enim, inquit Scriptura, *non est seductus, sed mulier seducta in prævaricatione fuit :* hæc, inquam, quæ decepta fuerat, ac Dei legem violaverat, atque et sibi, et marito venenatum poculum temperaverat, am-
Mœror Evæ pœna. pliori mœrori addicitur, quod videlicet ille majorem ad premendum vim habeat, quam labor.
Gen. 3. 16. *Multiplicans* enim, inquit, *multiplicabo dolores tuos, et gemitum tuum. In doloribus paries filios.* Nusquam hic labor, nusquam sudor et ærumna : verum mœstitia et gemitus, atque

Τί δεῖ πολλὰ λέγειν οἴκοθεν περὶ αὐτῆς ἀποφαινόμενον, παρὸν ἐπὶ τοὺς ἁλόντας ἐλθεῖν, κἀκεῖθεν αὐτῆς τὴν ἰσχὺν ἅπασαν καταμαθεῖν; Μᾶλλον δὲ εἰ δοκεῖ τέως πρότερον ἑτέρωθεν αὐτῆς ποιησόμεθα τὴν ἀπόδειξιν. Ὅτε γὰρ ἥμαρτεν ὁ Ἀδὰμ τὴν ἁμαρτίαν ἐκεί-
D νην τὴν χαλεπὴν, καὶ τὸ κοινὸν ἁπάντων ἀνθρώπων κατεδίκασε [b] γένος, μόχθῳ τότε κατεδικάζετο· ἡ δὲ μείζονα ἁμαρτοῦσα, καὶ οὕτω μείζονα, ὡς τὴν ἁμαρτίαν τὴν τούτου πρὸς ἐκείνην συγκρινομένην, μηδὲ ἁμαρτίαν εἶναι νομίζεσθαι· Ἀδὰμ γὰρ οὐκ ἠπατήθη, φησὶν, ἡ δὲ γυνὴ ἀπατηθεῖσα ἐν παραβάσει γέγονεν· αὐτὴ τοίνυν ἡ ἀπατηθεῖσα, καὶ ἐν παραβάσει γενομένη, καὶ τὸ δηλητήριον καὶ ἑαυτῇ καὶ [c] τῷ ἀνδρὶ κατασκευάσασα φάρμακον, πλείονι τῇ λύπῃ κατακρίνεται, ὡς κατατεῖναι δυναμένῃ τοῦ μόχθου μειζόνως. Πληθύνων γὰρ, φησὶ, πληθυνῶ τὰς λύπας σου, καὶ
E τὸν στεναγμόν σου. Ἐν λύπαις τέξῃ τέκνα. Οὐδαμοῦ πόνος, οὐδαμοῦ ἱδρὼς, καὶ οὐδαμοῦ μόχθος, ἀλλ' ἀθυμία καὶ στεναγμὸς, καὶ ἡ ἐντεῦθεν τιμωρία, καὶ πόνων καὶ μυρίων θανάτων [d] ἀντίῤῥοπος οὖσα, μᾶλλον δὲ καὶ πολλῷ χαλεπωτέρα. Καίτοι τί θανάτου

[a] Duo Mss. *νόσος πολλὴ τὸ ὁρώμενον ἐπισκοτοῦσα.* Infra Perronianus Codex, inquit Ducæus, *ἥλιος μεσημβρίας*, ut legitur in Amos 8. 9.

[b] Iidem *γένος λύπῃ τότε.* Mox iidem *μεῖζον ἁμαρτήσασα, καὶ οὕτω μεῖζον.*

[c] Idem *ἀνδρὶ κεράσασα τὸ φάρμακον, πλείονι ταύτῃ κατακρίνεται.*

[d] Iidem *ἐπίτροπος οὖσα.*

χεῖρον; οὐχὶ τὸ κεφάλαιον τῶν ἐν ἀνθρώποις κακῶν, τὸ φοβερὸν καὶ ἀφόρητον καὶ μυρίων ἄξιον θρήνων τοῦτο εἶναι δοκεῖ; οὐχὶ παρανομίας τῆς χαλεπωτάτης ταύτην ἔφησε δίκην ὁ Παῦλος; Τοὺς γὰρ ἀναξίως τῶν 555
A ἱερῶν ἀπτομένους μυστηρίων, καὶ τῆς φρικτῆς ἐκείνης μετέχοντας τραπέζης, ταύτην ἔφησε τίνειν δίκην, οὕτω λέγων· Διὰ τοῦτο ἐν ὑμῖν πολλοὶ ἀσθενεῖς καὶ ἄῤῥωστοι, καὶ κοιμῶνται ἱκανοί. Οὐχὶ καὶ νομοθέται πάντες τοὺς τὰ ἀνήκεστα πλημμελοῦντας τούτῳ καταδικάζουσι τῷ ἐπιτιμίῳ; καὶ ὁ Θεὸς δὲ οὐ ταύτην ἐπέθηκεν ἐσχάτην τιμωρίαν ἐν τῷ νόμῳ τοῖς μεγάλα πλημμελοῦσιν; οὐ διὰ τὸν τούτου φόβον ὁ πατριάρχης ἐκεῖνος ὁ καὶ τὴν φύσιν αὐτὴν νικήσας, τὴν γυναῖκα τὴν ἑαυτοῦ κατεδέξατο ἡδυπαθείαις ἐκδοῦναι βαρβαρικαῖς, καὶ Αἰγυπτιακῇ τυραννίδι, καὶ τὸ δρᾶμα τῆς
B ὕβρεως αὐτός τε κατεσκεύαζε, καὶ τὴν γυναῖκα παρεκάλει τὴν χαλεπὴν ταύτην συνυποκρίνασθαι τραγῳδίαν αὐτῷ; Καὶ οὐδὲ τὴν αἰτίαν αἰσχύνεται τιθεὶς τῆς τοιαύτης σκηνῆς· Ἔσται γὰρ, φησὶν, ὡς ἂν ἴδωσί σε οὕτω τῇ ὥρᾳ λάμπουσαν, καὶ τῷ κάλλει τῆς ὄψεως κρατοῦσαν, ἀποκτενοῦσί με, σὲ δὲ περιποιήσονται. Εἰπὲ οὖν ὅτι ἀδελφή μου εἶ, ἵνα εὖ μοι γένηται διὰ σὲ, καὶ ζήσεται ἡ ψυχή μου ἕνεκέν σου. Εἶδες φόβον, εἶδες τρόμον κατασείοντα τὴν ὑψηλὴν ἐκείνην καὶ φιλόσοφον ψυχήν; εἶδες τὸν ἀδάμαντα διαλυθέντα τῇ ἀγωνίᾳ; Ψεύδεται τὸ γένος, καὶ ἕτερον ἀνθ' ἑτέρου παρατίθησι τῇ γυναικὶ τὸ [a] πρόσωπον, καὶ τοῖς
C λύκοις εὐάλωτον ποιεῖ τὴν ἀμνάδα· καὶ ὃ πάντων ἐστὶν ἀνδράσιν ἀφορητότερον, γυναῖκα ἰδεῖν ὑβριζομένην, μᾶλλον δὲ καὶ ὑποπτευομένην μόνον, τοῦτο καὶ τὸ τούτου χαλεπώτερον (οὐδὲ γὰρ ὑποψία ἦν, ἀλλ' ὕβρις ἔργῳ τολμωμένη), οὐ μόνον ὁρᾷ, ἀλλὰ καὶ ὅπως τολμηθείη κατασκευάζει, καὶ κοῦφον αὐτῷ φαίνεται τοῦτο καὶ φορητόν. Καὶ γὰρ πάθος ἐκράτει πάθους, τοῦ χαλεποῦ τὸ χαλεπώτερον, καὶ ζηλοτυπίας περιεγένετο δειλία θανάτου. Καὶ ὁ μέγας δὲ Ἠλίας ἐκεῖνος διὰ τὸν τούτου φόβον δραπέτης καὶ φυγὰς καὶ μετανάστης ἐγένετο, ἀπειλὴν μόνον δείσας πορνευομέ-
D νης καὶ ἐναγοῦς γυναικός· καὶ ὁ τὸν οὐρανὸν ἀποκλείσας, καὶ τοσαῦτα θαύματα ἐργασάμενος, ῥημάτων φόβον οὐκ ἤνεγκεν· ἀλλ' οὕτω τὴν οὐρανομήκη ψυχὴν ἐκείνην κατέσεισεν ἡ ἀγωνία, ὡς καὶ πατρίδα καὶ δῆμον τοσοῦτον, δι' ὃν τοσαῦτα παρεκινδύνευσε, καταλιπεῖν ἀθρόον, καὶ μόνον τεσσαράκοντα ἡμερῶν ὁδεῦσαι ὁδὸν, καὶ πρὸς τὴν ἐρημίαν μετοικισθῆναι, μετὰ τὴν παῤῥησίαν ἐκείνην, μετὰ τὴν τοσαύτην ἐλευθεροστομίαν, μετὰ τὴν τοσαύτην τῆς ἀνδρείας ἐπίδειξιν. Καὶ γὰρ φοβερὰ σφόδρα τοῦ πράγματος ἡ φύσις· διὰ

hinc nascens cruciatus, sexcentas mortes adæquans, imo etiam longe gravior. Quamquam quid morte gravius? annon humanorum malorum caput est? annon ea horrenda et intoleranda innumerisque luctibus digna esse videtur? annon eam atrocissimi sceleris pœnam esse dixit Paulus? Nam eos, qui sacrosancta mysteria indigne attingunt, tremendæque mensæ participes fiunt, hanc pœnam pendere his verbis asseruit: *Propterea inter vos multi imbecilles et infirmi, et dormiunt multi.* Annon legislatores omnes hoc supplicio eos mulctant, qui atrocissima scelera committunt? annon etiam Deus extremam hanc in lege pœnam iis constituit, qui magnis criminibus sese devinciunt? annon hujus metu patriarcha ille perterritus, eo adductus est, ut, natura etiam ipsa superata, uxorem suam barbaricæ lasciviæ, atque Ægyptiacæ tyrannidi dederet, atque hanc petulantis libidinis fabulam et ipse strueret, et uxorem, ut gravem hunc et tragicum gestum secum ageret, obsecraret? Atque adeo ne hujusmodi quidem tamquam scenicæ simulationis causam afferre pudore deterretur: *Erit* enim, inquit, *cum viderint te Ægyptii* egregia forma præditam, atque faciei pulchritudine præstantem, *interficient me, et te servabunt. Dic igitur quod soror mea sis, ut bene sit mihi propter te, et vivat anima mea ob gratiam tui.* Vidisti metum, vidisti tremorem, excelsum illum ac philosophicum animum quatientem? vidisti adamantem formidine fractum? Genus mentitur, atque alteram pro altera personam uxori suæ imponit, agnamque lupis in prædam exponit: quodque viris malorum omnium acerbissimum est, nempe constupratam uxorem cernere, imo etiam vel suspicari, hoc, et quod hac re multo acerbius est (non enim suspicio tantum erat, sed stuprum reipsa tentabatur), non modo cernit, sed etiam, ut perpetretur, laborat: idque ipsi leve ac ferendum videtur. Etenim affectus affectum superabat, gravem nimirum gravior, ac mortis terror zelotypiam vincebat. Magnus quoque ille Elias ob mortis metum solas libidinosæ ac nefariæ mulieris minas veritus, in fugam se contulit, ac solum vertit: et qui cælum clauserat, et tot miracula patrarat, sermonis terrorem minime tulit: verum excelsum illum atque ad cælos usque sublimem animum

1\. Cor. 11. 30.

[illegible]

Gen. 12. 12. 13.

3 Reg. 19.

[a] Unus προσωπεῖον. Infra duo Manuscripti μᾶλλον καὶ ὑποπτεῦσαι μόνον, τοῦτο καὶ τὸ τούτου χαλεπώτερον, οὐ μόνον [illegible] ὅπως τολμηθείη κατασκευάζει. Alius μᾶλλον δὲ καὶ ὑποπτεύειν μόνον. Mox hæc, οὐδὲ γὰρ ὑποψία ἦν, ἀλλ' ὕβρις, sic ponenda monet Ducæus, duorum Mss. auctoritate fultus.

pavor ita perculit, ut post illam fiduciam, post tantam in loquendo libertatem, post tantum virtutis specimen editum, et patriam, et tantum populum, cujus causa tot pericula audax adierat, repente linqueret, et quadraginta dierum iter solus obiret et in locum desertum migraret. Vehementer enim horrenda hujus rei natura est, ac propterea quotidie in genus nostrum impetum faciens, ad unumquemque mortuum nos usque adeo percellit atque consternat, metuque perturbat et contrahit, ut quæ nec opinato appareat. Nec vero ad consolationem ullam vim habuit aut temporis meditatio, aut quotidiana in hac contemplatione consuetudo et exercitatio: nec temporis diuturnitate hujusmodi mœror terrorque consenuit, verum perpetuo juvenescit ac viget, recentemque ac florentem quotidie metum affert. Nec sane immerito. Quis enim non perturbetur et consternetur, cum eum, qui hesterno die, aut paucis ante diebus ambulabat, sexcenta domus negotia gerebat, uxoris, filiorum, mancipiorum, sæpe etiam integrarum civitatum curam suscipiebat, minabatur, terrebat, supplicia partim solvebat, partim inferebat, innumera tum in urbibus, tum in regionibus efficiebat, repente plusquam lapidem mutum et jacentem videt? cumque innumerabiles homines plorent, et amicissimi quique lugeant, et uxor dolore distorqueatur, genas cædat, comam vellat, magnoque cum ululatu ancillarum greges circum se collocet, ipsum tamen nihil eorum sentientem? cum videt omnia repente de medio sublata esse, rationem, ingenium, animam, oris florem ac venustatem, membrorum motum? injucunda autem iis successisse, nimirum silentium, stuporem, corruptionem, saniem, vermes, cinerem, pulverem, fœtorem, interitum integrum, corpusque totum eo properans, ut in vilia et deformia atque ignobilia ossa desinat?

E τοι τοῦτο καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπιοῦσα ἡμῶν τὸ γένος, οὕτω καθ' ἕκαστον ἡμᾶς ἐκπλήττει νεκρὸν καὶ συγχέει καὶ συστέλλει, ὡς ἀθρόον τότε φαινομένη. Καὶ οὐδὲν ἴσχυσεν εἰς παραμυθίαν ἡ τοῦ χρόνου μελέτη, οὐδὲ τὸ καθ' ἑκάστην ἐν ταύτῃ γυμνάζεσθαι τῇ θεωρίᾳ· οὐδὲ ἐπαλαιώθη τῷ χρόνῳ τὰ τῆς ἀθυμίας καὶ τῆς ἐκπλήξεως ταύτης, ἀλλὰ καὶ νεάζει καὶ ἀκμάζει διηνεκῶς, καὶ τὸν φόβον ἀκραιφνῆ καὶ ἀνθοῦντα ἔρχεται καθ' ἑκάστην φέρουσα τὴν ἡμέραν· καὶ μάλα εἰκότως. Τίς γὰρ [b] οὐκ ἂν αἰσχυνθείη καὶ καταπέσοι, 556 A ὅταν ἴδῃ τὸν χθὲς καὶ πρὸ ὀλίγων ἡμερῶν βαδίζοντα, ἄγοντα, φέροντα μυρία πράγματα, οἰκίας, γυναικὸς, παίδων, οἰκετῶν, πολλάκις δὲ καὶ πόλεων ὁλοκλήρων προϊστάμενον, ἀπειλοῦντα, φοβοῦντα, λύοντα κολάσεις, ἐπάγοντα κολάσεις, μυρία κατὰ πόλεις καὶ χώρας ἐργασάμενον, ἀθρόον λίθων ἀφωνότερον κείμενον; καὶ μυρίων κωκυόντων, καὶ τῶν φιλτάτων κατακοπτομένων, καὶ τῆς γυναικὸς καταθρυπτομένης, [a] παρειὰς ξαινούσης, πλοκάμους λυούσης, χοροὺς περιστάσης θεραπαινίδων μετὰ πολλῆς τῆς ὀλολυγῆς, οὐδενὸς αἰσθανόμενον; καὶ πάντα ἐξαίφνης ἐκποδὼν, καὶ λο- B γισμὸν καὶ διάνοιαν καὶ ψυχὴν, καὶ ὄψεως ἄνθος, καὶ μελῶν κίνησιν; καὶ τὰ ἀτερπῆ διαδεχόμενα, ἀφωνίαν καὶ ἀναισθησίαν, φθορὰν, ἰχῶρα, σκώληκας, τέφραν, χόνιν, δυσωδίαν, ἀφανισμὸν παντελῆ, καὶ ὀστέα εἰδεχθῆ καὶ ἄσημα τὸ πᾶν ἐπειγόμενον καταλῦσαι σῶμα;

4. Et tamen istud, quod et per res ipsas, et per sanctorum illorum virorum formidinem horrendum esse constat, mœrore longe levius est. Nam ipsius causa longa hæc sermonum curricula emensus sum, ut ex me discas, quantam pœnam pendas, ac parem ipsi, imo vero multis partibus majorem, bonorum mercedem exspectes. Atque ut hæc ita se habere intelligas, jam ad eos qui eo affectu capti sunt, confugiam, quo scilicet prius nostra festinabat oratio. Plebs

Mors mœrore levior

Ἀλλ' ὅμως τὸ φοβερὸν τοῦτο, καὶ διὰ τῶν πραγμάτων δεικνύμενον, καὶ διὰ τῆς τῶν ἁγίων ἐκείνων δειλίας, ἀθυμίας πολὺ κουφότερον. Ταύτης γὰρ ἕνεκεν τοὺς μακροὺς τούτους τῶν λόγων διαύλους ἀνήλωσα, C ἵνα σε διδάξω, οἵαν τίνεις δίκην, καὶ ἀντίῤῥοπον αὐτῆς, μᾶλλον δὲ καὶ πολλῷ μείζονα τῶν ἀγαθῶν ἀναμένεις τὴν ἀμοιβήν. Καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι ταῦτα τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, ἐπὶ τοὺς ἁλόντας λοιπὸν καταφεύξομαι, εἰς ὃ ἔμπροσθεν ἠπειγόμην ἐλθεῖν. Ὁ γὰρ τῶν Ἑβραίων δῆμος, Μωσέως ἐλθόντος καὶ ἐλευθερίαν

[b] Duo Mss. οὐκ ἂν συγχυθῇ καὶ καταπέσοι.

[a] Sic iidem Mss. atque ita legit Interpres. In Edito παρειὰς ξαινούσης deerat.

εὐαγγελιζομένου, καὶ τῶν Αἰγυπτιακῶν κακῶν ἀπαλλαγὴν, οὐδὲ ἀκοῦσαι ἠνέσχετο, καὶ τὴν αἰτίαν τιθεὶς ὁ νομοθέτης ἔλεγεν· Ἐλάλησε δὲ Μωϋσῆς τῷ λαῷ, καὶ οὐκ ἤκουσεν ὁ λαὸς Μωϋσέως ἀπὸ τῆς ὀλιγοψυχίας. Καὶ ὅταν μεγάλας ἀπειλῇ τοῖς Ἰουδαίοις ὁ Κύ- D
ριος ἀπειλὰς ὑπὲρ ἀνομίας πολλῆς, μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν, [b] καὶ τὴν ἐν ἀλλοτρίᾳ διατριβὴν γῇ, καὶ δουλείαν, καὶ τοὺς λιμοὺς, καὶ τοὺς λοιμοὺς, καὶ τὴν ἀνθρωποφαγίαν, καὶ ταύτην ἐπάγει τὴν δίκην λέγων· Δώσω αὐτοῖς καρδίαν ἀθυμοῦσαν, καὶ ἐκλείποντας ὀφθαλμοὺς, καὶ τηκομένην ψυχήν. Ἀλλὰ τί χρὴ λέγειν Ἰουδαίους, δῆμον ἄτακτον, ἀγνώμονα, καὶ τῇ σαρκὶ δεδουλωμένον, καὶ φιλοσοφεῖν οὐκ εἰδότα, παρὸν ἀπὸ τῶν μεγάλων καὶ ὑψηλῶν ἀνδρῶν λαβεῖν τὴν ἀπόδειξιν; Ὁ γὰρ τῶν ἀποστόλων χορὸς τρίτον ἔτος συγγενόμενος τῷ Χριστῷ, καὶ πολλὰ περὶ ἀθανασίας παιδευθεὶς, καὶ τῶν ἄλλων ἀποῤῥήτων, σημεῖά τε E
ἐργασάμενοι θαυμαστὰ καὶ παράδοξα, καὶ αὐτὸν ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον θαυματουργοῦντα θεασάμενοι, καὶ τραπέζης αὐτῷ καὶ ὁμιλίας καὶ λόγων τοιούτων κοινωνήσαντες, καὶ πάντα παιδευθέντες τρόπον, ἐπειδὴ ῥημάτων ἤκουσαν ἀθυμίαν αὐτοῖς ἐμποιούντων, συνεχῶς αὐτὸν κατέχοντες καὶ ἐκκρεμάμενοι καθάπερ ὑπομάζια παιδία, καὶ διηνεκῶς αὐτὸν ἐρωτῶντες, ποῦ ὑπάγεις; οὕτω τῇ τυραννίδι τῆς ἀθυμίας ἐσβέσθησαν 557
A ταύτης, καὶ ὅλοι τῆς λύπης ἐγένοντο, ὡς μηκέτι αὐτοῦ ταῦτα πυνθάνεσθαι. Καὶ τοῦτο ὀνειδίζων αὐτοῖς ὁ Χριστὸς ἔλεγεν· Ἠκούσατε, ὅτι ὑπάγω πρὸς τὸν πέμψαντά με, καὶ ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς, καὶ οὐδεὶς ὑμῶν ἐρωτᾷ με, ποῦ ὑπάγεις; Ἀλλ᾽ ὅτι ταῦτα λελάληκα ὑμῖν, ἡ λύπη πεπλήρωκεν ὑμῶν τὴν καρδίαν. [a] Εἶδες ἔρωτα πῶς ἐπεσκότησεν ἀθυμίας τυραννὶς, καὶ πῶς αἰχμαλώτους εἰργάσατο, καὶ αὐτῆς εἶναι πεποίηκεν; Ὁ δὲ Ἠλίας πάλιν ἐκεῖνος (οὐ γὰρ ἀποστήσομαι αὐτοῦ οὐδὲ νῦν), μετὰ τὴν φυγὴν καὶ τὴν ἀναχώρησιν τὴν ἀπὸ Παλαιστίνης, οὐ φέρων τῆς ἀθυμίας τὴν τυραννίδα (καὶ γὰρ σφόδρα ἠθύμει· τοῦτο γοῦν ὁ τὴν ἱστορίαν γράψας ἐδήλου λέγων, ὅτι Ἀπῆλθε [b] κατὰ B
τὴν ψυχὴν αὐτοῦ), ἄκουσον τί φησιν εὐχόμενος· Ἱκανούσθω τὰ νῦν, Κύριε. Λάβε τὴν ψυχήν μου ἀπ᾽ ἐμοῦ, ὅτι οὐ κρείττων ἐγώ εἰμι ὑπὲρ τοὺς πατέρας μου. Καὶ τὸ φοβερώτερον ἐκεῖνο, τὸν κολοφῶνα τῆς τιμωρίας, τὸ κεφάλαιον τῶν κακῶν, τὸ πάσης ἁμαρτίας ἐπιτί-

Hebræorum, Mose veniente, ac libertatem et Ægyptiacæ captivitatis finem nuntiante, ne audire quidem ipsum sustinebant. Causamque etiam exponens legislator dicebat : *Loquutus est autem Moses ad populum : et non audivit populus Mosem præ pusillanimitate.* Quin- Exod. 6. 9.
etiam cum Deus graves Judæis ob multa flagitia minas intendit, post captivitatem atque in aliena regione commorationem, post servitutem, famem, pestem atque humanarum carnium esum hanc pœnam subjunxit, his verbis utens : *Dabo eis cor mœrens, et deficientes oculos, et tabescentem animam.* Deut. 28. 65.
Quid autem Judæos, petulantem et ingratum, carnisque servituti addictum populum, nec philosophari scientem, commemoro : cum mihi a magnis et excelsis viris hujus rei argumentum capere liceat? Etenim apostolorum chorus, cum triennium jam cum Christo consuetudinem habuissent, multaque de immortalitate aliisque arcanis rebus ex ipso didicissent, signaque admiranda et ab humanis sensibus remota edidissent, ipsumque tanto tempore mira perpetrantem conspexissent, ejusdemque cum eo mensæ, et colloquii, ac tam eximiorum sermonum participes exstitissent, atque omni doctrinæ genere eruditi fuissent, posteaquam verba, quæ mœrorem afferebant, audierunt, qui prius eum perpetuo retinebant, deque ipso velut lactentes pueri pendebant, nec percontari desinebant, Quo vadis? iidem rursus hujus mœroris tyrannide ita oppressi sunt, seque totos angori dediderunt, ut jam ab ipso hæc minime percontarentur. Quo etiam nomine Christus eos insectans, dicebat : *Audistis quia vado ad eum qui misit me, et venio ad vos,* Joan 16. 5. 6.
et nemo ex vobis interrogat me, Quo vadis? Sed quia hæc loquutus sum vobis, tristitia implevit cor vestrum. Videsne quomodo mœroris tyrannis amori tenebras offuderit, eosque in captivitatem sibi addixerit, suique juris fecerit? Rursum Elias ille (nam ne nunc quidem ab eo abscedam) post fugam ac secessionem a Palæstina, mœroris acerbitatem non ferens (si quidem in magno mœrore atque angore versabatur : quod etiam is, qui eam historiam literis mandavit, his verbis declarat, *Abiit juxta animam suam)*, quid in sua ad Deum precatione dicat, 3. Reg. 19. 3. 4.
audias velim : *Et sufficiat nunc, Domine.*

[b] Duo Mss., ut notat Ducæus, *καὶ τὸ ἐν ἄλλῃ διατρίβειν γῇ*.

[a] Duo Mss. *εἶδες ἔρωτι πόσῳ ἐπεσκότισεν*. Alius *ἔρωτα πόσον ἐπεσκότισεν*.

[b] Duo Mss. *κατὰ τῆς ψυχῆς*. Infra duo Mss. *φοβερώτατον ἐκεῖνο*. Edit. *φοβερώτερον*.

Accipe animam meam a me : non enim sum melior quam patres mei. Ita illud quod formidabilius erat, illum supplicii colophonem, illud malorum caput, illam sceleris omnis pœnam exoptat, atque in beneficii loco petit. Usque adeo morte terribilior est mœror. Ut enim hunc effugeret, ad illam perfugit.

5. Hic autem quæstionem quamdam tibi explicare volo. Nec enim me fallit, quantum C hujusmodi quæstiones tibi dissolvi cupias. Quænam igitur hæc quæstio est? Si mortem mœrore leviorem esse existimabat, quid causæ est, cur vitandæ mortis causa relicto solo patrio ac popularibus suis profugerit? et cur qui prius eam fugiebat, nunc eam expetat? Nimirum ut hinc vel maxime, quantum mœstitia mortem acerbitate superet, intelligas. Nam cum mortis dumtaxat metus eum quateret, non abs re quidvis efficiebat, quo eam effugeret. At posteaquam mœror in ipsius pectore insidens naturam suam ostendit, cum videlicet exedens, absumens, dentibus D conficiens, atque intolerandum in modum excrucians, tum denique id quod omnibus rebus gravius et acerbius est, levius esse judicavit. Eodemque modo Jonas etiam mœrorem fugiens, ad mortem confugit : mortemque ipse

Jonæ 4. 3. quoque his verbis a Deo petivit : *Accipe animam meam a me : melius est enim mihi mori, quam vivere.* Davidque item, sive ex sua, sive ex aliorum quorumdam lugentium persona psal-

Psal. 38. 2.—4. mum conscribens, hoc ipsum indicat. *Cum consisteret,* inquit, *peccator adversum me,* E *obmutui, et humiliatus sum, et silui a bonis, et dolor meus renovatus est. Concaluit cor meum intra me, et in meditatione mea exardescet ignis :* per ignem illum scilicet mœroris affectum, qui quovis igne acerbior est, designans. Ideo plagas ipsius ac dolores minime 536

Ib. v. 5. jam ferens, his verbis utitur : *Loquutus sum* A *in lingua mea.* Quid autem loqueris, dic, quæso? Mortem quoque hic petit dicens : *Notum fac mihi, Domine, finem meum et numerum dierum meorum quis est, ut sciam cur morer ego.* Quæ quidem verba tametsi ab Eliæ verbis discrepent, eamdem tamen sententiam habent. Nam quod ille dixit, *Non sum melior quam patres mei,* hoc iste his verbis significavit : *Notum fac mihi, Domine, finem meum, ut sciam quid morer ego.* Hoc est, Qua de causa

μιον, τοῦτο ἐν εὐχῆς αἰτεῖ τάξει, καὶ ἐν χάριτος μέρει βούλεται λαβεῖν. Οὕτω πολὺ θανάτου [c] φοβερώτερον ἀθυμία. Ἵνα γὰρ ἐκείνην διαφύγῃ, καταφεύγει ἐπὶ τοῦτον.

Ἐνταῦθα δέ σοι καὶ ζήτημά τι διαλῦσαι βούλομαι. C Οἶδα γάρ σου τὴν περὶ τὰς λύσεις τῶν τοιούτων ἐπιθυμίαν. Τί ποτ' οὖν ἐστι τὸ ζήτημα; Εἰ θάνατον κουφότερον ἀθυμίας εἶναι ἐνόμιζε, διὰ τί καὶ πατρίδα καὶ δῆμον, ἵνα μὴ θανάτῳ περιπέσῃ, καταλιπὼν ἀπέδρα; καὶ τότε αὐτὸν φεύγων, νῦν αὐτὸν ἐπιζητεῖ; Ἵνα εἰδῇς καὶ ἐντεῦθεν μάλιστα, πῶς χαλεπώτερον ἀθυμία θανάτου. Ὅτε μὲν γὰρ αὐτὸν ἐκεῖνος ὁ φόβος κατέσεισε μόνος, εἰκότως ἅπαντα ἔπραττεν ὥστε αὐτὸν ἐκφυγεῖν. Ἐπειδὴ ἐγκαθημένη αὕτη τὴν οἰκείαν ἐπεδείξατο φύσιν, κατεσθίουσα, δαπανῶσα, τοῖς ὀδοῦσιν αὐτὸν καταναλίσκουσα, ἀφόρητος αὐτῷ γενομένη, τότε δὴ λοιπὸν τὸ πάντων βαρύτερον κουφότερον αὐ- D τῆς εἶναι ἐνόμισεν. Οὕτω καὶ Ἰωνᾶς ἐκείνην φεύγων, ἐπὶ τοῦτον κατέφυγε, καὶ αὐτὸς θάνατον αἰτεῖται λέγων, Λάβε τὴν ψυχήν μου ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι καλόν μοι τὸ ἀποθανεῖν ἢ ζῆν με. Καὶ ὁ Δαυὶδ δὲ, εἴτε ἐξ οἰκείου προσώπου, εἴτε ἑτέρων τινῶν ὀδυρομένων ψαλμὸν γράφων, τὸ αὐτὸ δὴ τοῦτο ἐνδείκνυται. Ἐν γὰρ τῷ συστῆναι τὸν ἁμαρτωλὸν ἐναντίον μου, φησὶν, ἐκωφώθην, καὶ ἐταπεινώθην, καὶ ἐσίγησα ἐξ ἀγαθῶν, καὶ τὸ ἄλγημά μου ἀνεκαινίσθη. Ἐθερμάνθη ἡ καρδία μου ἐντός μου, καὶ ἐν τῇ μελέτῃ μου ἐκκαυθήσεται πῦρ· ἐκεῖνο [d] τὸ πῦρ τούτου τοῦ πυρὸς σφοδρότερον, E τὸ τῆς ἀθυμίας πάθος δηλῶν. Διὸ μηκέτι φέρων τὰς πληγὰς αὐτῆς καὶ τὰς ὀδύνας, φησίν. Ἐλάλησα ἐν τῇ γλώσσῃ μου. Καὶ τί λαλεῖς, εἰπέ μοι; Θάνατον καὶ οὗτος αἰτεῖ λέγων, Γνώρισόν μοι, Κύριε, τὸ πέρας μου, καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἡμερῶν μου τίς ἐστιν, ἵνα γνῶ τί ὑστερῶ ἐγώ· ἑτέροις μὲν ῥήμασι, τοῖς δὲ αὐτοῖς νοήμασι τὰ τοῦ Ἠλίου φθεγγόμενος. Ὅπερ γὰρ A ἐκεῖνος εἶπεν, Ὅτι οὐ κρείττων ἐγώ εἰμι ὑπὲρ τοὺς πατέρας μου, τοῦτο καὶ οὗτος ᾐνίξατο λέγων, Γνώρισόν μοι, Κύριε, τὸ πέρας μου, ἵνα γνῶ τί ὑστερῶ ἐγώ. Τίνος ἕνεκεν ἀπελείφθην, φησὶν, ἐγὼ, καὶ ὑστερῶ, καὶ ἐν τῷ παρόντι διατρίβω βίῳ, τῶν ἄλλων ἀπελθόντων; Καὶ οὕτως αὐτὸν ἐπιζητεῖ, εἴτε αὐτὸς, εἴτε ἐκεῖνοι, ὧν τῷ προσώπῳ κεχρημένος φθέγγεται, ὅτι καὶ μὴ παρόντος τὸν καιρὸν τῆς παρουσίας ἐπιθυμεῖ μαθεῖν· Γνώρισόν μοι, φησὶ, τὸ πέρας μου· ἵνα καὶ ἐντεῦθεν μεγίστην καρπώσηται τὴν ἡδονήν. Οὕτω τὸ φοβερὸν ποθεινὸν γίνεται διὰ τὴν ἀφόρητον τῆς ἀθυ-

[c] Duo Mss. *βαρύτερον ἀθυμία.* Quæ lectio non spernenda. Infra iidem *ἐπιθυμίαν· καὶ πρό... ἐπίσταμαι, ὅσον σοι χαριοῦμαι. τί ποτ'.*

[d] Iidem *τὸ πῦρ καὶ πυρὸς σφοδρότερον.*

μίας ὀδύνην, καὶ τὸ πῦρ τὸ ἐκκαιόμενον ἐν τῇ διανοίᾳ. Ἐν γὰρ τῇ μελέτῃ μου ἐκκαυθήσεται πῦρ. Τοσαύτης B τοίνυν τιμωρίας μεγάλας προσδόκα τὰς ἀμοιβὰς, πολλὰ τὰ βραβεῖα, ἀφάτους τὰς ἀντιδόσεις, φαιδροὺς καὶ σφόδρα ἀνθοῦντας τῶν τοσούτων ἀγώνων τοὺς στεφάνους. Οὐ γὰρ τὸ ποιῆσαί τι χρηστὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ παθεῖν τι κακὸν πολλὰς ἔχει τὰς ἀμοιβὰς, καὶ μεγάλα τὰ ἔπαθλα. Καὶ πρὸς τοῦτον ἤδη βαδιοῦμαι τὸν λόγον, σφόδρα καὶ σοὶ καὶ πᾶσι χρήσιμον ὄντα, καὶ ἱκανὸν πρὸς ὑπομονὴν ἀλεῖψαι [a] καὶ καρδίαν διεγεῖραι, καὶ μὴ ἀφιέναι πρὸς τοὺς τῶν παθημάτων καταμαλακίζεσθαι ἱδρῶτας.

Ὅτι μὲν οὖν ἁπάντων τῶν κακῶν χαλεπώτερον C ἀθυμία, καὶ ὁ κολοφὼν καὶ τὸ κεφάλαιον τῶν δεινῶν, τοῦτο ἱκανῶς ἡμῖν ὁ λόγος ἀπέδειξε· λείπεται τοίνυν κατορθωμάτων καὶ παθημάτων ποιήσασθαι σύγκρισιν, ἵνα μάθῃς σαφῶς, ὅτι οὐ κατορθώμασι μόνον, ἀλλὰ καὶ παθήμασιν ἀμοιβαὶ κεῖνται, καὶ ἀμοιβαὶ σφόδρα μεγάλαι, καὶ παθήμασιν οὐκ ἔλαττον, ἢ κατορθώμασιν, μᾶλλον δέ ἐστιν ὅπου καὶ πλείονα παθήμασιν. Καὶ εἰσαγάγωμεν, εἰ δοκεῖ, τὸν μέγαν τῆς D ὑπομονῆς ἀθλητὴν ἐν ἑκατέροις διαλάμψαντα τρόποις, τὸν ἀδάμαντα, τὴν πέτραν, τὸν ἐν τῇ Αὐσίτιδι μὲν γενόμενον χώρᾳ, πᾶσαν δὲ τὴν οἰκουμένην καταλάμψαντα τῇ τῆς οἰκείας ἀρετῆς ὑπερβολῇ, καὶ εἴπωμεν αὐτοῦ τά τε κατορθώματα καὶ τὰ παθήματα, ἵνα εἰδῇς πόθεν μειζόνως διέλαμψε. Τίνα οὖν αὐτοῦ τὰ κατορθώματα; Ὁ οἶκός μου, φησὶ, παντὶ ἐλθόντι ἠνέῳκτο, καὶ κοινὸς ἦν τοῖς ὁδοιπόροις λιμήν· καὶ τοῖς δεομένοις τὰ αὐτοῦ πάντα σχεδὸν ἐκέκτητο. Ἐγὼ γὰρ ἤμην, φησὶν, ὀφθαλμὸς τυφλῶν, καὶ ποὺς χωλῶν. Ἐγὼ ἤμην πατὴρ ἀδυνάτων, δίκην δὲ, ἣν οὐκ ᾔδειν, ἐξιχνίασα, καὶ συνέτριψα μύλας ἀδίκων, καὶ ἐκ μέσου E ὀδόντων αὐτῶν ἐξήρπασα ἅρπαγμα. Ἀδύνατοι δὲ ἦν ἄν ποτε εἶχον χρείαν, οὐκ ἀπέτυχον, οὐδὲ ἐξῆλθέ τις τὴν θύραν μου κόλπῳ κενῷ. Εἶδες διάφορα φιλανθρωπίας εἴδη, καὶ ποικίλους ἐλεημοσύνης [b] λιμένας, καὶ διὰ πάντων αὐτὸν βοηθοῦντα τοῖς δεομένοις; εἶδες

ego relictus sum, seriusque abeo: qua de causa, cum alii jam e vita discesserint, ipse tamen remaneo, atque in præsenti vita diuturniorem moram traho? Ac tanta mortis cupiditate tenetur, sive ipse, sive illi, quorum nomine loquitur, ut etiam, ea nondum præsente, præsentiæ tempus scire aveat. *Notum*, inquit, *fac mihi, Domine, finem meum*, quo videlicet hinc quoque maximam voluptatem capiat. Ita id quod horrendum est, propter intolerandum mœroris dolorem, atque ignem in animo exardescentem, expetendum redditur. *In meditatione* enim *mea*, inquit, *exardescet ignis*. Quocirca cum tantam pœnam luas, magnam hinc mercedem, multa præmia, remunerationes inenarrabiles, splendidas ac valde florentes hujusmodi certaminum coronas exspecta. Non enim solum aliquid boni efficere, sed etiam aliquid mali perpeti, magnam mercedem atque ampla præmia obtinet. Atque ad hanc orationem jam me confero, ut quæ et tibi, et cunctis magnopere utilis sit, animisque ad patientiam acuendis sufficiat, nec eos ad calamitatum sudores debilitari sinat. Ærumnæ coronas pariunt.

6. Quod igitur calamitatum omnium atrocissima, ac malorum colophon et caput, mœstitia sit, satis fuse a nobis est demonstratum: superest jam ut virtutes et calamitatum perpessiones inter se comparemus, ut perspicue intelligas non virtutibus solum, sed etiam calamitatibus mercedem constitutam esse, et quidem admodum amplam: nec calamitatibus minus, quam virtutibus; imo amplius interdum calamitatibus. Ac, si lubet, magnum patientiæ pugilem in medium producamus, eum, inquam, qui utroque laudis genere splenduit, adamantem illum, petram illam, eum qui in Ausitide quidem regione exstitit, verum singulari quadam virtutis suæ magnitudine universum terrarum orbem collustravit, atque ipsius tum virtutes, tum calamitates exponamus, ut, qua ex parte magis effulserit, compertum habeas. Quænam igitur ipsius virtutes erant? *Domus enim mea*, inquit, *omni venienti patuit, communisque erat viatoribus portus*. Quin bona sua ita possidebat ut ea pene omnia non sibi, sed pauperibus haberet. *Oculus* enim, inquit, *fui cæcorum, et pes claudorum. Pater eram imbecillium: et causam, quam nesciebam, investigabam conterebam molas iniquorum: et de dentibus* Job. 31. 32. Job 29. 15.—17.

[a] Unus καὶ πρὸς καρτερίαν διεγεῖραι: alter καὶ καρτερίαν διεγεῖραι. Paulo post iidem ἁπάντων τῶν παθῶν κλ. Infra iidem λείπεται δὲ λοιπόν.

[b] Interpres legerat λειμῶνας, qui verterat *prata*.

Job. 31.16. 34. *illorum auferebam prædam. Imbecilles autem, si qua re opus habebant, minime repulsam ferebant: neque quisquam ex ædibus meis umquam vacuo sinu egressus est.* Vides varia humanitatis genera, et varios eleemosynæ portus, eumque quavis ratione opem iis, quibus injuria fiebat, afferentem? vides eum egestatem sublevantem, viduas foventem, læsis opitulantem, lædentibus terrorem incutientem? Neque enim eo solum studium suum demonstrabat, quod iis, qui lædebantur, præsto esset, atque auxilium ferret (quod multi faciunt), verum etiam eo usque laborabat, quoad negotium confecisset, et quidem magna cum vehementia.
Job. 29.17. *Conterebam* enim, inquit, *molas iniquorum*: eorum videlicet conatibus providentiam suam muri instar opponens. Nec vero hominum tantum injuriis, sed etiam naturæ insidiis curam suam ac sollicitudinem objiciens, ipsius nimirum vitia singulari auxilii sui magnitudine corrigens. Nam quia membra ipsis restituere minime poterat, hoc est cæcis oculos, claudis pedes, membrorum instar ipsis erat: atque ipsius opera ii qui oculis capti erant, videbant; et ii qui cruribus oblæsi ac mutilati erant, ambulabant. Quid cum hac humanitate comparari queat? Alias etiam ipsius virtutes exploratas habes; ne omnia enumerans orationem protraham; morum facilitatem, lenitatem, summam modestiam ac temperantiam; quonam pacto, cum in eos qui injuriam aliis inferebant, vehemens esset (nam hoc sane mirandum), suavis tamen et mansuetus, atque ipso etiam melle dulcior erat, cum erga omnes alios, tum erga famulos suos, qui magnum sui erga ipsum amoris argumentum edentes, dice-
Job. 31.31. bant: *Quis det nobis, ut de carnibus ejus saturemur?* Quod si famulis ita carus et amabilis erat, quibus sæpe terrori esse necesse est, quanto magis cunctis aliis hominibus?

πενίαν ἀνέχοντα, χήραν διορθούμενον, ἀδικουμένων
559 A προϊστάμενον, φοβερὸν τοῖς ἐπηρεάζουσιν ὄντα; Οὐ γὰρ δὴ μέχρι τοῦ παραστῆναι καὶ συμμαχῆσαι μόνον τὴν σπουδὴν ἐπεδείκνυτο (τοῦτο δὴ τὸ τῶν πολλῶν), ἀλλὰ καὶ μέχρι τοῦ πρὸς τέλος τὸ πρᾶγμα ἀγαγεῖν, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς σφοδρότητος. Συνέτριψα γὰρ μύλας τῶν ἀδίκων, φησὶ, τῇ φιλονεικίᾳ τῇ ἐκείνων τὴν ἑαυτοῦ πρόνοιαν ἐπιτειχίζων. Οὐχ ἀνθρώπων δὲ μόνον ἐπηρείαις, ἀλλὰ καὶ φύσεως ἐπιβουλαῖς ἀντέστησεν αὐτοῦ τὴν κηδεμονίαν, τὰ ἁμαρτήματα αὐτῆς τῇ τῆς οἰκείας συμμαχίας ὑπερβολῇ διορθούμενος. Ἐπειδὴ γὰρ τὰ μέλη αὐτοῖς ἀποδοῦναι οὐκ εἶχε, τοῖς
B πηροῖς τὰ ὄμματα, τοῖς χωλοῖς τοὺς πόδας, ἀντὶ τῶν μελῶν αὐτοῖς ἐγίνετο, καὶ δι' αὐτοῦ καὶ οἱ τοὺς ὀφθαλμοὺς πεπηρωμένοι, καὶ οἱ τὰ σκέλη κεκομμένοι, οἱ μὲν ἔβλεπον, οἱ δὲ ἐβάδιζον. Τί ταύτης ἴσον γένοιτ' ἂν αὐτοῦ τῆς φιλανθρωπίας; Οἶσθα αὐτοῦ [a] καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς, ἵνα μὴ πάντα καταλέγων μακρὸν ποιήσω τὸν λόγον, τὴν ἐπιείκειαν, τὴν πραότητα, τὴν σωφροσύνην, τὴν ἀκρίβειαν, πῶς, σφοδρὸς ὢν τοῖς ἀδικοῦσι (τὸ γὰρ δὴ θαυμαστὸν τοῦτό ἐστι), προσηνὴς καὶ ἥμερος ἦν, καὶ αὐτοῦ τοῦ μέλιτος ἡδίων τοῖς τε ἄλλοις ἅπασι καὶ τοῖς οἰκέταις τοῖς αὐτοῦ, οἳ τοῦ ἔρωτος ὃν ἤρων ἐκείνου μέγα ἐκφέροντες δεῖγμα ἔλε-
C γον· Τίς ἂν δώῃ ἡμῖν τῶν σαρκῶν αὐτοῦ ἐμπλησθῆναι; Εἰ δὲ οἰκέταις οὕτω ποθεινὸς ἦν, οὕτως ἐπέραστος, οἷς ἀνάγκη πολλάκις καὶ φοβερὸν εἶναι, πολλῷ μᾶλλον τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἀνθρώποις.

7. Hæc igitur, atque his plura, cum apud te collegeris, age jam ad calamitatum, quas perpessus est, numerum subducendum mecum te confer: atque comparando videamus quo tempore clarior erat, an cum illis virtutis muneribus fungebatur, an cum acerba pateretur quæ magnum ipsi mœrorem inurebant? Utro igitur tempore illustrior erat Job? tumne cum domum suam omnibus qui eo iter faciebant, apertam habebat, an cum ea prostrata nullum acerbum verbum pronuntiavit, sed Deum laudibus affecit?

Ταῦτα δὴ οὖν καὶ τὰ τούτων πλείονα συλλέξασα, δεῦρο βάδιζε μετ' ἐμοῦ ἐπὶ τὸν τῶν παθημάτων αὐτοῦ κατάλογον, καὶ ἴδωμεν συγκρίναντες πότε λαμπρότερος ἦν, ὅτε ἐκεῖνα κατώρθου, ἢ ὅτε ἔπασχε τὰ ὀδυνηρὰ καὶ πολλὴν ἐντιθέντα αὐτῷ τὴν ἀθυμίαν. Πότε οὖν λαμ-
D πρότερος ἦν ὁ Ἰώβ; ὅτε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ πᾶσι τοῖς παριοῦσιν ἀνέῳγεν, ἢ ὅτε κατενεχθείσης αὐτῆς οὐδὲν ἐφθέγξατο ῥῆμα πικρὸν, ἀλλ' εὐφήμησε τὸν Θεόν; Καίτοι τὸ μὲν κατόρθωμα ἦν, τὸ δὲ πάθημα. Πότε φαιδρότερος ἦν, εἰπέ μοι, ὅτε ἔθυεν ὑπὲρ τῶν παιδίων, καὶ πρὸς ὁμόνοιαν αὐτοὺς συνῆγεν, ἢ ὅτε καταχωσθέντων καὶ

[a] Sic Mss. atque ita legit Interpres. Editi τὴν ἄλλην ἀρετήν.

τῷ πικροτάτῳ τρόπῳ τῆς τελευτῆς καταλυσάντων τὸν βίον, μετὰ πολλῆς τῆς φιλοσοφίας ἤνεγκε τὸ συμβάν; Πότε μᾶλλον ἐξέλαμψεν, ὅτε ἀπὸ κουρᾶς τῶν ἀρνῶν αὐτοῦ ἐθερμάνθησαν γυμνῶν οἱ ὦμοι, ἢ ὅτε ἀκούσας ὅτι πῦρ ἐξ οὐρανοῦ ἔπεσε, καὶ κατέφαγε [b] τὴν ἀγέλην μετὰ τῶν ποιμένων, οὐ διεταράχθη, οὐδὲ ἐθορυβήθη, ἀλλὰ πράως ἤνεγκε τὴν συμφοράν; Πότε μείζων ἦν, ὅτε τῇ ὑγείᾳ τοῦ σώματος [c] εἰς τὴν τῶν ἀδικουμένων προστασίαν ἐκέχρητο, συντρίβων μύλας ἀδίκων, καὶ ἐκ μέσου τῶν ὀδόντων αὐτῶν ἐξαρπάζων ἁρπάγματα, καὶ λιμὴν αὐτοῖς γινόμενος, ἢ ὅτε τὸ σῶμα αὐτοῦ, τὸ τῶν ἀδικουμένων ὅπλον, ἑώρα κατεσθιόμενον ὑπὸ σκωλήκων, καὶ καθήμενος ἐπὶ τῆς κο- 510 πρίας, καὶ αὐτὸς αὐτὸ κατέξαινε λαβὼν ὄστρακον; A Τήκω γὰρ βώλακας γῆς ἀπὸ ἰχῶρος ξέων, φησί. Καίτοι ἐκεῖνα μὲν πάντα κατορθώματα, ταῦτα δὲ πάντα παθήματα ἦν· ἀλλ' ὅμως ταῦτα αὐτὸν ἐκείνων λαμπρότερον ἀπέφηνε. Τοῦτο γὰρ μάλιστα τὸ πικρότατον τῆς παρατάξεως μέρος ἦν, καὶ μείζονος δεόμενον τῆς ἀνδρείας, καὶ εὐτονωτέρας ψυχῆς, [a] καὶ ὑψηλοτέρας διανοίας, καὶ πλείονα περὶ τὸν Θεὸν ἐχούσης ἀγάπην. Διά τοι τοῦτο, ἐκείνων μὲν γινομένων, εἰ καὶ ἀναισχύντως καὶ σφόδρα λῃστρικῶς, ἀλλ' ὅμως ἀντεῖπεν ὁ διάβολος· Μὴ δωρεὰν σέβεται Ἰὼβ τὸν Θεόν; Τούτων δὲ συμβάντων, ἐγκαλυψάμενος ἀνεχώρησε νῶτα B δοὺς, καὶ οὐδὲ ἀναισχύντου τινὸς ἀντιλογίας σκιὰν γοῦν ἔχων προβαλέσθαι. Τοῦτο γὰρ ὁ κολοφὼν τοῦ στεφάνου, τοῦτο ἡ κορωνὶς τῆς ἀρετῆς, τοῦτο ἡ σαφὴς τῆς ἀνδρείας ἀπόδειξις, τοῦτο ἡ ἀκριβεστάτη τῆς φιλοσοφίας ἐπίτασις. Δηλῶν δὲ καὶ αὐτὸς οὗτος ὁ μακάριος Ἰὼβ, ὅσον χαλεπώτερον τυραννὶς ἀθυμίας θανάτου, ἀνάπαυσιν αὐτὸν καλεῖ. Θάνατος ἀνδρὶ, φησὶν, ἀνάπαυσις, καὶ ἐν χάριτος αὐτὸν αἰτεῖται μέρει, ὥστε ἐκείνης ἀπαλλαγῆναι, λέγων· Εἰ γὰρ δῴη καὶ ἔλθοι μου ἡ αἴτησις, καὶ τὴν ἐλπίδα μου δῴη ὁ Θεός. Ἀρξάμενος ὁ Κύριος τρωσάτω με, καὶ εἰς τέλος με ἀνελέτω. Εἴη δέ μοι ἡ πόλις τάφος, ἐφ' ἧς ἐπὶ τειχῶν C ἡλλόμην ἐπ' αὐτῆς. Οὕτω πάντων βαρύτερον ἀθυμία· ὅσῳ δὲ βαρύτερον, τοσούτῳ καὶ μείζους ἔχει τὰς ἀντιδόσεις.

Atqui illud virtutis munus erat, hoc perpessio. Utro tempore insignior erat, dic quæso, cum filiorum causa sacrificium offerebat, eosque inter se conciliabat, an cum ipsis domus ruina obrutis, acerbissimoque mortis genere de medio sublatis, E perquam sapienter hunc casum tulit? Utro tempore magis emicuit, cum de ovium ipsius velleribus nudorum humeri calefiebant, an cum allato nuntio ignem de cœlo cecidisse, et universum gregem una cum pastoribus absumsisse, minime commotus ac perturbatus est, verum calamitatem hanc æquo animo tulit? Utro tempore major erat, cum firma corporis valetudine frueretur, qua ad eorum qui injuriam acceperant, defensionem utebatur, et iniquorum molas conterebat, atque ex mediis ipsorum dentibus prædam eripiebat, oppressisque portus erat: an cum corpus suum, læsorum præsidium, a vermibus corrodi conspiciebat, atque in sterquilinio sedens, accepta testa illud ipse radebat? *Glebas* enim *terræ* Job. 7. 5.
mollio, inquit, *saniem radens*. Atqui omnia illa virtutis opera erant: contra, hæc omnia perpessiones: et tamen hæc ipsi majorem, quam illa, splendorem attulerunt. Hoc enim acerbissima prælii pars erat, majoremque fortitudinem animique firmitatem, et mentis sapientiam, atque ampliorem erga Deum caritatem requirebat. Eaque de causa, cum illa fierent, impudenter quidem ac perquam improbe, sed tamen obluctabatur diabolus, his verbis utens: *Numquid* Job. 1. 9.
Job frustra colit Deum? At cum hæc accidissent, pudore suffusus terga dedit, ac secessit, ut qui ne impudentis quidem ullius objectionis umbram aliquam haberet, quam prætenderet. Hoc enim coronarum colophon est, hoc summus virtutis apex, hoc perspicuum fortitudinis argumentum, hoc summæ philosophiæ culmen. Illud etiam ostendens hic idem beatus Job, quanto acerbior sit mœroris tyrannis, quam mors, hanc requiem appellabat: *Mors* enim, inquit, *viro* Job. 3. 23.
requies. Atque eam gratiæ loco petebat, ut a mœrore eximeretur, dicens: *Quis det ut veniat* Job. 6. 8.
petitio mea, et quod exspecto, tribuat mihi —10.
Deus? Et qui cœpit, ipse me conterat, et succidat me usque in finem: et urbs ea, super cujus muros saltabam, sepulcrum mihi sit. Ita omnium rerum gravissima est mœstitia: porro quo gravior, eo quoque majorem mercedem habet.

[b] Duo Mss. τὴν ποίμνην μετά.

[c] [Savilii dedimus lectionem Montf. ἢ inseruerat post σώματος. Morelli lectionem ὅτε τὴν ὑγίειαν τ. σ. ἐκέχρητο, ἢ.... ἐκέχρητο reddit Interpres.]

[a] Duo Mss. καὶ φιλοσοφωτέρας διανοίας. Paulo post iidem σφόδρα ἰταμῶς.

Quantus ex calamitatibus fructus oriatur.

8. Ut autem aliunde quoque intelligas quantus ex calamitatibus fructus promanet, etiamsi non Dei causa quis perpetiatur (nemo me hoc loco hyperbolice loqui existimet), modo strenuo ac placido animo ferat, Deum in omnibus gloria afficiens : idem hic, se propter Deum hæc pati, minime norat, et tamen ideo corona donabatur, quod etsi causam non nosset, strenuo tamen animo calamitates perferebat. Lazarus quoque ille, in morbum prolapsus (hoc porro non erat propter Deum pati), tamen quia inopiam curantium, mœroremque illum, quem et ulcera, et fames, et divitis contemtus atque crudelitas afferebat, forti animo tulit, quas coronas consequutus sit, non te fugit. Atqui nullum illius præclarum opus invenimus; non quod pauperes misericordia prosequutus sit, non quod læsis opem tulerit, aut aliud quiddam ejusdem generis cum virtute gesserit : verum illud dumtaxat, quod pro divitis foribus jacuerit, quod adversa valetudine laborarit, quod ipsius vulneribus canes linguas admoverint, ac denique quod dives cum sit aspernatus, quæ omnia ad perpessionem spectabant. Et tamen, licet nullo alio egregio virtutis munere perfunctus, quia solum hujusmodi mœstitiam strenuo animo tulit, eamdem quam patriarcha, qui tot res cum virtute gesserat, sortem est consequutus. Dicam præterea quidpiam, quod etsi ab hominum opinione alienum videatur, tamen verum est : nempe etiamsi quispiam magnum aliquod et illustre opus ediderit, sed sine labore, periculis et calamitatibus, eum haud magnam hinc mercedem laturum esse : *Unusquisque enim, propriam mercedem accipiet juxta proprium laborem :* non secundum rerum ex virtute gestarum magnitudinem, sed pro calamitatum, quas pertulerit, mole. Quocirca Paulus etiam se jactans, non ob id tantum gloriatur, quod boni aliquid ac præclari gesserit, sed etiam quod malis affectus sit. Cum enim dixisset, *Ministri Christi sunt, ut minus sapiens loquar, plus ego :* atque, quanto eis præstantior esset, ex comparatione demonstrare studeret, non dixit, Tot et tot hominibus prædicavi : verum omissis iis quæ ex virtute gesserat, mala ea, quæ perpessus est, enumerat, his verbis : *In laboribus abundantius, in plagis supra modum, in carceribus abundantius, in mortibus frequenter.*

Nulla virtus sine labore magnam laudem refert. 1. Cor 3. 8.

2. Cor. 11. 23.

Ib. v. 23.—28.

Ἵνα δὲ καὶ ἑτέρωθεν μάθῃς, ὅσον τῶν παθημάτων τὸ κέρδος, κἂν μὴ διὰ Θεόν τις πάθῃ (καὶ οὐδεὶς ὑπερβολὴν τοῦτο νομιζέτω), πάθῃ δὲ ὅμως, καὶ γενναίως ἐνέγκῃ καὶ πράως, τὸν Θεὸν ἐπὶ πᾶσι δοξάζων· [b] αὐτὸς οὗτος οὐκ ᾔδει, ὅτι διὰ τὸν Θεὸν ταῦτα ἔπασχεν· ὅμως διὰ τοῦτο ἐστεφανοῦτο, ὅτι οὐδὲ τὴν D αἰτίαν ἐπιστάμενος ἐκαρτέρει γενναίως. Καὶ ὁ Λάζαρος ἐκεῖνος ἀσθενείᾳ φύσεως περιπεσὼν (τοῦτο δὲ οὐκ ἦν δήπου διὰ τὸν Θεὸν παθεῖν), ἐπειδὴ ὅλως ἔπαθε, καὶ ἐκαρτέρησε, καὶ γενναίως ἤνεγκε τὴν ἐρημίαν [c] τῶν θεραπευόντων, τὴν ἀπὸ τῶν ἑλκῶν ἀθυμίαν, τὴν ἀπὸ τοῦ λιμοῦ, τὴν ἀπὸ τῆς ὑπεροψίας τοῦ πλουσίου καὶ τῆς ὠμότητος, οἶσθα ἡλίκων ἀπέλαυσε στεφάνων. Καίτοι γε αὐτοῦ κατόρθωμα οὐδὲν εὕρομεν εἰπεῖν· οὐχ ὅτι πένητας ἐλέησεν, οὐχ ὅτι ἀδικουμένοις παρέστη, οὐχ ὅτι ἀγαθόν τι τοιοῦτον εἰργάσατο, ἀλλὰ τὴν ἐν τῷ πυλῶνι τοῦ πλουσίου κατάκλισιν, καὶ τὴν ἀῤῥωστίαν, καὶ τῶν κυνῶν τὰς γλώττας, καὶ τὴν τοῦ E πλουσίου κατ' αὐτοῦ γενομένην ὑπεροψίαν, ἅπερ τοῦ πάσχειν κακῶς ἅπαντα ἦν. Ἀλλ' ὅμως καίτοι μηδὲν γενναῖον ποιήσας, ἐπειδὴ μόνον τὴν ἐκ τούτου ἀθυμίαν ἤνεγκε γενναίως, τῷ τοσαῦτα κατωρθωκότι πατριάρχῃ τῆς αὐτῆς ἔτυχε λήξεως. Εἴπω δὴ μετὰ τοῦτο καὶ ἕτερον, παράδοξον μὲν εἶναι δοκοῦν, ἀληθὲς δέ· κἂν ἀγαθόν τις ἐργάσηται μέγα καὶ γενναῖον, μὴ 561 A μετὰ πόνου δὲ καὶ κινδύνου καὶ παθημάτων, οὐ πολύν τινα λήψεται μισθόν· Ἕκαστος γὰρ τὸν ἴδιον μισθὸν λήψεται κατὰ τὸν ἴδιον κόπον· οὐ κατὰ τὸ μέγεθος τοῦ κατορθώματος, ἀλλὰ κατὰ τὸν ὄγκον τοῦ παθήματος. Διά τοι τοῦτο καὶ Παῦλος καυχώμενος, οὐκ ἐπὶ τῷ κατορθῶσαι μόνον καὶ γενναῖόν τι ποιῆσαι καυχᾶται, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῷ παθεῖν κακῶς. Εἰπὼν γὰρ, Διάκονοι Χριστοῦ εἰσι, παραφρονῶν λαλῶ, ὑπὲρ ἐγώ· καὶ τὴν κατὰ σύγκρισιν [a] ὑπερβολὴν ὑφαίνων, οὐκ εἶπε, τόσοις καὶ τόσοις ἐκήρυξα, ἀλλ' ἀφεὶς ἅπερ κατώρθωσεν, ἅπερ ἔπαθε κακῶς, ταῦτα ἐξαριθμεῖται οὕτω λέγων· Ἐν κόποις περισσοτέρως, ἐν πληγαῖς ὑπερβαλλόντως, ἐν φυλακαῖς περισσοτέρως, ἐν θανάτοις πολλάκις. B Πεντάκις τεσσαράκοντα παρὰ μίαν ὑπὸ Ἰουδαίων ἔλαβον, τρὶς ἐῤῥαβδίσθην, ἅπαξ ἐλιθάσθην, τρὶς ἐναυάγησα, νυχθήμερον ἐν τῷ βυθῷ πεποίηκα· ὁδοιπορίαις πολλάκις, κινδύνοις ποταμῶν,

[b] [Post δοξάζων Savil. addit : μεγάλων τῶν ἀναῤῥήτων τυγχάνει· ἐπεὶ καὶ Ἰώβ. Mox id. καὶ ὅμως διό.]

[c] Perronianus, teste Ducæo, τῶν θεραπευσάντων.

[a] Duo Mss. ὑπεροχὴν ἐμφαίνων. Edit. ὑπερβολὴν ὑφαίνων.

κινδύνοις λῃστῶν, κινδύνοις ἐκ γένους, κινδύνοις ἐξ ἐθνῶν, κινδύνοις ἐν πόλει, κινδύνοις ἐν ἐρημίᾳ, κινδύνοις ἐν θαλάσσῃ, κινδύνοις ἐν ψευδαδέλφοις· ἐν κόπῳ, ἐν μόχθῳ, ἐν ἀγρυπνίαις πολλάκις, ἐν λιμῷ καὶ δίψει καὶ γυμνότητι· χωρὶς τῶν παρεκτὸς, ἡ ἐπισύστασίς μου ἡ καθ' ἡμέραν.

Εἶδες παθημάτων ὁρμαθὸν, καὶ καυχήσεως ἀφορμάς; Εἶτα ἐπάγει τούτοις [b] καὶ τὰ κατορθώματα, καὶ ἐν τούτοις πάλιν τὸ πλέον τοῦ παθήματός ἐστιν, οὐχὶ τοῦ κατορθώματος. Εἰπὼν γὰρ, Ἡ ἐπισύστασίς μου ἡ καθ' ἡμέραν, τὰς ἀπαγωγὰς λέγων τὰς συνεχεῖς, τοὺς θορύβους, τὰς περιστάσεις (τοῦτο γάρ ἐστιν ἡ ἐπισύστασίς μου), ἐπήγαγεν, Ἡ μέριμνα πασῶν τῶν Ἐκκλησιῶν. Οὐκ εἶπεν ἡ διόρθωσις, ἀλλ' Ἡ μέριμνα, ὅπερ παθήματος πλέον ἦν, ἢ κατορθώματος. Καὶ τὰ ἑξῆς ὁμοίως· Τίς ἀσθενεῖ, φησὶ, καὶ οὐκ ἀσθενῶ; Οὐκ εἶπε διορθοῦμαι, ἀλλ' Ἀσθενῶ· καὶ πάλιν, Τίς σκανδαλίζεται, καὶ οὐκ ἐγὼ πυροῦμαι; Οὐκ εἶπεν, ἀπήλλαξα τοῦ σκανδάλου, ἀλλ', ἐκοινώνησα τῆς ἀθυμίας. Εἶτα δεικνὺς, ὅτι ταῦτα μάλιστα τὰς ἀμοιβὰς ἔχει, ἐπήγαγεν· Εἰ καυχᾶσθαι δεῖ, τὰ τῆς ἀσθενείας μου καυχήσομαι. Καὶ ἕτερον πάλιν τοιοῦτον ἐπάγει, τὴν φυγὴν τὴν διὰ τῆς θυρίδος, τὴν διὰ τῆς σαργάνης, τὴν διὰ τοῦ τείχους· τοῦτο δὲ τοῦ παθεῖν κακῶς ἦν. Εἰ τοίνυν τὰ παθήματα μεγάλας ἔχει τὰς ἀμοιβὰς, τῶν δὲ παθημάτων πάντων χαλεπώτερον καὶ ὀδυνηρότερον ἡ ἀθυμία, ἐννόησον ὅσαι αἱ ἀντιδόσεις. Οὐ παύσομαι συνεχῶς ταύτην σοι ἐπᾴδων τὴν ἐπῳδὴν, ἵνα ὅπερ ὑπεσχόμην ἐν προοιμίοις, τοῦτο πληρώσω νῦν, ἀπὸ τῆς ἀθυμίας αὐτῆς ὑφαίνων τοὺς λογισμοὺς, τοὺς τὴν παραμυθίαν τῆς ἀθυμίας σοι τίκτοντας. Ἵνα δὲ καὶ ἑτέρωθεν μάθῃς ὅσον ἐστὶ τὸ μετὰ παθημάτων τι ποιεῖν γενναῖον, καὶ ὅσον ἀποδεῖ τούτου τὸ ἀπονητὶ τὸ αὐτὸ ποιεῖν, ὁ Ναβουχοδονόσορ ἐκεῖνος ὁ Βαβυλώνιος, ἐν σκήπτροις καὶ διαδήμασι ζῶν, εὐαγγελικόν ποτε [c] κατώρθωσε λόγον. Μετὰ γὰρ τὴν κάμινον καὶ παραδοξοποιίαν ἐκείνην τὸ κήρυγμα ἀνεδέξατο τῆς οἰκουμένης, οὐ διὰ γλώττης μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν γραμμάτων, καὶ πανταχοῦ τῆς γῆς ἔγραψεν οὕτως· Ναβουχοδονόσορ βασιλεὺς πᾶσι τοῖς λαοῖς, φυλαῖς, καὶ γλώσσαις, τοῖς οἰκοῦσιν ἐν πάσῃ τῇ γῇ, εἰρήνη ὑμῖν πληθυνθείη. Τὰ σημεῖα καὶ τὰ τέρατα, ἃ ἐποίησε μετ' ἐμοῦ ὁ Θεὸς ὁ ὕψιστος, ἤρεσεν ἐναντίον ἐμοῦ ἀναγγεῖλαι ὑμῖν, ὡς μεγάλα καὶ ἰσχυρά· ἡ βασιλεία αὐτοῦ βασιλεία αἰώνιος, καὶ ἡ ἐξουσία αὐτοῦ εἰς γε-

Quinquies quadragenas una minus a Judæis accepi; ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci, die ac nocte in profundo maris fui : in itineribus sæpe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in civitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus : in labore et ærumna, in vigiliis multis, in fame, in siti, in nuditate; præterea quæ extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana.

9. Videsne perpessionum seriem, ac gloriandi
C occasiones? Mox autem quæ etiam præclare gesserit, subjungit : atque in iis rursum perpessiones majorem sibi, quam res præclare gestæ, partem vindicant. Nam cum dixisset, *Instantia mea quotidiana*, scilicet continuæ abductiones, tumultus, atque calamitates (nam hoc significat ἐπισύστασις), subjunxit, *Sollicitudo omnium* Ib. v. 28.
Ecclesiarum. Non dixit, Correctio, sed *Sollicitudo*, quæ ad perpessionem magis quam ad res ex virtute gestas pertinet. Et quæ sequuntur eodem modo : *Quis*, inquit, *infirmatur, et ego non infirmor?* Non dixit, Corrigo et medeor :
D sed, *Infirmor* : ac rursum : *Quis scandalizatur, et ego non uror?* Ib. v. 29.
Non dixit, Eum scandalo liberavi : sed, Mœroris particeps fui. Postea ostendens ista præsertim mercede donari, ait : *Si gloriari oportet, in iis quæ infirmitatis meæ sunt, gloriabor*. Ib. v. 30.
Ac rursum aliud ejusdem generis subnectit, nimirum fugam eam quam per fenestram et sportam ac murum corripuit : hoc porro ex perpessionum genere erat. Si igitur
E ærumnæ magna mercede donantur, ærumnarumque gravissima est mœror, cogita quanta sint mœroris præmia. Neque enim hanc tibi cantilenam canere desinam : ut, quod initio pollicitus sum, hoc nunc præstem, nempe ut ab ipsamet mœstitia rationes eas texam, quæ tibi mœstitiæ consolationem pariant. Atque ut aliunde discas quanta res sit, cum mali perpessione aliquid præclari agere, et quanto inferius sit sine labore id
562 A ipsum præstare, Babylonius ille Nabuchodonosor, in sceptris ac diadematibus vivens, evangelico quondam munere functus est. Etenim post fornacis historiam ac miraculum hoc muneris suscepit, ut universo orbi concionatorem se præberet, non per linguam modo, sed etiam per literas, in omnes terræ partes ad hunc modum scribens : *Nabuchodonosor rex omnibus populis,*

Mœstitia calamitatum maxima.

[b] Tres Mss. καὶ κατόρθωμα, καὶ ἐν [illegible]

[c] Duo Mss. κατώρθωσε βίον. Edit. κατώρθωσε λόγον.

Dan. 3. 98.—100. *tribubus et linguis, qui habitant in universa terra, pax vobis multiplicetur. Signa et prodigia quæ Deus excelsus apud me fecit, placuit annuntiare vobis. Magna enim sunt et fortia : regnum ejus regnum sempiternum, et potestas ejus in generationem et generationem.* Et edicto sanxit, ut omnis populus, tribus et lingua, quæ loquuta fuerit contra Deum Sidrach,
Ib. v. 96. Misach et Abdenago, dispereat, et domus ejus sit in direptionem. Additque : *Neque enim alius est Deus, qui possit ita salvare.* Vides minas in literis? vides terrorem? vides sublimem præconem, ac literas quaquaversum diffusas? Quid igitur, dic mihi ? paremne apostolis mercedem consequetur, quoniam Dei potentiam ita prædicavit, tantumque studii ac diligentiæ adhibuit, ut hanc doctrinam toto orbe nuntiaret? Certe non magnam ejus partem, verum infinitis partibus inferiorem. Atqui eodem, quo illi, munere functus est. Sed quia nullus hic labor, nec ullius mali perpessio adjuncta est, idcirco merces minuitur. Hic enim ex potestate, ac sine ullo periculo hoc agebat : cum illi contra prohiberentur, pellerentur, tunderentur, flagris cæderentur, in ærumnis versarentur, in præceps agerentur, in mare demergerentur, fame conficerentur, quotidianam mortem oppeterent, animi etiam cruciatu afficerentur, ad cujusque infirmitatem infirmarentur, ad cujusque offensionem et scandalum urerentur. Itaque pro his laboribus, ac præsertim pro mœ-
1. Cor. 3. 8. rore, amplior eis merces est persoluta. *Unusquisque* enim, inquit ille, *propriam mercedem accipiet juxta proprium laborem :* non enim id assidue repetere desinam. Ideo benignus Deus, cum Paulus sæpe rogasset se ex calamitatibus et mœrore, dolore atque periculis eriperet, id ipsi
2. Cor. 12. 8. minime concessit. *Pro hoc*, inquit, *ter Dominum rogavi :* nec tamen quod petebam, impetravi. Et sane, cur amplissima præmia caperet? An quod sine labore prædicasset, deliciis indulgens, atque in tranquillitate degens? an quod domi sedens os diduxisset, ac linguam movisset? At hoc cuivis facile erat, quamlibet etiam ignavo, ac dissolute et delicate viventi. Nunc autem vulnerum, variorum mortis generum, cursuum tam terrenorum quam marinorum, ipsius mœroris, lacry-
Act. 20. 31. marum, dolorum (*Triennium* enim, inquit, *die ac nocte cum lacrymis non cessavi, monens unumquemque vestrum*) præmia et coronas magna cum fiducia percepturus est.

νεὰν καὶ γενεάν. Καὶ δόγμα ἔθηκεν ὅπως πᾶς λαὸς, φυλὴ, γλῶσσα, [a] κἂν εἴπῃ ῥῆμα κατὰ τοῦ Θεοῦ Σιδρὰχ, Μισὰχ καὶ Ἀβδεναγὼ, εἰς ἀπώλειαν ἔσται, καὶ ὁ οἶκος αὐτοῦ εἰς διαρπαγήν. Καὶ προστίθησι, Καθότι οὐκ ἔστι Θεὸς ἕτερος, ὃς δυνήσεται ῥύσασθαι οὕτως.
B Εἶδες ἀπειλὴν ἐν τοῖς γράμμασιν; εἶδες φόβον; εἶδες διδασκαλίαν; [b] εἶδες κήρυκα ὑψηλὸν, καὶ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἐκτεταμένα γράμματα; Τί οὖν, εἰπέ μοι; τὸν αὐτὸν τοῖς ἀποστόλοις μισθὸν λήψεται, ἐπειδὴ οὕτως ἀνεκήρυξε τοῦ Θεοῦ τὴν δύναμιν, ἐπειδὴ τοσαύτην σπουδὴν ἐποιήσατο πανταχοῦ καταγγεῖλαι τὸν λόγον; Οὐδὲ τὸ πολλοστὸν μὲν οὖν μέρος, ἀλλὰ μεθ' ὑπερβολῆς ἁπάσης καταδεέστερον. Καίτοι γε τὸ αὐτὸ ἔργον ἐκείνοις ἐποίησεν. Ἀλλ' ἐπειδὴ πόνος οὐκ ἔστιν ἐνταῦθα συνεζευγμένος, οὐδὲ παθήματα, διὰ τοῦτο ὑποτέμνεται τὰ τῆς ἀντιδόσεως. Οὗτος μὲν γὰρ
C μετ' ἐξουσίας καὶ ἀδείας τοῦτο ἔπραττεν· ἐκεῖνοι δὲ κωλυόμενοι, ἐλαυνόμενοι, κοπτόμενοι, μαστιζόμενοι, ταλαιπωρούμενοι, καταχρημνιζόμενοι, καταποντιζόμενοι, λιμῷ τηκόμενοι, καθ' ἑκάστην ἀποθνήσκοντες τὴν ἡμέραν, τὴν ψυχὴν αὐτῶν βασανιζόμενοι, καθ' ἕκαστον τῶν ἀσθενούντων ἀσθενοῦντες, καθ' ἕκαστον τῶν σκανδαλιζομένων πυρούμενοι· καὶ τῶν πόνων τούτων, καὶ τῆς ἀθυμίας μάλιστα ἦσαν πλείους αἱ ἀμοιβαί. Ἕκαστος γὰρ ἴδιον μισθὸν λήψεται, φησὶ, κατὰ τὸν ἴδιον κόπον· οὐ γὰρ παύσομαι αὐτὸ συνεχῶς ἐπιλέγων. Διὰ δὴ τοῦτο ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς τοῦ Παύλου πολλάκις παρακαλέσαντος τῶν παθημάτων αὐτὸν, καὶ τῆς ἀθυμίας, καὶ τῆς ὀδύνης καὶ τῶν κιν-
D δύνων ἀπαλλάξαι, οὐκ ἐπένευσεν. Ὑπὲρ τούτου τρὶς τὸν Κύριον παρεκάλεσα, φησὶ, καὶ οὐκ ἐπέτυχον τῆς αἰτήσεως. Τίνος γὰρ ἕνεκεν ἔμελλε λήψεσθαι μεγίστας ἀμοιβάς; Ὅτι ἀπραγμόνως ἐκήρυξε τρυφῶν, καὶ ἐν εὐθυμίᾳ διάγων; ὅτι στόμα διῆρε, καὶ γλῶσσαν ἐκίνησεν οἴκοι καθήμενος; Ἀλλὰ τοῦτο καὶ τῷ τυχόντι ῥᾴδιον ἦν, καὶ τῷ σφόδρα ἀναπεπτωκότι, καὶ τὸν ὑγρὸν καὶ διαλελυμένον ζῶντι βίον. Νῦν μέντοι τῶν τραυμάτων, τῶν θανάτων, τῶν δρόμων τῶν κατὰ γῆν
E καὶ θάλασσαν, τῆς ἀθυμίας αὐτῆς, τῶν δακρύων, τῶν ὀδυνῶν (Τριετίαν γὰρ, φησὶν, οὐκ ἐπαυσάμην νύκτα καὶ ἡμέραν μετὰ δακρύων νουθετῶν ἕνα ἕκαστον ὑμῶν) μετὰ πολλῆς παῤῥησίας λήψεται τὰς ἀντιδόσεις καὶ τοὺς στεφάνους.

[a] Omnes Mss. ἢ ἐὰν εἴπῃ. Editi κἂν εἴπῃ.

[b] Perronianus εἶδες κήρυγμα.

Ταῦτα οὖν ἐννοοῦσα καὶ λογιζομένη, ὅσον ὀδυνηροῦ καὶ ἐπιμόχθου βίου τὸ κέρδος, χαῖρε καὶ εὐφραίνου τὴν ἐπικερδῆ καὶ μυρίων γέμουσαν στεφάνων ἐκ πρώτης ἡλικίας ὁδεύσασα ὁδὸν, καὶ διὰ συνεχῶν καὶ πυκνῶν παθημάτων. Καὶ γὰρ ἡ τοῦ σώματος ἀῤῥωστία, καὶ ποικίλη καὶ παντοδαπὴ, καὶ μυρίων θανάτων χαλεπωτέρα, οὐκ ἐπαύσατό σε συνεχῶς πολιορ- 663 κοῦσα· καὶ λοιδοριῶν δὲ καὶ ὕβρεων νιφάδες, καὶ συκοφαντίαι οὐ διέλιπον κατὰ σοῦ φερόμεναι· ἀθυμίαι δέ σοι πυκναὶ καὶ συνεχεῖς καὶ πηγαὶ δακρύων διὰ παντὸς ἠνώχλησαν τοῦ χρόνου. Τούτων δὲ ἕκαστον καθ' ἑαυτὸ ἤρκεσε τοῖς ὑπομεμενηκόσιν εἰς ὠφέλειαν πολλήν. Ὅ τε γὰρ Λάζαρος ἀπὸ τῆς ἀῤῥωστίας μόνης, καὶ τῆς αὐτῆς ἐκοινώνησε τῷ πατριάρχῃ λήξεως· καὶ τῷ τελώνῃ δὲ [a] αἱ λοιδορίαι τοῦ Φαρισαίου δικαιοσύνην ὑπερβαίνουσαν τὸν Φαρισαῖον ἐκόμισαν· ὅ τε κορυφαῖος τῶν ἀποστόλων ἀπὸ δακρύων τὸ ἕλκος τῆς χαλεπῆς ἐκείνης ἁμαρτίας διώρθωσεν. Ὅταν οὖν τῶν προειρημένων ἕκαστον φαίνηται καὶ μόνον ἓν τῶν παθημάτων τούτων ἀρκέσαν, ἐννόησον πόσας αὐτὴ λήψῃ τὰς ἀμοιβὰς, [b] πάντα ὁμοῦ μετὰ πολλῆς τῆς ὑπερβολῆς ὑπομείνασα, καὶ διὰ παντὸς τοῦ χρόνου. Οὐδὲν γὰρ, οὐδὲν οὕτω λαμπροὺς ποιεῖ, καὶ ζηλωτοὺς, καὶ μυρίων ἐμπίμπλησιν ἀγαθῶν, ὡς τὸ πειρασμῶν πλῆθος, καὶ κίνδυνοι, καὶ πόνοι, καὶ ἀθυμίαι, καὶ τὸ διηνεκῶς ἐπιβουλεύεσθαι, καὶ παρ' ὧν οὐδαμῶς ἐχρῆν, καὶ πράως ἅπαντα φέρειν. Ἐπεὶ καὶ τὸν υἱὸν τοῦ Ἰακὼβ οὐδὲν οὕτως ἐποίησε μακάριον καὶ εὐδόκιμον, ὡς ἡ συκοφαντία τότε ἐκείνη, καὶ τὸ δεσμωτήριον, καὶ ἡ ἅλυσις, καὶ ἡ ἐντεῦθεν ταλαιπωρία. Μέγα μὲν γὰρ αὐτοῦ καὶ τὸ τῆς σωφροσύνης κατόρθωμα, ὅτε τῆς Αἰγυπτιακῆς ἀκολασίας περιεγένετο, καὶ τὴν ἀθλίαν γυναῖκα ἐκείνην ἐπὶ τὴν ἄδικον αὐτὸν καλοῦσαν ὁμιλίαν διεκρούσατο· ἀλλ' οὐχ οὕτω μέγα τοῦτο, ὡς τὰ παθήματα. Ποῖον γὰρ ἐγκώμιον, εἰπέ μοι, τὸ μὴ μοιχεῦσαι, μηδὲ ἀλλότριον διορύξαι γάμον, μηδὲ μιᾶναι εὐνὴν οὐδαμόθεν αὐτῷ προσήκουσαν, μηδὲ ἀδικῆσαι τὸν εὐεργετήσαντα, μηδὲ αἰσχύνῃ περιβαλεῖν τοῦ προστάτου τὴν οἰκίαν; Ἀλλὰ τὸ ποιῆσαν αὐτὸν μέγαν ἐκεῖνο μάλιστά ἐστιν, ὁ κίνδυνος, ἡ ἐπιβουλὴ, ἡ μανία τῆς αἰχμαλώτου, ἡ ἐπενεχθεῖσα βία, τὸ ἄφυκτον δεσμωτήριον τοῦ θαλάμου, ὅπερ αὐτῷ κατεσκεύασεν ἡ μοιχαλὶς, τὰ δίκτυα, ἃ πανταχόθεν ἀνεπέτασεν, ἡ κατηγορία, ἡ συκοφαντία, τὸ δεσμωτήριον, ἡ ἅλυσις, τὸ μηδενὸς τυχόντα τῶν δικαίων μετὰ τὸν τοσοῦτον ἆθλον, ὑπὲρ οὗ στεφανοῦσθαι ἐχρῆν, ὡς κατάδικον καὶ ὑπεύθυνον ἐπὶ τὸ ὀχύρωμα ἄγεσθαι, καὶ μετὰ τῶν τὰ ἔσχατα ἡμαρτηκότων κατακλείεσθαι, ὁ αὐχμὸς, τὸ σιδήριον, ἡ τοῦ δεσμωτηρίου ταλαιπωρία. Τότε αὐτὸν

10. Hæc igitur animo et cogitatione complectens, quantum scilicet acerbæ ac laboriosæ vitæ lucrum sit, gaude et lætare: utque fructuosam, atque innumeris coronis dignam jam inde a prima ætate viam tenueris, crebris et continuis vexata calamitatibus. Etenim varius et multiplex, sexcentisque mortibus gravior corporis morbus A numquam te obsidere destitit; conviciorum etiam et contumeliarum agmen, et calumniæ in te ferri minime desierunt; crebri denique, imo assidui mœrores, ac lacrymarum fontes, per omne vitæ tempus molestiam tibi exhibuerunt. Horum singula vel sola eam vim habuerunt, ut ingentem iis, qui ea sustinuissent, utilitatem afferrent. Nam et Lazarus ob solum morbum eamdem quam patriarcha sedem consequutus est: et publicano convicium Pharisæi eam justitiam attulit, quæ Pharisæi justitiam superaret: et denique apostolorum princeps gravis illius sceleris ulcus B lacrymis sanavit. Cum igitur horum unicuique unam perpessionem suffecisse constet, perpende jam quot quantasque ipsa mercedes perceptura sis, ut quæ omnia simul, et quidem cum ingenti acerbitate subieris, idque per omne vitæ tempus. Neque enim ulla res æque splendidos et admirandos homines reddit, tantoque bonorum acervo cumulat, ut tentationum frequentia, pericula, labores, mœrores, et perpetuæ insidiæ, ab iis, a quibus minime decebat, structæ: dum tamen omnia æquo animo ferantur. Quippe ne filium C quidem Jacob quidquam perinde clarum ac beatum reddidit, ut illa tum in eum structa calumnia, et carcer, et catena, et hinc contracta ærumna. Magna quidem pudicitiæ ipsius virtus erat, cum Ægyptiacam libidinem superavit, ac miseram illam feminam ad sceleratum concubitum eum vocantem propulsavit: at hoc tamen non ita magnum, ut ea quæ perpessus est. Quænam enim laus est, dic quæso, adulterium minime perpetrasse, nec alienum torum violasse, nec lectum nihil ad se attinentem contaminasse, nec homini D bene de se merito injuriam intulisse, nec patroni sui domum in probrum et infamiam conjecisse? At quod eum illustrem reddidit, illud demum est, nimirum periculum, insidiæ, furor mulieris, quam libido captivam tenebat, allata vis, inevitabilis thalami carcer, quem adultera ipsi comparaverat, retia, quæ omni ex parte expanderat, accusatio, calumnia, carcer, catena,

Calamitates Olympiadis.

Joseph ob calamitates clarus.

Gen. 39.

[a] Duo Mss. ἡ λοιδορία...... ἐκόμισεν.

[b] Iidem πάντα ὁμοῦ ὑπομείνασα, καὶ μετὰ πολλοῦ τοῦ πόνου καὶ τῆς ὑπερβολῆς.

illud etiam quod nihil æqui impetrans, post tantum certamen, ob quod eum corona donari par erat, tamquam reus nocens in vincula ducebatur, ac cum iis qui gravissima flagitia perpetraverant, includebatur, squalor item et ferrum, carceris afflictio. Tum scilicet eum splendidiorem cerno, quam cum in Ægypti solio sedens frumentum egentibus tribuebat, famem pellebat, et communis omnibus portus erat. Tum, inquam, eum clariorem cerno, cum eum compedes et manicæ vinciebant, quam cum in luculentis vestibus tantam potentiam obtinebat. Etenim illud carceris tempus, negotiationis atque ingentis quæstus erat: hoc autem, luxus, remissionisque animi, atque honoris, multas quidem voluptates habens, at non multum lucri. Ideo non tam eum suspicio, cum honor ei a patre habetur, quam cum fraterna invidia exagitatur, atque contubernales hostes habet. Nam domi ipsi jam inde a primis annis grave bellum excitabatur: et quidem ab iis hostibus qui, quod ipsi succenserent, nihil habebant; verum eam ob causam tabescebant, ac dolore disrumpebantur, quod majorem ipse patris benevolentiam obtineret. Porro legislator Moses hanc vim amoris, non a pueri virtute, sed ab eo tempore, quo procreatus est, ortum duxisse asserit. Nam quoniam serius quam alii in lucem editus fuerat, inquit, atque in extrema senectute (cordi autem maxime sunt hujusmodi filii, quod præter
Gen. 37. 3. spem orti sint), idcirco patri carus erat. *Diligebat* enim *eum pater*, inquit, *quod eum senex genuisset*.

11. Hæc autem, mea quidem sententia, scripsit legislator, non id quod res erat narrans, verum patris prætextum et obtentum. Quoniam enim adolescentem apud fratres invidia flagrare perspiciebat, ut huic eorum morbo mederetur, eam amoris causam effinxit, quæ non magnum ipsi livorem procrearet. Nam quod alioqui non ea amoris causa esset, verum efflorescens animi virtus atque ætate maturior, ex Benjamin liquido perspici potest. Nam si eam ob causam ille amabatur, multo utique magis hunc amari oportebat, qui natu minor erat. Siquidem Benjamin post Josephum satus est, atque a seniore patre procreatus. Verum, ut jam a me dictum est, patris hoc figmentum erat, fraternum bellum reprimere studentis: ac ne sic quidem id assequi potuit: verum acrius flamma exardescebat. Et quia nihil aliud tum efficere poterant, fœdam labem ipsi

ὁρῶ λάμποντα μειζόνως, ἢ ὅτε ἐπὶ τοῦ θρόνου τῆς Αἰγύπτου καθήμενος τὸν σῖτον διένεμε τοῖς δεομένοις, E καὶ τὸν λιμὸν ἔλυε, καὶ κοινὸς λιμὴν ἅπασιν ἐγίνετο. Τότε ὁρῶ αὐτὸν φαιδρὸν, ὅτε αὐτῷ αἱ πέδαι καὶ χειροπέδαι περιέκειντο, ἢ ὅτε ἐν ἱματίοις λαμπροῖς τὴν τοσαύτην δυναστείαν περιεβέβλητο. Ὁ μὲν γὰρ πραγματείας ἦν καιρὸς καὶ ἐμπορίας πολλῆς, ὁ τοῦ δεσμωτηρίου λέγω· ὁ δὲ τρυφῆς καὶ ἀνέσεως καὶ τιμῆς, πολλὴν μὲν ἔχων τὴν ἡδονὴν, οὐ πολὺ δὲ τὸ κέρδος. Διὰ τοῦτο οὐδὲ οὕτως αὐτὸν μακαρίζω τιμώμενον ὑπὸ
564 τοῦ πατρὸς, ὡς φθονούμενον ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν, καὶ
A συνοίκους ἔχοντα τοὺς πολεμίους. Καὶ γὰρ ἐκ πρώτης ἡλικίας οἴκοθεν χαλεπὸς αὐτῷ ἀνεῤῥιπίζετο πόλεμος, τῶν πολεμούντων ἐγκαλεῖν μὲν ἐχόντων οὐδὲν, τηκομένων δὲ καὶ διαῤῥηγνυμένων διὰ τὸ πλείονος ἀπολαύειν αὐτὸν παρὰ τοῦ πατρὸς διαθέσεως. Καίτοι γε τὸ φίλτρον ὁ νομοθέτης Μωσῆς οὐκ ἔφησεν ἐξ ἀρετῆς τοῦ παιδὸς ἔχειν τὴν ἀρχὴν, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ καιροῦ τῶν ὠδίνων. Ἐπειδὴ γὰρ [a] ὕστερον τῶν ἄλλων ἐτέχθη, καὶ ἐν ἐσχάτῳ γήρᾳ (ποθεινὰ δὲ τὰ τοιαῦτα παιδία, ἅτε παρ' ἐλπίδα γεννώμενα), διὰ τοῦτο ἐφιλεῖτο. Ἠγάπα γὰρ αὐτὸν ὁ πατὴρ, φησὶν, ὅτι υἱὸς γήρως ἦν αὐτῷ.

B Ταῦτα δὲ ὁ νομοθέτης ἔγραψεν, ὡς ἔγωγε οἶμαι, οὐ τὸ ὂν διηγούμενος, ἀλλὰ τοῦ πατρὸς τὴν σκῆψιν καὶ τὴν πρόφασιν. Ἐπειδὴ γὰρ ἑώρα φθονούμενον τὸ μειράκιον, παραμυθήσασθαι τὸ πάθος τῶν ἀδελφῶν βουλόμενος, ἔπλασεν ἀγάπης αἰτίαν οὐ πολὺν τίκτουσαν αὐτῷ τὸν φθόνον. Ὅτι γὰρ οὐ τοῦτο αἴτιον ἦν τοῦ φίλτρου, ἀλλὰ ἡ ἀκμάζουσα τῆς ψυχῆς ἀρετὴ, καὶ τῆς ἡλικίας ἀκμαιοτέρα οὖσα, δῆλον ἐκ τοῦ Βενιαμίν. Εἰ γὰρ διὰ τοῦτο ἐκεῖνος ἐφιλεῖτο, πολλῷ μᾶλλον τὸν νεώτερον αὐτοῦ φιλεῖσθαι ἐχρῆν. Μετὰ γὰρ τὸν Ἰωσὴφ
C ἐκεῖνος ἐτέχθη, καὶ οὗτος μᾶλλον υἱὸς γήρως ἦν αὐτῷ. Ἀλλ', ὅπερ ἔφην, τοῦ πατρὸς ἦν τὸ πλάσμα, βουλομένου καταλῦσαι τὸν ἀδελφικὸν πόλεμον· ἀλλ' οὐδὲ οὕτως ἴσχυσεν, ἀλλ' ἐξεκαίετο σφοδροτέρα ἡ φλόξ. Καὶ ἐπειδὴ οὐδὲν ἴσχυον ποιῆσαι τέως, κατήνεγκαν αὐτῷ ψόγον πονηρὸν, αἰσχρᾷ περιέβαλον αἰτίᾳ, τὴν βάρβαρον γυναῖκα προφθάσαντες οἱ ἀδελφοὶ, καὶ πολλῷ χείρους φανέντες αὐτῆς. Ἡ μὲν γὰρ εἰς ἀλλό-

[a] Iidem Mss. ὕστερος τῶν ἄλλων.

τριον, οἱ δὲ εἰς ἀδελφὸν ἐγίνοντο πονηροί. Καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα ἔστησαν τῆς κακίας· ἀλλ' ἐπηγωνίζοντο τοῖς προτέροις ἀεὶ, καὶ λαβόντες μόνον ἐν ἐρημίᾳ καὶ ἔσφαξαν, καὶ ἀπέδοντο, καὶ δοῦλον ἀντ' ἐλευθέρου ἐποίησαν, [b] καὶ δουλείαν τὴν ἐσχάτην. Οὔτε γὰρ ὁμοφύλοις τισὶν, ἀλλὰ βαρβάροις ἑτερογλώσσοις, καὶ τοῖς εἰς βάρβαρον ἀπιοῦσι χώραν ἐξέδωκαν τὸν ἀδελφόν· ὁ δὲ Θεὸς λαμπρότερον αὐτὸν ποιῶν, ἠνείχετο τῶν γινομένων, καὶ ἐμακροθύμει, κινδύνων κινδύνους διαδεχομένων. Μετὰ γὰρ τὸν φθόνον καὶ τὴν αἰσχρὰν διαβολὴν σφαγῇ παρέδωκαν, καὶ δουλείᾳ σφαγῆς χαλεπωτέρᾳ. Μὴ γάρ μοι παραδράμῃς ἁπλῶς τὸ εἰρημένον· ἀλλ' ἐννόησον ἡλίκον ἦν μειράκιον εὐγενὲς, ἐν οἰκίᾳ πατρικῇ τραφὲν μετὰ ἐλευθερίας ἁπάσης, μετὰ ἀγάπης πατρὸς τοσαύτης, ἀθρόον ὑπὸ ἀδελφῶν ἀπεμποληθῆναι, οὐδὲν ἐχόντων ἐγκαλεῖν, καὶ βαρβάροις ἐκδοθῆναι ἑτερογλώσσοις, καὶ ἤθεσιν ἀλλοκότοις, καὶ αὐτοθηρίοις μᾶλλον, ἢ ἀνθρώποις· καὶ ἄπολιν, καὶ μετανάστην, καὶ οἰκέτην, καὶ ξένον ἀντ' ἐλευθέρου καὶ πολίτου γενέσθαι, καὶ τοσαύτης ἀπολαύσαντα τῆς εὐημερίας, πρὸς τὴν ἐσχάτην κατενεχθῆναι ταλαιπωρίαν δουλείας ἀήθη ὄντα μεθ' ὑπερβολῆς ἁπάσης, καὶ πικροτάτους λαβεῖν δεσπότας, καὶ πρὸς ἀλλοτρίαν καὶ βάρβαρον [a] μετενεχθῆναι γῆν. Ἀλλ' οὐδὲ ἐνταῦθα ἵστατο τὰ δεινὰ, ἀλλ' ἐπιβουλαὶ πάλιν ἐπιβουλὰς διεδέχοντο μετὰ τὰ ὀνείρατα ἐκεῖνα τὰ θαυμαστὰ καὶ τὴν τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ προσκύνησιν προαναφωνοῦντα. Λαβόντες γὰρ αὐτὸν οὗτοι οἱ ἔμποροι οὐ κατέσχον, ἀλλ' ἑτέροις αὐτὸν πάλιν χείροσιν ἀπέδοντο βαρβάροις. Οἶσθα δὲ ἡλίκον τοῦτο εἰς συμφορᾶς λόγον, τὸ δεσπότας τοιούτους ἐκ τοιούτων ἀμείβειν. Τοῦτο γὰρ δυσκολωτέραν ποιεῖ τὴν δουλείαν, ὅταν καὶ ξένοι πάλιν οἱ κτώμενοι, καὶ τῶν προτέρων ὦσι χαλεπώτεροι. Καὶ γίνεται [b] ἐν Αἰγύπτῳ τῇ θεομάχῳ τότε ἐκείνῃ καὶ μαινομένῃ, ὅθεν τὰ ἀναίσχυντα στόματα, ὅθεν αἱ βλάσφημοι γλῶσσαι. Καὶ γίνεται παρ' Αἰγυπτίοις, ὧν καὶ εἷς ἤρκεσε μόνος τὸν μέγαν Μωϋσέα δραπέτην καὶ φυγάδα ποιῆσαι. Καὶ ἐπειδὴ μικρὸν ἀνέπνευσεν ἐκεῖ, τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ, τοῦ τὰ παράδοξα οἰκονομοῦντος, τὸν ἄγριον θῆρα τὸν ὠνησάμενον αὐτὸν ποιήσαντος πρόβατον, εὐθέως αὐτῷ σκάμματα παρεσκευάζετο πάλιν, καὶ στάδιον, καὶ παλαίσματα, καὶ ἀγῶνες, καὶ ἱδρῶτες σφοδρότεροι τῶν προτέρων. Ἰδοῦσα γὰρ αὐτὸν ἀδίκοις ὀφθαλμοῖς ἡ κεκτημένη, καὶ τῷ κάλλει τῆς ὄψεως αὐτοῦ χειρωθεῖσα, καὶ κατὰ κράτος ἁλοῦσα τῷ πάθει, λέαινα ἀντὶ γυναικὸς ὑπὸ τῆς ἀκολάστου ταύτης ἐπιθυμίας ἐγένετο. Καὶ πάλιν σύνοικος ὁ πολέμιος ἦν ἐναντίαν τοῖς προτέροις τὴν

asperserunt, ac turpe crimen in eum conjecerunt, barbaram videlicet mulierem fratres antevertentes, ac multo sceleratiores ea se præbentes. Illa
D enim in alienum, hi in fratrem improbi et scelerati erant. Ac ne his quidem finibus improbitatem sceleratius semper [illegible] verum, ut ad priora semper aliquid adderent, omni studio laborabant: cumque in deserto loco solum nacti jugularunt, et vendiderunt atque ex libero servum effecerunt, et quidem acerbissimo servitutis genere. Neque enim ejusdem nationis hominibus, verum barbaris, aliena lingua utentibus, ipsisque
E etiam in barbaram regionem abeuntibus fratrem dediderunt: Deus vero clariorem eum ut redderet, patiebatur ea quæ fiebant, et cum periculis succederent pericula, longanimiter tolerabat. Invidiam enim ac fœdam calumniam cædes excepit, et cæde atrocior servitus. Neque enim leviter a te id quod dixi prætereundum: verum in mentem tibi veniat, quantum erat, nobilem adole-
565 scentem, in paterna domo cum omni libertate ac
A tanto patris amore educatum, subito a fratribus, qui nihil quod ipsi objicerent habebant, vendi, atque barbaris diversa lingua utentibus, immanibus, belluisque potius quam hominibus dedi, et extorrem atque exsulem, ac servum et peregrinum liberalem juvenem effici, ac post tantam felicitatem, ad extremam servitutis calamitatem, cujus prorsus insolens erat, devolvi, crudelissimosque dominos accipere, atque in alienam et barbaram terram abduci. Quin ne hic quidem malorum finis erat, verum post admiranda illa insomnia, quæ prænuntiabant fore ut ipse a fra-
B tribus adoraretur, insidiis rursum insidiæ succedebant. Nam ne ipsi quidem mercatores qui acceperant, eum retinuerunt, verum improbioribus rursum barbaris vendiderunt. Non te fugit, quanti ad calamitatem momenti sit, tales dominos talibus dominis commutare. Hoc enim molestiorem servitutem reddit, cum externi rursum sunt qui emunt, ac prioribus atrociores. Post in Ægyptum ingreditur, tum cum Deo bellum gerentem, et furore laborantem, unde impudentia ora, unde impiæ linguæ promanabant:
C apud Ægyptios fuit, quorum vel unus potuit magnum Mosem fugitivum et exsulem reddere. Ac posteaquam aliquantum illic respiravit; quod videlicet benignus Deus res ab hominum

[b] Iidem *καὶ δούλων δουλείαν τὴν πικροτάτην ἐποίησαν.*
[a] Iidem *ἀπενεχθῆναι.*
[b] Eadem fere verba usurpat Chrysostomus initio Homiliæ in martyres Ægyptios Tom. II, p. 699, A: *Αἰγύπτου τῆς θεομάχου καὶ μανικωτάτης, καὶ ὅθεν τὰ ἀ στόματα, ὅθεν αἱ βλάσφημοι γλῶσσαι.*

opinione remotas administrans, immanem illam feram, quæ ipsum emerat, in ovem convertisset: confestim ipsi rursum arena comparabatur, rursum stadium, rursum pugnæ ac certamina, et sudores prioribus acriores. Sceleratis enim oculis eum hera conspicata, ipsiusque pulchritudine atque elegantia superata, prorsusque amoris affectu correpta, præ impudica hac cupiditate leænam sese pro femina præbebat. Ita rursum domesticus hostis erat, contrario tamen et alio, quam priores, animo præditus: illi enim odio adducti sunt, ut eum domo ejicerent; hæc contra amans, ac juvenis cupiditate incensa; et quidem duplex, imo triplex, ac multiplex hoc bellum erat. Neque enim quia retia saltu superavit, ac brevi temporis puncto laqueum dissecuit, idcirco eum hoc certamen sine labore confecisse existimes: siquidem ingentem sudorem in ea re subiit.

12. Ac si id perspicue scire tibi cordi est, cogites velim cujusmodi res sit juventus, ac juventutis flos. Nam tum in ipso juventutis flore erat: quo tempore acrior naturæ flamma excitatur, quo ingens libidinis tempestas, quo denique tempore imbecillior ratio. Juvenum enim animi non admodum magno prudentiæ præsidio muniuntur, nec magnum virtutis studium gerunt: verum et affectuum tempestas atrocior est, et ratio, quæ eas gubernat ac moderatur, infirmior. Ad naturam autem et ætatem illud etiam accedebat, quod ingens mulieris impudicitia erat. Et sicut Persicæ illæ manus Babylonicam fornacem magno studio accendebant, copiosam igni alimoniam præbentes, ac varios flammæ fomites admoventes: eodem quoque modo tunc infelix illa et ærumnosa mulier flammam fornace illa graviorem ac periculosiorem accendebat, unguenta nimirum olens, genarum pigmentis, oculorum picturis, fracta et enervata voce, motibus, ingressibus lasciviens, molli vestitu, auri ambitu, ac sexcentis aliis ejusdem generis illecebris et imposturis adolescentem a mente deducens. Et quemadmodum peritus quidam venator, fera captu difficili potiri studens, omnia artis instrumenta admovet: sic ipsa, juvenis pudicitiam perspectam habens (nec enim ea ipsi tanto tempore incognita esse poterat), ingenti sibi ad juvenem in captivitatem redigendum apparatu opus esse judicavit, ob eamque causam nulla libidinis machina erat quam non moveret. Ac ne hæc quidem satis esse ducens, tempus insuper et locum ad prædam ap-

ὑπόθεσιν ἔχων· ἐκεῖνοι γὰρ μισοῦντες αὐτὸν τῆς οἰκίας ἐξέβαλον· αὕτη δὲ ἐρῶσα καὶ περικαιομένη τοῦ νεανίσκου· καὶ ἦν διπλοῦς, μᾶλλον δὲ τριπλοῦς καὶ πολλαπλοῦς ὁ πόλεμος. Μὴ γὰρ ἐπειδὴ τὰ δίκτυα ὑπερήλατο, καὶ τὸν βρόχον διέτεμεν ἐν βραχείᾳ καιροῦ ῥοπῇ, νομίσῃς ἀπραγμόνως αὐτὸν ἠνυκέναι τὸν ἆθλον τοῦτον· καὶ γὰρ πολὺν τὸν ἱδρῶτα ὑπέμεινε.

D Καὶ εἰ βούλει καὶ τοῦτο σαφῶς μαθεῖν, ἐννόησον οἷόν ἐστι νεότης, καὶ νεότητος ἀκμή. Ἐν γὰρ αὐτῷ τῷ ἄνθει τῆς ἡλικίας ἐτύγχανεν ὢν τότε, ὅτε σφοδροτέρα τῆς φύσεως ἡ φλὸξ ἐγείρεται, ὅτε πολλὴ τῆς ἐπιθυμίας ἡ ζάλη, ὅτε ἀσθενέστερος ὁ λογισμός. Τῶν γὰρ νεωτέρων αἱ ψυχαὶ οὐ σφόδρα πολλῇ φράττονται τῇ συνέσει, οὐδὲ πολλὴν τῆς ἀρετῆς ποιοῦνται σπουδήν· ἀλλ' ὁ μὲν χειμὼν τῶν παθῶν χαλεπώτερος, ὁ δὲ τὰ πάθη κυβερνῶν λογισμὸς ἀσθενέστερος. Μετὰ δὲ τῆς φύσεως καὶ τῆς ἡλικίας, πολλὴ καὶ τῆς γυναικὸς ἦν ἡ ἀκολασία. Καὶ καθάπερ τὴν Βαβυλωνίαν κάμι-
E νον αἱ Περσικαὶ χεῖρες ἐκεῖναι μετὰ πολλῆς ἀνῆπτον τῆς σπουδῆς, δαψιλῆ τῷ πυρὶ παρέχουσαι τὴν τροφὴν, καὶ ποικίλα ὑπεκκαύματα ἐμβάλλουσαι τῇ φλογί· οὕτω δὴ καὶ τότε ἡ ἀθλία καὶ ταλαίπωρος ἐκείνη γυνὴ τῆς καμίνου ταύτης χαλεπωτέραν ἀνῆπτε τὴν φλόγα, μύρων ὄζουσα, ἐπιτρίμμασι παρειῶν, ὑπογραφαῖς ὀφθαλμῶν, κατακεκλασμένῃ φωνῇ, κινή-
566 μασι, [c] βαδίσμασι διαθρυπτομένη, ἱματίοις μαλακοῖς,
A περιβολῇ χρυσίων, καὶ ἑτέραις τοιαύταις μυρίαις μαγγανείαις καταγοητεύουσα τὸ μειράκιον. Καὶ καθάπερ τις θηρευτὴς δεινὸς δυσάλωτον μέλλων χειροῦσθαι ζῶον, ἅπαντα κινεῖ τῆς τέχνης τὰ ὄργανα· οὕτω δὴ καὶ αὕτη, τὴν σωφροσύνην εἰδυῖα τοῦ νεανίσκου (οὐδὲ γὰρ ἔμελλεν ἐν τοσούτῳ χρόνῳ λανθάνειν), πολλῆς ἐνόμισεν αὐτῇ δεῖν παρασκευῆς ἐπὶ τὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ νεανίσκου, καὶ διὰ τοῦτο πάντα ἐκίνει τῆς ἀκολασίας τὰ μηχανήματα. Καὶ οὐδὲ τούτοις ἠρκεῖτο μόνοις, ἀλλὰ καὶ καιρὸν καὶ τόπον [a] ἐπετήρει πρὸς τὴν θήραν ἐπιτήδειον. Διὰ τοῦτο οὐδὲ εὐθέως ἁλοῦσα προσέβαλεν, ἀλλὰ πολὺν ἀνέμεινε χρόνον,
B τὴν πονηρὰν ταύτην ἐπιθυμίαν ὠδίνουσα καὶ παρα-

[c] Iidem βαδίσμασι διαθρυπτομένοις.

[a] Duo ἐπεζήτει, unus ἐπενόει.

σκευαζομένη, δεδοικυῖα μὴ τῷ τάχει καὶ ταῖς ἐσχεδιασμέναις αὐτῆς ἐπιβουλαῖς διαφύγῃ τὸ θήραμα. Καί ποτε εὑροῦσα μόνον ἐν οἴκῳ τὰ συνήθη ποιοῦντα, ἀκασκάπτει βαθύτερον λοιπὸν βάραθρον, καὶ τὰ πτερὰ τῆς ἡδονῆς πάντοθεν ἀναπετάσασα, ὥσπερ ἐν μέσοις δικτύοις λοιπὸν ἔχουσα τὸν νέον, ἐπεισέρχεται, καὶ μόνη μόνον ἀπολαβοῦσα· μᾶλλον δὲ οὐ μόνη· καὶ γὰρ καὶ τὴν ἡλικίαν καὶ τὴν φύσιν καὶ τὰ αὐτῆς μηχανήματα συμπαρόντα εἶχεν αὐτῇ· ἕλκει λοιπὸν ἐπὶ τὴν ἄδικον πρᾶξιν πρὸς βίαν τὸν γενναῖον ἐκεῖνον. Τί τοῦ πειρασμοῦ τούτου χαλεπώτερον; ποίας τοῦτο C καμίνου καὶ φλογὸς οὐ σφοδρότερον, νέον σφριγῶντα, δοῦλον, ἔρημον, ἄπολιν, ξένον, μετανάστην, ὑπὸ δεσποίνης οὕτως ἀκολάστου καὶ μαινομένης, οὕτω πλουτούσης, καὶ τοσαύτην δυναστείαν περιβεβλημένης, ἐν ἐρημίᾳ τοσαύτῃ (συντελεῖ γὰρ καὶ τοῦτο πρὸς τὴν τοιαύτην ἅλωσιν), συνειλημμένον κατέχεσθαί τε καὶ κολακεύεσθαι, καὶ πρὸς εὐνὴν ἄγεσθαι δεσποτικὴν, καὶ ταῦτα μετὰ τοσούτους κινδύνους καὶ ἐπιβουλάς; Οἶσθα γὰρ ὡς οἱ πολλοὶ, ὅταν [b] τεταριχευμένοι τυγχάνωσι, καὶ ἐν τοῖς δεινοῖς ὦσιν, εἶτα εἰς D τρυφὴν καλῶνται, καὶ ἄνεσιν, καὶ τὸν ὑγρὸν καὶ διαλελυμένον βίον, προθυμότερον ἐπιτρέχουσιν. Ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνος, ἀλλ' ἔμενε διὰ πάντων τὴν οἰκείαν καρτερίαν ἐπιδεικνύμενος. Ἐγὼ τὸν θάλαμον ἐκεῖνον καὶ τὴν Βαβυλωνίαν κάμινον, καὶ τὸν τοῦ Δανιὴλ λάκκον τῶν λεόντων, καὶ τὴν γαστέρα τοῦ θαλαττίου θηρίου, εἰς ἣν ὁ προφήτης ἐνέπεσε, [c] θαῤῥῶν ἴσην ἂν προσείποιμι, μᾶλλον δὲ καὶ πολλῷ τούτων χαλεπώτερον. Ἐκεῖ μὲν γὰρ τῆς ἐπιβουλῆς ἡ νίκη σώματος ἦν ἀπώλεια, ἐνταῦθα δὲ ψυχῆς πανωλεθρία, καὶ θάνατος ἀθάνατος, καὶ συμφορὰ παραμυθίαν οὐκ ἔχουσα. Οὐ E ταύτῃ δὲ μόνον χαλεπὸς ὁ λάκκος οὗτος ἦν, ἀλλ' ὅτι μετὰ τῆς βίας καὶ τοῦ δόλου, καὶ πολλῆς ἔγεμε τῆς κολακείας, πολλοῦ τοῦ ποικίλου καὶ παντοδαποῦ πυρὸς, οὐ σῶμα καίοντος, ἀλλὰ αὐτὴν φλέγοντος τὴν ψυχήν. Καὶ τοῦτο αὐτὸ δηλῶν ὁ Σολομὼν ὁ μάλιστα ταῦτα μετὰ ἀκριβείας εἰδὼς ἡλίκον ἐστὶ τὸ γυναικὶ συμβάλλειν ἄνδρα ἐχούσῃ· Ἀποδήσει τις, φησὶ, πῦρ ἐν κόλπῳ, τὰ δὲ ἱμάτια οὐ κατακαύσει; ἢ περιπατήσει τις ἐπ' ἀνθράκων πυρὸς, τοὺς δὲ πόδας οὐ καταφλέξει; Οὕτως ὁ πορευόμενος πρὸς γυναῖκα ὕπανδρον 567 καὶ πᾶς ὁ ἁπτόμενος αὐτῆς, οὐκ ἀθωωθήσεται. Ὃ δὲ A λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· ὥσπερ, φησὶν, οὐκ ἔνι ὁμιλοῦντα πυρὶ, μὴ κατακαίεσθαι, οὕτως οὐδὲ γυναιξὶ συνόντα διαφεύγειν τὸν ἐντεῦθεν ἐμπρησμόν. Οὗτος δὲ ὁ πολλῷ χαλεπώτερον ἦν ὑπέμεινεν. Οὐ γὰρ αὐτὸς αὐτῆς ἥψατο, ἀλλ' ὑπ' ἐκείνης κατείχετο, μόνος ὑπὸ μόνης ἀπειλημμένος· καίτοι τοσούτοις ἤδη κακοῖς

positum requirebat. Quamobrem haud statim atque se ipsius amore captam esse sensit, eum adorta est: verum diu exspectavit, improbam hanc cupiditatem parturiens, ac se comparans: quod vereretur, ne, si celeritatem adhiberet, ac tumultuarie insidias moliretur, præda effugeret. Cum autem aliquando eum domi solum invenisset solitis vacantem rebus, foveam profundiorem jam fodit, ac voluptatis pennis undique expansis, tamquam mediis retibus interceptum juvenem habens, irrepit, ac sola solum nacta; imo non sola: nam et ætatem et naturam ac denique suas ipsius machinas socias habebat; generosum illum adolescentem ad nefarium facinus per vim deinceps trahit. Quid hac tentatione gravius? quid hac fornace ac flamma vehementius et acrius, juvenem vigentem, servum, destitutum, urbe carentem, extraneum, exsulem, ab hera usque adeo libidinosa et furente, tantis opibus tantaque potentia circumfluente, in tanta solitudine (nam hoc quoque ad hujusmodi capturam conducit), correptum teneri atque illecebris deliniri et ad herilem lectum duci, idque post tot pericula et insidias? Non enim te fugit plerosque, posteaquam calamitatibus ac rerum acerbitatibus confecti sunt, si ad luxum animique remissionem, et molle ac dissolutum vitæ genus vocentur, promtius accurrere solere. At non ille: verum tolerantiam constanter in omnibus rebus præ se tulit. Equidem hunc thalamum et Babylonicam fornacem, et Danielis lacum leonum, et marinæ belluæ ventrem, in quem propheta incidit, appellare haud dubitem: imo etiam his longe graviorem. Illic enim corporis interitus insidiarum victoria erat: hic autem animæ exitium, et mors sempiterna, et calamitas omnis consolationis expers. Nec vero dumtaxat hoc nomine gravis ac periculosus hic lacus erat, sed etiam quia præter vim ac dolum ingenti quoque libidine plenus erat, multoque ac multiplici igne, non corpus urente, verum animam ipsam inflammante. Id quod etiam Salomon, qui, quam periculosum sit cum muliere matrimonio cum viro copulata congredi, maxime perspectum habebat, his verbis testatur: *Quis alligabit ignem in sinu suo, et* Prov. 6. 27.—29. *vestimenta ejus non ardebunt? quis ambulabit super prunas, et pedes ejus non comburentur? Sic omnis qui ingreditur ad mulierem proximi sui, non erit mundus, cum teti-*

[b] Iidem τεταριχευμένοι τύχωσι τοῖς δεινοῖς [hæc sic et Savil.], εἰς τρυφὴν καλούμενοι καὶ ἄνεσιν, καὶ τὸν ὑγρὸν τοῦτον καί.

[c] Duo Mss. θαρσῶν ἂν μίαν προσείποιμι.

gerit eam. Quod autem ait, hanc sententiam habet: Quemadmodum fieri nequit, ut qui in igne versatur, non exardescat: sic nec fieri potest, ut qui consuetudinem cum feminis habet, incendium quod hinc oritur effugiat. Hic autem quod multo gravius erat sustinuit. Non enim eam ipse attigit, verum ab ea detinebatur, solus a sola comprehensus: idque, cum jam tot calamitatibus confectus, tot insidiis afflictus esset, ac requietis et securitatis cupiditate teneretur.

15. Et tamen, cum inter tot retia versaretur, ac multiplicem feram impetum in se facere, et omni ex parte se laniare conspiceret, per tactum, per vocem, per oculos, per fucum et pigmenta, per aurea ornamenta, per unguenta, per indumenta, per mores, per verba, per mundum muliebrem quem gestabat, per solitudinem quæ id afferebat ut nemo id scire posset, per opes, per potentiam; ac præterea ipsa, ut superius a me dictum est, ætatem, naturam, servitutem, atque in aliena regione commorationem, rei gerendæ socias haberet: omnem illam flammam superavit. Ego vero hanc tentationem et fratrum invidia, et propinquorum odio, et venditione, et barbarorum dominatu, et longa peregrinatione, et in aliena regione commoratione, et carcere, et catena, et diuturno tempore, et omnibus ærumnis, quibus illic conflictatus est, multo graviorem esse confirmo: siquidem de extremis periculum ipsi creabatur. Posteaquam autem hoc quoque bellum effugit, atque hic etiam, tum Dei gratia, tum juvenis virtute, hic roscidus spiritus perflans fuit: tanta enim in eo tranquillitatis animi et pudicitiæ copia erat, ut etiam illius furorem comprimere et exstinguere studuerit; posteaquam, inquam, ipse intactus excessit, non secus videlicet atque adolescentes illi qui Persicam flammam effugerunt (Dan. 3.28. In vulg. 94. *Neque* enim, inquit, *ignis odor in illis erat*), magnusque castitatis pugil emicuit, atque adamantem imitatus est: quid statim sit consequutus, et quænam præmia victorem exceperint, videamus. Insidiæ rursum, et voragines, et mors, et pericula, et calumniæ, et odium iniquum ac stolidum. Misera enim illa mulier gravi furore amorem solatur, affectumque affectui copulat, atque impudicæ cupiditati sceleratam iram adjungit, et post adulterium carnifex efficitur. Atque ingentem feritatem spirans, sanguinariis

κατειργασμένος, καὶ τοσαύταις τεταριχευμένος ἐπιβουλαῖς, καὶ ἀνέσεως ἐπιθυμῶν καὶ ἀδείας.

Ἀλλ᾽ ὅμως ἐν τοσούτοις δικτύοις ὢν, καὶ ποικίλον B θηρίον ὁρῶν αὐτῷ προσβάλλον, καὶ διὰ πάντων αὐτὸν [a] καταξέον, διὰ τῆς ἁφῆς, διὰ τῆς φωνῆς, διὰ τῶν ὀμμάτων, διὰ τῶν χρωμάτων, διὰ τῆς ὑπογραφῆς, διὰ τῶν χρυσίων, διὰ τῶν μύρων, διὰ τῶν ἱματίων, διὰ τοῦ ἤθους, διὰ τῶν ῥημάτων, διὰ τοῦ κόσμου τοῦ περικειμένου, διὰ τῆς μονώσεως, διὰ τοῦ λανθάνειν, διὰ τοῦ πλούτου, διὰ τῆς δυναστείας, ἔχουσαν μετὰ τούτων συνεργὸν, ὅπερ ἔμπροσθεν εἶπον, τὴν ἡλικίαν, τὴν φύσιν, τὴν δουλείαν, τὸ ἐν ἀλλοτρίᾳ εἶναι, C πᾶσαν ἐνίκησε τὴν φλόγα ἐκείνην. Ἐγὼ τοῦτον τὸν πειρασμὸν καὶ τοῦ φθόνου τῶν ἀδελφῶν, καὶ τοῦ μίσους τοῦ συγγενικοῦ, καὶ τῆς πράσεως, καὶ τῆς τῶν βαρβάρων δεσποτείας, καὶ τῆς μακρᾶς ἀποδημίας, καὶ τῆς ἐν ἀλλοτρίᾳ διατριβῆς, καὶ τοῦ δεσμωτηρίου, καὶ τῆς ἁλύσεως, καὶ τοῦ μακροῦ χρόνου, καὶ τῆς αὐτόθι ταλαιπωρίας πολὺ χαλεπώτερον εἶναί φημι· καὶ γὰρ περὶ τῶν ἐσχάτων ὁ κίνδυνος ἦν. Ἐπειδὴ δὲ καὶ τοῦτον [b] διέφυγε τὸν πόλεμον, καὶ ἐγένετο ἐνταῦθα πνεῦμα δρόσου διασυρίζον, ἀπό τε τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος καὶ τῆς ἀρετῆς τοῦ νέου· τοσοῦτο γὰρ αὐτῷ περιῆν ἀταραξίας καὶ σωφροσύνης, ὅτι καὶ τὴν τῆς D ἐκείνης μανίαν καταλῦσαι ἐσπούδασε· πλὴν ἐπειδὴ αὐτὸς ἐξῆλθεν ἀνέπαφος, ὥσπερ οἱ νεανίσκοι τὴν Περσικὴν διαφυγόντες φλόγα (Οὐδὲ γὰρ ὀσμὴ πυρὸς ἦν ἐν αὐτοῖς, φησὶ), καὶ σωφροσύνης μέγας ἀθλητὴς ἀνεδείχθη, καὶ ἀδάμαντα ἐμιμήσατο, ἴδωμεν οἵων εὐθέως ἀπήλαυσε, [c] καὶ τίνα ἔπαθλα διαδέχεται τὸν στεφανίτην. Ἐπιβουλαὶ πάλιν, καὶ βάραθρα, καὶ θάνατος, καὶ κίνδυνοι, καὶ συκοφαντίαι, καὶ μῖσος ἄλογον. Ἡ γὰρ ἀθλία τότε ἐκείνη θυμῷ παραμυθεῖται τὸν ἔρωτα, καὶ πάθος συνάπτει πάθει, καὶ ἐπιθυμίᾳ ἀκολάστῳ προστίθησιν ὀργὴν ἄδικον, καὶ μετὰ τὴν E μοιχείαν γίνεται καὶ ἀνδροφόνος. Καὶ πνέουσα θηριωδίας πολλῆς καὶ φόνιον βλέπουσα, καθίζει δικαστήριον διεφθαρμένον, τὸν δεσπότην τὸν ἐκείνου, τὸν ἄνδρα τὸν ἑαυτῆς, τὸν βάρβαρον, τὸν Αἰγύπτιον, καὶ εἰσάγει κατηγορίαν ἀμάρτυρον. Καὶ οὐδὲ ἀφίησιν

[a] Unus κατατοξεῦον, et sic legerat Billius. Ibid. duo Manuscripti διὰ τῶν ἐπιτριμμάτων, διὰ τῆς. Paulo post iidem περικειμένου, διὰ τῆς ἐρημίας, διὰ τῆς μονώσεως.

[b] Unus διέφυγε τὸν κίνδυνον, καὶ διέδρα τὸν πόλεμον.

[c] Duo Mss. καὶ τί μετὰ τὸν ἆθλον τοῦτον διαδέχεται τόν.

εἰσελθεῖν εἰς δικαστήριον τὸν ἐγκαλούμενον, [d] ἀλλ' ἠρέμα κατηγορεῖ, τῇ τε ἀνοίᾳ καὶ τῇ εὐνοίᾳ τοῦ δικάζοντος, τῇ τε ἀξιοπιστίᾳ τοῦ οἰκείου προσώπου, καὶ τῷ δοῦλον εἶναι τὸν ἐγκαλούμενον θαῤῥοῦσα, καὶ τὰ ἐναντία εἰποῦσα τῶν γενομένων ἐκράτησε τοῦ δικαστοῦ, καὶ τὴν νικῶσαν ἔπεισε ψῆφον ἐξενεγκεῖν, καὶ καταδικάσαι τὸν ἀνεύθυνον, καὶ τιμωρίαν ἐπιθεῖναι χαλεπωτάτην, καὶ δεσμωτήριον εὐθέως, καὶ ἀπαγωγὴ, καὶ ἅλυσις. Καὶ μηδὲ ἰδὼν δικαστὴν κατεκρίθη ὁ θαυμαστὸς ἐκεῖνος ἀνήρ. Καὶ τὸ δὴ χαλεπώτερον, κατεκρίνετο ὡς μοιχὸς, ὡς δεσποτικῆς ἐπιθυμήσας εὐνῆς, ὡς ἀλλότριον διορύξας γάμον, ὡς ἁλοὺς, ὡς ἐληλεγμένος. Ὅ τε γὰρ δικαστὴς, ἥ τε κατήγορος παρὰ τοῖς πολλοῖς καὶ τὴν ἀλήθειαν οὐκ εἰδόσιν, ἥ τε τιμωρία ἑπομένη ἀξιόπιστον ἐποίει τὸ δρᾶμα φαίνεσθαι. Ἀλλ' οὐδὲν τούτων ἐθορύβησεν ἐκεῖνον, οὔτε εἶπεν· αὗται τῶν ὀνείρων αἱ ἀμοιβαί; τοῦτο τῶν ὄψεων ἐκείνων τὸ τέλος; ταῦτα τῆς σωφροσύνης τὰ ἔπαθλα; Κρίσις ἄλογος, καὶ ψῆφος ἄδικος, καὶ πονηρὰ πάλιν ὑπόληψις. Ὥσπερ γὰρ ἡταιρηκὼς ἐξεβλήθην ἔναγχος τῆς πατρῴας οἰκίας, ὡς μοιχὸς καὶ σωφροσύνην διορύξας γυναικὸς εἰς δεσμωτήριον εἰσάγομαι νῦν, καὶ ταῦτα περὶ ἐμοῦ πάντες ψηφίζονται. Καὶ οἱ μὲν ἀδελφοὶ, οἱ μέλλοντές με προσκυνεῖν (τοῦτο γὰρ τὰ ὀνείρατα ἐδήλου), ἐν ἐλευθερίᾳ καὶ ἀδείᾳ καὶ τρυφῇ, καὶ πατρίδι καὶ οἰκίᾳ πατρῴᾳ· ἐγὼ δὲ ὁ μέλλων αὐτῶν κρατεῖν, μετὰ τυμβωρύχων, μετὰ λῃστῶν, μετὰ βαλαντιοτόμων ἐνταῦθα δέδεμαι· οὔτε μετὰ τὸ τῆς πατρίδος ἐκπεσεῖν θορύβων ἀπηλλαγμένος καὶ πραγμάτων, ἀλλὰ καὶ ἐν ἀλλοτρίᾳ πάλιν βάραθρα ἡμᾶς καὶ ξίφη ἠκονημένα διαδέχεται. Καὶ ἡ μὲν τοιαῦτα δράσασα καὶ συκοφαντήσασα, δι' ἑκατέρων τῶν τολμημάτων ἀποτμηθῆναι δικαία, χορεύει καὶ σκιρτᾷ νῦν ὥσπερ ἐπὶ τροπαίοις καὶ λαμπροῖς ἐπινικίοις [a] ἐστεφανωμένη· ἐγὼ δὲ ὁ μηδὲν ἠδικηκὼς τὴν ἐσχάτην τίνω δίκην. Οὐδὲν τούτων ἐκεῖνος εἶπεν, οὐδὲ ἐνενόησεν· ἀλλ' ὥσπερ ἀθλητὴς διὰ στεφάνων ὁδεύων, οὕτως ἔχαιρε, καὶ ηὐφραίνετο, οὔτε τοῖς ἀδελφοῖς, οὔτε τῇ μοιχαλίδι μνησικακῶν. Πόθεν τοῦτο δῆλον; Ἐξ ὧν αὐτὸς πρός τινα τῶν αὐτόθεν δεδεμένων διελέχθη ποτέ. Τοσοῦτον γὰρ ἀπεῖχεν ὑπὸ ἀθυμίας ἁλῶναι, ὅτι καὶ ἑτέροις ἔλυσε λύπας. Ἐπειδὴ γὰρ εἶδέ τινας αὐτόθι [b] τεταραγμένους καὶ συγκεχυμένους καὶ ἀθυμοῦντας, προσῆλθεν εὐθέως τὴν αἰτίαν εἰσόμενος. Καὶ μαθὼν ὅτι ἐξ ὄψεως ὀνειράτων ὁ θόρυβος, ἔλυσε τὰ ὀνείρατα. Εἶτα παρακαλῶν ἀναμνῆσαι τὸν βασιλέα, τῆς ἀπαλλαγῆς ἕνεκεν τῆς αὐτοῦ· εἰ γὰρ καὶ γενναῖος καὶ θαυμαστὸς ἦν, ἀλλ' ἄνθρωπος ἦν καὶ οὐκ ἐβούλετο ταῖς ἁλύσεσιν ἐνταλαιπωρεῖσθαι ἐκεί-

oculis respiciens, tribunal constituit, corruptumque judicem collocat, hoc est illius herum, virum suum, barbarum, Ægyptium; crimenque sine teste inducit. Ac ne tribunal quidem 568 ingrediendi potestatem reo facit, verum secure A accusat, judicis nimirum stultitia et benevolentia, suo quasi fide digno testimonio, ac denique ejus qui accusabatur servitute freta: ac rem contra quam gesta fuerat narrans judicem superavit, eumque adduxit, ut secundum se judicaret, insontemque damnaret, eique gravissimam pœnam imponeret, ac statim carcer, et abductio, et vincula. Ac ne judice quidem viso condemnabatur eximius ille vir. Et, quod gravius est, ut adulter condemnabatur, ut herilis lecti appetitor, ut alieni matrimonii violator, ut convictus et deprehensus. Nam et judex, et accusatrix, ac denique pœna quæ subsequebatur, apud multos ac veritatis B ignaros hoc efficiebant, ut fabula fidem inveniret. At nihil horum animum illius conturbavit, nec dixit: Hæccine somniorum remuneratio est? hiccine visorum illorum eventus? hæccine pudicitiæ præmia? Præceps ac stolidum judicium, iniqua sententia, atque improba rursum existimatio. Tamquam amasius domo patria nuper ejectus sum: tamquam adulter et muliebris pudicitiæ violator in carcerem nunc ducor, atque omnes de me sententiam ferunt. Ac fratres quidem, a quibus adorandus eram (hoc enim somnia ostendebant), C in libertate et securitate, ac deliciis, atque in patria et paterna domo sunt: ego autem, in cujus imperio ac potestate illi futuri erant, cum sepulcrorum effossoribus, cum prædonibus, cum furibus hic vinctus teneor; ac ne patriis quidem sedibus exturbatus, tumultibus negotiisque liberor: verum etiam in extera regione barathra nos rursum ac præacuti mucrones excipiunt. Cumque ea quæ talia designavit, calumniamque struxit, atque utriusque sceleris nomine supplicium ex- D tremum meretur, choros nunc agat et exsultet, ac velut tropæis ornata victoriæque signis: ego contra, qui nihil sceleris admisi, gravissimam pœnam pendo. Nihil horum ille aut loquutus est, aut mente agitavit: verum, ut pugil per coronas gradiens, sic ipse læto atque hilari animo erat, atque ita comparato, ut injuriarum, quas a fratribus et ab adultera acceperat, memoriam nullam retineret. Unde autem id constat? Ex iis nempe verbis quæ ipse ad aliquem eorum, qui illic in vinculis erant,

[d] Iidem ἀλλ' ἐρήμην κατηγορίαν τῇ.

[a] Iidem στεφανουμένη.

[b] Sic Mss. omnes. In Edito καὶ συγκεχυμένους deest.

habuit. Tantum enim ab eo aberat, ut mœrore caperetur, ut aliis etiam mœstitias discuteret. Nam cum illic quosdam perturbatos ac mœrore affectos vidisset, ad eos statim, ut causam intelligeret, accessit. Cumque hujusmodi perturbationem a quibusdam somniis profectam esse cognovisset, somnia illa solvit. Ac postea cum uno eorum agens, ut pro sua liberatione verba ad regem faceret : nam etsi fortis atque admirandus vir erat, at homo tamen erat, nec in catenis illis contabescere cupiebat; cum eo, inquam, agens, ut sui apud regem memor esset, eique, ut se e vinculis emitteret, persuaderet, coactusque causam memorare, ob quam in carcerem conjectus fuerat; quo videlicet is qui pro se deprecaretur, speciosam suscepti sui patrocinii causam haberet : nullius eorum, a quibus læsus fuerat, mentionem fecit : verum cum se criminibus liberasset, his finibus se tenuit, nec eos, a quibus injuriam acceperat, adjunxit. *Ego* enim, inquit, *furtim sublatus sum de terra Hebræorum, et hic nullo scelere perpetrato in lacum injectus sum.* Ecquid autem taces de meretrice, de adultera, de fratricidis, de invidia, de venditione, de heræ furore, de impetu, de libidine, de laqueis, de machinis, de calumnia, de iniquo judicio, de corrupto judice, de nefaria sententia, de condemnatione ab omni ratione aliena? ecquid hæc siles et occultas? Quoniam, inquit, injuriarum memoriam retinere nescio; quia hæc mihi coronæ sunt et præmia, majorisque lucri occasio.

Gen. 40. 15.

E ναις· παρακαλῶν τοίνυν μνησθῆναι αὐτοῦ πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ πεῖσαι ἀφεῖναι αὐτὸν τῶν δεσμῶν, καὶ ἀναγκαζόμενος καὶ τὴν αἰτίαν εἰπεῖν, δι' ἣν ἐνεβέβλητο, ὥστε κἀκεῖνον τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ δεόμενον εὐπρόσωπον ἔχειν πρόφασιν τῆς ὑπὲρ αὐτοῦ συνηγορίας, οὐδενὸς ἐμνημόνευσε τῶν ἠδικηκότων, ἀλλ' ἀπαλλάξας ἑαυτὸν τῶν ἐγκλημάτων ἔστη μέχρι τούτου μόνον, 569 καὶ οὐ προσέθηκε τοὺς εἰς αὐτὸν πεπλημμεληκότας. A Καὶ γὰρ Ἐγὼ, φησὶ, κλοπῇ ἐκλάπην ἐκ γῆς Ἑβραίων, καὶ ὧδε οὐκ ἐποίησα οὐδὲν, καὶ ἐνέβαλόν με εἰς τὸν λάκκον τοῦτον. Καὶ τίνος ἕνεκεν οὐ λέγεις τὴν πόρνην, τὴν μοιχαλίδα, τοὺς ἀδελφοκτόνους, τὸν φθόνον, τὴν πρᾶσιν, τὴν μανίαν τῆς δεσποίνης, τὴν ἔφοδον, τὴν ἀκολασίαν, τὰ δίκτυα, τὰ μηχανήματα, τὴν συκοφαντίαν, τὴν ἄδικον κρίσιν, τὸν διεφθαρμένον δικαστὴν, τὴν παράνομον ἀπόφασιν, τὴν καταδίκην τὴν οὐκ ἔχουσαν λόγον; διὰ τί ταῦτα σιγᾷς καὶ κρύπτεις; Ὅτι μνησικακεῖν οὐκ οἶδα, φησίν· ὅτι ἐμοὶ ταῦτα στέφανοι καὶ βραβεῖα, καὶ μείζονος ἐμπορίας ὑπόθεσις.

14. Vides animum philosophicum? vides purum ab ira, ac rebus adversis atque retibus sublimiorem? vides eorum potius, a quibus læsus fuerat, vicem dolentem, quam injuriarum memorem? Nam ne fratres, aut carnificem illam in medium proferret, *Furtim*, inquit, *sublatus sum de terra Hebræorum, et hic nihil sceleris perpetravi.* Nec usquam personæ meminit, nec lacus, nec Ismaelitarum, nec cujusquam alterius rei. Et tamen postea non vulgaris eum tentatio excepit. Is enim qui tantam ab eo consolationem acceperat, atque juxta ipsius vaticinium vinculis liberatus, et in pristinum honoris gradum restitutus fuerat, et beneficii et precationis viri justi memoriam abjecit. Ac famulus quidem in regia aula erat ingenti felicitate fruens : is autem qui solem splendore superabat, atque adeo claros ac nitentes virtutis radios emittebat, carcerem adhuc habitabat, nec quisquam erat qui de eo regem commonefaceret. Siquidem plu-

B Εἶδες ψυχὴν φιλόσοφον; εἶδες τῆς ὀργῆς καθαρὰν καὶ τῶν δικτύων ὑψηλοτέραν; εἶδες συναλγοῦντα τοῖς ἠδικηκόσι μᾶλλον ἢ μνησικακοῦντα; Ὥστε γὰρ μήτε τοὺς ἀδελφοὺς εἰς μέσον ἐναγαγεῖν, μήτε τὴν αἱμοβόρον ἐκείνην, Κλοπῇ, φησὶν, ἐκλάπην ἐκ γῆς Ἑβραίων, καὶ ὧδε οὐκ ἐποίησα οὐδέν. Καὶ οὐδαμοῦ προσώπου μέμνηται, οὐδὲ τοῦ λάκκου, οὐδὲ τῶν Ἰσμαηλιτῶν, οὐδὲ ἄλλου τινός. Ἀλλ' ὅμως καὶ κατὰ ταῦτα αὐτὸν οὐχ ὁ τυχὼν διεδέξατο πειρασμός. Ὁ γὰρ τοσαύτης παρ' αὐτοῦ παρακλήσεως τυχὼν, καὶ τῶν C δεσμῶν κατὰ τὴν τούτου πρόῤῥησιν ἐλευθερωθεὶς, καὶ ἐπὶ τὴν προτέραν ἀνακληθεὶς τιμὴν, τῆς εὐεργεσίας ἐπελάθετο, καὶ τῆς τοῦ δικαίου ἱκετηρίας. Καὶ ὁ μὲν οἰκέτης ἐν βασιλικαῖς ἦν αὐλαῖς πολλῆς ἀπολαύων εὐημερίας· ὁ δὲ ὑπὲρ τὸν ἥλιον λάμπων, καὶ οὕτω φαιδρὰς ἀφιεὶς τῆς ἀρετῆς τὰς ἀκτῖνας, ἔτι δεσμωτήριον ᾤκει, καὶ οὐδεὶς ἦν ὁ ἀναμιμνήσκων τὸν βασιλέα. Ἔχρην γὰρ αὐτῷ πλείους πλακῆναι στεφάνους, καὶ μείζονα παρασκευασθῆναι βραβεῖα· διὸ καὶ μακρότεροι τῶν δρόμων οἱ δίαυλοι τότε ἐπήγνυντο·

ἐῶντος μὲν τοῦ Θεοῦ μένειν τὰ σκάμματα, οὐ μὴν D τέλεον ἐγκαταλείποντος, ἀλλὰ τοσοῦτον συγχωροῦντος τοῖς ἐπιβουλεύουσιν τὰ αὐτῶν ἐπιδείκνυσθαι, ὅσον μηδὲ ἀφανίσαι τὸν ἀθλητὴν, μηδὲ ἐκποδὼν ποιῆσαι τῆς ἀρετῆς [a] τὸν ἀνταγωνιστήν. Εἰς λάκκον μὲν γὰρ αὐτὸν ἐμβληθῆναι συνεχώρησε, καὶ τὸ ἱμάτιον αἱμαχθῆναι, εἰς δὲ σφαγὴν αὐτοὺς ἐλθεῖν οὐκ ἀφῆκεν· ἀλλὰ συνεβούλευσε μὲν τοῦτο ὁ ἀδελφὸς, τὸ δὲ πᾶν τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας ἐγένετο. Τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς Αἰγυπτιακῆς συνέβη γυναικός. Τίνος γὰρ ἕνεκεν, εἰπέ μοι, ὁ θερμὸς οὕτω, καὶ ἀκόλαστος (ἴστε γὰρ τῶν E Αἰγυπτίων τὸ γένος), ὁ θυμώδης καὶ ὀργίλος (καὶ γὰρ τοῦτο μεθ' ὑπερβολῆς αὐτοῖς πρόσεστι τὸ πάθος), ὃν ἐπίστευσεν εἶναι μοιχὸν καὶ γυναῖκα ἠδικηκέναι τὴν αὐτοῦ, οὐκ ἀπέτεμεν εὐθέως, οὐδὲ πυρὶ παρέδωκεν, ἀλλ' οὕτως ἀλόγιστος ὢν, ὡς ἐκ μιᾶς μοίρας ἀποφήνασθαι, καὶ μηδὲ λόγου μεταδοῦναι τῷ ἐγκαλουμένῳ, ἐν τῷ καιρῷ τῆς τιμωρίας πολλὴν ἐπιείκειαν ἐπεδεί- 570 ξατο, καὶ ταῦτα, ὁρῶν τὴν γυναῖκα μαινομένην, λυτ- A τῶσαν, βίαν ἀποδυρομένην, τὰ ἱμάτια διεῤῥωγότα περιφέρουσαν, καὶ μειζόνως καὶ ἐντεῦθεν ἐκκαιομένην, καὶ θρηνοῦσαν καὶ ὀλοφυρομένην; Ἀλλ' ὅμως τούτων οὐδὲν αὐτὸν εἰς σφαγὴν ἐξῆψε. Πόθεν, εἰπέ μοι; Οὐκ εὔδηλον ὅτι ὁ τοὺς λέοντας χαλινώσας, καὶ τὴν κάμινον καταψύξας, οὗτος καὶ θηρίου τούτου τὸν ἄμετρον ἐπέσχε θυμὸν, καὶ τὴν ἄφατον ὀργὴν ἔσβεσεν, ὡς κερασθῆναι συμμέτρως τὴν τιμωρίαν; Τοῦτο καὶ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ συμβὰν ἴδοι τις ἄν. Δεθῆναι μὲν B γὰρ αὐτὸν συνεχώρησε, καὶ μετὰ τῶν καταδίκων εἶναι, τῆς δὲ τοῦ δεσμοφύλακος ἀπηνείας ἐξήρπασεν. Οἶσθα γὰρ οἷόν ἐστι δεσμοφύλαξ· ἀλλ' ἐκείνῳ τότε πρᾶος καὶ ἥμερος ἦν, καὶ οὐ μόνον οὐκ ἀπέτεινεν αὐτὸν πόνοις τισὶν, ἀλλὰ καὶ ἄρχοντα πάντων ἐποίησε τῶν αὐτόθι, καὶ ταῦτα ὡς μοιχὸν δεξάμενος, κατάδικον, καὶ μοιχὸν ἐπίσημον. Οὐ γὰρ εἰς οἰκίαν εὐτελῆ, ἀλλ' εἰς μεγάλην καὶ λαμπρὰν τὸ δρᾶμα τοῦτο τετολμῆσθαι ἐνομίζετο. Ἀλλ' ὅμως οὐδὲν τούτων ἐκεῖνον ἐφόβησεν, οὐδὲ ἔπεισεν ἐκείνῳ γίνεσθαι χαλεπόν. Ἀλλὰ καὶ οἱ στέφανοι ἀπὸ τῶν παθημάτων ἐπλέκοντο· καὶ ἡ τοῦ Θεοῦ συμμαχία μετὰ πολλῆς ἐπέῤῥει τῆς C δαψιλείας. Ἐβουλόμην καὶ ἕτερον προσθεῖναι τῇ ἐπιστολῇ μῆκος· ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ τοῦτο μετὰ πολλῆς τῆς περιουσίας οἶμαι τὸ μέτρον ὑπερβεβηκέναι, ἐνταῦθα καταλύσας τὸν λόγον, ἐκεῖνο παρακαλῶ σου τὴν εὐλάβειαν, ὅπερ ἀεὶ διετέλεσα παρακαλῶν, ἀθυμίας μὲν ἀπαλλάττεσθαι, δοξάζειν δὲ τὸν Θεὸν, ὅπερ ἀεὶ πεποίηκας, καὶ ποιοῦσα διατελεῖς, χάριτας ὁμολογοῦσα ὑπὲρ πάντων αὐτῷ τῶν χαλεπῶν τούτων καὶ ὀδυνηρῶν. Οὕτω γὰρ καὶ αὐτὴ τὰ μέγιστα ἀγαθὰ καρπώσῃ, καὶ D

res adhuc ipsi coronas texi, majoresque palmas comparari oportebat. Ac propterea longiora cursuum spatia tum figebantur: Deo nimirum scammata quidem manere sinente, ac cum tamen haudquaquam omnino deserente, verum insidiatoribus, quæ sua erant, eo usque ostendere atque exsequi permittente, ut tamen pugili exitium minime afferret, nec virtutis oppugnatorem de medio tolleret. Etenim in lacum quidem eum conjici, ac vestem cruentari permisit: at non item ipsi cædem inferri sivit: verum id quidem unus e fratribus suasit, sed id totum divino consilio ac providentia fiebat. Quod etiam in Ægyptiaca muliere contigit. Quid enim causæ est, dic, quæso, quamobrem ferox hic vir et intemperans (Ægyptiorum enim mores nostis); hic, inquam, furiosus et iracundus (nam hic quoque morbus incredibilem in modum ipsis inest) eum, quem adulterum esse, atque uxori injuriam intulisse credebat, non statim gladio concidit, aut flammis dedit; verum cum ita præceps atque inconsideratus esset, ut ad unius partis arbitrium sententiam ferret, nec causam dicendi potestatem reo faceret, tamen supplicii tempore ingentis facilitatis et clementiæ specimen ediderit: idque cum furentem, rabie laborantem, vim illatam querentem, laceratas vestes circumferentem, atque hinc magis exardescentem, ac lugentem et lamentantem uxorem perspiceret? Et tamen nihil horum ipsum ad cædem incendit. Qui tandem istud, dic, quæso? Annon perspicuum est, eum qui leones tamquam injecto freno repressit, et fornacis ardorem sustulit, immodicam quoque hujus belluæ indignationem, atque immanem iram exstinxisse, ut supplicium adhibita mediocritate temperaretur? Id quod etiam in carcere contigisse quispiam perspiciat. Deus enim ita eum in vincula conjici, ac cum nocentibus et facinorosis esse permisit, ut tamen eum ab ejus qui carceri præerat, importunitate ac sævitia eripuerit. Nam cum, quibus moribus esse carceris præfectus soleat, minime ignores, tamen ipsi tam lenis ac placidus erat, ac non modo eum nullis laboribus premebat, sed etiam eorum omnium, qui illic tenebantur, principatum ipsi concesserat, idque cum eum ut adulterum accepisset, ut nocentem, et insignem adulterum. Non enim in tenuem, sed in magnam et splendidam domum scelus hoc

Ægypti feroces et iracundi.

[a] Τὸν ἀνταγωνιστήν *propugnatorem* male verterat Billius, cum e converso *oppugnatorem* vertendum esset, atque ita series postulat, ut recte monuit Fronto Ducæus.

aggressus esse censebatur. Nec tamen quidpiam horum eum terruit, eique persuasit ut acerbitate in ipsum uteretur. Verum simul et per calamitates viro justo coronæ texebantur, et Dei auxilium largissime ipsi affluebat. Longiorem adhuc epistolam facere cupiebam: sed quia hæc quoque, quæ scripsi, epistolæ modum longe superant, hic finem scribendi faciam, illud abs te petens, quod numquam petere destiti, nempe ut et mœrorem abjicias, et quod semper fecisti, nec facere desinis, Dei gloriam prædicare, ac de gravibus et acerbis omnibus his rebus ipsi gratias agere ne intermittas. Hac enim ratione tum ipsa maxima bona percipies, tum mortiferum diabolo vulnus infliges, tum nobis ingentem consolationem afferes, et mœroris nubem nullo negotio discutere ac de medio tollere, puraque tranquillitate frui poteris. Quocirca nec animo elanguescas, verum ab hoc fumo emersa et liberata (omnem enim hunc mœrorem, si volueris, fumo citius dissipabis), de hac re nos rursum certiores facias: ut licet alioqui procul a te remoti, magnam tamen ex hujusmodi literis consolationem capiamus.

τῷ διαβόλῳ καιρίαν δώσεις πληγὴν, καὶ πολλὴν ἡμῖν παρέξεις παράκλησιν, καὶ τῆς ἀθυμίας τὸ νέφος μετὰ πολλῆς ἀφανίσαι δυνήσῃ τῆς εὐκολίας, καὶ καθαρᾶς ἀπολαῦσαι γαλήνης. Μὴ δὴ καταμαλακίζου, ἀλλ' ἀνενεγκοῦσα ἀπὸ τοῦ καπνοῦ τούτου (καπνοῦ γὰρ, ἐὰν θέλῃς, ῥᾷδιον διασκεδάσεις πᾶσαν τὴν ἀθυμίαν ταύτην), δῆλον τοῦτο πάλιν ποίησον ἡμῖν, ἵνα καὶ πόῤῥωθεν ὄντες, πολλὴν ἀπὸ τῶν τοιούτων γραμμάτων καρπωσώμεθα τὴν εὐφροσύνην.

Ad eamdem epist. IV.

Anno forte 407.

1. De hiemis acrimonia, et stomachi nostri imbecillitate, atque Isauricis incursionibus, nihil est quod nostri causa sollicita sis, curisque te conficias. Hiems quidem fuit, qualis in Armenia esse solet; nec enim amplius quidquam dicendum est; nos tamen haud magnopere lædit. Hoc quippe prospicientes, ad incommodum, quod hinc contrahitur, propulsandum multa molimur: nimirum et ignem perpetuo accendentes, et cubiculum, in quo commoramur, undique obsepientes et pluribus vestibus ac stragulis utentes, et domi semper manentes. Quod etsi nobis molestum est, tamen ob lucrum quod hinc capimus tolerabile est. Quamdiu enim domi nos tenemus, frigore haud admodum divexamur: sin autem aliquantum progredi atque in externo aere versari cogamur, non parvo hinc detrimento afficimur. Quamobrem te obsecro, atque summi beneficii gratiæque loco id abs te peto, ut ad depellendam corporis infirmitatem magnam curam et diligentiam conferas. Etenim morbum quidem mœror etiam parit: cum autem corpus quoque laboribus confectum, et morbis debili-

E

Πρὸς τὴν αὐτὴν ἐπιστολὴ δ'.

Τῆς σφοδρότητος ἕνεκεν τοῦ χειμῶνος, καὶ τῆς τοῦ στομάχου ἡμῶν ἀσθενείας, καὶ τῶν Ἰσαυρικῶν καταδρομῶν, μηδὲν [a] ἕνεκεν ἡμῶν μερίμνα, μηδὲ κατάτεινε σαυτὴν φροντίσιν. Ὁ μὲν γὰρ χειμὼν γέγονεν οἷον εἰκὸς ἐν Ἀρμενίᾳ εἶναι· οὐδὲν γὰρ δεῖ πλέον εἰπεῖν· ἡμᾶς δὲ οὐ μέγα τι παραβλάπτει. Ταῦτα γὰρ προορῶντες, πολλὰ μηχανώμεθα πρὸς τὸ τὴν ἐντεῦθεν διακρούσασθαι βλάβην, καὶ πῦρ ἀνακαίοντες συνεχῶς, καὶ τὸ δωμάτιον, ἔνθα καταμένομεν, πανταχόθεν
571 A περιφράττοντες, καὶ ἐπιβλήμασι κεχρημένοι πλείοσι, καὶ διὰ παντὸς ἔνδον μένοντες. Ὅπερ ἐστὶ μὲν ἡμῖν ἐπαχθὲς, πλὴν διὰ τὸ ἐντεῦθεν κέρδος φορητόν. Ἕως μὲν γὰρ ἔνδον μένωμεν, οὐ σφόδρα κατατεινόμεθα τῷ κρυμῷ· ἐὰν δὲ ἀναγκασθῶμεν μικρὸν προελθεῖν, καὶ τῷ ἔξω ὁμιλῆσαι ἀέρι, οὐ μικρὰν προστριβόμεθα βλάβην. Διὸ καὶ τὴν τιμιότητά σου παρακαλῶ, καὶ ἐν μεγίστης αἰτῶ χάριτος μέρει, πολλὴν ποιεῖσθαι ἐπιμέλειαν, ὥστε τὴν τοῦ σώματός σου διορθοῦν ἀσθένειαν. Ποιεῖ μὲν γὰρ νόσον καὶ ἀθυμία· ὅταν δὲ
B καὶ σῶμα πεπονηκὸς ᾖ καὶ ἐξησθενημένον, καὶ ἐν ἀμελείᾳ [a] διακέηται πολλῇ, καὶ μήτε ἰατρῶν ἀπολαύῃ, μήτε ἀέρων εὐκρασίας, μήτε τῆς τῶν ἐπιτηδείων ἀφθονίας, ἐννόησον, ὅτι οὐ μικρὰ ἐντεῦθεν προσθήκη

[a] Sic omnes Mss. In Editis illud ἕνεκεν ἡμῶν deest.

[a] Tres Mss. κέηται.

γίνεται τοῦ δεινοῦ. Διὸ παρακαλῶ σου τὴν τιμιότητα, καὶ ἰατροῖς διαφόροις καὶ ἐμπείροις καὶ φαρμάκοις χρῆσθαι, τοῖς τὰ τοιαῦτα διορθοῦν δυναμένοις. Ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς πρὸ τούτων τῶν ὀλίγων ἡμερῶν, εὐεμπτώτως ἡμῖν ἔχοντος τοῦ στομάχου πρὸς τοὺς ἐμέτους, ἐκ τῆς τοῦ ἀέρος καταστάσεως, τῇ τε ἄλλῃ ἐπιμελείᾳ χρησάμενοι, καὶ τῷ φαρμάκῳ τῷ ἀπεσταλμένῳ παρὰ τῆς κυρίας μου [b] τῆς κοσμιωτάτης Συγκλητίου, καὶ οὐ δεηθέντες πλέον ἢ τριῶν ἡμερῶν αὐτὸ ἐπιθεῖναι, διωρθώσαμεν αὐτοῦ τὴν ἀσθένειαν. Παρακαλῶ τοίνυν καὶ αὐτήν σε χρήσασθαι τούτῳ, καὶ παρασκευάσαι πάλιν ἡμῖν ἐξ αὐτοῦ πεμφθῆναι. Καὶ γὰρ καὶ πάλιν αἰσθανόμενοί τινος ἀνατροπῆς, πάλιν αὐτῷ ἐχρησάμεθα, καὶ τὸ πᾶν διωρθώσαμεν. Καὶ γὰρ φλεγμονὰς καταστέλλει τὰς ἐν τῷ βάθει, νοτίδα ἀνιμᾶται, καὶ συμμέτρως ἐστὶ θερμὸν, καὶ τόνον ἐντίθησιν οὐ τὸν τυχόντα, καὶ ὄρεξιν διεγείρει τὴν πρὸς τὰ σιτία, καὶ τούτων ἁπάντων ἡμῖν ἐν ὀλίγαις ἡμέραις πεῖραν παρέσχεν. Ποίησον τοίνυν παρακληθῆναι τὸν δεσπότην μου τὸν αἰδεσιμώτατον Θεόφιλον τὸν κόμητα, ὥστε πάλιν ἐξ αὐτοῦ κατασκευάσαι ἡμῖν καὶ ἀποστεῖλαι. Καὶ μή σε λυπείτω τὸ ἐνταῦθα ἡμᾶς χειμάζειν· καὶ γὰρ πολλῷ ῥᾷον καὶ ὑγιεινότερον νῦν ἢ πέρυσι διακείμεθα· ὥστε εἰ καὶ αὐτὴ τὴν προσήκουσαν ἐπιμέλειαν ἐποιοῦ, πολλῷ ἂν ἄμεινον διετέθης. Εἰ δὲ ἐξ ἀθυμίας φῂς τετέχθαι σοι τὰ νοσήματα, πῶς πάλιν ἐπιστολὰς ζητεῖς παρ' ἡμῶν, μηδὲν ἐντεῦθεν εἰς εὐθυμίαν καρπωσαμένη, ἀλλ' οὕτω τῇ τυραννίδι τῆς ἀθυμίας βαπτισθεῖσα, ὡς καὶ ἐπιθυμεῖν νῦν τῆς ἐντεῦθεν ἀποδημίας; Οὐκ οἶσθα ὅσος καὶ ἀῤῥωστίας κεῖται μισθὸς ἐν εὐχαρίστῳ ψυχῇ; Οὐ πολλάκις σοι καὶ παρὼν καὶ δι' ἐπιστολῶν ταύτης ἕνεκα διείλεγμαι τῆς ὑποθέσεως; Ἀλλ' ἐπειδὴ ἴσως ἢ ὁ τῶν πραγμάτων ὄχλος, ἢ αὐτὴ τῆς ἀῤῥωστίας ἡ φύσις, [a] καὶ αἱ ἐπάλληλοι περιστάσεις οὐκ ἐῶσί σε διηνεκῶς ἔναυλον ἔχειν τῶν εἰρημένων τὴν μνήμην, ἄκουε πάλιν τὰ

tatum est, neglectum jacet, ac nec medicorum ope, nec aeris temperie, nec rerum necessariarum copia fruitur : quanta hinc acerbitatis et periculi accessio fiat, velim tecum reputes. Quamobrem te oro, ut et varios peritosque medicos adhibeas, et iis medicamentis utaris, quæ hujusmodi morbos pellere queant : quandoquidem nos
C etiam paucis ante diebus, cum ob aeris statum proclivis nobis ad vomitus stomachus esset, atque et aliis curationis generibus, et pharmaco eo, quod a domina mea lectissima et ornatissima Syncletio missum est, usi essemus, nec ultra tres dies illud adhibere nobis necesse fuisset, ipsius imbecillitatem correximus. Itaque te quoque hortor atque oro ut his utaris, desque operam ut hujusmodi medicamentum ad nos rursum mittatur. Nam cum quamdam stomachi subver-
D sionem rursum sensissemus, eodem rursum remedii genere usi, malum omnino profligavimus. Quippe et inflammationes in imo pectore conditas sedat, et pituitam exhaurit, et mediocri calore præditum est, et vigorem haud vulgarem affert, et ciborum appetitum excitat : atque harum omnium rerum nobis paucis diebus experimentum præbuit. Fac igitur dominus meus cum primis venerandus Theophilus Comes exore-
E tur, ut nobis rursum idem medicamentum con-
572 ficiat, atque ad nos mittat. Nec vero hoc nomine
A discrucieris, quod nos hic hiememus : multo enim meliore nunc atque commodiore, quam superiori anno, valetudine sumus : quare si tu quoque, quam par est, curam adhiberes, multo melius valeres. Quod si ex animi mœstitia morbos tuos ortum duxisse ais, ecquid rursus a nobis epistolas requiris, cum hinc ad alacritatem animi nihil fructus ceperis, verum mœroris un-

[b] Omnes omnino Mss. *τῆς κοσμιωτάτης Συγκλητίου*. Editi Συγκλητικῆς, quod dignitatem aliquam significare putaverunt Billius et Fronto Ducæus, qui postremus hanc habet notam : Συγκλητικῆς. *Ita Perronianus et Sambuci varians lectio : at duo alii Mss.* Συγκλητίου *mendose : nam ut* Συγκλητικὸς *Senator est apud Plutarchum et Lucianum, teste Budæo, ita* Συγκλητικὴ *Senatoris uxor : Xiphilinus ex Dione in Nerone*, μισῶ σε Καῖσαρ, ὅτι Συγκλητικὸς εἶ : Odi te Cæsar, quod Senator es*: neque enim audiendus est Sylburgius, qui mavult*, quod Senatorius es, *id est*, *Senatus studiosior : siquidem periret istius dicti lepos : certe apud Pœanium lego in Cannensi pugna periisse* Συγκλητικοὺς τριάκοντα, *quod Eutropius dixerat* Senatores XXX. At existimo hoc esse matronæ cujusdam nomen proprium : jam quæstio est ex duabus lectionibus, utra sit alteri anteferenda. Omnes Mss. nostri numero quinque Συγκλητίου habent, et ita quoque Savilius, et duo ex Mss. a Frontone Ducæo memoratis, qui tamen fortasse ex numero quinque Mss. nostrorum fuerint : et hoc vere fuisse Matronæ nomen arbitror, Syncletion, vel Syncletium, ut Glycerium, Eustochium, et alia multa hujusmodi nomina. Alia lectio, Συγκλητικῆς, a librariis Græcis inducta fuerit, quibus notior Syncletica, quæ in Sanctorum Legendis et in Menæis occurrit. Hæc autem in duobus solum Mss. habetur. Memoratur in Vita Chrysostomi per Palladium cap. 14 Syncletius episcopus Trajanopolitanus : viri nomen est Syncletius, feminæ Syncletium, perinde atque Glycerius et Glycerium; Epiphanius et Epiphanium, quam postremam infra memoratam videbis in epistola quadam Constantii presbyteri. Tillemontius etiam Συγκλητικῆς, ut legebatur in Editis, pro nomine proprio habuit.

[a] Omnes Mss *καὶ αἱ πολλαὶ περιστάσεις*.

dis ita demersa sis, ut nunc etiam ex hac vita migrare cupias? An ignoras quanta animæ gratias agenti propter morbum quoque merces constituta sit? Annon de hac re et coram, et per literas persæpe ad te disserui? At quoniam te fortasse vel negotiorum turba, vel ipsa morbi natura, et crebræ adversitates, eorum quæ a nobis dicta sunt memoriam animo tuo perpetuo insidentem habere non sinunt, audi nos rursum mœroris
Philip 3. 1. tui ulceribus eadem accinentes: *Eadem enim scribere, mihi quidem non pigrum*; inquit, *vobis autem tutum est.*

Patientia nihil gloriosius. 2. Quid igitur aio, ac literis mando? Nihil est, Olympias, quod ad laudem et gloriam adipiscendam cum patientia in doloribus perferendis comparari possit. Nam ea præsertim virtutum regina, et coronarum apex est: et quemadmodum ea virtutibus aliis præstat, ita in ea hoc potissimum genus aliis antecellit. Obscurius aliquanto fortasse est quod dico, idcirco planius ac dilucidius istud faciam. Quidnam igitur est quod aio? Non opibus spoliari, etiamsi omnibus prorsus facultatibus quispiam nudetur, non honore dejici, non patriis sedibus exturbari, atque in exsilium abduci, non laboribus ac sudoribus distorqueri, non carcerem incolere ac catenis vinciri, non probra, et convicia, et scommata; neque enim parvum tolerantiæ genus esse existimes res ejusmodi strenuo animo ferre, idque
Jer. 15. ostendit Jeremias, vir tantus tamque eximius, qui hac tentatione non mediocriter commotus ac perturbatus est; non liberorum amissio, etiamsi omnes repentina morte abripiantur, non hostes frequenter insultantes, non aliud quidpiam ejusmodi, non denique mors ipsa, quæ rerum omnium, quæ molestiæ et acerbitatis speciem habent, caput est, atque usque adeo formidabi-
Morbo nihil acerbius. Job. lis et horrenda est, æque gravis et acerba, ut adversa corporis valetudo. Cui rei testimonio est summus ille patientiæ pugil, qui postquam in corporis morbum incidit, prementium malorum depulsionem mortem esse judicavit; et quidem, cum cuncta alia perpeteretur, minime sentiebat, quamvis etiam crebras sibique invicem succedentes plagas accipiens, ac postremam acerbissimam et letalem. Neque enim hoc exigui momenti esse putandum est, verum extremæ quoque ejus, qui bellum ipsi inferebat, improbitatis et versutiæ, quod non recenti et vegeto, ac tum primum in certamen descendenti, sed jam continuorum telorum mole confecto, tum denique mortiferum hoc vulnus, filiorum nempe interi-

αὐτὰ ἐπᾳδόντων ἡμῶν τοῖς ἕλκεσί σου τῆς ἀθυμίας· Τὰ γὰρ αὐτὰ γράφειν, φησὶν, ἐμοὶ μὲν οὐκ ὀκνηρὸν, ὑμῖν δὲ ἀσφαλές.

Τί οὖν καὶ λέγω καὶ γράφω; Οὐδὲν, Ὀλυμπιάς, τῆς ἐν ἀλγηδόσιν ὑπομονῆς εἰς εὐδοκιμήσεως λόγον
B ἴσον. Ἡ γὰρ βασιλὶς τῶν ἀγαθῶν, καὶ τῶν στεφάνων ἡ κορωνὶς αὕτη μάλιστά ἐστι· καὶ καθάπερ αὕτη τῶν ἄλλων κρατεῖ κατορθωμάτων, οὕτως ἐν αὐτῇ τοῦτο μάλιστα τὸ εἶδος τῶν ἄλλων ἐστὶ λαμπρότερον. Τάχα ἀσαφὲς τὸ εἰρημένον· οὐκοῦν αὐτὸ ποιήσω σαφέστερον. Τί οὖν ἐστιν ὅ φημι; Οὐ τὸ χρήματα ἀφαιρεθῆναι, κἂν πάντων τις γυμνωθῇ τῶν ὄντων, οὐ τὸ τιμῆς ἐκπεσεῖν, οὐ τὸ πατρίδος ἐκβληθῆναι, καὶ πρὸς τὴν ὑπερορίαν ἀπενεχθῆναι, οὐ τὸ πόνῳ καὶ ἱδρῶτι κατα-
C τείνεσθαι, οὐ τὸ δεσμωτήριον οἰκεῖν, καὶ ἅλυσιν περικεῖσθαι, οὐχ ὀνειδισμοὶ, καὶ λοιδορίαι καὶ σκώμματα· μὴ γὰρ μηδὲ τοῦτο μικρὸν νομίσῃς εἶναι καρτερίας εἶδος, τὸ γενναίως τὰ τοιαῦτα ἐνεγκεῖν, καὶ δείκνυσιν Ἱερεμίας ὁ τοσοῦτος καὶ τηλικοῦτος ἀνὴρ, οὐχ ὡς ἔτυχεν ὑπὸ τούτου θορυβηθεὶς τοῦ πειρασμοῦ· ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο, οὐ παίδων ἀποβολὴ, κἂν ἀθρόον πάντες ἀναρπασθῶσιν, οὐκ ἐχθροὶ συνεχῶς ἐπεμβαίνοντες, οὐκ ἄλλο τῶν τοιούτων οὐδὲν, οὐκ αὐτὸς ὁ κολοφὼν τῶν δοκούντων εἶναι λυπηρῶν, ὁ θάνατος, ὁ φοβερὸς οὕτω καὶ φρικώδης, οὕτως ἐστὶ
D βαρὺς, ὡς σώματος ἀῤῥωστία. Καὶ ταῦτα δείκνυσιν ὁ μέγιστος τῆς ὑπομονῆς ἀθλητὴς, ὃς ἐπειδὴ σωματικῇ περιέπεσε νόσῳ, ἀπαλλαγὴν τῶν κατεχόντων δεινῶν τὴν τελευτὴν εἶναι ἐνόμιζε· καὶ ὅτε μὲν τὰ ἄλλα ἔπασχεν ἅπαντα, οὐδὲ ᾐσθάνετο, καίτοι ἐπαλλήλους δεχόμενος τὰς πληγὰς, καὶ τελευταίαν τὴν καιρίαν. Οὐδὲ γὰρ τοῦτο μικρὸν, ἀλλὰ καὶ τῆς χαλεπωτάτης τοῦ πολεμοῦντος αὐτῷ κακουργίας, τὸ μὴ νεάζοντι,
E μηδὲ νῦν εἰς τοὺς ἀγῶνας καθιέντι πρῶτον, ἀλλ' ἤδη τῇ πυκνότητι τῶν ἐπαλλήλων βελῶν κατειργασμένῳ, τότε τὴν καιρίαν δοῦναι τὴν ἐπὶ τοῖς παισὶ πληγὴν, καὶ ταύτην οὕτω χαλεπῶς, ὡς καὶ ἐξ ἑκατέρας τῆς φύσεως, καὶ πάντας ἀθρόον, καὶ ἐν ἀώρῳ ἡλικίᾳ, καὶ βιαίᾳ τελευτῇ διαφθεῖραι, καὶ τοῦ θανάτου τὸν τρόπον ἐσχεδιασμένον αὐτοῖς ἐργάσασθαι τάφον. Οὐδὲ γὰρ εἶδεν ἐν κλίνῃ κειμένους, οὐδὲ ἐφίλησε
573 χεῖρας, οὐδὲ ἐσχάτων ἤκουσε ῥημάτων, οὐδὲ ποδῶν
A ἥψατο καὶ γονάτων, οὐ στόμα συνεῖλεν, οὐ καθεῖλεν

ὀφθαλμοὺς μελλόντων αὐτῶν τελευτᾶν, ἅπερ οὐ μικρὰ εἰς παραμυθίαν τοῖς παίδων χωριζομένοις πατράσιν· οὐδὲ τοὺς μὲν προέπεμψεν ἐπὶ τὸν τάφον, τοὺς δὲ ἐπανελθὼν εὗρε παραμυθίαν τῶν ἀπελθόντων· ἀλλ' ἐν καιρῷ συμποσίου, συμποσίου οὐ μέθην, ἀλλ' ἀγάπην βρύοντος, ἐν τραπέζῃ φιλαδελφίας, ἐπὶ στιβάδος κειμένους ἤκουσε πάντας καταχεχῶσθαι, καὶ πάντα ὁμοῦ μιγῆναι, τὸ αἷμα, τὸν οἶνον, τὰς κύλικας, τὸν ὄροφον, τὴν τράπεζαν, τὴν κόνιν, τὰ μέλη τῶν παίδων. Ἀλλ' ὅμως ἡνίκα μὲν ταῦτα ἤκουσε, B καὶ πρὸ τούτων τὰ ἄλλα, καὶ αὐτὰ χαλεπά· καὶ γὰρ κἀκεῖνα χαλεπῶς ἀπολώλει· τά τε ποίμνια, καὶ ὁλοκλήρους ἀγέλας, τὰς μὲν ὑπὸ πυρὸς ἄνωθεν κατενεχθέντος ἀνηλῶσθαι ἔλεγεν ὁ πονηρὸς τῆς τραγῳδίας ταύτης ἄγγελος, τὰς δὲ ὑπὸ πολεμίων διαφόρων ἀθρόον πάσας ἀναρπαγῆναι, καὶ κατακοπῆναι σὺν αὐτοῖς τοῖς ποιμέσιν· ἀλλ' ὅμως τοσαύτην ζάλην ἐν βραχείᾳ καιροῦ ῥοπῇ διεγερθεῖσαν ὁρῶν ἐπὶ τῶν ἀγρῶν, ἐπὶ τῆς οἰκίας, ἐπὶ τῶν θρεμμάτων, ἐπὶ C τῶν παίδων, ἐπάλληλα τὰ κύματα, καὶ τὰς σπιλάδας συνεχεῖς, καὶ τὸν ζόφον βαθὺν, καὶ τὸ κλυδώνιον ἀφόρητον, οὔτε ἀθυμίᾳ κατετείνετο, οὔτε ᾐσθάνετο σχεδὸν τῶν γεγενημένων, πλὴν τοσοῦτον ὅσον ἄνθρωπος ἦν καὶ πατήρ. Ἐπειδὴ δὲ νόσῳ παρεδόθη καὶ ἕλκεσι, τότε καὶ θάνατον ἐπεζήτει, τότε καὶ ἀπωδύρετο, καὶ ἐθρήνει, ἵνα μάθῃς πῶς τοῦτο πάντων ἐστὶ χαλεπώτερον, καὶ τῆς ὑπομονῆς τὸ ἄκρον εἶδος. Καὶ τοῦτο οὐδὲ αὐτὸς ὁ πονηρὸς ἀγνοεῖ δαίμων· ἀλλ' D ἐπειδὴ πάντα ἐκεῖνα κινήσας, ἑώρα τὸν ἀθλητὴν ἀτάραχον μένοντα καὶ ἀθόρυβον, ὡς ἐπὶ μέγιστον ἆθλον τοῦτον ὥρμησε, λέγων, ὅτι τὰ μὲν ἄλλα πάντα φορητὰ, κἂν παῖδά τις ἀποβάλῃ, κἂν κτήματα, κἂν ἀλλοτιοῦν (τοῦτο γάρ ἐστι, Δέρμα ὑπὲρ δέρματος), ἡ δὲ καιρία πληγὴ, ὅταν ἐν σώματί τις δέξηται τὰς ὀδύνας. Διά τοι τοῦτο μετὰ τὸν ἆθλον τοῦτον ἡττηθεὶς, οὐδὲ γρῦξαι ἔσχεν, εἰ καὶ τὰ μάλιστα καὶ τὰ πρότερα ἀναισχύντως ἀντέλεγεν. Ἐνταῦθα μέντοι οὐδὲ ἀναίσχυντον πλάσαι τι λοιπὸν εὗρεν, ἀλλ' ἐγκαλυψάμενος ἀνεχώρησεν.

tum, inferret, idque tam graviter et acerbe, ut ex utroque sexu omnes subito, et immatura ætate, et violenta morte opprimeret, ac mortis modum extemporaneum ipsis tumulum efficeret. Neque enim pater jacentes in lecto vidit, nec manus exosculatus est, nec extrema verba excepit, nec pedes et genua tetigit, nec moribundorum ora contraxit, oculosque clausit; quæ quidem parentibus, cum a filiis divelluntur, non parvam consolationem afferunt; nec aliis ad sepulcrum præmissis alios domi invenit, ex quorum aspectu mœrorem, quem ii qui e vita excesserant, ipsi afferebant, minueret: verum convivii tempore, et quidem convivii, non temulentia, sed caritate conferti, in fraterni amoris mensa, super torum jacentes, omnes defossos atque obrutos esse audivit, omniaque inter se mixta fuisse, nimirum cruorem, domum, pocula, tectum, mensam, pulverem, membra filiorum. Et tamen cum hæc audiisset, ac prius etiam alia quæ et ipsa gravia et acerba erant; nam et illi alia misere perierant; pecudum greges, et universa armenta, partim igne cælitus lapso absumta, partim a variis hostibus repente abrepta, et cum ipsis pastoribus concisa et obtruncata fuisse improbus hujus tragœdiæ nuntius referebat; cum, inquam, tantam in agris, domi, in pecudibus, in liberis tempestatem brevi temporis momento excitatam, fluctusque fluctibus succedentes, et continuos scopulos, et profundam caliginem, et intolerandos fluctus conspiceret: nec mœrore premebatur, nec ea quæ acciderant pene sentiebat, hoc est, hactenus dumtaxat, quatenus homo, et pater erat. At posteaquam morbo atque ulceribus deditus est, tum vero et mortem exoptabat, et in luctu ac lamentis versabatur. Ex quo intelligas licet, hoc omnibus rebus adversis gravius esse, ac summum patientiæ genus. Atque hoc ne perversus quidem dæmon ignorabat; ac proinde, cum omnibus illis rebus tentatis pugilem tranquillum et a perturbatione immunem manere perspiceret, ad hoc certamen, tanquam omnium maximum, se contulit, cætera videlicet omnia tolerabilia esse ducens, etiamsi quis liberos, etiamsi fortunas, etiamsi quidquam aliud amittat (id enim his verbis designatur, *Pellem pro pelle*), J. b. 2. 4. at eam demum mortiferam plagam esse, cum quispiam in corpore dolores excepit. Quocirca post hoc certamen superatus, ne hiscere quidem ausus est: cum alioqui prius impudentissime obniteretur ac contra pugnaret. Hic, inquam, jam ne impudens quidem aliquid reperire potuit, quod fingeret: verum pudore suffusus pedem retulit.

3. Verum ne hoc tibi ad excusandum mortis
desiderium idoneum esse ducas, quod ille dolo-
rum vim et acerbitatem non ferens, mortem ex-
optaret. In mentem enim tibi veniat, quonam ille
tempore, quoque rerum statu eam expetebat:
hoc est, cum nec lex data esset, nec prophetæ
exstitissent, nec gratia ita diffusa esset, nec ipse
alia divinæ philosophiæ genera percepisset. Nam
quod a nobis plura, quam ab illis qui tum vive-
bant, requirantur, majoresque nobis palæstræ
Matth. 5. 20. constitutæ sint, audi Christum dicentem: *Nisi
abundaverit justitia vestra plusquam scriba-
rum et Pharisæorum, non intrabitis in re-
gnum cælorum.* Quamobrem ne mortem nunc
exoptare, culpa carere existimes, verum hanc
Philipp. 1. 23. 24. Pauli vocem audias: *Dissolvi et esse cum
Christo multo melius est: manere autem in
carne, necessarium propter vos.* Quanto enim
magis ingravescit calamitas, tanto etiam magis
exuberant coronæ: quanto magis aurum in-
flammatur, tanto etiam purius redditur: quanto
longius navigat mercator, tanto plures merces
cumulat. Quocirca ne parvum nunc tibi propo-
situm esse certamen putes, verum omnium quæ
sustinuisti altissimum maximeque sublime, de
eo loquor quod in corporis adversa valetudine
Luc. 16. situm est. Nam et Lazaro (licet enim hoc exem-
plo sæpe ad te usus sim, quo minus tamen nunc
adhuc eo utar nihil prohibet) ad salutem hoc sa-
tis fuit; atque in sinum ejus, qui communem
omnibus prætereuntibus domum habuit, et pro-
pter Dei jussum atque imperium perpetuo extorris
fuit, ac germanum et unicum filium, in senectute
acceptum obtruncavit, is qui nihil horum fece-
rat, idcirco abscessit, quia paupertatem et mor-
bum, ac patronorum inopiam æquo et facili
animo tulit. Tantum enim bonum istud est iis,
qui forti ac strenuo animo aliquid ferunt, ut etiam-
si hominem aliquem, qui maximis peccatis sese
devinxerit, nanciscatur, gravissima peccatorum
sarcina eum liberet: sin autem probum virum
ac multis muneribus perfunctum, ei non exi-
guum, sed perquam ingentem fiduciæ cumulum
afferat. Siquidem justis splendida corona est, so-
lisque fulgorem incredibili quodam intervallo su-
perans, et iis qui in peccatum lapsi sunt, maxima
expiatio. Eaque de causa eum quoque qui pater-
num matrimonium violaverat, ipsiusque lectum
contaminarat, Paulus in interitum carnis tradit:
hac videlicet eum ratione purgans. Nam quod ea
re tanta macula purgaretur, audi eum dicentem:
1. Cor. 5. 5. *Ut spiritus salvus sit in die Domini nostri*

E Ἀλλὰ μὴ νόμιζέ σοι τοῦτο ἀπολογίαν εἶναι εἰς
τὸ καὶ αὐτῆς ἐπιθυμεῖν τελευτῆς, εἰ ἐκεῖνος ἐπεθύμει
θανάτου, τὰς ὀδύνας οὐ φέρων. Ἐννόησον γὰρ πότε
ἐκεῖνος ἐπεθύμει, καὶ πῶς τῶν πραγμάτων διακειμέ-
νων, οὐ νόμου δοθέντος, οὐ προφητῶν φανέντων, οὐ
τῆς χάριτος οὕτως ἐκχυθείσης, οὐδὲ ἄλλης φιλοσο-
φίας μετασχών. Ὅτι γὰρ ἡμεῖς τῶν τότε πολιτευο-
μένων πλείονα ἀπαιτούμεθα, καὶ μείζονα ἡμῖν κεῖ-
ται τὰ σκάμματα, ἄκουσον τοῦ Χριστοῦ λέγοντος·
Ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν πλέον τῶν
γραμματέων καὶ Φαρισαίων, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν
574 A βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Μὴ τοίνυν τὸ εὔχεσθαι νῦν
τὴν τελευτὴν, ἀπηλλάχθαι ἐγκλήματος νόμιζε, ἀλλ'
ἄκουε τῆς τοῦ Παύλου φωνῆς τῆς λεγούσης· Τὸ ἀνα-
λῦσαι καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι πολλῷ μᾶλλον κρεῖσσον,
τὸ δὲ ἐπιμεῖναι τῇ σαρκὶ ἀναγκαιότερον δι' ὑμᾶς.
Ὅσῳ γὰρ ἂν ἐπιτείνηται τὰ τῆς θλίψεως, τοσούτῳ
πλεονάζει καὶ τὰ τῶν στεφάνων· ὅσῳ ἂν πυρωθῇ τὸ
χρυσίον, τοσούτῳ καθαρώτερον γίνεται· ὅσῳ μακρό-
τερον ἂν πλεύσῃ πέλαγος ἔμπορος, τοσούτῳ πλείονα
συνάγει τὰ φορτία. Μὴ τοίνυν νομίσῃς μικρόν σοι
προκεῖσθαι νῦν ἆθλον, ἀλλὰ πάντων ὧν ὑπομεμένηκας
B τὸν ὑψηλότερον, τὸν ἐπὶ τῇ τοῦ σώματος ἀῤῥωστίᾳ
λέγω. Καὶ γὰρ καὶ τῷ Λαζάρῳ (εἰ γὰρ καὶ πολλάκις
τοῦτο εἴρηκα πρὸς σὲ, οὐδὲν κωλύει καὶ νῦν εἰπεῖν)
ἤρκεσε τοῦτο εἰς σωτηρίαν· καὶ τοῦ κοινὴν τὴν οἰκίαν
τοῖς παριοῦσι κεκτημένου, καὶ μετανάστου συνεχῶς
γινομένου διὰ τὸ τοῦ Θεοῦ πρόσταγμα, καὶ τὸν υἱὸν κα-
τασφάξαντος τὸν γνήσιον, τὸν μονογενῆ, τὸν ἐν ἐσχάτῳ
γήρᾳ δοθέντα, ὁ μηδὲν τούτων πεποιηκὼς εἰς τοὺς κόλ-
πους ἀπῄει, ἐπειδὴ ἤνεγκεν εὐκόλως πενίαν, καὶ ἀῤῥω-
στίαν καὶ τὴν τῶν προστησομένων ἐρημίαν. Τοσοῦτον
γάρ ἐστιν ἀγαθὸν τοῦτο τοῖς γενναίως φέρουσί τι, ὅτι
C κἂν τὰ μέγιστα ἡμαρτηκότα τινὰ εὕρῃ, ἀπαλλάττει
τοῦ βαρυτάτου τῶν ἁμαρτιῶν φορτίου· κἂν κατωρ-
θωκότα καὶ δίκαιον ὄντα, οὐ μικρᾶς, ἀλλὰ καὶ σφό-
δρα μεγίστης παῤῥησίας γίνεται προσθήκη. Καὶ γὰρ
καὶ στέφανός ἐστι λαμπρὸς ἐπὶ τῶν δικαίων, καὶ ὑπὲρ
τὸν ἥλιον μεθ' ὑπερβολῆς λάμπων, καὶ καθάρσιον
μέγιστον ἐπὶ τῶν ἡμαρτηκότων. Διά τοι τοῦτο τὸν
διορύξαντα γάμον πατρῷον, καὶ τὴν εὐνὴν διαφθεί-
ραντα τὴν ἐκείνου, εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκὸς παραδί-
δωσιν ὁ Παῦλος, τούτῳ καθαίρων αὐτὸν τῷ τρόπῳ.
Ὅτι γὰρ καθάρσιον τὸ γινόμενον ἦν τῆς τοσαύτης
D κηλῖδος, ἄκουσον αὐτοῦ λέγοντος, Ἵνα τὸ πνεῦμα
σωθῇ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Καὶ ἑτέροις δὲ ἐγκαλῶν φρικωδεστάτην ἑτέραν ἁμαρτίαν, τοῖς τῆς ἱερᾶς τραπέζης ἀναξίως ἀπολαύουσι καὶ τῶν ἀποῤῥήτων μυστηρίων ἐκείνων, καὶ εἰπὼν, ὅτι ὁ τοιοῦτος Ἔνοχος ἔσται τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Κυρίου· ὅρα πῶς φησι καὶ αὐτοὺς καθαίρεσθαι τῆς χαλεπῆς ταύτης κηλῖδος, οὕτω λέγων· Διὰ τοῦτο ἐν ὑμῖν πολλοὶ ἀσθενεῖς καὶ ἄῤῥωστοι. Εἶτα δεικνὺς ὅτι οὐ μέχρι τῆς τιμωρίας ταύτης στήσεται τὰ ἐκείνων, ἀλλ' ἔσται τι κέρδος ἀπὸ τοῦ πράγματος, τὸ τῶν εὐθυνῶν τῶν ἐπὶ τῇ ἁμαρτίᾳ ταύτῃ ἀπαλλα-
E γῆναι, ἐπήγαγεν· Εἰ γὰρ ἑαυτοὺς διεκρίνομεν, οὐκ ἂν ἐκρινόμεθα. Νῦν δὲ κρινόμενοι, ὑπὸ Κυρίου παιδευόμεθα, ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν. Ὅτι δὲ καὶ οἱ τὰ μεγάλα κατωρθωκότες ἐντεῦθεν πολλὰ κερδαίνουσιν, ἀπό τε τοῦ Ἰὼβ δῆλον μειζόνως ἐντεῦθεν λάμψαντος, ἀπό τε τοῦ Τιμοθέου, ὃς οὕτω καλὸς ὢν, καὶ τοιαύτην διακονίαν ἐγκεχειρισμένος, καὶ συμπεριιπτάμενος Παύλῳ τὴν οἰκουμένην, οὐ δύο καὶ τρεῖς ἡμέρας, οὐδὲ δέκα, καὶ εἴκοσι, καὶ ἑκατὸν,
575 A ἀλλὰ πολλὰς καὶ συνεχεῖς ἐν ἀῤῥωστίᾳ ἔζη, τοῦ σώματος αὐτῷ μετὰ πολλῆς τῆς σφοδρότητος ἐξησθενημένου. Καὶ τοῦτο δηλῶν ὁ Παῦλος ἔλεγεν· Οἴνῳ ὀλίγῳ χρῶ διὰ τὸν στόμαχόν σου, καὶ τὰς πυκνάς σου ἀσθενείας. Καὶ οὐ διώρθωσεν αὐτοῦ τὴν ἀσθένειαν ὁ νεκροὺς ἐγείρων, ἀλλ' ἀφῆκεν εἶναι ἐν τῇ καμίνῳ τῆς νόσου, ὥστε μέγιστον αὐτῷ καὶ ἐντεῦθεν συναχθῆναι παῤῥησίας πλοῦτον. Ὧν γὰρ αὐτὸς ἀπολέλαυκε παρὰ τοῦ Δεσπότου, καὶ ἅπερ ἐπαιδεύθη παρ' ἐκείνου, ταῦτα καὶ τὸν μαθητὴν ἐδίδασκεν. Εἰ γὰρ καὶ μὴ ἀῤῥωστίᾳ περιέπιπτεν, ἀλλ' ἀῤῥωστίας οὐκ ἔλαττον
B πειρασμοὶ αὐτὸν κολαφίζουσι, καὶ πολλὴν ὀδύνην ἐπιφέρουσι τῇ σαρκί. Ἐδόθη γάρ μοι, φησὶ, σκόλοψ τῇ σαρκὶ ἄγγελος Σατᾶν, ἵνα με κολαφίζῃ· τὰς πληγὰς λέγων, τὰ δεσμὰ, τὰς ἁλύσεις, τὰ δεσμωτήρια, τὸ ἄγεσθαι, καὶ σπαράττεσθαι [a] καὶ κατατείνεσθαι μάστιξιν ὑπὸ δημίων πολλάκις. Διὸ καὶ μὴ φέρων τὰς ὀδύνας τὰς ἐντεῦθεν τῇ σαρκὶ προσγινομένας, ἔλεγεν· Ὑπὲρ τούτου τρὶς τὸν Κύριον παρεκάλεσα (τρὶς ἐνταῦθα τὸ πολλάκις λέγων), ὥστε ἐλευθερωθῆναι τοῦ σκόλοπος τούτου. Εἶτα ἐπειδὴ οὐκ ἐπέτυχε, μαθὼν τοῦ πράγματος τὸ κέρδος, καὶ ἡσύχασε, καὶ ἥσθη ἐπὶ τοῖς
C γινομένοις. Καὶ σὺ τοίνυν κἂν οἴκοι μένῃς, καὶ τῇ κλίνῃ προσηλωμένη ᾖς, μὴ νόμιζε ἀργὸν βίον ζῆν· τῶν γὰρ ὑπὸ δημίων ἑλκομένων, σπαραττομένων,

[a] Tres Mss. καὶ κατατείνεσθαι, προτείνεσθαι μάστιξιν

Jesu Christi. Quin etiam cum aliis maxime horrendum crimen objiceret, hoc est iis qui sacrosancta mensa et arcanis illis mysteriis indigne fruuntur, dixissetque eum qui id sceleris admisisset, reum fore corporis et sanguinis Domini, vide quanam ratione hos etiam ab hac fœda et 1. *Cor.* 11.
gravi macula repurgari atque abstergi dicat, his 27.
verbis utens, *Propterea inter vos multi infir-* *Ibid.* v. 30.
mi et imbecilles. Ac postea illud demonstrans, res eorum non in hoc supplicio mansuras esse, verum nonnihil lucri atque utilitatis hinc rediturum, nempe ut sceleris pœnis hac ratione liberemur, hæc verba subjungit : *Si enim nos-* *Ibid.* v. 31.
ipsos judicaremus, non utique judicaremur. 32.
Dum judicamur autem, a Domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur. Quod autem etiam ii, qui multa recte et cum virtute gesserunt, plurimum hinc lucri referant, tum ex Job liquido perspicitur, qui majorem hinc splendorem consecutus est, tum ex Timotheo, qui, cum et a vitio alienus esset, et tantum munus administraret, et cum Paulo orbem circumvolaret, non duos aut tres dies, non decem, aut viginti, aut centum, sed multo plures, imo assidue in morbo versabatur, atque ingenti corporis imbecillitate laborabat. Quod quidem etiam Paulus indicans, his verbis utebatur : *Modico vino* 1. *Tim.* 5.
utere propter stomachum tuum, et frequen- 23.
tes tuas infirmitates. Nec ipsius morbum profligavit is qui mortuos ad vitam revocabat, verum eum in morbi fornace versari permisit, quo amplissimæ libertatis ac fiduciæ opes hinc ipsi cogerentur. Nam quæ a Domino ipse perceperat quæque ab eo didicerat, eadem quoque discipulo tradebat. Quamvis enim ipse in morbum minime laberetur, et tentationes tamen eum non minus quam morbi, tamquam impactis colaphis torquebant, et multum carni dolorem inurebant. *Datus* 2. *Cor.* 12.
est enim *mihi*, inquit, *stimulus carnis, angelus* 7.
Satanæ, qui me colaphizet, his nimirum verbis vincula, et catenas, et carcerem intelligens, illudque etiam, quod raptaretur, ac laceraretur, virgisque a carnificibus sæpius excruciaretur. Quamobrem etiam dolores eos, qui hinc carni accedebant, non ferens, hunc sermonem habebat : *Propter hoc ter Dominum rogavi* (ter autem 2. *Cor.* 12.
hoc loco sæpe significat), *ut ab hoc stimulo li-* 8.
berarer. Postquam autem id minime obtinuit, quantaque hujus rei utilitas esset, intellexit, tum vero conquievit, atque ex iis quæ fiebant vo-

Morbus non est otium.

luptatem cepit. Et tu quoque, etiamsi domi maneas lectoque affixa sis, ne propterea inertem vitam ducere te existimes. Siquidem iis, qui a carnificibus raptantur, lacerantur, excruciantur, atque extremis suppliciis mactantur, graviora et atrociora sustines, nimirum summam hujus morbi acerbitatem domestici atque intestini tortoris loco habens.

4. Quæ cum ita sint, cave aut mortem nunc expetas, aut corpus curare negligas : neque enim hoc tutum fuerit. Ac propterea Paulus quoque Timotheum, ut valetudini suæ diligenter consulat, admonet. Sed de morbo satis multa a nobis verba facta sunt. Quod si tibi mœroris causam id affert, quod a nobis sejuncta sis, hujus etiam rei lætum finem exspecta. Atque hoc non consolandi animi tui causa nunc dico, sed quia exploratum mihi est ita fore. Nam nisi ita futurum esset, jampridem, nisi me opinio fallit, quantum quidem ad illatas mihi calamitates attinet, e vita cessissem. Ut enim etiam omnia quæ Constantinopoli perpessus sum, prætercam, quanta, posteaquam ex urbe excessi, in tam longo ac molesto itinere pertulerim; quorum multa erant ejusmodi, ut mortem afferre possent; quanta postquam huc veni, quanta postquam Cucuso migravi, quanta denique postquam Arabissi commoratus sum, intelligere tibi licet. At hæc omnia effugimus, ac nunc percommoda valetudine utimur, atque in magna securitate sumus : adeo ut Armenii ad stuporem usque mirentur, me in tam imbecilli et gracili corpore tam intolerandam frigoris vim perferre, ac spiritum ducere posse, cum ii etiam qui hiemi assueti sunt, hinc non vulgarem in modum afficiantur. At nos ad hunc usque diem illæsi atque incolumes mansimus : et prædonum manus effugimus, qui sæpe in nos impetum fecerunt, et rerum necessariarum inopia laboramus, ac ne balneo quidem uti nobis licet. Atqui, cum istic degeremus, eo nobis assidue opus erat : nunc autem in eum statum atque habitum evasimus, ut ne hujusmodi quidem solatii cupiditate teneamur, verum majorem sanitatem consequuti simus, quam ut illud adhibere necesse habeamus. Ac nec cæli intemperies, nec locorum solitudo, nec rerum venalium angustia, nec eorum, a quibus curemur, inopia, nec medicorum inscitia, nec balneorum penuria, nec quod perpetuo in cubiculo tamquam ergastulo clausi teneamur, nec quod progredi nequeamus; quod quidem nobis assidue facere necesse erat; nec quod semper cum fumo atque igne si-

Chrysostomus putat ab exilio se rediturum esse.

In Armenia exultat Chrysost.

τεινομένων, τῶν τὰ ἔσχατα πασχόντων χαλεπώτερα ὑπομένεις, δήμιον διηνεχῆ καὶ σύνοικον ἔχουσα, τῆς ἀῤῥωστίας ταύτης τὴν ὑπερβολήν.

Μὴ τοίνυν μήτε τελευτῆς ἐπιθύμει νῦν, μήτε ἀμέλει θεραπείας· οὐδὲ γὰρ τοῦτο ἀσφαλές. Διά τοι τοῦτο καὶ Τιμοθέῳ παραινεῖ σφόδρα ἐπιμελεῖσθαι ἑαυτοῦ ὁ
D Παῦλος. Τῆς μὲν οὖν ἀῤῥωστίας ἕνεκεν ἀρκεῖ ταῦτα εἰπεῖν. Εἰ δὲ τὸ κεχωρίσθαι ἡμῶν ποιεῖ σοι τὴν ἀθυμίαν, προσδόκα τούτου λύσιν. Καὶ τοῦτο οὐχ ἵνα παρακαλέσω σε, εἶπον νῦν, ἀλλ' οἶδα ὅτι πάντως ἔσται. Εἰ γὰρ μὴ ἔμελλεν ἔσεσθαι, πάλαι ἂν, ὡς ἔγωγε οἶμαι, ἀπεληλύθειν ἐντεῦθεν, τό γε ἧκον εἰς τοὺς ἐπενεχθέντας μοι πειρασμούς. Ἵνα γὰρ τὰ ἐν Κωνσταντινουπόλει παρῶ πάντα, μετὰ τὴν ἐκεῖθεν ἔξοδον, ἔξεστι μαθεῖν ὅσα κατὰ τὴν ὁδὸν τὴν μακρὰν ταύτην
E καὶ χαλεπὴν, ὧν τὰ πλείω ἱκανὰ ἦν θάνατον τεκεῖν, ὑπομεμένηκα, ὅσα μετὰ τὴν ἐνταῦθα ἄφιξιν, ὅσα μετὰ τὴν μετανάστασιν τὴν ἀπὸ Κουκουσοῦ, ὅσα μετὰ τὴν ἐν Ἀραβισσῷ διατριβήν. Ἀλλὰ ταῦτα πάντα διεφύγομεν, καὶ νῦν ἐσμεν ἐν ὑγιείᾳ καὶ ἀσφαλείᾳ πολλῇ, ὡς καὶ Ἀρμενίους πάντας ἐκπλήττεσθαι, ὅτι ἐν οὕτως ἀσθενεῖ σώματι καὶ ἀραχνώδει οὕτως ἀφόρητον φέρω κρυμὸν, ὅτι ἀναπνεῖν δύναμαι, τῶν ἐθάδων τοῦ χει-
576 A μῶνος οὐ τὰ τυχόντα ἐντεῦθεν πασχόντων. Ἀλλ' ἡμεῖς ἐμείναμεν ἀβλαβεῖς μέχρι τῆς σήμερον, καὶ λῃστῶν χεῖρας διαφυγόντες πολλάκις ἐπελθόντων, καὶ ἀπορίᾳ ἀναγκαίων συζῶντες, καὶ μηδὲ βαλανείῳ χρῆσθαι δυνάμενοι· καίτοι ἡνίκα αὐτόθι διετρίβομεν, συνεχῶς τούτου δεόμενοι, νῦν δὲ ἐν τοιαύτῃ ἕξει κατέστημεν, ὡς μηδὲ ἐπιθυμεῖν τῆς ἐντεῦθεν παραμυθίας, ἀλλὰ καὶ ὑγιεινότεροι ταύτῃ γενέσθαι. Καὶ οὔτε ἀέρων δυσκολία, οὐ τόπων ἐρημία, οὐκ ὠνίων στενοχωρία, οὐ τῶν θεραπευσόντων ἐρημία, οὐκ ἰατρῶν ἀμα-
B θία, οὐ βαλανείων ἀπορία, οὐ τὸ διόλου, καθάπερ ἐν δεσμωτηρίῳ, ἐν ἑνὶ οἰκήματι καθεῖρχθαι, οὐ τὸ μὴ κινεῖσθαι, οὗπερ ἀεὶ συνεχῶς ἐδεόμην, οὐ τὸ καπνῷ καὶ πυρὶ διηνεκῶς ὁμιλεῖν, οὐ λῃστῶν φόβος, οὐ πολιορκία διηνεκὴς, οὐκ ἄλλο τῶν τοιούτων οὐδὲν ἡμῶν

περιγέγονεν· [a] ἀλλ' ὑγιεινότερον διακείμεθα ἢ αὐτόθι ἦμεν, πολλῇ μέντοι κεχρημένοι τῇ ἐπιμελείᾳ. Ταῦτα οὖν πάντα λογιζομένη, διακρούου τὴν κατέχουσάν σε νῦν ὑπὲρ τούτων ἀθυμίαν, καὶ μὴ σαυτὴν ἀπαίτει δίκας περιττὰς καὶ χαλεπάς. Ἔπεμψά σοι ἅπερ ἔγραψα C πρώην, ὅτι τὸν ἑαυτὸν οὐκ ἀδικοῦντα οὐδεὶς ἕτερος παραβλάψαι δυνήσεται· καὶ τοῦτον ἠγωνίσατο τὸν ἀγῶνα ὁ λόγος, ὃν ἀπέσταλκά σου τῇ τιμιότητι νῦν. Συνεχῶς δὴ οὖν αὐτὸν ἐπέρχου· εἰ δὲ ὑγιαίνοις, καὶ ἐπὶ γλώττης φέρε. Ἱκανὸν γὰρ ἔσται σοι φάρμακον, ἐὰν ἐθέλοις. Εἰ δὲ φιλονεικοίης ἡμῖν, καὶ μήτε θεραπεύοις σαυτὴν, μήτε μυρίας ἀπολαύουσα παραινέσεώς τε καὶ παρακλήσεως, βουληθείης ἀνεγκεῖν ἐκ τῶν τελμάτων τῆς ἀθυμίας, οὐ ῥᾳδίως οὐδὲ ἡμεῖς ὑπακουσόμεθα πρὸς τὸ πυκνάς σοι καὶ μακρὰς πέμ- D πειν ἐπιστολὰς, εἰ μηδὲν μέλλοις ἐντεῦθεν κερδαίνειν εἰς εὐθυμίαν. Πῶς οὖν τοῦτο εἰσόμεθα; Οὐκ ἐὰν λέγῃς, ἀλλ' ἐὰν διὰ τῶν πραγμάτων δεικνύῃς, ἐπεὶ καὶ νῦν ἔφης μηδὲν τῶν ἄλλων, ἀλλὰ τὴν ἀθυμίαν σοι τὴν νόσον εἰργάσθαι ταύτην. Ἐπεὶ οὖν αὐτὴ τοῦτο ὡμολόγησας, ἂν μὴ τῆς ἀῤῥωστίας ἀπαλλαγῇς, οὐ πεισόμεθα, ὅτι καὶ τῆς ἀθυμίας ἀπήλλαξαι. Εἰ γὰρ αὕτη ἐστὶν ἡ τὴν νόσον ποιοῦσα, καθὼς καὶ αὐτὴ ἐπέσταλκας, εὔδηλον ὅτι λυθείσης αὐτῆς κἀκείνη συναναιρεθήσεται, καὶ τῆς ῥίζης ἀνασπασθείσης, καὶ οἱ ταύτης E συναπόλλυνται κλάδοι. Ὡς ἐὰν μένωσιν ἀνθοῦντες καὶ ἀκμάζοντες, καὶ καρπὸν φέροντες τὸν οὐ πρέποντα, οὐ δυνάμεθα πεισθῆναι, ὅτι τῆς ῥίζης ἠλευθέρωσαι. Μὴ τοίνυν μοι ῥήματα, ἀλλὰ πράγματα δεῖξον, κἂν ὑγιαίνῃς, ὄψει πάλιν ἐπιστολὰς πεμπομένας σοι λόγων ὑπερβαινούσας μέτρον. Μὴ δὴ μικρὰν νόμιζέ σοι παράκλησιν εἶναι, ὅτι ζῶμεν, ὅτι ὑγιαίνομεν, ὅτι ἐν τοσαύταις πραγμάτων ὄντες περιστάσεσιν, νόσου καὶ 577 A ἀῤῥωστίας ἀπηλλάγμεθα, ὃ τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν, ὡς ἔγνων, σφόδρα λυπεῖ καὶ ὀδυνᾷ. Ἀκόλουθον οὖν καὶ ὑμᾶς μεγίστην ταύτην ἡγεῖσθαι παράκλησιν, καὶ κεφάλαιον παραμυθίας. Μὴ κάλει τὴν συνοδίαν σου ἔρημον, τὴν νῦν μειζόνως ἐν οὐρανοῖς ἐγγεγραμμένην διὰ τῶν παθημάτων, ὧν ὑπομένει. Σφόδρα ἤλγησα

[a] Duo Mss. ἀλλ' ὑγιεινότεροι.

mus, nec prædonum metus, nec perpetua obsidio, nec denique quidquam aliud hujusmodi nos fregit ac superavit: verum melius commodiusque, quam cum istic essemus, adhibita tamen ingenti cura, valemus. Hæc igitur omnia tecum reputans, mœrorem, qui his de causis nunc te tenet, propelle, nec supervacaneas et graves a te ipsa pœnas exige. Mitto ad te id quod nuper literis mandavi, nempe eum qui seipsum non læserit, a nemine alio lædi posse: hoc quippe contendit, atque in eo elaborat ea oratio, quam nunc ad te mitto. Quare fac eam assidue pervolvas, imo etiam, si per valetudinem licet, recites. Id enim pharmacum, si quidem volueris, tibi sufficit. Sin autem nobis pertinacius obluctaris, ac neque teipsam cures, nec, quamvis innumeras admonitiones et cohortationes præsto habeas, e mœroris tamen cœno emergere animum inducas: nos quoque haud facile tibi morem geremus, neque adducemur ut longas et crebras epistolas mittamus, si nihil ad animi alacritatem hinc fructus atque utilitatis perceptura es. Quonam igitur pacto id sciemus? Non si dixeris, sed si ex rebus ipsis declararis, quandoquidem nunc quoque hoc confirmasti, nihil aliud quam mœrorem hunc tibi morbum conflavisse. Quoniam igitur hoc ipsa confessa es, nisi morbo libereris, minime nobis fidem facies te animi mœrorem depulisse. Nam cum hic sit, ut ipsamet scripsisti, qui morbum accersat, non est profecto dubium, quin eo sublato morbus quoque de medio tollatur, evulsaque radice una etiam ipsius rami pereant. Nam quamdiu florere ac vigere, fructumque, quem minime par sit, proferre perstiterint, id nobis persuaderi non poterit, te radice liberatam esse. Quocirca, ne mihi verba, sed res ostende: ac si sanitatem obtinueris, literas rursum, quæ orationis modum excedant, ad te mitti videbis. Nec vero levem hanc consolationem existimare debes, quod vivimus, quod valemus, quod, cum in tantis rerum difficultatibus ac molestiis versemur, a morbo tamen et adversa valetudine liberi sumus: quod quidem hostes nostros, ut comperi, non mediocri tristitia et dolore afficit. Quare consentaneum est vos etiam magnam consolationem hanc, atque adeo consolationum caput existimare. Cœtum tuum, qui nunc per eas quas perfert, calamitates magis in cælis ascriptus est, desertum ac destitutum ne voca. De Pelagio monacho magno dolore affectus sum. Cogita igitur quot quantisque coronis digni sint

Liber, quod nemo læditur nisi a seipso.

Hunc Pelagium suggicantur

quidam esse hæresiarcham illum. qui forti animo in acie steterunt, cum viros qui tam pie ac sancte, tantaque cum tolerantia vixerunt, abripi, atque in fraudem impelli videamus.

Ad eamdem epist. V.

Anno ut putatur 406.

1. Vestræ auctæ sunt ærumnæ, latiora rursum vobis scammata, cursuumque longiora spatia constituta sunt: atque eorum qui vobis insidias moliuntur iracundia in majorem flammam assurgit. At minime propterea commoveri ac perturbari debetis, verum hoc ipso potissimum nomine lætari et exsultare, coronisque caput redimire, ac choros agitare. Nam nisi mortiferas prius diabolo plagas intulissetis, non usque adeo fureret hæc bellua, ut ultra progredi auderet. Quamobrem tum vestræ fortitudinis et victoriæ, tum ingentis illius cladis hoc est argumentum, quod ille acrius nunc in vos impetum faciat atque insultet, majorisque impudentiæ documentum edat, ac profusius venenum effundat. Quandoquidem etiam in beato Job, posteaquam in bonorum amissione ac filiorum ereptione victus est, tum quoque se gravibus vulneribus affectum esse perspicue ostendens, ad id quod malorum caput erat, hoc est ad carnis oppugnationem, et vermium scaturiginem, et ulcerum chorum se contulit; chorum enim et coronam, et sexcentarum victoriarum examen appello. Ac ne hic quidem constitit: verum quoniam nulla alia paris momenti machina ei reliqua erat (etenim velut extremam calamitatum lineam ipsi morbum illum invexerat), alia rursum tormenta bellica movebat, uxorem videlicet armans, amicos in eum exstimulans, famulos concitans atque efferos reddens, atque omni ratione ipsius vulnera exulcerans: id quod etiam nunc tentare non desinit; verum in suum ipsius caput; quandoquidem hinc fit ut res vestræ magis splendeant, sublimioresque in dies ac luculentiores fiant: majores enim tunc vobis opes exsistunt, uberior fructus, crebræ atque continuæ coronæ; magnum etiam per ipsas rerum acerbitates vobis fortitudinis incrementum affertur, ac per hostiles insidias acuitur vestra tolerantia. Ea enim est afflictionis natura, ut eos qui eam placido ac strenuo animo ferunt, rebus acerbis superiores, ac diaboli telis sublimiores reddat, insidiasque aspernari doceat. Siquidem et arbores quæ in umbris aluntur, majorem mollitiem contrahunt, atque ad fructuum procreationem minus commodæ redduntur: quæ autem aeris incon-

ὑπὲρ Πελαγίου τοῦ μονάζοντος. Ἐννόησον τοίνυν ὅσων ἄξιοι στεφάνων εἰσὶν οἱ γενναίως στάντες, ὅταν ἄνδρες ἐν τοσαύτῃ ἀσκήσει διαγαγόντες καὶ καρτε-
B ρίᾳ, οὕτω φανῶσιν ὑποσυρόμενοι.

Πρὸς τὴν αὐτὴν ἐπιστολὴ ε'.

Ἐπετάθη τὰ τῆς θλίψεως ὑμῖν, καὶ πλατύτερα πάλιν ἐτέθη τὰ σκάμματα, καὶ μακρότεροι τῶν δρόμων οἱ δίαυλοι, καὶ πρὸς μείζονα φλόγα τῶν ἐπιβουλευόντων ὑμῖν αἴρεται ὁ θυμός. Ἀλλ' οὐ θορυβεῖσθαι, οὐδὲ ταράττεσθαι, ἀλλὰ διὰ ταῦτα μὲν οὖν μάλιστα χαίρειν δεῖ, καὶ σκιρτᾷν, καὶ στεφανοῦσθαι, καὶ χο-
C ρεύειν. Εἰ γὰρ μὴ καιρίας ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐδώκατε τῷ διαβόλῳ τὰς πληγὰς, οὐκ ἂν οὕτως ἠγριώθη τὸ θηρίον, ὡς καὶ περαιτέρω προελθεῖν. Δεῖγμα τοίνυν καὶ τῆς ὑμετέρας ἀνδρείας καὶ νίκης, καὶ τῆς ἥττης ἐκείνου τῆς πολλῆς, τὸ μειζόνως ἐφάλλεσθαι, καὶ ἐπιπηδᾷν, καὶ πλείονα ἐπιδείκνυσθαι τὴν ἀναισχυντίαν, καὶ δαψιλέστερον ἐκχεῖν τὸν ἰόν. Ἐπεὶ καὶ ἐπὶ τοῦ μακαρίου Ἰὼβ, ἐπειδὴ ἐν τῇ τῶν χρημάτων ἀποβολῇ ἡττήθη, καὶ τῇ τῶν παίδων ἀφαιρέσει, δεῖγμα καὶ τότε ἐκφέρων τοῦ χαλεπὰ τραύματα δέξασθαι, ἐπὶ τὸ κεφάλαιον ὥρμησε τῶν κακῶν, τὴν τῆς σαρκὸς πολιορ-
D κίαν, τὴν τῶν σκωλήκων πηγὴν, τὸν τῶν τραυμάτων χορόν· χορὸν γὰρ αὐτὸν ἐγὼ, καὶ στέφανον καλῶ, καὶ μυρίων βραβείων ἑσμόν. Καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα ἔστη· ἀλλ' ἐπειδὴ οὐδὲν ὑπελείπετο ἕτερον αὐτῷ μηχάνημα τοιοῦτον (ὡς γὰρ ἔσχατον ὅρον συμφορῶν, οὕτως τὴν νόσον ἐπήγαγεν ἐκείνην), καὶ ἕτερα πάλιν ἐκίνει μηχανήματα, γυναῖκα ὁπλίζων, τοὺς φίλους παροξύνων, τοὺς οἰκέτας διεγείρων καὶ θηριώδεις ποιῶν, καὶ διὰ πάντων τὰ τραύματα ἀναξαίνων. Ὃ δὴ καὶ νῦν ἐπιχειρῶν οὐ παύεται· ἀλλὰ κατὰ τῆς ἑαυτοῦ κεφαλῆς· ὡς τά γε ὑμέτερα ἐντεῦθεν λαμπρότερα καὶ μείζονα καὶ φαιδρότερα καθ' ἑκάστην γίνεται τὴν
E ἡμέραν, πλείων ὑμῖν ὁ πλοῦτος, δαψιλεστέρα ἡ ἐμπορία, ἐπάλληλοι καὶ συνεχεῖς οἱ στέφανοι, πολλὴ δι' αὐτῶν τῶν δεινῶν τῆς ἀνδρείας ὑμῖν ἡ προσθήκη, καὶ αἱ ἐπιβουλαὶ τῶν ἐχθρῶν ἄλειμμα γίνονται τῆς καρτερίας τῆς ὑμετέρας. Τοιαύτη γὰρ τῆς θλίψεως ἡ φύσις· τοὺς πράως αὐτὴν καὶ γενναίως φέροντας ἀνωτέρους ποιεῖ τῶν δεινῶν, ὑψηλοτέρους τῶν τοῦ διαβόλου βελῶν, καὶ παιδεύει καταφρονεῖν τῶν ἐπιβουλῶν. Ἐπεὶ καὶ τὰ δένδρα τὰ μὲν σκιατροφούμενα,
578 μαλακώτερα γίνεται, καὶ πρὸς τὴν καρπῶν γένεσιν
A ἀχρηστότερα· τὰ δὲ ἀέρων ἀνωμαλίᾳ ὁμιλοῦντα, καὶ πνευμάτων δεχόμενα ἐμβολὰς, καὶ θέρμην ἀκτῖνος, αὐτά τε ἰσχυρότερα καθίσταται, καὶ τοῖς φύλλοις κομᾷ, καὶ τῷ καρπῷ βρίθεται. Οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς θαλάσσης συμβαίνειν εἴωθεν· οἱ μὲν γὰρ πρῶτον ἐπιβάντες νηὸς, κἂν σφόδρα γενναῖοί τινες τυγχάνω-

σιν ὄντες, ὑπὸ τῆς ἀπειρίας ταράττονται, θορυβοῦνται, σκοτοδίνοις ἰλίγγοις κατέχονται· οἱ δὲ πολλὰ διαβάντες πελάγη, καὶ πολλοὺς ὑπομείναντες χειμῶνας, καὶ ὑφάλους, καὶ σκοπέλους, καὶ σπιλάδας, καὶ θηρίων ἐφόδους, καὶ πειρατῶν ἐπιβουλὰς, καὶ καταποντιστῶν, καὶ συνεχῶν ἀνασχόμενοι χειμώνων, τῶν ἐπὶ γῆς λοιπὸν βαδιζόντων θαῤῥαλεώτερον ἐπὶ τῆς νηὸς κάθηνται, οὐχ ἔνδον παρὰ τὴν τρόπιν, ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς ἐνιζάνοντες τοῖς τοίχοις τῆς νηὸς, καὶ ἐπὶ πρώρας καὶ ἐπὶ πρύμνης ἀδεῶς ἱστάμενοι· καὶ οἱ πρὸ τούτου ἐπ' ὄψιν μετὰ τρόμου καὶ φόβου κείμενοι, μετὰ τὴν πολλὴν τοῦ χειμῶνος πεῖραν, καὶ σχοῖνον ἕλκουσι, καὶ ἱστία ἀνάγουσι, καὶ κωπῶν ἅπτονται, καὶ πανταχοῦ τῆς νηὸς μετὰ εὐκολίας περιτρέχουσι. Μηδὲν τοίνυν ὑμᾶς θορυβείτω τῶν συμπιπτόντων. Εἰς τοῦτο γὰρ ἡμᾶς κατέστησαν οἱ ἐχθροὶ ἄκοντες, εἰς τὸ μὴ δύνασθαι κακῶς παθεῖν πάντα μὲν αὐτῶν κενώσαντες τὰ βέλη, οὐδὲν δὲ πλέον ἐντεῦθεν ἀνύσαντες, ἢ τὸ καταισχύνεσθαι, καὶ γελᾶσθαι, καὶ ὥσπερ κοινοὺς τῆς οἰκουμένης ἐχθροὺς, οὕτω [a] πανταχοῦ φαίνεσθαι. Ταῦτα τῶν ἐπιβουλευόντων τὰ ἐπίχειρα, τοῦτο τῶν πολέμων τὸ τέλος. Βαβαὶ, πηλίκον ἐστὶν ἡ ἀρετὴ, καὶ τῶν παρόντων ὑπεροψία πραγμάτων· δι' ἐπιβουλῶν κερδαίνει, διὰ τῶν ἐπιβουλευόντων στεφανοῦται, διὰ τῶν κακῶς ποιούντων διαλάμπει μειζόνως, διὰ τῶν ἐπισύρειν ἐπιχειρούντων ἰσχυροτέρους ποιεῖ τοὺς μετιόντας αὐτὴν, ὑψηλοτέρους, ἀχειρώτους, ἀναλώτους, οὐχ ὅπλων, οὐ δοράτων δεομένους, οὐ τειχῶν, οὐ τάφρων, οὐ πύργων, οὐ χρημάτων, οὐ στρατοπέδων, ἀλλὰ γνώμης στεῤῥᾶς μόνον, καὶ ἀπεριτρέπτου ψυχῆς, καὶ πᾶσαν ἀνθρωπίνην ἐπιβουλὴν ἐλέγχει.

stantiam experiuntur, ac ventorum impetus, ardentesque solis radios excipiunt, plus roboris hinc colligunt, et foliis abundant, ac fructuum copia curvantur. Sic nimirum in mari quoque usu venire consuevit : nam qui primum navem conscendunt, tametsi admodum strenui sint, ob navigandi insolentiam perturbantur, tumultuantur, tenebricosa vertigine corripiuntur : at qui multa maria peragrarunt, ac multas tempestates, et saxa latentia sub undis, et scopulos, et belluarum impetus, et prædonum ac piratarum insidias pertulerunt, et continuas procellas sustinuerunt, fidentiore deinceps animo, quam qui in terra ambulant, in navi sedent, non intus dumtaxat ad carinam, sed etiam in ipsis navis lateribus insidentes, atque tum in prora, tum in puppi sine ullo metu stantes : et qui prius ante omnium oculos cum metu ac tremore jacebant, posteaquam diuturnum tempestatis periculum fecerunt, jam et funem trahunt et vela pandunt, remos capessunt, atque in omnes navis partes facile concursant. Quocirca ne quid eorum quæ accidunt, vos perturbet. Huc enim nos hostes vel inviti redegerunt, ut nullo jam malo affici queamus, quippe qui effusis omnibus suis telis, nullum hinc aliud emolumentum perceperint, quam ut ignominia perfundantur, et irrideantur, atque ut communes orbis universi hostes ubique conspiciantur. Hæc insidiatorum præmia sunt : hic bellorum finis. Papæ, quanta res est virtus, et præsentium rerum contemtio ! per insidias lucra comparat, per insidiatores coronam consequitur, per eos a quibus male mulctatur, illustrius splendet, per eos qui hoc agunt ac moliuntur, ut ipsam dejiciant, homines sui studiosos firmiores, sublimiores, invictos et inexpugnabiles reddit, non lanceis, non mœnibus, non vallo, non turribus, non pecuniis, non militaribus copiis, sed firma tantum voluntate animique constantia opus habentes : ac denique humanas omnes insidias vincit.

Ταῦτα οὖν, δέσποινά μου θεοφιλεστάτη, καὶ σαυτῇ καὶ ταῖς μετὰ σοῦ τὸν καλὸν τοῦτον ἀγῶνα ἀγωνιζομέναις ἐπᾴδουσα, [b] ἀνίστη τὰ φρονήματα πασῶν, συγκροτοῦσά σου τὴν παράταξιν, ὥστε διπλοῦν καὶ τριπλοῦν καὶ πολλαπλασίονα γενέσθαι σοι τὸν στέφανον τῆς ἀρετῆς, δι' ὧν τε αὐτὴ πάσχεις, δι' ὧν τε [c] ἑτέρας εἰς ταῦτα ἐνάγεις· καὶ πείθουσα πάντα πρᾴως φέρειν, καὶ ὑπερορᾷν τῶν σκιῶν, καὶ καταφρονεῖν τῆς τῶν ὀνειράτων ἀπάτης, καὶ κατα-

2. Hæc igitur, religiosissima domina mea, tum tibi ipsi, tum iis quæ tecum præclarum hoc certamen obeunt, accinens, da operam ut omnium animos erigas, tuamque aciem instruas, quo tibi duplex et triplex, ac multo etiam copiosior virtutis corona comparetur, tam per ea quæ ipsa perpeteris, quam quia alios ad eadem subeunda impellis, eosque adducis ut leviter ac placide omnia ferant, et umbras contemnant, atque inso-

[a] Duo Mss. πανταχοῦ φονεύεσθαι.

[b] [Savil. conj. ἀνίστα.]

[c] Iidem ἑτέρους.

mniorum imposturam aspernentur, ac lutum proculcent, nullamque fumi rationem habeant, nec aranearum telas molestiæ quidquam vobis afferre existiment, fœnumque putredini obnoxium prætereant. Nam humanæ felicitatis vanitas id omne est, atque adeo his omnibus rebus vilior. Nec facile quisquam simulacrum ullum reperire queat, quod ipsius vanitatem exacte repræsentet. Siquidem præter hanc vanitatem haud parvum insuper iis qui ipsi inhiant detrimentum affert, non in futuro dumtaxat ævo, sed etiam in præsenti vita, atque ipsismet etiam diebus, quibus magna sibi ex iis voluptate affici videntur. Quemadmodum enim virtus, tum etiam cum bellum adversus eam geritur, exsultat et floret, ac splendidius lucet: eodem modo improbitas, tum etiam cum colitur atque observatur, imbecillitatem suam prodit, atque ingentem risum, comœdiamque omni sermonis facultate superiorem ostendit. Quid enim, quæso, Caino miserabilius fuit, eo etiam tempore quo fratrem vicisse ac superasse atque iniquam illam et exsecrandam iracundiam animique concitationem explevisse videbatur? quid impurius dextra illa, quæ vicisse visa fuit? dextera, inquam, quæ plagam inflixerat et cædem perpetrarat? quid fœdissima illa lingua, quæ fraudem texuerat, et laqueos expanderat? Quid autem membra ea commemoro, quæ cædem admiserant? Nam corpus universum excruciabatur, perpetuo gemitui ac tremori mancipatum. O singularem rerum novitatem! o admirandam victoriam! o novum tropæi genus! Is qui obtruncatus fuerat, atque exanimis jacebat, corona donabatur ac celebrabatur: qui autem vicerat et superior discesserat, non modo coronæ expers manebat, verum hoc etiam nomine in cruciatu versabatur, et intolerando supplicio perpetuoque tormento addicebatur; atque eum qui motu et vita præditus erat, is qui percussus fuerat ac mortem oppetierat, eum qui loquebatur, is qui vocis expers erat, accusabat; imo vero ne mortuus quidem ipse, verum et sanguis, etiam a corpore sejunctus, ad eam rem vel solus sufficiebat. Tanta hominum virtute præditorum, etiam mortuorum, vis est! tanta rursum improborum, etiam viventium, miseria! Porro cum in ipso certamine tanta præmia sint, cogites velim quanta post certamina merces futura sit, cum piis viris præmia referentur, ac bona illa quæ omnem sermonem superant, ipsis

Humanæ felicitatis vanitas.

πατεῖν τὸν πηλὸν, καὶ τοῦ καπνοῦ μηδένα ποιεῖσθαι λόγον, καὶ τὰς ἀράχνας μὴ νομίζειν ὑμῖν διενοχλεῖν, καὶ παρατρέχειν τὸν σηπόμενον χόρτον. Ταῦτα γὰρ ἅπαντα τῆς ἀνθρωπίνης εὐημερίας ἡ ματαιότης, καὶ τούτων δὲ εὐτελέστερα. Καὶ οὐκ ἄν τις ῥᾳδίως εἰκόνα εὕροι ἀκριβῶς αὐτῆς τὴν ματαιότητα παριστῶσαν. 579 Μετὰ γὰρ τῆς οὐδενείας ταύτης οὐ μικρὰν φέρει καὶ A βλάβην τοῖς [a] πρὸς αὐτὰ κεχηνόσιν, οὐκ ἐν τῷ μέλλοντι μόνον αἰῶνι, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ παρόντι βίῳ, καὶ κατὰ ταύτας τὰς ἡμέρας, ἐν αἷς δοκοῦσιν αὐταῖς ἐντρυφᾷν. Καθάπερ γὰρ ἡ ἀρετὴ, καὶ κατ' αὐτὸν τὸν καιρὸν καθ' ὃν πολεμεῖται, σκιρτᾷ καὶ θάλλει, καὶ φαιδροτέρα δείκνυται, οὕτω καὶ ἡ κακία, καὶ κατ' αὐτὸν τὸν καιρὸν καθ' ὃν θεραπεύεται καὶ κολακεύεται, δείκνυσιν αὐτῆς τὴν ἀσθένειαν, καὶ τὸν πολὺν γέλωτα, καὶ τὴν ἄφατον κωμῳδίαν. Τί γὰρ, εἰπέ μοι, τοῦ Κάϊν ἐλεεινότερον γέγονε, καὶ κατ' αὐτὸν τὸν καιρὸν, καθ' B ὃν ἐδόκει κρατεῖν τοῦ ἀδελφοῦ, καὶ περιγεγενῆσθαι, καὶ τοῦ θυμοῦ καὶ τῆς ὀργῆς ἐμπεφορῆσθαι, ἐκείνης τῆς ἀδίκου καὶ μυσαρᾶς; τί δὲ τῆς δεξιᾶς ἐκείνης ἀκαθαρτότερον, τῆς δοκούσης νενικηκέναι, τῆς δεξιᾶς, ἣ τὴν πληγὴν ἐπήγαγεν, καὶ τὸν φόνον εἰργάσατο, καὶ τῆς αἰσχίστης γλώττης, ἣ τὸν δόλον ἔρραψε, καὶ τὰ δίκτυα ἥπλωσεν; Καὶ τί λέγω τὰ μέλη τὰ τὸν φόνον ἐργασάμενα; Καὶ γὰρ ὅλον τὸ σῶμα ἐκολάζετο, τῷ στεναγμῷ, τῷ τρόμῳ διηνεκῶς παραδοθέν. Ὢ καινῶν πραγμάτων· ὢ παραδόξου νίκης· ὢ ξένου τροπαίου. Ὁ μὲν σφαγεὶς καὶ νεκρὸς κείμενος ἐστεφανοῦτο καὶ C ἀνεκηρύττετο· ὁ δὲ νικήσας καὶ περιγεγονὼς, οὐ μόνον [b] ἀστεφάνωτος ἔμενεν, ἀλλὰ δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο ἐκολάζετο, καὶ ἀφορήτοις παρεδίδοτο τιμωρίαις, καὶ διηνεκεῖ βασάνῳ· καὶ τοῦ κινουμένου καὶ ζῶντος καὶ φθεγγομένου ὁ πεπληγὼς καὶ τεθνεὼς, καὶ τοῦ φθεγγομένου ὁ ἄφωνος κατηγόρει· μᾶλλον δὲ οὐδὲ ὁ τεθνεὼς, ἀλλὰ τὸ μὲν αἷμα ψιλὸν, καὶ τοῦ σώματος χωρισθὲν, ἤρκεσεν εἰς τοῦτο μόνον. Τοσαύτη τῶν ἐναρέτων ἡ περιουσία, καὶ τελευτησάντων· τοσαύτη τῶν πονηρῶν ἡ ἀθλιότης, καὶ ζώντων. Εἰ δὲ ἐν τῷ σκάμματι τοιαῦτα τὰ βραβεῖα, ἐννόησον μετὰ τοὺς ἀγῶνας ἡλίκαι αἱ ἀμοιβαὶ, ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἀντιδόσεως, ἐν τῇ χορηγίᾳ τῶν ἀγαθῶν ἐκείνων, τῶν πάντα ὑπερβαινόντων λόγον. D Τὰ μὲν γὰρ λυπηρὰ, οἷα ἂν ᾖ, παρὰ ἀνθρώπων ἐπάγεται, καὶ μιμεῖται τῶν ἐπιφερόντων τὴν εὐτέλειαν· τὰ δὲ δῶρα καὶ αἱ ἀμοιβαὶ παρὰ τοῦ Θεοῦ δίδονται· διὸ καὶ τοιαῦτά ἐστιν, οἷα εἰκὸς παρὰ τῆς ἀφάτου δωρεᾶς ἐκείνης διδόμενα. Χαῖρε τοίνυν καὶ εὐφραίνου, στεφανηφοροῦσα, πομπεύουσα, τὰ κέντρα τῶν ἐχθρῶν καταπατοῦσα μᾶλλον, ἢ πηλὸν ἕτεροι. Καὶ δήλου συνεχῶς ἡμῖν τὰ περὶ τῆς ὑγιείας

[a] Iidem πρὸς αὐτήν. Paulo post duo Mss. δοκοῦσιν αὐτῆς ἐντρυφᾷν, unus αὐτοῖς. Edit. αὐταῖς.

[b] Duo Mss. ἀστεφάνωτος ἀπῄει.

σου, ἵνα καὶ ἐντεῦθεν πολλὴν καρπωσώμεθα τὴν εὐφροσύνην. Οἶσθα γὰρ ὡς οὐ μικρὰ ἡμῖν ἔσται παραμυθία, καὶ ἐν ἐρημίᾳ καθημένοις, ὅταν συνεχῶς μανθάνωμεν περὶ τῆς ῥώσεως τῆς σῆς. Ἔῤῥωσο.

suppeditabuntur. Molestiæ namque, quæcumque tandem illæ fuerint, ab hominibus inferuntur E ac proinde inferentium vilitatem imitantur; at dona et præmia a Deo tribuuntur: ob idque etiam ejusmodi sunt, qualia ea esse par est, quæ ab illa ineffabili munificentia conceduntur. Gaude igitur et lætare, corollis caput redimiens, ac triumphans, hostiumque aculeos magis proculcans, quam lutum alii. Ac de tua valetudine quam creberrime fac nos certiores, ut hinc quoque ingentem voluptatem capiamus. Non enim te fugit magnæ nobis, etiam in solitudine, eam rem consolationi fore, cum de tua sanitate quam sæpissime ad nos literæ afferentur. Vale.

Πρὸς τὴν αὐτὴν ἐπιστολὴ ϛ'.

Ἀπ' αὐτῶν ἀναβὰς τῶν τοῦ θανάτου πυλῶν, ταῦτα ἐπιστέλλω πρὸς τὴν σὴν κοσμιότητα· διὸ καὶ σφόδρα ἥσθην, ὅτι νῦν ἀπηντήκασιν οἱ παῖδες εἰς λιμένα λοιπὸν ὁρμίζουσιν ἡμῖν. Εἰ γὰρ πελαγίῳ μοι σαλεύοντι ἔτι, καὶ τὰ χαλεπὰ τῆς ἀῤῥωστίας ἐκδεχομένῳ κύματα συνήντησαν, οὐδὲ ἀπατῆσαί μοι ῥᾴδιον ἦν τὴν σὴν εὐλάβειαν, χρηστὰ ἀντὶ δυσχερῶν ἀπαγγέλλοντι. Καὶ γὰρ ὁ χειμὼν τοῦ συνήθους γενόμενος σφοδρότερος, χαλεπώτερον ἡμῖν καὶ τοῦ στομάχου τὸν χειμῶνα ἐπήγαγε· καὶ νεκρῶν οὐδὲν ἄμεινον τοὺς δύο διετέλεσα μῆνας τούτους, ἀλλὰ καὶ χαλεπώτερον. Τοσοῦτον γὰρ ἔζων, ὅσον ἐπαισθάνεσθαι τῶν πάντοθεν κυκλούντων με δεινῶν, καὶ πάντα μοι νὺξ ἦν, καὶ ἡμέρα, καὶ ὄρθρος, καὶ μεσημβρία μέση, καὶ διημέρευον τῇ κλίνῃ προσηλωμένος· καὶ μυρία μηχανώμενος, οὐκ ἴσχυον τὴν ἐκ τοῦ κρυμοῦ βλάβην ἀποτινάξασθαι· ἀλλὰ [a] καὶ πῦρ ἀνακαίων, καὶ καπνοῦ χαλεπωτάτου ἀνεχόμενος, καὶ ἐν ἑνὶ δωματίῳ καθειργμένος, καὶ μυρία ἐπιβλήματα ἔχων, καὶ μηδὲ τὸν οὐδὸν ὑπερβῆναι τολμῶν, τὰ ἔσχατα ἔπασχον, ἐμέτων τε συνεχῶς ἐπιγινομένων, κεφαλαλγίας, ἀνορεξίας, ἀγρυπνίας διηνεκοῦς. Τὰ γοῦν πελάγη τῆς νυκτὸς τὰ οὕτω μακρὰ ἀγρυπνῶν διετέλουν. Ἀλλ' ἵνα μὴ πλέον τοῖς δυσχερέσιν ἐνδιατρίβων κατατείνω σου τὴν διάνοιαν, πάντων ἀπηλλάγμεθα τούτων νῦν. Ὁμοῦ τε γὰρ ἐπέστη τὸ ἔαρ, καὶ μικρά τις τοῦ ἀέρος γέγονε μεταβολὴ, αὐτόματα πάντα ἐλύθη. Ἀλλ' ὅμως καὶ νῦν πολλῆς δέομαι τῆς ἀκριβείας κατὰ τὴν δίαιταν· διὰ δὴ τοῦτο κοῦφον ποιῶ τῷ στομάχῳ τὸ φορτίον, ὥστε αὐτὸ δύνασθαι καὶ ῥᾳδίως διατιθέναι. Οὐχ ὡς ἔτυχε δὲ ἡμᾶς κατέστησεν ἐν φροντίδι καὶ τὸ μαθεῖν πρὸς ἐσχάτας ἀναπνοὰς εἶναί σου τὴν κοσμιότητα.

Ad eamdem epistola VI.

1. Ab ipsis mortis januis revocatus hæc ad te Coisl. [illegible] nº 405
580 scribo: eoque etiam nomine pueros tuos nunc
A denique ad nos accessisse, vehementer gavisus sum, cum jam ad portum appelleremus. Nam si mihi, cum adhuc in mari jactarer, gravesque morbi fluctus exspectarem, occurrissent, pietatem tuam fallere mihi non facile fuisset, læta pro tristibus nuntianti. Hiems enim gravior quam solebat exorta, graviorem quoque nobis stomachi hiemem invexit: nihiloque melius ac commodius, quam qui mortem obierunt, imo etiam gravius, hos duos menses confeci. Hactenus
B enim lucis hujus usura fruebar, ut malorum, quibus undique cingebar, sensu afficerer; omniaque mihi noctis instar erant, hoc est tam dies, quam diluculum, atque ipsa meridies: totosque dies lecto affixus exigebam; cumque innumeras rationes comminiscerer, contractum tamen ex acerrimo frigore detrimentum haudquaquam excutere poteram: quamvis enim ignem etiam accenderem, et gravissimum fumum perferrem, et cubiculo inclusus tenerer, sexcentisque pannis memet obvolverem, ac ne limen quidem excedere auderem, nihilominus extremos
C cruciatus patiebar: quippe cum vomitus subinde orirentur, capitis dolores, cibi fastidia, perpetuæque vigiliæ. Noctis ergo pelagus usque adeo longum insomnis exigebam. Verum ne commemorandis rebus molestis diutius immorans, animum tuum vexem, his omnibus nunc liberati sumus. Nam simulatque ver adfuit, atque exigua quædam aeris mutatio contigit, omnia

[a] Duo Mss. καὶ πῦρ ἀνάπτων, alii et Editi καὶ πῦρ ἀνακαίων.

sponte sua dilapsa sunt. Attamen magna mihi adhuc in victus ratione cura opus est; ac proinde operam do ut levem sarcinam stomacho imponam, quo eam facile digerere queat. Illud vero non vulgari sollicitudine nos affecit, quod te extremo vitæ spiritu conflictari intelleximus. Quamquam pro ingenti meo erga te amore ac rerum tuarum cura et sollicitudine, antequam etiam literas tuas reciperem, hac cura solutus sum: permulti enim istinc ad nos venerunt, teque commoda valetudine esse nuntiarunt. Ac nunc majorem in modum lætor et gaudeo, non tantum quod morbo liberata sis, sed potissimum quod ea, quæ accidunt, adeo fortiter ac generose feras, fabulam nimirum hæc omnia vocans; tum etiam, quod majus censendum est, quia etiam corporis morbo hujusmodi nomen imposuisti, quod quidem strenuæ animæ est, ac fortitudinis fructu abundantis. Nam incommodas et adversas res non modo forti animo ferre, sed ne quidem cum adsunt persentire, verum eas pro nihilo putare, ac perfacili negotio patientiæ coronam adipisci, non laborantem, non sudantem, non negotia habentem, nec aliis facessentem, verum tamquam exsilientem ac tripudiantem, hoc demum perfectissimæ ac numeris omnibus absolutæ philosophiæ argumentum est. Ideo gaudeo et exsulto, ac præ voluptate volito, nec præsentis solitudinis cæterarumque ærumnarum sensu afficior, sed lætor ac voluptate perfundor, deque tua animi magnitudine crebrisque victoriis vehementer glorior, non tua dumtaxat, sed etiam magnæ illius ac numerosissimæ civitatis causa, cui etiam turris et portus ac muri loco exstitisti, luculentam per res ipsas vocem emittens, atque in tuis calamitatibus utrumque hominum genus erudiens, ut ad hujusmodi certamina prompte atque impigre sese accingant, ac cum omni animi fortitudine in arenam descendant, collectosque ex hujusmodi certaminibus sudores facile ferant. Quodque mirabile est, non in forum te injiciens, nec in mediam civitatem progressa, sed in exiguo cubiculo ac thalamo sedens, iis qui adsunt animum addis, eosque ad certamen acuis, marique ita furente, ac fluctibus adeo intumescentibus, scopulisque et latentibus sub unda saxis et petris, ac truculentis belluis undique sese ostendentibus, atque altissima nocte cuncta occupante, tu, velut meridiano et tranquillo tempore, ventoque ad puppim

Præsentis vitæ calamitates mera fabula sunt.

Ἀλλ' ὅμως [b] διὰ τὸ στέργειν σφόδρα καὶ μεριμνᾷν,
καὶ φροντίζειν τὰ σὰ, καὶ πρὸ τῶν γραμμάτων τῆς
D τιμιότητός σου, ταύτης ἀπηλλάγημεν τῆς μερίμνης,
πολλῶν ἐκεῖθεν ἐλθόντων καὶ ἀπαγγειλάντων τὰ περὶ
τῆς ὑγιείας τῆς σῆς. Καὶ νῦν χαίρω σφόδρα καὶ εὐ-
φραίνομαι, οὐχ ὅτι τῆς ἀῤῥωστίας ἀπηλλάγης μόνον,
ἀλλὰ πρὸ πάντων, ὅτι οὕτω γενναίως φέρεις τὰ συμ-
πίπτοντα, μῦθον ἅπαντα ταῦτα καλοῦσα· καὶ τὸ δὴ
μεῖζον, ὅτι καὶ τῇ τοῦ σώματος ἀῤῥωστίᾳ ταύτην
περιέθηκας τὴν προσηγορίαν, ὃ ψυχῆς ἐστι νεανικῆς
καὶ πολλῷ τῷ τῆς ἀνδρίας βρυούσης καρπῷ. Τὸ γὰρ
μὴ μόνον φέρειν γενναίως τὰ δυσχερῆ, ἀλλὰ μηδὲ
E παρόντων αὐτῶν αἰσθάνεσθαι, ἀλλ' ὑπερορᾷν καὶ μετὰ
πολλῆς τῆς ἀπραγμοσύνης τὸν τῆς ὑπομονῆς ἀναδή-
σασθαι στέφανον, οὐ κάμνουσαν, οὐδὲ ἱδροῦσαν, οὐδὲ
πράγματα ἔχουσαν, οὐδὲ ἑτέροις παρέχουσαν, ἀλλ'
ὥσπερ σκιρτῶσαν καὶ χορεύουσαν, τοῦτο τῆς ἀκριβε-
στάτης φιλοσοφίας ἐστὶν ἀπόδειξις. Διὰ ταῦτα χαίρω
καὶ σκιρτῶ, πέτομαι ὑπὸ τῆς ἡδονῆς, οὐκ αἰσθάνο-
μαι τῆς παρούσης ἐρημίας, οὐδὲ τῶν λοιπῶν περι-
581 στάσεων, εὐφραινόμενος καὶ γαννύμενος, καὶ σφόδρα
A καλλωπιζόμενος ἐπὶ τῇ σῇ μεγαλοφροσύνῃ καὶ ταῖς
ἐπαλλήλοις νίκαις, οὐ διὰ σὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν
μεγάλην καὶ πολυάνθρωπον πόλιν ἐκείνην, ᾗ καὶ ἀντὶ
πύργου καὶ λιμένος γέγονας καὶ τείχους, λαμπρὰν τὴν
διὰ τῶν πραγμάτων ἀφιεῖσα φωνὴν, καὶ ἑκάτερον τὸ
γένος ἐν τοῖς παθήμασί σου παιδεύουσα, καὶ ἀπο-
δύεσθαι ῥᾳδίως πρὸς τοιούτους ἀγῶνας, καὶ καταβαί-
νειν εἰς τὰ σκάμματα μετὰ ἀνδρείας ἁπάσης, καὶ
φέρειν εὐκόλως τοὺς ἐκ τῶν τοιούτων ἀγώνων ἱδρῶτας.
Καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν, ὅτι οὐκ εἰς ἀγορὰν ἐμβάλλουσα,
οὐδὲ τὰ μέσα τῆς πόλεως καταλαμβάνουσα, ἀλλ' ἐν
B οἰκίσκῳ βραχεῖ καὶ θαλάμῳ καθημένη, νευροῖς, ἀλεί-
φεις τοὺς ἑστῶτας, καὶ τῆς θαλάττης οὕτω μαινομέ-
νης, καὶ τῶν κυμάτων οὕτω κορυφουμένων, σκοπέλων
τε καὶ ὑφάλων, καὶ σπιλάδων, καὶ θηρίων πάντοθεν
ἀγρίων ἀναφαινομένων, καὶ νυκτὸς βαθυτάτης πάντα
κατεχούσης, ὥσπερ ἐν μεσημβρίᾳ καὶ γαλήνῃ καὶ
κατὰ πρύμναν τοῦ πνεύματος ἱσταμένου, οὕτως ἀνα-
πετάσασα τῆς ὑπομονῆς τὰ ἱστία, μετὰ πολλῆς πλέεις
τῆς εὐκολίας, οὐ μόνον οὐ κλυδωνιζομένη ὑπὸ τοῦ
χαλεποῦ τούτου χειμῶνος, ἀλλ' οὐδὲ περιῤῥαντιζο-
μένη· καὶ μάλα γε εἰκότως· τοιαῦτα γὰρ τῆς ἀρετῆς
C τὰ πηδάλια. Καὶ ἔμποροι μὲν, καὶ κυβερνῆται, καὶ

[b] Alii διὰ τὸ σφόδρα μεριμνᾷν etc.

ναῦται, καὶ πλωτῆρες, ἐπειδὰν ἴδωσι νεφῶν συνδρομὴν, ἢ ἀγρίων ἀνέμων ἐμβολὴν, ἢ τὸ ῥόθιον τοῦ κύματος σφοδροτάτῳ ζέον ἀφρῷ, εἴσω λιμένος τὰ πλοῖα κατέχουσιν· εἰ δέ που καὶ τύχοιεν ἐν πελάγει σαλεύοντες, πάντα ποιοῦσι καὶ μηχανῶνται, ὥστε πρὸς ὅρμον, ἢ νῆσον, ἢ ἀκτὴν προσορμίσαι τὸ σκάφος. Σὺ δὲ μυρίων πνευμάτων, τοσούτων ἀγρίων κυμάτων πάντοθεν συῤῥηγνυμένων, τοῦ βυθοῦ τῆς θαλάττης ἀναστραφέντος διὰ τὴν χαλεπότητα τοῦ χειμῶνος, καὶ τῶν μὲν ὑποβρυχίων γενομένων, τῶν δὲ ἐπιπλεόντων νεκρῶν τοῖς ὕδασιν, ἑτέρων γυμνῶν ἐπὶ σανίδος φερομένων, D εἰς μέσον ἀλλομένη τὸ πέλαγος τῶν κακῶν, μῦθον ἅπαντα ταῦτα καλεῖς, ἐξουρίας ἐν χειμῶνι πλέουσα· καὶ μάλα εἰκότως. Οἱ μὲν γὰρ κυβερνῆται, κἂν μυριάκις ὦσι σοφοὶ τὴν ἐπιστήμην ἐκείνην, ἀλλ' οὐκ ἔχουσι τέχνην ἀρκοῦσαν ἀντιστῆναι παντὶ χειμῶνι· διὸ καὶ φεύγουσι πολλάκις τὴν πρὸς τὰ κύματα μάχην. Σοὶ δέ ἐστιν ἐπιστήμη παντὸς ἀνωτέρα χειμῶνος, τῆς φιλοσόφου ψυχῆς ἡ δύναμις, ἣ καὶ στρατοπέδων μυρίων ἐστὶν ἰσχυροτέρα, καὶ ὅπλων δυνατωτέρα, καὶ πύργων καὶ τειχῶν ἀσφαλεστέρα. Στρατιώταις μὲν γὰρ καὶ ὅπλα, καὶ τείχη, καὶ πύρ- E γοι, πρὸς σώματος ἀσφάλειαν χρήσιμα μόνον, καὶ τοῦτο οὐκ ἀεὶ, οὐδὲ διὰ παντός· ἀλλ' ἔστιν ὅτε καὶ ἡττᾶται ἅπαντα ταῦτα, καὶ ἐρήμους αὐτῶν προστασίας τοὺς καταφεύγοντας ἀφίησιν. Τὰ δὲ σὰ οὐ βέλη βαρβαρικὰ, οὐδὲ μηχανήματα πολεμίων ἀνθρώπων, οὐδὲ ἐφόδους καὶ κλοπὰς τοιαύτας διελέγχει, ἀλλὰ τὰς τῆς φύσεως κατεπάτησεν ἀνάγκας, καὶ τὴν τυραννίδα κατέλυσε, καὶ τὴν ἀκρόπολιν αὐτῶν καθεῖλε. Καὶ δαίμοσι πυκτεύουσα διηνεκῶς, μυρίας μὲν ἤρω νίκας, οὐδεμίαν δὲ ἐδέξω πληγὴν, ἀλλ' ἕστηκας ἄτρω- 582 A τος ἐν τοσαύτῃ βελῶν νιφάδι, καὶ τὰ ἀκόντια τὰ κατὰ σοῦ ῥιπτόμενα πρὸς τοὺς ἀφιέντας ὑποστρέφει πάλιν. Τοιαύτη σου τῆς τέχνης ἡ σοφία· δι' ὧν πάσχεις κακῶς, τοὺς ποιοῦντας ἀμύνῃ· δι' ὧν ἐπιβουλεύῃ, τοὺς πολεμοῦντας λυπεῖς, ὑπόθεσιν μεγίστην ἔχουσα πρὸς εὐδοκιμήσεως ἀφορμὴν μείζονος τὴν ἐκείνων κακίαν. Ταῦτα καὶ αὐτὴ εἰδυῖα καλῶς, καὶ τῇ πείρᾳ τὴν αἴσθησιν ἔχουσα, εἰκότως μῦθον ἅπαντα ταῦτα καλεῖς. Πῶς γὰρ οὐκ ἂν καλέσῃς, εἰπέ μοι, μῦθον, θνητὸν σῶμα λαχοῦσα, καὶ θανάτου οὕτω καταφρονοῦσα, ὡς οἱ τὴν ἀλλοτρίαν ἐπειγόμενοι καταλιπεῖν, B καὶ πρὸς τὴν οἰκείαν ἐπανελθεῖν πατρίδα; ἀῤῥωστίᾳ συζῶσα χαλεπωτάτῃ, καὶ τῶν εὐσαρκούντων καὶ σφριγώντων ἥδιον διακειμένη, οὐχ ὕβρεσι ταπεινου-

flante, sic expansis patientiæ velis summa cum facilitate navigas, tantumque ab eo abes ut gravi hac tempestate obruaris, ut ne leviter quidem aspergaris : idque sane merito : hujusmodi enim sunt virtutis gubernacula. Et quidem mercatores et gubernatores, ac nautæ, et vectores, cum nubium concursum, aut sævorum et immanium ventorum impetum, rapidosque fluctus majorem in modum spumantes conspiciunt, naves intra portum continent. Quod si etiam fortasse in mari jactentur, quidvis faciunt ac moliuntur, ut ad litus, aut insulam, aut ripam aliquam navim appellant. At tu, cum sexcenti venti, cum tot immanes fluctus omni ex parte inter se collidantur, cum mare ab imis usque gurgitibus ob tempestatis acerbitatem sursum erumpat, atque alii pessum ierint, alii exstincti supra undas emineant, cæteri in tabula nudi ferantur; ipsa in medium malorum pelagus insiliens, omnia hæc fabulam appellas, prospero cursu in tempestate navigans : neque id mirum. Navarchi enim, quantumvis scientiam illam teneant, artem tamen, qua omni tempestati reluctentur, non habent : eoque etiam fit, ut certamen cum fluctibus sæpe fugiant. At tibi scientia est omni tempestate superior, nimirum philosophici animi robur, quod et innumeris exercitibus valentius est, et quibusvis armis potentius, et turribus atque muris tutius. Militibus quippe arma et muri, et turres, ad corporis dumtaxat præsidium adjumento sunt, idque etiam non semper, nec perpetuo : nonnumquam enim omnia ista vincuntur, eosque qui ad se confugiunt, præsidio suo destitutos relinquunt. At vero arma tua, non barbarica tela, non hostium machinas, non hujusmodi impetus et astus fregerunt, sed ipsas naturæ necessitates protriverunt, ac tyrannidem sustulerunt, earumque arcem humi prostraverunt. Ac cum dæmonibus perpetuo dimicans, innumeras palmas adepta, nullam plagam accepisti; verum inter densissimas sagittas incolumis perstitisti, ac tela ea quæ in te conjiciuntur, in eos rursum, a quibus missa sunt, resiliunt. Hæc nimirum artis tuæ sapientia est, ut per ea mala quæ tibi inferuntur, eos, a quibus inferuntur, ulciscaris, et per insidias quæ tibi comparantur, eos qui bellum tibi indicunt, mœrore afficias, amplissimam scilicet adipiscendæ majoris gloriæ segetem habens illorum improbitatem. Quæ cum et comperta habeas, et reipsa persentias, non abs re fabulam hæc omnia nuncupas. Quidni enim, quæso, fabulam appelles,

cum corpus mortale nacta sis, et tamen mortem perinde contemnas, ut qui exteram deserere, atque ad suam patriam redire festinant? cum in acerbissimo morbo verseris, et tamen suavius quam qui optima valetudine ac vegeto corpore sunt, degas, ut quæ nec contumeliis dejiciaris, nec honoribus aut gloria attollaris, id quod multis innumerorum malorum causa fuit, qui, cum etiam in sacerdotii munere fulsissent, atque ad extremam senectutem et canitiem pervenissent, hinc tandem corruerunt, ac cuivis tamquam commune quoddam theatrum proponuntur? At tibi, quæ et femina es, et gracili admodum corpore, et tot ac tantos impetus sustinuisti, non modo nil tale accidit, sed etiam ipsa, ne id aliis multis accideret, prohibuisti. Atque illi non longe in certaminibus progressi, verum in ipsis præludiis, ipsisque, ut ita dicam, carceribus prosilientes dejecti sunt: tu autem extremam metam sexcenties circumiens, in singulis cursibus palmam arripuisti, multis variisque certaminum generibus editis; et merito quidem. Neque enim in ætate, nec in corpore, sed in animo solo et voluntate virtutis certamina constituta sunt. Sic et feminæ coronam obtinuerunt, et viri prostrati sunt: sic et pueri celebrati sunt, et senes pudore atque ignominia suffusi. Semper quidem admirari par est eos qui virtutis studium consectantur, tum vero præcipue, cum multis eam deserentibus quidam reperiuntur qui eam complectantur. Hoc igitur nomine te quoque summopere admirari ac suspicere convenit, quod cum tot viri, tot feminæ, tot senes, qui maxima virtutis existimatione florebant, terga verterint, atque ante omnium oculos prostrati jaceant, non ex ingenti belli impetu, aut acri hostium conflictu, sed ante pugnam prolapsi, ante dimicationem victi ac profligati; tu contra post tot pugnas et conflictus non modo malorum agmine fracta confectaque non es, sed etiam majorem inde animi vigorem collegisti, ac certaminum incrementum roboris accessionem tibi affert. Etenim rerum earum, quas jam cum laude gessisti, memoria tum lætitiæ ac voluptatis, tum majoris alacritatis ansam tibi suppeditat. Ac proinde gaudemus, exsilimus, et lætamur: neque enim hoc subinde repetere, atque ubique gaudii mei materiam circumferre desinam. Quocirca si absentia nostra te angit, at maxima tibi ex iis, quæ cum virtute gessisti, consolatio

[a] Duo Mss. τῶν ἀγώνων διελθόντες.

μένη, οὐ τιμαῖς καὶ δόξαις ἐπαιρομένη, τοῦτο δὴ τὸ μυρίων πολλοῖς αἴτιον γενόμενον κακῶν, οἳ καὶ ἐν ἱερωσύνῃ διαλάμψαντες, καὶ πρὸς ἔσχατον γῆρας ἐλάσαντες καὶ βαθυτάτην πολιὰν, ἐντεῦθεν ὤλισθον, καὶ κοινὸν πρόκεινται τοῖς βουλομένοις κωμῳδεῖν θέατρον; Ἀλλ' ἡ γυνὴ, καὶ ἀραχνῶδες περικειμένη σῶμα, καὶ
C τοσαύτας ἐνεγκοῦσα προσβολὰς, οὐ μόνον οὐδὲν ἔπαθες τοιοῦτον, ἀλλὰ καὶ ἑτέρους πολλοὺς παθεῖν ἐκώλυσας. Κἀκεῖνοι μὲν οὐδὲ μέχρι πολλοῦ [a] τῶν ἀγώνων προελθόντες, ἀλλὰ ἐξ αὐτῶν τῶν προοιμίων, καὶ βαλβῖδος αὐτῆς, ὡς εἰπεῖν, ἀλλόμενοι κατηνέχθησαν· σὺ δὲ μυριάκις τὴν ἐσχάτην νύσσαν περιελθοῦσα, καθ' ἕκαστον δρόμον τὸ βραβεῖον ἥρπασας, ποικίλα παλαισμάτων ἐπιδειξαμένη καὶ ἀγώνων εἴδη· καὶ μάλα εἰκότως. Οὐδὲ γὰρ ἐν ἡλικίᾳ, οὔτε ἐν σώματι τὰ παλαίσματα τῆς ἀρετῆς, ἀλλ' ἐν ψυχῇ μόνῃ καὶ γνώμῃ. Οὕτω καὶ γυναῖκες ἐστεφανώθησαν, καὶ ἄνδρες ὑπε-
D σκελίσθησαν· οὕτω καὶ παῖδες ἀνεκηρύχθησαν, καὶ γεγηρακότες κατῃσχύνθησαν. Ἀεὶ μὲν οὖν χρὴ [b] θαυμάζειν τοὺς μετιόντας ἀρετὴν, μάλιστα δὲ ὅταν πολλῶν αὐτὴν ἀπολειπόντων, εὑρεθῶσί τινες αὐτῆς ἀντεχόμενοι. Διὰ δὴ τοῦτο καὶ τὴν σὴν ἐμμέλειαν θαυμάζειν ἄξιον μεθ' ὑπερβολῆς, ὅτι τοσούτων τραπέντων ἀνδρῶν, γυναικῶν, γεγηρακότων, τῶν δοκούντων μεγίστην ὑπόληψιν ἔχειν, πάντων ἐπ' ὄψιν κειμένων, οὐδὲ ἐκ πολλῆς πολέμου ῥύμης, οὐδὲ ἀπὸ σφοδρᾶς τῶν ἐχθρῶν παρατάξεως, ἀλλὰ πρὸ συμβολῆς πεσόν-
E των, πρὸ συμπλοκῆς ἡττηθέντων, αὐτὴ μετὰ τοσαύτας μάχας καὶ παρατάξεις οὐ μόνον οὐ κατεμαλακίσθης, οὐδὲ ἐταριχεύθης τῷ πλήθει τῶν κακῶν, ἀλλὰ καὶ νεανιεύῃ μειζόνως, καὶ τῶν ἀγώνων ἡ προσθήκη προσθήκην σοι δίδωσιν ἰσχύος. Ἡ γὰρ τῶν ἤδη κατορθωθέντων μνήμη, καὶ εὐφροσύνης, καὶ χαρᾶς, καὶ μείζονός σοι γίνεται προθυμίας ὑπόθεσις. Διὰ ταῦτα χαίρομεν, σκιρτῶμεν, εὐφραινόμεθα· οὐ γὰρ παύσομαι συνεχῶς τοῦτο λέγων, καὶ περιφέρων μου πανταχοῦ τῆς χαρᾶς τὴν ὑπόθεσιν. Ὥστε εἰ καὶ ὁ ἡμέτερός σε λυπεῖ χωρισμὸς, ἀλλὰ μεγίστη σοι αὕτη τῶν κα-
583
A τορθωμάτων ἡ παράκλησις· ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς τοσοῦτον

[b] Idem θαυμάζειν τὴν ἰσχὺν τῶν μετιόντων τὴν ἀρετήν.

ἀπῳκισμένοι μῆκος ὁδοῦ, οὐ μικρὰν ἐντεῦθεν, ἀπὸ τῆς σῆς ἀνδρείας λέγω, καρπούμεθα εὐφροσύνην.

Πρὸς τὴν αὐτὴν ἐπιστολὴ ζ'.

Τί φῄς; Οὐκ ἔστησας τρόπαιον, οὐδὲ ἤρω νίκην λαμπράν; οὐδὲ ἀνεδήσω στέφανον ἀνθοῦντα διηνεκῶς; Ἀλλ' οὐ ταῦτά φησιν ἡ οἰκουμένη πᾶσα, ἡ πανταχοῦ τῆς γῆς ᾄδουσά σου τὰ κατορθώματα; Εἰ γὰρ καὶ τὰ σκάμματα, καὶ οἱ ἀγῶνες ἐν ἑνὶ ἵδρυνται χω- B ρίῳ, καὶ οἱ δίαυλοί σου τῶν δρόμων, καὶ τὰ ἀντὶ ἱδρῶτος αἵματος ἐμπεπλησμένα σου παλαίσματα αὐτόθι γέγονεν, ἀλλ' ἡ δόξα τούτων καὶ ἡ εὐφημία τὰ [a] τέρματα κατείληφε τῆς οἰκουμένης. Σὺ δὲ αὐτὰ μείζω βουλομένη ποιῆσαι, καὶ πλείονα τὰ βραβεῖα ἐργάσασθαι, καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς ταπεινοφροσύνης αὐτοῖς προσέθηκας στεφάνους, λέγουσα τοσοῦτον ἀπέχειν τῶν τροπαίων τούτων, ὅσον οἱ νεκροὶ τῶν ζώντων. Ὅτι γὰρ ταπεινοφροσύνης τὰ ῥήματα, μᾶλλον ἐξ αὐτῶν σε ἐλέγξαι πειράσομαι τῶν γεγενημένων. Ἐξέπεσες πατρίδος, οἰκίας, φίλων, συγγενῶν· πρὸς τὴν ὑπερ- C ορίαν μετέστης· οὐ διέλιπες καθ' ἑκάστην ἀποθνήσκουσα τὴν ἡμέραν, καὶ τὸ τῇ φύσει λεῖπον τῇ περιουσίᾳ τῆς προαιρέσεως ἀναπληροῦσα. Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἔνι ἄνθρωπον ὄντα τῇ πείρᾳ πολλοὺς θανάτους ἀποθανεῖν, τῇ γνώμῃ τοῦτο πεποίηκας. Καὶ τὸ δὴ μέγιστον, τὰ μὲν πάσχουσα, τὰ δὲ πείσεσθαι προσδοκῶσα, οὐκ ἐπαύσω τῷ συγχωροῦντι Θεῷ ταῦτα γίνεσθαι τὴν ὑπὲρ αὐτῶν ἀναφέρουσα δοξολογίαν, καὶ καιρίαν τῷ διαβόλῳ διδοῦσα πληγήν. Ὅτι γὰρ καὶ καιρίαν ἐδέξατο, ἔδειξε δι' ὧν μειζόνως προσιὼν ὡπλί- D ζετο· διὸ καὶ χαλεπώτερα τὰ ὕστερα τῶν πρώτων γέγονε. Καθάπερ γὰρ σκορπίος ἢ ὄφις, ὅταν βαθυτέραν λάβῃ πληγὴν, μειζόνως τὸ κέντρον ἄρας κατὰ τοῦ πλήξαντος ἐξανίσταται, τῆς πολλῆς ἀλγηδόνος ἀπόδειξιν παρέχων τὴν ῥαγδαίαν κατὰ τοῦ παίοντος ῥύμην· οὕτω δὴ καὶ τὸ ἀναίσχυντον θηρίον ἐκεῖνο, ἐπειδὴ τὰ τραύματα εἰς βάθος ἐδέξατο παρὰ τῆς θαυμασίας σου καὶ ὑψηλῆς ψυχῆς, μειζόνως ἐπεπήδησε, καὶ πλείους ἐπήγαγε πειρασμούς. Ἐπήγαγε μὲν γὰρ ἐκεῖνος, οὐχ ὁ Θεός· συνεχώρησε δὲ ὁ Θεὸς, αὔξων σου τὸν πλοῦτον, μείζονα ποιῶν τὴν ἐμπορίαν, πλείονα E δὲ προξενῶν τὸν μισθὸν, δαψιλεστέραν τὴν ἀντίδοσιν. Μὴ τοίνυν ταράττου, μηδὲ θορυβοῦ. Τίς γάρ ποτε ἔκαμε πλουτῶν; τίς συνεχύθη ἐπὶ τὰς [b] ὑψηλοτάτας ἐρχόμενος ἀρχάς; Εἰ δὲ οἱ τὰ ἀνθρώπινα ταῦτα συνάγοντες, τὰ ἐπίκηρα καὶ σκιᾶς ἀδρανέστερα, καὶ

suppetit: quandoquidem nos quoque, tanto itineris intervallo a te disjuncti, non parvam hinc, hoc est ex tua animi magnitudine, delectationem capimus.

Ad eamdem epistola VII.

1. Quid ais? Tropæum non erexisti, nec Cucuso anno 405. præclaram victoriam obtinuisti, nec perpetuo virentem coronam adepta es? Annon hæc orbis universus affirmat, qui ubique terrarum tua recte facta decantat? Quamquam enim et palæstræ, et certamina in uno loco sita sunt, et cursuum tuorum spatia, et concertationes tuæ, sanguine, non sudore refertæ, illic exstiterunt: at earum tamen rerum gloria et commendatio extremos terræ fines occupavit. Tu vero ea auctiora reddere, ac palmas amplificare studens, eas quoque, quas animi submissio parit, coronas ipsis adjunxisti, dum te tantum ab hisce tropæis abesse asseris, quantum mortui a vivis remoti sunt. Nam quod hæc verba ab animi submissione profecta sint, ex iis ipsis potius quæ contigerunt, planum facere conabor. Patria pulsa es, domo, amicis, cognatis; in exsilium missa es; quovis die mori non desiisti, atque quod naturæ deerat voluntatis et animi amplitudine supplevisti. Nam quia fieri nequit, ut homo reipsa multas mortes oppetat, animo ac voluntate hoc fecisti. Et quod maximum est, cum alia perferres, alia jam jamque exspectares, Dei tamen, cujus permissu hæc fiebant, gloriam ob ea prædicare, letalemque diabolo plagam inferre non destitisti. Nam quod letale vulnus acceperit, hinc declaravit, quod majoribus postea armis sese instruxit: unde etiam atrociora prioribus posteriora facta sunt. Quemadmodum enim scorpius et serpens, cum alte defixum vulnus acceperunt, sublato altius aculeo adversus eum, a quo percussi sunt, insurgunt, per acrem scilicet in percussorem impetum acerrimi doloris argumentum exhibentes: eodem etiam modo impudens hæc bellua, quoniam ab admirabili et sublimi anima tua profunda vulnera intimo pectore accepit, vehementiorem in te impetum fecit, ac plures tentationes admovit. Etenim eas ille quidem admovit, non Deus: permisit autem Deus, ut opes tuas augeret, quæstumque uberiorem efficeret, atque ampliorem mercedem et

[a] Duo Mss. τέρματα κατέμαθε τῆς. Infra iidem καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς ταπεινοφροσύνης ταυτῇ περιέθηκας στεφάνους.

[b] Iidem ὑψηλοτέρας.

largius præmium tibi conciliaret. Quamobrem nihil est quod perturberis ac tumultueris. Ecquis enim umquam animo elanguit, opibus circumfluens? ecquis perturbatus est, ad summas dignitates ascendens? Quod si ii qui humana ista congerunt, ista, inquam, caduca et umbra imbecilliora, citiusque quam putridi flores marcescentia, saltant, tripudiant, præ voluptate volitant, præ ea, inquam, voluptate quæ simul et apparet et avolat, fluminumque cursum imitatur: quanto tandem æquius est te, etiamsi prius in mœroribus fueris, ex præsenti tamen tempore maximæ lætitiæ atque alacritatis occasionem haurire? Thesaurus enim ille quem collegisti, furto subduci non potest: nec decus illud, quod per has calamitates tibi comparatum est, successionem novit, aut finem exspectat, sed ab omni termino alienum est, ut quod nec temporum difficultate, nec hominum insidiis, nec dæmonum insultibus, nec denique morte ipsa interrumpatur. Quod si etiam lugere animus est, eos qui hæc perpetrant luge, horum, inquam, malorum auctores, horum administros, qui et maximos sibiipsis in futurum cruciatus condiderunt, et hic etiam acerbissimas pœnas luerunt, utpote quos homines aversentur, hostiumque in numero habeant, et diris devoveant atque condemnent. Qui si hæc non sentiunt, hoc quoque nomine potissimum miseri sunt lacrymisque digni; non secus videlicet ac phrenesi laborantes, qui frustra quidem ac temere calcibus obvios quosque incessunt ac feriunt, sæpe etiam amicos ac de se bene meritos: eum tamen furorem, quo perciti sunt, minime sentiunt. Ob idque incurabili morbo tenentur, nec medicos admittunt, nec medicamenta: quin potius eos quoque qui ipsis mederi atque opem ferre student, rebus contrariis remunerantur. Itaque ob hoc quoque ipsum miseri isti sunt, si tantæ improbitatis sensu carent. Quod si aliorum condemnationem nihil morantur, at certe fieri non potest ut suæ conscientiæ judicium effugiant, quod nec vitari, nec corrumpi potest, nec ulli terrori cedit, nec blanditiis aut pecuniarum largitione labefactatur, nec temporis diuturnitate marcescit.

Gen. 37. 2. Etenim ille Jacobi filius, qui Josephum a mala bestia devoratum esse patri dicebat, ac sceleratam fabulam agebat, atque hac larva fraternæ cædis crimen obvelare conatus est, patri

584 A ἀνθῶν σηπομένων μᾶλλον μαραινόμενα, σκιρτῶσι, χορεύουσι, πέτονται ὑπὸ τῆς ἡδονῆς, τῆς ὁμοῦ τε φαινομένης καὶ ἀφιπταμένης, καὶ ποταμίων ῥευμάτων μιμουμένης δρόμον· πολλῷ μᾶλλον σὲ δίκαιον, καὶ εἰ πρότερον ἦς ἐν ἀθυμίαις, τὸν παρόντα καιρὸν εὐθυμίας μεγίστης ποιήσασθαι πρόφασιν. Καὶ γὰρ ὁ θησαυρός σου ὃν συνήγαγες, ἄσυλος· καὶ τὸ ἀξίωμα, τὸ διὰ τῶν παθημάτων σοι τούτων συγκροτηθὲν, διαδοχὴν οὐκ οἶδεν, οὐδὲ ἀναμένει τέλος, ἀλλ' ἔστιν ἀπέραντον, οὐ δυσκολίᾳ καιρῶν, οὐκ ἀνθρώπων ἐπιβουλαῖς, οὐ δαιμόνων ἐφόδοις, οὐκ αὐτῇ διακοπτό- B μενον τῇ τελευτῇ. Εἰ δὲ βούλει καὶ θρηνεῖν, τοὺς τὰ τοιαῦτα ἐργαζομένους θρήνει, τοὺς τῶν κακῶν τούτων αὐθέντας, τοὺς ὑπηρέτας, οἳ καὶ εἰς τὸ μέλλον μεγίστην ἐθησαύρισαν ἑαυτοῖς τιμωρίαν, καὶ ἐνταῦθα δίκην ἔδοσαν ἤδη τὴν ἐσχάτην, τοσούτων ἀποστρεφομένων αὐτοὺς, καὶ πολεμίους ἡγουμένων, ἐπαρωμένων, καταδικαζόντων. Εἰ δὲ οὐκ αἰσθάνονται τούτων, καὶ διὰ τοῦτο μάλιστά εἰσιν ἐλεεινοὶ, καὶ δακρύων ἄξιοι, καθάπερ οἱ φρενίτιδι κατεχόμενοι νόσῳ, λακτίζοντες μὲν καὶ παίοντες τοὺς ἀπαντῶντας εἰκῇ καὶ μάτην, πολλάκις δὲ καὶ τοὺς εὐηργετηκότας καὶ φί- C λους, οὐκ αἰσθανόμενοι δὲ τῆς μανίας, , ἧς μαίνονται. Διὸ καὶ ἀνίατα νοσοῦσιν, οὔτε ἰατροὺς προσιέμενοι, οὔτε φαρμάκων ἀνεχόμενοι, ἀλλὰ καὶ τοὺς θεραπεύειν καὶ εὐεργετεῖν βουλομένους τοῖς ἐναντίοις ἀμειβόμενοι. Ὥστε καὶ διὰ τοῦτο ἐλεεινοὶ, εἴ γε μὴ αἰσθάνονται τῆς τοσαύτης πονηρίας. Εἰ δὲ καὶ πρὸς τὴν ἑτέρων κατάγνωσιν οὐκ ἐπιστρέφονται, τοῦ οἰκείου συνειδότος τὸν ἔλεγχον ἀμήχανον αὐτοὺς διαφυγεῖν, [a] τὸν ἄφυκτον, τὸν ἀδέκαστον, τὸν οὐδενὶ εἴκοντα φόβῳ, τὸν οὐ κολακείᾳ, οὐ χρημάτων δόσει διαφθειρόμενον, οὐ χρόνῳ μακρῷ μαραινόμενον.

D Ὁ γὰρ τοῦ Ἰακὼβ υἱὸς, ὁ πρὸς τὸν πατέρα εἰπὼν, ὅτι θηρίον πονηρὸν κατέφαγε τὸν Ἰωσὴφ, καὶ τὸ πονηρὸν ἐκεῖνο ὑποκρινάμενος δρᾶμα, καὶ τῷ προσωπείῳ τούτῳ τὴν ἀδελφοκτονίαν συσκιάσαι ἐπιχειρή-

[a] Tres Mss. τὸν ἄφυκτον, τὸν ἀδέκαστον, τὸν οὐδενί. In Edit. τὸν ἀδέκαστον deest.

σας, τὸν μὲν πατέρα ἠπάτησε τότε, τὸ δὲ συνειδὸς οὐκ ἠπάτησεν, οὐδὲ ἔπεισεν ἡσυχάζειν· ἀλλ' ἔμενεν αὐτοῦ κατεξανιστάμενον, καταβοῶν διηνεκῶς, καὶ οὐδέποτε ἐπιστομιζόμενον. Χρόνου γὰρ παρελθόντος μακροῦ, ὁ τὸν γεγεννηκότα ἀρνησάμενος τὸ τόλμημα, ὅπερ ἐτόλμησεν, ὁ μηδενὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἐξειπὼν, οὐδενὸς κατηγοροῦντος, οὐδενὸς ἐλέγχοντος, οὐδενὸς ἐφεστῶτος, οὐδὲ ἀναμιμνήσκοντος τῆς δραματουργίας ἐκείνης, κινδυνεύων περὶ ἐλευθερίας καὶ αὐτοῦ τοῦ ζῆν, δεικνὺς ὅτι οὐκ ἐπεστομίσθη τοῦ συνειδότος ὁ κατήγορος ἐν οὕτω μακρῷ χρόνῳ, οὐδὲ κατεχώσθη, ταῦτά φησι τὰ ῥήματα· Ναί· ἐν ἁμαρτίαις γάρ ἐσμεν περὶ τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν· ὅτε κατεδέετο ἡμῶν, καὶ ὑπερείδομεν τὴν θλῖψιν αὐτοῦ, καὶ τὴν ὀδύνην τῆς ψυχῆς αὐτοῦ· καὶ νῦν ἐκζη- 550 τεῖται τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐξ ἡμῶν. Καίτοι ἕτερον ἦν, ὅπερ ἐπήγετο αὐτῷ ἔγκλημα, καὶ διὰ κλοπὴν ἐκρίνετο, καὶ ὡς ὑφελόμενος κύλικα χρυσῆν οὕτως εἰς δικαστήριον ἤγετο· ἀλλ' ἐπειδὴ τούτων ἑαυτῷ οὐδὲν συνῄδει, ὑπὲρ μὲν τούτων οὐκ ἤλγει, οὐδὲ ἔφη ταῦτα πάσχειν ὑπὲρ ὧν ἐκρίνετο καὶ δέσμιος ἤγετο· ὑπὲρ δὲ ὧν οὐδεὶς ἐνεκάλει, οὐδὲ εὐθύνας ἀπῄτει, οὐδὲ εἰς δικαστήριον εἷλκε, μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἤδη τετολμημένων αὐτῷ, ὑπὲρ δὴ τούτων αὐτὸς ἑαυτοῦ καὶ ἔλεγχος καὶ κατήγορος γίνεται. Ἐπελαμβάνετο γὰρ αὐτοῦ τὸ συνειδὸς, καὶ ὁ μετὰ ἀδείας τοσαύτης τὸ αἷμα ἐκχέας τοῦ ἀδελφοῦ, καὶ μηδὲν παθὼν, νῦν καὶ συμπαθητικὸς ἐγίνετο, καὶ τοῦ χοροῦ τῶν κοινωνησάντων αὐτῷ τῆς μιαιφονίας κατηγόρει, καὶ τὴν ὠμότητα πᾶσαν ἐτραγῴδει, λέγων· Ὅτε κατεδέετο ἡμῶν, καὶ ὑπερείδομεν τὴν θλῖψιν αὐτοῦ, καὶ τὴν ὀδύνην τῆς ψυχῆς αὐτοῦ. Ἤρκει μὲν γὰρ ἡ φύσις, φησὶ, μαλάξαι καὶ ἐπικάμψαι πρὸς ἔλεον· ὁ δὲ καὶ δάκρυα προσετίθει, καὶ ἱκετηρίαν ἐτίθει, καὶ οὐδὲ οὕτως ἡμᾶς ἐπέκαμψεν· ἀλλ' Ὑπερείδομεν τὴν θλῖψιν αὐτοῦ, καὶ τὴν ὀδύνην τῆς ψυχῆς αὐτοῦ. Διὰ τοῦτο ἡμῖν τὸ δικαστήριον τοῦτο συγκεκρότηται, φησὶ, διὰ τοῦτο περὶ αἵματος κινδυνεύομεν, ἐπειδὴ καὶ ἡμεῖς εἰς αἷμα ἡμαρτήκαμεν. Οὕτω καὶ ὁ Ἰούδας οὐκ ἐνεγκὼν τοῦ συνειδότος τὸν ἔλεγχον, ἐπὶ βρόχον ὥρμησε, καὶ δι' ἀγχόνης τὸν βίον κατέλυσεν. Καὶ ὅτε μὲν τὸ ἀναίσχυντον ἐκεῖνο συμβόλαιον ἐτόλμα, λέγων· Τί θέλετέ μοι δοῦναι, κἀγὼ ὑμῖν αὐτὸν παραδώσω; οὐ τοὺς ἀκούοντας ᾐσχύνετο, ὅτι μαθητὴς ὢν τοιαῦτα περὶ διδασκάλου ἐτύρευεν, οὐκ ἐν ταῖς ἡμέραις ταῖς μεταξὺ κατενύγη, ἀλλὰ μεθύων ἔτι τῇ ἡδονῇ τῆς φιλαργυρίας, οὐ σφόδρα ᾐσθάνετο τῆς κατηγορίας τοῦ συνειδότος. Ἐπειδὴ δὲ ἔπραξε τὴν ἁμαρτίαν, καὶ τὸ ἀργύριον ἔλαβε, καὶ ἡ ἡδονὴ μὲν ἐπαύσατο τοῦ λήμματος, ἡ δὲ κατηγορία τοῦ πλημμελήματος ἤνθει λοιπὸν, τότε μηδενὸς ἀναγκάζοντος, μηδενὸς βιαζομένου, μηδενὸς παραινοῦντος, αὐτόματος ἀπελθὼν, τό τε ἀργύριον

quidem fucum tunc fecit, conscientiam autem suam minime fefellit, nec ab ea ut conquiesceret impetrare potuit : verum ea constanter adversus ipsum insurgebat, clamans perpetuo, neque unquam compesci poterat. Nam cum diuturnum jam temporis spatium intercessisset, is qui admissum scelus patri inficiatus fuerat, neque cuiquam alii prodiderat, nemine accusante, nemine convincente, nemine instante, ac fabulam illam in memoriam ipsi redigente, cum de libertate ac de ipsa vita periclitaretur, conscientiæ accusatorem in tam longo tempore non siluisse, non compressum fuisse ostendit, cum his verbis uteretur : *Certe : in peccatis enim sumus pro* Gen. 42. 21.
550 *fratre nostro : quia despeximus tribulationem ejus, et dolorem animæ illius, dum deprecaretur nos; en sanguis ejus a nobis exquiritur.* Atqui aliud erat crimen quod ipsi intendebatur : nam furti insimulabatur, atque, ut aureum poculum suffuratus, in judicium trahebatur; verum quoniam nullius ejusmodi criminis sibi conscius erat, non hoc nomine discruciabatur, nec se ob ea, de quibus judicium subibat atque in vincula ducebatur, hæc perpeti dicebat : sed ob ea quæ nemo ipsi objiciebat, nec de iis pœnas expetebat, nec eum in judicium trahebat, imo quæ nondum perpetraverat, ob ea, inquam, ipse se prodebat et accusabat. Conscientia enim ipsum perstringebat : et qui animo usque adeo firmo et intrepido fratris cruorem effuderat, nullo mœroris sensu affectus, nunc contra illius vicem dolebat; et quos sceleris socios ac participes habuerat, accusabat, crudelitatemque omnem tragicis verbis exaggerabat, dicens, *Dum deprecaretur nos, et despeximus tribulationem ejus, et dolorem animæ illius.* Quod perinde est ac si diceret : Ad emolliendos animos nostros, atque ad misericordiam inflectendos, natura ipsa sola sufficiebat : at ille lacrymas etiam adjungebat, supplexque nos obsecrabat; ac ne sic quidem nos inflexit, verum *Despeximus tribulationem ejus, et dolorem animæ illius.* Ideo, inquit, judicium hoc nobis paratum est, ideo in sanguinis periculo versamur, quoniam in sanguinem peccavimus. Ad hunc modum etiam Judas coarguentem conscientiam minime ferens, ad laqueum se contulit, eoque vitam sibi ademit. Et quidem, cum impudens illud pactum inire non dubitabat, dicens : *Quid vultis mihi dare, et ego* Matth. 26. 15.
vobis eum tradam? non eos, qui id audiebant, verebatur, nempe quod discipulus in magistrum

ejusmodi scelera moliretur, nec per eos dies, qui interea fluxerunt, ullo dolore pungebatur, verum ea voluptate, quam ei pecuniæ cupiditas afferebat, temulentus, conscientiæ accusationem non admodum sentiebat. At postquam scelus peregit, pecuniamque sumsit, ac lucri quidem voluptas finem accepit, criminis autem accusatio vigere cepit, tum denique nemine accusante, nemine vim afferente, nemine cohortante, sponte sua abiens, tum pecuniam iis a quibus acceperat, projecit, tum scelus suum audientibus illis
Matth. 27. 4. confessus est, his verbis : *Peccavi, tradens sanguinem justum.* Neque enim conscientiam,
C μηδὲ συγγίνεσθαι αὐτοῖς, μηδὲ κοινωνῆσαι. Ἵν' οὖν μὴ διαταράξωμεν αὐτοὺς, μηδεὶς ταῦτα εἰδέτω· καὶ γὰρ σφόδρα χαλεπὰ τὰ συμβάντα εἰς ἡμᾶς. Καὶ εἰ μηδὲν ἄλλο ἐπεπόνθειν δεινὸν, ἤρκει τὰ ἐκεῖσε γενόμενα μυρία μοι προξενῆσαι βραβεῖα· οὕτως περὶ τῶν ἐσχάτων ἡμῖν ὁ κίνδυνος γέγονε. Παρακαλῶ δὲ, ἀπόῤῥητα ἔστω παρὰ σοὶ, καὶ ἐν βραχεῖ σοι αὐτὰ διηγήσομαι, οὐχ ἵνα λυπήσω, ἀλλ' ἵνα εὐφράνω. Αὗται γάρ μου τῆς ἐμπορίας αἱ ὑποθέσεις, οὗτός μου ὁ πλοῦτος,
D αὕτη τῶν ἁμαρτημάτων μου ἡ δαπάνη, τὸ συνεχῶς

literæ illæ, quas per Patricium ad nos misisti, ipsa animæ tuæ vulnera nobis declararunt. Quamobrem admodum doleo atque angor, quod cum nihil non agere ac moliri debeas, quo mœrorem ex animo tuo propulses, tamen ipsa huc atque illuc te vertas, molestas et acerbas cogitationes colligens, eaque, quæ non sunt (nam hoc quoque dixisti), animo effingens, teque ipsam frustra et incassum, imo summo cum detrimento lancinas. Quid enim angeris, quod nos e Cucuso alio transferre nequivisti? Quamquam aliquo modo nos transtulisti, dum nihil non ideo abs te tentatum atque actum est. Quod si res perfici non potuit, non tamen proinde angi oportet. Nam fortasse hac de causa Deus longiora cursuum spatia nobis proponi voluit, ut splendidiores coronas consequamur. Quid igitur ob ea in dolore versaris, ob quæ laudibus afficimur? cum contra te ob eam causam exsultare ac tripudiare, caputque corollis redimere par sit, quod divino beneficio rem tantam ac meritis nostris longe præstantiorem consequuti simus. At hujus loci solitudo tibi mœrorem affert? Et quid tandem hac sede jucundius? Solitudo, tranquillitas ingens, quies, corporis firmitas. Quamquam enim nec forum, nec venale quidquam hæc urbs habet: nihil tamen istud mea interest. Mihi quippe omnia tamquam e fonte affluunt. Siquidem et dominum meum hujus loci episcopum, et dominum meum Dioscorum habeo, qui nihil aliud muneris atque operæ habere videntur, quam ut me recreent. Quin præclarus quoque vir Patricius tibi narrabit, quonam pacto in animi hilaritate, in oblectatione, in multis obsequiis degamus, quantum quidem ad hanc commorationem attinet. Quod si ea quæ mihi Cæsareæ acciderunt, in luctum te conjiciunt, in hoc etiam rem parum te dignam facis. Nam illic quoque luculentæ rursum nobis coronæ contextæ sunt: adeo ut omnes nos laudent, prædicent, atque ad stuporem usque admirentur, quod gravibus injuriis acceptis ejecti simus. Verum hæc quæso nemo adhuc sciat, etiamsi multi sint qui in vulgus spargant. Significavit enim mihi dominus meus Pæanius, ipsius quoque Pharetrii presbyteros illic adesse, qui affirmarint se nobiscum communicare, nec cum adversariis commune quidquam habere, nec cum illis versari aut commercium ullum iniisse. Ne igitur eos conturbemus, cave ne quisquam hæc sciat: siquidem perquam gravia et acerba sunt quæ nobis acciderunt. Atque etiamsi nihil aliud molestiæ atque acerbitatis

pertulissem, ea tamen quæ illic contigerunt, ad innumeras mihi palmas conciliandas abunde sufficerent: usque adeo in vitæ quoque discrimen venimus. Te autem oro, ne quid eorum evulges, ac breviter tibi ea exponam, non ut tibi mœrorem afferam, sed ut voluptatem. Nam hæ mihi sunt quæstus occasiones, hæ meæ opes, hæc scelerum meorum consumtio, dum per hujusmodi tentationes sine ulla intermissione gradior, in easque ab iis inducor, a quibus minime exspectabam. Nam cum Galata illo, qui etiam nobis mortem pene minitatus est, defuncti, jam in Cappadociam ingredi pararemus, multi nobis in via occurrunt, dicentes, Dominus Pharetrius te exspectat, ac quaquaversum iter facit, ne tuo congressu fraudetur, nihilque non operæ ac laboris suscipit, quo te videat et complectatur, atque omne caritatis specimen tibi exhibeat; monasteria etiam tum virorum, tum mulierum commovit. Ego autem hæc audiens, nihil quidem horum exspectabam, verum contraria omnia animo efformabam: tamen eorum qui mihi hæc nuntiabant nemini quidquam horum eloquebar.

Calamitatum fructus

2. Postquam autem tandem aliquando Cæsaream ingressus sum, labore ac macie confectus, in ipso febris ardore positus, languens, atque extremos dolores perpetiens, hospitium in ultimo urbis recessu situm nactus sum, dabamque operam ut medicos convenirem, ac fornacem illam exstinguerem: eram enim in ipso febris tertianæ ardore. Quo etiam accedebat itineris ærumna et fatigatio, corporis contritio, eorum, a quibus curarer, inopia, rerum necessariarum penuria, illudque item, quod nullum medicum præsto haberem, quodque et labore ac lassitudine, et caloris æstu, et vigiliis divexarer, ac denique pene exanimis in urbem ingressus essem. Tum vero mihi clerici omnes, populus, monachi, monachæ, medici affuerunt: a quibus perquam officiose acceptus sum, omnibus famulantibus et omnia mihi subministrantibus. Nihilominus tamen ingenti flammæ ardore deflagrans, in extremo periculo versabar. Demum paulatim remittere ac sedari morbus cœpit. At interim nusquam Pharetrius: verum discessum nostrum exspectabat: quod cur ita ipsi visum fuisset, haud scio. Cum igitur morbum sensim remissum et sedatum esse vidissem, jam de discessu mecum

διὰ τοιούτων ὁδεύειν πειρασμῶν, καὶ ἐπάγεσθαί μοι τούτους, παρ' ὧν οὐδαμῶς προσεδόκησα. Ἐπειδὴ γὰρ ἐμέλλομεν ἐπιβαίνειν τῆς Καππαδοκῶν χώρας, ἀπαλλαγέντες * τοῦ Γαλάτου, κἀκείνου δὴ σχεδὸν θάνατον ἡμῖν ἀπειλήσαντος, πολλοὶ κατὰ τὴν ὁδὸν ἡμῖν ἀπήντων, λέγοντες, ὅτι ὁ κύριος Φαρέτριος ἀναμένει σε, καὶ πανταχοῦ περιέρχεται, μὴ ἀποτύχῃ τῆς συντυχίας σου, καὶ πάντα ποιεῖ καὶ πραγματεύεται, ὥστε
E σε ἰδεῖν, καὶ περιπτύξασθαι, καὶ πᾶσαν ἐπιδείξασθαι ἀγάπην· καὶ τὰ μοναστήρια ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν ἐκίνησεν. Ἐγὼ δὲ ταῦτα ἀκούων, τούτων μὲν οὐδὲν προσεδόκων, ἀλλὰ τἀναντία ἀνετύπουν παρ' ἐμαυτῷ· τῶν μέντοι ταῦτα ἀπαγγελλόντων οὐδενὶ τούτων οὐδὲν ἔλεγον.

Ἐπειδὴ δὲ ἐπέβην ὀψέ ποτε τῆς Καισαρείας, κατειργασμένος, τεταριχευμένος, ἐν αὐτῇ τῆς φλογὸς
596 A τῇ ἀκμῇ τοῦ πυρετοῦ κείμενος, ἀλύων, τὰ ἔσχατα πάσχων, ἐπέτυχον καταγωγίου πρὸς αὐτῇ τῆς πόλεως τῇ ἐσχατιᾷ κειμένου, καὶ σπουδὴν ἐποιούμην ὥστε καὶ ἰατροῖς συντυχεῖν, καὶ τὴν κάμινον ἐκείνην σβέσαι· ἦν γὰρ αὐτὴ ἡ ἀκμὴ τοῦ τριταίου. Καὶ προσῆν καὶ ἡ τῆς ὁδοῦ ταλαιπωρία, ὁ κάματος, ἡ συντριβὴ, ἡ τῶν θεραπευσόντων ἐρημία, ἡ τῶν ἐπιτηδείων ἀπορία, τὸ μηδένα παρεῖναι ἡμῖν ἰατρὸν, τὸ καμάτῳ καὶ θάλπει καὶ ἀγρυπνίαις καταταθῆναι, καὶ σχεδὸν [a] αὐτὸς νεκρὸς ὢν, εἰσῆλθον εἰς τὴν πόλιν. Τότε δὴ παρεγένοντο ὁ κλῆρος ἅπας, [b] ὁ δῆμος, μονάζοντες, μονάστριαι, ἰατροὶ, πολλῆς ἀπήλαυον θεραπείας, πάντων πάντα ἡμῖν διακονουμένων, ὑπηρετουμένων.
B Ἀλλὰ καὶ οὕτως πολλῷ τῷ κάρῳ τῆς φλογὸς κατεχόμενος, ἐν ἐσχάτοις [c] ἤμην δεινοῖς. Τέλος κατὰ μικρὸν ἔληγε καὶ ἐλώφα τὸ νόσημα. Ὁ δὲ Φαρέτριος οὐδαμοῦ· ἀλλ' ἀνέμενεν ἡμῶν τὴν ἔξοδον, οὐκ οἶδα τί δόξαν αὐτῷ. Ἐπειδὴ τοίνυν εἶδον ἠρέμα λωφῆσαν τὸ κακὸν, ἐβουλευόμην λοιπὸν περὶ ἀποδημίας, ὥστε ἐπιλαβέσθαι τῆς Κουκουσοῦ, καὶ μικρὸν ἀναπαύσασθαι τῶν τῆς ὁδοῦ συμφορῶν. Καὶ ἐν τούτοις ἡμῶν ὄντων, ἀπαγγέλλονται ἀθρόον Ἴσαυροι πλῆθος ἄπειρον κατατρέχοντες τὴν Καισαρέων χώραν, καί τινα κώ-

* Hunc Galatam putamus fuisse Leontium Archiepiscopum Ancyræ in Galatia, qui inter primipilares inimicorum Chrysostomi numerabatur.

[a] Tres Mss. αὐτόνεκρος.

[b] ὁ δῆμος deest in duobus Mss., nec legit Interpres.

[c] Duo Mss. ἤμην κινδύνοις.

μην μεγάλην ἐμπρήσαντες, καὶ τὰ ἔσχατα διαθέντες. Τοῦτο ἀκούσας ὁ τριβοῦνος, λαβὼν τοὺς στρατιώτας C οὓς εἶχεν, ἐξῆλθεν. Ἐδεδοίκεισαν γὰρ μὴ καὶ τῇ πόλει προσβάλωσι, καὶ πάντες ἦσαν ἐν φόβῳ, πάντες ἐν ἀγωνίᾳ, περὶ αὐτοῦ τοῦ ἐδάφους τῆς πατρίδος κινδυνεύοντες, ὡς καὶ αὐτοὺς τοὺς πρεσβύτας τὴν φυλακὴν τῶν τειχῶν μεταχειρίζεσθαι. Ἐν τούτοις τῶν πραγμάτων ὄντων, ἀθρόον ὑπὸ τὴν ἕω [d] δροῦγγος μοναζόντων (οὕτω γὰρ δεῖ εἰπεῖν, καὶ τῇ λέξει τὴν μανίαν αὐτῶν ἐνδείξασθαι) ἐπέστησαν τῇ οἰκίᾳ ἔνθα ἦμεν, ἀπειλοῦντες αὐτὴν καίειν, ἐμπιμπρᾶν, τὰ ἔσχατα ἡμᾶς διατιθέναι, εἰ μὴ ἐξέλθοιμεν. Καὶ οὔτε D ὁ τῶν Ἰσαύρων αὐτοὺς φόβος, οὔτε ἡ ἀῤῥωστία οὕτω σφοδρῶς ἐπικειμένη, οὔτε ἄλλο οὐδὲν ἐποίησεν ἐπιεικεστέρους αὐτοὺς, ἀλλ' ἐπέκειντο τοσούτου θυμοῦ πνέοντες, ὡς καὶ αὐτοὺς φοβηθῆναι τοὺς ἐπαρχικούς. Καὶ γὰρ καὶ αὐτοῖς ἠπείλουν πληγὰς, καὶ ἐκαλλωπίζοντο ὡς καὶ ἤδη πολλοὺς αἰσχρῶς τυπτήσαντες ἐπαρχικούς. Ταῦτα οἱ ἐπαρχικοὶ ἀκούσαντες, κατέφυγον εἰς ἡμᾶς, παρεκάλουν τε καὶ ἐδέοντο, ὅτι κἂν εἰς Ἰσαύρους μέλλωμεν ἐμπίπτειν, ἀπάλλαξον ἡμᾶς τῶν θηρίων τούτων. Ἀκούσας ὁ ἡγεμὼν κατέδραμεν E ἐπὶ τὴν οἰκίαν, βουλόμενος ἡμῖν βοηθῆσαι. Οὐδὲ ἐκείνου παρακαλοῦντος ἠνέσχοντο οἱ μονάζοντες, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἠσθένησεν. Ὁρῶν τοίνυν τὰ πράγματα ἐν ἀπορίᾳ πολλῇ, καὶ οὔτε τολμῶν ἡμῖν συμβουλεῦσαι εἰς φόνον φανερὸν ἐξελθεῖν, οὔτε πάλιν ἔνδον μένειν, 397 A διὰ τὴν τοσαύτην ἐκείνων μανίαν, ἔπεμψε πρὸς τὸν Φαρέτριον, παρακαλῶν ὀλίγων ἐνδοῦναι ἡμερῶν, διά τε τὴν ἀῤῥωστίαν, διά τε τὸν ἐπικείμενον κίνδυνον. Καὶ οὐδὲ οὕτως ἐγένετό τι πλέον, ἀλλὰ καὶ τῇ ἑξῆς σφοδρότεροι παρεγένοντο, καὶ τῶν πρεσβυτέρων οὐδεὶς ἐτόλμα παραστῆναι καὶ βοηθῆσαι, ἀλλ' αἰσχυνόμενοι καὶ ἐρυθριῶντες (κατὰ γὰρ γνώμην Φαρετρίου ἔλεγον ταῦτα γίνεσθαι) ἐκρύπτοντο, ἐλάνθανον, καλούμενοι παρ' ἡμῶν οὐχ ὑπήκουον. Τί δεῖ πολλὰ λέγειν; Καὶ φόβων τοσούτων ἐπικειμένων, καὶ θανάτου σχεδὸν δήλου, καὶ τοῦ πυρετοῦ με κατεργαζομένου ([a] οὐδὲ γὰρ ἡμῖν ἀπαλλαγὴ οὐδέπω τῶν κακῶν B τῶν ἐντεῦθεν), μεσημβρίας μέσης ῥίψας ἑαυτὸν εἰς τὸ λεκτίκιον, ἐξηγόμην ἐκεῖθεν, τοῦ δήμου παντὸς κωκύοντος, ὀλολύζοντος, ἐπαρωμένου τῷ ταῦτα πεποιηκότι, ὀλοφυρομένων πάντων καὶ θρηνούντων. Ἐπειδὴ δὲ τῆς πόλεως ἐξῆλθον, καὶ τῶν κληρικῶν τινες ἐξελθόντες ἠρέμα, ἡμᾶς προέπεμψαν ὀδυρόμενοι. Καί

ipse agitabam, ut Cucusum pervenirem, atque ab itineris calamitatibus nonnihil conquiescerem. Cum hoc statu res nostræ essent, subito ad nos affertur, Isauros cum infinita hominum manu Cæsariensem agrum populari, ac ingens quoddam oppidum incendisse, cum ingenti clade. Qua re audita tribunus, acceptis his militibus, quos habebat, ex urbe excessit. Timebat enim ne urbem quoque adorirentur, atque omnes in metu ac trepidatione erant, de ipso quoque patrio solo periclitantes : adeo ut senes etiam ipsi murorum custodiam susciperent. Cum res eo loco essent, repente sub auroram monachorum cohors (liceat enim mihi ad eorum furorem exprimendum hoc vocabulo uti), ad hanc domum, in qua eramus, accesserunt, eam incensuros, nobisque extrema quæque mala illaturos minitantes, nisi abscederemus. Ac nec Isaurorum metus, nec morbus tam vehementer nos premens, nec aliud quidquam humaniores eos ac moderatiores effecit, verum instabant atque urgebant, tantum furorem spirantes, ut etiam ipsi prætorii milites metu afficerentur. Nam et ipsis plagas denuntiabant, et gloriabantur, quod multos prætorios milites fœde verberassent. His verbis auditis, prætorii milites ad nos confugerunt, meque rogarunt atque obsecrarunt, ut etiamsi in Isaurorum manus nobis veniendum esset, tamen eos his belluis liberarem. Quod cum ad urbis præfectum allatum esset, ipse quoque domum, ut nobis opitularetur, accurrit. Verum ne ipsius quidem precibus monachi permoti sunt, sed ipse quoque elanguit. Cum igitur nullum rei exitum perspiceret, nec nobis ad perspicuam cædem exeundi auctor esset, nec rursus ob tantum illorum furorem intra urbem ut maneremus, suadere auderet, ad Pharetrium misit, precibus ab eo contendens, ut tum ob morbum quo conflictabar, tum ob impendens periculum paucos aliquot dies nobis concederet. Nec tamen hinc quidquam profectum est; imo acriori etiam postridie impetu adfuerunt : nec presbyterorum ullus opem nobis atque auxilium ferre audebat : verum pudore suffusi ac rubore affecti (nam hæc de Pharetii voluntate et sen-

[d] Δροῦγγος μοναζόντων, *cohors* seu *caterva monachorum*. Vopiscus in Probo. c. 19 : *omnium gentium drungos usque ad quinquagenos homines ante triumphum duxit*. Putat Casaubonus δροῦγγος et *drungus* esse vocem barbaram, Salmasius vero origine Græcam pugnat esse, factamque ex voce ῥύγχος, *rostrum*, significareque, *militum multitudinem cuneatim rostratimque pugnantium*, *fronte scilicet in angustum desinente*. Ut ut est, δροῦγγος erat certus numerus hominum, cui imperabat Drungarius : quæ vox sexcenties occurrit apud Scriptores Byzantios. Eratque magnus quispiam Drungarius et alii Dungarii minores.

[a] Mss. omnes οὐδὲ γὰρ ἡμῖν ἀπαλλαγεὶς οὐδέπω etc. Sententia eodem recidit.

tentia fieri dicebant) sese abdebant et occultabant, nec, cum a nobis accerserentur, obtemperabant. Quid longa oratione opus est? Quamvis tot terrores imminerent, morsque pene certa et ante oculos posita esset, febrisque me conficeret (necdum enim hic malis liberatus eram), hora ipsa meridiana in lecticam me conjiciens, illinc excessi, universa plebe lamentante, ejulante, harum rerum auctorem exsecrante ac diris devovente, omnibusque plorantibus ac lugentibus. Posteaquam autem ex urbe excessi, quidam etiam clerici venientes, lento gressu, lugentes nos prosequebantur. Cumque nonnulli dicerent, Quonam eum ad perspicuam mortem abducitis? alter ex iis qui nos plurimum amabant, ad me dicebat: Abi, obsecro: in Isauros etiam incide, modo e nobis elabaris. Nam quocumque incideris, tuto incides, dummodo manus nostras effugias. Hæc audiens ac perspiciens egregia matrona Seleucia, domini mei Rufini uxor (nam ea perquam officiose nos coluit), precibus mecum egit, ut in ipsius suburbanam villam, quæ quinque passuum millibus ab urbe distabat, hospitii causa me conferrem, certosque homines nobiscum misit, quibuscum illuc profecti sumus.

3. At ne illic quidem hæ adversum nos comparatæ insidiæ finem habituræ erant. Ut enim Pharetrius hoc rescivit, multas ipsi, ut dicebat, minas intentavit. Cum autem me in villam suam excepisset, nihil quidem ipse harum rerum sciebam: nam ipsa ad nos egressa, hæc nos celavit, procuratori autem suo, qui illic erat, ea exposuit, ipsique mandavit, ut nobis omne officii genus impertiret, ac si qui monachi venirent, ut nos contumeliis incesserent, aut male afficerent, ex aliis villis suis agricolas cogeret, atque ita cum monachis manum consereret. Quin me quoque rogabat, ut in domum suam quæ arcem habebat, nec ullis viribus expugnari poterat, confugerem, ut ex episcopi ac monachorum manibus elaberer. At ut id facerem, adduci non potui: verum in villa eram, horum omnium ignarus quæ postea in me comparabantur. Ne hoc quidem ipsis ad comprimendum suum adversum nos furorem satis fuit. Postea enim media nocte, me nihil horum sciente (acriter enim instabat Pharetrius, graves in eam, ut ait, minas jactans, eamque cogens atque impellens, ut me etiam e suburbio ejiceret), hominis importunitatem non ferens mulier, insciente me, barbaros adesse significavit, quod scilicet vim eam, quam pateretur, dicere præ pudore minime

τινων λεγόντων ἀκούσαντες, ποῦ αὐτὸν ἀπάγετε εἰς φανερὸν θάνατον; ἕτερος ἔλεγε πρὸς ἡμᾶς τῶν σφόδρα ἡμᾶς φιλούντων· ἄπελθε, δέομαί σου· εἰς Ἰσαύρους C ἔμπεσον, μόνον ἡμῶν ἀπαλλάγηθι. Ὅπου γὰρ ἂν ἐμπέσῃς, εἰς ἀσφάλειαν ἐμπίπτεις, ἂν ἡμετέρας διαφύγοις χεῖρας. Ταῦτα ἀκούσασα καὶ ὁρῶσα ἡ καλὴ Σελευκία, ἡ τοῦ κυρίου μου Ῥουφίνου ἐλευθέρα (καὶ γὰρ σφόδρα ἡμᾶς ἐθεράπευσε), παρεκάλεσε καὶ ἐδεήθη, ὥστε εἰς τὸ προάστειον αὐτῆς καταλῦσαι, πρὸ πέντε μιλίων τῆς πόλεως ὄν, καὶ συνέπεμψεν ἡμῖν ἀνθρώπους, καὶ ἀπήλθομεν ἐκεῖσε.

Ἀλλ' οὐδὲ ἐκεῖ ἔμελλεν ἡμῶν ἀποστήσεσθαι ἡ ἐπιβουλὴ αὕτη. Ὡς γὰρ ἔγνω ὁ Φαρέτριος, ἐδήλωσεν D αὐτῇ, καθὼς ἔλεγε, πολλὰς ἀπειλάς. Ἐπεὶ δέ με εἰς τὸ προάστειον αὐτῆς ὑπεδέξατο, κἀγὼ τούτων οὐκ ᾔδειν οὐδέν· ἀλλ' ἐξελθοῦσα πρὸς ἡμᾶς, ταῦτα μὲν ἡμᾶς ἀπέκρυβεν, ἐδήλου δὲ τῷ ἐπιτρόπῳ ἐκεῖσε ὄντι, πᾶσάν τε ἡμῖν ἀνάπαυσιν παρασχεῖν, καὶ εἴ τινες εἰς ἡμᾶς ἐπέλθοιεν μονάζοντες, βουλόμενοι ἡμᾶς ἐνυβρίσαι ἢ συντρίψαι, συναγαγεῖν γεωργοὺς ἀπὸ τῶν ἄλλων αὐτῆς χωρίων, καὶ οὕτω παρατάξασθαι πρὸς αὐτούς. Παρεκάλει δὲ καὶ εἰς τὴν οἰκίαν αὐτῆς κάστελλον ἔχουσαν, καὶ ἀχείρωτον οὖσαν καταφυγεῖν, ὥστε τοῦ E ἐπισκόπου καὶ μοναζόντων ἐκφυγεῖν τὰς χεῖρας. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐκ ἠνεσχόμην, ἀλλ' ἤμην ἐν τῷ προαστείῳ, οὐδὲν εἰδὼς τῶν μετὰ ταῦτα κατασκευαζομένων. Οὐδὲ τοῦτο αὐτοῖς ἤρκεσεν εἰς τὸ ἀποστῆναι τῆς καθ' ἡμῶν μανίας. Εἶτα νυκτῶν μέσων, οὐδὲν τούτων εἰδὼς (πολὺς γὰρ ἐπέκειτο ὁ Φαρέτριος ἀπειλῇ ἀπειλῶν ἐκείνῃ, καθώς φησι, καταναγκάζων, ὠθῶν, ὥστε ἡμᾶς ἐκβαλεῖν καὶ τῶν προαστείων), οὐ φέρουσα ἡ γυνὴ τὴν ἐπάχθειαν αὐτοῦ, οὐκ εἰδότος ἐμοῦ, ἐδή- 595 A λωσεν αὐτόθι, ὅτι οἱ βάρβαροι ἐπέστησαν, αἰσχυνομένη τὴν ἀνάγκην εἰπεῖν, ἣν ὑπέμεινεν. Καὶ μέσων νυκτῶν εἰσελθὼν πρὸς μὲ Εὐήθιος ὁ πρεσβύτερος, καθεύδοντά με διεγείρας, μετὰ πολλῆς τῆς βοῆς ταῦτα ἔλεγεν· ἀνάστηθι, παρακαλῶ, βάρβαροι ἐπέστησαν, ἐνταῦθα πλησίον εἰσίν. Ἐννόησον τίς ἤμην

ταῦτα ἀκούων. Εἶτα ὡς πρὸς αὐτὸν εἶπον, καὶ τί δέοι πρᾶξαι; εἰς τὴν πόλιν οὐ δυνάμεθα καταφυγεῖν, μὴ χαλεπώτερα πάθωμεν ὧν οἱ Ἴσαυροι μέλλουσιν ἡμῖν ποιεῖν, ἠνάγκαζεν ἐξιέναι. Νὺξ ἦν ἀσέληνος, ἡ νὺξ μέση, ζοφώδης, σκοτεινή· καὶ τοῦτο αὐτὸ πάλιν ἀπορίας ἀνάμεστον ἦν ἡμῖν· καὶ οὐδεὶς ὁ παρὼν, B οὐδεὶς ὁ βοηθῶν, πάντες γὰρ ἡμᾶς ἐγκατέλιπον. Ὅμως ὑπὸ τοῦ φόβου συνωθισθεὶς, καὶ προσδοκῶν εὐθέως ἀποθανεῖσθαι, διανέστην τεταλαιπωρημένος, κελεύσας λαμπάδας ἀναφθῆναι. Ἀλλὰ καὶ ταύτας ὁ πρεσβύτερος ἐκέλευσε σβέννυσθαι, μήποτε, φησὶν, οἱ βάρβαροι τῷ φωτὶ καλούμενοι πρὸς ἡμᾶς, ἐπιτεθῶσιν ἡμῖν· ἐσβέσθησαν καὶ αἱ λαμπάδες. Εἶτα [a] ὁ βόρδων ὁ φέρων ἡμῶν τὸ λεκτίκιον (τραχεῖα γὰρ ἦν σφόδρα ἡ ὁδὸς, καὶ ἀνάντης καὶ λιθώδης), κατενεχθεὶς ἐπὶ γόνυ, κατήνεγκέ με ἔνδον ὄντα, καὶ μικροῦ δεῖν, ἔμελλον ἀπόλλυσθαι, εἶτα ἐκπηδήσας, συρόμενος περι- C επάτουν, ὑπὸ Εὐηθίου τοῦ πρεσβυτέρου κατεχόμενος (κατεπήδησε γὰρ καὶ αὐτὸς τοῦ ὑποζυγίου), καὶ οὕτως χειραγωγούμενος ἐβάδιζον, μᾶλλον δὲ ἑλκόμενος· οὔτε γὰρ βαδίζειν ἦν εἰς τοσαύτην δυσχωρίαν, καὶ ὄρη χαλεπὰ, ἐν νυκτὶ μέσῃ. Ἐννόησον τί με πάσχειν εἰκὸς ἦν τοσούτοις συνεχόμενον κακοῖς, καὶ τοῦ πυρετοῦ ἐπικειμένου, μηδὲν εἰδότα τῶν κατεσκευασμένων, ἀλλὰ δεδοικότα τοὺς βαρβάρους, καὶ τρέμοντα, καὶ προσδοκῶντα εἰς τὰς χεῖρας αὐτῶν ἐμπεσεῖσθαι. Οὐ δοκεῖ σοι μόνα ταῦτα τὰ παθήματα, D εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο μοι ἕτερον συμβεβήκοι, πολλὰ ἡμῶν δύνασθαι διαλύειν τῶν ἁμαρτημάτων, καὶ πολλήν μοι παρέχειν εὐδοκιμήσεως ἀφορμήν; Τὸ δὲ αἴτιον, ὡς ἔγωγε οἶμαι, πάντες εὐθέως εἰσελθόντα με ἐν Καισαρείᾳ, οἱ ἐν ἀξιώμασιν, [b] οἱ ἀπὸ βικαρίων, οἱ ἀπὸ ἡγεμόνων σοφισταὶ, οἱ ἀπὸ τριβούνων, ὁ δῆμος ἅπας καθ' ἑκάστην ἑώρων τὴν ἡμέραν, ἐθεράπευον, ἐπὶ τῆς κόρης τῶν ὀφθαλμῶν ἐβάσταζον· ταῦτα οἶμαι ὑποκνίσαι τὸν Φαρέτριον, καὶ τὸν φθόνον τὸν ἐλάσαντα ἡμᾶς ἀπὸ Κωνσταντινουπόλεως, οὐδὲ ἐνταῦθα ἡμῶν ἀποστῆναι, ὡς ἔγωγε οἶμαι· οὐδὲ γὰρ E ἀποφαίνομαι, ἀλλ' ὑποπτεύω. Τί ἄν τις εἴποι τὰ ἄλλα τὰ κατὰ τὴν ὁδὸν, τοὺς φόβους, τοὺς κινδύνους; ἅπερ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀναμιμνησκόμενος αὐτὸς, καὶ ἀεὶ ἐν διανοίᾳ περιφέρων, πέτομαι ὑπὸ τῆς ἡδονῆς, σκιρτῶ ὡς θησαυρὸν μέγαν ἔχων ἀποκείμενον· 599 [c] καὶ γὰρ οὕτως ἔχω καὶ διάκειμαι. Διὸ καὶ τὴν σὴν A παρακαλῶ τιμιότητα χαίρειν ἐπὶ τούτοις, εὐφραίνε-

sustineret. Atque media nocte ingressus Evethius presbyter, meque e somno excitans, magno cum clamore hæc dicebat: Surge, obsecro, adventant barbari, nec longe absunt. Hic tecum reputes velim, quonam animo eram cum hæc audirem. Cum autem ex ipso quid facto opus esset, quæsivissem, neque enim nos in urbem confugere posse, ne graviora illic perpeteremur, quam quæ nobis Isauri illaturi essent, exire nos coegit. Nox illunis erat, nox media, caliginosa, tetra; id quod etiam nos in summam consilii inopiam conjiciebat: nec quisquam nobis præsto erat, qui opem ferret: omnes enim nos reliquerant. Metu tamen compulsus, ac jamjam mortem exspectans, ærumnis confectus surrexi, ac faces accendi jussi. Verum has quoque presbyter exstingui jussit, ne barbari, aiebat, lucis splendore exciti, in nos impetum facerent. Exstinctis itaque facibus, mulus, qui lecticam nostram gestabat (aspera enim admodum et ardua ac petrosa via erat), in genu lapsus, me qui lectica inclusus eram, humi prostravit, parumque abfuit quin interirem. Deinde exsurgens tractim ambulabam, Evethio presbytero, qui etiam ipse ex equo desilierat, manibus me tenente; atque ita manuductus, vel, ut rectius loquar, pertractus, reptabam: neque enim in tanta loci difficultate, periculosisque montibus, media nocte incedere poteram. Cogita, quæso, quid hic mihi animi esset, cum tantis malis constrictus tenerer, ac febris urgeret, nec eorum quæ in me structa fuerant, quidquam nossem, verum barbaros timerem ac perhorrescerem, nihilque aliud exspectarem, quam ut in eorum manus inciderem. Annon existimas vel has solas calamitates, etiamsi nihil aliud accidisset, multa nobis peccata obliterare, atque ingentem mihi gloriæ materiam suppeditare posse? Harum autem calamitatum, ut existimo, hæc causa fuit. Cum primum Cæsaream ingressus sum, omnes qui magistratu fungebantur, ex vicariis, ex præsidibus sophistæ, extribuni, plebei omnes, singulis diebus me visebant, colebant, in oculis ferebant; hæc, credo, Pharetrium pupugerunt: nec invidia ea quæ nos Constantinopoli pepulit,

[a] Ὁ βόρδων, *burdo*, seu *mulus*, quæ voces apud scriptores medii ævi frequenter occurrunt. Ex verbis porro Chrysostomi arguitur lecticam, in qua ipse æger decubuisse videtur, unius muli dorso fuisse gestatam.

[b] Omnes Mss. nostri *οἱ ἀπὸ βικαρίας*. Vicarii olim præfectorum erant, de quibus Cangius in Glossario Græco in voce Βικάριος, quæ etiam nonnunquam Οὐικάριος scribitur. Ex-Vicariis vel Ex-Vicarius is erat, qui Vicarius fuerat, ut Ex-præfectus, qui præfectus, et alii id genus multi.

[c] Duo Mss. *καὶ γὰρ ἔχων οὕτω διάκειμαι*. Alius *καὶ γὰρ ὡς ἔχων οὕτω διάκειμαι*.

hic quoque a nobis abscessit, ut quidem opinor: neque enim affirmo et assevero, sed conjicio. Et quis tandem alia, quæ nobis in via perferenda fuerunt, oratione complecti queat? timores, pericula? Quæ quidem ipse quotidie recordans, animoque circumferens, præ lætitia volito et exsulto, velut ingentem thesaurum reconditum habens: nam hoc animo atque hoc affectu præditus sum. Ob idque te obsecro, ut hoc nomine læteris, gaudeas, exsultes, Deumque, cujus beneficio hoc consequuti sumus, ut tanta perpeteremur, laudes ac celebres. Atque apud te velim hæc contineas, nec cuiquam enunties: etiamsi alioqui prætorii potissimum harum rerum fama universam urbem implere possunt, ut qui etiam ipsi in summum vitæ periculum venerint.

De calamitatibus gaudet Chrysostomus.

4. Cæterum ex te nemo id resciscat: imo etiam eos, qui narrabunt, comprime. Quod si ob calamitatis reliquias doles, id pro certo habe, me omnibus afflictionibus plane liberatum esse, firmioreque valetudine esse, quam cum istic degerem. Frigus autem quid extimescis, cum et commoda nobis domicilia constructa sint, et dominus meus Dioscorus omnem operam navet, quo nos ne exiguam quidem frigoris partem sentiamus? Quod si ex initiis conjectura duci potest, mihi hoc cælum orientale esse videtur, neque minus quam Antiochenum. Is est tepor, ea cæli temperies. Illud autem mihi permolestum fuit, quod dixisti, Fortasse etiam nobis succenses, ut qui per incuriam officio nostro defuerimus. Atqui pridem ad te literas dedimus, quibus tecum agebamus, ne nos hinc emoveres. Ego vero illud mecum cogitare poteram, longa tibi oratione multisque laboribus ac sudoribus opus fore, ut mihi de hoc verbo satisfaceres. Quamquam fortasse aliqua ex parte satisfecisti, cum his verbis usa es, Istud dumtaxat cogito, ut calamitatem meam augeam. At hoc quoque rursum in summo crimine pono, quod ais te libenter de industria dolores tibi per cogitationes accersere: nam cum te nihil non agere ac moliri oporteat, quo animi mœrorem exstinguas, ipsa tamen, quod diabolo gratum est, facis, mœrorem videlicet animique molestiam augens. An te fugit, quam grave malum sit mœstitia? De Isauris autem nihil est quod posthac metuas: etenim in regionem suam sese recepe-

Grave malum mœstitia.

σθαι, σκιρτᾷν, τὸν Θεὸν δοξάζειν, τὸν καταξιώσαντα ἡμᾶς τοιαῦτα παθεῖν. Καὶ παρὰ σαυτῇ παρακαλῶ ταῦτα ἔχειν, καὶ πρὸς μηδένα ἐξειπεῖν, εἰ καὶ τὰ μάλιστα οἱ ἐπαρχικοὶ πᾶσαν ἐμπλῆσαι τὴν πόλιν ἔχουσι, καὶ αὐτοὶ περὶ τῶν ἐσχάτων κινδυνεύσαντες.

Πλὴν παρὰ τῆς σῆς εὐλαβείας μηδεὶς εἰδέτω τοῦτο, ἀλλὰ καὶ κατάστελλε τοὺς λέγοντας. Εἰ δὲ διὰ τὰ
B λείψανα τῆς κακώσεως ἀλγεῖς, μάθε σαφῶς, ὅτι καθαρῶς ἁπάντων ἀπηλλάγην, καὶ ἐῤῥωμενέστερον ἔχω τὸ σῶμα, ἢ αὐτόθι διατρίβων. Τὸν δὲ κρυμὸν τί δέδοικας; καὶ γὰρ καὶ οἰκήματα ἐπιτήδεια ἡμῖν κατεσκεύασται· καὶ πάντα ὁ κύριός μου Διόσκορος ποιεῖ καὶ πραγματεύεται, ὥστε μηδὲ μικρὰν αἴσθησιν ἡμᾶς λαβεῖν ἀπὸ τοῦ κρυμοῦ; [a] Εἰ δέ ἐστιν ἀπὸ τῶν προοιμίων στοχάσασθαι, ἐμοὶ ὁ νῦν ἀὴρ ἀνατολικὸς εἶναι δοκεῖ, καὶ οὐδὲν ἔλαττον Ἀντιοχείας. Τοσοῦτον τὸ θάλπος, τοσαύτη ἡ εὐκρασία τοῦ ἀέρος. Σφόδρα δέ με ἐλύπησας εἰποῦσα, ὅτι ἴσως καὶ πρὸς ἡμᾶς
C λυπῇ ὡς ἀμελήσαντας. Καίτοι γε πρὸ πολλῶν ἡμερῶν ἐπέστειλα πρὸς τὴν σὴν τιμιότητα, παρακαλῶν μὴ κινεῖν με ἐντεῦθεν. Ἐγὼ δὲ τοῦτο ἐννοῆσαι εἶχον, πολλῆς σοι ἀπολογίας δεῖν, καὶ πολλῶν ἱδρώτων καὶ καμάτου, ἵνα δυνηθῇς πρὸς τοῦτο ἀπολογήσασθαι τὸ ῥῆμα. Τάχα δὲ ἐκ μέρους καὶ ἀπολελόγησαι, εἰποῦσα ὅτι ἁπλῶς λογίζομαι τοῦτο ὑπὲρ τοῦ αὔξειν τὴν θλίψιν. Ἀλλὰ καὶ τοῦτο πάλιν λογίζομαι ἔγκλημα μέγιστον, τὸ λέγειν ὅτι καὶ προσφιλοτιμοῦμαι τοῖς λογισμοῖς τὰς ὀδύνας· δέον γὰρ πάντα σε ποιεῖν καὶ πραγματεύεσθαι ὑπὲρ τοῦ καταλύειν τὴν θλίψιν, τὸ θέλημα τοῦ διαβόλου ποιεῖς, αὔξουσα τὴν ἀθυμίαν,
D καὶ τὴν λύπην. Ἢ οὐκ οἶσθα πόσον κακὸν ἡ ἀθυμία; Τῶν δὲ Ἰσαύρων ἕνεκεν μηδὲν δέδιθι λοιπόν· καὶ γὰρ ὑπέστρεψαν εἰς τὴν χώραν αὐτῶν· καὶ ὁ ἡγεμὼν πάντα ἐποίησεν ὑπὲρ τούτου· καὶ ἐν ἀσφαλείᾳ ἐσμὲν πολλῷ μᾶλλον ἐνταῦθα ὄντες, ἢ ὅτε ἐν Καισαρείᾳ ἦμεν. Οὐδένα γὰρ λοιπὸν δέδοικα ὡς τοὺς

[a] *Εἰ δέ ἐστιν ἀπὸ τῶν.* Cum ait Chrysostomus ex initiis sibi videri istum aerem non minus orientalem esse quam Antiochenum, non de positione Cucusi, qualis in tabulis geographicis repræsentatur, agit; neque enim ignorare poterat Cucusum multis gradibus ad septentrionem magis accedere, quam Antiochiam; sed loquitur, ut liquet, de loci temperie, qualis ex situ petebatur.

ἐπισκόπους, πλὴν ὀλίγων. Ὅλως τοίνυν τῶν Ἰσαύρων ἕνεκεν, μηδὲν δέδιθι· καὶ γὰρ ἀνεχώρησαν, καὶ τοῦ χειμῶνος καταλαβόντος οἴκοι εἰσὶ συγκεκλεισμένοι, ἂν ἄρα λοιπὸν μετὰ τὴν πεντηκοστὴν ἐξέλθοιεν. Πῶς δὲ λέγεις γραμμάτων οὐκ ἀπολαύειν; Ἤδη σοι τρεῖς ἔπεμψα ἐπιστολὰς, τὴν μὲν διὰ τῶν E ἐπαρχικῶν, τὴν δὲ δι' Ἀντωνίου, τὴν δὲ δι' Ἀνατολίου τοῦ οἰκέτου σου, πολυστίχους· τὰς δὲ δύο μάλιστα φάρμακον σωτήριον, πάντα ἀθυμοῦντα, πάντα σκανδαλιζόμενον ἱκανὰς ἀνακτήσασθαι, καὶ πρὸς καθαρὰν εὐθυμίαν ἀγαγεῖν. Λαβοῦσα τοίνυν ταύτας, ἐπέρχου συνεχῶς καὶ διὰ παντὸς, καὶ ὄψει αὐτῶν τὴν ἰσχὺν, καὶ τῆς ἰατρείας πεῖραν λήψῃ πολλὴν, καὶ 600 A ὠφέλειαν, καὶ ἡμῖν δηλώσεις, ὅτι γέγονέ σοί τι πλέον ἐκεῖθεν. Ἔχω καὶ τρίτην ἑτοίμην ἐοικυῖαν αὐταῖς, ἣν οὐκ ἠβουλήθην πέμψαι νῦν, σφόδρα [a] ἀλγήσας ἐφ' οἷς λέγεις, ὅτι καὶ συνάγω μοι λογισμοὺς ὀδυνηροὺς, καὶ τὰ οὐκ ὄντα ἀναπλάττουσα, ἀνάξιον σεαυτῆς φθεγξαμένη ῥῆμα, ἐφ' ᾧ καὶ αὐτὸς αἰσχύνομαι καὶ ἐγκαλύπτομαι. Πλὴν ἀνάγνωθι ἐκείνας, καὶ οὐκ ἔτι ταῦτα ἐρεῖς, κἂν μυριάκις φιλονεικῇς ἀθυμεῖν. Ἐπειδὴ καὶ περὶ Ἡρακλείδου τοῦ ἐπισκόπου ἡμῖν ἐδήλωσας, ἔξεστιν αὐτῷ, εἰ βουληθείη, δοῦναι [b] ἔνστασιν, καὶ πάντων ἀπαλλαγῆναι· οὐδὲν γὰρ ἄλλο λείπεται. Ἐγὼ δὲ εἰ καὶ μηδὲν μέγα ἤνυον, ἀλλ' B ὅμως ἐδήλωσα τῇ κυρίᾳ μου Πενταδίᾳ, ὥστε πᾶσαν σπουδὴν ἐπιδείξασθαι, εἴ τινα ἐπινοήσειε τῷ κακῷ παραμυθίαν. Ἔφης δὲ τετολμηκέναι δηλῶσαί μοι τὰ λυπηρὰ, διὰ τὸ παρ' ἐκείνου κελευσθῆναι. Ποία τόλμα τοῦτο; Οὔτε γοῦν ἐπαυσάμην λέγων, οὔτε παύσομαι, ὅτι ἓν λυπηρὸν ἁμαρτία μόνον· τὰ δὲ ἄλλα πάντα κόνις καὶ καπνός. Τί γὰρ βαρὺ δεσμωτήριον οἰκῆσαι, καὶ ἅλυσιν περικεῖσθαι; τί δὲ βαρὺ πάσχειν κακῶς, ὅταν τοσαύτης ἐμπορίας τὸ πάσχειν κακῶς ὑπόθεσις γένηται; τί δὲ ἐξορία βαρύ; τί δὲ δήμευσις; Ῥή- C ματα ταῦτά ἐστι δεινῶν πραγμάτων ἔρημα, ῥήματα λύπης ψιλά. Ἄν τε γὰρ θάνατον εἴπῃς, τὸ τῆς φύσεως ὄφλημα λέγεις· ὃ [c] πάντως ὑπομεῖναι δεῖ καὶ μηδενὸς ἐπάγοντος· ἄν τε ἐξορίαν εἴπῃς, οὐδὲν ἕτερον λέγεις

runt: idque ut facerent, a præfecto nihil est prætermissum: multoque tutior hic sum, quam cum Cæsareæ essemus. Neminem enim tam metuo, quam episcopos, paucis exceptis. Itaque de Isauris nihil metuas: etenim recesserunt, ortaque hieme domi se incluserunt, nescio an post Pentecosten egressuri. Quomodo nullas te literas recipere ais? Tres jam ad te epistolas misi, unam per prætorios milites, alteram per Antonium, aliam per famulum tuum Anatolium, longas omnes: præsertim autem duas ejusmodi, quæ salutiferi medicamenti instar quemlibet mœrore afflictum, atque scandalum patientem recreare, atque ad integram animi tranquillitatem revocare possint. Has igitur cum acceperis, subinde atque assidue pervolvas, atque earum vim et facultatem perspicies: ac medicamenti utilitatem abunde experieris, nobisque te fructum hinc percepisse nuntiabis. Est autem penes me tertia quoque ejusdem argumenti, quam nunc ad te mittere nolui: magno enim dolore hinc sum affectus, quod te acerbas cogitationes cumulare scribis, atque ea quæ non sunt effingere. Quod quidem verbum a te proferri minime decuit: ejusque causa ipse quoque erubesco ac pudore suffundor. Cæterum epistolas illas lege, ac jam his verbis uti desines, etiamsi alioqui sexcenties mœrere studeas. Quoniam autem de Heraclide quoque episcopo ad me scripsisti, licet ipsi, si velit, instantiam dare, atque ita molestiis omnibus defungi: nihil enim aliud superest. Ego vero etsi nihil admodum proficiebam, tamen dominam meam Pentadiam monui, ut omnem diligentiam adhiberet, quo calamitati solatium aliquod inveniret. Ais autem te, quod ita tibi ab eo imperatum esset, de his molestiis certiorem me facere ausam esse. Quæ autem hæc audacia est? Numquam igitur hoc dicere destiti, nec desistam, unam solum rem molestam esse, nempe peccatum: reliqua omnia pulveris ac fumi instar esse. Quæ molestia, carcere claudi ac catenis vinciri? quæ molestia calamitatibus premi, cum calamitas tantarum opum causa sit? quæ molestia, relegatio ac bonorum proscriptio? Mera verba hæc

Nihil molestum præter peccatum.

[a] Duo Mss. ἀλγήσας διόπερ ἔφης.

[b] Δοῦναι ἔνστασιν. Ἔνστασις in Basilicis, inquit Cangius in Glossario Græco, significat hæredis institutionem: hic vero δοῦναι ἔνστασιν, quæ est juridica loquendi ratio, nullo modo potest hoc sensu accipi. Tillemontius legendum opinatur, δοῦναι ἔκστασιν, quod significaret, abdicationem dare; qui sensus hic apprime quadraret. Sed cum omnes omnino Editi atque Mss. ἔνστασιν habeant, nihil mutare ausi sumus.

[c] Tres Mss. πάντως ὑποστῆναί με δεῖ. Mox duo Mss. λέγεις ἢ τόπον ἐκ τόπου ἀμείβειν, καὶ πολλάς. De Marutha viro sancto episcopo Martyropoleos agetur pluribus in Vita Chrysostomi.

sunt, rerum acerbitate vacua: verba ex mœrore profecta. Nam sive mortem dixeris, naturæ debitum dicis, quod quidem omnino subeundum est, etiamsi a nemine inferatur: sive exsilium dixeris, nihil aliud dicis, quam regionis ac multarum civitatum prospectum: sive bonorum proscriptionem dixeris, libertatem dicis, ac solutum et expeditum esse.

De Marutha episcopo.

5. Marutham episcopum, quantum in te fuerit, omnibus officiis complecti ne desinas, ut eum e barathro extrahas. Nam ejus opera ob Persidis negotia magnopere egeo. Atque, si id a te fieri potest, ex eo intellige, quidnam illic ipsius studio atque opera perfectum sit: et cur istuc profectus sit, fac sciam, et num ei duas epistolas, quas ad eum misi, reddideris; si ad me scribere velit, rursum scribam; sin rescribere gravetur, saltem, quid illic profectum sit, tibi exponat, et numquid rursus eodem proficiscens præstiturus sit. Nam ego hac de causa ipsum convenire studebam. Utcumque sit, quidquid tuarum partium est, præsta, munusque tuum exple, etiamsi omnes prono capite in præceps ferantur. Merces enim tua numeris omnibus absoluta erit. Eum igitur quam maxime poteris, demereare. Hoc autem quod dicturus sum, ne prætereas, verum de eo perquam ingens studium exhibeas. Narraverunt mihi Marsi ac Gotthi monachi, apud quos Serapion episcopus perpetuo delitescebat, Moduarium diaconum venisse, illud afferentem, admirandum illum episcopum Unilam, quem non ita pridem ordinavi atque in Gotthiam misi, multis ac magnis rebus gestis, diem suum extremum clausisse: ac regis Gotthorum literas attulisse, quibus, ut ad eos episcopus mittatur, petit. Quoniam igitur ad subversionem eam, cujus minæ nobis intentantur, depellendam nullum aliud adjumentum conspicio, quam cunctationem ac dilationem (neque enim nunc ipsi in Bosphorum, aut in illas partes navigare possunt), da operam ut illos tantisper ob hiemem remoreris: hæc, quæso, ne negligenter prætereas: istud enim maximi momenti est. Duo quippe sunt, quæ si contingant, quod Deus avertat, maxime me excruciant; nempe et quod ab istis creandus ille sit, qui tot mala perpetrarunt, et a quibus creari nefas est; et quod simpliciter quispiam creetur. Nam quod non hoc studeant, ut probum virum instituant, tibi quo-

ἡ χώραν, καὶ τὰς πολλὰς πόλεις ὁρᾷν· ἄν τε χρημάτων δήμευσιν εἴπῃς, ἐλευθερίαν λέγεις, καὶ τὸ εὔλυτον εἶναι.

Μαρουθᾶν τὸν ἐπίσκοπον μὴ διαλείπῃς, τό γε εἰς σὲ ἧκον, θεραπεύουσα, ὥστε ἀνιμήσασθαι τοῦ βαράθρου. D Μάλιστα γὰρ αὐτοῦ δέομαι διὰ τὰ ἐν Περσίδι. Καὶ μάθε παρ' αὐτοῦ, ἂν δυνατόν σοι γένηται, τί τε κατώρθωται ἐκεῖσε δι' αὐτοῦ, καὶ τίνος ἕνεκεν παραγέγονε, καὶ δήλωσον ἡμῖν, εἰ τὰς δύο ἐπιστολὰς, ἃς ἔπεμψα αὐτῷ, ἀπέδωκας· κἂν μὲν βουληθείη ἡμῖν ἐπιστεῖλαι, πάλιν ἐπιστελοῦμεν αὐτῷ· ἂν δὲ μὴ βουληθείη, κἂν τῇ εὐλαβείᾳ σου δηλώσῃ, εἴ τι γέγονεν αὐτόθι πλέον, καὶ εἰ μέλλοι τι κατορθοῦν πάλιν κατιών. Ἐγὼ γὰρ διὰ τοῦτο καὶ ἐσπούδαζον E αὐτῷ συγγενέσθαι. Πλὴν πάντα τὰ παρὰ σοῦ γενέσθω, κἂν πάντες κατακέφαλα φέρωνται, τὰ σαυτῆς πλήρου. Ὁ γὰρ μισθός σου ἔσται ἀπηρτισμένος. Πάνυ οὖν αὐτὸν οἰκείωσαι, καὶ ὡς ἐγχωρεῖ. Παρακαλῶ, τοῦτο ὃ μέλλω λέγειν μὴ παραδράμῃς, ἀλλὰ πολλὴν περὶ αὐτοῦ ἐπίδειξαι σπουδήν. Ἐδήλωσάν μοι οἱ μονάζοντες οἱ Μαρσεῖς, οἱ Γότθοι, [d] ἔνθα ἀεὶ κέκρυπτο Σεραπίων ὁ ἐπίσκοπος, ὅτι Μοδουάριος 601 A ἦλθεν ὁ διάκονος ἀπαγγέλλων, ὅτι Οὐνίλας ὁ ἐπίσκοπος ὁ θαυμάσιος ἐκεῖνος, ὃν πρῴην ἐχειροτόνησα καὶ ἔπεμψα εἰς Γοτθίαν, πολλὰ καὶ μεγάλα κατορθώσας ἐκοιμήθη· καὶ ἦλθε φέρων γράμματα τοῦ ῥηγὸς τῶν Γότθων ἀξιοῦντα πεμφθῆναι αὐτοῖς ἐπίσκοπον. Ἐπεὶ οὖν οὐδὲν ἄλλο ὁρῶ πρὸς τὴν ἀπειλουμένην καταστροφὴν συντελοῦν εἰς διόρθωσιν, ἢ μέλλησιν καὶ ἀναβολὴν (οὐδὲ γὰρ δυνατὸν αὐτοῖς πλεῦσαι εἰς τὸν Βόσπορον νῦν, οὐδὲ εἰς τὰ μέρη ἐκεῖνα), ὑπερθέσθαι τέως αὐτοὺς διὰ τὸν χειμῶνα παρασκεύασον· ἀλλὰ μὴ ἁπλῶς αὐτὸ παραδράμῃς· κατόρθωμα γάρ B ἐστι μέγιστον. Δύο γάρ ἐστιν ἃ μάλιστά με λυπεῖ εἰ γένοιτο, ὃ μὴ γένοιτο, τό τε παρὰ τούτων μέλλειν γίνεσθαι, τῶν τοσαῦτα κακὰ ἐργασαμένων, καὶ παρ' ὧν οὐ θέμις, τό τε ἁπλῶς τινα γενέσθαι. Ὅτι γὰρ οὐ σπουδάζουσί τινα γενναῖον ποιῆσαι, οἶσθα καὶ αὐτή. Εἰ δὲ τοῦτο γένοιτο, ὃ μὴ γένοιτο, τὰ ἑξῆς ἐπίστασαι. Ἵν' οὖν μηδὲν τούτων γένηται, [a] πᾶσαν σπουδὴν ποίησαι· ἀψοφητὶ δὲ εἰ δυνατὸν ἦν καὶ λανθανόντως τὸν Μοδουάριον πρὸς ἡμᾶς ἐκδραμεῖν, μέγιστα ἂν C ἠνύετο. Εἰ δὲ μὴ δυνατὸν, ἐκ τῶν ἐγχωρούντων τὰ δυνατὰ γινέσθω. Ὅπερ γὰρ ἐπὶ τῶν χρημάτων γίνε-

[d] Duo Mss. ἔνθα δὴ ἐκρύπτετο Σαραπίων.

[a] Tres Mss. σπουδὴν ἀπόδειξαι vel ἐπίδειξαι ἀψοφητί· εἰ δὲ δυνατὸν τὸν Μοδουάριον.

ται, καὶ ἐπὶ τῆς χήρας συνέβη, τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν πραγμάτων. Ὥσπερ γὰρ ἐκείνη δύο ὀβολοὺς καταβαλοῦσα, ἅπαντας ὑπερηκόντισε τοὺς πλείονα καταβαλόντας, τὴν οὐσίαν πᾶσαν κενώσασα· οὕτω καὶ οἱ εἰς τὰ πράγματα πάσῃ δυνάμει σπουδάζοντες, τὸ πᾶν ἐπλήρωσαν, τό γε εἰς αὐτοὺς ἧκον, κἂν μηδὲν γένηται πλέον, καὶ τὸν μισθὸν ἀπηρτισμένον ἔχουσιν. Ἱλαρίῳ τῷ ἐπισκόπῳ πολλὰς ἔχω χάριτας· ἔγραψε γάρ μοι ἀξιῶν ἐπιτραπῆναι ἀπελθεῖν εἰς τὴν αὐτοῦ, καὶ διορθῶσαι τὰ αὐτόθι, καὶ πάλιν παραγενέσθαι. Ἐπεὶ οὖν πολλὰ ὠφελεῖ ἡ παρουσία αὐτοῦ (καὶ γὰρ εὐλαβής ἐστι, καὶ ἀνὴρ ἀπερίτρεπτος, καὶ ζέων), [b] παρεκάλεσα αὐτὸν ἀπελθόντα ταχέως ἐπανελθεῖν. Ποίησον τοίνυν τὴν ἐπιστολὴν ταχέως καὶ ἀσφαλῶς αὐτῷ ἀποδοθῆναι καὶ μὴ παραῤῥιφῆναι· καὶ γὰρ μετὰ πολλῆς ἐπιθυμίας καὶ σφοδρότητος ἀπῄτησε τὰ παρ' ἡμῶν γράμματα, καὶ πολὺ ὠφελεῖ ἡ παρουσία αὐτοῦ. Πάνυ οὖν φρόντισον τὰς ἐπιστολάς· εἰ μὴ παρείη αὐτόθι Ἑλλάδιος ὁ πρεσβύτερος, διά τινος ἀνθρώπου συνετοῦ, ἐγκέφαλον ἔχοντος, ποίησον ἀποδοθῆναι τοῖς φίλοις.

que perspectum est. Quod si hoc fiat, quod utinam ne fiat, quæ deinceps sequentur haud te fugit. Ac proinde, ne quid horum fiat, omni studio contende. Quod si Moduarius clam ac sine ullo strepitu ad nos excurrere posset, id operæ pretium esset. Sin autem id nequeat, fiant, ut licet, quæ fieri poterunt. Nam quod in pecuniis usu venit, atque etiam in vidua illa contigit, hoc quoque
D in negotiis locum habet. Ut enim illa duobus *Luc.* 21. 2. 3.
obolis collatis omnes, qui plura contulerant, superavit, ut quæ universas suas opes profudisset: sic etiam qui in negotia omni animi contentione incumbunt, quantum quidem in ipsis est, omnia confecerunt, etiamsi nihil inde utilitatis manarit, mercedemque suam numeris omnibus absolutam habent. Hilario episcopo maximas gratias ago: per literas enim a me petiit, ut sibi in urbem suam abeundi potestatem facerem, compositisque rebus se ad nos rediturum spopondit. Quo-
E niam igitur ipsius præsentia non parum utilis est (nam vir pius est, constantique ac fervido animo), cum hortatus sum ut, cum eo profectus fuerit, statim redeat. Ac proinde da operam, ut epistola nostra et celeriter et tuto ipsi reddatur, ac non projiciatur: siquidem magna cum cupiditate ac vehementia nostras literas postulavit, ingentemque ipsius præsentia utilitatem affert. Velim igitur eas diligenter cures, ut nisi presbyter Helladius istic sit, per prudentem aliquem virum ac cerebro præditum amicis reddantur.

Πρὸς τὴν αὐτὴν ἐπιστολὴ ιε'.

Σὺ δέ μοι προσεδόκησας, τοσαύτην ἐκ νεότητός σου ἐπιδειξαμένη φιλοσοφίαν, καὶ τὸν ἀνθρώπινον καταπατήσασα τῦφον, ἀτάραχόν τινα καὶ ἀπόλεμον ζήσεσθαι βίον; Καὶ πῶς ἔνι τοῦτο; Εἰ γὰρ ἄνθρωποις ἄνθρωποι πυκτεύοντες, μυρία καὶ ἐν ἀγῶσι καὶ ἐν πολέμοις δέχονται τραύματα, ἡ πρὸς αὐτὰς ἀποδυσαμένη τὰς ἀρχὰς, καὶ τὰς ἐξουσίας, πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου, πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας, καὶ ἀποδυσαμένη γενναίως οὕτως, καὶ τοσαῦτα στήσασα τρόπαια, καὶ διὰ τοσούτων λυπήσασα τὸν ἄγριον ἐκεῖνον καὶ ἀλάστορα δαίμονα, πόθεν ἤλπισας ἡσύχιόν τινα καὶ ἀπράγμονα [a] βιώσεσθαι βίον; Οὐ τοίνυν διὰ τοῦτο θορυβεῖσθαι χρὴ, ὅτι πολλοὶ πανταχόθεν οἱ πόλεμοι καὶ θόρυβοι, καὶ πολλαὶ αἱ ταραχαί· ἀλλὰ τοὐναντίον, εἰ μηδὲν

Ad eamdem epistola XV.

Tune, cum ab ineunte ætate tantum philosophiæ specimen dederis, humanumque fastum proculcaris, spem habebas fore, ut tranquillam ac pacatam vitam duceres? Qui vero id fieri posset? Nam cum homines cum hominibus colluctantes, innumeras tum in palæstris tum in bellis *Arabisso anno 406.*
602 A plagas accipiant: tu, quæ adversus principatus et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum hujus sæculi, adversus spiritualia nequitiæ te accinxisti, et quidem ita strenue, totque tropæa erexisti, ac tot modis ferocem illum et pestiferum dæmonem molestia affecisti, unde tandem in eam spem veneras, fore ut tranquillam ac negotiorum molestiis vacuam vitam ageres? Quocirca non eo nomine perturbari convenit, quod *Ephes.* 6. 12.

[b] Mss. omnes παρεκάλεσα: Editi παρεκάλεσαν. Veram esse Manuscriptorum lectionem patet ex serie; *epistolam,* inquit, *meam ipsi cito mittito, quia in ea hortatus sum eum, ut quamprimum redeat.*

[a] Duo Mss. ζήσεσθαι βίον.

multa undique bella, multique tumultus ac perturbationes oriantur : quin potius, si nihil horum contigisset, tum demum erat cur mirareris. Siquidem virtuti labor ac discrimen adnexum est. Idque tu prius etiam, quam nostras literas legas, perspectum habes, nec opus est ut ab aliis discas : nam neç ipsi, ut ignorantem doceamus, hæc scribimus. Scimus enim, nec exsilium, nec opum jacturam, quod plerique intolerandum ducunt, non contumeliam, non aliam ullam hujusmodi calamitatem te perturbare posse. Nam cum eorum, qui hæc pertulerunt, socii beati prædicentur, multo certe beatiores sunt qui in iis versantur. Eaque de causa Paulus utroque nomine eos qui ab Hebræorum religione ad Christianam fidem
Hebr. 10. 32. 33. se contulerant, his verbis laudat : *Rememoramini pristinos dies, in quibus illuminati magnum certamen sustinuistis passionum, in altero quidem opprobriis ac tribulationibus spectaculum facti, in altero autem socii taliter conversantium effecti.* Ob idque ne nos quidem longam epistolam condimus. Nemo enim ad eum qui victoriam adeptus est, ac luculentum tropæum statuit, accedit, ut opem ferat, sed ut laudem et prædicationem. Quoniam igitur nos quoque scimus quantam in iis quæ tibi acciderunt, philosophiam exhibueris, beatam te ducimus ac suspicimus, tum ob patientiam, tum ob præmia quæ hinc tibi in posterum reconduntur. Quia autem scio te de rerum nostrarum statu certiorem fieri cupere; siquidem diu tacui : hoc habeto, nos e gravissimo quidem morbo emersisse, cæterum morbi reliquias etiamnum circumferre. Optimos certe medicos præsto habemus : sed necessariarum rerum inopia medicinæ utilitatem labefactat. Hic enim non modo necessariorum medicamentorum penuria est, cæterarumque rerum quibus ægrum corpus relevari potest, verum etiam fames ac pestis imminent. Atque hæc mala perpetuus latronum impetus jam parturit, qui quam longissime grassantes, atque omnes undique vias intercludentes, hinc quoque non parvum iis, qui iter faciunt, periculum creant. Sane Andronicus, ut ipse ait, in eorum manus incidit, atque ab ipsis dispoliatus, ita salvus evasit. Quamobrem te rogo, ne quem posthac huc mittas. Est enim verendum, ne profectionis ad nos causa ei, qui iter hoc suscipit,

τούτων συμβεβήκει, τότε θαυμάσαι ἐχρῆν. Τῇ γὰρ ἀρετῇ συγκεκλήρωται πόνος, καὶ κίνδυνος. Καὶ ταῦτα
B οἶσθα καὶ πρὸ τῶν ἡμετέρων γραμμάτων αὐτὴ, καὶ οὐδὲν δεήσῃ παρ' ἑτέρων μανθάνειν· ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς οὐκ ἀγνοοῦσαν διδάσκοντες, ταῦτα ἐπιστέλλομεν. Ἴσμεν γὰρ, ὅτι οὔτε τὸ πατρίδος ἐκπεσεῖν, οὔτε τὸ χρημάτων ὑπομεῖναι ζημίαν (τοῦτο δὴ τὸ πολλοῖς ἀφόρητον), οὐχ ὕβρις, οὐκ ἄλλη τις τοιαύτη θλῖψις διαταράξαι σε δυνήσεται. Εἰ γὰρ οἱ κοινωνοὶ τῶν ταῦτα πασχόντων γινόμενοι ζηλωτοὶ, πολλῷ μᾶλλον οἱ ἐν αὐτοῖς ὄντες. Διὰ τοῦτο Παῦλος ἀφ' ἑκατέρων τοὺς ἐξ Ἑβραίων πιστεύσαντας ἀνακηρύττει, λέγων· Ἀναμιμνήσκεσθε τὰς πρότερον ἡμέρας, ἐν αἷς φωτισθέντες πολλὴν ἄθλησιν ὑπεμείνατε παθημάτων, τοῦτο
C μὲν ὀνειδισμοῖς καὶ θλίψεσι θεατριζόμενοι, τοῦτο δὲ κοινωνοὶ τῶν οὕτως πασχόντων γενηθέντες. Διὰ τοῦτο οὐδὲ ἡμεῖς μακρὰν ποιοῦμεν τὴν ἐπιστολήν. Οὐδεὶς γὰρ τῷ νικήσαντι, καὶ τρόπαιον στήσαντι λαμπρὸν, παραγίνεται συμμαχίαν νομίζων, ἀλλ' εὐφημίας μόνον. Ἐπεὶ οὖν καὶ ἡμεῖς ἔγνωμεν ὅσην περὶ τὰ συμβάντα τὴν φιλοσοφίαν ἐπεδείξω, μακαρίζομέν σε, θαυμάζομεν τῆς τε εἰς τὸ παρὸν ὑπομονῆς, καὶ τῶν ἀντιδόσεων τῶν ἐντεῦθέν σοι ταμιευομένων. Ἐπειδὴ δὲ καὶ τὰ ἡμέτερα εὖ οἶδ' ὅτι βούλει μανθάνειν (καὶ γὰρ μακρὰν ἐσίγησα σιγήν)· τῆς μὲν χαλεπωτάτης ἀρρωστίας ἀπηλλάγημεν, λείψανα δὲ ἔτι τῆς νόσου περι-
D φέρομεν. Καὶ ἰατρῶν δὲ ἀπολαύομεν ἀρίστων· ἀλλ' ὅμως καὶ οὕτω λυμαίνεται τὴν ἀπὸ τῆς θεραπείας ὠφέλειαν ἡ τῶν ἐπιτηδείων ἀπορία. Οὐ γὰρ δὴ μόνον φαρμάκων ἐνταῦθα σπάνις, καὶ τῶν ἄλλων τῶν δυναμένων διορθῶσαι σῶμα πεπονηκὸς, ἀλλ' ἤδη καὶ λιμὸς μελετᾶται, καὶ λοιμός. Καὶ ταῦτα λοιπὸν ὠδίνει τὰ κακὰ ἡ συνέχεια τῶν λῃστρικῶν ἐφόδων, αἳ μέχρι πορρωτάτω τῶν ὁδῶν ἐκχεόμεναι, καὶ τὰς ὁδοὺς ἀποτειχίζουσαι, τὰς πανταχοῦ τετμημένας, ἐντεῦθεν πολὺν καὶ ὁδοιπόροις ἐπάγουσι κίνδυνον. Ἀν-
E δρόνικος γοῦν, καθώς φησι, καὶ αὐταῖς ἐκείνων περιέπεσε ταῖς χερσὶ, [b] καὶ ἀποδυθεὶς οὕτω διεσώθη. Διὸ παρακαλῶ σου τὴν ἐμμέλειαν μηδένα λοιπὸν ἀποστέλλειν ἐνταῦθα. Δέος γὰρ μὴ τῆς πρὸς ἡμᾶς ἀποδημίας ἡ ὑπόθεσις ἀφορμὴ τῷ παραγινομένῳ σφαγῆς γένηται· [c] καὶ οἶσθα ὅσην ἡμῖν οἴσει τὴν ὀδύνην.

[b] Prius editi ἀπολυθεὶς, duo Mss. ἀποδυθεὶς, et sic etiam unus apud Ducæum, *Exutus vestibus*, et hanc non dubito veram esse lectionem. Hic quippe mos est latronum, obvios spoliare.

[c] Duo Mss. καὶ εἴσῃ Edit. καὶ οἶσθα.

Ἀλλ' εἴ τινος ἐπιλάβοιο γνησίου κατὰ χρείαν ἑτέραν 603 ἐνταῦθα ἀφικνουμένου, δι' αὐτοῦ δήλου τὰ περὶ τῆς A ὑγιείας ἡμῖν τῆς σῆς. Ἰδικῶς μέντοι εἰς τοῦτο μηδεὶς ἐνταῦθα παραγινέσθω, μηδὲ δι' ἡμετέραν χρείαν, διὰ τὸ δέος ὃ προειρήκαμεν.

necem accersat. Quod si accidat, non te fugit quantum dolorem id nobis allaturum sit. Verum si quem spectatæ fidei hominem nanciscaris, qui ob alia negotia huc se conferat, per eum, quo statu valetudo tua sit, fac sciam. Privatim autem ac nostræ utilitatis causa nemo huc veniat, ob eum quem diximus metum.

Πρὸς τὴν αὐτὴν ἐπιστολὴ ις'.

Ἀμφότερα τῆς ἀφάτου τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας, καὶ τὸ συγχωρεῖν τοσούτους ἐπάγεσθαί σοι πειρασμοὺς, καὶ ἐπαλλήλους οὕτως, ὥστε λαμπροτέρους σοι γίνεσθαι τοὺς στεφάνους, καὶ τὸ ταχίστην [a] αὐτῶν ποιεῖσθαι τὴν ἀπαλλαγὴν, ὥστε σε μὴ κατατείνεσθαι πάλιν τῇ παραμονῇ τῶν ἐπαγομένων κακῶν. Οὕτω B καὶ τῶν γενναίων ἀνδρῶν ἐκείνων, τῶν ἀποστόλων λέγω καὶ τῶν προφητῶν, τὸν βίον ἐκυβέρνησεν ὁ Θεὸς, νῦν μὲν ἀφιεὶς τὰ κύματα διεγείρεσθαι, νῦν δὲ [b] ἐπιτιμῶν τῷ τῶν κακῶν πελάγει, καὶ ἀπὸ χαλεποῦ τοῦ χειμῶνος λευκὴν ἐργαζόμενος τὴν γαλήνην. Παῦσαι τοίνυν δακρύουσα, καὶ κατατεινομένη τῇ λύπῃ, μηδὲ τὰ ἐπαγόμενά σοι δεινὰ σκόπει μόνον, τὰ ἐπάλληλα καὶ συνεχῆ, ἀλλὰ καὶ τὴν ταχίστην αὐτῶν ἐλευθερίαν, καὶ τὴν ἄφατον ἐντεῦθεν τικτομένην σοι ἀμοιβὴν καὶ ἀντίδοσιν. Ὅπερ γάρ ἐστιν ἀράχνη, καὶ σκιὰ, καὶ καπνὸς, καὶ εἴ τι τούτων εὐτελέστερον, τοῦτό ἐστι τὰ C ἐπενεχθέντα σοι πάντα δεινὰ, πρὸς τὰ μέλλοντα δίδοσθαί σοι ἐντεῦθεν βραβεῖα. Τί γάρ ἐστι πόλεως ἐκπεσεῖν, καὶ τόπους ἐκ τόπων ἀμείβειν, καὶ πάντοθεν ἐλαύνεσθαι, καὶ δημεύεσθαι, καὶ εἰς δικαστήρια περιέλκεσθαι, καὶ ὑπὸ στρατιωτῶν σπαράττεσθαι, καὶ ὑπὸ τῶν τὰ μυρία εὐεργετηθέντων τὰ ἐναντία νῦν ὑπομένειν, καὶ παρ' οἰκετῶν, καὶ παρ' ἐλευθέρων ἐπηρεάζεσθαι, ὅταν τὸ τούτων ἔπαθλον ὁ οὐρανὸς ᾖ, καὶ τὰ ἀκήρατα ἀγαθὰ ἐκεῖνα, τὰ μηδὲ λόγῳ ἑρμηνευθῆναι δυνάμενα καὶ πέρας οὐκ ἔχοντα, ἀλλ' ἀθάνατον παρέχοντα τὴν ἐξ αὐτῶν ἀπόλαυσιν; Ἀφεῖσα τοίνυν D τὰς ἐπιβουλὰς, τὰς ἐπηρείας, τὰς τῶν χρημάτων ζημίας, τὰς μεταναστάσεις τὰς συνεχεῖς, τὴν ἐν ἀλλοτρίᾳ διαγωγὴν λογίζεσθαι, καὶ πηλοῦ παντὸς εὐτελέστερον ταῦτα καταπατοῦσα, ἐννόει τοὺς ἐκ τούτων σοι τεχθέντας ἐν τοῖς οὐρανοῖς θησαυροὺς, καὶ τὴν ἀνάλωτον πραγματείαν, καὶ τὸν ἄσυλον πλοῦτον. Ἀλλὰ τὸ σῶμά σου κακῶς ἐκ τῶν πόνων τούτων καὶ ταλαιπωριῶν διετέθη, καὶ τὰ τῆς ἀῤῥωστίας ἐπέτριψαν αἱ τῶν ἐχθρῶν ἐπιβουλαί; Πάλιν ἑτέρας μοι λέγεις ἐμπορίας ὑπόθεσιν, μεγάλης καὶ ἀφάτου. Οἶσθα E γὰρ, οἶσθα σαφῶς ἡλίκον ἐστὶ σώματος ἀῤῥωστίαν γενναίως καὶ μετὰ εὐχαριστίας ἐνεγκεῖν. Τοῦτο, ὃ

Ad eamdem epistola XVI.

Cucuso anno 405.

Utrumque ineffabilis Dei benignitatis argumentum est; nempe quod et tot tibi tantasque tentationes inferri permittit, quo splendidiores coronas obtineas, et quamprimum his te liberat, ne illatarum calamitatum diuturnitate rursum opprimaris. Ad hunc enim modum Deus fortium etiam illorum virorum, hoc est apostolorum et prophetarum, vitam gubernavit, nunc fluctus excitari sinens, nunc autem adversarum rerum mare increpans, ac sævam tempestatem in amœnam tranquillitatem convertens. Igitur flere ac teipsam mœrore conficere desine, nec dumtaxat crebras eas, imo perpetuas acerbitates, quæ tibi inferuntur, ante oculos tibi propone, verum etiam celerrimam earum depulsionem, eamque quæ hinc tibi paritur omni oratione præstantiorem remunerationem. Nam quod araneæ tela, et umbra, et fumus est, et si quid his vilius fingi potest, hoc sunt omnes tibi inflictæ acerbitates, si cum iis præmiis conferantur quæ hinc tibi tribuenda sunt. Quid enim est civitate pelli, et ex aliis locis in alia subinde migrare, atque undique exagitari et proscribi, et ad tribunalia trahi, et a militibus raptari, et ab iis qui sexcentis beneficiis affecti fuerint, contraria nunc perpeti, atque tum a famulis tum a liberis vexari, cum horum præmium cælum sit, et purissima illa bona, quæ nec verbis ullis explicari queunt, nec finem habent, verum immortalem fructum atque oblectationem præbent? Quamobrem insidias, vexationes, opum jacturam, continuas locorum mutationes, atque in extera regione commorationem considerare supersede, atque hæc luto quovis vilius proculcans, eos thesauros qui hinc tibi in cælo creantur, quæstumque qui exhauriri et consumi nequit, atque opes ab omni prædonum injuria tutas et immunes animo perpende. At corpus tuum ob labores et ærumnas male affectum est, hostiumque insidiæ morbum adduxerunt? Nimirum ingentis alterius atque ineffabilis

Deus per læta et adversa piorum vitam gubernat.

[a] Duo Mss. αὐτῶν γίνεσθαι. Editi αὐτῶν ποιεῖσθαι.

[b] Iidem ἐπιτείνων.

quæstus materiam mihi rursus commemoras. Scis enim, scis, inquam, plane, quantæ laudis sit, corporis morbum generoso animo atque cum gratiarum actione ferre. Hoc, ut sæpe dixi, Lazaro coronam attulit: hoc in Jobi certaminibus diabolum ignominia affecit, pugilemque ob hujusmodi patientiam clariorem reddidit. Hoc magis quam paupertatis amor, opum contemtio, ac repentina illa filiorum amissio, et sexcentæ insidiæ, ipsum laude ac prædicatione extulit, atque impudens perversi illius dæmonis os perfacile obstruxit. Hæc igitur ipsa quoque perpetuo tecum reputans, gaude et oblectare, quod maximo certamine perfuncta sis, atque id quod tentationum caput est, fac placido animo feras, eoque nomine benigni Dei gloriam prædices, qui cum omnia subito delere ac de medio tollere queat, ea tamen oriri sinit, ut tibi pulcher hic quæstus splendidior exsistat. Ob idque beatam te prædicare minime intermittimus. Illud autem nobis voluptati fuit, quod et litibus et negotiis, ut te dignum erat, defuncta, ejusmodi rei finem imposueris, ut nec ea ignave abjeceris, nec rursum retinueris, ac tribunalibus, iisque quæ hinc oriuntur malis teipsam transfixeris; verum medium iter ingressa sis, eamque, quæ tibi conveniebat, libertatem perceperis, atque ingentem in omnibus rebus prudentiam præ te tuleris, edito videlicet tum patientiæ ac tolerantiæ, tum ejusmodi prudentiæ, quæ fraudibus circumscribi nequit, documento.

Velim tibi Deus sinceræ atque ardentis ac puræ et omni simulatione alienæ, firmæque et constantis erga nos caritatis, tum in hac præsenti vita, tum in futuro ævo, præmium tribuat. Nec enim parva tuæ erga nos benevolentiæ documenta, idque tanto a nobis locorum intervallo disjunctus, exhibuisti, domine mi honoratissime ac generosissime, verum et multa et præclara. Eoque nomine gratias tibi habemus, et sæpe ad te scribere cupimus : verum quoties volumus non licet, sed quoties possumus scribimus. Scis enim quanta ex hieme ac prædonum impetu itinerum difficultas oriatur. Quapropter cum diuturno tempore silemus, ne id negligentia nostra fieri existimes, verum tabellariorum inopiæ istud, non socordiæ nostræ adscribas. Nam si sæpius ad te scribendi facultas offerretur, frequentius ad te literas dare minime nos piguisset. Siquidem nobismet gratissimum facimus, cum debito tibi salutationis munere sæpius perfungimur. Hæc cum scias, tu quoque de tua valetudine ad nos scribere ne intermitte. Quod autem te nobis misisse scribis, hoc nemo huc attulit; verum qui id afferebat, prædonum metu perterritus pedem retulit. Cæterum si me amas, ne hoc facias, ne difficultates atque negotia tibi ipsi exhibeas. Nam ingentium donorum loco sinceram atque ardentem tuam benevolentiam duco : quam cum semper obtineamus, ex caritatis tuæ recordatione semper voluptatem capimus.

λε'. Ἀλφίῳ.

Ὁ Θεός σοι τὸν μισθὸν δῴη, καὶ ἐν τῷ παρόντι βίῳ, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι, τῆς γνησίας καὶ θερμῆς περὶ ἡμᾶς ἀγάπης, τῆς εἰλικρινοῦς, καὶ ἀνυποκρίτου, τῆς ἀκινήτου, καὶ ἀπεριτρέπτου. Οὐ γὰρ
E μικρὰ δείγματα τῆς περὶ ἡμᾶς διαθέσεως, καὶ ταῦτα ἐκ τοσούτου καθήμενος διαστήματος, ἐπεδείξω, κύριέ μου τιμιώτατε καὶ εὐγενέστατε, ἀλλὰ καὶ πολλὰ καὶ μεγάλα. Διὰ τοῦτό σοι χάριτας ἴσμεν, καὶ συνεχῶς ἐπιστέλλειν βουλόμεθα, ἀλλ' οὐ δυνάμεθα ὁσάκις ἂν βουλώμεθα, γράφομεν δὲ ὁσάκις ἂν δυνώμεθα. Οἶσθα γὰρ καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ χειμῶνος, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν λῃστρικῶν ἐφόδων γινομένην ἐν ταῖς ὁδοῖς δυσκολίαν. Μὴ τοίνυν νομίσῃς ῥᾳθυμεῖν ἡμᾶς, ὅταν μακρὰν σιγή-
614 σωμεν σιγὴν, ἀλλὰ τῇ σπάνει τῶν γραμματηφόρων
A τοῦτο λογίζου, μὴ τῇ ὀλιγωρίᾳ τῇ ἡμετέρᾳ. Ὡς εἴγε δυνατὸν ἦν συνεχέστερον ἐπιστέλλειν, οὐκ ἂν ὠκνήσαμεν πυκνὰ πέμποντές σοι γράμματα. Ἡμῖν γὰρ ἑαυτοῖς ἐχαριζόμεθα, τὴν ὀφειλομένην σοι πρόσρησιν συνεχέστερον ἀποδιδόντες. Ταῦτ' οὖν εἰδὼς, γράφε ἡμῖν συνεχῶς καὶ αὐτὸς τὰ περὶ τῆς ὑγιείας τῆς σῆς. Ὅπερ ἔφης ἀπεσταλκέναι ἡμῖν, τοῦτο οὐδεὶς ἐκόμισεν ἐνταῦθα, ἀλλ' ὑπέστρεψεν ὁ ἔχων διὰ τὸν τῶν λῃστῶν φόβον. Πλὴν παρακαλοῦμέν σε μὴ ποιεῖν τοῦτο, μηδὲ δυσκολίας σαυτῷ παρέχειν καὶ πράγματα. Τὰ γὰρ μεγάλα σου δῶρα, τὸ γνήσιόν σου καὶ θερμὸν τῆς
B διαθέσεως, οὗ διηνεκῶς ἀπολαύοντες, ἐντρυφῶμεν ἀεὶ τῇ μνήμῃ τῆς σῆς ἀγάπης.

XXXVI. *Maroni presbytero monacho.*

Ab anno 404. ad 407.

Nos caritatis quidem ac benevolentiæ vinculis tecum adstringimur, ac te ut hic præsentem intuemur. Ejusmodi quippe caritatis oculi sunt, ut nec ullis viarum spatiis interrumpantur, nec temporis diuturnitate debilitentur. Cuperemus autem crebrius quoque ad te literas dare; verum quoniam id tum ob itineris difficultatem, tum ob eorum qui iter faciunt raritatem haud facile est, quoties licet te salutamus, tibique illud significamus, nos tui numquam non meminisse, teque in animo nostro, quocumque tandem in loco simus, circumferre. Cura igitur tu quoque, ut de tua valetudine quam sæpissime certiores fiamus, quo, licet corpore semoti, de tua valetudine

λϛ'. [a] Μάρωνι πρεσβυτέρῳ καὶ μονάζοντι.

Ἡμεῖς τῇ μὲν ἀγάπῃ συνδεδέμεθά σοι καὶ τῇ διαθέσει, καὶ ὡς παρόντα σε ἐνταῦθα οὕτως ὁρῶμεν. Τοιοῦτοι γὰρ τῆς ἀγάπης οἱ ὀφθαλμοί· οὐχ ὁδῷ διακόπτονται, οὐ χρόνῳ μαραίνονται. Ἐβουλόμεθα δὲ καὶ συνεχέστερον ἐπιστέλλειν τῇ εὐλαβείᾳ σου, ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτο οὐκ ἔνι ῥᾴδιον διὰ τὴν τῆς ὁδοῦ
C δυσκολίαν, καὶ τὴν ἀπορίαν τῶν ὁδοιπόρων, ἡνίκα ἂν ἐξῇ προσαγορεύομέν σου τὴν τιμιότητα, καὶ δῆλόν σοι ποιοῦμεν, ὅτι διηνεκῶς ἐπὶ μνήμης σε ἔχομεν, ἐν τῇ ψυχῇ τῇ ἡμετέρᾳ περιφέροντες, ὅπουπερ ἂν ὦμεν. Δήλου τοίνυν καὶ αὐτὸς ἡμῖν συνεχέστερον τὰ περὶ τῆς ὑγιείας τῆς σῆς, ἵνα καὶ τῷ σώματι κεχωρισμένοι, μανθάνοντες συνεχῶς τὰ περὶ τῆς ῥώσεως τῆς σῆς, εὐθυμότεροι γινώμεθα, καὶ πολλὴν ἐν ἐρημίᾳ

[a] [Savil. in textu Ῥωμανῷ : in marg. e var. lect. Μάρωνι.]

καθήμενοι δεχώμεθα τὴν παράκλησιν. Οὐ μικρὰν γὰρ ἡμῖν εὐφροσύνην κομίζει τὸ ἀκούειν περὶ τῆς ὑγιείας τῆς σῆς. Καὶ πρὸ πάντων εὔχεσθαι ὑπὲρ ἡμῶν παρακλήθητι.

subinde aliquid audientes, alacriore animo simus, ingentemque, etiam in solitudine sedentes, conso-
D lationem capiamus. Nec enim parva voluptate afficimur, cum te optime valere audimus. Ante omnia autem illud te oro, ut pro nobis preces ad Deum adhibeas.

λζʹ. Τραγκυλίνῳ ἐπισκόπῳ.

Τὸν κύριόν μου τὸν τιμιώτατον ἐπίσκοπον Σέλευκον οἴκοθεν μὲν ὁ περὶ ἡμᾶς ἀνέστησε πόθος, ἐντεῦθεν δὲ ὁ τῆς σῆς ἀγάπης ἔρως. Οὗτος αὐτὸν καὶ χειμῶνος κατατολμῆσαι, καὶ δυσκολίας ὁδοῦ, καὶ ἀρῥωστίας χαλεπωτάτης ἀνέπεισεν. Ἐπαινέσας τοίνυν αὐτὸν, δέσποτά μου τιμιώτατε, τοῦ φίλτρου τῆς σπουδῆς, ἀπόδος αὐτῷ τὴν ἀμοιβὴν τῆς μακρᾶς ταύτης ταλαιπωρίας, τὴν εἰωθυῖαν περὶ αὐτὸν ἀγάπην καὶ νῦν ἐπιδειξάμενος. Ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς ὡς εἰς λιμένα αὐτὸν ἀκύμαντον εἰς τὰς σὰς παρεπέμψαμεν χεῖρας, εἰδότες σου τὴν πολλὴν φιλοφροσύνην, τὴν γνησίαν ἀγάπην, τὴν θερμὴν καὶ ἀκλινῆ καὶ ἀπερίτρεπτον. Κἂν ἀφικνῆταί τις ἐκεῖθεν, καὶ ῥᾴδιον γένηται, καὶ ἐπιστεῖλαι ἡμῖν παρακλήθητι τὰ περὶ τῆς ῥώσεώς σου. Εὐψύχιος γὰρ εἰς τὸ παρὸν οὐκ ἀπήντησε· διὸ οὐδὲ μαθεῖν τι δεδυνήμεθα ὧν ἔφης ἐκεῖνον ἐρεῖν πρώην ἡμῖν ἐπιστέλλων, διὰ τὸ μηδαμοῦ τὸν ἄνθρωπον φαίνεσθαι. Ταῦτ' οὖν εἰδὼς, ἐκεῖνά τε ἅπερ δι' ἐκείνου πρώην ἐδήλωσας, καὶ εἴ τι πλέον ἡμᾶς γνῶναι ἀναγκαῖον, νῦν γοῦν γνωρίσαι ἡμῖν παρακλήθητι, καὶ τὰ περὶ τῆς ὑγείας σήμαινε τῆς σῆς, τῆς σφόδρα ἡμῖν περισπουδάστου, καὶ ὑπὲρ ἧς ἀεὶ μεριμνῶντες, ἀεὶ μανθάνειν ἐπιθυμοῦμεν.

XXXVII. *Tranquillino episcopo.*

Reverendissimum dominum meum episcopum Seleucum, ut relicta domo huc se conferret, nostri desiderium excitavit: ut autem hinc rursus domum rediret, tui amor. Nam hic eum Cucuso anno ut putatur 404, vel 405.
E induxit, ut et hiemem, et itineris difficultatem, et gravissimum morbum contemneret. Collaudato itaque ipsius amore ac studio, domine mi præstantissime, diuturnæ hujus ærumnæ præmium ipsi repende, hanc nimirum, quam soles, caritatem erga eum ostendens. Nos enim eum ad tuas manus, velut ad tranquillum quemdam portum, transmisimus, quippe qui tuam comitatem, ac sinceram, ferventem, firmam atque constantem caritatem compertam habeamus. Ac si quispiam istinc veniat, idque facile sit, de tua valetudine velim ad nos scribas. Eupsychius enim ad nos non nunc accessit: ideo nihil ex iis quæ, cum
615 nuper ad nos scriberes, dicturum illum aiebas,
A scire potuimus, quod videlicet ipse nusquam appareat. Hæc igitur cum tibi minime ignota sint, tum ea quæ per eum nuper nobis significanda curaveras, tum si quid aliud amplius nos scire necesse sit, nunc saltem fac sciamus, ac de tua valetudine, quæ nobis summæ curæ est, et de qua, cum perpetua sollicitudine laboremus, perpetuo quoque audire cupimus, aliquid nobis significa.

ληʹ. [a] Ὑμνητίῳ ἀρχιητρῷ.

Εἰ καὶ μὴ συνεχῶς ἐπεστάλκαμεν τῇ τιμιότητί σου, ἀλλὰ συνεχῶς σε ἐπὶ μνήμης ἔχομεν, πεῖράν σου τῆς σφοδροτάτης, τῆς σπουδαίας, τῆς γνησίας φιλίας πολλὴν ἐν ἡμέραις ὀλίγαις λαβόντες. Διὰ τοῦτο καὶ τὸν κύριόν μου τὸν τιμιώτατον ἐπίσκοπον Σέλευκον ὡς εἰς λιμένα τὰς σὰς παραπέμπομεν χεῖρας. Καὶ γὰρ ὑπὸ βηχὸς πολεμεῖται χαλεπωτάτης, ἣν ἡ τοῦ ἔτους ὥρα σφοδρότερον ἐπιτρίβει, καὶ χαλεπωτέραν ποιεῖ. Καταμαθὼν τοίνυν, δέσποτά μου τιμιώτατε,

XXXVIII. *Hymnetio archiatro.*

Etsi non crebro ad te literas dedimus, at perpetuo tamen memoria te gestamus, ut qui ferventis tui ac probi et sinceri amoris ingens paucis diebus documentum ceperimus. Eoque Cucuso anno ut putatur 405.
B nomine reverendissimum dominum meum episcopum Seleucum ad tuas manus, non secus atque in portum, transmittimus. Nam ipse gravissima tussi vexatur, quam etiam infestius anni tempus auget, gravioremque reddit. Cum igitur morbi

[a] Vaticanus et Coislinianus et Savil. semper Ὑμητίῳ habent. Morel. Ὑμνητίῳ. Vatic. ἀρχιατρῷ. An Ὑμνήτιος, an Ὑμήτιος sit appellatus, dicere non ausim. Plures Mss. Ὑμήτιον habent. Erat hic archiater et medicus sacri palatii, unde, ut observat Ducæus, in Codice Theodosiano titulus est de Comitibus et Archiatris sacri palatii.

naturam perspectam habeas, domine mi cumprimis venerande, da operam, ut eum ex hac tempestate eripias, morbi incommodo artis tuæ vim opponens, cujus ope atque adjumento multos sæpe, cum in idem periculum venissent, ne ejusmodi fluctibus obruerentur, e naufragio statim exemisti.

τοῦ νοσήματος τὴν φύσιν, ἐξαρπάσαι αὐτὸν τοῦ κλυδωνίου πειράθητι, τῇ τῆς ἀῤῥωστίας βλάβῃ τὴν ἀπὸ τῆς ἐπιστήμης τῆς σῆς ἐπιτειχίσας δύναμιν, δι' ἧς πολλοὺς πολλάκις κινδυνεύσαντας ὑπὸ τοιούτων κυμάτων ὑποβρυχίους γενέσθαι τοῦ ναυαγίου ταχέως ἀπήλλαξας.

XXXIX. *Chalcidiæ.*

C

λθ'. Χαλκιδίᾳ.

Cucuso anno 404, vel 405.

Caritatem eam, quam jam inde ab initio erga nos habes, novi: quodque vigentem eam retineas, ac cumulatiorem subinde reddas, eamque ob disjunctionem nostram, tantumque temporis spatium, non modo obscurari non sinas, sed etiam magis inflammes. Illud quoque scio, te literas nostras magna cum animi voluptate accipere; teque, sive scribas, sive taceas, eodem tamen semper animo erga nos esse: id enim et multis in rebus, et sæpe sum expertus. Quamobrem te oro, ut eumdem erga nos animum retinere pergas: siquidem sinceri tui amoris multa pignora, multa monimenta habemus. Idcirco te tamquam in animo nostro insculptam perpetuo circumferimus, tuique memoriam ita tenemus, ut nulla oblivione deleri possit, etiamsi non sæpe scribamus ob tabellariorum inopiam. Hæc igitur cum non te fugiant, ornatissima et religiosissima domina mea, subinde quoque ipsa de tua valetudine ad nos scribe. Quamquam enim nos, cum nullæ nobis abs te literæ redduntur, eos qui istinc veniunt de hac re semper sciscitamur: tamen a te quoque literas, quæ de tuæ valetudinis statu læta nobis nuntient, perpetuo accipere avemus.

Οἶδα τὴν ἀγάπην ἣν ἔσχες περὶ ἡμᾶς ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς, καὶ ὅτι ἀκμάζουσαν αὐτὴν διατηρεῖς, καὶ ὅτι αὐτῇ καὶ προσθήκας ἐργάζῃ, καὶ οὐ μόνον οὐδὲν αὐτὴν εἴασας ἀμαυροτέραν γενέσθαι ἀπὸ τοῦ χωρισμοῦ, καὶ τοῦ τοσούτου χρόνου, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον αὐτὴν ἀνάπτεις. Οἶδ' ὅτι καὶ μετὰ πολλῆς δέχῃ τῆς εὐφροσύνης τὰ παρ' ἡμῶν γράμματα, καὶ ὅτι καὶ γράφουσα καὶ σιγῶσα ὁμοίως περὶ ἡμᾶς διάκεισαι, πολλὴν τοῦ πράγματος καὶ ἐν πολλῷ τῷ χρόνῳ τὴν πεῖραν εἰληφώς. Διὸ δὴ παρακαλοῦμεν τὴν τιμιότη-
D τά σου καὶ περὶ ἡμᾶς οὕτω διακεῖσθαι· πολλὰ γὰρ ἐνέχυρά σου τῆς [b] γνησίας ἀγάπης ἔχομεν, πολλὰ ὑπομνήματα. Διὸ καὶ ἐν τῇ ψυχῇ σε διηνεκῶς περιφέρομεν, ἐγκολάψαντες ἡμῶν τῇ διανοίᾳ, καὶ τὴν μνήμην σου ἄληστον ἔχομεν, κἂν μὴ διηνεκῶς γράφωμεν, διὰ τὴν σπάνιν τῶν γραμματηφόρων ἐγκοπτόμενοι. Ταῦτ' οὖν εἰδυῖα, κυρία μου κοσμιωτάτη καὶ εὐλαβεστάτη, γράφε καὶ αὐτὴ συνεχῶς ἡμῖν τὰ περὶ τῆς ὑγιείας τῆς σῆς. Ἡμεῖς μὲν γὰρ κἂν μὴ δεξώμεθα γράμματα, τοὺς ἐκεῖθεν ἐρχομένους συνεχῶς ἐρωτῶμεν τοῦτο· βουλόμεθα δὲ καὶ παρὰ τῆς κοσμιό-
E τητος τῆς σῆς συνεχῶς δέχεσθαι ἐπιστολὰς, εὐαγγελιζομένας ἡμᾶς τὰ περὶ τῆς ῥώσεως τῆς σῆς.

XL. *Asyncritiæ.*

μ'. Ἀσυγκριτίᾳ.

Cucuso anno 404.

Te in magna calamitate nunc versari scio. At quemadmodum hoc scio, sic et illud etiam, ingentem te pro his calamitatibus mercedem atque amplum præmium et remunerationem manere. Mœror etenim animæ utilitatem affert, ciique præmia multa conciliat. Hæc igitur sciens atque considerans, maximam hinc consolationem accipe: nec calamitatum dumtaxat acerbitas tibi ob oculos versetur, verum etiam emolumentum quod ex iis colligitur; ac subinde ad nos de tua valetudine scribe. Neque enim levi dolore affecti

Οἶδα ὅτι ἐν πολλῇ θλίψει καθέστηκας νῦν. Ἀλλ' ὥσπερ τοῦτο οἶδα, οὕτως κἀκεῖνο ἐπίσταμαι, ὅτι πολύς σε ἐκ τῶν θλίψεων τούτων ἀναμένει μισθὸς, καὶ
616 μεγάλη ἀμοιβὴ καὶ ἀντίδοσις [c] κεῖται. Εἰ γὰρ καὶ ἀθυ-
A μία, ἀλλὰ τὴν ψυχὴν ὠφελοῦσα, καὶ πολλὰ τὰ βραβεῖα προξενοῦσα. Ταῦτ' οὖν εἰδυῖα καὶ λογιζομένη, μεγίστην ἐντεῦθεν καρποῦ τὴν παράκλησιν, μὴ τὸ ὀδυνηρὸν μόνον ὁρῶσα τῶν θλίψεων, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐκ τούτων συναγόμενον κέρδος· καὶ γράφε συνεχῶς ἡμῖν περὶ τῆς ὑγιείας τῆς σῆς. Ἐπεὶ καὶ νῦν οὐχ ὡς ἔτυχεν ἠλγήσαμεν, ἀκούσαντές σε ἀῤῥωστεῖν. Διὸ καὶ σφό-

[b] Duo Mss. *γνησίας φιλίας ἔχομεν.*

[c] Coislin. *κομίζει γὰρ καὶ ἀθυμία τῇ ψυχῇ ὠφέλειαν, καὶ πολλὰ τὰ βραβεῖα. ταῦτ' οὖν.*

ὅρα ἐπιζητοῦμεν μανθάνειν μετὰ πολλοῦ τοῦ τάχους, εἰ ῥᾷόν σοι διετέθη τὰ τῆς ἀῤῥωστίας, ὥστε τῆς ἐπὶ ταύτῃ φροντίδος ἀνεθῆναι.

sumus, cum te adversa valetudine esse accepimus. Ideo magna cum celeritate scire vehementer cupimus, num de gravitate aliquid remiserit, quo ea cura, quam hinc concepimus, levemur.

* μα'. Βαλεντίνῳ.

Τρίτην πέμπω ταύτην ἐπιστολὴν, οὐδεμίαν αὐτὸς δεξάμενος παρὰ τῆς μεγαλοπρεπείας τῆς σῆς. Ἀλλ' ὅτι μὲν μετὰ πολλῆς τῆς εὐφροσύνης ἐδέξω ἡμῶν τὰ γράμματα, καὶ τὸν ἐγχειρίσαντα ταῦτα τῆς σοι προσηκούσης ἐποίησας ἀπολαῦσαι τιμῆς, καὶ τὰ παρὰ σαυτοῦ πάντα εἰσήνεγκας, ἐν οἷς ἐδεῖτό σου τῆς δυνάμεως, ἔγνωμεν, καὶ οὐδὲν ἡμᾶς τούτων ἔλαθεν· ἐπιστολὴν δὲ οὐδεμίαν ἐκομισάμεθα. Καὶ εἰ μὲν ἄλλος τις ἦν τῶν οὐ σφόδρα γενναίων ὁ σιωπήσας τοσοῦτον, ἐνομίσαμεν ἂν αὐτῷ πρόφασιν εἰς ἀπολογίαν εἶναι τῶν πραγμάτων τὸν ὄχλον. Ἐπειδὴ δέ σου τὸ ὑψηλὸν [a] τῆς σῆς διανοίας ἴσμεν, τὸ θερμὸν τῆς ἀγάπης, τὸ γνήσιον, τὸ εἰλικρινὲς, τὸ διαρκὲς, τὸ μόνιμον, οὐκ ἂν δεξαίμεθα ταύτην ἀπολογίαν, οὐδ' αὖ τὸ μὴ ἐκεῖσε διατρίβειν σου τὴν θαυμασιότητα· καὶ γὰρ καὶ τοῦτο ἔγνωμεν. Ἀλλ' ἑνὶ μόνῳ καρπωσόμεθα τῆς μακρᾶς σιγῆς παραμυθίαν, εἰ βουληθείης εἰς τὸ ἐπιὸν τὸ παροφθὲν [b] ἐν τῷ παρελθόντι χρόνῳ ἀνακτήσασθαι, καὶ πέμψαι νιφάδας γραμμάτων ἡμῖν, ἀπὸ τῆς μέλι ῥεούσης γλώττης τὰ περὶ τῆς ὑγιείας σοῦ τε καὶ τῆς ἀσφαλείας δηλούντων. Εἰ γὰρ καὶ ἐν ἐρημίᾳ καθήμεθα, καὶ πολιορκίᾳ χαλεπῇ, καὶ μυρίοις περιεστοιχίσμεθα δεινοῖς, ἀλλ' ὅμως οὐ παυόμεθα μεριμνῶντες τὴν σὴν θαυμασιότητα· καὶ καθ' ἑκάστην [c] πυνθανόμεθα ἐν τίσιν ὁρμᾷ τὰ σά. Ἵν' οὖν μὴ παρ' ἑτέρων, ἀλλὰ καὶ παρὰ τῆς γλυκείας καὶ ποθεινοτάτης ἡμῖν διαθέσεως ταῦτα μανθάνωμεν, γράφε συνεχῶς ἡμῖν τὰ περὶ τῆς ῥώσεως τῆς σῆς· καὶ τὸ πᾶν ἀπειλήφαμεν, ἢν δεξώμεθα ἐπιστολὰς ταῦτα φερούσας ἡμῖν τὰ εὐαγγέλια.

B

XLI. Valentino.

Tertiam hanc epistolam mitto, cum ipse a te Cucuso anno 404.
nullam acceperim. Verum quod magna cum animi voluptate literas nostras acceperis, cumque qui eas reddidit, quo decebat honore affeceris, atque item id omne quod tuarum partium erat in iis rebus, quæ tuam opem requirebant, præstiteris, intelleximus, nec quidquam horum nobis latuit: interim tamen nullam epistolam accepimus. Ac si quidem alius ex iis qui minus generoso animo sunt, hujusmodi silentio usus fuisset, ita existi- C mavissemus, eum excusationis causa negotiorum molem prætendere. Cum autem mentis tuæ sublimitatem caritatisque fervorem, sinceritatem, puritatem atque constantiam exploratam habeamus, adduci non possumus, ut hac excusatione contenti simus. Ne item dixeris, te illic non commorari: nam illud nobis compertum est. Verum hac una dumtaxat re diuturni silentii tui consolationem capiemus, si id quod antehac abs te neglectum est, compensare volueris, quam plurimasque ab ista lingua, ex D qua mel manat, fusas literas mittere, quæ nobis valetudinis tuæ statum certo exponant. Quamquam enim in solitudine sedemus, gravique obsidione, atque innumeris acerbitatibus undique cincti sumus, de te tamen in cura et sollicitudine esse non desinimus, singulisque diebus, ut se res tuæ habeant, percontamur. Quamobrem ne ab aliis, verum abs te, cujus nobis dulcis ac perquam suavis benevolentia est, hæc intelligamus, subinde, quæso, de tua valetudine ad nos scribe. Nihil enim erit, quod non a te accepisse existimemus, si epistolas, quæ lætum hunc nobis nuntium ferant, acceperimus.

μβ'. Κανδιδιανῷ.

Πολὺ τῆς ὁδοῦ τὸ μέσον τὸ διεῖργον ἡμᾶς, ἀλλ' οὐδὲ ὁ χρόνος βραχὺς, ἐξ οὗ τῆς θαυμασιότητος ἐχω-

E

XLII. Candidiano.

Ingens itineris intervallum nos dirimit, nec Cucuso anno 404.
parvum tempus est, cum abs te sejuncti fuimus:

* Putat Fronto Ducæus verisimile esse hunc Valentinum fuisse præfectum prætorio aut urbi Constantinopoli, quia μεγαλοπρεπείας, *magnificentiæ*, honorifico vocabulo compellatur. Verum quoniam rectores etiam provinciarum, et patricii, ut ipse fatetur, Magnificentiæ titulo exornati occurrunt, res in incerto versatur.

a [Savil. τῆς διανοίας.]

b Coislin. ἐν τῷ παρόντι καιρῷ.

c Duo Mss. πυνθανόμενοι. [Mox Savil. ὁρμεῖ.]

quin negotiorum quoque magna nos turba circumstat, gravissima loci solitudo, intoleranda obsidio, insidiæ, latronum incursiones, aliaque præterea angustia, nimirum corporis morbus. Nec tamen quidquam horum nos in tui amore segniores effecit : quin potius vigentem eum ac florentem conservamus, ac te, quocumque tandem in loco simus, animo et cogitatione circumferimus, tuique memoriam oblivionis omnis expertem tenemus, animique tui nobilitatem ac ingenuitatem, sinceræque caritatis firmitatem atque constantiam, benevolentiæque fervorem incisum in animis nostris habemus. Ad hunc scilicet modum hic degimus, summum tantæ solitudinis solatium in earum rerum quæ abs te recte geruntur recordatione positum habentes. Tu vero ad nos quoque subinde scribe, domine mi summopere admirande ac magnifice, de tua valetudine nobis læta nuntians. Scis enim quantopere ipsam complectamur (quippe de ea aliquid audire magnæ nobis curæ est), quodque duplicem voluptatem capiemus, si et ipse scribas, et literæ abs te hoc argumento ad nos afferantur.

ρίσθημεν τῆς σῆς· καὶ τῶν πραγμάτων δὲ πολὺς ὁ περιεστὼς ἡμᾶς ὄχλος, ἐρημία χωρίου χαλεπωτάτη, πολιορκία ἀφόρητος, ἔφοδοι, καταδρομαὶ λῃστῶν, ἑτέρα στενοχωρία,[d] ἡ τοῦ σώματος ἀῤῥωστία. Ἀλλ' ὅμως οὐδὲν τούτων ῥαθυμοτέρους ἡμᾶς περὶ τὴν ἀγά-
617 πην τὴν σὴν πεποίηκεν, ἀλλ' ἀκμάζουσαν αὐτὴν καὶ
A ἀνθοῦσαν διατηροῦμεν, ἐπὶ διανοίας σε περιφέροντες, ὅπουπερ ἂν ὦμεν, καὶ ἄληστόν σου τὴν μνήμην ἔχοντες, καὶ τὸ εὐγενές σου τῆς ψυχῆς, τὸ ἐλευθέριον, τὸ ἄτρεπτον, τὸ ἀκλινὲς τῆς γνησίας ἀγάπης, τὸ θερμὸν τῆς διαθέσεως ἐγκολάψαντες ἡμῶν τῇ διανοίᾳ. Οὕτως ἐνταῦθα διάγομεν, μεγίστην παραμυθίαν τῆς τοσαύτης ἐρημίας τὴν μνήμην τῶν σῶν κατορθωμάτων ἔχοντες. Γράφε δὴ καὶ αὐτὸς ἡμῖν συνεχῶς, δέσποτά μου θαυμασιώτατε καὶ μεγαλοπρεπέστατε,
B τὰ περὶ τῆς ὑγιείας τῆς σῆς εὐαγγελιζόμενος. Οἶσθα γὰρ ὅπως αὐτῆς ἀντεχόμεθα (καὶ γὰρ περισπούδαστον ἡμῖν περὶ ταύτης μανθάνειν), καὶ ὅτι διπλῆν καρπωσόμεθα τὴν εὐφροσύνην, τῷ τε ἐπιστέλλειν αὐτὸν, τῷ τε τοιαῦτα δέχεσθαι ἡμᾶς γράμματα παρὰ τῆς μεγαλοπρεπείας τῆς σῆς.

XLIII. Bassianæ.

Cucuso anno 405.

Tu quidem perdiu siluisti, idque, cum reverendissimum ac religiosissimum diaconum Theodotum præsto haberes, per quem facile nancisci posses, qui istinc ad nos venirent. Nos autem ne hinc quidem te in amore erga nos segniorem redditam esse suspicamur; quippe qui persæpe ac multis in rebus ipsius periculum fecerimus, ejusque splendorem, puritatem, sinceritatem atque constantiam exploratam habeamus. Quamobrem, sive scribas, sive taceas, eodem erga te animo sumus, deque tua integra et pura benevolentia minime dubitamus. Quamquam autem eo animo sumus, crebras tamen literas, quæ nobis de tua totiusque tuæ domus valetudine, quæ volumus, nuntient, accipere vehementer cupimus. Quandoquidem nosti ipsam quoque nobis admodum curæ esse. Hæc igitur cum tibi perspecta sint, ornatissima ac nobilissima domina mea, hanc nobis gratiam velim concedas, quæ et levis, facilis et æqua est, et nobis, qui in hac solitudine hæremus, ingentem consolationem affert.

μγ'. Βασσιανῇ.

Αὐτὴ μὲν μακρὸν ἐσίγησας χρόνον, καὶ ταῦτα ἔχουσα τὸν κύριόν μου τὸν τιμιώτατον καὶ εὐλαβέστατον Θεόδοτον τὸν διάκονον, δυνάμενον ῥᾳδίως εὑρί-
C σκειν τοὺς ἐκεῖθεν ἐνταῦθα ἀφικνουμένους. Ἡμεῖς δὲ οὐδὲ ἐντεῦθεν ὑποπτεύομέν σου τὴν ἀγάπην, ὡς ῥαθυμοτέραν γεγενημένην περὶ ἡμᾶς· πολλὴν γὰρ αὐτῆς πεῖραν, καὶ διὰ πολλῶν εἰλήφαμεν, καὶ ἔγνωμεν αὐτῆς τὸ λαμπρὸν καὶ εἰλικρινὲς, τὸ γνήσιον καὶ ἀπερίτρεπτον. Διὸ κἂν γράφῃς, κἂν σιγᾷς, ὁμοίως διακείμεθά σου περὶ τὴν εὐγένειαν, καὶ θαῤῥοῦμεν περὶ τῆς διαθέσεως τῆς σῆς, ὡς ἀκεραίου καὶ ἀκραιφνοῦς μενούσης. Ἀλλ' ὅμως καὶ οὕτω διακείμενοι, σφόδρα βουλόμεθα συνεχῆ δέχεσθαι γράμματα παρ' ὑμῶν, εὐαγγελιζόμενα ἡμᾶς περὶ τῆς ὑγιείας τῆς ὑμετέρας, καὶ τοῦ οἴκου ὑμῶν παντός. Ἐπειδὴ καὶ σφόδρα ταύτης ἐπιθυμοῦμεν καὶ ἀντεχόμεθα, καθά-
D περ καὶ αὐτὴ οἶσθα. Ταῦτα οὖν εἰδυῖα, κυρία μου κοσμιωτάτη καὶ εὐγενεστάτη, χαρίζου τὴν χάριν ἡμῖν ταύτην, κούφην τε οὖσαν καὶ ῥᾳδίαν, καὶ εὔλογον, καὶ πολλὴν ἡμῖν καὶ ἐν ἐρημίᾳ καθημένοις παρέχουσαν τὴν παραμυθίαν.

[d] Omnes Mss. ἡ τῆς τοῦ στομαχοῦ ἀῤῥωστίας. Edit. ἡ τοῦ σώματος ἀῤῥωστία.

μδ'. Θεοδότῳ διακόνῳ.

Οἶδα καὶ αὐτὸς, ὅτι οὐκ ἂν ἡμῖν διὰ γραμμάτων συνεγένου, εἰ διὰ παρουσίας ἐξῆν· ἀλλὰ πάντα ἀφεὶς μεθ' ἡμῶν ἔμελλες εἶναι, εἰ μὴ κώλυμα ἦν, καὶ κώ- E λυμα μέγιστον, καὶ ἡ τοῦ ἔτους ὥρα, καὶ τῶν πραγμάτων ἡ δυσκολία, καὶ τῶν ἐνταῦθα ἡ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπιτεινομένη πρὸς τὸ χεῖρον ἐρημία. Καὶ οὐδὲν δέομαι τοῦτο παρὰ σοῦ μανθάνειν. Ἐπειδὴ γὰρ ἔγνων ἅπαξ, ὅτι σφοδρὸς ἡμῶν ἐραστὴς εἶ, ἔγνων καὶ τοῦτο καλῶς. Ἡμεῖς μὲν οὖν, καὶ μὴ ἀναμνήσαντός σου, πρὸς πάντας ἂν ἐπεστάλκαμεν· ἐθαυμάσαμεν δέ σε καὶ ταύτης τῆς περὶ ἡμᾶς φιλοστοργίας, ὅτι καὶ τῷ τέλει τῆς ἐπιστολῆς παράκλησιν ὑπὲρ τούτου προσέθηκας. Τοῦτο γὰρ ψυχῆς σφόδρα μεριμνώσης τὰ ἡμέτερα, φροντιζούσης, κηδομένης, γνησίως 618 ἀγαπᾷν ἐπισταμένης. Τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις ἅπασιν A ἐπέσταλκα· ἐπειδὴ δὲ καὶ τῇ κυρίᾳ μου Καρτερίᾳ πρῴην ἦμεν ἐπεσταλκότες, ἔγνωμεν δὲ αὐτὴν μὴ διατρίβειν ἐκεῖσε, ἀλλὰ μακρὰν ὁδὸν ἀποδεδημηκέναι· εἰ μὲν οἷόν τε ἐκπεμφθῆναι τὰ γράμματα τὰ ἡμέτερα ἐκεῖ, καὶ τοῦτο γενέσθω, ἐὰν δοκιμάσῃς· εἰ δὲ μὴ δυνατὸν, τοῖς γοῦν κυρίοις μου τιμιωτάτοις καὶ εὐγενεστάτοις τοῖς [a] περὶ Μαρκελλιανὸν συντυχὼν διαλέχθητι, ὥστε αὐτῇ εἴ ποτε ἐπιστέλλοιεν, ἀπολογήσασθαι ὑπὲρ ἡμῶν, ὡς οὐκ ἐῤῥαθυμηκότων, οὐδὲ τὸν μεταξὺ χρόνον σεσιγηκότων, ἀλλ' ὑπὸ τῆς μακρᾶς αὐτῆς ἀποδημίας κωλυθέντων συνεχέστερον ἐπιστέλλειν πρὸς αὐτήν.

XLIV. Theodoto diacono.

Scio utique te per literas nos minime conventurum fuisse, si coram id licuisset: verum omnibus rebus omissis ad nos te conferres, nisi et anni tempus, et negotiorum difficultas, et hujus loci solitudo quotidie ingravescens, maximum impedimentum afferret. Nec opus est, ut ex te hoc ediscam. Nam cum illud semel mihi compertum sit, me abs te vehementer amari: hoc quoque optime novi. Quamquam autem, etiamsi minime admonuisses, nihilominus ad omnes scripturus eram: tamen hoc etiam nomine tuum erga nos amorem admirati sumus, quod extrema tua epistola me quoque de hac re cohortandum duxisti. Nam hoc animi est vehementer solliciti, ac rerum nostrarum cura laborantis, et qui sincere amare norit. Quamobrem excepta domina mea Carteria, ad quam nuper literas dedi, omnibus scripsi: eam autem illic non commorari accepi, verum longam peregrinationem iniisse. Quocirca si literæ nostræ illuc perferri queant, hoc quoque, si tibi videbitur, fiat: sin id fieri minime possit, velim saltem carissimos ac nobilissimos viros Marcellianum et socium convenias, atque cum iis agas, ut si quando ad eam scribant, ei me purgent, ut qui non per negligentiam tantisper tacuerim, verum longa ipsius absentia, quominus ad eam crebro scriberem, impeditus sim.

Cucuso anno 405.

με'. Συμμάχῳ πρεσβυτέρῳ. B

Οὐδὲν καινὸν οὐδὲ ἀπεικὸς τεθλιμμένην ὁδεύοντα ὁδὸν στενοχωρεῖσθαι. Τοιαύτη γὰρ τῆς ἀρετῆς ἡ φύσις, πόνων γέμει καὶ ἱδρώτων, ἐπιβουλῶν καὶ κινδύνων. Ἀλλ' ἡ μὲν ὁδὸς τοιαύτη· τὰ δὲ ἐντεῦθεν στέφανοι, βραβεῖα, τὰ ἀπόῤῥητα ἀγαθὰ, καὶ τέλος οὐκ ἔχοντα. Τούτοις τοίνυν σαυτὸν παρακάλει· καὶ γὰρ καὶ ἡ ἄνεσις καὶ ἡ θλίψις ἡ τοῦ παρόντος παροδεύεται βίου, καὶ αὐτῷ τῷ βίῳ συγκαταλύεται. Μηδὲν οὖν C μηδὲ ἐκείνων φυσάτω, μηδὲ τούτων ταπεινούτω καὶ συστελλέτω. Ὁ γὰρ ἄριστος κυβερνήτης οὔτε ἐν γαλήνῃ χαυνοῦται, οὔτε ἐν χειμῶνι ταράττεται. Ταῦτ'

XLV. Symmacho presbytero.

Minime novum ac præposterum videri debet, si is, qui angustum iter tenet, premitur. Nam hæc virtutis natura est, ut laboribus et sudoribus atque insidiis et periculis scateat. Verum iter quidem est ejusmodi: post autem sequuntur coronæ, præmia, et arcana bona, quibus finis nullus est constitutus. Hac igitur cogitatione te ipsum consolare: nam præsentis vitæ et voluptas et calamitas una cum hac vita fluunt, simulque cum ea intereunt. Ne igitur quidquam illorum animum tuum inflet, nec rursum quid-

Ab anno 404, ad 407.

[a] *Τοῖς περὶ Μαρκελλιανόν.* Sæpe diximus in Edit. S. Athanasii illud *τοῖς περὶ* raro de uno solo dici, sæpissime vero aut de duobus aut de pluribus. Hic certe de duobus saltem sermonem habere planum videtur ex iis quæ præcedunt, *τοῖς κυρίοις μου τιμιωτάτοις καὶ εὐγενεστάτοις τοῖς περὶ Μαρκελλιανόν.* Libenter crediderim hic agere Chrysostomum de Marciano et Marcellino vel Marcelliano, nam sic quoque scriptum in Mss. legitur, quando ad utrumque literæ mittuntur, quod sæpe contingit: rariusque literæ ad singulos diriguntur, ut in harum epistolarum decursu animadvertas.

quam horum te deprimat atque contrahat. Siquidem optimus gubernator nec tranquillo tempore remissius agit, nec grassante tempestate perturbatur. Hæc igitur cum tibi perspecta sint, teipsum solare, maximamque hinc mœroris levationem capias : ac de tua valetudine fac nos subinde certiores. Nam etsi longo itineris intervallo a te disjungimur, diuque a tua suavitate abfuimus, at non item a tua caritate : verum eam omnis oblivionis expertem ac recentem, ubicumque simus, semper circumferimus : nam hæc quoque sinceri amoris natura est.

οὖν εἰδὼς παρακάλει σαυτὸν, καὶ παραμυθίαν ἐντεῦθεν καρποῦ τὴν μεγίστην. Γράφε συνεχῶς ἡμῖν τὰ περὶ τῆς ὑγιείας τῆς σῆς. Εἰ γὰρ καὶ πολλῷ τῷ μήκει τῆς ὁδοῦ διειργόμεθα, καὶ πολὺν σου τῆς ἐμμελείας ἀπελείφθημεν χρόνον, ἀλλ' οὐ τῆς ἀγάπης, ἀλλ' ἄληστον αὐτὴν ἀεὶ περιφέρομεν καὶ ἀκμάζουσαν, D ὅπουπερ ἂν ὦμεν, ἐπείπερ τοιαύτη τοῦ φιλεῖν γνησίως ἡ φύσις.

XLVI. *Ruffino.*

Ab anno 404. ad 407.

Cupiebam quidem sæpius ad te literas dare, domine mi cumprimis venerande ac religiose, quia te amo, ac vehementer amo; atque utrumque hoc ipse quoque nosti. Quoniam autem alterum quidem nostri arbitrii est, alterum autem non in nobis situm est : ut enim te amemus, in arbitrio nostro consistit, ut autem ad te sæpe scribamus, non item, tum ob itineris difficultatem, tum ob anni tempus : illud quidem perpetuo facimus, hoc autem cum licet; imo etiam perpetuo facimus. Nam etsi atramento atque charta non semper scribimus : at voluntate tamen atque animo scribimus : ea quippe sinceri amoris natura est.

μϛ'. Ῥουφίνῳ.

Ἐβουλόμην μὲν συνεχέστερον ἐπιστέλλειν [b] σου τῇ εὐλαβείᾳ, ἐπειδή σε φιλῶ, καὶ σφόδρα φιλῶ, δέσποτά μου αἰδεσιμώτατε καὶ εὐλαβέστατε· καὶ ἀμφότερα ταῦτα οἶσθα καὶ αὐτός. Ἀλλ' ἐπειδὴ τὸ μὲν ἐν ἡμῖν E κεῖται, τὸ δὲ οὐκ ἐν ἡμῖν· τοῦ μὲν γὰρ φιλεῖν ἡμεῖς κύριοι, τοῦ δὲ συνεχῶς ἐπιστέλλειν οὐκ ἔτι, διά τε τῆς ὁδοῦ τὴν δυσκολίαν, καὶ τοῦ ἔτους τὴν ὥραν· ἐκεῖνο μὲν διηνεκῶς ποιοῦμεν, τοῦτο δὲ ἡνίκα ἂν ἐξῇ· μᾶλλον δὲ καὶ τοῦτο διηνεκῶς ποιοῦμεν. Εἰ γὰρ καὶ μὴ μέλανι μηδὲ χάρτῃ συνεχῶς ἐπιστέλλομεν, ἀλλὰ γνώμῃ καὶ διανοίᾳ· τοιοῦτον γὰρ τὸ φιλεῖν γνησίως.

619 A

XLVII. *Namææ.*

Cucuso anno 405.

Quid huc illucque te versas, dum ob eam rem excusationem quæris, ac veniam petis, ob quam te corona donamus ac prædicamus : quippe qui, quod ad nos scripseris, gratum habeamus; quod autem sero ac tarde, idcirco tibi succensere possimus ? Quapropter si magnæ audaciæ id fuisse existimas, quod ad nos literas dederis, hoc omisso ad tarditatis crimen defensionem meditare atque compara. Nam quo magis dixeris, te tum præsentes, tum absentes sincere dilexisse, eo magis accusationem auxeris. Etenim si ex eorum numero esses, quorum vulgaris erga nos amor esset, minime mirum mihi fuisset te diu siluisse; cum autem te tam sinceram ac ferventem erga nos caritatem præ te tulisse asseras, ut ne iter quidem usque adeo molestum totque

μζ'. Ναμαίᾳ.

Τί περιέρχῃ ἀπολογίαν ζητοῦσα, καὶ συγγνώμην αἰτοῦσα ὑπὲρ ὧν ἡμεῖς σε στεφανοῦμεν καὶ ἀνακηρύττομεν, ὅτι μὲν ἔγραψας, ἀποδεχόμενοι, [a] ὅτι δὲ ὀψὲ καὶ βραδέως, ἐγκαλεῖν ἔχοντες; Ὥστε εἰ νομίζεις μεγάλα τετολμηκέναι τῷ γράψαι, τοῦτο ἀφεῖσα πρὸς τὸ ἔγκλημα τῆς βραδύτητος μελέτα, καὶ συντίθει τὴν ἀπολογίαν. Καὶ γὰρ ὅσωπερ ἂν λέγῃς καὶ παρόντας καὶ ἀπόντας ἠγαπηκέναι γνησίως, τοσούτῳ μειζόνως αὔξεις τὴν κατηγορίαν. Εἰ μὲν γὰρ ἁπλῶς τῶν περὶ ἡμᾶς διακειμένων ἦσθα, οὐδὲν ἀπεικὸς μακρὸν χρόνον οὕτω σιγῆσαι· B ἐπειδὴ δὲ οὕτω γνησίαν καὶ θερμὴν περὶ ἡμᾶς ἐπιδεδεῖχθαι ἀγάπην ἔφης, ὡς μηδὲ ἂν ἐλθεῖν παραιτήσεσθαι ὁδὸν οὕτω χαλεπὴν, καὶ φόβῳ λῃστῶν τοσούτων πολιορκουμένην, εἰ μὴ τὰ τῆς ἀρρωστίας διέκοπτεν, ἕν σοι λοιπὸν ἀπολογίας λείπεται εἶδος, τὸ νιφάδας ἡμῖν πέμπειν γραμμάτων, δυναμέ-

b Omnes pene Mss. σου τῇ ἐμμελείᾳ. Edit. σου τῇ εὐλαβείᾳ.

a In Edit. post ἀποδεχόμενοι adjicitur καὶ ἀνακηρύττοντες, quæ vox supervacanea, nec a Mss. nec ab Interprete agnoscitur. Hæc porro epistola in tribus Mss. inscribitur Ναμέᾳ.

νων τὴν ἐκ τῆς μακρᾶς σιγῆς παραμυθήσασθαι αἰτίαν. Τοῦτο δὲ ποίει, καὶ τὸ πᾶν ἀπειλήφαμεν. Ἐπειδὴ καὶ αὕτη χρονία ἐλθοῦσα ἡ ἐπιστολὴ, ἐπειδὴ θερμῆς ἔπνει τῆς ἀγάπης, καὶ τοῦ παρελθόντος χρόνου τὸ χρέος ἀπέτισεν. Πλὴν ἀλλ' αἱ λοιπαὶ μὴ μιμείσθωσαν τὴν ταύτης βραδυτῆτα. Οὕτω γὰρ καὶ αὕτη δυνήσεται δεῖξαι ὅτι οὐ δι' ὄκνον, ἀλλὰ διὰ δέος μάταιον, καθὼς καὶ αὐτὴ ἔφης, χρονία παραγέγονεν, εἰ αἱ λοιπαὶ μετὰ τάχους καὶ πολλῆς παραγένοιντο τῆς συνεχείας ἡμῖν.

prædonum metu obsessum suscipere recusatura fueris, nisi morbus obstitisset, una jam ratio, qua nobis satisfacias, tibi reliqua est, nimirum ut sexcentas literas ad nos mittas, quæ diuturni silentii culpam deprecari possint. Hoc igitur
C fac : et quidvis a te percepcrimus. Nam et hæc tam sera epistola ad nos veniens, quoniam ardentem quamdam caritatem spirabat, superioris quoque temporis debitum dissolvit. Cæterum id vide, ne reliquæ hujus tarditatem imitentur. Sic enim hæc etiam illud planum facere poterit, se non ob pigritiam, verum ob inanem metum, quemadmodum abs te quoque dictum est, serius venisse, si reliquæ et plurimæ et celeriter ad nos veniant.

μη'. Ἀραβίῳ.

Οἶδά σου τὴν ἀγάπην, οἶδά σου τὸ φίλτρον τὸ θερμὸν, τὸ γνήσιον, τὸ εἰλικρινὲς, τὸ διαρκὲς, καὶ ὡς οὔτε δυσκολία πραγμάτων, οὔτε ὄχλος φροντίδων, οὔτε περιστάσεων πλῆθος, οὔτε χρόνου μῆκος, οὔτε ὁδοῦ διάστημα δύναται ταύτην ἀμαυροτέραν ποιῆσαι. Διὰ τοῦτο καὶ σφόδρα ἐπιθυμῶ συνεχῶς δέχεσθαι γράμματα παρὰ τῆς εὐγενείας τῆς σῆς, εὐαγγελιζόμενα ἡμᾶς περὶ τῆς ὑγιείας τῆς σῆς. Κἂν ἐγκαλῶμεν, οὐχ ὡς ῥαθυμοῦντι ἐγκαλοῦμεν, ἀλλ' ὡς πλειόνων ἐρῶντες ἐπιστολῶν τοιούτων. Ταῦτ' οὖν εἰδὼς, δέσποτά μου τιμιώτατε καὶ εὐγενέστατε, δίδου ταύτην ἡμῖν τὴν χάριν, κούφην τε οὖσαν καὶ εὔκολον, καὶ πολλὴν ἡμῖν καὶ ἐν ἐρημίᾳ καθημένοις παρέχουσαν τὴν εὐφροσύνην.

XLVIII. *Arabio.*

Caritatem erga me tuam atque ardentem tuum ac verum, sincerum et constantem amorem exploratum habeo: illudque item perspectum, nec
D negotiorum difficultatem, nec curarum agmen, nec rerum adversarum magnitudinem, nec temporis diuturnitatem, nec itineris longinquitatem tuo erga me amori obscuritatem afferre posse. Eoque fit, ut perpetuo abs te literas, quæ nobis ea de tua valetudine quæ volumus nuntient, accipere vehementer expetamus. Quod si te accusamus, non ut negligentem accusamus, sed quia plures ejusmodi epistolas appetimus. Quæ cum minime ignores, honoratissime ac nobilissime domine, hoc nobis beneficium velim præbeas, quod et tibi leve ac facile est, et magnam nobis, etiam in solitudine hærentibus, voluptatem affert.

μθ'. Ἀλφίῳ.

Ἐγὼ μὲν ἐβουλόμην συνεχέστερον ἐπιστέλλειν, ἡ δὲ τῶν γραμματηφόρων σπάνις οὐκ ἀφίησι τὴν ἐπιθυμίαν ταύτην εἰς ἔργον ἐλθεῖν· καὶ γὰρ ἡ τοῦ χωρίου τούτου ἐρημία, καὶ ὁ τῶν Ἰσαύρων φόβος, καὶ ἡ τοῦ χειμῶνος σφοδρότης οὐκ ἐπιτρέπει συνεχῶς τινας ἡμῖν ἐπιχωριάζειν. Ἀλλ' ὅμως, καὶ γράφοντες καὶ σιγῶντες, τὴν αὐτὴν ἀεὶ περὶ σὲ [a] διάθεσιν τηροῦμεν, τὴν προθυμίαν σου καὶ τὴν σπουδὴν μανθάνοντες, ἣν ὑπὲρ τῆς ὠφελείας τῆς σῆς ἔχεις ψυχῆς, τούς τε ἐν εὐλαβείᾳ ζῶντας ἀναπαύειν ἐσπουδακὼς, καὶ τὴν καλὴν ταύτην πραγματευόμενος πραγματείαν. Ταῦτ' οὖν εἰδὼς, κύριέ μου τιμιώτατε καὶ εὐλαβέστατε,

E

XLIX. *Alphio.*

Equidem frequentius literas ad te dare cupe- Anno ut putatur 405.
rem, verum tabellariorum penuria me hanc cupiditatem exsequi minime sinit. Nam nec hujus loci solitudo, nec Isaurorum metus, nec hiemis asperitas aliquos ad nos crebro commeare
620 A sinunt. Nihilominus tamen, sive scribamus, sive taceamus, eamdem semper erga te benevolentiam retinemus, studium scilicet atque curam intelligentes, qua animæ tuæ commodis prospicis, dum eos qui cum pietate vivunt recreare ac reficere studes, atque in hoc præclaro munere versaris. Quæ cum tibi explorata sint, reve-

[a] Tres Mss διάθεσιν διατηροῦμεν.

rendissime ac religiosissime domine, de tua totiusque tuæ domus valetudine certiores nos facere ne intermittas. Sic enim in hac quoque solitudine magnam voluptatem capiemus, si ejusmodi abs te literas acceperimus.

συνεχῶς ἡμῖν ἐπίστελλε τὰ περὶ τῆς σῆς ὑγιείας, καὶ τοῦ οἴκου σου παντός. Οὕτω γὰρ καὶ ἐν ἐρημίᾳ ὄντες πολλὴν ἕξομεν τὴν εὐφροσύνην, εἰ τοιαῦτα παρὰ τῆς σῆς τιμιότητος δεχόμεθα γράμματα.

L. Diogeni.

Cucuso anno 404.

Quamquam de tuæ erga nos caritatis sinceritate antehac nobis exploratum erat, tamen multo magis eamdem nunc perspeximus, cum tanta coorta tempestate, non modo nihilo segniorem, sed etiam multo studiosiorem amicum te nobis præbuisti. Eoque nomine te admiramur, quotidieque prædicare non desinimus. Nam tu quidem a benigno Deo, qui eos, a quibus boni aliquid efficitur, aut dicitur, præmiis longe semper superat, mercedem omni sermone præstantiorem accepturus es. Nos autem, quibus rebus possumus, gratiam tibi rependimus, nec te admirari, laudare, beatum prædicare, amare, vereri, colere, animoque te quoquo gentium circumferre intermittimus, caritatis videlicet lege tibi copulati atque adstricti. Nam quod ex eorum numero semper fuerimus, qui te apprime diligant, plane quoque ipse scis, domine mi summopere venerande atque admirande. Quapropter eorum munerum causa, quæ ad nos misisti, ne nobis succenseas. Posteaquam enim honorem eum, qui ab ipsis manabat, tamquam e vindemia quadam uvam expressimus ac percepimus, munera ipsa remisimus, non quod te aspernaremur, aut animi tui nobilitati minime consideremus, sed quod iis non indigeremus. Quod etiam in multis aliis fecimus. Nam alii quoque quamplurimi tibique nobilitate pares, ac nos ardentissime amantes, ut amplitudo tua poterit ediscere, idem istud fecerunt : atque apud eos nobis eadem hæc excusatio suffecit, quam tu quoque admittas velim. Nam si in penuria versemur, majori cum animi fiducia, tamquam si nostra essent, exposcemus : idque tu reipsa perspicies. Quamobrem ea accipe, ac diligenter serva, ut si quando tempus postularit, fidenti ac libero animo ea abs te deposcamus.

B

ν'. Διογένει.

Τὸ γνήσιόν σου τῆς ἀγάπης τῆς περὶ ἡμᾶς ᾔδειμεν μὲν καὶ ἔμπροσθεν, πολλῷ δὲ πλέον ἔγνωμεν νῦν, ὅτε τοσοῦτον τοῦ χειμῶνος ἀρθέντος, οὐ μόνον οὐδὲν ῥαθυμότερος, ἀλλὰ καὶ πολλῷ σπουδαιότερος [b] περὶ ἡμᾶς γεγονὼς, μείζω τὴν στοργὴν ἐνεδείξω. Διὰ ταῦτά σε θαυμάζομεν, διὰ ταῦτα καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀνακηρύττοντες οὐ παυόμεθα. Τὸν μὲν γὰρ ἄφατον τούτων μισθὸν λήψῃ παρὰ τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ, τοῦ ταῖς ἀντιδόσεσιν ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος νικῶντος ἀεὶ τοὺς
C ἀγαθόν τι ποιοῦντας, ἢ λέγοντας. Ἡμεῖς δέ σε οἷς ἔχομεν ἀμειβόμεθα, θαυμάζοντές σε, ἐπαινοῦντες, μακαρίζοντες οὐ διαλιμπάνομεν, φιλοῦντες, αἰδούμενοι, τιμῶντες, ἐν διανοίᾳ πανταχοῦ περιφέροντες, ἡνωμένοι σοι καὶ συνδεδεμένοι τῷ τῆς ἀγάπης νόμῳ. Ὅτι γάρ σου τῶν σφοδροτάτων ἀεὶ γεγόναμεν ἐραστῶν, οἶσθα καὶ αὐτὸς σαφῶς, δέσποτά μου αἰδεσιμώτατε καὶ θαυμασιώτατε. Διὸ παρακαλῶ τῶν ἀποσταλέντων ἕνεκα μηδὲν ἀλγῆσαι πρὸς ἡμᾶς. Τρυγήσαντες γὰρ καὶ καρπωσάμενοι τὴν ἐξ αὐτῶν τιμὴν, αὐτὰ ἀπεστάλκαμεν οὐκ ἐξ ὀλιγωρίας, οὐδὲ ἐκ τοῦ μὴ
D θαῤῥεῖν σου τῇ εὐγενείᾳ, ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ καθεστάναι ἐν χρείᾳ. Ὃ δὴ καὶ ἐφ' ἑτέρων πολλῶν πεποιήκαμεν. Καὶ γὰρ καὶ ἕτεροι πολλοὶ καὶ τῆς σῆς εὐγενείας ἄξιοι, καὶ σφόδρα ἡμῶν ἐκκαιόμενοι, ὡς ἔξεστί σου τῇ θαυμασιότητι μανθάνειν, τὸ αὐτὸ δὴ τοῦτο πεποιήκασι, καὶ ἤρκεσε πρὸς αὐτοὺς ἡμῖν αὕτη ἡ ἀπολογία, ἣν καὶ αὐτὸν προσέσθαι παρακαλοῦμεν. Εἰ γὰρ δὴ κατασταίημεν ἐν χρείᾳ, μετὰ πολλῆς ἀπαιτήσομεν, καθάπερ ἐξ ἰδίων, [c] μετὰ πλείονος τῆς παῤῥησίας, καὶ τοῦτο ὄψει διὰ τῆς πείρας αὐτῆς. Δεξάμενος τοίνυν
E αὐτὰ, φύλαττε μετὰ ἀκριβείας, ἵν' εἴποτε καιρὸς καλέσειεν, μετὰ τοῦ θαῤῥεῖν αὐτὰ ἀπαιτήσωμεν παρὰ τῆς σῆς θαυμασιότητος.

LI. Eidem.

Cucuso anno 405.

Cum superiorem epistolam scripsissem, atque

να'. Τῷ αὐτῷ.

Μετὰ τὸ γράψαι τὴν προτέραν ἐπιστολὴν, ἰδὼν τὸν

b Mss. multi *περὶ ἡμᾶς γέγονας· διὰ ταῦτά σε* etc., omissis interpositis illis verbis, *μείζω τὴν στοργὴν ἐνεδείξω.*

c [Verba *μετὰ πλείονος* uncis inclusit Morel., omisit Savil.]

τιμιώτατον καὶ εὐλαβέστατον Ἀφραάτην προσηλωμένον ἡμῖν, καὶ οὐκ ἀνεχόμενον οὔτε ἀπᾶραι ἐντεῦθεν, καὶ ἀπειλοῦντα μήτε γράμματα δέχεσθαι παρ' ἡμῶν, εἰ μὴ ἀπολάβοιμι τὰ ἀποσταλέντα, ἐπέθηκα τύπον 621 A τῷ πράγματι σφόδρα κεχαρισμένον τῇ εὐγενείᾳ σου, καὶ ἀναπαύοντά σου τὴν ἐμμέλειαν, ὃν παρ' αὐτοῦ μαθὼν, κέλευσον διάκονον γενέσθαι τῆς καλῆς ταύτης οἰκονομίας. Οἶσθα γὰρ ἡλίκον ἔσται τοῦ πράγματος τὸ κέρδος καὶ διὰ τῆς παρουσίας τούτου τῆς εἰς τὴν Φοινίκην, καὶ διὰ τῆς φιλοτιμίας τῆς σῆς μεγαλοπρεπείας. Καὶ ἀμφοτέρων τούτων αὐτὸς λήψῃ τὸν μισθὸν, ἅτε τοσαύτην δαψίλειαν ἐπιδεικνύμενος περὶ τοὺς ἐν Φοινίκῃ κατηχοῦντας τοὺς Ἕλληνας, καὶ περὶ τὴν οἰκοδομὴν τῶν ἐκκλησιῶν ἐσπουδακότας, καὶ ἄνδρα τοιοῦτον ἀναστήσας, καὶ πέμψας εἰς παράκλησιν αὐτῶν, καὶ μάλιστα νῦν ἐν τοσαύτῃ δυσκολίᾳ καθεστηκότων, καὶ παρὰ πολλῶν πολεμουμένων. B Ἐννοήσας τοίνυν τοῦ κατορθώματος τὸν ὄγκον, μὴ ἀφῇς μηδὲ μικρὸν αὐτὸν ἀναβάλλεσθαι, ἀλλ' ἀμελλητὶ τῆς ὁδοῦ ταύτης ἅψασθαι παρασκεύασον, πολλὴν σαυτῷ διὰ τῆς καλῆς ταύτης σπουδῆς, δέσποτά μου θαυμασιώτατε, προαποτιθέμενος παρὰ τῷ φιλανθρώπῳ Θεῷ τὴν ἀμοιβήν.

reverendissimum ac religiosissimum virum Aphraatem ita nobis affixum esse conspicerem, ut nec hinc abire vellet, nec literas quidem a nobis accepturum se esse minaretur, nisi munera ea, quæ ad nos misisses, accepissem, typum, qui tuæ nobilitati maxime gratus futurus, animumque tuum recreaturus sit, huic rei imposui: quem tu cum ex ipso intellexeris, eum præclari hujusce consilii administrum fieri jube. Nec enim te fugit, quanta hujus rei utilitas futura sit, tum ob ipsius in Phœnicia adventum, tum ob tuam liberalitatem ac munificentiam. Atque utriusque hujus rei mercedem ipse capies: ut qui erga eos, qui in Phœnicia gentiles Christianæ fidei rudimentis imbuunt, atque ecclesiarum constructioni operam impendunt, liberalitatis tuæ specimen edideris, ac præterea ejusmodi virum excitaris, ad eosque consolandos miseris: nunc præsertim cum in tanta difficultate versantur, atque a multis oppugnantur. Quamobrem considerata præclari hujusce negotii magnitudine, ne eum vel tantillum cunctari patere, verum hoc effice, ut nulla interposita mora hoc iter suscipiat: sic enim tibi, domine mi summopere admirande, per egregiam hujusmodi operam, amplam apud benignum Deum mercedem recondes.

νβ'. Ἀδολίᾳ.

Ὅτι μὲν ἠῤῥώστησας, ἔγνωμεν, καὶ ὅτι χαλεπῶς ἠῤῥώστησας, καὶ πρὸς αὐτὰς ἦλθες τοῦ θανάτου τὰς πύλας· ἀλλὰ καὶ ὅτι ἀνήνεγκας ἐκ τῆς ἀῤῥωστίας, καὶ C τοῦ κινδύνου λοιπὸν ἀπαλλαγεῖσα πρὸς ὑγείαν ὁδεύεις. Ἀλλ' οὐ παρὰ τῶν σῶν γραμμάτων ἔμαθόν τι τούτων, διὸ καὶ σφόδρα ἤλγησα· ἀλλ' ἑτέρωθεν, καὶ παρ' ἑτέρων. Πλὴν ἀρκεῖ εἰς παραμυθίαν ἡμῖν τὸ τῆς ἀῤῥωστίας ἀπηλλάχθαι σου τὴν εὐλάβειαν. Οὐ μὴν, ἐπειδὴ ἀρκεῖ, πράως φέρομεν τὴν μακράν σου ταύτην σιγήν. Ἐβουλόμεθα γὰρ, καθάπερ καὶ αὐτὴ οἶσθα, καὶ παραγενομένην ἐνταῦθα ἰδεῖν. Καὶ γὰρ εἰ μὴ ἀῤῥωστία παρενέπεσε, τὸ κωλύον οὐδὲν ἦν. Ὅ τε γὰρ χειμὼν ὁ ἐνταῦθα ἔαρ ἡμερώτατον τέως μιμεῖται, D τῶν τε Ἰσαύρων ἡ Ἀρμενία ἀπήλλακται. Ἀλλ' ὅμως οὐδὲν ἀναγκάζομεν, οὐδὲ βιαζόμεθα μὴ βουλομένην ὑπὲρ τῆς ἐνταῦθα παρουσίας. Ἀλλ' ὅπερ οὔτε Ἰσαύρων φόβος, οὔτε χειμῶνος σφοδρότης, οὔτε ὁδοῦ ταλαιπωρία, οὔτ' ἄλλο [a] οὐδὲν κωλύει, τοῦτο αἰτοῦμεν συνεχῶς ἡμῖν ὑπάρχειν, τὰ γράμματα, τὰ τῆς θερμῆς σου καὶ γνησίας διαθέσεως. Ἦν γὰρ τούτων

LII. *Adoliæ.*

Quod in morbum incideris, didicimus, et quidem ita gravem et acerbum, ut ad ipsas quoque mortis portas accesseris; scimus etiam te e morbo convaluisse, ac periculo jam liberatam ad sanitatem progredi. At ex tuis literis nihil horum intellexi; ideoque admodum dolui; verum aliunde, atque ab aliis. Cæterum illud nobis ad consolationem abunde est, quod e morbo emerseris. Etsi autem id nobis sufficiat, non propterea tamen longum hoc tuum silentium placido animo ferimus. Vellemus enim, ut ipsa quoque nosti, te huc venientem cernere. Ac sane, nisi morbus accidisset, nihil erat quod impediret. Nam et hujus regionis hiems amœnissimi veris speciem hactenus imitatur, et Armenia Isauris liberata est. Attamen, ut huc venias, invitam ac repugnantem minime cogimus. Quod autem nec Isaurorum metus nec hiemis acrimonia, nec itineris ærumna, nec aliud quidquam impedit, hoc petimus, nimirum ut a te, cujus

Cucuso anno ut putatur 404.

[a] Duo Mss. οὐδὲν διακωλύει.

48

ardens erga nos ac sincera benevolentia est, crebro literas accipiamus. Nam si eas, de tua valetudine animique tui hilaritate nos certiores facientes, sæpe obtineamus, non mediocrem hinc quoque consolationem capiemus. Cum igitur, quanto nos beneficio affectura sis, animadvertas, id facere ne graveris. Scis enim quam te complectamur, quantamque semper erga te caritatem præ nobis tulerimus.

ἀπολαύωμεν συνεχῶς, ἀπαγγελλόντων ἡμῖν τὰ περὶ τῆς ὑγιείας καὶ εὐθυμίας τῆς σῆς, οὐ τὴν τυχοῦσαν καὶ ἐντεῦθεν καρπωσόμεθα παραμυθίαν. Ἐννοοῦσα E τοίνυν ἡλίκην ἡμῖν χαριῇ χάριν, μὴ κατόκνει τοῦτο ποιεῖν. Οἶσθα γὰρ ὅπως ἀντεχόμεθά σου τῆς εὐγενείας, καὶ ὅσην ἀεὶ περὶ τὴν σὴν ἐμμέλειαν ἐπεδειξάμεθα τὴν ἀγάπην.

LIII. *Nicolao presbytero.*

Cucuso anno 405.

Magnopere nos erexisti, atque ingenti voluptate perfudisti, cum illud significasti, permagnam tibi Phœniciæ curam esse, teque tanto licet intervallo dissitum, eos qui illic degunt per literas ad pietatis studium acuere atque hortari: qua in re zelum apostolicum præstas. Eaque causa te admirari ac beatum prædicare minime intermittimus, quod et monachos antea misisti, et nunc, in tanta negotiorum difficultate, non modo eos non abduxisti, sed etiam manere coegisti, optimi videlicet gubernatoris atque egregii medici munere perfungens. Ut enim ille, cum fluctus excitari videt, tum plus studii ac diligentiæ adhibet, atque hic item, cum febrim in majorem flammam exarsisse perspicit, tum majori arte atque industria utitur: ad eumdem modum tu quoque, nobilissime ac religiosissime domine, rem virtute tua dignam fecisti, quod cum ægras res esse ac seditione laborare conspexisti, tum potissimum operam dedisti, ut ne ii, qui illic degunt, aciem desererent, verum remanerent, ac partes suas explerent. Quamobrem tuis ipse vestigiis hærens, reverendissimum dominum meum Gerontium presbyterum, si convaluerit, atque ad integram sanitatem redierit, confestim, quæso, urge, ut iter illud ineat. Quamquam enim nos quoque cum huc venire ac videre cupimus: tamen, quoniam regionis illius negotia celeritatem, ingentemque vigilantiam desiderant, ne in via longum tempus teratur, hiemsque interveniens iter ipsi intercludat, abs te vehementer petimus, ut et eum, si ex morbo recreatus sit, ad suscipiendum iter urgeas, illudque cures, ut vir suavissimus ac mihi carissimus Joannes presbyter itineris comitem se ipsi adjungat. Scis enim regionis illius negotia nunc eo pluribus correctoribus indigere, quo longius serpserunt mala. Hæc igitur cum animo tuo re-

νγʹ. Νικολάῳ πρεσβυτέρῳ.

Σφόδρα ἡμᾶς ἀνεπτέρωσας, καὶ πολλῆς ἐνέπλησας τῆς ἡδονῆς, δηλώσας ὅτι σοι πολλὴ φροντὶς τῆς Φοινίκης ἐστὶ, καὶ ἐκ τοσούτου καθήμενος διαστήματος, διὰ γραμμάτων ἀλείφεις τοὺς αὐτόθι, ζῆλον 622 A πληρῶν ἀποστολικόν. Διὰ ταῦτά σε θαυμάζοντες καὶ μακαρίζοντες οὐ διαλιμπάνομεν, ὅτι καὶ πρότερον τοὺς μοναχοὺς ἔπεμψας, καὶ ὅτι νῦν, ἐν πραγμάτων δυσκολίᾳ τοσαύτῃ, οὐ μόνον αὐτοὺς οὐκ ἀπήγαγες, ἀλλὰ καὶ μένειν αὐτοὺς ἐκέλευσας, ἀρίστου κυβερνήτου καὶ ἰατροῦ γενναίου πρᾶγμα ποιῶν. Καὶ γὰρ ἐκείνων ἕκαστος, ὁ μὲν ὅταν ἴδῃ τὰ κύματα ἐγειρόμενα, τότε μᾶλλον πολλὴν ἐπιδείκνυται τὴν σπουδήν· ὁ δὲ ὅταν τὸν πυρετὸν ἐπὶ μείζονα φλόγα διεγερθέντα, τότε πολλῇ κέχρηται τῇ τέχνῃ· καὶ αὐτὸς τοίνυν, κύριέ μου τιμιώτατε καὶ εὐλαβέστατε, ἄξια τῆς B σαυτοῦ πεποίηκας ἀρετῆς, ὅτε τὰ πράγματα εἶδες νοσοῦντα καὶ στασιάζοντα, τότε μάλιστα ἐπιθέμενος τοῖς ἐκεῖσε διατρίβουσιν, ὥστε μὴ λειποτακτῆσαι, ἀλλ' ἐπιμεῖναι, καὶ τὰ παρ' ἑαυτῶν εἰσενεγκεῖν. Τὰ σαυτοῦ τοίνυν μιμούμενος, τόν τε κύριόν μου τὸν τιμιώτατον Γερόντιον τὸν πρεσβύτερον, εἰ ῥᾷον σχοίη, καὶ πρὸς καθαρὰν ὑγείαν ἐπανέλθοι, εὐθέως κατέπειξον τῆς ἐκεῖ ἅψασθαι ὁδοῦ. Ἐπιθυμοῦμεν γὰρ αὐτὸν ἡμεῖς καὶ ἐνταῦθα παραγενόμενον ἰδεῖν· ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ ταχύτητος καὶ πολλῆς δεῖται τῆς ἀγρυπνίας τὰ ἐκεῖσε πράγματα, ὥστε μὴ πολὺν ἐν τῇ ὁδῷ C [a] διατριβῆναι χρόνον, καὶ τὸν χειμῶνα ἐπιστάντα ἀποκλεῖσαι αὐτῷ τὴν ὁδὸν, παρακαλοῦμέν σου τὴν τιμιότητα αὐτόν τε ῥαΐσαντα ἐπεῖξαι ἀπελθεῖν, τόν τε γλυκύτατον καὶ ποθεινότατον Ἰωάννην τὸν πρεσβύτερον παρασκευάσαι συνεφάψασθαι τῆς ἀποδημίας αὐτῷ. Οἶσθα γὰρ καὶ αὐτὸς ὅτι νῦν μάλιστα τὰ αὐτόθι πολλῶν δεῖται τῶν διορθωσομένων, ὅσῳ ἐπὶ μεῖζον εἷρψε τὰ κακά. Ταῦτ' οὖν ἐννοῶν, καὶ εἰδὼς ἡλίκον ἐστὶ σωτηρία ψυχῆς, καὶ οἷα κατώρθωταί σου τῇ τιμιότητι διὰ τῆς ἔμπροσθεν σπουδῆς, πάντα ποιῆσαι καὶ διὰ σαυτοῦ, καὶ δι' ἑτέρων, ὧν ἂν οἷόν τε ᾖ, παρακλήθητι, ὥστε τὰ διορθωθέντα μεῖναι

[a] Tres Mss. τριβῆναι.

ἀκίνητα, ἑτέραν τε αὐτοῖς πολλῷ πλείονα γενέσθαι προσθήκην. Αὐτὸς μέντοι τῶν ἐνταῦθα ἐλθόντων οὐκ ἔλαττον ἡμᾶς εὔφρανας· τῇ μὲν γὰρ γνώμῃ καὶ παραγέγονας, καὶ τοῖς τῆς ἀγάπης σε ὀφθαλμοῖς καὶ μὴ παρόντα σωματικῶς ἡμεῖς καθ' ἑκάστην ὁρῶμεν τὴν ἡμέραν, ἐπὶ τῆς διανοίας πανταχοῦ περιφέροντες. Ἔσται δὲ ἴσως καὶ ἡ κατ' ὄψιν ἡμῖν συντυχία, ὅταν ὁ καιρὸς ἐπιτρέπῃ. Ὡς νῦν γε καὶ ἡμεῖς, καίτοι σφόδρα ἐπιθυμοῦμεν ἰδεῖν τὴν ἀγάπην σου, καὶ περιπτύξασθαι, ἀναγκαίαν εἶναι νομίζομεν τὴν αὐτόθι σου μονήν. Εὖ γὰρ οἶδ' ὅτι οὐ παύσῃ πάντα ποιῶν καὶ πραγματευόμενος, ὥστε ἐμπλῆσαι τὴν Φοινίκην γενναίων ἀνδρῶν, καὶ τούς τε ἐκεῖ μεμενηκότας στηρίζων ἐπὶ πλέον, ὥστε μὴ ἀφέντας τὰ αὐτόθι ἐπανελθεῖν, τούς τε πλησίον ὄντας ἀναζητῶν, καὶ μετὰ πολλῆς ἐκπέμπων προθυμίας, πᾶσί τε κέρδος γινόμενος μέγιστον τοῖς τε ἐγγὺς, τοῖς τε μακρὰν, καὶ τὴν τῶν ἀρωμάτων μιμούμενος φύσιν, ἅπερ οὐ τὸν τόπον μόνον τὸν ὑποδεχόμενον αὐτὰ, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀφεστηκότα ἀέρα πολλῆς ἐμπίμπλησι τῆς εὐωδίας.

D putans, ac quanti animæ salus momenti sit, perspiciens, quantasque res jam antehac studio tuo ac diligentia sis consequutus, velim tam per te ipse quam aliorum, quos nancisci potueris, opera atque industria cures, ut quæ correcta et sanata sunt, firma maneant, atque etiam multo majore accessione cumulentur. Tu certe nihilo minorem, quam ii, qui huc venerunt, voluptatem nobis attulisti: siquidem animo ac voluntate venisti: atque caritatis oculis, corpore licet absentem, te E quotidie cernimus, animoque passim circumferimus. Fortasse quoque nobis mutuo conspectu frui dabitur, cum tempus id permittet. Nam, ut nunc res sunt, etsi alioqui tui videndi atque amplectendi magna cupiditate tenemur, te tamen istic manere necessarium esse ducimus. Nec enim dubitamus, quin tu omnia facturus curaturusque sis, quo strenuis viris Phœniciam impleas, atque eos, qui illic remanserunt, magis ac magis fulcias et corrobores, ut ne relictis regionis illius negotiis pedem referant, et eos, qui vicini ac propinqui sunt, exquiras, atque cum ingenti animi alacritate ac studio emittas, cunctisque tam propinquis quam remotis amplissimam utilitatem afferas, atque unguentorum naturam imiteris, quæ non modo locum eum, quo excipiuntur, sed etiam longius remotum aerem magna suavitate perfundunt.

623 A

νδ'. Γεροντίῳ πρεσβυτέρῳ.

Καὶ ἤδη μὲν ἐπέσταλκά σου πρὸς τὴν εὐλάβειαν, νομίσας σε ἐν Φοινίκῃ εἶναι, καὶ νῦν δὲ ἐπιστέλλω ταῦτα ἅπερ καὶ ἔμπροσθεν, ὅτι νῦν μάλιστα πάντα δεῖ ποιεῖν καὶ πάσχειν, ὥστε μὴ καταλιπεῖν ἔρημον τὴν καλὴν ὑμῶν γεωργίαν, μηδὲν ἀφεῖναι διαφθαρῆναί τινα τῶν ἤδη κατορθωθέντων. Καὶ γὰρ καὶ ποιμένες ὅταν ἴδωσι πολλὴν πάντοθεν τοῖς προβάτοις ἐπιτιθεμένην λύμην, τότε μάλιστα ἀγρυπνοῦσι καὶ διεγείρονται, καὶ σφενδόνην μεταχειρίζουσι, καὶ τῇ ἄλλῃ κέχρηνται τέχνῃ, ὥστε πᾶσαν τῆς ἀγέλης ἀπελάσαι B βλάβην. Εἰ γὰρ πρόβατα ἄλογα πεπιστευμένος ὁ Ἰακὼβ, ἔτη δεκατέσσαρα διετέλεσε δουλεύων, καὶ θάλπει καὶ ψύχει ταλαιπωρούμενος, καὶ ἀγρυπνίᾳ πολλῇ, καὶ τὴν ἐσχάτην θητείαν ἐθήτευσεν, ἐννόησον ὅσα καὶ ποιεῖν καὶ πάσχειν χρὴ τοὺς τὰ πρόβατα λογικὰ ἐμπεπιστευμένους, ὑπὲρ τοῦ μηδὲν αὐτῶν παραπολέσθαι. Παρακαλῶ τοίνυν σου τὴν εὐλάβειαν, ὅσῳ μείζων ὁ χειμὼν, καὶ πλείονα τὰ κακὰ, καὶ σφοδρὰ τὰ κωλύματα, καὶ πολλοὶ οἱ ἐπιβουλεύοντες, τοσούτῳ μᾶλλον καὶ αὐτὸν διαναστῆσαι, καὶ ἑτέρους παρακαλέσαι συνεφάψασθαί σου τῆς καλῆς ταύτης C

LIV. Gerontio presbytero.

Et jam ad pietatem tuam literas dedi, existimans te in Phœnicia esse: et nunc item eadem, quæ prius, scribo, nempe vobis nunc maxime quidvis agendum ac perferendum esse, ut ne segetem vestram vacuam et inanem deseratis, nec quidquam eorum, quæ recte et cum laude gesta sunt, labefactari atque interire sinatis. Nam et pastores, cum ingentem labem ad oves undique grassantem conspexerint, tunc potissimum excitantur, ac vigilant, fundamque sumunt, cæterisque artibus utuntur, quo incommodum omne a grege propulsent. Et quidem cum Jacob pecudum rationis expertium curam gerens, totos decem et quatuor annos servi munus obierit, æstuque ac frigore et vigiliis multis conflictatus, vilissimique mercenarii officio functus sit, perpende animo, quidnam ii, quorum fidei oves ratione præditæ commissæ sunt, agere ac perpeti debeant, ne qua ex ipsis pereat. Quocirca te obsecro, ut quo major est tempestas, et plura mala, et majora impedimenta objiciuntur, pluresque

Cucuso anno 405.

Etsi procul a te sejuncti sumus, tamen ea quæ cum laude geris, atque ingentem eam liberalitatem, qua in egentes uteris, audientes, gaudio et lætitia exsultamus. Ac nobis quidem in votis esset, te quoque convenire, magnasque præsenti gratias agere. Quoniam autem id minime licet; Isaurica enim mala ingravescunt, atque omnes viæ interclusæ sunt; nec enim dubito, quin alioqui huc ipse accessisses, magnumque studium adhibuisses, ut ad nos usque accurreres: verum id nunc fieri nequit; idcirco per literas te salutamus, atque oramus, ut cum licebit, quam creberrime ad nos scribas, deque tua totiusque domus tuæ valetudine certiores nos facias. Nec enim vulgarem, hic quoque degentes, ex ejusmodi tuis literis consolationem percipiemus.

E

οβ'. Ἀλφίῳ.

Ἡμεῖς εἰ καὶ πόῤῥω σου καθήμεθα, ἀλλ' ἀκούοντές σου τὰ κατορθώματα, καὶ τὴν πολλὴν μεγαλοψυχίαν, ἣν περὶ τοὺς δεομένους ἐπιδείκνυσαι, σκιρτῶμεν, εὐφραινόμεθα, χαίρομεν. Καὶ ἐβουλόμεθα μὲν καὶ κατ' 633 ὄψιν συντυχεῖν σου τῇ τιμιότητι, καὶ πολλὰς παρόντι A παρόντας ὁμολογῆσαί σοι χάριτας. Ἐπειδὴ δὲ τοῦτο τέως οὐκ ἔνι, διὰ τὸ τὰ Ἰσαυρικὰ μὲν ἐπιταθῆναι πλέον, καὶ πᾶσαν ἀποτετειχίσθαι τὴν ὁδόν· εὖ γὰρ οἶδ' ὅτι εἰ μὴ τοῦτο ἦν, καὶ αὐτὸς παρεγένου, καὶ πολλὴν ἐποιήσω σπουδὴν δραμεῖν ἕως ἡμῶν· ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτο τέως οὐ δυνατὸν, καὶ γράφομεν, καὶ προσαγορεύομέν σου τὴν τιμιότητα, καὶ παρακαλοῦμεν συνεχῶς, ἡνίκα ἂν ἐξῇ, ἐπιστέλλειν ἡμῖν, καὶ τὰ περὶ τῆς ὑγείας σου, καὶ τοῦ οἴκου σου παντὸς ἡμῖν εὐαγγελίζεσθαι. Οὐ γὰρ τὴν τυχοῦσαν, καὶ ἐνταῦθα καθήμενοι, ἀπὸ τῶν τοιούτων γραμμάτων τῆς σῆς τιμιότητος καρπωσόμεθα τὴν παράκλησιν.

LXXIII. *Agapeto.*

Cucuso anno 404.

Etsi jam longum tempus effluxit, cum abs te sejuncti sumus, atque etiam magno itineris intervallo a te dirimimur: caritate tamen tecum adstringimur, atque in propinquo commoramur, imo, ut rectius loquar, in ipsa mente, quocumque tandem in loco simus, te circumferimus. Usqueadeo ferventem illam et sinceram ac vehementem et constantem amicitiam, quæ tibi jampridem atque ab initio nobiscum intercessit, intimo pectore impressam habemus. Quin ipsi quoque, domine mi præstantissime ac summopere admirande, vividam erga te benevolentiam retinemus, nec eam vel ob temporis magnitudinem vel ob itineris longinquitatem debilitari atque exstingui sinimus. Quamobrem a te petimus, ut cum licebit, de tua valetudine crebro ad nos scribere ne graveris. Scis enim quantum ejus studiosi simus, quantamque a nobis gratiam initurus sis, hujusmodi ad nos literas mittens.

ογ'. Ἀγαπητῷ.

B Εἰ καὶ πολὺς μεταξὺ χρόνος, ἐξ οὗ τῆς θαυμασιότητος ἐχωρίσθημεν τῆς σῆς, καὶ τῆς ὁδοῦ δὲ αὐτῆς πολὺ τὸ [a] μέσον τὸ διεῖργον ἡμᾶς, ἀλλ' ὅμως τῇ ἀγάπῃ συνδεδέμεθά σοι, καὶ πλησίον σου διατρίβομεν, μᾶλλον δὲ καὶ ἐν αὐτῇ σε ἔχομεν τῇ διανοίᾳ, πανταχοῦ περιφέροντες ὅπουπερ ἂν ὦμεν. Καὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς σοι πρὸς ἡμᾶς γεγενημένην φιλίαν, τὴν θερμὴν καὶ γνησίαν, τὴν σφοδρὰν καὶ ἀκλινῆ ἐγκολά- C ψαντες ἡμῶν ἔχομεν τῷ συνειδότι. Καὶ αὐτοὶ δὲ ἀκμάζουσαν τὴν περὶ σὲ διάθεσιν διατηροῦμεν, δέσποτα τιμιώτατε καὶ θαυμασιώτατε, οὐδὲν ἀπὸ τοῦ πλήθους τοῦ χρόνου, οὐδὲ ἀπὸ τοῦ μήκους τοῦ κατὰ τὴν ὁδὸν ἀφιέντες αὐτὴν ἀσθενεστέραν γενέσθαι. Παρακαλῶ τοίνυν, ἡνίκα ἂν ἐξῇ, καὶ γράφειν ἡμῖν συνεχῶς μὴ κατόκνει περὶ τῆς ὑγιείας τῆς σῆς. Οἶσθα γὰρ ὅπως αὐτῆς ἀντεχόμεθα, καὶ ἡλίκην ἡμῖν χαριῇ χάριν, τοιαῦτα πρὸς ἡμᾶς διαπεμπόμενος γράμματα.

LXXIV. *Hesychio.*

Cucuso anno 404.

Equidem ipse te videre cuperem, meque nec Isaurorum metus, nec corporis imbecillitas pro-

οδ'. Ἡσυχίῳ.

D Ἐγὼ μέν σε καὶ ἰδεῖν ἐπεθύμουν, καὶ οὐκ ἄν με ἐκώλυσεν οὔτε ὁ τῶν Ἰσαύρων φόβος, οὔτε ἡ τοῦ

[a] Sic Mss. omnes : in Edit. *τὸ μέσον* desiderabatur. Infra Coislin. *ὅπου περ ἂν ὦμεν· οὕτως τὴν ἐξ ἀρχῆς σοι καὶ ἄνωθεν γενομένην πρὸς ἡμᾶς φιλίαν.* Sic etiam Reg. et Vatic. qui tamen hæc transponunt, *οὕτω τὴν ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς.*

σώματος ἀσθένεια, εἴ γε ἐπ' ἐμοὶ τὸ κινεῖσθαι, ὅπου-περ ἐβουλόμην, ἔκειτο· σὲ δὲ, καίτοι κύριον ὄντα τού-του, οὐδὲ οὕτως ἕλκω, οὐδὲ ἀναστῆναι οἴκοθεν παρα-καλῶ, καὶ πρὸς ἡμᾶς [b] δραμεῖν. Ἀλλὰ καὶ τῆς ὥρας τοῦ ἔτους τοῦτο ἐπιτρεπούσης, καὶ τῆς ἀποδημίας δι' ὀλίγου σοι γινομένης (οὐ γὰρ πολλῷ διειργόμεθα τῷ μέσῳ), ὅμως ἑλκύσαι σε ἐνταῦθα οὐκ ἂν ἑλοίμην, διὰ τὸν τῶν Ἰσαύρων φόβον. Παρακαλῶ δὲ συνεχῶς ἡμῖν τὰ περὶ τῆς ὑγιείας ἐπιστέλλειν τῆς σῆς· οὐ E γὰρ δή που καὶ πρὸς τοῦτο κώλυμα τῶν λῃστῶν ἔσται σοι ἡ καταδρομή. Δίδου δὴ ταύτην ἡμῖν τὴν χάριν, ῥᾳδίαν τε οὖσαν, καὶ εὔκολον, καὶ πολλὴν παρέχουσαν ἡμῖν τὴν εὐφροσύνην. Οἶσθα γὰρ ἡλίκα ἡμῖν χαριῇ, ταύτην περὶ ἡμᾶς ἐπιδεικνύμενος τὴν φιλοτιμίαν.

habere posset, si mihi licitum esset, quo vellem, proficisci ; te autem, cum alioqui id arbitrii tui sit, ne sic quidem traho, nec ut domo migres, atque ad nos accurras, te rogo. Sed quamvis id per anni tempus liceat, tuque istud iter brevi esse qui possis (neque enim magno intervallo disjuncti sumus), tamen ob Isaurorum metum huc te trahere minime velim. Verum hoc demum abs E te peto, ut de tua valuetudine crebro ad nos scribas : neque enim, quominus id facere possis, prædonum incursus impedimento erit. Quam obrem hoc nos beneficio, quæso, affice, quod et tibi facile ac pronum est et ingentem nobis voluptatem affert. Nec enim te fugit, quam gratam nobis rem facturus sis, hac benignitate ac munificentia erga nos utens.

οε'. Ἁρματίῳ.

Τί τοῦτο; Ἵνα μὲν μετὰ ἀδείας ἐπιτάττωμεν τοῖς 634 σοι προσήκουσιν ἀνθρώποις, ἐν οἷς ἂν δεώμεθα, πολ- A λὴν παρέσχες τὴν ἐξουσίαν· οὗ δὲ μάλιστα ἐδεόμεθα, τούτου ἡμᾶς ἀπεστέρησας, τῶν γραμμάτων λέγω τῶν σῶν, τῶν περὶ τῆς ὑγιείας τῆς σῆς ἡμῖν ἀπαγγελλόντων. Οὐκ οἶσθα ὅτι τοῖς μάλιστα φιλοῦσι γνησίως τοῦτο μάλιστα περισπούδαστον καὶ ποθεινὸν, καθάπερ οὖν καὶ ἡμῖν νῦν; Εἰ τοίνυν βούλει ἡμῖν χαρίσασθαι, δέσποτά μου τιμιώτατε, ἀφεὶς τὸ κελεύειν τοῖς σοῖς ἀνθρώποις θεραπεύειν ἡμᾶς ἐν ταῖς χρείαις ταῖς σωματικαῖς (οὐδενὸς γὰρ δεόμεθα τούτων. ἀλλὰ πάντα ἡμῖν ὡς ἐκ πηγῶν ἐπιῤῥεῖ), αὐτὸς διὰ χάρτου μικροῦ καὶ μέλανος τὴν μεγίστην ἡμῖν B πάρεχε χάριν, καὶ ἧς μάλιστα ἀπολαύειν ἐπιθυμοῦμεν. Αὕτη δέ ἐστι τὸ συνεχῶς ἡμῖν γράφειν περὶ τῆς ὑγιείας τῆς σῆς, καὶ τοῦ οἴκου σου παντός. Εἰ μὲν γὰρ δυνατὸν ἦν καὶ συγγενέσθαι ἡμᾶς ἀλλήλοις, κἂν ἀνέστησά σε [a] οἴκοθεν, κἂν ἐν μεγίστης ᾔτησα χάριτος μέρει, τὸ τὸν θερμόν σε οὕτως ἐραστὴν ἡμῶν ὄντα καὶ κατ' ὄψιν ἰδεῖν αὐτήν. Ἐπεὶ δὲ τοῦτο ὁ τῶν Ἰσαύρων ἐκώλυσε φόβος, τὴν γοῦν ἀπὸ τῶν γραμμάτων ἡμῖν παραμυθίαν πάρεχε δαψιλῶς, καὶ τὸ πᾶν ἀπειλήφαμεν.

LXXV. *Harmatio.*

Quid hoc esse dicam, quod ut hominibus Circa annum 404. tuis, in iis rebus, in quibus eorum opera nobis opus fuerit, arbitratu nostro imperemus, nobis concessisti : id autem quod magnopere expetebamus, nobis eripuisti, hoc est, literas tuas, quæ nos de tua valetudine certiores facerent? An nescis hoc iis, qui sincerissime amant, summæ curæ atque cupiditati esse, ut nunc quoque nobis est? Quamobrem si nobis gratificari est animus, reverendissime mi domine, desine, quæso, tuis hominibus imperare, ut nobis in iis rebus, quibus corpus eget, inserviant : neque enim his rebus ullo modo indigemus, quippe cum omnia nobis perinde atque a fonte affluant; verum ipse maximum nobis beneficium, quodque consequi summopere cupimus, per exiguam chartam et atramentum præbe. Id porro est, ut de tua totiusque tuæ domus valetudine nos quam sæpissime certiores facias. Nam si fieri posset, ut nos quoque mutuo congressu frueremur, etiam teipsum e domo excitassem, atque amplissimi beneficii loco abs te petivissem, ut tanto nostri amore flagrantem oculis quoque cernere mihi liceret. Quoniam autem Isaurorum metus hoc prohibuit, eam saltem consolationem, quam literæ afferunt, copiose nobis præbe : idque nobis instar omnium erit.

[b] Coislin. ἀναδραμεῖν.

[a] Coislin. οἴκοθεν, καὶ ἐμίγης ἡμῖν τῷ τῆς σῆς χάριτος μέρει· τοῦ τὸν θερμόν σε, longe diverso sensu. Mox Edit. καὶ κατ' ὄψιν ἰδεῖν αὐτήν. Sed αὐτήν abest a Coislin. et supervacaneum est.

LXXVI. Chalcidiæ.

Cucuso anno 404.

Equidem dominum meum reverendissimum presbyterum nobiscum esse vehementer cupio. Sin autem ipsum istuc proficisci commodum esse censes, eum periculi metu carere, atque urgente tumultu liberari, quam hic esse malo. Quamobrem ne illud existimes, ipsum a nobis prohiberi, si proficisci velit. Nobis enim cum adhuc retinendi causa ea fuit, quod negotii natura ipsius præsentiam non admodum requireret : atque item ea, quod ne in Isaurorum manus forte caderet, metueremus. Quod si eum istuc proficisci tam valde necesse est, eum et monemus et hortamur, ut iter suscipiat. Quamvis enim corpore sejungamur, tamen caritatis vinculis semper cum eo devincti sumus. Te autem oro, ne quid earum molestiarum, quæ eveniunt, animum tuum commoveat. Nam quo plures res adversæ sunt, eo quoque major tibi quæstus atque uberior merces a benigno Deo rependetur, si ea quæ accidunt, grato ac generoso animo feras. Hac enim ratione et hæc facilius superari poterunt, et fructus is qui ex horum perpessione ac tolerantia tibi in cælis comparatur, amplior et copiosior erit, multoque major quam calamitates et cruciatus, quos subiisti.

C

ος'. Χαλκιδίᾳ.

Ἐγὼ μὲν σφόδρα ἐπιθυμῶ σὺν ἡμῖν εἶναι τὸν δεσπότην μου [b] τὸν τιμιώτατον πρεσβύτερον. Εἰ δὲ τὸ παραγενέσθαι αὐτόθι τοῦτον οἶσθα λυσιτελὲς, προτιμῶ τῆς ἐνταῦθα αὐτοῦ παρουσίας τὴν ἄδειαν αὐτοῦ, καὶ τὸ τῆς ἐπικειμένης ἀπαλλαγῆναι ταραχῆς. Μὴ τοίνυν νομίσῃς αὐτὸν κωλύεσθαι παρ' ἡμῶν, εἰ βούλοιτο ἀποδημεῖν. Ἡμεῖς γὰρ ἕως τοῦ νῦν διὰ τοῦτο αὐτὸν ἐπέσχομεν, ὡς οὐ σφόδρα τῆς τοῦ πράγματος D φύσεως ἀπαιτούσης αὐτοῦ τὴν παρουσίαν, καὶ δεδοικότες μήποτε εἰς τὰς τῶν Ἰσαύρων ἐμπέσῃ χεῖρας. Εἰ δὲ οὕτως ἀναγκαῖον τὸ αὐτόθι παραγενέσθαι, καὶ παρακαλοῦμεν καὶ [c] προτρεπόμεθα ἅψασθαι τῆς ἀποδημίας. Κἂν γὰρ τῷ σώματι κεχωρισμένοι ὦμεν, ἀλλὰ τῇ τῆς ἀγάπης ἁλύσει μένομεν πρὸς αὐτὸν συνδεδεμένοι. Μηδέν σε θορυβείτω, παρακαλῶ, τῶν συμπιπτόντων χαλεπῶν. Ὅσῳ γὰρ πλείους αἱ περιστάσεις, τοσούτῳ σοι μείζων ἡ πραγματεία, καὶ πλείων ὁ μισθὸς, καὶ ἡ ἀντίδοσις παρὰ τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ, ἂν εὐχαρίστως φέρῃς καὶ γενναίως E [d] τὰ συμβαίνοντα. Οὕτω γὰρ καὶ ταῦτα εὐκαταγώνιστα ἔσται, καὶ ὁ ἐκ τῆς τούτων ὑπομονῆς σοι τικτόμενος καρπὸς ἐν τοῖς οὐρανοῖς δαψιλὴς ἔσται, καὶ πολὺ μείζων τῶν παθημάτων.

LXXVII. Asyncritiæ.

Etiam antehac illud tibi per literas significavimus, nos te, quantum ad caritatem attinet, in eorum qui ad nos venerunt numero reponere : et nunc rursus istud ipsum dicimus, nimirum te animo ac voluntate venisse. Quod si corporis imbecillitate, ac tumultibus iis qui Armeniam invaserunt, prohibita es : nos tamen ex tua voluntate animique sententia idem de tua benevolentia judicium habemus, quod prius habuimus. Quare ne quam sæpissime ad nos scribere negligas, nosque, morbumne depuleris, et qua valetudine sis, certiores facere. Quandoquidem nunc magnum animo dolorem accepimus, cum te ægram esse intelleximus. Quamobrem, ne de hac re laboremus, fac velim quam citissime sciamus num e morbo ad sanitatem redieris.

οζ'. Ἀσυγκριτίᾳ.

Καὶ ἔμπροσθεν ἐπέσταλκά σου τῇ τιμιότητι, ὅτι καὶ σὲ μετὰ τῶν παραγενομένων ἀριθμοῦμεν κατὰ 635 A τὸν τῆς ἀγάπης λόγον, καὶ νῦν τὸ αὐτὸ λέγομεν, ὅτι τῇ γνώμῃ παραγέγονας. Εἰ δὲ ἡ ἀσθένεια τοῦ σώματος διεκώλυσε, καὶ οἱ θόρυβοι οἱ τὴν Ἀρμενίαν κατειληφότες, ἡμεῖς ἀπὸ τῆς γνώμης καὶ τῆς προαιρέσεως τὴν αὐτὴν περὶ τῆς διαθέσεώς σου ψῆφον ἔχομεν, ἥνπερ καὶ ἔμπροσθεν. Μὴ τοίνυν καταφρόνει συνεχῶς ἡμῖν ἐπιστέλλειν, καὶ εἴ σοι λέλυται τὰ τῆς ἀῤῥωστίας, καὶ περὶ τῆς ὑγείας σου δηλοῦν. Ἐπεὶ καὶ νῦν σφόδρα ἠλγήσαμεν, ἀκούσαντές σε ἐν ἀῤῥωστίᾳ εἶναι. Ἵν' οὖν μὴ μεριμνῶμεν περὶ τούτου, διὰ τάχους ἡμῖν δήλωσον, εἰ πρὸς ὑγείαν σοι τὰ τῆς ἀῤῥωστίας μεταβέβληται.

[b] Τὸν *τιμιώτατον πρεσβύτερον*, frequens honoris appellatio tum apud Chrysostomum, tum alibi. Ibid. Coislin. *αὐτόθι, τούτῳ οἶσθα.*

[c] Duo Mss. *προτρέπομεν*. Paulo post iidem *ταῖς τῆς ἀγάπης ἁλύσεσι.*

[d] Coislin. *τὰ συμπίπτοντα.*

οη'. Ῥωμανῷ πρεσβυτέρῳ.

B

[a] Οὐ μέχρι τῆς Ἀρμενίας μόνον, οὐδὲ τῆς Καππαδόκων χώρας, ἀλλὰ καὶ πορρωτέρω τῆς ἀγάπης σου καὶ τῆς διαθέσεως, ἣν περὶ ἡμᾶς ἐπεδείξω διηνεκῶς, σάλπιγγος λαμπροτέρα ἡ φήμη παραγέγονε. Διόπερ καὶ ἡμεῖς σφόδρα καλλωπιζόμεθα ἐπὶ τῇ διαθέσει τῆς εὐλαβείας σου, καὶ μακαρίζοντές σε οὐ διαλιμπάνομεν, καί σου δεόμεθα συνεχῶς ἐπιστέλλειν ἡμῖν περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς. Εἰ γὰρ καὶ ἐν ἐρημίᾳ καθήμεθα, καὶ C πόῤῥω ὑμῶν ἀπῳκίσμεθα, ἀλλ' ὅμως τῇ τῆς ἀγάπης ἁλύσει συνδεδέμεθά σοι, ἣν ἐξ ἀρχῆς διάθεσιν περὶ τὴν σὴν τιμιότητα ἐπεδειξάμεθα, ταύτην, μᾶλλον δὲ καὶ πολλῷ πλείονα καὶ θερμοτέραν νῦν ἔχοντες. Οὐδὲν γὰρ ὑμᾶς οὔτε τοῦ χρόνου τὸ πλῆθος, οὔτε τῆς ὁδοῦ τὸ μῆκος ῥαθυμοτέρους εἰς τοῦτο πεποίηκεν, ἀλλὰ καὶ σπουδαιοτέρους. Ταῦτ' οὖν εἰδὼς, δέσποτά μου τιμιώτατε καὶ εὐλαβέστατε, καὶ λογισάμενος ἡλίκην ἡμῖν χαριῇ χάριν συνεχέστερον ἐπιστέλλων, γράφε ἡμῖν τὰ περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς, καὶ προηγουμένως διηνεκῶς ἐν ταῖς ἁγίαις σου μεμνημένος εὐχαῖς· ἵνα καὶ ἐκ τοσούτου καθήμενοι διαστήματος, πολλὴν D καὶ ἐντεῦθεν καρπωσώμεθα τὴν συμμαχίαν.

LXXVIII. *Romano presbytero.*

Non in Armeniam dumtaxat et Cappadociam, sed etiam longius caritatis tuæ atque benevolentiæ, quam semper erga nos præstitisti, quavis tuba luculentior fama pervasit. Quamobrem nos quoque ob tuam istam benevolentiam magnopere gloriamur, nec te laudare intermittimus. Tu vero de tua valetudine quam sæpissime, quæso, ad nos scribas. Nam licet in solitudine, ac procul a vobis remoti simus, at caritatis tamen catena tecum devincti sumus, eamdem videlicet, quam olim atque ab initio erga te benevolentiam præ nobis tulimus, imo etiam majorem ac ferventiorem nunc habentes. Nec enim aut temporis diuturnitas, aut viæ longitudo, segniores ad eam rem nos reddidit, imo etiam acriores ac diligentiores. Hæc igitur cum minime ignores, domine mi reverendissime ac religiosissime, quantam crebrioribus tuis literis gratiam a nobis initurus sis, tecum reputans, de tua valetudine ad nos scribas velim, ac præsertim in tuis sanctis precibus memoriam nostri ne intermittas : quo, licet tanto intervallo abs te disjuncti, ingentem tamen hinc opem et auxilium accipiamus.

Cucuso anno 405.

οθ'. Γεμέλλῳ.

Τί τοῦτο; Ὅτε ἡ τοσαύτη καὶ τηλικαύτη πόλις ἑορτὴν ἄγει λαμπρὰν (τοῦτο γὰρ τὴν ἀρχὴν καλῶ τὴν σὴν), τότε ἡμᾶς ἐν πλείονι κατέστησας κατηφείᾳ, μακρὰν οὕτω σιγήσας σιγήν; Καὶ εἰ μὲν ἄλλος τις ἦν τῶν πολλῶν ὁ τοῦτο πεπονθὼς, καὶ τὴν αἰτίαν ῥᾳδίως ἂν εὗρον. Τίς δέ ἐστιν αὕτη; Εἰώθασιν οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, ἡνίκα ἂν μείζονος ἀρχῆς ἐπιλάβωνται, καὶ ἐν ὄγκῳ φρονήματος γίνεσθαι μείζονι· ἐπὶ δὲ τῆς E σῆς μεγαλοπρεπείας φιλοσοφεῖν εἰδυίας, καὶ ἀκριβῶς διεσκεμμένης τῶν ἐπικήρων τούτων καὶ ῥεόντων πραγμάτων τὴν φύσιν, καὶ οὐκ ἀπατωμένης τοῖς ἐπιτρίμμασι [b] καὶ ταῖς ὑπογραφαῖς, ἀλλὰ γυμνὰ τῶν προσώπων τὰ πράγματα καταμανθανούσης, τὴν αἰτίαν οὐ δύναμαι τῆς σιγῆς εὑρεῖν. Ἀλλ' ὅτι μὲν ἡμᾶς 636 ὁμοίως ἐρᾷς καὶ νῦν ὥσπερ καὶ ἔμπροσθεν, μᾶλλον A δὲ μειζόνως νῦν ἢ ἔμπροσθεν, οἶδα σαφῶς. Τίνος δὲ ἕνεκεν οὕτω διακείμενος τοσοῦτον ἐσίγησας χρόνον, εἰπεῖν οὐκ ἔχω, ἀλλὰ καὶ δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο μάλιστα ἀπορῶ. Λῦσον δὴ ἡμῖν τὸ αἴνιγμα δι' ἐπιστο-

LXXIX. *Gemello.*

Quidnam hoc est, ut cum tanta tamque præclara civitas luculentum festum agat (sic enim magistratum tuum atque imperium voco), tum tu diuturno tuo silentio majorem nobis mœstitiam attuleris? Ac si quidem alius quispiam e vulgo esset, cui hoc accidisset, causam quoque nullo negotio invenissem. Quam tandem istam? Solent plerique mortalium, cum ad majorem dignitatem pervenerint, animos quoque simul attollere, ac majores spiritus sumere : at in te qui philosophari scis, ac caducarum harum et fragilium rerum naturam apprime nosti, nec fucis ac pigmentis deciperis, verum res ipsas larvis vacuas perspicis atque animadvertis, silentii causam reperire nequeo. Et quidem illud pro certo habeo, me æque ac prius, imo etiam magis quam ante abs te amari. Quid autem sit, quamobrem, cum hoc erga me animo sis, tamdiu tacueris, dicere nequeo : imo hoc quoque ipso

Cucuso anno 404. vel 405.

[a] Duo Mss. οὐ μέχρι τῆς Ἀρμενίων μόνον. Infra omnes Mss. nostri σάλπιγγος λαμπρότερον ἡ φήμη.

[b] Καὶ ταῖς ἐπιγραφαῖς Coislin. Ibid. Coislin. et Reg. τῶν προσωπείων.

præsertim nomine hæreo. Quare istud ænigma, nisi grave ac molestum est, nobis velim per literas explices. Atque etiam ante ipsas literas eos, qui hanc epistolam ad te perferunt, hoc est, dominum meum reverendissimum et religiosisimum presbyterum, ipsiusque comites, doce, id quod nobis ipsis persuasum est, nempe hoc tuum silentium a negligentia non fluxisse. Nam si hoc dixeris, satis id erit, ut ipsi comiter ac benigne a te excipiantur.

λῆς, εἰ μὴ βαρὺ, μηδὲ ἐπαχθές. Καὶ πρὸ τῆς ἐπιστολῆς ἐκείνης τοὺς ταύτην σοι κομίζοντας τὴν ἐπιστολὴν, λέγω δὴ τὸν κύριόν μου τιμιώτατον καὶ εὐλαβέστατον πρεσβύτερον, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ δίδαξον, ὅπερ καὶ ἡμεῖς πεπείσμεθα, ὅτι ῥαθυμίας οὐκ ἦν ἡ σιγή. Ἀρκεῖ γὰρ τοῦτο εἰπεῖν, εἰς τὸ τυχεῖν αὐτοὺς φιλοφροσύνης παρὰ τῆς σῆς θαυμασιότητος.

LXXX. *Firmino.*

Cucuso anno 404.

Ad congressum tuum magno nobis damno morbus tuus fuit : ad caritatem autem ne tantillum quidem detrimenti attulit. Nam vel semel te convenisse, satis superque fuit ad vehementem tui amorem in animis nostris ciendum. Hujus autem rei causa ipse fuisti, qui ab ipsis initiis ingentem ac pene insanum nostri amorem præ te tulisti, nec nos, ut diutius tui periculum faceremus, exspectare passus es, verum ad primum aspectum nos cepisti, arctissimisque vinculis tecum astrinxisti. Ideo ad te scribimus, eaque quæ audire cupis, exponimus. Quænam autem hæc sunt? Bona valetudine sumus; iter tuto confecimus; quiete atque otio gaudemus; magnam omnium benevolentiam obtinemus; inenarrabilem denique consolationem percipimus. Nemo hic est qui nos exagitet, aut nobis negotium facessat. Quid autem nobis hoc in urbe usu venisse miraris, cum etiam iter ipsum tutissime confecerimus? Tu vero de tuis quoque rebus nos fac certiores, ut quemadmodum ex hac commemoratione voluptatem cepisti, sic etiam de tua valetudine certiores facti, magnam lætitiam capiamus. Nec enim te fugit, quantam iis, qui sincere amare norunt, voluptatem hoc injiciat, cum læti aliquid de iis, quos amant, accipiunt.

B

π'. Φιρμίνῳ.

Εἰς μὲν τὴν συνουσίαν σου μεγάλα ἡμᾶς τὸ ἀῤῥωστεῖν σε ἐζημίωσεν· εἰς δὲ τὴν ἀγάπην οὐδὲ μικρὰ παρέβλαψεν. Ἤρκεσε γὰρ ἡμῖν [a] καὶ τὸ ἅπαξ σοι συγγενέσθαι, εἰς τὸ γενέσθαι σου σφοδροὺς ἐραστάς. Τούτου δὲ αἴτιος αὐτὸς, οὕτως ἐκ προοιμίων σφοδρὸν καὶ μανικὸν περὶ ἡμᾶς ἐπιδειξάμενος ἔρωτα, καὶ οὐκ
C ἀφεὶς δεηθῆναι τῆς ἀπὸ τοῦ χρόνου πείρας, ἀλλ' ὁμοῦ τε φανεὶς, καὶ ἑλὼν, καὶ μετὰ ἀκριβείας σαυτῷ προσδήσας ἡμᾶς. Διὰ δὴ τοῦτο καὶ ἡμεῖς γράφομεν, καὶ ἅπερ ἐπιθυμεῖς ἀκοῦσαι δηλοῦμεν. Τίνα δὲ ταῦτά ἐστιν; Ὑγιαίνομεν· ἀδεῶς τὴν ὁδὸν διηνύσαμεν· ἐντρυφῶμεν ἡσυχίᾳ καὶ ἀπραγμοσύνῃ πολλῇ· πολλῆς παρὰ πάντων ἀπολαύομεν εὐνοίας· ἄφατον καρπούμεθα παραμυθίαν. Οὐδεὶς ὁ ἐλαύνων ἐνταῦθα, οὐδὲ ἐνοχλῶν. Καὶ τί θαυμάζεις εἰ ἐν τῇ πόλει, ὅπου γε καὶ τὴν ὁδὸν μετὰ πολλῆς ἠνύσαμεν τῆς ἀδείας; Δήλου δὴ καὶ αὐτὸς ἡμῖν τὰ σὰ, ἵν' ὥσπερ σε τούτοις
D ἥσαμεν τοῖς διηγήμασιν, οὕτω καὶ αὐτοὶ πολλῆς ἀπολαύσωμεν τῆς εὐφροσύνης, τὰ περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς μανθάνοντες. Οἶσθα γὰρ ἡλίκην ἐντίθησι τὴν ἡδονὴν τοῖς φιλεῖν ἐπισταμένοις γνησίως τὸ χρηστόν τι περὶ τῶν ἀγαπωμένων μανθάνειν.

LXXXI. *Hymnetio Archiatro.*

Cucuso anno 404.

Numquam te apud omnes mirificis laudibus efferre desinemus, tum ut probum virum, tum ut præstantissimum medicum, tum ut eum qui sincere amare novit. Nam cum hic de morbo nostro sermones excitantur, in ejusmodi commemorationes tu quoque subeas necesse est, cumque ipsi eximiæ tuæ peritiæ ac benevolentiæ

πα'. [b] Ὑμνητίῳ ἀρχιατρῷ.

Οὐ παυσόμεθά σε παρὰ πᾶσι θαυμάζοντες, καὶ ὡς ἄνδρα χρηστὸν, καὶ ὡς ἰατρὸν ἄριστον, καὶ ὡς φιλεῖν
E εἰδότα γνησίως. Ὅταν γὰρ ἡμῖν ἐνταῦθα περὶ τῆς ἀῤῥωστίας ἡμῶν γίνωνται λόγοι, ἐξ ἀνάγκης καὶ αὐτὸς ἐπεισέρχῃ τοῖς διηγήμασι τούτοις, καὶ τῆς πολλῆς σου καὶ ἐπιστήμης καὶ εὐνοίας πεῖραν λαβόντες, οὐ δυνάμεθα σιγῇ τὰς εὐεργεσίας κατέχειν, ἀλλ' εἰς

[a] Sic locum antea mutilum restituimus ex Mss. Regio et Coislin. Infra iidem Mss. καὶ οὐκ ἀφεὶς.

[b] De Hymnetio supra : monet hic Fronto Ducæus in uno Codice legi Ὑμνητίῳ ἀρχιητρῷ. Alii ἀρχιητρῷ.

ἅπαντας ἀνακηρύττομεν, ἡμῖν αὐτοῖς τὰ μέγιστα χαριζόμενοι. Τοσοῦτον γὰρ ἡμῖν φίλτρον ἐνέθηκας, ὅτι καίτοι γε ὑγιαίνοντες πολλοῦ ἂν ἐπριάμεθά σε ἐνταῦθα ἑλκύσαι, ὥστε σε μόνον ἰδεῖν. Ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτο ἐργῶδες, καὶ διὰ τὴν τῆς ὁδοῦ δυσκολίαν, καὶ 637 A διὰ τὸν τῶν Ἰσαύρων φόβον, τοῦτο μὲν οὐκ ἐπιχειροῦμεν τέως· ἀξιοῦμεν δὲ συνεχῶς ἐπιστέλλειν. Δυνήσῃ γὰρ ἡμῖν τὴν ἐκ τῆς παρουσίας ἡδονὴν χαρίζεσθαι τῇ συνεχείᾳ τῶν γραμμάτων, τῷ μέλιτί σου τῶν τρόπων τὰ γράμματα ἀναχρωννύς.

periculum fecerimus, beneficia abs te accepta silere non possumus, verum apud omnes ea prædicamus, maximam a nobis ipsis hac in re gratiam ineuntes. Tantum enim tui amorem animis nostris injecisti, ut etiamsi belle valeamus, magno tamen emtum velimus, ut te huc trahere queamus, ut vel tuo conspectu frui liceat. Verum quoniam hoc partim ob itineris difficultatem, partim ob Isaurorum metum difficile est, nunc quidem hoc minime aggredimur : at illud petimus, ut quam sæpissime literas ad nos mittas. Eam enim, quam præsentia ipsa parit, voluptatem frequentibus literis nobis afferre poteris, morum tuorum melle eas illinens.

πβ'. Κυθηρίῳ.

Ἡ μὲν συνουσία ἡμῖν ἡ αὐτόθι βραχεῖα γέγονε πρὸς ὑμᾶς· ἡ δὲ ἐντεῦθεν τεχθεῖσα ἀγάπη μεγάλη καὶ ὑψηλὴ καὶ γενναία. [a] Τοῖς γὰρ γνησίως εἰδόσι φιλεῖν οὐ δεῖ εἰς τοῦτο χρόνου μακροῦ, ἀλλὰ καὶ ἐν B βραχεῖ δυνατὸν κατορθῶσαι τὸ πᾶν. Ὃ δὴ καὶ ἐφ' ἡμῶν γέγονε· καὶ γεγόναμεν ὑμῶν ἐρασταὶ σφοδροὶ, ὡς πολλῷ συγγενόμενοι τῷ χρόνῳ. Ὅθεν δὴ καὶ ἐπιστέλλομεν τὰ καθ' ἡμᾶς δηλοῦντες, ὅτι τε ὑγιαίνομεν, καὶ ἐν ἡσυχίᾳ καὶ ἀπραγμοσύνῃ διάγομεν. Ἴσμεν γὰρ ὅτι χαριούμεθα ταῦτα ὑμῖν ἀπαγγέλλοντες. Καὶ τὰ παρ' ὑμῶν αἰτοῦμεν γράμματα τὰ αὐτὰ ἡμῖν εὐαγγέλια κομίζοντα. Μὴ δὴ κατοκνεῖτε γράφειν ἡμῖν συνεχῶς, καὶ τὰ περὶ τῆς ὑγείας ὑμῶν εὐαγγελίζεσθαι. Οὕτω γὰρ τὰ μέγιστα καὶ ἐν ἀλλοτρίᾳ διατρί- C βουσι χαριεῖσθε ταῦτα ἐπιστέλλοντες, ἅπερ συνεχῶς ἐπιθυμοῦμεν μαθεῖν.

LXXXII. Cytherio.

Brevis quidem nobis vobiscum istic fuit consuetudo : at amor, qui hinc ortus est, magnus et sublimis ac præclarus. Nam iis qui sincere amare sciunt, ad eam rem diuturno tempore minime opus est, verum brevi totum id perfici potest. Quod etiam nobis usu venit : quippe qui vestri amore perinde flagremus, ac si jampridem mutuam inter nos consuetudinem habuissemus. Ideo ad vos etiam scribimus, rerumque nostrarum statum exponimus, nempe nos commoda valetudine esse, atque in quiete et otio degere. Nec enim nobis dubium est, quin hæc nuntiantes, rem vobis gratam facturi simus. Vestras etiam literas vicissim petimus, quæ lætum eumdem nobis nuntium afferant. Igitur sæpe ad nos scribere ne gravemini, deque valetudinis vestræ statu læta nuntiare. Sic enim nobis, etiam in externa regione degentibus, gratissimum facturi estis, ea scribentes, quæ frequenter audire cupimus.

Scripta Cucusi anno 404.

πγ'. Λεοντίῳ.

Τῆς μὲν πόλεως ὑμῶν ἀπηλάθημεν, τῆς δὲ ἀγάπης σου οὐκ ἀπεληλάμεθα. Τὸ μὲν γὰρ ἐφ' ἑτέροις ἔκειτο, τὸ μένειν αὐτόθι [b] ἢ ἐκβάλλεσθαι· τὸ δὲ, ἐφ' ἡμῖν. Διὸ οὐδεὶς ἡμᾶς αὐτὸ ἀφελέσθαι δυνήσεται, ἀλλ' ὅπουπερ ἂν ἀπίωμεν, πανταχοῦ περιφέρομέν σου τὸ μέλι τῆς ἀγάπης, καὶ ἐντρυφῶμεν τῇ μνήμῃ τῆς εὐγενείας τῆς σῆς, τὸν ἔρωτά σου τὸν περὶ ἡμᾶς, τὴν D σπουδὴν, τὴν σύνεσιν, τὴν φιλοφροσύνην, τὴν φιλοξε-

LXXXIII. Leontio.

Civitate quidem vestra pulsi sumus, a caritate vero tua non item pulsi. Illud enim, hoc est ut istic maneremus, aut ejiceremur, in aliorum potestate situm erat : hoc autem in nostra. Quocirca nemo id nobis umquam eripere poterit, verum quocumque proficiscamur, caritatis tuæ mel semper circumferimus, magnamque ex tui recordatione voluptatem capimus, tuum erga nos

Cucuso anno 404.

[a] Sic locum restituimus ex Cod. Regio, quem unicum habemus ad hanc epistolam : Billius idipsum legit quod in Regio habetur. Infra Reg. ὡς πρὸ πολλοῦ συγγενόμενοι τοῦ χρόνου.

[b] Reg. ἢ ἐλαύνεσθαι.

amorem, studium, prudentiam, comitatem, hospitalitatem, alia denique omnia in unum cogentes, tuæque virtutis imaginem effingentes. Quoniam igitur nos ita demeruisti, ac tibi conciliasti, ut etiam præsentiam tuam imprimis appetamus, id autem nunc minime licet, consolationem eam, quæ ex literis percipitur, velim nobis præbeas. Nam cum tanta prudentia sis, per frequentes literas id assequi poteris ut voluptatem eam, quam præsentia tua secum accersit, nobis effingas.

νίαν, τὰ ἄλλα πάντα συντιθέντες, καὶ τὴν εἰκόνα διαπλάττοντες τῆς σῆς ἀρετῆς. Ἐπεὶ οὖν οὕτως ἡμᾶς εἷλες καὶ ἐχειρώσω, ὡς καὶ τῆς παρουσίας σου σφόδρα ἐπιθυμεῖν, τοῦτο δὲ οὐκ ἔνι γενέσθαι νῦν, τὴν ἀπὸ τῶν γραμμάτων πάρεχε παραμυθίαν ἡμῖν. Δυνήσῃ γὰρ τῇ πυκνότητι τῶν ἐπιστολῶν σοφίσασθαι τὴν ἐκ τῆς παρουσίας ἡδονὴν τοσαύτῃ κεκοσμημένος συνέσει.

LXXXIV. Faustino. E

πδ'. Φαυστίνῳ.

Cucuso anno 404.

Cucusum incolumes venimus (hinc enim ordiemur, unde nos initium scribendi facere cupis), ac locum tumultibus vacuum reperimus, quietisque atque otii plenissimum, nec quemquam habentem qui nobis molestiam exhibeat, 638 atque infestus sit. Quid autem mirum, si hoc A nobis in urbe contingat, cum etiam desertissimum ac periculosum et suspectum iter, quod illinc huc ducit, sine metu ac negotio exegerimus, tutioraque omnia habuerimus, quam in urbibus quæ bonis legibus gubernantur? Læti igitur hujus nuntii mercedem nobis hanc pende, ut de tua valetudine quam creberrime ad nos scribas. Siquidem in magna quiete hic degentes, animi tui nobilitatem, ingenuitatem, improborum odium, loquendi libertatem, universum denique virtutum tuarum pratum sine ulla intermissione B cogitatione nobis effingimus, tuique memoria delectamur, quemcumque in locum abscedamus, te circumferentes atque incredibili quodam tui amore flagrantes. Eaque de causa te quoque huc venire, ac cernere cupimus. Quoniam autem id difficile est, ad secundum navigationis cursum venimus, eamque, quam literæ pariunt, consolationem abs te postulamus. Maximum quippe solatium nobis erit, frequentes epistolas accipere, quæ nos de tua valetudine certiores faciant.

Ἀφικόμεθα εἰς τὴν [c] Κουκουσὸν ὑγιαίνοντες (ἐντεῦθεν γὰρ προοιμιάσομαι, ὅθεν καὶ αὐτὸς ἐπιθυμεῖς ἀρχομένης ἀκοῦσαι τῆς ἐπιστολῆς), καὶ εὑρήκαμεν χωρίον θορύβων καθαρὸν, καὶ πολλῆς μὲν ἀπραγμοσύνης, πολλῆς δὲ γέμον ἡσυχίας, καὶ οὐδένα τὸν ἐνοχλοῦντα οὐδὲ ἀπελαύνοντα ἔχον. Καὶ τί θαυμαστὸν εἰ ἐν τῇ πόλει τοῦτο, ὅπουγε τὴν ἐρημοτάτην ὁδὸν καὶ ἐπισφαλῆ καὶ ὕποπτον, τὴν ἐκεῖθεν ἐνταῦθα φέρουσαν ἀδεῶς καὶ ἀπραγμόνως διήλθομεν, πλείονος [a] ἀπολαύσαντες ἀσφαλείας ἢ ἐν ταῖς εὐνομουμέναις τῶν πόλεων; Τούτων τοίνυν ἡμῖν τῶν εὐαγγελίων δίδου τὸν μισθὸν συνεχῶς ἡμῖν ἐπιστέλλων περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς. Καὶ γὰρ ἐν ἡσυχίᾳ πολλῇ διάγοντες ἐνταῦθα διηνεκῶς ἀναπλαττομένου σου τῆς διανοίας τὸ εὐγενὲς, [b] τὸ ἐλευθέριον, τὸ μισοπόνηρον, τὸ πεπαῤῥησιασμένον, ἅπαντα τῶν ἀρετῶν σου τὸν λειμῶνα, καὶ ἐντρυφῶμεν τῇ μνήμῃ, ὅπουπερ ἂν ἀπίωμεν πανταχοῦ σε περιφέροντες, καὶ μεθ' ὑπερβολῆς ἐκκαιόμενοι τῷ φίλτρῳ τῷ περὶ σέ. Διὸ καὶ ἐπιθυμοῦμεν καὶ ἐνταῦθά σε παραγενόμενον ἰδεῖν. Ἐπεὶ δὲ τοῦτο ἐργῶδες, ἐπὶ τὸν δεύτερον ἐρχόμεθα πλοῦν, καὶ τὴν διὰ τῶν γραμμάτων αἰτοῦμεν παράκλησιν. Καὶ γὰρ μεγίστη παραψυχὴ ἡμῖν ἔσται τὸ συνεχῶς δέξασθαι ἐπιστολὰς εὐαγγελιζομένας ἡμῖν περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς.

LXXXV. Lucio episcopo.

πε'. Λουκίῳ ἐπισκόπῳ.

Scripta anno 404

Etsi magno itineris intervallo a te sejuncti sumus, tamen illud improborum odium, quo ani- C

Εἰ καὶ πολλῷ τῷ μέσῳ τῆς ὁδοῦ διεστήκαμεν τῆς εὐλαβείας τῆς σῆς, ἀλλ' ὅμως οὐκ ἔλαθεν ἡμᾶς τὸ

[c] Κοκκουσόν legit Vaticanus semper, Coccusum, vel Cocceuson; in Itinerario Antonini ejus est mentio frequens et semper Cocuson legitur. Vide quæ de illa urbe dicat Nicolaus Bergier *Des grands Chemins de l'Empire* p. 523. In aliis Codicibus atque in Editis Κουκουσός. Vox ἀρχομένης sequens, quæ ab Interprete lecta fuit, deerat in Editis.

[a] Coislin. ἀπολαύοντες.

[b] Coislin. τὸ ἐλευθέριον, τὸ φιλικὸν, τὸ μισοπ.

μισοπόνηρόν σου τῆς γνώμης, καὶ πῶς ἤλγησας ἐπὶ τοῖς τηλικαῦτα παρανομήσασι καὶ τοσούτων σκανδάλων ἐμπλήσασι τὴν οἰκουμένην. Διὰ τοῦτό σοι χάριτας ὁμολογοῦμεν, καὶ θαυμάζοντές σε καὶ μακαρίζοντες οὐ παυόμεθα, ὅτι ἐν τοσούτῳ κακῶν φορυτῷ, τοσούτων κατὰ κρημνῶν φερομένων καὶ σκοπέλων, αὐτὸς τὴν ὀρθὴν ὁδὸν οὐκ ἐπαύσω βαδίζων, αἰτιώμενός τε τὰ γεγενημένα, ἀποστρεφόμενός τε τοὺς ἐργασαμένους, ὥς σοι πρέπον ἐστίν. Διὸ δὴ καὶ παρακαλοῦμεν ἐπιμεῖναι τῇ καλῇ ταύτῃ προθυμίᾳ, καὶ μείζονα ἐπιδείξασθαι τὸν ζῆλον. Οἶσθα γὰρ ἡλίκος ὑμῖν ἔσται ὁ μισθὸς, οἷα τὰ βραβεῖα, πηλίκοι οἱ στέφανοι, ὅταν τοσούτων ὄντων τῶν ταραττόντων αὐτοὶ τὴν ἐναντίαν φέρησθε, μεγίστην τοῖς παροῦσι κακοῖς ἐντεῦθεν διδόντες τὴν διόρθωσιν. Ὅτι γὰρ, εἰ βουληθείητε στῆναι γενναίως, κἂν ὀλίγοι τὸν ἀριθμὸν ἦτε, περιέσεσθε τῶν πλειόνων τῶν ἐπὶ κακίᾳ καλλωπιζομένων, οὐδεὶς ἀντερεῖ. Ἀρετῆς γὰρ ἰσχυρότερον οὐδὲν, καὶ τοῦ ταῦτα ζητεῖν ἃ τειχίζει τὰς Ἐκκλησίας. Ἔχοντες τοίνυν τὴν γνώμην ἀρκοῦσαν ὑμῖν εἰς τὸ πολλὴν παρὰ Θεοῦ ῥοπὴν ἐπισπάσασθαι, τὰ παρ' ἑαυτῶν εἰσενεγκεῖν παρακλήθητε, τεῖχος μέγιστον ταῖς πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης Ἐκκλησίαις διὰ τῆς γνώμης ταύτης γινόμενοι.

mus tuus præditus est, minime nobis obscurum fuit, dolorque ille, quem propter eos qui tanta flagitia perpetrarunt, totque scandalis orbem impleverunt, animo concepisti. Propterea tibi gratias agimus, mirificisque laudibus sine ulla intermissione te celebramus, quod in tanta malorum colluvie, totque hominibus in præcipitia et scopulos ruentibus, tu rectum iter tenere minime D destitisti, ea quæ facta sunt reprehendens, eosque, a quibus facta sunt, aversans, ut etiam te facere par est. Eaque de causa te hortamur, ut in egregia hac animi alacritate perstes, majoremque etiam zelum præ te feras. Scis enim quæ vobis merces futura sit, quæ præmia, quæ coronæ, si tot aliis perturbantibus, contrarium tamen iter tenueritis, maximam præsentibus malis medicinam hinc afferentes. Nam quod, etiamsi alioqui exiguo numero sitis, tamen si strenuo ac forti animo in procinctu stare volueritis, majo- E res copias ob improbitatem gloriantes superaturi sitis, nemo inficias ierit. Nihil enim fortius est virtute earumque rerum perquisitione, quibus præsidium Ecclesiis comparatur. Cum igitur animum ad ingentem Dei opem accersendam idoneum habeatis, quæ vestrarum partium sunt, velim expleatis, vosque per hujusmodi mentem ac voluntatem firmissimi cujusdam muri instar omnibus orbis Ecclesiis præbeatis.

πς'. Μάρῃ ἐπισκόπῳ.

Καὶ ἡνίκα προοίμια εἶχεν ὁ χειμὼν ὁ τὴν Ἐκκλησίαν διασαλεύσας, οὐκ ἔλαθεν ἡμᾶς τὸ ὀρθὸν καὶ ἀπερίτρεπτόν σου τῆς γνώμης· καὶ νῦν ὅτε ηὐξήθη τὰ κακὰ, ἔγνωμεν πάλιν τὴν εὐλάβειαν τὴν σὴν τοῖς αὐτοῖς ἐπιμένουσαν. Διὸ καὶ ἐκ τοσούτου καθήμενοι διαστήματος καὶ τὴν ὀφειλομένην ἀποδιδόαμεν πρόσρησιν, καὶ μακαρίζομεν καὶ θαυμάζομεν, ὅτι, τῶν πλειόνων ἑαυτοὺς κατακρημνισάντων, οἷς εἰς τὰς Ἐκκλησίας παρηνόμησαν, αὐτὸς τὴν ἐναντίαν τοῖς ἄλλοις ἦλθες ὁδὸν, τούς τε ταῦτα τολμήσαντας ἀποστρεφόμενος, καὶ ἐπὶ τῆς σοι πρεπούσης μένων ἐλευθερίας. Ἐννοῶν τοίνυν ἡλίκον τοῦ κατορθώματος τούτου τὸ μέγεθος καὶ τὸ μὴ συναπαχθῆναι τοῖς πονηρευομένοις, καὶ ὅτι ὁδὸς ἔσται καὶ προοίμια τῆς τῶν κακῶν διορθώσεως ἡ ἀπερίτρεπτος ὑμῶν αὕτη γνώμη καὶ ἀκλινὴς, αὐτός τε ὥς σοι πρέπον ἐστὶν στῆναι γενναίως παρακλήθητι, τούς τε ἄλλους οὓς ἂν οἷός τε ᾖς ἀλείφειν. Οὕτω γὰρ ἀρκέσει εἰς συμμαχίαν ὑμῖν αὕτη ἡ πρόθεσις, τοῦ Θεοῦ τὴν γνώμην ὑμῶν

LXXXVI. Mari episcopo.

Et cum tempestas ea, qua Ecclesia turbata est, exoriretur, animi tui integritatem atque (Scripta anno 404.)
639 A constantiam perspeximus : et nunc item ingravescentibus malis pietatem tuam in iisdem rursus institutis perseverare cognovimus. Eoque nomine, tam longe licet a te dissiti, debitum tibi salutationis munus persolvimus, teque mirificis laudibus extollimus, quod cum plurimi per ea scelera, quæ adversus Ecclesias designarunt, sese in exitium præcipites dederint, ipse tamen viam aliorum viæ adversam tenueris, nimirum et eorum, qui hæc ausi sunt, congressum defugiens, et eam, quæ te digna erat, libertatem retinens. Cogitans itaque, quanta præclari hujusce tui facti magnitudo sit, quantæque laudis, impro- B bis minime obsecundasse, atque illud præterea, constantem hanc vestram firmamque sententiam depellendorum malorum viam ac præludium fore, fac, quæso, ut quemadmodum a te postulatur, strenuo animo in procinctu stes, atque alios pro virili tua cohorteris. Sic enim ad auxilium

nostrum hæc occasio suffecerit, Deo nempe mentem vestram, quæ in tanta rerum perturbatione recta eligit, comprobante, suamque opem afferente.

LXXXVII. *Eulogio episcopo.*

Scripta anno 404.

Quamvis ad extremos usque orbis recessus venerimus, tamen tuæ caritatis oblivisci minime possumus, verum eam passim circumferimus: usque adeo nos, reverendissime ac religiosissime mi domine, tibi devinxisti ac subegisti. Siquidem nunc quoque Cucusi manentes, hoc est in desertissimo nostri orbis loco, benignitatem tuam, suavitatem, morum facilitatem, sinceram animi propensionem, acrimoniam, zelum quovis igne ferventiorem, cæteras denique omnes tuas virtutes cum animis nostris reputare, atque ejusmodi cogitationum memoriam summa cum voluptate usurpare, mentisque tuæ firmitatem atque constantiam, quam exhibuisti adversus eos qui veritati bellum intulerunt, orbemque tot scandalis impleverunt, apud omnes prædicare minime desinimus; etiamsi alioqui hoc linguæ nostræ officium minime requiras, cum tu quavis tuba clarius, apud omnes Orientales, et quam longissime dissitos homines, per res ipsas id promulgaris. Quo quidem nomine gratias tibi agimus, teque beatum prædicamus ac suspicimus, atque hortamur, ut eumdem zelum præ te ferre pergas. Neque enim paris laudis est, rebus ex animi sententia fluentibus, integritatis specimen exhibere, et cum multi sint qui Ecclesias evertere conentur, non tamen decipi ac circumscribi, sed firmum manere, eos qua decet animi magnitudine aversantem. Neque enim parva, verum perquam ingens malorum medicina hæc est. Quod autem, pietate tua ad hunc modum se gerente, omnes domini mei reverendissimi et religiosissimi Palæstinæ episcopi vestigiis tuis hæsuri sint, minime tibi dubium esse credo. Illud enim mihi exploratissimum est, fore ut in præclaris hujusmodi factis, sicut corpus capiti adjunctum est, sic eos ipse cum caritatis tuæ suavitate connectas ac velut catenis adstringas: quod quidem maximum quoque tuæ virtutis argumentum est.

ἀποδεχομένου τὴν ἐν τοσαύτῃ συγχύσει τὰ ὀρθὰ ἑλομένην, καὶ τὴν παρ' ἑαυτοῦ παρέχοντος ῥοπήν.

πζ'. Εὐλογίῳ ἐπισκόπῳ.

C Ἡμεῖς κἂν πρὸς αὐτὰς ἀφικώμεθα τῆς οἰκουμένης τὰς ἐσχατιάς, ἐπιλαθέσθαι σου τῆς ἀγάπης οὐ δυνάμεθα, ἀλλὰ πανταχοῦ περιφέροντες ἄπιμεν· οὕτως ἡμᾶς εἷλες καὶ ἐχειρώσω, δέσποτά μου τιμιώτατε καὶ εὐλαβέστατε, ἐπεὶ καὶ νῦν ἐν Κουκουσῷ καθήμενοι τῷ πάσης τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης ἐρημοτάτῳ χωρίῳ, οὐ παυόμεθα διηνεκῶς τὴν χρηστότητα, τὴν γλυκύτητα, τὴν τῶν τρόπων ἐπιείκειαν, τὸ γνήσιον τῆς διαθέσεως, τὸ πεπυρωμένον, τὸ σφοδρὸν, τὸν ζῆλον τὸν φλογὸς σφοδρότερον, τὴν ἄλλην ἅπασάν σου ἀρετὴν ἀναλογιζόμενοι, καὶ τῶν λογισμῶν τούτων τῇ μνήμῃ ἐντρυφῶντες, καὶ πρὸς ἅπαντας ἀνακηρύττοντες τὸ D στεῤῥὸν τῆς γνώμης, τὸ ἀπερίτρεπτον, ὅπερ ἐπεδείξω πρὸς τοὺς πολεμήσαντας ταῖς Ἐκκλησίαις καὶ τοσούτων σκανδάλων τὴν οἰκουμένην ἐμπλήσαντας· εἰ καὶ τὰ μάλιστα τοῦτο οὐ δεῖται τῆς ἡμετέρας γλώττης· σάλπιγγος γὰρ λαμπρότερον αὐτὸς πᾶσι τοῖς κατὰ τὴν ἀνατολὴν καὶ πορρωτάτω οὖσι διὰ τῶν ἔργων αὐτῶν ἀνεβόησας. Ὑπὲρ τούτων χάριτας ὁμολογοῦμεν, μακαρίζομεν, θαυμάζομεν καὶ παρακαλοῦμεν τὸν αὐτὸν παραμεῖναι ζῆλον ἐπιδεικνύμενον. Οὐδὲ γὰρ ἴσον ἐστὶ, κατὰ ῥοῦν τῶν πραγμάτων φερομένων, ὀρθότητα ἐπιδείκνυσθαι, καὶ πολλῶν ὄντων τῶν E ἐπιχειρούντων καταλῦσαι τὰς Ἐκκλησίας μηδὲν ἐκεῖθεν παραλογίζεσθαι, ἀλλὰ μένειν ἀκλινῆ, τούτους ἀποστρεφόμενον μετὰ τῆς προσηκούσης ἀνδρείας. Οὐ γὰρ μικρὰ αὕτη, ἀλλὰ καὶ σφόδρα μεγίστη τῶν κακῶν διόρθωσις. Ὅτι δὲ τῆς σῆς εὐλαβείας οὕτω διακειμένης πάντες οἱ κατὰ τὴν Παλαιστίνην κύριοί μου τιμιώτατοι καὶ εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι ἕψονταί σου τοῖς ἴχνεσιν, οὐδὲν οἶμαι δεῖν ἀμφιβάλλειν. Οἶδα γὰρ 640 σαφῶς ὅτι ἐν τοῖς τοιούτοις κατορθώμασιν ὥσπερ A σῶμα συνεχὲς κεφαλῇ, οὕτως αὐτοὺς τῇ γλυκύτητί σου τῆς ἀγάπης συνῆψας καὶ [a] συνδεδέσθαι παρεσκευάσας, ὅπερ καὶ τοῦτο μέγιστον δεῖγμα τῆς σῆς ἀρετῆς.

[a] Vatic. ἐνδεδέσθαι.

πη'. Ἰωάννῃ ἐπισκόπῳ Ἱεροσολύμων.

Ἀπῳκίσθημεν εἰς [b] τὴν Κουκουσὸν, τῆς δὲ ἀγάπης τῆς ὑμετέρας οὐ μετῳκίσθημεν. Τὸ μὲν γὰρ ἐφ' ἑτέροις ἔκειτο, τοῦτο δὲ ἐφ' ἡμῖν. Διὸ δὴ ἐνταῦθα διατρίβοντες καὶ ἐκ τοσούτου καθήμενοι διαστήματος, καὶ ἐπιστέλλομεν, καὶ παρακαλοῦμεν ὑμῶν τὴν εὐλάβειαν, B τὴν ἀνδρείαν ἣν ἐξ ἀρχῆς ἐπεδείξασθε ἀποστραφέντες τοὺς τὰς Ἐκκλησίας τοσούτων θορύβων ἐμπλήσαντας, ταύτην καὶ νῦν διατηρεῖν, καὶ ἄξιον τῶν προοιμίων, μᾶλλον δὲ καὶ πολλῷ λαμπρότερον προσθεῖναι τὸ τέλος. Οὐ γὰρ μικρὸς ἐντεῦθεν ὑμῖν κείσεται ὁ μισθὸς, ὅταν τοὺς τοσοῦτον χειμῶνα ἐργασαμένους, καὶ τὴν οἰκουμένην σχεδὸν ἅπασαν τοσούτων ἐμπλήσαντας σκανδάλων ὡς προσῆκόν ἐστιν ἀποστρέφησθε, καὶ μηδὲν κοινὸν ἔχητε πρὸς αὐτούς. Τοῦτο ἀσφάλεια τῶν Ἐκκλησιῶν, τοῦτο τεῖχος, τοῦτο ὑμέτεροι στέφανοι καὶ βραβεῖα. Ταῦτ' οὖν εἰδὼς, δέσποτά μου τιμιώτατε C καὶ εὐλαβέστατε, τάς τε Ἐκκλησίας ἀσφαλίζου, τὴν τούτῳ τῷ τρόπῳ μεγίστην ἐντεῦθεν προσδοκῶν ἀντίδοσιν, ἡμῶν τε τῶν σφόδρα ἀγαπώντων τὴν σὴν εὐλάβειαν, καὶ ἐκκρεμαμένων σου τῆς διαθέσεως, διηνεκῶς μέμνησο. Ἴσμεν γὰρ ὅσην περὶ ἡμᾶς ἀγάπην ἐπιδείκνυσαι, διὰ τῶν πραγμάτων αὐτῶν μαθόντες.

LXXXVIII. Joanni episcopo Hierosolymitano.

Cucusum relegati sumus, nec tamen a vestra caritate semoti. Illud etenim in aliorum potestate situm erat, hoc autem in nostra. Quamobrem hic degentes, ac tanto intervallo dissiti, venerationi vestræ scribimus; vosque hortamur, ut fortitudinem eam, quam ab initio præstitistis, ab eorum nimirum cœtu, qui Ecclesias tot tumultibus impleverunt, vos removentes, nunc quoque retineatis, paremque præludiis, imo etiam longe splendidiorem finem imponatis. Neque enim parva hinc vobis merces constituta erit, si eos qui tantam tempestatem invexerunt, universumque pene terrarum orbem tot scandalis impleverunt, ut par est, aversemini, nec quidquam cum illis commune habeatis. Hoc Ecclesiarum præsidium est, hoc murus, hoc coronæ vestræ atque præmia. Hæc igitur cum tibi perspecta sint, domine mi reverendissime ac religiosissime, da operam, ut Ecclesias hoc modo communias, amplissimam hinc mercedem exspectans: nostrique, qui pietatem tuam valde amamus, atque ex tua benevolentia pendemus, fac perpetuo memineris. Nam ipsis operibus didicimus, quantam erga nos caritatem præ te tuleris.

Scripta Cucusi anno 404.

πθ'. Θεοδοσίῳ ἐπισκόπῳ Σκυθοπόλεως.

Τῷ μὲν τόπῳ μακρὰν ὑμῶν διεστήκαμεν, τῇ δὲ ἀγάπῃ ἐγγὺς ὑμῶν ἐσμεν καὶ πλησίον, καὶ αὐτῇ συνδεδέμεθα ὑμῶν τῇ ψυχῇ. Τοιοῦτον γὰρ τὸ φιλεῖν· οὐ D κωλύεται τόπῳ, οὐ διείργεται ὁδοῦ μήκει, ἀλλὰ πᾶσαν ῥᾳδίως περιίπταται τὴν οἰκουμένην, καὶ συγγίνεται τοῖς ἀγαπωμένοις. Ὃ δὴ καὶ ἡμεῖς ποιοῦμεν νῦν, ἐν διανοίᾳ ὑμᾶς περιφέροντες. Καὶ παρακαλοῦμεν ὑμᾶς, καθάπερ καὶ ἔμπροσθεν ἐποιήσατε, κοσμοῦντές τε ἑαυτοὺς, καὶ τὰς Ἐκκλησίας ἀσφαλιζόμενοι, οὕτω καὶ νῦν ποιήσατε, καὶ τοὺς τοσαύτας ταραχὰς ἐμβαλόντας εἰς τὴν οἰκουμένην ἅπασαν, καὶ τὰς Ἐκκλησίας διαταράξαντας ἀποστρέφεσθε μετὰ τῆς προσηκούσης ὑμῖν ἀνδρείας. Τοῦτο γὰρ ἀρχὴ τῆς λύσεως E τοῦ χειμῶνος, τοῦτο ἀσφάλεια ταῖς Ἐκκλησίαις, τοῦτο τῶν κακῶν διόρθωσις, ὅταν τοὺς τὰ τοιαῦτα πονηρευσαμένους ὑμεῖς οἱ ὑγιαίνοντες ἀποστρέφησθε, καὶ μηδὲν κοινὸν ἔχητε πρὸς αὐτούς. Ἐννοῶν τοίνυν τοῦ πράγματος τὴν ἀντίδοσιν, καὶ τοὺς ἐντεῦθεν κειμένους στεφάνους, τὴν προσήκουσαν ἀνδρείαν ἐπιδείξασθαι

LXXXIX. Theodosio Scythopolis episcopo.

Nos quidem, si loci ratio habeatur, procul a vobis distamus: si autem caritatis, prope sumus, atque animo ipso constringimur. Nam ea amoris natura est, ut nec loco prohibeatur, nec viæ longinquitate coerceatur, verum per universum terrarum orbem facile provolet, atque cum iis, qui amantur, consuetudinem habeat. Quod etiam nunc facimus, qui vos in animo circumferimus. Ac rogamus, ut quemadmodum antehac vosipsi vobis ornamentum, atque Ecclesiis præsidium attulistis, sic etiam nunc faciatis: eosque qui tot tumultus in terrarum orbem injecerunt, atque Ecclesias perturbarunt, ea quam muneris vestri ratio postulat animi magnitudine aversemini. Hoc enim depellendæ tempestatis initium est, hoc Ecclesiarum securitas, hoc malorum medicina, cum nimirum vos qui sani estis, eorum qui hujusmodi scelera perpetrant, aspectum defugitis, nihilque cum eis commercii habetis. Quæ

Cucuso anno 404.

[b] Vatic. pro more εἰς Κοκκουσόν.

cum ita sint, rei hujusce mercedem, et coronas ob eam causam constitutas, animo et cogitatione complectens, ad hoc ipsum, quæso, eam, quam par est, animi magnitudinem præsta, nostrique, qui te amamus, meminisse ne intermittas. Quod si feceris, rem nobis gratissimam feceris.

παρακλήθητι εἰς τοῦτο αὐτὸ, καὶ ἡμῶν τῶν ἀγαπώντων σε μεμνῆσθαι διηνεκῶς, τὰ μέγιστα ἡμῖν χαριζόμενος.

641

XC. *Moysi episcopo.*

Scripta anno 404.

Etsi, ut eam, quam convenit, animi magnitudinem præstes, eosque qui tot malis Ecclesias affecerunt, ac terrarum orbem tumultibus impleverunt, averseris, te literis nostris indigere minime existimo; nam id rebus ipsis declarasti: tamen quoniam te quam sæpissime, et quavis oblata occasione, salutare, antiquissimo mihi studio est, nunc quoque idem a te peto, ut ad eorum cœtus fugiendos, eam, quam par est, animi fortitudinem adhibeas, aliosque etiam ad hoc ipsum cohorteris. Neque enim hinc parva vobis merces constituta erit, si eos qui tantam tempestatem excitarunt, atque innumeris scandalis totum orbem impleverunt, quemadmodum decet, averseris. Nam hac ratione res vel maxime sanabuntur. Nostri etiam, qui te carissimum habemus, perpetuo memineris velim. Scis enim quo animo erga te hactenus fuerimus, et semper simus.

A

ϙ΄. Μωϋσῇ ἐπισκόπῳ.

Οἶμαι μὲν μηδὲ γραμμάτων σε δεῖσθαι τῶν ἡμετέρων εἰς τὸ τὴν προσήκουσαν ἀνδρείαν ἐπιδείξασθαι, καὶ ἀποστραφῆναι τοὺς τοσαῦτα κακὰ ἐργασαμένους ταῖς Ἐκκλησίαις, καὶ τὴν οἰκουμένην ταραχῶν ἐμπλήσαντας· διὰ γὰρ ὧν ἐποίησας, ἐδήλωσας. Ἀλλ' ἐπειδὴ συνεχῶς, καὶ δι' ἑκάστης προφάσεως προσφθέγγεσθαί σου τὴν εὐλάβειαν ἐμοὶ περισπούδαστον, καὶ νῦν τὰ αὐτὰ παρακαλῶ, ὥστε αὐτόν τε τῇ προσηκούσῃ ἀνδρείᾳ χρήσασθαι εἰς τὸ ἀποστρέφεσθαι ἐκείνους, τούς τε ἄλλους ἅπαντας εἰς τοῦτο ἀλείφειν. Οὐ γὰρ μικρὸς
B ὑμῖν κείσεται ὁ μισθὸς, εἰ τοὺς χειμῶνα τοσοῦτον ἀνάψαντας, καὶ [a] τὸ πᾶν ἐμπλήσαντας μυρίων σκανδάλων, μέλλοιτε ἀποστρέφεσθαι ὡς προσῆκόν ἐστι. Καὶ γὰρ μεγίστην ἐντεῦθεν τὰ πράγματα λήψεται διόρθωσιν. Καὶ ἡμῶν δὲ τῶν ἀγαπώντων σε σφόδρα διηνεκῶς μεμνῆσθαι παρακαλοῦμεν. Οἶσθα γὰρ ὅπως διετέθημέν τε καὶ διακείμεθα ἀεὶ περὶ τὴν σὴν εὐλάβειαν.

XCI. *Romano presbytero.*

Cucuso anno 404.

Id quoque tuum est, magnique tui et sublimis ac philosophici animi, ne in tanta quidem tempestate nostræ caritatis oblivisci, verum firmum atque immotum permanere, amoremque erga nos tuum vigentem retinere. Nam hoc ex iis quoque, qui istinc veniunt, aperte cognovimus, ac prius etiam, quam id ab aliis acciperem, exploratum habebam. Notam enim habeo animi tui firmitatem atque constantiam, fixamque et immotam tuam sententiam. Eoque etiam nomine ingentes pietati tuæ gratias habeo: teque oro, ac summi beneficii loco id abs te peto, ut cum licuerit ad nos scribas. Scis enim quanta, etiam in aliena regione degentes, consolatione afficiamur, cum literas quæ nos de tua valetudine certiores faciant accipimus. Te quippe integra atque incolumi valetudine esse vehementer cupimus,

ϙα΄. [b] Ῥωμανῷ πρεσβυτέρῳ.

C Καὶ τοῦτο σὸν, καὶ τῆς μεγάλης σου καὶ ὑψηλῆς καὶ φιλοσόφου γνώμης, τὸ μηδὲ ἐν χειμῶνι τοσούτων πραγμάτων ἐπιλαθέσθαι τῆς ἡμετέρας ἀγάπης, ἀλλὰ μένειν ἀκίνητον καὶ ἀκμάζουσαν διατηροῦντα τὴν πρὸς ἡμᾶς φιλίαν. Τοῦτο γὰρ ἔγνων μὲν καὶ παρὰ τῶν ἐκεῖθεν ἀφικνουμένων σαφῶς, ᾔδειν δὲ καὶ πρὶν ἢ παρ' ἑτέρων μάθω. Οἶδα γάρ σου τὸ στεῤῥὸν καὶ ἀπερίτρεπτον τῆς διανοίας, τὸ πεπηγὸς καὶ ἀκίνητον τῆς γνώμης. Διὸ καὶ πολλὰς ἔχω χάριτας τῇ θεοσεβείᾳ τῇ σῇ, καὶ παρακαλῶ σου τὴν εὐλάβειαν, καὶ [c] ἐν μεγίστης αἰτῶ χάριτος μέρει, τὸ συνεχῶς ἡμῖν ἐπιστέλλειν, ἡνίκα ἂν ἐξῇ. Οἶσθα γὰρ ὅσην δεχόμεθα παράκλησιν
D καὶ ἐν ἀλλοτρίᾳ διατρίβοντες, ὅταν καὶ γράμματα δεξώμεθα τὰ περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς ἡμᾶς εὐαγγελιζόμενα. Σφόδρα γὰρ ἐπιθυμοῦμεν καὶ ἐῤῥῶσθαι καὶ

[a] Tres Mss. καὶ πάντας ἐμπλήσαντας.

[b] Vaticanus habet Ῥωμανῷ πρεσβυτέρῳ μοναχῷ. Infra duo Mss. ἀλλὰ μένειν. Edit. ἀλλὰ μεῖναι. Paulo post unus ἑτέρων μαθεῖν.

[c] Duo Mss. ἐν μεγίστῳ σε αἰτῶ χάριτος μέρει.

ὑγιαίνειν τὴν σὴν θεοσέβειαν, ἐπειδήπερ ἡ ὑγεία ἡ σὴ πολλοῖς στηριγμὸς καὶ λιμὴν καὶ βακτηρία τυγχάνει, καὶ μυρίων κατορθωμάτων ὑπόθεσις.

quandoquidem sanitas quoque tua multis subsidium et portus ac bacillum est, atque innumerorum successuum materia.

ϞΒ′. Μωϋσῇ πρεσβυτέρῳ [d].

XCII. Moysi presbytero.

Ἡ μὲν ὑπερβολὴ τῶν ἐγκωμίων τῶν τοῖς γράμμασιν ἐγκειμένων τῆς σῆς τιμιότητος, σφόδρα ἡμῶν ὑπερβαίνει τὴν οὐδένειαν. Διὸ τούτων ἀφέμενος, μὴ διαλίπῃς εὐχόμενος ὑπέρ τε τοῦ κοινοῦ τῶν Ἐκκλησιῶν, ὑπέρ τε τῆς ταπεινώσεως τῆς ἡμετέρας, καὶ τὸν φιλάνθρωπον παρακαλῶν Θεὸν δοῦναι λύσιν τοῖς καταλαβοῦσι τὴν οἰκουμένην κακοῖς. Εὐχῶν γὰρ μόνων τὰ παρόντα δεῖται πράγματα, καὶ εὐχῶν μάλιστα τῶν ὑμετέρων, τῶν πολλὴν πρὸς τὸν Θεὸν παῤῥησίαν κεκτημένων. Μὴ δὴ διαλίπητε τοῦτο ἐκτενῶς ποιοῦντες· καὶ ἡμῖν δὲ, ἡνίκα ἂν ἐξῇ, συνεχῶς ἐπιστέλλειν μὴ κατοκνεῖτε· οὐ γὰρ πολὺ τῆς ὁδοῦ τὸ μῆκος. Σφόδρα γὰρ ἐπιθυμοῦμεν μανθάνειν περὶ τῆς ὑμετέρας ὑγείας, ἐπείπερ ὑμῶν ἡ ὑγεία πολλοῖς στηριγμὸς καὶ παράκλησις γίνεται. Ἀεὶ μὲν γὰρ ὑμῶν χρεία τῆς ζωῆς, μάλιστα δὲ νῦν ἐν τοσούτῳ χειμῶνι καὶ ζόφῳ, ἵν' ὥσπερ καθαροὶ φωστῆρες φαινόμενοι, λάμπητε τοῖς χειμαζομένοις καὶ κλυδωνιζομένοις. Ἵν' οὖν καὶ ἡμεῖς εὐθυμῶμεν, πυκνὰ πέμπετε ἡμῖν γράμματα, περὶ τῆς ὑγείας τῆς ὑμετέρας εὐαγγελιζόμενα, καὶ οὐ μικρὰν καρπωσόμεθα παράκλησιν, ἂν ταῦτα συνεχῶς μανθάνωμεν περὶ τῆς τιμιότητος τῆς ὑμετέρας.

Laudum earum, quas nobis literis tuis tribuis, magnitudo tenuitatem nostram longe superat. (Ab anno 404. ad 407.) E Quamobrem his omissis, velim tum pro publicis Ecclesiarum commodis, tum pro me vili homunculo preces ad Deum adhibere ne desinas, ejusque benignitatem implorare atque obtestari, ut ea mala, quæ orbem terrarum invaserunt, depellat. Nam præsentia negotia preces dumtaxat requirunt, ac tuas præsertim, qui magnam apud Deum fiduciam es consequutus. Quamobrem 612 obnixe istud ac prolixe facere ne intermittas: A nobisque etiam, quoties facultas dabitur (neque enim magna itineris longitudo est), quam sæpissime scribere ne graveris. Siquidem de tua valetudine magnopere aliquid scire cupimus: quandoquidem valetudo tua multos fulcit et consolatur. Nam vita tua semper necessaria est, nunc vero maxime in tanta tempestate et caligine, ut puri sideris instar splendens iis, qui tempestate ac fluctibus jactantur, præluceas. Quamobrem, ut nos quoque læto atque alacri animo simus, crebras ad nos de tua valetudine literas mitte: nec enim parvam hinc consolationem capiemus, si id de vobis quam sæpissime discamus.

ϞΓ′. Ἀφθονίῳ, Θεοδότῳ, Χαιρέᾳ, πρεσβυτέροις καὶ μονάζουσι, καὶ πᾶσι τοῖς [a] τῆς συνοικίας ὑμῶν.

B XCIII. *Aphthonio, Theodoto, Chæreæ, presbyteris et monachis, universoque vestro sodalitio.*

Φέρει μέν τι πλέον εἰς παραμυθίας λόγον τοῖς ἀγαπῶσι καὶ ἡ σωματικὴ παρουσία τῶν ἀγαπωμένων. Ἐπεὶ καὶ ὁ μακάριος Παῦλος συνεχῶς, μᾶλλον δὲ διηνεκῶς, τὴν οἰκουμένην ἅπασαν τῶν πιστῶν ἐπὶ τῆς αὐτοῦ διανοίας περιφέρων, καὶ οὐδὲ ἐν ταῖς ἁλύσεσιν, οὐδὲ ἐν τοῖς δεσμοῖς, [b] καὶ ἐν τῇ ἀπολογίᾳ ἀνεχόμενος αὐτοὺς ἀποθέσθαι· ὃ καὶ δηλῶν, ἔλεγε· Διὰ τὸ ἔχειν με ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμᾶς, ἔν τε τοῖς δεσμοῖς μου, καὶ ἐν τῇ ἀπολογίᾳ καὶ βεβαιώσει τοῦ εὐαγγελίου· μετὰ πολλῆς τῆς σπουδῆς καὶ τὴν τοῦ σώματος ἐπεζήτει παρουσίαν, οὕτω λέγων· Ἡμεῖς δὲ ἀπορφανισθέντες ἀφ' ὑμῶν πρὸς καιρὸν ὥρας, προσώπῳ, οὐ καρδίᾳ, περισσοτέρως ἐσπουδάσαμεν τὸ πρόσωπον ὑμῶν ἰδεῖν. Ὃ δὴ καὶ ἡμεῖς πάσχομεν νῦν, τῶν τε ἑωρακότων

Apud eos, qui amant, corporea eorum quos amant præsentia plus ad levandum dolorem momenti habet. (Cucuso anno 405.) Nam et beatus Paulus, qui subinde, vel perpetuo potius, universum fidelium orbem animo circumferebat, ac ne inter vincula quidem et compedes et in defensione eos deponere sustinebat, id quod indicans dicebat: *Eo quod habeam vos in corde, et in vinculis meis, et in defensione et in confirmatione* (Philip. 1. 7.) C *evangelii:* corporis quoque præsentiam cupidissime requirebat, his verbis utens: *Nos vero absentes facti a vobis ad horæ tempus, aspectu, non corde, abundantius studuimus faciem vestram videre.* (1. Thess. 2. 17.) Quod etiam nobis nunc usu

[d] Addit Regius μονάζοντι. Paulo post Vatic. τὴν οὐδένειαν.

[a] Vatic. τῆς συνοδίας ὑμῶν.

[b] Hæc, ἐν τῇ ἀπολογίᾳ, absunt a Reg. et a Vaticano.

venit, qui tum eorum qui jam nos viderunt, tum eorum ,quibus nondum de facie noti sumus, præsentiam avide requirimus. Quoniam autem id nunc minime licet (nam et viæ longitudo, et tempus, et prædonum metus impedimento sunt, ac præterea ne nobis quidem domo excedere, ac longas peregrinationes inire facile est), quod secundum est, debitam vobis salutationem persolvimus : atque ante ipsam etiam vos rogamus et obsecramus, atque a vobis amplissimi beneficii loco petimus, ut in vestris precibus perpetuo nostri memores sitis, obnixeque, et cum lacrymis, ad benigni Dei pedes vilitatis nostræ causa vosipsos provolvatis. Nam cum negotiorum hujus vitæ euripum effugeritis, fumoque ac tempestate malorum eorum, quæ in medio versantur, liberati sitis, animasque vestras in præclarissimum hujusce philosophiæ litus, non secus atque in tranquillum quemdam fluctibusque vacuum portum appuleritis, noctesque per sacras excubias in dies mutaveritis, in iisque splendidius, quam alii interdiu, cernatis : æquum sane fuerit vos precum vestrarum auxilium nobis impertire. Nobis enim etiam e tanto intervallo his frui licet : nec locus ullus est, aut tempus ullum, quod hujusmodi opem interrumpere queat. Quamobrem suppetias nobis ferte, ac per vestras preces manum porrigite. Nam hoc maximum caritatis genus est. Ac præter orationes, de vestra quoque valetudine certiores nos facere ne gravemini, quo hinc quoque maxima consolatione afficiamur, quamdam ex vestra caritate voluptatem capientes, absentesque vos, non secus ac præsentes, ob oculos nostros proponentes : siquidem ea sinceri amoris vis est, ut etiam hujusmodi simulacra pingat. Ita fiet, ut etiamsi in solitudine longe hac acerbiore nobis versari contingat, magnam tamen consolationem capiamus.

ἡμᾶς, τῶν τε οὐχ ἑωρακότων μετὰ πολλῆς τῆς σπουδῆς ἐπιζητοῦντες τὴν παρουσίαν. Ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτο τέως οὐκ ἔνι (κωλύει γὰρ καὶ τῆς ὁδοῦ τὸ μῆκος, καὶ ἡ τοῦ ἔτους ὥρα, καὶ ὁ τῶν λῃστῶν φόβος, καὶ τὸ μὴ ῥᾴδιον ἡμῖν εἶναι καὶ τούτων χωρὶς κινεῖσθαι οἴκοθεν, καὶ μακρὰς ἀποδημίας ἀποδημεῖν), ἐπὶ τὸν δεύτερον
D ἤλθομεν πλοῦν, τήν τε ὀφειλομένην ἀποδιδόντες ὑμῖν πρόσρησιν, καὶ πρὸ ταύτης παρακαλοῦντες, καὶ ἐν μέρει μεγίστης αἰτοῦντες χάριτος, τὸ διηνεκῶς ἡμῶν εὐχομένους μεμνῆσθαι, καὶ τῷ φιλανθρώπῳ Θεῷ προσπίπτειν μετὰ πολλῆς τῆς εὐγενείας, καὶ τῶν δακρύων, ὑπὲρ τῆς ταπεινώσεως τῆς ἡμετέρας. Οἱ γὰρ τὸν εὔριπον τῶν βιωτικῶν διαφυγόντες πραγμάτων, καὶ τοῦ καπνοῦ καὶ τῆς ζάλης τῶν ἐν τῷ μέσῳ κακῶν ἀπαλλαγέντες, καὶ, καθάπερ εἰς λιμένα τινὰ εὔδιον καὶ ἀκύμαντον, τῆς καλῆς ταύτης φιλοσοφίας ὅρμον τὰς ἑαυτῶν ὁδηγήσαντες ψυχὰς, καὶ τὰς νύκτας ταῖς ἱεραῖς παννυχίσιν ἡμέρας ἐργαζόμενοι, καὶ φανερώτερον ἐν ταύταις ὁρῶντες, ἢ ἐν ταῖς ἡμέραις ἕτεροι,
E δίκαιοι ἂν εἴητε ἡμῖν ἀπὸ τῶν εὐχῶν ὑμῶν μεταδοῦναι συμμαχίας. Δυνατὸν γὰρ καὶ ἐκ τοσούτου καθημένους διαστήματος, ἀπολαύειν ἡμᾶς τούτων, καὶ τόπος οὐδείς ἐστιν, οὐδὲ χρόνος, ὁ τὴν τοιαύτην δυνάμενος διακόψαι βοήθειαν. Συμμαχήσατε τοίνυν ἡμῖν, καὶ χεῖρα ὀρέξατε διὰ τῶν εὐχῶν τῶν ὑμετέρων. Τοῦτο γὰρ μάλιστα μέγιστον ἀγάπης εἶδός ἐστι. Καὶ μετὰ τῶν εὐχῶν τῶν ὑμετέρων, καὶ περὶ τῆς ὑγείας τῆς ὑμετέρας δηλοῦν ἡμῖν μὴ κατοκνεῖτε, ἵνα καὶ
643 A ἐντεῦθεν μεγίστην δεχώμεθα τὴν παραμυθίαν, ἐντρυφῶντες ὑμῶν τῇ ἀγάπῃ, καὶ ὡς παρόντας τοὺς ἀπόντας φανταζόμενοι· δύναται γὰρ καὶ εἰκόνας τοιαύτας ὑπογράψαι τὸ γνησίως φιλεῖν. Κἂν ἐν χαλεπωτέρᾳ ταύτης τύχωμεν ὄντες ἐρημίᾳ, πολλὴν ἐντεῦθεν καρπωσόμεθα τὴν παράκλησιν.

XCIV. *Pentadiæ diaconissæ.*

Anno 404. vel 405. Quamquam mihi tua erga me caritas antehac jam explorata erat, quippe qui re ipsa ejus documentum cepissem : tamen eam apertius ex tuis ad me literis cognovi. Ac propterea summopere te laudo atque admiror, non eo dumtaxat nomine, quod ad me scripseris, sed etiam quod ea omnia quæ contigerunt exposueris. Hoc enim feminæ est et de meo erga se animo minime dubitantis, et de rerum mearum statu laborantis. Proinde gaudeo et exsulto, maximamque, etiam in tam

ϟδ'. Πενταδίᾳ διακόνῳ.

Ἐγώ σου τὴν ἀγάπην, ἣν περὶ ἡμᾶς ἔχεις, ᾔδειν μὲν καὶ ἔμπροσθεν, δι' αὐτῶν μαθὼν τῶν πραγμάτων·
B ἔμαθον δὲ σαφέστερον νῦν ἐξ ὧν ἐπέσταλκας ἡμῖν. Καὶ διὰ τοῦτο μάλιστά σε θαυμάζομεν, οὐ διὰ τὸ γράψαι μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ ἀπαγγεῖλαι ἡμῖν πάντα τὰ γεγενημένα. Τοῦτο γὰρ καὶ θαῤῥούσης ἡμῖν καὶ μεριμνώσης τὰ ἡμέτερα. Διὰ ταῦτα σκιρτῶμεν, χαίρομεν, εὐφραινόμεθα, μεγίστην παράκλησιν, καὶ ἐν ἐρημίᾳ τοσαύτῃ καθήμενοι, τὴν ἀνδρείαν ἔχομεν τὴν σὴν, [a] τὴν ἔνστασιν, τὴν ἀπερίτρεπτον γνώμην, τὴν

[a] Reg. et Vat. τὴν ἐν πᾶσι.

σύνεσιν τὴν πολλὴν, τὴν ἐλευθεροστομίαν, τὴν παῤῥησίαν τὴν ὑψηλὴν, δι' ἧς κατῄσχυνας μὲν τοὺς ὑπεναντίους, καιρίαν δὲ δέδωκας τῷ διαβόλῳ πληγὴν, ἤλειψας δὲ τοὺς ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἀγωνιζομένους, καθάπερ ἀριστεὺς γενναῖος ἐν πολέμῳ τρόπαιον στήσασα λαμπρὸν, καὶ νίκην ἀραμένη φαιδρὰν, καὶ ἡμᾶς δὲ τοσαύτης ἐνέπλησας ἡδονῆς, ὡς νομίζειν μήτε ἐν ἀλλοτρίᾳ εἶναι, μήτε ἐν ξένῃ γῇ, μήτε ἐν ἐρημίᾳ, ἀλλ' ἐκεῖσε παρεῖναι, καὶ μεθ' ὑμῶν εἶναι, καὶ ἐντρυφᾷν σου τῇ τῆς ψυχῆς ἀρετῇ. Χαῖρε τοίνυν καὶ εὐφραίνου τοιαύτην ἀραμένη νίκην, καὶ τοιούτους εὐκόλως ἐπιστομίσασα θῆρας, καὶ τὰς ἀναισχύντους αὐτῶν ἐμφράξασα γλώττας, καὶ λυσσῶντα ἀποῤῥάψασα στόματα. Τοιοῦτον γὰρ ἡ ἀλήθεια μεθ' ἧς ἠγωνίσω, καὶ ὑπὲρ ἧς ἐσφάγης πολλάκις· ἐν βραχέσι ῥήμασι κρατεῖ τῶν συκοφαντούντων· ὥσπερ οὖν τὸ ψεῦδος κἂν μυρίους περιβάληται λόγων διαύλους, διαῤῥεῖ καὶ καταπίπτει ῥᾳδίως, καὶ ἀράχνης ἐστὶν ἀδρανέστερον. Χαῖρε τοίνυν καὶ εὐφραίνου (οὐ γὰρ παύσομαι συνεχῶς ταῦτα λέγων τὰ ῥήματα), ἀνδρίζου, καὶ κραταιοῦ, καὶ καταγέλα πάσης ἐπαγομένης σοι παρ' αὐτῶν ἐπιβουλῆς. Ὅσῳ γὰρ ἂν χαλεπώτερον ἀγριαίνωσι, τοσούτῳ βαθυτέρας καθ' ἑαυτῶν τὰς πληγὰς ἐπιφέρουσι, σὲ μὲν οὐδὲ μικρὸν ἀδικοῦντες, ὥσπερ οὐδὲ τὴν πέτραν τὰ κύματα, ἑαυτοὺς δὲ διαλύοντες, καὶ ἀσθενεστέρους ποιοῦντες, καὶ ὑπερβαλλούσας καθ' ἑαυτῶν σωρεύοντες τὰς τιμωρίας. Μηδὲν τοίνυν δέδιθι τῶν ἀπειλουμένων, κἂν τοὺς ὀδόντας βρύχωσι, κἂν θυμῷ πολλῷ μεθύωσι, κἂν φόνιον βλέπωσιν, εἰς ἀγριότητα θηρίων ὑπὸ τῆς πονηρίας ἐκπεσόντες. Ὁ γὰρ μέχρι σήμερον ἐξαρπάσας σε τῶν ποικίλων αὐτῶν καὶ διαφόρων ἐπιβουλῶν, οὗτός σε καὶ εἰς τὸ μέλλον ἀνδριζομένην ἐν ἀσφαλείᾳ καταστήσει πλείονι· καὶ ἐρεῖς καὶ αὐτή· Βέλος νηπίων ἐγενήθησαν αἱ πληγαὶ αὐτῶν, καὶ ἐξησθένησαν ἐπ' αὐτοὺς αἱ γλῶσσαι αὐτῶν. Ὅπερ καὶ γέγονε, καὶ ἔσται· ὥστε καί σε μείζονα καρπώσασθαι τὸν μισθὸν, καὶ λαμπροτέρους στεφάνους λαβεῖν, ἐκείνους τε ἀμετανόητα νοσοῦντας μείζονι παραδοθῆναι κολάσει. Τί γὰρ ἐνέλιπον ἐπιβουλῆς; ποῖον τρόπον μηχανημάτων οὐκ ἐκίνησαν, ἐπιχειροῦντες ἐπιβουλεύειν [a] τῇ στεῤῥᾷ σου καὶ γνησίᾳ Θεῷ, μᾶλλον δὲ καὶ γενναίᾳ καὶ ἀνδρειοτάτῃ ψυχῇ; Κατήγαγον εἰς ἀγορὰν, τὴν ἐκκλησίας καὶ θαλάμου πλέον εἰδυῖαν οὐδὲν, ἀπ' ἀγορᾶς εἰς δικαστήριον, ἀπὸ δικαστηρίου εἰς δεσμωτήριον. Ψευδομαρτύρων ἠκόνησαν γλώσσας, συκοφαντίαν ἔῤῥαψαν ἀναίσχυντον, φόνους εἰργάσαντο, καὶ χειμάῤῥους αἱμάτων ῥεῦσαι ἐποίησαν, καὶ πυρὶ καὶ σιδήρῳ σώματα νέων ἀνάλωσαν, ἄνδρας τοσούτους καὶ τοιούτους πληγαῖς, αἰκισμοῖς, μυρίαις τιμωρίαις περιέβαλον,

deserto loco degens, consolationem mihi positam esse duce in ea, quam in omnibus rebus adhibes, fortitudine, constanti sententia, ingenti pruden- C tia, linguæ libertate, ac sublimi fiducia, per quam et adversarios ignominia perfudisti et mortiferam diabolo plagam inflixisti, et eos qui pro veritate decertabant ad dimicandum acuisti, ac fortissimi militis instar præclarum in bello tropæum erexisti, luculentamque victoriam adepta es, meque etiam tanta voluptate complevisti, ut ne in aliena quidem et peregrina regione, nec in solitudine, verum istic vobiscum me esse existimem, summamque ex animi tui virtute voluptatem capiam. Quamobrem gaude et lætare, quod hujusmodi victoriam assequuta sis, atque hujusmodi belluarum D ora facili negotio compresseris, impudentesque eorum linguas et rabida ora obstruxeris. Veritas (Vis veritatis.) enim, cum qua pugnasti, et pro qua jugulata es, hanc vim habet, ut paucis sæpe verbis de sycophantis triumphet: ut e contrario mendacium, etiamsi infinitis sermonum artificiis obvolvatur, facile tamen diffluit et collabitur, araneæque telam imbecillitate superat. Gaude igitur et lætare (neque enim hæc verba subinde repetere desinam), E viriliter age et confortare, omnesque ab ipsis tibi comparatas insidias irride. Nam quo atrocius sæviunt, eo profundiores plagas sibiipsis inferunt in eaque causa sunt, ut, cum te ne tantulum quidem lædant, quemadmodum nec fluctus rupem, seipsos infringant, imbecillioresque reddant, atque horribilia sibiipsis supplicia coacervent. Quæ cum ita sint, cave quidquam eorum, quæ minan- 614 tur, pertimescas, quamlibet dentibus strideant, A quamlibet iracundiæ temulentia æstuent, quamlibet truculentum quemdam vultum præ se ferant, ac præ improbitate in ferarum immanitatem proruerint. Nam qui te ex multis et variis eorum insidiis ad hunc usque diem eripuit, idem te posthac, si fortem animum præstiteris, in majore securitate constituet: ipsaque etiam dictura es: *Sagittæ parvulorum factæ sunt plagæ eorum, et infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum.* (Psal. 63. 8. 9.) Quod quidem et jam contigit, et rursum continget: adeo ut et tu majorem mercedem re- B feras, illustrioresque coronas accipias, et illi morbo pœnitentiæ experte laborantes majori supplicio addicantur. Ecquod enim insidiarum genus prætermiserunt? ecquod machinarum genus non moverunt, dum solidæ tuæ, ac Deo fideli, generosæque et fortissimæ animæ insidias struere

[a] Sic Mss. omnes. Editi vero τῇ στεῤῥᾷ σου καὶ γενναιοτάτῃ ψυχῇ tantum.

conantur? In forum te, quæ præter ecclesiam et cubiculum nihil noras, pertraxerunt, a foro ad tribunalia, a tribunalibus ad carcerem. Falsorum testium linguas acuerunt, impudentem calumniam concinnarunt, cædes perpetrarunt, cruoris torrentes profuderunt, igni ac ferro juvenum corpora consumserunt, multis ac præclaris viris innumeras plagas et cruciatus intulerunt, nullum denique lapidem non moverunt, quo te metu perterritam huc adigerent, ut iis, quæ videras, contraria diceres. At tu instar aquilæ sublime volantis, eorum retibus fractis ad libertatis fastigium virtuti tuæ consentaneum ascendisti: sic te comparans, ut ab ipsis minime circumscribereris; imo etiam, quantum ad hujus incendii crimen attinebat, cujus nomine miseri atque infelices homines præsertim gloriari videbantur, eos calumniæ convinceres. Quæ igitur præterierunt tecum reputans; nempe quot fluctus orti sint, qui tamen tempestatem tibi non invexerunt; quot procellæ, quæ tamen naufragium minime pepererunt, ita ut furente mari tranquilla navigaveris: portum etiam una cum plurimis coronis propediem exspecta. Quoniam autem de nobis quoque aliquid audire cupis, vivimus, valemus, morbo omni liberati sumus. Quod si etiam ægrotamus, idoneum nobis ad recuperandam sanitatem remedium est sincera et fervens, ac firma et constans tua erga me caritas. Quoniam igitur non vulgari voluptate afficimur, cum de tua valetudine ac plena securitate quam sæpissime aliquid audimus, te, id quod etiam non rogata facere soles, rogamus, ut de tua, domesticorumque tuorum omnium ac necessariorum valetudine sæpius ad nos scribas: non enim ignoras, quanta tui totiusque tuæ benedictæ domus cura teneamur.

πάντα ἐκίνησαν, ἵνα δυνηθῶσιν ἀναγκάσαι σε καὶ βιάσασθαι τῷ φόβῳ εἰπεῖν τἀναντία ὧν ᾔδεις. Καὶ καθάπερ ἀετὸς ὑψηλὰ πετόμενος, οὕτω διαῤῥήξασα αὐτῶν τὰ δίκτυα, πρὸς τὸ σοὶ πρέπον τῆς ἐλευθερίας ἀνέβης ὕψος, οὐ παραλογισθεῖσα παρ' αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ συκοφάντας αὐτοὺς ἀποφήνασα ἐπὶ τῷ ἐγκλήματι
C τούτῳ τοῦ ἐμπρησμοῦ, ἐφ' ᾧ μάλιστα ἐδόκουν μέγα φρονεῖν οἱ ἄθλιοι καὶ ταλαίπωροι. Ἐννοοῦσα τοίνυν τὰ παρελθόντα ἅπαντα, πόσα κύματα, καὶ χειμῶνά σοι οὐκ εἰργάσαντο, πόση ζάλη, καὶ κλυδώνιον οὐκ ἐποίησεν· ἀλλ' ἐν μέσῃ μαινομένῃ θαλάττῃ μετὰ γαλήνης ἔπλευσας· προσδόκα ταχέως καὶ τὸν λιμένα μετὰ πολλῶν τῶν στεφάνων. Ἐπειδὴ δὲ καὶ περὶ ἡμῶν βούλει μανθάνειν, ζῶμεν, ὑγιαίνομεν, πάσης ἀπηλλάγμεθα ἀῤῥωστίας. Εἰ δὲ καὶ ἠῤῥωστοῦμεν, ἱκανὸν ἡμῖν φάρμακον εἰς ὑγείαν τῆς σῆς εὐλαβείας ἡ ἀγάπη, ἡ γνησία, καὶ θερμὴ, καὶ στεῤῥὰ, καὶ ἀπερίτρεπτος.
D Ἐπεὶ οὖν οὐ τὴν τυχοῦσαν ἡμῖν εὐφροσύνην φέρει τὸ συνεχῶς μανθάνειν τὰ περὶ τῆς ῥώσεώς σου, καὶ τῆς ἀσφαλείας ἁπάσης, παρακαλοῦμεν, ὃ καὶ χωρὶς παρακλήσεως εἴωθας ποιεῖν, συνεχέστερον ἐπιστέλλειν τὰ περὶ τῆς ὑγείας σου, καὶ τοῦ οἴκου σου παντὸς, καὶ τῶν προσηκόντων σοι· οἶσθα γὰρ ὅπως καὶ σὲ καὶ τὸν εὐλογημένον σου οἶκον πάντα μεριμνῶμεν.

XCV. Pæanio.

Gravia sunt ea quæ contigerunt: at non ob eos qui passi sunt, fortiterque in acie steterunt, verum ob eos qui ea perpetrarunt, lugendum est. Quemadmodum enim quæ difficilius enecantur feræ, magno cum furore in hastarum cuspides irruentes, in intima viscera gladios protrudunt: eodem modo ii quoque, qui hæc scelera designare non dubitant, gravem et acerbum gehennæ ignem adversus capita sua colligunt. Quod si etiam ob ea quæ faciunt gloriantur, hoc ipso nomine potissimum miseri sunt, pluribusque lacrymis digni, quod hac quoque ratione graviores sibi ipsis pœnas accersant. Quamobrem hos perpetuo fletu

ϟε'. Παιανίῳ.

E Χαλεπὰ τὰ γεγενημένα· ἀλλ' οὐχ ὑπὲρ τῶν παθόντων καὶ στάντων γενναίως, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν ποιησάντων θρηνεῖν ἀναγκαῖον. Καθάπερ γὰρ τὰ δυσθάνατα τῶν θηρίων πολλῷ τῷ θυμῷ ταῖς ἀκμαῖς τῶν δοράτων ἐμπίπτοντα, πρὸς τὰ βαθύτερα τῶν σπλάγχνων ὠθοῦσι τὰ ξίφη· οὕτω δὴ καὶ οἱ τὰς παρανομίας ταύτας τολμῶντες, τὸ χαλεπὸν τῆς γεέννης πῦρ κατὰ
645 τῆς ἑαυτῶν συνάγουσι κεφαλῆς. Εἰ δὲ ἐγκαλλωπίζον-
A ται οἷς ποιοῦσι, καὶ διὰ τοῦτο μάλιστά εἰσιν ἐλεεινοὶ, καὶ πλειόνων ἄξιοι δακρύων, ὅτι καὶ ταύτῃ χαλεπωτέρας ἑαυτοῖς τὰς εὐθύνας κατασκευάζουσι. Τούτους οὖν δεῖ θρηνεῖν διηνεκῶς, τοῖς δὲ πικρῶς οὕτω σφαττομένοις ὑπ' αὐτῶν συνήδεσθαι τῶν βραβείων,

τῶν στεφάνων τῶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἀποκειμένων, καὶ ταύτην μεγίστην ποιεῖσθαι καὶ σαφεστάτην ἀπόδειξιν τῆς καιρίας τοῦ διαβόλου πληγῆς. Εἰ γὰρ μὴ καιρίαν αὐτὴν ἐδέξατο, οὐκ ἂν τοσοῦτον ἔπνευσε διὰ τῶν πειθομένων αὐτῷ. Ταῦτ' οὖν ἅπαντα ἐννοῶν, δέσποτά μου θαυμασιώτατε, μεγίστην δέχου παράκλησιν, καὶ B γράφε συνεχῶς ἡμῖν τὰ περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς. Ἐπιθυμοῦμεν γὰρ ἰδεῖν καὶ περιπτύξασθαι τὴν φίλην ἡμῖν κεφαλήν· ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτο νῦν οὐκ ἔνι, παρακαλῶ σου τὴν εὐγένειαν, αὐτόν τε ἡμῖν συνεχῶς ἐπιστέλλειν τὰ περὶ τῆς [a] ῥώσεως τῆς σῆς, καὶ τοῖς σφόδρα ἡμᾶς ἀγαπῶσι πολλὴν εἰς τοῦτο παρασκευάζειν τὴν εὐκολίαν.

prosequi par est: iis contra, qui ab ipsis adeo crudeliter mactantur, ob præmia coronasque in cælis reconditas gratulari convenit, atque hoc maximum et luculentissimum letalis plagæ diabolo inflictæ argumentum existimare. Nam nisi ille letale vulnus accepisset, haudquaquam per eos, qui ipsi obtemperant, tantos flatus edidisset. Hæc igitur omnia tecum reputans, domine mi summopere admirande, maximam hinc consolationem cape, deque tua valetudine quam sæpissime ad nos scribe. Etenim te quidem cernere, atque istud nobis carum caput complecti cupimus: quoniam autem id minime licet, te oro atque obsecro, ut et ipse de tua valetudine nos crebro certiores facias, et iis qui valde nos amant, magnam ad eamdem rem facultatem afferas.

ϟϛʹ. Ἀμπρούκλῃ διακόνῳ καὶ ταῖς σὺν αὐτῇ.

XCVI. Amprucleæ diaconissæ atque illis quæ cum ipsa sunt.

Τὰ κύματα, ταῖς πέτραις προσρηγνύμενα, ἐκείνας C μὲν οὐδὲ μικρὸν διασαλεῦσαι δύναται, ἑαυτὰ δὲ μειζόνως τῷ ῥαγδαίῳ τῆς ῥύμης [b] διαλύοντα ἀφανίζει. Τοῦτο καὶ ἐφ' ὑμῶν ἔστιν ἰδεῖν νῦν, καὶ τῶν ἐπιβουλευόντων ὑμῖν εἰκῆ καὶ μάτην. Ὑμῖν μὲν γὰρ καὶ ἡ παρὰ τῷ Θεῷ παῤῥησία καὶ ἡ παρ' ἀνθρώποις δόξα πλείων ἐντεῦθεν γίνεται, ἐκείνοις δὲ κρίμα, καὶ αἰσχύνη, καὶ ὄνειδος. Ἐπεὶ καὶ τοιοῦτον ἡ ἀρετὴ, καὶ τοιοῦτον ἡ κακία· ἡ μὲν καὶ πολεμουμένη μειζόνως ἀνθεῖ, αὐτὴ δὲ καὶ πολεμοῦσα ἀσθενεστέρα γίνεται, καὶ ταύτῃ μάλιστα καταλύεται. Μεγίστην τοίνυν ἔχουσαι παρά- D κλησιν τῶν γινομένων τὴν ὑπόθεσιν, χαίρετε καὶ εὐφραίνεσθε, καὶ κραταιοῦσθε. Ἴστε γὰρ ἐφ' οἷς ἀπεδύσασθε ἐπάθλοις εἰς τὸν τῆς ἀνδρείας ταύτης ἀγῶνα, καὶ ποῖα ὑμᾶς καρτερούσας καὶ εὐχαρίστως φερούσας τὰ συμπίπτοντα ἀναμένει ἀγαθὰ, ἃ οὔτε ὀφθαλμὸς εἶδεν, οὔτε οὖς ἤκουσεν, οὔτε ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη. Καὶ τὰ μὲν λυπηρὰ τοιαῦτα παροδεύεται, καὶ τῷ παρόντι συγκαταλύεται βίῳ· τὰ δὲ ἐντεῦθεν ἔπαθλα ἀθάνατα μένει. Καὶ πρὸ τῶν ἐπάθλων δὲ ἐκείνων, οὐ μικρὰν καὶ ἐντεῦθεν καρποῦσθε ἡδονὴν, τῇ ἐλπίδι E τοῦ χρηστοῦ συνειδότος, καὶ προσδοκίᾳ στεφάνων ἐκείνων τρεφόμεναι. Ταῦτα οἶδ' ὅτι καὶ πρὸ τῶν ἡμετέρων οἶσθα γραμμάτων· ἀλλ' ἵνα μακρὰν ποιήσωμεν τὴν ἐπιστολὴν, ἐξέτεινα τὴν παράκλησιν. Εὖ γε γὰρ οἶδ' ὅτι σφόδρα ἡμῶν τῶν γραμμάτων ἐρᾷς, καὶ μεθ' ὑπερβολῆς [c] σφόδρα· καὶ τοῦτο οἶμαι αἴτιον εἶναι τοῦ

Fluctus, rupibus illisi, eas quidem nec tantillum commovere possunt, ipsi autem sese potius ob vehementem impetum frangunt ac de medio tollunt. Quod etiam nunc in vobis, et in iis qui vobis insidias frustra moliuntur, perspici potest. Etenim hinc vobis et major apud Deum fiducia et major apud homines gloria comparatur, illis contra condemnatio et ignominia et probrum. Quandoquidem ea quoque virtutis et improbitatis natura est, ut illa tum magis floreat, cum bello vexatur: hæc contra, etiam cum bellum infert, imbecillior reddatur, atque hac maxime ratione opprimatur. Cum igitur ex iis quæ fiunt ingentem consolationis ansam habeatis, gaudete ac lætamini, fortiterque agite. Neque enim vos fugit, quibusnam propositis præmiis ad tam grave certamen vos accinxistis, et quænam vos, si ea quæ accidunt fortiter et cum gratiarum actione tuleritis, bona maneant, ea scilicet, quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt. Atque molestiæ quidem illæ fluunt, ac simul cum præsenti vita exstinguuntur: præmia vero ea, quæ hinc comparantur, a morte aliena sunt. Quin etiam ante ea præmia non parvam hinc quoque voluptatem percipitis, quippe quas bonæ conscientiæ spes, ac coronarum illarum exspectatio pascat. Hæc porro tibi ante literas nostras nota

Cucuso anno 404.

1. *Cor.* 2 9.

[a] Reg. *ῥώσεως τῆς σῆς, καὶ περὶ τῆς διατριβῆς τῆς αὐτόθι, καὶ τῆς εὐδοκιμήσεώς σου καὶ τῆς εὐθυμίας· οὐ γὰρ τὴν τυχοῦσαν καὶ ἐν ἐρημίᾳ τοιαύτῃ διατρίβοντες καρπωσόμεθα παράκλησιν, τοιαῦτα παρὰ τῆς σῆς τιμιότητος δεχόμενοι γράμματα.* Sequens titulus sic habebat in Codice Cujacii, teste Fronte Ducæo, *Ἀμπρούκλῳ διακόνῳ καὶ ταῖς σὺν αὐτῇ*: mendose, nam hic mulierem alloquitur.

[b] Vatic. *διαλύονται καὶ ἀφορίζονται. τοῦτο.*

[c] *Σφόδρα* deest in Vatic. Infra Vatic. *ὁ δὲ θεὸς παράσχοιτό σοι τὴν ἀμοιβὴν τῆς τοσαύτης ἀγάπης.*

esse, non me fugit: verum, ut longiorem epistolam efficerem, cohortationem produxi. Illud enim plane scio, te ingenti quodam literarum nostrarum desiderio teneri; idque causæ esse puto, cur nobis eo nomine crebro succenseas, quod minus sæpe ad te scripserimus. Neque enim cupiditatem tuam explere possumus, quamvis etiam quotidie literas demus: quia ex epistolis nostris pendere videris. Deus tibi tum in hac vita, tum in futuro ævo hujusce erga nos caritatis mercedem rependat. Nos quidem certe, quoties quibus demus occurrunt, ad te scribere minime intermittimus: ac sane nos ipsos summo beneficio afficimus, cum id facimus, teque quam creberrime per literas salutamus. Siquidem caritatem eam, quam nobis primum injecisti, perpetuo vigentem retinemus; ut etiamsi nobis diutius adhuc a vobis abesse contingat, ne sic quidem tamen ipsa imbecillior effici queat. Etenim ubique vos animo circumferimus, mentis vestræ constantiam ingentemque fortitudinem ad stuporem usque mirantes. Quamobrem ipsa crebro ad nos de tua domesticorumque tuorum omnium valetudine scribe, quo hinc quoque magnam consolationem capiamus.

646 συνεχῶς ἡμῖν ἐγκαλεῖν, ὅτι μὴ πολλάκις ἐπεστάλκα-
A μεν. Οὐ γὰρ δυνάμεθά σου κορέσαι τὴν ἐπιθυμίαν, κἂν καθ' ἑκάστην πέμπωμεν γράμματα, διὰ τὸ σφόδρα ἡμῶν ἐκκρέμασθαι τῶν ἐπιστολῶν. Ὁ Θεός σοι τὸν μισθὸν δῷ καὶ τὴν ἀμοιβὴν τῆς τοσαύτης περὶ ἡμᾶς ἀγάπης, καὶ ἐν τῷ παρόντι βίῳ, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι. Ἡμεῖς μέντοι οὐ διαλιμπάνομεν διὰ τῶν ἐμπιπτόντων συνεχῶς ἐπιστέλλοντες· ἡμῖν γὰρ αὐτοῖς τὰ μέγιστα χαριούμεθα τοῦτο ποιοῦντες, καὶ τῇ σῇ ψυχῇ συνεχῶς διὰ τῶν γραμμάτων προσαγορεύοντες. Καὶ γὰρ τὴν ἀγάπην, ἣν ἐνέθηκας ἡμῖν ἐξ ἀρχῆς, ταύτην διηνεκῶς ἀκμάζουσαν διατηροῦμεν· κἂν
B πλείονα τούτου πάλιν ἀπολειφθῶμεν ὑμῖν χρόνον, οὐδὲ ἐντεῦθεν αὐτὴ ἀμαυροτέρα γίνεται. Ἐν γὰρ διανοίᾳ πανταχοῦ περιφέρομεν ὑμᾶς, ἐκπληττόμενοι τὸ ἀπερίτρεπτον ὑμῶν τῆς γνώμης καὶ τὴν πολλὴν ἀνδρείαν. Γράφε δὴ καὶ αὐτὴ συνεχῶς ἡμῖν, τὰ περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς εὐαγγελιζομένη καὶ τοῦ οἴκου σου παντὸς, ἵνα πολλὴν καὶ ἐντεῦθεν καρπωσώμεθα τὴν παράκλησιν.

XCVII. Hypatio presbytero.

Cucuso anno 405.

Nosti, domine mi reverendissime, quantam vobis calamitates eæ, quæ Dei causa subeuntur, mercedem, quantaque præmia et quantas coronas ferant: quamobrem nihil eorum quæ fiunt te conturbet, siquidem eos demum, qui scelerate aliquid faciunt, lugere convenit. Nam ii certe sunt qui sexcentas adversus caput suum pœnas congerunt. Tu igitur, ut te dignum est, eam quam convenit, fortitudinem præsta: atque illorum technas et insidias facilius, quam araneæ telam discerpe: deque tua valetudine quam sæpissime ad nos scribe. Magna enim, in aliena licet regione degentes ac commorantes, consolationem capiemus, si hujusmodi abs te literas accipiamus.

ϞΖ'. Ὑπατίῳ πρεσβυτέρῳ.

Οἶδας καὶ αὐτὸς, κύριέ μου τιμιώτατε, ὅσον ὑμῖν
C φέρει μισθὸν τὰ διὰ τὸν Θεὸν παθήματα, ἡλίκα βραβεῖα, οἵους στεφάνους· μηδὲν οὖν σε θορυβείτω τῶν γινομένων, ἐπείπερ τοὺς ποιοῦντας κακῶς θρηνεῖν δεῖ. Ἐκεῖνοι γάρ εἰσιν οἱ μυρίαν κατὰ τῆς ἑαυτῶν κεφαλῆς ἐπισωρεύοντες κόλασιν. Αὐτὸς τοίνυν, καθὼς σοι πρέπον ἐστὶ, τῇ προσηκούσῃ κεχρημένος ἀνδρείᾳ, ἀράχνης εὐτελέστερον διάσπα τὰ ἐκείνων μηχανήματα καὶ τὰς ἐπιβουλὰς, καὶ γράφε συνεχῶς ἡμῖν περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς εὐαγγελιζόμενος. Πολλὴν γὰρ δεξόμεθα παράκλησιν, καὶ ἐν ἀλλοτρίᾳ διατρίβοντες,
D τοιαῦτα παρὰ τῆς τιμιότητός σου δεχόμενοι γράμματα.

XCVIII. Chalcidiæ.

Cucuso anno 404.

Non vulgari dolore affecti sumus, cum te tam gravi morbo teneri accepimus. Scis enim, ornatissima mea ac religiosissima domina, quanto valetudinis tuæ studio teneamur. Quamobrem ne curæ et sollicitudine cruciemur, per quemdam, qui primus istinc huc veniat, hoc ipsum ut sciamus velim cures, hoc est num prorsus morbus

ϞΗ'. Χαλκιδίᾳ.

Οὐχ ὡς ἔτυχεν ἠλγήσαμεν, μαθόντες ἐν τοσαύτῃ σε ἀῤῥωστίᾳ εἶναι. Οἶσθα γὰρ ὅπως ἀντεχόμεθά σου τῆς ὑγείας, κυρία μου κοσμιωτάτη καὶ εὐλαβεστάτη. Ἵν' οὖν μὴ κατατεινώμεθα τῇ φροντίδι, διά τινος τοῦ πρώτου ἐκεῖθεν ἀφικνουμένου τοῦτο αὐτὸ δηλῶσαι ἡμῖν σπούδασον, εἴ σοι τέλεον τὰ τῆς ἀῤῥωστίας ἀνήρηται, καὶ πρὸς καθαρὰν ἐπανῆλθες ὑγίειαν. Οὐδὲ γὰρ

τὴν τυχοῦσαν καρπούμεθα εὐφροσύνην, καὶ ἐν ἐρημίᾳ τοσαύτῃ καθήμενοι, ὅταν ὑμῶν τῶν ἀγαπώντων ἡμᾶς γνησίως περὶ τῆς ὑγείας καὶ εὐθυμίας μανθάνωμεν. Εἰδυῖα τοίνυν ἡλίκα ἡμῖν χαρίζῃ τοιαύτην πέμπουσα ἐπιστολὴν, μὴ μελλήσῃς, μηδὲ ὑπερθῇ, ἀλλ' εὐθέως τοῦτο ποιῆσαι παρακλήθητι, ἵν' ὥσπερ νῦν ὑπὸ τῆς ἀθυμίας συνέχεας ἡμᾶς τὴν ἀῤῥωστίαν εἰποῦσα, οὕτως τὴν ὑγείαν ἀπαγγείλασα τὴν σὴν, πολλῆς ἡμᾶς ἐμπλησθῆναι ποιήσῃς τῆς ἡδονῆς.

sublatus sit, ac tu integræ sanitati restituta sis. Nec enim exiguam, etiam in tam deserto loco positi, voluptatem capimus, cum de tua, hoc est feminæ nos amantis, valetudine animique hilaritate aliquid audimus. Cum igitur, quantam a nobis, epistolam hujusmodi mittens, gratiam ineas, tibi sit exploratum, abjecta omni mora et cunctatione velim confestim operam des, ut quemadmodum nunc nuntiato tuo morbo, ingenti mœstitia nos perturbasti, sic rursum nuntiata sanitate, ingenti nos voluptate compleas.

647 A

ϟθ'. Ἀσυγκριτίᾳ.

Ἐμοὶ μὲν περισπούδαστον τὸ συνεχῶς ὑμῖν ἐπιστέλλειν· τῆς γὰρ διαθέσεως ὑμῶν, καὶ τῆς αἰδοῦς, καὶ τῆς τιμῆς, ἣν ἀεὶ περὶ ἡμᾶς ἐπεδείξασθε, ὅπουπερ ἂν ἀφικώμεθα, ἐπιλαθέσθαι οὐ δυνάμεθα, ἀλλ' ἔχομεν ὑμῶν διηνεκῶς τὴν μνήμην ἀκμάζουσαν πανταχοῦ περιφέροντες. Εἰ δὲ μὴ ὁσάκις ἐβουλόμεθα ἐπεστάλκαμεν, ἀλλὰ σπανιάκις, τοῦτο οὐ τῆς ῥαθυμίας τῆς ἡμετέρας, ἀλλὰ τῆς τῶν πραγμάτων ἀνάγκης, καὶ τοῦ τὴν ὁδὸν ἄβατον ὁδοιπόροις εἶναι νῦν. B Ταῦτ' οὖν εἰδυῖα, κυρία μου κοσμιωτάτη καὶ εὐγενεστάτη, καὶ γραφόντων ἡμῶν, καὶ σιγώντων, ὁμοίως διάκεισο περὶ τῆς διαθέσεως, ἣν ἀεὶ περὶ ὑμᾶς ἐπεδειξάμεθα.

XCIX. *Asyncritiæ.*

Nihil quidem est quod malim, quam crebro ad vos scribere: neque enim benevolentiæ vestræ, et honoris ac reverentiæ, quam semper nobis præstitistis, quemcumque in locum proficiscamur, oblivisci possumus, verum memoriam vestri perpetuam tenemus, eamque recentem semper ac florentem ubique circumferimus. Quod si non quoties voluimus, sed raro ad vos literas dedimus, hoc non negligentia nostra, sed rerum necessitate factum est, et quia viatoribus clausum iter nunc sit. Hæc igitur cum tibi, ornatissima mea et nobilissima domina, perspecta sint, sive scribamus, sive sileamus, de ea benevolentia, quam semper vobis præstitimus, eodem modo existimes velim.

Cucuso anno ut putatur 405.

ρ'. Μαρκιανῷ καὶ [a] Μαρκελλίνῳ.

Τοῦτο καὶ ἡμῖν τῆς μακρᾶς σιγῆς αἴτιον γίνεται, ὃ καὶ τῇ εὐγενείᾳ τῇ ὑμετέρᾳ· ἀλλὰ σιγῆς οὐ τῆς κατὰ τὴν γνώμην, ἀλλὰ τῆς κατὰ τὴν γλῶτταν. Ὡς τῇ διανοίᾳ καὶ ἐπιστέλλομεν, καὶ προσφθεγγόμεθα συνεχῶς, μᾶλλον δὲ διηνεκῶς, τὴν εὐγενεστάτην καὶ ἐμμελεστάτην ὑμῶν ψυχὴν, καὶ ἐγκολάψαντες ὑμᾶς τῷ συνειδότι, πανταχοῦ περιφέρομεν· τοιοῦτον γὰρ C τὸ φιλεῖν γνησίως. Ταῦτ' οὖν εἰδότες, κύριοί μου ποθεινότατοι καὶ τιμιώτατοι, ἐπιστέλλετε μὲν, ἡνίκα ἂν ἐξῇ, τὰ περὶ τῆς ὑγιείας τῆς ὑμετέρας δηλοῦντες. Θαῤῥεῖτε δὲ, ὅτι καὶ σιγώντων ὑμῶν τὴν αὐτὴν περὶ τῆς ἀγάπης ὑμῶν ψῆφον οἴσομεν, ἣν καὶ γραφόντων, ἀπὸ τῆς γνώμης ταῦτα ψηφιζόμενοι τῆς ὑμετέρας.

C. *Marciano et Marcellino.*

Eadem nobis perdiuturni silentii nostri causa est, quæ etiam vobis: verum hujusmodi silentii, quod non in animo, sed in lingua positum sit. Nam animo ac voluntate nobilissimas ac suavissimas animas vestras crebro, imo perpetuo salutamus, vosque in pectore nostro insculptos passim circumferimus: nam ea veri ac sinceri amoris natura est. Hæc igitur cum vobis explorata sint, domini mei carissimi ac reverendissimi, scribite quidem, quoties facultas dabitur, ac de vestra valetudine certiores nos facite. Illud autem vobis persuadete, nos, etiamsi taceatis, idem tamen de vestra caritate judicium habituros esse, quod habebimus, si scribatis: ab animo scilicet vestro hæc perpendentes.

Cucuso anno ut putatur 404.

[a] Vatic. Μαρκελλιανῷ. Paulo post Coislin. τῇ διανοίᾳ· μᾶλλον διηνεκῶς τὴν εὐγενεστάτην καὶ ἐμμελεστάτην ὑμῶν ψυχὴν, καὶ ἐγκολάψαντες ὑμᾶν τῷ συνειδότι.

CI. *Severo presbytero.*

Ab anno 404. ad 407. Nos, etsi desertissimum locum incolentes, sæpe tamen ad te scripsimus, eosque qui istinc veniunt de tua valetudine sciscitari minime desinimus. Tibi vero quid causæ sit nescio, quamobrem, cum tam insano nostri amore flagres, atque perfacile nancisci possis quibus literas des, perdiuturno tamen tempore sileas. At cum nos benevolentiæ illius, quam erga nos semper præ te tulisti, fervorem ac sinceritatem animo complectimur, etiam in longo silentio permagnam consolationem capimus. Cæterum literis quoque tuis persæpe frui cupimus, quibus de tua valetudine certiores fiamus : eaque, quæ aliorum sermone accipimus, ex tua lingua, tuaque manu audire studemus. Quamobrem, domine mi reverendissime, nunc saltem hoc facias quæso : scis enim quam nobis hac in re gratum facturus sis. Nam quod ad nos attinet, sive scribamus, sive taceamus, numquam tui meminisse desinimus, eamque caritatem, cujus tibi specimen præbuimus, quocumque in loco simus, conservare. Id enim cum facimus, de nobis etiam ipsimet quam optime meremur.

ρα'. Σευήρῳ πρεσβυτέρῳ.

D Ἡμεῖς μὲν καίτοι χωρίον ἐρημότατον οἰκοῦντες, καὶ ἐπεστάλκαμεν πολλάκις πρὸς τὴν σὴν ἐμμέλειαν, καὶ τοὺς ἐκεῖθεν ἀφικνουμένους οὐ παυόμεθα συνεχῶς ἐρωτῶντες περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς. Αὐτὸς δὲ οὐκ οἶδα, ἀνθ' ὅτου μανικὸς ἡμῶν οὕτως ἐραστὴς ὤν, καὶ πολλὴν εὐκολίαν ἔχων τῶν ἐνταῦθα διακομιζόντων τὰ γράμματα, σιγᾷς οὕτω μακρὰν σιγήν. Ἀλλ' ἡμεῖς τὸ θερμόν σου καὶ γνήσιον, τὸ εἰλικρινὲς τῆς διαθέσεως, ὃ περὶ ἡμᾶς ἀεὶ ἐπεδείξω, ἐννοοῦντες, καὶ ἐν τῇ σιγῇ τῇ μακρᾷ μεγίστην καρπούμεθα παράκλησιν. E Πλὴν ἀλλὰ βουλόμεθα καὶ γραμμάτων συνεχῶς ἀπολαύειν τῶν σῶν, τὰ περὶ τῆς ὑγιείας τῆς σῆς ἡμῖν ἀπαγγελλόντων, καὶ ἃ παρ' ἑτέρων μανθάνομεν, ταῦτα παρὰ τῆς γλώττης τῆς σῆς, καὶ τῆς χειρὸς ἐβουλόμεθα μανθάνειν. Ποίει δὴ τοῦτο νῦν γοῦν, δέσποτά μου τιμιώτατε· οἶσθα γὰρ ἡλίκα ἡμῖν χαριῇ. Ὡς ἡμεῖς καὶ γράφοντες, καὶ μὴ γράφοντες, οὐ παυόμεθα μεμνημένοι, καὶ τὴν ἀγάπην, ἣν ἀεὶ περὶ τὴν σὴν ἐπεδειξάμεθα εὐλάβειαν, διατηροῦντες, ὅπουπερ ἂν ὦμεν. Ἡμῖν γὰρ αὐτοῖς τὰ μέγιστα χαριούμεθα τοῦτο ποιοῦντες.

CII. *Theodoto lectori.*

Anno forte 406. Quid ais? Plures in te nunc quam exspectabas fluctus excitati sunt, ob idque discruciaris? Imo vero ideo gaudere et exsultare convenit. Nam etiam beatus Paulus ad hunc modum faciebat,
Rom. 5. 3. nunc quidem his verbis utens : *Non solum autem, sed etiam gloriamur in tribulationibus;*
Coloss. 1. 24. nunc autem his, *Gaudeo in passionibus meis.* Nam quo major et atrocior tempestas fuerit, eo quoque major quæstus erit, et illustriores patientiæ coronæ, præmiaque ampliora. Siquidem ipse quoque de te bono animo sum, ut qui animi tui firmitatem atque constantiam exploratam habeam : at eorum causa, qui tibi insidias struunt, doleo et collacrymo, nimirum quod ii hostilem in te animum gerant, a quibus te coli oportebat. Unum est quod mœrore me afficit, nempe oculorum tuorum invaletudo, quorum velim summam rationem habeas, medicosque consulas, atque ea quæ muneris tui sunt simul præstes. Nam de iis calamitatibus, quæ tibi inferuntur, tum te, ut prius jam dixi, gaudere cu-

648 A

ρβ'. Θεοδότῳ ἀναγνώστῃ.

Τί φῄς; Πλείονά σοι τῶν προσδοκηθέντων τὰ κύματα ἐναπέστη νῦν, καὶ διὰ τοῦτο ἀλγεῖς; Διὰ τοῦτο μὲν οὖν αὐτὸ χαίρειν χρὴ καὶ σκιρτᾷν. Ἐπεὶ καὶ ὁ μακάριος Παῦλος οὕτως ἐποίει, νῦν μὲν λέγων· Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ καυχώμεθα ἐν ταῖς θλίψεσι· νῦν δὲ, ὅτι Χαίρω ἐν τοῖς παθήμασί μου. Ὅσῳ γὰρ ἂν μείζων καὶ τραχύτερος ὁ χειμὼν γένηται, τοσούτῳ πλείων ἡ ἐμπορία, λαμπρότεροι τῆς ὑπομονῆς οἱ B στέφανοι, πολλὰ τὰ βραβεῖα. Ἐπεὶ καὶ αὐτὸς σοῦ μὲν ἕνεκεν θαῤῥῶ· οἶδα γάρ σου [a] τὸ ἀπερίτρεπτον, καὶ ἀκλινὲς, καὶ στεῤῥόν· τῶν δὲ ἐπιβουλευόντων ἕνεκεν ἀλγῶ καὶ δακρύω, ὅτι οὓς χρὴ ἐν τάξει εἶναι τῶν θεραπευόντων, τὰ τῶν ἐχθρῶν ἐπιδείκνυνται. Ἕν με λυπεῖ μόνον, τὸ τῆς τῶν ὀφθαλμῶν σου ἀσθενείας, ὧν καὶ σφόδρα ἀξιῶ πολύν σε ποιεῖσθαι λόγον, ἰατροῖς τε διαλεγόμενον, καὶ τὰ παρὰ σαυτοῦ συνεισφέροντα. Ὡς τῶν γε θλίψεων τῶν ἐπαγομένων σοι (ὅπερ καὶ ἔμπροσθεν εἶπον), αὐτόν τε χαίρειν ἀξιῶ, καὶ ἐγὼ δέ σοι συνήδομαι. Οἶδα γὰρ ὅσος ἐκ τούτου τίκτεταί σοι τῆς ὑπομονῆς ὁ καρπός. Μηδὲν οὖν σε C θορυβείτω, μηδὲ ταραττέτω τῶν παρεμπιπτόντων.

[a] Coislin. τὸ ἄτρεπτον.

Ἓν γάρ ἐστι χαλεπὸν ἁμαρτία μόνον. Ὡς τά γε ἄλλα πάντα ἀγρυπνοῦντί σοι καὶ νήφοντι καὶ κερδῶν ὑπόθεσις ἔσται μεγίστη, καὶ τὰ ἀπόῤῥητα ἐκεῖνα ἀγαθὰ, τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, μετὰ πολλῆς οἴσει σοι τῆς δαψιλείας. Τοιαύτην τοίνυν καθ' ἑκάστην ἡμέραν πραγματευόμενος πραγματείαν, χαῖρε καὶ εὐφραίνου, καὶ συνεχῶς ἡμῖν ἐπιστέλλειν μὴ κατόκνει. Ἡμεῖς μὲν γάρ σε βουλόμεθα καὶ μεθ' ἡμῶν εἶναι· ἀλλ' ἐπειδὴ οὐχ ἡ τοῦ χειμῶνος ὥρα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ τοῦ θέρους ὁμοίως ἐστὶν ἐπαχθὴς, ἐδείσαμεν εἰς ἀέρων σε δυσκρασίαν ἐμβαλεῖν, μάλιστα διὰ τὸ τῶν ὀφθαλμῶν D πάθος. Ἔργον τοίνυν ποιησάμενος τὸ πολλὴν τούτοις προσάγειν τὴν ἐπιμέλειαν, καὶ περὶ τούτων, ἡνίκα ἂν συνεχῶς ἡμῖν ἐπιστέλλῃς, δήλου, εἴγε κἂν μικρὸν ἄμεινόν σοι διατεθεῖεν, ἵνα καὶ ἐκ τοσούτου καθήμενοι διαστήματος, πολλὴν καὶ ἐντεῦθεν καρπωσώμεθα τὴν εὐφροσύνην.

pio, tum tibi ipse gratulor. Scio enim quantus hinc tibi patientiæ fructus oriatur. Quamobrem da operam, ne quid ex iis quæ accidunt te commoveat ac perturbet. Una enim dumtaxat res molesta est, nimirum peccatum. Nam cætera omnia, si modo vigilantem ac sobrium animum præbeas, lucri quoque amplissimam materiam suppeditabunt, atque arcana illa bona, quæ in cælis recondita sunt, copiosissime tibi accersent. Ideo cum in ejusmodi quæstu quotidie verseris, gaude ac lætare: atque ad nos sæpe scribere ne graveris. Certe nobiscum esse te cupimus; quia tamen non hiems dumtaxat, sed etiam æstas æque tibi gravis ac molesta est, illud veriti sumus, ne te, ob oculorum præsertim morbum, in aeris intemperiem conjiceremus. Quæ cum ita sint, ad eorum curam velim operam omnem adhibeas: de eoque, cum facultas erit, crebro ad nos scribas, atque num meliuscule sese habeant, significes, quo, licet alioqui tanto abs te locorum intervallo dissiti, magnam tamen hinc voluptatem capiamus.

ργ'. Ἀμπρούκλῃ διακόνῳ καὶ ταῖς σὺν αὐτῇ.

Μακρῷ μὲν διῴκισμαι τῷ μήκει τῆς ὁδοῦ τῆς ὑμε- E τέρας τιμιότητος, τὰς δὲ ἀνδραγαθίας ὑμῶν καὶ τὰς ἀριστείας τῶν παρόντων οὐκ ἔλαττον ἔμαθον, καὶ σφόδρα συνήσθην ὑμῖν τῆς ἀνδρείας, τῆς ὑπομονῆς, τῆς ἀπεριτρέπτου γνώμης, καὶ στεῤῥᾶς καὶ ἀδαμαντίνης διανοίας, τῆς ἐλευθεροστομίας, τῆς παῤῥησίας. Διὰ ταῦτα μακαρίζων ὑμᾶς οὐ παύομαι ὑπέρ τε τῶν παρόντων, ὑπέρ τε τῶν μελλόντων ὑμᾶς ὑποδέξασθαι ἀγαθῶν ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι, τῶν ἀποῤῥήτων ἐκείνων, καὶ πάντα νοῦν καὶ λόγον ὑπερβαινόντων. 649 A Σφόδρα δὲ ἡμᾶς ἐλύπησας ἐκ τοσούτου καθημένους διαστήματος, οὐδὲ ἐπιστεῖλαι καταδεξαμένη. Καὶ οἶδα μὲν ὅτι οὐκ ἐκ ῥᾳθυμίας τοῦτο γέγονεν· ἐπίσταμαι γὰρ καὶ γραφούσης ἡμῖν, καὶ σιγώσης, τὴν θερμὴν καὶ γνησίαν ἀγάπην, τὴν εἰλικρινῆ καὶ ἄδολον, τὴν ἰσχυρὰν καὶ στεῤῥάν· ἀλλὰ διὰ τὸ μηδένα εἶναι τὸν ὑπογράφοντα. Πλὴν ἀλλὰ καὶ οὕτως ἐχρῆν τῇ ἐγχωρίῳ σου γλώττῃ ἡμῖν ἐπιστεῖλαι, καὶ τῇ χειρὶ τῇ σῇ. Σφόδρα γὰρ ἀντεχόμεθα, καθάπερ καὶ αὐτὴ οἶσθα, τοῦ συνεχῶς ἐπιστολὰς δέχεσθαι παρὰ τῆς εὐλαβείας τῆς σῆς, ὥστε καθ' ἑκάστην ἡμέραν μανθάνειν ἡμᾶς τὰ περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς· καὶ οὐ μι- B κρὰν τῆς τοσαύτης ἐρημίας καὶ τῶν ἐνταῦθα περιστάσεων παράκλησιν ταύτην ἔχομεν. Εἰδυῖα τοίνυν, δέσποινά μου τιμιωτάτη καὶ εὐλαβεστάτη, ὅσην ἐπι-

CIII. *Ampruclæ diaconissæ ipsiusque comitibus.*

Etsi longo itineris intervallo a vobis disjunctus sum, tamen præclara et fortia vestra facinora, non minus quam qui adsunt, cognita et explorata habeo: vehementerque vobis de hac fortitudine, patientia, constantia, atque adamantina quadam animi firmitate, loquendique libertate ac fiducia gratulor. Eoque nomine beatas vos prædicare non desino, tum ob præsentia, tum ob ea bona quæ vos in futuro ævo exceptura sunt, arcana illa, et omnem mentis captum ac sermonis facultatem excedentia. Magno autem nos, qui tam longe a te sejuncti sumus, mœrore affecisti, quod ne scribere quidem ad nos dignata sis. Quamquam illud scio, istud negligentia tua minime contigisse; nam sive scribas, sive taceas, ardentem et sinceram fucique expertem, ac firmam et solidam tuam erga me caritatem novi; verum quod, cui dictares, nemo tibi præsto esset. Quamquam sic quoque patria lingua scribendum fuit, ac tua manu. Magnopere enim, ut ipsa quoque nosti, crebras a te literas accipere studemus, quo de tua valetudine quotidie certiores fiamus: hincque tam vastæ hujusce solitudinis, ac rerum adversarum, cum quibus hic luctamur, haud exiguam conso-

Cucuso anno 404.

lationem capimus. Cum igitur, reverendissima et religiosissima domina, quanta rei hujusce cupiditate tenear, minime te fugiat, hanc nobis gratiam impertire, quæso, ne intermittas. Siquidem multi istinc variis e locis ad nos venerunt. Verum ea de causa minime tecum expostulo, quod literas abs te nobis non attulerunt: verisimile enim est eos tibi ignotos esse. Nunc autem, cum summa facultas datur, scribas velim: ac præsertim cum res hujusmodi istic contigissent, literas abs te accipere in primis expetebam. Cura igitur ut quod antehac abs te per incuriam prætermissum est sarcias, pristinique silentii diuturnitatem literarum frequentia et assiduitate compenses.

θυμίαν ἔχομεν τούτου, μὴ διαλίπῃς τὴν καλὴν ταύτην ἡμῖν χαριζομένη χάριν. Καὶ γὰρ πολλοὶ πολλαχόθεν ἐκεῖθεν ἦλθον. Ἀλλ' οὐκ ἐγκαλῶ ἐκείνων ἕνεκεν, διὰ τί μὴ γράμματα ἡμῖν ἐκόμισαν παρὰ τῆς σῆς κοσμιότητος· εἰκὸς γὰρ αὐτοὺς ἀγνοεῖσθαι παρὰ τῆς εὐλαβείας τῆς σῆς. Νῦν μέντοι ὅτε ἐξῆν μετ' εὐκολίας πάσης ἐπιστεῖλαι, καὶ μάλιστα τοιούτων γεγενημένων αὐτόθι, σφόδρα ἐπεθύμουν δέξασθαι γράμ- C ματα. Ἀνάκτησαι τοίνυν τὸ ἐν τῷ παρελθόντι χρόνῳ ῥαθυμηθὲν, καὶ πυκνότητι, καὶ νιφάδι ἐπιστολῶν τὸ μῆκος τῆς ἔμπροσθεν ἡμῖν παραμύθησαι σιγῆς.

CIV. *Pentadiæ diaconissæ.*

ρδ'. Πενταδίᾳ διακόνῳ.

Anno 404. vel 405.

Coronarum nomine, quas tibi conciliasti, beatam te duco, ac nunc quoque, cum per animi magnitudinem quidvis pro veritate perferre in animum induxeris. Merito proinde Deum habes, qui tuas partes acerrime tueatur. *Usque ad mortem* enim, inquit Scriptura, *pro veritate certa: et Dominus pugnabit pro te.* Quod etiam evenit. Nam cum eo usque præclarum hoc certamen obieris, multa divinitus præmia retulisti: ideo magna voluptate afficior. Quia autem intellexi te de discessu cogitare, atque istinc migrare velle accepi, peto abs te, ne quidquam hujusmodi cogites, aut in animo habeas. Primum ob hoc ipsum, quod civibus tuis subsidium es, amplissimusque portus, et adminiculum, ac tutus murus iis qui laboribus et ærumnis conficiuntur. Quare noli committere, ut tantum quæstum de manibus ejicias; noli, inquam, committere, ut tantum lucrum abjicias, cum tantos quotidie thesauros ex tua præsentia colligas. Nam qui præclara tua facinora cernunt, vel audiunt, non parum hinc lucri consequuntur. Scis porro quantam istud mercedem tibi conciliet. Primum itaque, ut dixi, hac de causa te rogo istic maneas; neque enim exiguum utilitatis illius, quam istic permanendo attulisti, documentum abs te datum est. Deinde, ne anni quidem tempus hoc te facere patitur. Neque enim, qua corporis imbecillitate sis, ignoras, neque tibi facile esse in tanta vi frigoris atque hiemis pedem movere. Huc accedit quod, ut rumor est, Isaurorum res nunc vigent. Hæc itaque

Eccli. 4. 33.

Τῶν μὲν στεφάνων σε μακαρίζω, οὓς ἀνεδήσω καὶ νῦν, διὰ τῆς ἀνδρείας πάντα ἑλομένη παθεῖν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας. Διὰ τοῦτο καὶ τὸν Θεὸν ὑπερασπίζοντά σου ἔχεις μετὰ πολλῆς τῆς σφοδρότητος. Ἕως γὰρ θανά- D του, φησὶν, ἀγώνισαι ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, καὶ ὁ Κύριος πολεμήσει ὑπὲρ σοῦ. Ὅπερ καὶ γέγονε. Μέχρι γὰρ τοσούτου δραμοῦσα τὸν καλὸν τοῦτον ἀγῶνα, πολλὰ ἄνωθεν ἐπεσπάσω τὰ βραβεῖα· τούτου μὲν οὖν ἕνεκεν χαίρω. Ἐπειδὴ δὲ ἔγνων, ὅτι βουλεύῃ περὶ ἀποδημίας, καὶ μεταστῆναι ἐκεῖθεν βούλει, παρακαλῶ σου τὴν τιμιότητα μηδὲν τοιοῦτον ἐννοῆσαι μηδὲ βουλεύσασθαι. Πρῶτον μὲν δι' αὐτὸ τοῦτο, ὅτι δὴ στήριγμα τῆς πόλεως εἶ τῆς αὐτόθι, καὶ λιμὴν εὐρὺς, καὶ βακτηρία, καὶ τεῖχος ἀσφαλὲς τοῖς καταπονουμένοις. Μηδὲ τοσαύτην ἀπὸ τῶν χειρῶν ἐμπορίαν ῥίψῃς, μηδὲ τοσοῦτον πρόῃ κέρδος, τοσού- E τους καθ' ἑκάστην ἡμέραν συνάγουσα θησαυροὺς ἀπὸ τῆς παρουσίας τῆς αὐτόθι. Οἵ τε γὰρ ὁρῶντες, οἵ τε ἀκούοντές σου τὰ κατορθώματα, οὐ μικρὰ κερδαίνουσιν. Οἶσθα δὲ ἡλίκον τοῦτο φέρει σοι τὸν μισθόν. Πρῶτον μὲν, ὅπερ ἔφην, διὰ τοῦτο παρακαλοῦμεν αὐτόθι μένειν· καὶ γὰρ πεῖραν οὐ μικρὰν δέδωκας τῆς ὠφελείας, ἣν παρέσχες διὰ τῆς αὐτόθι παραμονῆς. Ἔπειτα δὲ οὐδὲ ἡ τοῦ ἔτους ὥρα ἐπιτρέπει τοῦτο. Οἶσθα γάρ 650 σου τοῦ σώματος τὴν ἀσθένειαν, καὶ πῶς οὐ ῥᾴδιόν A σοι κινεῖσθαι ἐν κρυμῷ τοσούτῳ καὶ χειμῶνι. Πρὸς τούτοις, ὡς ἀκούομεν, [a] καὶ τὰ Ἰσαυρικὰ ἀνθεῖ. Πάντα τοίνυν ταῦτα λογισαμένη ὡς συνετὴ, μηδαμοῦ τέως κινεῖσθαι καταδέχου, καὶ περὶ τούτου γράψαι ἡμῖν διὰ ταχέων παρακλήθητι, καὶ περὶ τῆς ὑγείας συνεχῶς δήλου τῆς σῆς. Ἐπεὶ καὶ νῦν ἠλγήσαμεν, μὴ δεξάμενοι γράμματά σου τῆς τιμιότητος, καὶ ἐν

[a] Coislin. *καὶ τὰ Ἰσαυρικὰ ἔθνη ἀβάτους τὰς ὁδοὺς πεποιήκασι. πάντα.*

φροντίδι καθεστήκαμεν, μήποτε ἀῤῥωστία τοῦτο διεκώλυσεν. Ἵν' οὖν καὶ ταύτην ἀνέλῃς ἡμῶν τὴν φροντίδα, ταχέως ἡμῖν πέμψον ἐπιστολὴν ταῦτα δη- B λοῦσαν.

omnia, ut prudens mulier tecum reputans, ne, quæso, hoc tempore ullo pacto pedem istinc movere sustineas: deque hac re velim nos quamprimum certiores facias, ac de tua valetudine sæpe scribas. Nam nunc quoque nos nullas abs te literas accepisse moleste tulimus: ac, ne forte morbus hoc impediverit, laboramus. Ut hanc igitur sollicitudinem nobis eximas, cito ad nos literas, quæ hæc indicent, mitte.

ρε'. Χαλκιδίᾳ.

Ὁ Θεός σοι τὸν [b] μισθὸν δῴη καὶ ἐνταῦθα, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι τῆς περὶ ἡμᾶς αἰδοῦς, καὶ τιμῆς, καὶ γνησίας ἀγάπης. Οὐδὲ γὰρ νῦν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄνωθεν, καὶ ἐξ ἀρχῆς οἶδα σαφῶς, ὅπως περὶ ἡμᾶς διατεθῆναι ἐσπούδακας. Διὰ τοῦτο καὶ ἐκ τοσούτου καθήμενος διαστήματος, καὶ πολλῷ τῆς ὁδοῦ εἰργόμενος τῷ μέσῳ, καὶ ἐν πολλαῖς ὢν ἐνταῦθα θλίψεσι, διά τε τὴν ἐρημίαν τοῦ χωρίου τούτου, διά τε τοὺς C συνεχεῖς κινδύνους, καὶ τὰς ἐπαλλήλους τῶν λῃστῶν ἐφόδους, διά τε τὴν ἰατρῶν σπάνιν, οὐδενὶ τούτων κωλύομαι μεμνῆσθαί σου διηνεκῶς τῆς ἐμμελείας· ἀλλὰ τὴν ἀγάπην, ἣν ἐξ ἀρχῆς καὶ περὶ σὲ καὶ περὶ τὸν οἶκόν σου ἔσχηκα, ταύτην ἀκμάζουσαν διατηρῶ καὶ νῦν, οὐδὲν οὐδὲ ἀπὸ τοῦ χρόνου, οὐδὲ ἀπὸ τοῦ μήκους τῆς ὁδοῦ μαραίνεσθαι αὐτὴν ἀφείς. Τοιοῦτον γάρ ἐστι τὸ ἀγαπᾷν γνησίως. Καί σε παρακαλῶ κατὰ τὴν σύνεσίν σου καὶ τὴν εὐλάβειαν, φέρειν τὰ συμπίπτοντα ἅπαντα γενναίως. Οἶσθα γὰρ ὅτι ἐκ πρώτης ἡλικίας μέχρι τοῦ νῦν διὰ ποικίλων καὶ παντοδα- D πῶν σχεδὸν ὥδευσας πειρασμῶν, καὶ δύνασαι μετ' εὐκολίας τὸν τῆς ὑπομονῆς ἆθλον ἀγωνίζεσθαι, ὥσπερ οὖν καὶ ἠγωνίσω πολλάκις, καὶ λαμπροὺς ὑπὲρ τούτων σεαυτῇ προαπέθου τοὺς στεφάνους. Εἰ δὲ μείζων οὗτος τῶν παρελθόντων, ἀλλὰ καὶ ὁ στέφανος πλείων. Μηδὲν οὖν σε ταραττέτω τῶν ἐπαγομένων δεινῶν· ἀλλ' ὅσῳπερ ἂν αὔξηται τὰ κύματα, καὶ μεῖζον γένηται τὸ κλυδώνιον, τοσούτῳ μείζονα ἀνάμενε τὴν ἐμπορίαν, καὶ πολλῷ πλείονα τὰ ἔπαθλα τῶν ἱδρώτων, καὶ μείζονα, καὶ λαμπρότερα. Οὐ γὰρ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλύπτεσθαι εἰς ἡμᾶς. Ὁδὸς γὰρ τὰ παρόντα, E καὶ τὰ χρηστὰ, καὶ τὰ λυπηρὰ τοῦ βίου τούτου, καὶ ἑκάτερα ὁμοίως παροδεύεται, καὶ οὐδὲν αὐτῶν πάγιον, οὐδὲ [c] βέβηκὸς, ἀλλὰ μιμεῖται τὴν φύσιν, ὁμοῦ τε φαινόμενα, καὶ παρατρέχοντα. Καθάπερ οὖν ὁδῖται καὶ ὁδοιπόροι ἄν τε διὰ λειμώνων ὁδεύωσιν, ἄν τε διὰ φαράγγων, οὐδεμίαν οὐδὲ ἐντεῦθεν καρποῦνται

[b] Tres Mss. μισθὸν δῷ.

[c] [Savil. πεπηγός.]

CV. Chalcidiæ.

Deus tibi pro tua erga nos reverentia, honore, ac sincera caritate tum hic, tum in futuro ævo mercedem pendat. Nec enim nunc duntaxat, sed primum etiam atque ab initio, quo erga nos animo ac studio fueris, perspectum habeo. Ac propterea quamvis longo itineris spatio abs te dissitus sim, atque hic, tum ob hujus loci solitudinem, tum ob perpetua pericula, crebrosque prædonum impetus, tum ob medicorum penuriam, in multis calamitatibus verser: nihil tamen horum omnium impedit, quominus tuæ suavitatis perpetuo recorder: quin potius eam caritatem, quam a principio tum erga te, tum erga tuam domum habui, vigentem retineo; neque eam vel ob temporis diuturnitatem, vel ob itineris longinquitatem consenescere patiar. Nam ea demum sinceræ caritatis natura est. Te vero pro tua prudentia et pietate oro atque obsecro, ut ea omnia, quæ accidunt, strenuo animo feras. Scis enim te ab ineunte ætate usque ad hoc tempus per varias atque omnis fere generis tentationes incessisse; atque patientiæ certamen facili negotio obire potes, quemadmodum etiam sæpe obiisti, et illustres inde coronas tibiipsi in futurum condidisti. Quod si hæc tentatio superiores excedit, at etiam corona præstantior futura est. Quæ cum ita sint, nihil ex iis acerbitatibus, quæ tibi inferuntur, te perturbet: verum quo magis fluctus crescunt, tempestasque magis ingravescit, eo etiam majorem quæstum, ac præmia sudoribus longe copiosiora et ampliora et luculentiora exspecta. Neque enim *Condignæ sunt passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis.* Viæ enim instar sunt præsentes hujus vitæ jucunditates, et molestiæ, ambæque eodem modo effluunt, nec quidquam in iis certum ac stabile est, verum* umbræ natu-

Scripto anno ut putatur 396.

Rom. 8.18.

* Billius, *umbræ naturam* : hic umbram supplet ex conjectura, nam aliquid deesse videtur in Græco.

ram imitantur, ut quæ simul atque sese ostenderint, statim prætereant. Quemadmodum igitur viatores, sive per prata, sive per salebrosa et abrupta loca iter faciant, nec ullam illinc voluptatem percipiunt, nec ullam hinc mœstitiam sentiunt; viatores enim sunt, non cives, utraque prætereuntes, atque ad patriam suam contendentes: eodem modo te rogo atque obsecro, ut nec præsentis vitæ jucunditatibus inhies, nec rursum molestarum rerum pondere deprimaris, verum hoc unum spectes, quonam pacto ad communem patriam nostram cum ingenti fiducia pervenias. Quandoquidem hoc demum fixum et constans atque immortale bonum est: cætera autem omnia, flos fœni et fumus, et si quid his vilius fingi potest.

τὴν ἡδονὴν, οὐδὲ ἐκεῖθεν ὑπομένουσι λύπην· ὁδῖται γάρ εἰσιν, οὐχὶ πολῖται, ἑκάτερα παρατρέχοντες, καὶ πρὸς τὴν πατρίδα τὴν ἑαυτῶν ἐπειγόμενοι· οὕτω παρακαλῶ καὶ ὑμᾶς μήτε πρὸς τὰ φαιδρὰ τοῦ πα- 651 A ρόντος κεχηνέναι βίου, μήτε ὑπὸ τῶν λυπηρῶν καταβαπτίζεσθαι, ἀλλ' ἓν μόνον σκοπεῖν, ὅπως εἰς τὴν κοινὴν ἁπάντων ἡμῶν πατρίδα μετὰ πολλῆς παραγένησθε τῆς παῤῥησίας. Ἐπειδήπερ τοῦτό ἐστι τὸ μένον καὶ πεπηγὸς καὶ ἀθάνατον ἀγαθὸν, τὰ δὲ ἄλλα πάντα, ἄνθος χόρτου καὶ καπνὸς, καὶ εἴ τι τούτων εὐτελέστερον.

CVI. *Assyncritiæ ipsiusque sodalibus.*

ρϛʹ. Ἀσυγκριτίᾳ καὶ ταῖς σὺν αὐτῇ.

Scripta Cucusi anno 404.

Qua erga nos caritate ac benevolentia sitis, mihi exploratum est. Ac literas quidem assidue ad vos dare cuperem: verum Isaurorum metus viis omnibus interclusis non me nancisci sinit, qui ad eam rem nobis administram operam præbeant. Quoties autem nancisci possumus, debitam vobis salutationem pendimus, vos pro nostro more admonentes, ne ob crebras has et continuas tentationes animi vestri commoveantur ac perturbentur. Nam cum mercatores et nautæ exiguarum mercium causa tam longa maria trajiciant, ac tot fluctus intrepido animo adeant, militesque exigui stipendii causa vitam ipsam pro nihilo ducant, ac dum lucis hujus usura fruuntur, persæpe et fame conflictentur, et magnis itineribus vexentur, perpetuoque in exteris regionibus degant, post etiam nullum hinc vel exiguum vel magnum fructum consequuti, magna ex parte præmaturam ac violentam mortem oppetant: cum cæleste præmium proponitur, ac post mortem major multoque sublimior remuneratio, quam tandem veniam obtinebunt, qui mollitie atque ignavia torpent, ac non ipsam quoque vitam contemnunt ac pro nihilo putant? Hæc igitur omnia tecum considerans, illudque item, res præsentes nihil a fumo et insomniis differre, florentemque hominum statum vernis foliis, quæ simul atque oriuntur statim exarescunt, nihilo præstantiorem esse, da operam, ut omnibus hu-

Οἶδα τὴν ἀγάπην ὑμῶν καὶ τὴν διάθεσιν ἣν περὶ B ἡμᾶς ἔχειν ἐσπουδάκατε. Καὶ συνεχῶς ἐβουλόμην ἐπιστέλλειν· ἀλλ' ὁ τῶν Ἰσαύρων φόβος, πᾶσαν ἀποτειχίσας ὁδὸν, οὐκ ἀφίησιν εὐπορεῖν τῶν πρὸς τοῦτο διακονησομένων ἡμῖν. Ἡνίκα γοῦν ἂν ἐπιτύχωμεν τούτων, τὴν ὀφειλομένην ἀποδιδόαμεν ὑμῖν πρόσρησιν, τὰ συνήθη παρακαλοῦντες ὑμᾶς, μηδὲν θορυβεῖσθαι μηδὲ ταράττεσθαι ὑπὸ τῶν συνεχῶν τούτων καὶ ἐπαλλήλων πειρασμῶν. Εἰ γὰρ ἔμποροι καὶ ναῦται φορτίων ὀλίγων ἕνεκεν οὕτω μακρὰ διαβαίνουσι πελάγη, καὶ τοσούτων κατατολμῶσι κυμάτων· καὶ στρατιῶται δὲ καὶ αὐτῆς καταφρονοῦσι τῆς ζωῆς C ὑπὲρ ἐπικήρου καὶ βραχέος μισθοῦ, καὶ ζῶντες μὲν καὶ λιμῷ μάχονται πολλάκις, καὶ ὁδοιπορίαις μακραῖς κατατείνονται, καὶ διηνεκῶς ἐπὶ τῆς ἀλλοτρίας διάγουσιν, ὕστερον δὲ καὶ ἄωρον καὶ βίαιον πολλοὶ τούτων ὑπομένουσι θάνατον, οὐδὲν ἐντεῦθεν οὐ μικρὸν, οὐ μέγα καρπωσάμενοι· ὅταν οὐράνιος ὁ ἆθλος προκέηται, καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν μείζων ἡ ἀντίδοσις καὶ πολλῷ πλείων, ποίας τεύξονται συγγνώμης οἱ καταμαλακιζόμενοι, καὶ μὴ καὶ αὐτῆς καταφρονοῦντες τῆς ζωῆς; Ταῦτ' οὖν ἅπαντα λογιζομένη, καὶ ὅτι D καπνὸς τὰ παρόντα, καὶ ὄναρ, καὶ πᾶσα εὐημερία ἀνθρωπίνη φύλλων ἠρινῶν οὐδὲν ἄμεινον διάκειται, γινομένων τε ὁμοῦ καὶ μαραινομένων εὐθέως, ὑψηλοτέρα πάντων τῶν τοιούτων γίνου βελῶν. Ἔξεστι γὰρ, ἐὰν θέλῃς, καὶ τὴν βιωτικὴν καταπατῆσαι φαντασίαν. Ἓν σκόπει μόνον, ὅπως μετὰ πολλῆς τῆς σπου-

δῆς τὴν τεθλιμμένην ὁδὸν διανύσαι δυνηθῇς, τὴν [a] πρὸς αὐτὸν ἀνάγουσαν.

jusmodi telis superiorem te præbeas. Licet enim, si modo velis, ipsam quoque vitæ pompam contemnere ac proculcare. Unum id specta, quonam pacto magno cum studio ac diligentia viam arctam, quæ ad cælum vehit, conficere queas.

ρζ'. Κάστῳ, Οὐαλερίῳ, Διοφάντῳ, καὶ Κυριακῷ, πρεσβυτέροις.

Ὃ συμβαίνει τῷ χρυσίῳ βασανιζομένῳ πολλάκις E ὑπὸ πυρὸς, τοῦτο καὶ ταῖς χρυσαῖς εἴωθε προσγίνεσθαι ψυχαῖς ὑπὸ τῶν πειρασμῶν. Ἐκείνην τε γὰρ τὴν ὕλην λαμπροτέραν πολλῷ καὶ καθαρωτέραν ἡ τῆς φλογὸς ἀποφαίνει φύσις, ὁμιλοῦσα αὐτῇ χρόνον τοσοῦτον, ὅσον ἂν ὁ τῆς τέχνης ἐπιτρέπει νόμος· τούς τε τῷ χρυσίῳ κατὰ διάνοιαν ἐοικότας ἀνθρώπους, χρυσίου παντὸς φαιδροτέρους καὶ πολυτελεστέρους μετὰ πολλῆς τῆς περιουσίας ἡ τῶν ἐπαλλήλων πειρασμῶν ἐργάζεται κάμινος. 652 A Διὰ δὴ τοῦτο, καὶ ἐκ τοσούτου καθήμενοι διαστήματος, οὐ παυόμεθα διηνεκῶς μακαρίζοντες ὑμᾶς. Ἴστε γὰρ, ἴστε σαφῶς, ὅσον τῶν τοιούτων ἐπιβουλῶν τὸ κέρδος, καὶ πῶς ἡ τοῦ παρόντος εὐημερία βίου ὄνομα μόνον ἐστὶ ψιλὸν, πράγματος ἔρημον, τὰ δὲ μέλλοντα ἀγαθὰ, πεπηγότα, ἀκίνητα, μόνιμα, ἀθάνατα. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἐστὶ τὸ θαῦμα τῆς ἀρετῆς, ὅτι τοιαῦτα ἡμῖν τὰ ἔπαθλα παρέχεται, ἀλλ' ὅτι καὶ πρὸ τῶν ἐπάθλων οἱ ἀγῶνες αὐτῆς ἔπαθλα γίνονται, καὶ οὐ μόνον τοῦ θεάτρου λυθέντος τὰ βραβεῖα τοῖς νενικηκόσιν ἔρχεται φέρουσα, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῷ μέσῳ τῷ σκάμματι λαμπροὺς τοῖς ἀγωνιζομένοις πλέκει τοὺς στεφάνους. B Διὰ τοῦτο καὶ Παῦλος οὐκ ἐπὶ ταῖς ἀντιδόσεσι τῶν θλίψεων χαίρει καὶ εὐφραίνεται μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπ' αὐταῖς ταῖς θλίψεσι καλλωπίζεται, οὕτω λέγων· Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ καυχώμεθα ἐν ταῖς θλίψεσιν. Εἶτα ἀπαριθμούμενος τὸν ὁρμαθὸν τῶν βραβείων τῆς θλίψεως, φησὶν, ὅτι ὑπομονὴν αὕτη τίκτει, τὴν μητέρα τῶν ἀγαθῶν, τὸν ἀκύμαντον λιμένα, τὴν ἐν γαλήνῃ ζωὴν, τὴν πέτρας ἰσχυροτέραν, καὶ ἀδάμαντος στεῤῥοτέραν, τὴν ὅπλου παντὸς δυνατωτέραν, καὶ τειχῶν ἀσφαλεστέραν. Αὕτη δὲ κατορθωθεῖσα δοκίμους καὶ γενναίους ποιεῖ τοὺς αὐτῆς τροφίμους, καὶ μεθ' ὑπερβολῆς ἀχειρώτους. C Οὐδενὶ γὰρ ἀφίησι τῶν προσπιπτόντων αὐτοῖς θορυβεῖσθαι λυπηρῶν, οὐδὲ ὑποσκελίζεσθαι· ἀλλ' ὥσπερ ἡ πέτρα ὅσῳπερ ἂν ὑπὸ πλειόνων παίηται κυμάτων, αὕτη μὲν ἐκκαθαίρεται μειζόνως, οὐδὲ μικρὸν κινουμένη, τῶν δὲ προσρηγνυμένων αὐτῇ τὸν ὄγκον ὑδάτων διαφθείρει ῥᾳδίως, οὐ τῷ παίειν, ἀλλὰ τῷ παίεσθαι ἀφανίζουσα· οὕτω δὴ καὶ ὁ δόκιμος ἐξ ὑπομονῆς γενόμενος, πάσης

CVII. *Casto, Valerio, Diophanto, et Cyriaco, presbyteris.*

Quod auro, cum igni sæpe probatur, accidit, Cucuso anno 405. hoc etiam aureis animis a tentationibus evenire solet. Ut enim flammæ natura materiam illam, cum quamdiu artis lex permittit cum ea versatur, longe splendidiorem ac puriorem reddit: eodem modo frequentium tentationum fornax homines eos, qui mente ad auri similitudinem accedunt, auro quovis splendidiores ac longe præstantiores efficit. Ob eamque causam, quamvis tam longe a vobis sejuncti simus, vos tamen beatos prædicare numquam desinimus. Scitis enim, scitis, inquam, perspicue, quantum hujusmodi insidiarum lucrum sit, atque hujus vitæ prosperitatem nudum dumtaxat et inane vocabulum ac re vacuum esse, futura autem bona, firma, stabilia, certa, immortalia. Nec vero hoc dumtaxat admirandi virtus habet, quod hæc nobis præmia conciliat, verum etiam quod ante præmiorum tempus ipsius certamina præmiorum rationem habent, atque ipsa non modo soluto theatro victoribus palmam affert, sed etiam in media arena præclaras athletis coronas nectit. Ac proinde Paulus quoque non ob calamitatum præmia dumtaxat gaudet ac lætatur, verum etiam ob ipsas quoque calamitates gloriatur, his verbis utens: *Non solum autem, sed et gloriamur in tribulationibus.* Rom. 5. 3. Ac deinde præmiorum eorum, quæ ex calamitate ortum trahunt, seriem enumerans, ait: *Tribulatio patientiam parit;* hanc, inquam, bonorum matrem, portum fluctibus vacuum, tranquillam vitam, rupe fortiorem, adamante firmiorem, quibusvis armis valentiorem, ac mœnibus tutiorem. Hæc autem omnibus numeris perfecta et absoluta alumnos suos probatos et generosos atque incredibilem quemdam in modum invictos reddit. Nullis enim molestiis, quæ subinde illis accidunt, ipsos perturbari ac dejici sinit: verum quemadmodum rupes, quo pluribus fluctibus verberatur, ipsa quidem purior efficitur, ac ne tantillum quidem emovetur, aquarum autem quæ ipsi alliduntur

[a] Legisse videtur Interpres πρὸς οὐρανὸν ἀνάγουσαν.

tumorem nullo negotio dissipat ac delet, non jam percutiens, sed percussa: eodem scilicet modo is quoque qui patientia exploratus est, insidias omnes superat: quodque mirandum est, plus roboris hinc colligit, non inferendis, sed perpetiendis malis, eos qui inferunt mira facilitate frangens ac dissolvens. Hæc non eo scripsi, quod hac in re me magistro opus haberetis; mihi enim prudentia vestra explorata est, quippe quam rebus ipsis testatam feceritis: nam quæ nos sermone nunc docuimus, hæc ipsi perferendis calamitatibus prædicastis. Quamobrem non quod me magistro opus haberetis, hæc scripsi, verum quoniam diuturno tempore siluistis, vel, ut rectius dicam, utrique diuturno silentio usi sumus, idcirco longiore hac epistola uti libuit. Porro cum ad tam fortes ac strenuos patientiæ pugiles scriberem, de qua tandem alia re verba facere oportebat, quam de his, ob quas tantopere clari ac celebres exstitistis? Ac ne hic quidem dimicationis fructus subsistit; verum longius

Rom. 5. 4. progreditur ac scaturit. *Probatio* enim, inquit, *spem parit:* et quidem spem reipsa omnino eventuram, non autem huic humanæ similem, quæ sæpenumero, postquam laboribus divexarit eos qui ipsi inhiant, laborum fructus eis reddere nequit, verum præter detrimentum eos etiam in ignominiam et periculum conjicit. At hæc non ejusmodi est: quandoquidem nec ipsa humana est. Id quod uno verbo declarans Paulus, his

Ibid. verbis utebatur: *Spes autem non confundit.* Neque enim dumtaxat eum qui hujusmodi certaminibus fungitur, detrimento ac pudore non afficit, verum etiam laboribus ac sudoribus longe ampliores opes et gloriam ipsi affert. Nam ea manus illius, quæ horum laborum mercedem præbet, natura est. Epistolæ modum forsan excessimus: at non apud vos, a quibus tam impense amamur. Nam cum non epistolarum, sed amicitiæ lege res hujusmodi ponderetis, minime sane mihi dubium est, quin exiguam quoque hanc epistolam existimaturi sitis. Sed quamquam brevis vobis esse videatur, hujus quoque tamen mercedem a vobis efflagitare minime desinam. Quam tandem? Non ut a vobis amer: neque enim flagitatore ad eam rem vobis opus est, cum hoc sponte copiosissime semper et persolvatis et debeatis: nec item ut nobis rescribatis: illud enim mihi persuasissimum est, vos ne ad hoc quidem monitore opus habere. Quænam igitur hæc merces est? Nimirum ut illud ex vobis intelligam, vos læto atque hilari animo esse, atque

ἀνώτερος ἕστηκεν ἐπιβουλῆς. Καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν, ὅτι ἰσχυρότερος γίνεται, οὐ τῷ ποιεῖν κακῶς, ἀλλὰ τῷ πάσχειν κακῶς τοὺς ποιοῦντας διαλύων ῥᾳδίως.
D Ταῦτα οὐχ ὡς δεομένοις παρ' ἡμῶν μανθάνειν ἐπέσταλκα· οἶδα γὰρ ὑμῶν τὴν σύνεσιν, ἣν καὶ διὰ τῶν ἔργων αὐτῶν ἐπεδείξασθε· ἃ γὰρ διὰ ῥημάτων ἐφιλοσοφήσαμεν νῦν ἡμεῖς, ταῦτα ὑμεῖς δι' ὧν ἐπάθετε ἀνεκηρύξατε. Οὐ τοίνυν ὡς δεομένοις μανθάνειν παρ' ἡμῶν ταῦτα ἐπέσταλκα, ἀλλ' ἐπειδὴ μακρὸν ἐσιγήσατε χρόνον, μᾶλλον δὲ κοινῇ μακρὰν ἐσιγήσαμεν σιγὴν, ἐβουλήθην καὶ τὴν ἐπιστολὴν γενέσθαι μακράν. Ἀθληταῖς δὲ ὑπομονῆς οὕτω γενναίοις ἐπιστέλλοντα, περὶ τίνος ἑτέρου διαλέγεσθαι ἐχρῆν, ἢ περὶ τούτων, δι' ὧν οὕτως ἀνεφάνητε λαμπροὶ καὶ
E εὐδόκιμοι; Ἀλλ' οὐδὲ ἐνταῦθα ἵσταται τῆς ἀθλήσεως ὁ καρπὸς, ἀλλὰ πρόεισι περαιτέρω βρύων. Ἡ γὰρ δοκιμὴ, φησὶν, ἐλπίδα τίκτει· ἐλπίδα πάντως ἐπὶ τῶν πραγμάτων ἐκβησομένην, οὐ κατὰ τὴν ἀνθρωπίνην ταύτην, ἣ κατατείνασα πολλάκις τοῖς πόνοις τοὺς πρὸς αὐτὴν κεχηνότας, οὐκ ἴσχυσε τοὺς καρποὺς ἀποδοῦναι τῶν πόνων αὐτοῖς, ἀλλὰ μετὰ τῆς ζημίας, καὶ αἰσχύνῃ καὶ κινδύνοις αὐτοὺς περιέβαλεν. Ἀλλ'
653 οὐχ αὐτὴ τοιαύτη, ἐπειδὴ οὐδὲ ἀνθρωπίνη. Ὅπερ
A ἑνὶ ῥήματι δηλῶν ὁ Παῦλος ἔλεγεν· Ἡ δὲ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει. Οὐ γὰρ δὴ μόνον οὐ ζημιοῖ τὸν τὰ τοιαῦτα ἀγωνιζόμενον, οὐδὲ οὐ μόνον οὐ καταισχύνει, ἀλλὰ καὶ πολλῷ πλείονα καὶ πλοῦτον καὶ δόξαν αὐτῷ τῶν πόνων καὶ τῶν ἱδρώτων ἔρχεται φέρουσα. Τοιαύτη γὰρ ἡ χαριζομένη χεὶρ τούτων τῶν πόνων τὰς ἀμοιβάς. Τάχα ὑπερέβημεν τὸ μέτρον τῆς ἐπιστολῆς, ἀλλ' οὐ παρ' ὑμῖν τοῖς οὕτω σφοδροῖς ἡμῶν ἐρασταῖς. Οὐ γὰρ ἐπιστολιμαίων γραμμάτων νόμῳ, ἀλλὰ θεσμῷ φιλίας τὰ τοιαῦτα κρίνοντες, εὖ οἶδ' ὅτι καὶ βραχεῖαν εἶναι ταύτην ἡγήσεσθε τὴν ἐπιστολήν. Ἀλλ'
B ὅμως εἰ καὶ βραχεῖα ὑμῖν εἶναι δοκεῖ, οὐ παύσομαι καὶ ταύτης ἀπαιτῶν ὑμᾶς τοὺς μισθοὺς, οὐ τὸ φιλεῖσθαι παρ' ὑμῶν· οὐ γὰρ δεῖσθε εἰς τοῦτο τοῦ ἀπαιτήσοντος, οἴκοθεν αὐτὸ μετὰ πολλῆς ἀεὶ τῆς δαψιλείας καὶ κατατιθέντες καὶ ὀφείλοντες· οὐδὲ τὸ ἀντιγράψαι ἡμῖν· οἶδα γὰρ ὅτι οὐδὲ εἰς τοῦτο ἑτέρου τινὸς ὑμῖν δεῖ τοῦ ἀναμνήσοντος ὑμᾶς· ἀλλὰ τίς ὁ μισθός; Τὸ δῆλον ἡμῖν ποιῆσαι, ὅτι σκιρτᾶτε, ὅτι χαίρετε καὶ εὐφραίνεσθε, καὶ ὅτι οὐδὲν ὑπὸ τῶν ἐπενεχθέντων ὑμῖν πεπόνθατε δεινῶν, ἀλλὰ πλείονος ἡδονῆς ὑμῖν ὑπόθεσις αἱ ἐπιβουλαὶ γίνονται. Ἂν γὰρ δεξώμεθα ἐπιστολὴν ταῦτα φέρουσαν ἡμῖν τὰ εὐαγγέλια, καὶ
C ἐρημίας, καὶ λιμοῦ, καὶ λοιμοῦ, καὶ πολέμων Ἰσαυρικῶν, καὶ ἀῤῥωστίας ἁπάσης, οἷς ἅπασιν ἐκδεδόμεθα νῦν, ἔσται ἡμῖν παράκλησις τὰ τοιαῦτα γράμματα, καὶ φάρμακα, καὶ ἰατρεῖα. Ἐννοοῦντες τοίνυν ἡλίκα ἡμῖν χαριεῖσθε, καὶ ἐπιστεῖλαι, καὶ ταῦτα ἡμῖν ἐπιστεῖλαι παρακλήθητε, ἵνα ἡμᾶς, καὶ ἐκ το-

σούτου καθημένους διαστήματος, πολλῆς ἐμπλήσητε τῆς εὐφροσύνης.

ex illatis vobis acerbitatibus non modo nulla mœstitia affici, verum insidias, quæ vobis fiunt, majoris etiam voluptatis materiam afferre. Nam si epistolam hujusmodi nuntium ferentem acceperimus, ea nobis et solitudinis, et famis, et pestis, et Isauricorum bellorum, et morborum omnium, quibus omnibus malis nunc vexamur, solatium et remedium ac sanatio futura est. Cogitantes igitur, quantam a nobis gratiam inituri sitis, ad nos, quæso, scribite, et res ejusmodi scribite, quo tanto licet intervallo a vobis sejunctos ingenti lætitia perfundatis.

ρη'. Οὐρβικίῳ ἐπισκόπῳ.

Εἰ καὶ πολὺν ἔχω χρόνον μὴ συγγενόμενός σου τῇ εὐλαβείᾳ, ἀλλ' οὐδὲν ἐντεῦθεν ῥαθυμότερος περὶ τὸ φιλεῖν γέγονα. Τοιαύτη γὰρ τῆς γνησίας ἀγάπης ἡ φύσις· οὐ χρόνῳ μακρῷ μαραίνεται, οὐ δυσκολίᾳ πραγμάτων ἀμαυροῦται, ἀλλὰ μένει διηνεκῶς ἀκμάζουσα. Διὸ δὴ καὶ ἡμεῖς, καὶ ἐν πολλαῖς περιστάσεσι γενόμενοι, καὶ νῦν εἰς τὴν ἐσχάτην τῆς οἰκουμένης ἐρημίαν ἀπενεχθέντες, καὶ φόβῳ συζῶντες διηνεκεῖ τῷ τῶν λῃστῶν, καὶ πολιορκίᾳ καινῇ (καθ' ἑκάστην γὰρ ἡμέραν ἡ Κουκουσὸς πολιορκεῖται, τὰς ὁδοὺς τῶν λῃστῶν ἀποτειχισάντων), οὐδενὶ τούτων γεγόναμεν ῥαθυμότεροι περὶ τὴν σὴν εὐλάβειαν, ἀλλὰ καὶ γράφομεν, καὶ τὴν ὀφειλομένην ἀποδιδόαμεν πρόσρησιν, καί σε παρακαλοῦμεν, εἰ μὴ βαρὺ, μηδὲ ἐπαχθὲς, καὶ αὐτὸν ἡμῖν ἐπιστέλλειν. Οὕτω γὰρ καὶ ἡδονὴν πολλὴν καρπωσόμεθα, παρ' ὑμῶν τῶν οὕτω γνησίως ἀγαπώντων ἡμᾶς δεχόμενοι γράμματα, καὶ διὰ τούτων τὴν παρουσίαν φανταζόμενοι τὴν ὑμετέραν.

CVIII. *Urbicio episcopo.*

Etsi consuetudinem tecum jamdiu minime habui, nihilo propterea segnior in amore factus sum. Ejusmodi enim veræ caritatis natura est, ut nec temporis diuturnitate languescat, nec rerum difficultatibus obscuretur, sed perpetuum florem ac vigorem retineat. Quamobrem nos quoque, quamvis multis incommodis premamur, ac nunc in extremam orbis solitudinem avecti simus, atque in perpetuo prædonum metu novoque obsidionis genere vivamus (circumsidetur enim quotidie Cucusus, omnibus nimirum viis a latronibus interclusis): nihil tamen horum efficere potuit, ut mea erga te officia minus constarent. Quin potius et scribimus ipsi, ac debitum salutationis munus tibi persolvimus, et te vicissim rogamus, ut nisi grave ac molestum est, ipse quoque ad nos scribas. Sic enim ingenti quoque voluptate afficiemur, cum a vobis, a quibus tam sincere amamur, literas accipiemus, ac per eas præsentiam vestram nobis animo et cogitatione fingemus.

Cucuso anno 404.

ρθ'. [a] Ῥουφίνῳ ἐπισκόπῳ.

Οἶδά σου τῆς ἀγάπης τὸ στεῤῥόν. Ὀλίγα μέν σοί

CIX. *Rufino episcopo.*

Scio quam firma caritate sis. Quamvis enim

Cucuso anno 404.

[a] In Edit. Savil. legitur Ῥουφίνῳ ἐπισκόπῳ [Ῥώσου], sic voce Ῥώσου inter uncinos posita quasi in textum alicunde sit invecta [imo quasi a quibusdam Codicibus absit, ut ipse loquitur Sav. in Præfat. Tom. 1] : idem vero Savil. in epistola 235, quæ est ad Porphyrium episcopum, non addit vocem Ῥώσου, quæ est ibi. In utraque Morelli Editione Ῥουφίνῳ ἐπισκόπῳ legitur, sine addito Ῥώσου, atque sic in omnibus omnino Mss. tum Frontonianis, tum nostris; ita secundum Savilium Rufinus, secundum Frontonianam Editionem Porphyrius episcopus fuerit Rhosi; pro Frontoniana lectione sunt omnes Mss, pro Saviliana nullus affertur, voxque inter uncinos, quasi invecta, ponitur : ita ut Frontonianæ standum omnino videatur. Attamen Tillemontius vult credere Rufinum fuisse episcopum Rhosi, quia scilicet cum Porphyrium alloquitur Chrysostomus, ait ipsum e vicino sedes habere; at Rhosus, inquit, non tam vicina Cucuso erat. Verum, ut Cucusum in Cilicia ponunt non pauci geographi, sic etiam Rhosum in Cilicia plerique omnes constituunt. Quod si tabulæ geographicæ, ut annotat ibidem Tillemontius, Rhosum Antiochiæ quam Cucuso viciniorem statuunt : nescio utrum hisce tabulis sit usquequaque fidendum, et alioquin ex ipso Tillemontio Antiochia non tanto terrarum intervallo Cucuso distabat, Rhosus autem inter ambas quasi dimidium spatii occupabat. Ut ut res est, omnium Mss. lectionem sequi debemus.

exigua mihi tecum aliquando Antiochiæ consuetudo fuerit, reverendissime ac religiossime mi domine, tamen ingens pietatis tuæ ac prudentiæ documentum cepi. Quo quidem ex tempore, tametsi longo, ardentem semper erga te caritatem retinui, ac perinde atque si heri dumtaxat et nudiustertius te vidissem, ita præsentiam tuam imaginor. Proindeque et scribo, et te item rogo, ut nostri memoriam minime intermittas. In Cucusum, hoc est in locum totius nostri orbis desertissimum, abducti sumus, ac singulis pene diebus Isaurorum incursionibus obsidemur. Et tamen, tot licet incommodis laborantes, si de caritate vestra minime dubio animo simus, nosque sinceram vestram benevolentiam obtinere perspicue sciamus, non vulgarem in his quoque calamitatibus consolationem capiemus.

654 A ποτε συνεγενόμεθα ἐν Ἀντιοχείᾳ, δέσποτά μου τιμιώτατε καὶ εὐλαβέστατε, πολλὴν δέ σου πεῖραν τῆς εὐλαβείας καὶ τῆς συνέσεως εἰληφότες, καὶ τῆς περὶ ἡμᾶς ἀγάπης. Ἐξ ἐκείνου, καίτοι πολλοῦ μεταξὺ γενομένου τοῦ χρόνου, τὴν περὶ σὲ ἀγάπην ἀκμάζουσαν διατηροῦμεν, καὶ ὡς χθὲς καὶ πρώην σε ἑωρακότες, οὕτως σου φανταζόμεθα τὴν παρουσίαν. Διὸ καὶ ἐπιστέλλομεν, καὶ παρακαλοῦμεν μεμνῆσθαι ἡμῶν διηνεκῶς. Ἀπήχθημεν εἰς χωρίον τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης ἐρημότατον, τὴν Κουκουσὸν, καὶ καθ' ἑκάστην σχεδὸν τὴν ἡμέραν ὑπὸ τῆς τῶν Ἰσαύ- B ρων πολιορκούμεθα ἐφόδου. Ἀλλ' ὅμως, καὶ ἐν τοσαύταις ὄντες περιστάσεσιν, ἢν θαῤῥῶμεν περὶ τῆς ἀγάπης τῆς ὑμετέρας, καὶ ἴδωμεν σαφῶς, ὅτι γνησίας ἀπολαύομεν διαθέσεως, οὐ τὴν τυχοῦσαν καὶ ἐν ταῖς θλίψεσι ταύταις καρπωσόμεθα τὴν παράκλησιν.

CX. Basso episcopo.

ρι'. Βάσσῳ ἐπισκόπῳ.

Cucuso anno 404.

Quid causæ est, quamobrem, cum tantam erga nos, et superiori tempore, et nuper Constantinopoli caritatem præ te tuleris, tamen posteaquam nos tibi vicinos esse audiisti, ne literas quidem ad nos dare dignatus es? An nescis quo erga pietatem tuam animo simus, et quibus amicitiæ vinculis tecum devincti? Equidem ipse spem habebam fore, ut et ipse huc venires, et nobis in tanta solitudine positis solatium adhiberes. Quid enim Cucuso desertius esse queat, quæ præter solitudinem Isaurorum etiam incursionibus obsidetur? Quod si hoc tum propter latronum metum, tum propter viæ difficultatem, laboriosum tibi ac molestum esse videtur, saltem ad nos scribere, ac de tua valetudine certiores nos facere ne graveris: quo licet in externa terra degentes, ingentem hinc consolationem capiamus.

Τί τοῦτο; Ὁ τοσαύτην περὶ ἡμᾶς ἀγάπην ἐπιδειξάμενος, καὶ ἐν τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ, καὶ ἔναγχος ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἀκούσας ἡμᾶς ἐκ γειτόνων C εἶναι τῆς σῆς τιμιότητος, οὐδὲ γραμμάτων ἡμᾶς ἠξίωσας. Οὐκ οἶσθ' ὅπως διακείμεθά σου περὶ τὴν εὐλάβειαν, καὶ ὅπως συνδεδέμεθά σοι τῷ τῆς φιλίας δεσμῷ; Ἐγὼ μὲν γὰρ προσεδόκων σε καὶ ἥξειν ἐνταῦθα, καὶ παρακαλέσειν ἡμᾶς ἐν ἐρημίᾳ τοσαύτῃ καθεστῶτας. Τί γὰρ ἂν γένοιτο ἐρημότερον Κουκουσοῦ, μετὰ τῆς ἐρημίας, καὶ ὑπὸ τῆς τῶν Ἰσαύρων πολιορκουμένης ἐφόδου; Ἀλλ' ὅμως, εἰ τοῦτο ἐργῶδες διά τε αὐτῶν τῶν λῃστῶν τὸν φόβον, διά τε τῆς ὁδοῦ τὴν δυσχολίαν, γράφειν ἡμῖν μὴ κατόκνει, καὶ τὰ D περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς εὐαγγελίζεσθαι, ἵνα, καὶ ἐν ἀλλοτρίᾳ διατρίβοντες, πολλὴν ἐντεῦθεν καρπωσώμεθα τὴν παράκλησιν.

CXI. Anatolio episcopo Adanæ.

ρια'. Ἀνατολίῳ ἐπισκόπῳ Ἀδάνης.

Cucuso anno 404.

Cum ardentem tuum erga me amorem, idque de facie minime notum, ex multorum sermone accepissem, equidem tecum quoque congredi cuperem. Quoniam autem nulla spes affulget fore, ut nobis id liceat, negatum congressum literarum colloquio compenso, mihi amplissimum beneficium præbens. Quamquam enim Cucusus, quo nunc abducti sumus, desertissimus locus est, ac multorum periculorum plenus, perpetuaque la-

Ἐγὼ μὲν καὶ συγγενέσθαι ἐπεθύμουν σου τῇ τιμιότητι, παρὰ πολλῶν ἀκούων τὸν θερμὸν ἔρωτα, ὃν περὶ ἡμᾶς ἔχεις, καὶ ταῦτα μὴ συγγενόμενος ἡμῖν. Ἐπειδὴ δὲ τοῦτο τέως οὐκ ἔνι, τὸ τῆς συνουσίας [a] ἐλπὶς γενέσθαι, διορθοῦμαι τῇ τῶν γραμμάτων ὁμι- E λίᾳ, χάριν ἑαυτῷ παρέχων μεγίστην. Εἰ γὰρ καὶ ἐρημότατον χωρίον, εἰς ὃ νῦν ἀπηνέχθημεν, ἡ Κουκουσὸς, καὶ κινδύνων γέμον πολλῶν, καὶ φόβῳ διηνεκεῖ τῶν λῃστῶν πολιορκούμενον, ἀλλ' οὐδὲν τούτων

[a] Forte ἐλπίδα. In Savil. hæc mutila sunt.

ἡμᾶς θορυβεῖ, οὐδὲ διαταράττει, τῆς ὑμετέρας ἀπολαύοντας ἀγάπης· ἀλλ' εἰ καὶ τῷ σώματι διεστήκαμεν, τῇ ψυχῇ συνδεδεμένοι μετὰ πολλῆς τῆς σφοδρότητος ὑμῖν, τὴν ὑμετέραν μᾶλλον τὴν ἀτάραχον καὶ ἀπόλεμον, ἢ τὴν Κουκουσὸν οἰκεῖν δοκοῦμεν, ἀεὶ μεθ' ὑμῶν ὄντες τῇ διαθέσει, καὶ ὅπουπερ ἂν ὦμεν, ἐπὶ διανοίας σε περιφέροντες.

tronum incursione circumsessus : nihil tamen horum est quod nobis tumultum ac perturbationem afferat, dum vestram benevolentiam obtineamus : verum etiamsi corpore disjuncti simus, arctissimis tamen animi vinculis vobiscum adstricti, tranquillam ac bellis vacuam regionem vestram potius, quam Cucusum, incolere nobis videmur, ut qui animo vobiscum semper versemur, atque ubicumque simus, mente et cogitatione vos circumferamus.

ριβ'. [a] Θεοδώρῳ ἐπισκόπῳ.

655 A

Εἰ μὲν οἷόν τε ἦν καὶ ἐλθεῖν, καὶ περιπτύξασθαί σου τὴν εὐλάβειαν, καὶ ἐντρυφῆσαί σου τῇ ἀγάπῃ διὰ τῆς παρουσίας αὐτῆς, μετὰ πολλῆς ἂν τοῦτο ἐποιήσαμεν τῆς σπουδῆς, καὶ τοῦ τάχους· ἐπειδὴ δὲ τοῦτο οὐκ ἐφ' ἡμῖν κεῖται νῦν, διὰ τῶν γραμμάτων τὸ αὐτὸ τοῦτο πληροῦμεν. Κἂν γὰρ πρὸς αὐτὰς τῆς οἰκουμένης τὰς ἐσχατιὰς ἀπενεχθῶμεν, ἐπιλαθέσθαι σου τῆς ἀγάπης οὐ δυνάμεθα, τῆς γνησίας, καὶ θερμῆς, καὶ εἰλικρινοῦς, καὶ ἀδόλου, τῆς τε ἄνωθεν, καὶ ἐξ ἀρχῆς, ἥν τε ἐπεδείξω νῦν.
B Οὐδὲ γὰρ ἔλαθεν ἡμᾶς ὅσα καὶ εἰπεῖν καὶ ποιῆσαι ὑπὲρ ἡμῶν ἐσπούδασας, δέσποτά μου τιμιώτατε καὶ θεοφιλέστατε. Εἰ δὲ μηδὲν γέγονε πλέον, ἀλλὰ τὸν Θεὸν ὀφειλέτην ἔχεις τῆς σπουδῆς, καὶ τῆς προθυμίας, καὶ τὸν μισθὸν ἀπηρτισμένον. Καὶ ἡμεῖς οὐ παυόμεθα χάριν εἰδότες σου τῇ ὁσιότητι, καὶ πρὸς ἅπαντας ἀνακηρύττοντές σου τὴν εὐλάβειαν, καὶ παρακαλοῦντες τὴν αὐτὴν ἀγάπην διὰ παντὸς ἀκμάζουσαν διατηρεῖν. Οὐ γὰρ τὴν τυχοῦσαν, καὶ ἐν ἐρημίᾳ καθήμενοι, καρπούμεθα τὴν παράκλησιν, ὅταν τοσοῦτον [b] ἐν καρδίᾳ θησαυρὸν καὶ πλοῦτον ἀποκείμενον ἔχωμεν, τῆς ἐγρηγορυίας καὶ γενναίας σου ψυχῆς τὴν ἀγάπην.

CXII. *Theodoro episcopo.*

Si fieri potuisset, ut ad te proficiscerer, coramque maxima cum voluptate caritate tua fruerer, fecissem id quidem diligenter, magnaque cum celeritate : quoniam autem id nunc arbitrii nostri minime est, per literas hoc ipsum præstamus. Quamvis enim ad ipsos quoque orbis terræ fines relegati simus, sinceræ tamen ac germanæ minimeque fucatæ caritatis tuæ, quam et jam pridem, atque ab initio, et nunc etiam ostendisti, memoriam abjicere minime possumus. Nec vero clam me est, reverendissime ac religiosissime domine, quot quantaque nostri causa et dicere et facere studuisti. Quod si nihil hinc profectum est, at Deum tamen hujusce studii promtitudinisque animi debitorem habes, mercedemque perfectam ac numeris omnibus cumulatam. Ac nos etiam tuæ sanctitati gratiam habere, tuamque pietatem apud omnes prædicare minime desinimus, teque hortari atque obsecrare, ut eamdem caritatem perpetuo vigentem retineas. Neque enim, in hac licet solitudine affixi, vulgarem consolationem capimus, cum tantum in corde thesaurum, tantasque opes reconditas habemus, hoc est vigilantis ac generosi animi tui caritatem.

Cucuso anno 404.

[a] *Θεοδώρῳ ἐπισκόπῳ.* Hic putatur esse Theodorus Mopsuestenus ab adolescentia Chrysostomo amicus et familiaris, ad quem missas duas epistolas habes in principio Tomi primi Operum Chrysostomi. In Concilio tamen V, Tomo V Labbæi p. 490, negatur eum cui hæc mittitur epistola esse Theodorum Mopsuestenum : sed nulla allata negandi causa. Vide notam sequentem.

[b] *Ὅταν τοσοῦτον ἐν καρδίᾳ θησαυρόν.* Hunc locum retractatum mutatumque fuisse ex sequentibus liquebit. Facundus Hermianensis lib. 7, cap. 7, p. 633, Edit. Sirmondi, pro *ἐν καρδίᾳ* legit *ἐν Κιλικίᾳ*, *in Cilicia*, alii *ἐν καρδίᾳ*. Ex quatuor autem Mss. quos ad hanc epistolam emendandam habuimus, quorum unus Regius, duo Vaticani, et unus Coislinianus, Regius et unus Vaticanus nullam varietatem præ se ferunt : Vaticanus alter in vocem *ἔχωμεν* desinit, et sequentia prætermittit : Coislinianus autem omnium antiquissimus sic habet : [*ὅταν τοσοῦτον ἐν καρδίᾳ θησ. κ. πλ. ἀ.*] *ἔχωμεν καὶ ἐγρηγορυίας τὰς διανοίας· τοιοῦτον γὰρ τῆς γενναίας σου ψυχῆς ἡ ἀγάπη.* Itaque illud *ἐν Κιλικίᾳ*, quod cum serie ut in textu Facundi habetur quadrat, melius etiam quadrabit cum Vaticano, cujus sensus erit : *Cum tantum in Cilicia thesaurum, tantas opes reconditas habeamus :* vel etiam cum Coisliniano, cujus sensum sic effero : *cum tantum in Cilicia thesaurum, tantasque opes reconditas habeamus, mentemque pervigilem, tanta quippe est generosæ animæ tuæ caritas.* Certe, ut mihi quidem videtur, quamcumque lectionem sequamur, si *ἐν Κιλικίᾳ* legamus, series melius quadrabit. Si autem Theodorus hic in Cilicia episcopus fuerit, erit haud dubie Mopsuestenus, cum nullum alium in Cilicia episcopum Chrysostomi amicum fuisse sciamus,

CXIII. Palladio episcopo.

Ab anno 404. ad 407.

Pro eo quidem statu, quo res nostræ sunt, consolatione nihil opus habemus: siquidem ad consolationem nobis abunde est rerum quæ contigerunt argumentum. At vero communem Ecclesiarum tempestatem, ac naufragium illud, quod terrarum orbem invasit, luctu lacrymisque prosequimur: vosque omnes obsecramus, ut precibus juvetis, quo hæc internecio tandem aliquando depellatur, cunctaque ad summam tranquillitatem redeant. Hoc, quæso, facere ne intermittatis. Nam cum in occulto delitescatis, spatium habetis cum mente contrita precibus inhærendi. Porro minime parvum hoc existimandum est, nimirum benigno Deo ad pedes accidere. Quare sine intermissione hæc facite: et quam sæpissime licuerit, ad nos literas date. Nam etsi longo itineris intervallo a vobis semoti simus, nullum tamen diem prætermittimus, quin rerum vestrarum cura tangamur, eosque qui istinc veniunt (etiam si id raro contingat) interrogemus, curiosique sciscitemur. Ut igitur apertius omnia sciamus, hanc nobis, cum occasio se offeret, gratiam concedite, ut de vestra valetudine nos certiores faciatis, quo licet in solitudine degentes, ingenti solatio afficiamur.

C

ριγ'. Παλλαδίῳ ἐπισκόπῳ.

Ὑπὲρ μὲν τῶν καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς οὐδὲν δεόμεθα παρακλήσεως· ἀρκεῖ γὰρ ἡμῖν εἰς παράκλησιν τῶν γενομένων ἡ ὑπόθεσις. Θρηνοῦμεν δὲ τὸν κοινὸν τῶν Ἐκκλησιῶν χειμῶνα, καὶ τὸ τὴν οἰκουμένην καταλαβὸν ναυάγιον, καὶ πάντας ὑμᾶς παρακαλοῦμεν εὐχαῖς βοηθεῖν, ὥστε τὴν πανωλεθρίαν ταύτην λυθῆναί ποτε, καὶ εἰς λευκὴν ἅπαντα μεταβαλεῖν γαλήνην.
D Τοῦτο δὴ ποιοῦντες μὴ διαλίπητε. Λανθάνοντες γὰρ καὶ κρυπτόμενοι, πλείονα σχολὴν ἔχετε νῦν προσκαρτερεῖν ταῖς εὐχαῖς, καὶ μετὰ θλιβομένης διανοίας. Οὐ μικρὸν δὲ τοῦτο, τῷ φιλανθρώπῳ προσπίπτειν Θεῷ. Μὴ διαλίπητε οὖν τοῦτο ποιοῦντες, καὶ ἡνίκα ἂν ἐξῇ, καὶ γράφετε ἡμῖν συνεχῶς. Εἰ γὰρ καὶ πολλῷ τῷ μήκει τῆς ἐμμελείας ὑμῶν ἀπῳκίσθημεν, ἀλλ' οὐ παυόμεθα καθ' ἑκάστην ἡμέραν μεριμνῶντες τὰ ὑμέτερα, καὶ τοὺς ἐκεῖθεν ἀφικνουμένους (εἰ καὶ τούτων
656 σπανιάκις ἐπιτυγχάνομεν) ἐρωτῶντες καὶ περιεργα-
A ζόμενοι. Ἵν' οὖν σαφέστερον πάντα εἰδότες ὦμεν, ὅταν ἐγχωρῇ, παρέχετε ταύτην ἡμῖν τὴν χάριν, περὶ τῆς ὑγιείας τῆς ὑμετέρας εὐαγγελιζόμενοι ἡμᾶς, ἵνα καὶ ἐν ἐρημίᾳ διατρίβοντες πολλὴν καρπωσώμεθα τὴν παράκλησιν.

CXIV. Elpidio episcopo.

Cucuso anno 404. Hic Elpidius erat episc. Laodicenus.

Hoc quoque tuum est, hoc prudentis ac vigilantis naucleri, nempe ne in tantam quidem altitudinem assurgente tempestate animum dejicere, verum constanter adhuc in cura et sollicitudine versari, ac pro virili parte omnia præstare atque quoquo gentium per literas cursitare, ac tum propinquos tum remotos inter se conciliare, excitare, acuere, unumquemque admonere, ne fluctibus ac procellis se abripi sinat, verum stet ac vigilet, etiamsi alioqui innumeri alii fluctus his atrociores instent, ac etsi uno in loco positum, per consilia et cohortationes passim pervolare. Nihil quippe nobis, licet tanto spatio dissitis, latet eorum quæ ad te spectant. Ideo pietatem tuam,

ριδ'. Ἐλπιδίῳ ἐπισκόπῳ.

Καὶ τοῦτο σὸν, τοῦτο νήφοντος καὶ ἐγρηγορότος κυβερνήτου, τὸ μηδὲ εἰς τοσοῦτον ἀρθέντος τοῦ χειμῶνος ἀναπεσεῖν, ἀλλ' ἐπιμένειν ἔτι μεριμνῶντα καὶ
B φροντίζοντα, καὶ κατὰ τὸ ἐγχωροῦν τὰ ἑαυτοῦ πάντα εἰσφέροντα, πανταχοῦ [a] διὰ τῶν γραμμάτων περιτρέχοντα, τοὺς ἐγγὺς, τοὺς πόῤῥωθεν συγκροτοῦντα, διεγείροντα, παρεγγυῶντα μηδένα τῷ κλυδωνίῳ παρασυρῆναι, ἀλλ' ἑστάναι, καὶ νήφειν, κἂν μυρία τούτων ἐπίῃ χαλεπώτερα κύματα, καὶ ἐν ἑνὶ ἱδρυμένον τόπῳ, πανταχοῦ διὰ τῆς παραινέσεως ἵπτασθαι. Οὐδὲν γὰρ ἡμᾶς ἔλαθε τῶν σῶν, καίτοι ἐκ τοσούτου καθημένους διαστήματος. Διὸ καὶ μακαρίζομεν καὶ θαυμάζομέν σου τὴν εὐλάβειαν, καὶ τὴν διεγηγερμένην ψυχὴν, καὶ τὴν ἀπερίτρεπτον γνώμην, καὶ τὴν ἐν τοσούτῳ γήρᾳ

præterquam Theodorum Mopsuestenum. Imo vero, ut optime observavit Tillemontius, utrovis modo legas, ἐν Κιλικίᾳ scilicet, aut ἐν καρδίᾳ, hunc tamen Theodorum esse Mopsuestenum omnino videbitur: nam duos solum Theodoros novimus, ad quos hæc epistola missa fuisse potuerit, Mopsuestenum nempe in Cilicia, et Tyaneum in Cappadocia. Cum Tyaneo autem nulla intercessisse videtur cum Chrysostomo consuetudo familiaritasve, cum Mopsuesteno autem a puero amicitia conjunctus fuit Chysostomus. In hac porro epistola magna necessitudinis familiaritatisque testimonia comparent. Hæc iterum excutientur in Vita Chrysostomi.

[a] Duo. Mss. διὰ τῶν πραγμάτων.

νεάζουσαν προθυμίαν· καὶ οὐδὲν ἀπεικός. Ὅταν μὲν C γὰρ τὰ προκείμενα τῆς τοῦ σώματος δέηται ῥώμης, κώλυμα ἐνταῦθα τὸ γῆρας γίνεται· ὅταν δὲ ψυχῆς ἀπαιτῇ φιλοσοφίαν, οὐδὲν ἡ πολιὰ τοῖς κατορθώμασιν ἐπισκοτεῖν εἴωθεν· οὐ τοίνυν οὐδὲ ἐπεσκότησεν, ἀλλ' ἅπαντα παρὰ τῆς σῆς εὐλαβείας εἰσενήνεκται. Ὅτι δὲ καὶ καρπὸν δώσει τὸν προσήκοντα ὁ πόνος οὗτος καὶ ἡ τοσαύτη ἀγρυπνία, οὐδὲν οἶμαι δεῖν ἀμφιβάλλειν. Ἐπειδὴ δὲ μετὰ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης καὶ ἡμετέραν μέριμναν κατεδέξω, διὰ τὴν πολλήν σου καὶ θερμὴν ἀγάπην, καὶ μαθεῖν ἐπιθυμεῖς οἱ διατρίβομεν, καὶ ἐν τίσιν *ὁρμᾷ τὰ ἡμέτερα, καὶ τίνες D οἱ συνόντες ἡμῖν, καὶ μαθεῖν οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ὥστε καὶ χάριν αὐτοῖς εἰδέναι· ἡμεῖς μὲν ὑπὲρ τῆς τοσαύτης ἀγάπης οὐ παυσόμεθά σε ἀνακηρύττοντες, στεφανοῦντες, παρὰ πᾶσιν ἀναγορεύοντες, χάριτας ὁμολογοῦντες [b] παρὰ τοῖς ἐντυγχάνουσι καὶ συγγινομένοις ἡμῖν. Αὐτὸς δὲ τὰς μεγίστας ἀμοιβὰς καὶ μείζους τῶν πόνων ἀνάμενε παρὰ τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ, τοῦ ταῖς ἀντιδόσεσιν ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος νικῶντος τοὺς ἀγαθόν τι ποιεῖν ἢ λέγειν ἐσπουδακότας. Ὥστε δέ σε καὶ ἑτέρωθεν ἡσθῆναι μαθόντα τὰ ἡμέτερα, πρὸς μὲν τὸ ἐρημότατον χωρίον ἀπῳκίσθημεν, E τὴν Κουκουσὸν, πλὴν ἐρημίας οὐδεμίαν αἴσθησιν ἔχομεν· τοσαύτης ἀπολαύομεν ἡσυχίας, τοσαύτης ἀδείας, τοσαύτης παρὰ πάντων θεραπείας. Τά τε γὰρ λείψανα τῆς ἀῤῥωστίας εὐχαῖς ταῖς σαῖς ἀπεθέμεθα, καὶ ἐν ὑγείᾳ διάγομεν νῦν, τοῦ τε φόβου τῶν Ἰσαύρων ἀπηλλάγημεν, καὶ ἐν ἀσφαλείᾳ κατέστημεν, ἀπραγμοσύνῃ τε ἐντρυφῶντες πολλῇ. Πάρεισι δὲ ἡμῖν καὶ οἱ τιμιώτατοι πρεσβύτεροι Κωνστάντιος καὶ Εὐήθιος, προσδοκῶνται δὲ καὶ ἕτεροι ταχέως ἀφίξεσθαι, οὓς εἰς τὸ 657 παρὸν τὰ δεσμὰ κατεῖχεν· ἀλλὰ πάντες ἀφέθησαν, A καὶ εὖ οἶδ' ὅτι πτήσονται πρὸς ἡμᾶς. Μὴ δὴ διαλίπῃς εὐχόμενος ὑπὲρ ἡμῶν τῶν σφόδρα σε ἀγαπώντων, δέσποτα αἰδεσιμώτατε καὶ θεοφιλέστατε, καὶ συνεχῶς ἐπιστέλλων, ἡνίκα ἂν ἐξῇ, καὶ τὰ περὶ τῆς ὑγείας δηλῶν τῆς σῆς. Οἶσθα γὰρ ὅπως ἡμῖν περισπούδαστον καθ' ἑκάστην, εἰ οἷόν τε, ἡμέραν περὶ ταύτης μανθάνειν. Τὸν δεσπότην μου τὸν τιμιώτατον καὶ εὐλαβέστατον πρεσβύτερον [a] Ἀσυγκρίτιον, μετὰ τῶν γλυκυτάτων αὐτοῦ παιδίων, καὶ πάντα σου τῆς θεοσεβείας τὸν κλῆρον πολλὰ παρ' ἡμῶν προσειπεῖν παρακλήθητι.

vigilem animum, constantem sententiam, vigentemque in tanta senectute animi alacritatem, mirificis laudibus in cælum ferimus: neque id mirum videri debet. Nam cum ea quæ proponuntur corporis robur desiderant, impedimentum hic affert senectus: at cum animi sapientiam dumtaxat requirunt, tum canities rebus præclare gerendis nihil officere consuevit, ut etiam nec offecit: nihil enim fuit, quod pietas tua non præstiterit. Quod autem, quem par est, fructum tantus hic labor tantæque vigiliæ allaturæ sint, minime dubitandum esse arbitror. Quoniam porro pro ingenti tua et ardenti caritate universi orbis et nostri curam suscipiendam duxisti, atque, ubinam degamus, scire aves, quidque agamus, et qui nobiscum consuetudinem habeant, idque non frustra, verum ut ipsis quoque gratias habeas: nos quidem pro tanta caritate apud eos omnes qui nobiscum versantur, te summis laudibus afficere, tibique gratias agere numquam desinemus. Tu vero amplissima præmia et laboribus majora a benigno Deo exspecta, qui eos, qui boni aliquid efficere aut loqui studuerunt, præmiis longe antecellit. Ut autem aliunde quoque, hoc est rerum nostrarum statu cognito, habeas unde oblecteris, sic habeto, nos Cucusum quidem, hoc est in desertissimum locum, relegatos esse, cæterum nullo solitudinis sensu affici; tanta scilicet quiete, tanta securitate fruimur, tantis omnium officiis gaudemus. Nam et morbi reliquiis precum tuarum ope atque auxilio depulsis, bene nunc valemus, et Isaurorum metu liberati sumus, atque in securitate versamur, ingentique otio nosmet oblectamus. Adsunt autem nobis reverendissimi presbyteri Constantius et Evethius, spesque est alios item brevi affuturos esse, quos scilicet hactenus vincula detinuerunt: nunc autem omnes iisdem soluti sunt, nec dubito quin ad nos advolaturi sint. Tu vero, domine summe venerande ac religiosissime, pro nobis, quibus es carissimus, preces ad Deum fundere, atque quam sæpissime, si facultas detur, ad nos scribere, deque tua valetudine nos certiores facere ne intermitte. Nec enim te fugit, quantæ nobis curæ sit, singulis etiam diebus, si fieri possit, de ea aliquid audire. Reverendissimo ac religiosissimo domino meo presbytero Asyncritio, suavissimisque ipsius filiis, atque universo tuo clero, velim meo nomine multam salutem dicas.

* [Savil. ὁρμεῖ.]
[b] Iidem παρὰ τοῖς συντυγχάνουσι.

[a] Clarissimi v. Fabricii Codex Ἀσύγκριτον habet.

CXV. Theophilo presbytero.

Scripta postquam Cucusum advenerat anno 404.

Hoc quoque tui candoris, gratique animi est, quod cum ab his, quibus a me commendatus fueras, nihil acceperis, tamen ex nostro studio animique promtitudine rem æstimans, omnia te accepisse existimes. At nos hoc minime satis esse ducemus : verum et cum domino meo Theodoro prætoriano, qui Cucusum nos avexit, multum de hac re sermonem habuimus : et cum ad multos scriberemus, hoc quoque ipsis per literas mandavimus. Quamobrem sive fructus aliquis ex nostris literis oriatur, sive literæ dumtaxat literæ maneant, nec apud eos, a quibus accipiuntur, quidquam proficiant, cura, ut id quamprimum intelligam. Etenim in hoc quoque tuum erga nos amorem inprimis admiramur, teque item de nostro erga te amore minime dubitare, maximo argumento id esse ducimus, quod de his rebus ad nos verba facias. Quare sive quid hinc commodi promanet, sive nihil fructus proficiscatur, fac sciam : ut si quid profectum sit, iis gratias habeam qui de seipsis bene meriti fuerint; sibi enim magis quam tibi, cum hoc faciunt, largiuntur; sin secus, compendiariam quamdam ac procliviorem viam et rationem excogitemus, qua consolationem omnino percipias, nec jam in ulla angustia deinceps verseris. Nam de nobisipsis optime merebimur, cum generosæ atque ingenuæ animæ tuæ curam ita susceperimus. Velim ad nos quam sæpissime scribas, nosque de tua valetudine nominisque tui celebritate certiores facias.

B

ριε'. Θεοφίλῳ πρεσβυτέρῳ.

Καὶ τοῦτο τῆς εὐγνωμοσύνης, καὶ τῆς σῆς εὐχαρίστου σου γνώμης, τὸ μηδενὸς ἀπολελαυκότα παρὰ τούτων, οἷς σε παρακατεθέμεθα, τὸ πᾶν ἀπειληφέναι νομίζειν ἀπὸ τῆς ἡμετέρας προθυμίας. Ἀλλ' ἡμεῖς οὐκ ἀρκεσθησόμεθα τούτῳ, ἀλλὰ καὶ τῷ κυρίῳ μου Θεοδώρῳ τῷ ἐπαρχικῷ, τῷ ἀγαγόντι ἡμᾶς εἰς τὴν Κουκουσὸν, πολλὰ ταύτης ἕνεκεν διελέχθημεν τῆς ὑποθέσεως, καὶ πολλοῖς ἐπιστέλλοντες καὶ ταῦτα
C ἐπεστάλκαμεν. [b]Ἄν τε γοῦν γένηταί τι ἀπὸ τῶν γραμμάτων πλέον τῶν ἡμετέρων, ἄν τε γράμματα μένῃ μόνον τὰ γράμματα, μηδὲν ἀνύσαντα παρὰ τοῖς ἀποδεχομένοις αὐτὰ, διὰ ταχέων ἡμῖν δηλῶσαι σπούδασον. Καὶ γὰρ ἐν τούτῳ μάλιστα τὴν ἀγάπην σου θαυμάζομεν, καὶ τοῦ θαῤῥεῖν ἡμῖν τοῦτο μέγιστον ποιούμεθα σημεῖον, τὸ καὶ περὶ τούτων ἡμῖν διαλέγεσθαι. Δήλωσον τοίνυν ἡμῖν ἄν τε γένηταί τι πλέον, ἄν τε μηδὲν, ἵν' ἂν μὲν τὸ πρότερον ᾖ, χάριτας ὁμολογήσωμεν τοῖς τὴν ἑαυτῶν ὠφεληκόσι ψυχήν· ἑαυτοῖς γὰρ μᾶλλον ἢ σοὶ χαριοῦνται τοῦτο ποιοῦν-
D τες· ἄν τε τὸ δεύτερον, ἑτέραν τινὰ ὁδὸν σύντομον καὶ εὐκολωτέραν ἐπινοήσωμεν, δι' ἧς πάντως πάσης ἀπολαύσῃ παραμυθίας, ὡς ἐν μηδεμιᾷ εἶναι στενοχωρίᾳ. Ἡμῖν γὰρ αὐτοῖς τὰ μέγιστα χαριούμεθα, τῆς εὐγενοῦς σου καὶ ἐλευθέρας οὕτω φροντίζοντες ψυχῆς. Καὶ γράφε συνεχῶς ἡμῖν, τὰ περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς, καὶ τῆς εὐδοκιμήσεως εὐαγγελιζόμενος.

CXVI. Valentino.

Cucuso anno 404.

Quidnam hoc est? Siccine, cum quantam ex tuis bonis voluptatem capiamus, quamque tuis laudibus et gloria exsultemus, probe scires, cumque etiam ante omnia ex tuo officio esset, honoris illius, ad quem nunc evectus es, magnitudinem nobis per literas significare, tu tamen, ut id prius ab aliis intelligeremus, sustinuisti, neque longa tibi ad eam rem purgatione opus esse putas, quod quantum quidem in te fuit, tanta lætitiæ magnitudine tamdiu nos carere passus es? Nam vera quidem tua dignitas et maximum imperium animi virtus est. Verum quoniam his quoque

ρις'. Βαλεντίνῳ.

E Τί τοῦτο; Εἰδὼς ὅπως σου χαίρομεν τοῖς ἀγαθοῖς, καὶ σκιρτῶμεν ἐπὶ ταῖς σαῖς εὐδοκιμήσεσι, καὶ πρὸ πάντων ὀφείλων ἡμῖν δηλῶσαι τῆς τιμῆς τὸ μέγεθος, εἰς ὃ νῦν ἀνέβης, [c]ὑπέμεινας ἡμᾶς πρότερον παρ' ἑτέρων μαθεῖν τοῦτο, καὶ οὐ νομίζεις δεῖσθαί σοι πολλῆς εἰς τοῦτο ἀπολογίας, ὅτι ἠνέσχου, τό γε σὸν μέρος, τοσοῦτον χρόνον ἡμᾶς ζημιῶσαι εὐφροσύνης μέγεθος τηλικοῦτον; Τὸ μὲν γὰρ ἀξίωμά σου τὸ
658 ἀληθὲς, καὶ ἡ μεγίστη σου ἀρχὴ, τῆς ψυχῆς σού
A ἐστιν ἡ ἀρετή. Ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ τούτοις τοῖς βιωτικοῖς εἰς τὴν ἐκείνης ὠφέλειαν κεχρῆσθαι μεμελέτηκας, καὶ ὅσῳ ἂν γένῃ δυνατώτερος, τοσούτῳ

[b] Tres Mss. *ἄν τε οὖν γένηταί τι πλέον.*

[c] Coislin. *ὑπέμεινας παρ' ἑτέρων ἡμᾶς πρότερον τοῦτο μαθεῖν· οὐδεμία σοι πρόφασις ἀπολογίας.*

λιμὴν εὐρύτερος τοῖς δεομένοις καθίστασαι, διὰ τοῦτο νῦν χαίρομεν, καὶ σκιρτῶμεν, ἀλλ' ὅμως οὐκ ἀφίεμέν σε τοῦ τῆς σιγῆς ἐγκλήματος. Πῶς οὖν ἡμῖν ἀπολογήσῃ καλῶς; Τῇ πυκνότητι τῶν ἐπιστολῶν, καὶ τῷ συνεχῶς τὰ περὶ τῆς ὑγείας ἡμῖν δηλοῦν τῆς σῆς καὶ τοῦ οἴκου σου παντός. Ἐπεὶ οὖν σε καὶ τὸν τρόπον τῆς ἀπολογίας ἐδιδάξαμεν, προστίθει τὰ παρὰ σαυτοῦ λοιπόν. Εἰ γὰρ καὶ μετὰ τὴν ἐπιστολὴν ταύτην μένεις σιγῶν, γραψόμεθά σε ῥαθυ- B μίας πολλῆς, καὶ ἀλγήσομεν. Οἶδα δὲ σαφῶς ὅτι πικροτάτην ταύτην ἡγήσῃ διδόναι δίκην, τὸ ἀλγεῖν ἐπὶ τούτοις ἡμᾶς, ἐπειδὴ οἶδα πῶς καὶ φιλεῖν ἡμᾶς γνησίως καὶ θερμῶς ἐσπούδακας.

mundi honoribus ad illius utilitatem didicisti, quoque potentior evadis, eo etiam latior portus egentibus efficeris, ob eam causam nunc quoque gaudemus et exsilimus, nec tamen silentii culpam tibi remittimus. Quanam porro ratione belle nobis satisfacies? Nimirum si sæpe scribas, atque de tua totiusque tuæ domus valetudine nos frequenter certiores facias. Quoniam igitur rationem, qua te nobis purges, a nobis accepisti, jam quæ tuarum sunt partium adjunge. Nam si hac epistola accepta in silentio perstes, ingentis negligentiæ dicam tibi impingemus, ægreque id feremus. Nec vero dubito, quin acerbissimæ pœnæ loco id habiturus sis, nos hoc nomine in dolore versari: quandoquidem quam sincere atque ardenter nos ames, haud mihi ignotum est.

ριζ'. Θεοδώρᾳ.

Γράφω μὲν ὀλιγάκις τῇ κοσμιότητί σου, διὰ τὸ μὴ ῥαδίως ἐπιτυγχάνειν τῶν κομιζόντων τὰ γράμματα· μέμνημαι δέ σου οὐκ ὀλιγάκις, ἀλλὰ καὶ διηνεκῶς. Τὸ μὲν γὰρ ἐφ' ἡμῖν κεῖται, τὸ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν· ἀλλὰ τοῦ μὲν μεμνῆσθαι διηνεκῶς, αὐτοὶ κύριοι, τοῦ δὲ κομίζειν τὰς ἐπιστολάς, οὐκ ἔτι. Διὰ C τοῦτο τὸ μὲν ἀεὶ γίνεται, τὸ δὲ, ἡνίκα ἂν ἐξῇ. Τὰς μὲν οὖν ἄλλας ἐπιστολὰς πρόσρησιν ἐχούσας ἐπέμπομεν, ταύτην δὲ καὶ χάριτος αἴτησιν. Τίς δὲ ἡ χάρις; Σοὶ τῇ παρεχούσῃ μᾶλλον, ἢ τῷ δεχομένῳ τὸ κέρδος φέρουσα, καὶ πρὸ τοῦ λαμβάνοντος τὸν διδόντα ὠφελοῦσα. Καὶ γὰρ ἦλθεν εἰς ἡμᾶς, ὅτι δὴ Εὐστάθιος τῶν προσκεκρουκότων ἐστὶ τῇ τιμιότητί σου, καὶ τῆς οἰκίας τῆς σῆς ἐξέπεσε, καὶ ἀπὸ ὄψεως γέγονεν. Ὅπως μὲν οὖν ἔχει τοῦ πράγματος ἡ φύσις, καὶ τίνος ἕνεκεν τοσαύτην ὑπέμεινεν ὀργὴν, εἰπεῖν οὐκ ἔχω· ἐκεῖνο γὰρ ἔγνων μόνον· ἃ δὲ χρή σε παρ' ἡμῶν ἀκοῦσαι D τῶν σφόδρα σου τῆς σωτηρίας ἀντεχομένων, ἐστὶ ταῦτα. Οἶσθα ὡς οὐδὲν ὁ παρὼν βίος, [a] ἀλλ' ἢ ἄνθη μιμεῖται ἠρινὰ, καὶ σκιὰς ἀδρανεῖς, καὶ ὀνειράτων ἐστὶν ἀπάτη· τὰ δὲ ἀληθῆ πράγματα, καὶ πεπηγότα, καὶ ἀμετακίνητα, τὰ μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀποδημίαν ἡμᾶς διαδεξόμενά ἐστι. Ταῦτα καὶ παρ' ἡμῶν πολλάκις ἤκουσας, καὶ οἴκοθεν φιλοσοφοῦσα διατελεῖς. Διόπερ οὐδὲ μακρὰν ποιοῦμαι τὴν ἐπιστολὴν, ἀλλ' ἐκεῖνό φαμεν· εἰ μὲν ἀδίκως τινὲς ἐπηρεάσαντες ἐξέβαλον, αἰδουμένη τοῦ δικαίου τὴν φύσιν, διόρθωσον τὸ γεγενημένον· εἰ δὲ δικαίως, τοὺς τῆς φι- E λανθρωπίας τιμῶσα νόμους, τὸ αὐτὸ δὴ τοῦτο πάλιν ποίησον, ἔνθα καὶ αὐτὴ τὸ πλέον καρπώσῃ μᾶλλον ἢ

[a] [Savil. ἀλλὰ ἄνθη.]

CXVII. Theodoræ.

Cucuso, ut putatur, anno 404. vel 405.

Raro ad te idcirco scribo, quod quibus literas dem haud facile nanciscar: at non item raro, sed perpetuo tui sum memor. Hoc enim in nostra potestate situm est, illud autem secus: sed ut tui memoriam perpetuo colamus, in nostro arbitrio consistit; ut autem epistolæ ferantur, non item. Quocirca illud semper fit, hoc autem tum denique, cum facultas datur. Atque aliis quidem epistolis te tantummodo salutabamus, hac autem beneficium quoque postulamus. Quodnam porro hoc beneficium est? Nimirum quod plus tibi, quæ dederis, quam mihi, qui accipiam, lucri afferat, dantique prius quam accipienti prosit. Etenim ad nos allatum est, Eustathium animum tuum offendisse, ac domo tua ejectum, atque ab oculis tuis submotum esse. Quonam autem modo se res habeat, et cur tanta in eum iracundia usa sis, dicere nequeo: nam illud tantum scio: at vero quæ te a nobis, qui tuæ salutis studiosissimi sumus, audire convenit, hæc sunt. Non ignoras præsentem vitam nihil esse, verum flores vernos, atque imbecilles umbras imitari, nec aliud esse quam somniorum fallaciam: veras autem et fixas ac stabiles res esse ea, quæ nos post discessum ex hac vita exceptura sunt. Hæc et a nobis persæpe audiisti, et ipsa per te philosophari non desinis. Ideo non longam scribo epistolam; illud autem aio: Si inique ac per calumniam id a quibusdam actum est, ut eum ejiceres, juris natura te moveat, ut quod factum est, corrigas;

si autem jure ac merito, humanitatis legibus adducta hoc idem effice : nam hinc quoque plus, quam ille, commodi feres. Quemadmodum enim is qui centum denarios a conservo exigebat, non tam eum læsit, quam sibi letale vulnus inflixit, ut qui ob eam animi rigiditatem, quam in conservum exercuit, decem millium talentorum condonationem irritam reddiderit : eodem modo, qui proximi peccata præterit, hoc assequitur, ut mitius ab eo in futuro ævo rationes reposcantur; atque quo plura et graviora peccata remiserit, eo quoque majorem ipse veniam obtineat. Neque in hoc tantum discrimen positum est, sed in eo etiam, quod cum servile munus dederit, herile beneficium accipit. Quare ne mihi illud commemores, hoc et hoc ab eo perpetratum esse. Nam quo atrociora ea quæ commissa sunt esse ostenderis, eo magis necessariam ignoscendi causam esse demonstrabis, quod hac ratione multo majorem humanitatis ac misericordiæ materiam in futurum tibi præcondituram sis. Quamobrem iram, etiamsi alioqui justam, depelle, indignationem sapienter comprime : hoc Deo sacrificii loco offer, nobis etiam, quibus cara es, hoc indulge : et quantam vel brevi epistola apud te auctoritatem habeamus ostende. Tibi etiam ipsi magna hæc quæ dixi præbe, nempe ut motu ac perturbatione vaces, ut tumultum hinc orientem ex animo tuo ejicias, ut denique ob eam causam magna cum animi fiducia ingressum in regnum a benigno Deo postules. Benignitate quippe erga proximum ingentia scelera commodissime ex-
Matth. 6. 14. piantur. *Si enim*, inquit Christus, *remiseritis hominibus delicta sua, remittet et vobis Pater vester cælestis*. Hæc igitur omnia cum animo tuo considerans, ad nos epistolam mitte, quæ literas nostras aliquid profecisse significet. Nam quod officii nostri ratio postulabat, absolvimus, idque quod in nostro arbitrio situm erat, fecimus; monuimus, rogavimus, gratiam petiimus, quæ oportebat suasimus. Tua jam causa prorsus laboramus. Nam nos quidem, sive nostra hæc cohortatio aliquid effecerit, sive nihil utilitatis attulerit, merces manet : licet enim etiam verborum mercedem referre. Nunc autem omnis noster labor eo spectat, ut per rem ipsam te quoque lucremur, ac tu per hujus vitæ recte facta futura et immortalia bona facillime percipias.

ἐκεῖνος. Ὥσπερ γὰρ ὁ τὸν ὁμόδουλον ἀπαιτῶν τὰ ἑκατὸν δηνάρια, οὐκ ἐκεῖνον τοσοῦτον ἔβλαψεν, ὅσον ἑαυτῷ καιρίαν ἔδωκε τὴν πληγὴν, διὰ τῆς πρὸς τὸν σύνδουλον ἀκριβολογίας μυρίων ταλάντων συγχώρησιν ἀνατρέψας· οὕτως ὁ παρατρέχων τὰ τοῦ πλησίον
659 ἁμαρτήματα ἡμερωτέρας ἑαυτῷ ποιεῖ τὰς ἐν τῷ
A μέλλοντι εὐθύνας, καὶ ὅσῳ ἂν μείζονα τὰ ἁμαρτήματα ἀφῇ, τοσούτῳ καὶ αὐτὸς πλείονος τεύξεται τῆς συγχωρήσεως. Οὐ ταύτῃ δὲ μόνον ἐστὶ τὸ διάφορον, ἀλλὰ καὶ τῷ δουλικὴν διδόντα χάριν, δεσποτικὴν λαμβάνειν δωρεάν. Μὴ τοίνυν μοι λέγε, ὅτι τὸ καὶ τὸ αὐτῷ πεπλημμέληται. Ὅσῳ γὰρ ἂν δείξῃς χαλεπώτερα τὰ γεγενημένα, τοσούτῳ τῆς συγχωρήσεως ἀναγκαιοτέραν ἀποφαίνεις τὴν πρόφασιν, ἐπειδήπερ πολλῷ πλείονα φιλανθρωπίας ἐν τῷ μέλλοντι προαποθήσῃ σαυτῇ τὴν ὑπόθεσιν. Λῦσον τοίνυν τὴν ὀργὴν, κἂν δικαία ᾖ, δάμασον λογισμῷ φιλοσόφῳ τὸν θυμὸν,
B ἀνένεγκε τοῦτο θυσίαν τῷ Θεῷ· χάρισαι καὶ ἡμῖν τοῖς ἀγαπῶσί σε, καὶ δεῖξον πῶς καὶ ἀπὸ βραχείας ἐπιστολῆς τοσαύτην ἔχομεν δύναμιν. [Χάρισαι καὶ σαυτῇ τὰ μεγάλα ταῦτα, ἅπερ εἶπον ἐγὼ, τὸ ἀτάραχον, τὸ ἐξοικίσαι τῆς ψυχῆς τὸν ἐντεῦθεν θόρυβον, τὸ μετὰ πολλῆς παῤῥησίας καὶ ἐντεῦθεν αἰτεῖν παρὰ τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ τὴν εἰς τὴν βασιλείαν εἴσοδον. Καὶ γὰρ μέγα καθάρσιον ἁμαρτημάτων ἡ εἰς τὸν πλησίον φιλοφροσύνη· Ἐὰν γὰρ ἀφῆτε τοῖς ἀνθρώποις, φησὶ, τὰ παραπτώματα αὐτῶν, ἀφήσει καὶ ὑμῖν ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος. Ταῦτ᾽ οὖν ἅπαντα λογισαμένη πέμψον ἡμῖν ἐπιστολὴν, δηλοῦσαν ὅ τι
C ἤνυσαν τὰ γράμματα ἡμῶν. Τὸ μὲν γὰρ ἡμέτερον ἀπήρτισται, καὶ πεποιήκαμεν οὗπέρ ἐσμεν κύριοι· παρεκαλέσαμεν, ἐδεήθημεν, χάριν ᾐτήσαμεν, συνεβουλεύσαμεν ἅπερ ἐχρῆν. Πᾶσα δέ ἐστιν ὑπὲρ σοῦ λοιπὸν ἡ σπουδή. Ἡμῖν μὲν γὰρ ὁ μισθὸς, ἄν τε γένηταί τι πλέον, ἄν τε μὴ γένηται, τῆς παρακλήσεως ταύτης ἀποκείσεται· ἔστι γὰρ καὶ ῥημάτων λαβεῖν ἀμοιβήν. Ὁ δὲ κάματος ἡμῖν ἅπας, διὰ τοῦ ἔργου καὶ τὴν σὴν κερδᾶναι κοσμιότητα, καὶ ἀπὸ τῶν παρόντων κατορθωμάτων τὰ μέλλοντα καὶ ἀθάνατα ἀγαθὰ μετὰ πολλῆς καρπώσασθαι τῆς εὐκολίας.

ριη'. Ἐπισκόποις καὶ πρεσβυτέροις τοῖς ἐν τῇ φυλακῇ.

Δεσμωτήριον οἰκεῖτε, καὶ ἅλυσιν περίκεισθε, καὶ μετὰ τῶν αὐχμώντων καὶ ῥυπώντων ἐστὲ κατακεκλεισμένοι· καὶ τί ἂν γένοιτο μακαριώτερον ὑμῶν τούτων ἕνεκεν; Τί γὰρ τοιοῦτον στέφανος χρυσοῦς κεφαλῇ περικείμενος, οἷον [a] ἅλυσις δεξιᾷ περιπλεκομένη διὰ τὸν Θεόν; τί δὲ τοιοῦτον οἰκίαι περιφανεῖς καὶ μεγάλαι, οἷον δεσμωτήριον ζόφου καὶ ῥύπου γέμον, καὶ πολλῆς τῆς ἀηδίας, καὶ τῆς θλίψεως διὰ τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν; Διὰ ταῦτα σκιρτᾶτε, ἀγάλλεσθε, στεφανοῦσθε, χορεύετε, ὅτι πολλῆς ἐμπορίας ὑμῖν ὑπόθεσις τὰ συμβάντα λυπηρά. Τοῦτο σπόρος ἄμητον προαναφωνῶν ἄφατον, τοῦτο παλαίσματα νίκην ἔχοντα καὶ βραβεῖα, τοῦτο πλοῦς ἐμπορίαν πολλὴν προξενῶν. Ταῦτ' οὖν ἅπαντα ἀναλογισάμενοι, κύριοί μου τιμιώτατοι καὶ εὐλαβέστατοι, χαίρετε καὶ εὐφραίνεσθε, μὴ διαλίπητε τὸν Θεὸν ἐπὶ πᾶσι δοξάζοντες, καὶ καιρίας τῷ διαβόλῳ διδόντες πληγὰς, καὶ πολλὴν ἑαυτοῖς ἐν τοῖς οὐρανοῖς προαποτιθέμενοι τὴν ἀμοιβήν. Οὐ γὰρ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλύπτεσθαι εἰς ὑμᾶς. Γράφετε δὲ καὶ ἡμῖν συνεχῶς. Σφόδρα γὰρ ἐπιθυμοῦμεν γράμματα δέχεσθαι παρ' ἀνθρώπων διὰ τὸν Θεὸν δεδεμένων, τὰ παθήματα ὑμῶν ἀπαγγέλλοντα, καὶ πολλὴν ἐντεῦθεν, καὶ ἐν ἀλλοτρίᾳ διατρίβοντες, καρπωσόμεθα τὴν παράκλησιν.

D *CXVIII. Episcopis et presbyteris in carcere degentibus.*

Sub initium exsilii anno 404.

Carcerem incolitis, et catena victi estis, et cum squalidis et sordidis inclusi: et quid tandem hoc nomine beatius vobis fingi queat? Quid enim tale habet aurea corona caput cingens, quale catena manum propter Deum circumdans? quid tale ingentes et splendidæ domus, quale carcer, caliginis, sordium, ingentis fœtoris et calamitatis plenus, Dei causa toleratus? Quæ cum
E ita sint, gaudete, exsultate, coronis caput cingite, tripudiate, quod, molestiæ, in quas incidistis, magnam vobis commodorum materiam accersant. Hoc nimirum semen est, messem copiosissimam prænuntians: hoc luctæ, victoriam et palmas afferentes: hoc navigatio, amplum et uberem quæstum concilians. Hæc igitur omnia cum
660 animis vestris reputantes, reverendissimi ac re-
A ligiosissimi domini mei, gaudete ac lætamini, nec tempus ullum intermittite, quin Deum in omnibus rebus laudetis, ac mortiferas diabolo plagas inferatis, ingentemque vobis ipsis in cælis mercedem recondatis. *Non enim condignæ sunt passiones hujus sæculi ad futuram gloriam, quæ revelabitur in vobis.* (Rom. 8. 18.) Ad nos autem quam sæpissime scribite. A vobis etenim, qui Dei causa vincti estis, literas, quæ afflictiones vestras exponant, magnopere accipere cupimus: hincque ingentem, etiam in externa terra degentes, consolationem capiemus.

ριθ'. Θεοφίλῳ πρεσβυτέρῳ.

Οὐκοῦν ἐπειδή σοι θύραν ἀνέῳξα τοῦ γράφειν, δεῖξον ὡς οὐχ ὁ ὄκνος ἐποίει τὴν ἔμπροσθεν σιγὴν, ἀλλὰ τὸ παρ' ἡμῶν ἀναμένειν λαβεῖν τοῦ γράφειν τὴν παῤῥησίαν, καὶ πέμπε νιφάδας ἡμῖν γραμμάτων, τὴν σὴν ἀπαγγελλόντων ἡμῖν εὐδοκίμησιν· οἶσθα γὰρ ὅπως αὐτῆς ἀντεχόμεθα· μηδὲ ἀφῇς τῆς ἀθυμίας τὴν τυραννίδα εἰς σιγήν σε ἐμβαλεῖν, ἀλλὰ πάσης ἀράχνης εὐκολώτερον αὐτὴν διασπάσας, φαίνου λαμπρὸς ἐπὶ τῆς παρατάξεως, καὶ τῇ πολλῇ παῤῥησίᾳ καὶ ἐλευθερίᾳ συγχέων τοὺς ἐναντίους. [a] Νῦν γάρ ἐστι καιρὸς εὐδοκιμήσεως καὶ ἐμπορίας πολλῆς. Οὐδὲ γὰρ ἔμπορος ἐν λιμένι καθήμενος, τὰ φορτία συνάγειν δύναιτ' ἂν, ἀλλὰ μακρὰ διαπερῶν πελάγη, καὶ κυ-

CXIX. Theophilo presbytero.

Scripta cum Cucusum pergeret anno 404.

Ergo posteaquam tibi a me scribendi janua
B patefacta est, illud ostende, te superiori tempore non negligentia tacuisse, verum quod illud exspectares, ut tibi a me scribendi fiducia præberetur: ac mihi literarum quæ me de nominis tui claritate, cui quantopere faveam non ignoras, certiorem faciant, ingentem copiam mitte: nec permitte, ut mœroris tyrannis in silentium te conjiciat, verum eam quavis araneæ tela facilius dirumpe, atque alacrem te in acie præbe, per ingentem fiduciam ac libertatem adversarios sternens. Nunc adipiscendæ gloriæ, atque
C ingentis quæstus faciendi tempus est. Neque

[a] Omnes Mss. ἅλυσις δεξιὰν περιπλεκομένη. Infra quidam Mss. σκιρτᾶτε καὶ ἀγαλλιᾶσθε.

[a] Mss. νῦν γὰρ ἡμῖν καιρός. Unus ὑμῖν

enim mercator, dum in portu desidet, merces colligit; sed dum ingentia maria trajicit, ac fluctus intrepido animo adit, atque cum fame et feris marinis colluctatur, multasque alias difficultates subit. Hæc igitur ipse quoque animo complectens, nempe periculorum, lucri etiam magnæque gloriæ, ac præmiorum omni sermone præstantiorum tempus esse, fac animi tui pennam excites, atque excusso mœroris pulvere magna cum facilitate universam phalangem obeas, omnesque instruas, acuas, excites, corrobores, promtioresque ac diligentiores reddas. Atque hæc nobis per literas tuas expone: nec eo quod tuas ipse laudes narraturus sis, metue, verum, ut quod a nobis imperatum est faciens, hanc nobis voluptatem dona: quo etiam procul dissiti, ingentem lætitiam capiamus, ea quæ scire cupimus abs te audientes.

μάτων κατατολμῶν, καὶ λιμῷ καὶ θηρίοις τοῖς ἐν πελάγει πυκτεύων, καὶ πολλὰς ἑτέρας ὑπομένων δυσκολίας. Ταῦτ' οὖν καὶ αὐτὸς λογισάμενος, ὡς ὁ τῶν δεινῶν καιρὸς οὗτος τῆς ἐμπορίας ἐστὶ καιρὸς, καὶ πολλῆς εὐδοκιμήσεως, καὶ μισθῶν ἀφάτων, διανάστησόν σου τὸ πτερὸν τῆς διανοίας, καὶ τὴν κόνιν τῆς ἀθυμίας ἀποτιναξάμενος μετὰ πολλῆς τῆς εὐκολίας πᾶσαν περίτρεχε τὴν φάλαγγα, συγκροτῶν, ἀλείφων, ἅπαντας διεγείρων, νευρῶν, σπουδαιοτέρους ποιῶν. Καὶ ταῦτα ἡμῖν δήλου διὰ γραμμάτων D τῶν σῶν, μηδὲν ὑφορώμενος, εἰ κατορθώματα μέλλοις αὐτὸς ἀπαγγέλλειν τὰ σὰ, ἀλλ' ὡς ὑπόταγμα ἡμέτερον ἀνύων, χαρίζου ταύτην ἡμῖν τὴν εὐφροσύνην, ἵνα καὶ πόῤῥωθεν ὄντες, πολλὴν καρπωσώμεθα τὴν ἡδονὴν, ταῦτα ἀκούοντες παρὰ τῆς σῆς εὐλαβείας, ἅπερ ἐπιθυμοῦμεν μανθάνειν.

CXX. *Theodoræ.*

ρκʹ. [b] Θεοδώρᾳ.

Cæsareæ in Cappadocia cum iret in exsilium anno 404.

Confecti atque consumti sumus, sexcenta mortis genera oppetiimus: idque accuratius ac certius narrare poterunt, qui has literas tibi reddent; quamvis alioqui perexiguo temporis puncto mecum fuerint, quibuscum etiam ne tantillum quidem colloqui potui, continuis nimirum febribus dejectus: quibus cum tenerer, dies noctesque iter facere cogebar, sic videlicet, ut et æstu opprimerer, et vigiliis conficerer, et rerum necessariarum penuria, eorumque qui mei curam gerere possent, inopia, perdite conflictarer. Siquidem iis qui ad metalla damnati sunt, et in vinculis tenentur, graviora et atrociora pertulimus, atque etiamnum perferimus. Tandem autem aliquando et ægre Cæsaream perveni, perinde atque a tempestate ad tranquillitatem et ad portum. Verum ne hic quidem portus eam vim habuit, ut me ex iis malis, quæ ex tempestate contraxeram, recrearet: usque adeo me, ut jam dixi, prius tempus confecerat. Sed tamen Cæsaream ingressus, animum aliquantum resumsi, quoniam puram aquam bibi, panemque minime fœtidum ac prædurum comedi: quoniam in doliorum fragmentis non ut antea corpus lavi, sed balneum, qualecumque tandem illud, nactus sum: quoniam denique potestas interim mihi lecto decumbendi facta est. Plura dicere licebat: verum ne animum tuum conturbem, hic sermoni finem impono. Illud addam, ut

Ἀνηλώθημεν, ἐδαπανήθημεν, μυρίους ἀπεθάνομεν θανάτους· καὶ ταῦτα ἴσασιν ἀκριβέστερον ἀπαγγεῖλαι οἱ τὰ γράμματα ἐγχειρίζοντες, καὶ ταῦτα βραχεῖαν E ῥοπὴν ἡμῖν συγγενόμενοι· πρὸς οὓς οὐδὲ διαλεχθῆναί τι μικρὸν ἠδυνήθημεν, ὑπὸ τῶν συνεχῶν πυρετῶν καταβεβλημένοι, οὓς ἔχων καὶ ἐν νυκτὶ καὶ ἐν ἡμέρᾳ ὁδοιπορεῖν ἠναγκαζόμην, καὶ θάλπει πολιορκούμενος, καὶ ὑπὸ ἀγρυπνίας διαφθειρόμενος, καὶ ὑπὸ τῆς τῶν ἐπιτηδείων ἐρημίας ἀπολλύμενος, καὶ τῆς τῶν προστησομένων ἀπορίας. Καὶ γὰρ τῶν τὰ μέταλλα ἐργαζομένων, καὶ τὰ δεσμωτήρια οἰκούντων χαλεπώτερα καὶ πεπόνθαμεν καὶ πάσχομεν. Ὀψὲ δέ ποτε καὶ μόλις 661 ἐπέτυχον τῆς Καισαρείας, ὡς ἀπὸ χειμῶνος εἰς γαλήνην A καὶ εἰς λιμένα ἐλθών. Ἀλλ' οὐδὲ ὁ λιμὴν οὗτος ἴσχυσεν ἀνακτήσασθαι τὰ ἀπὸ τοῦ κλυδωνίου κακά· οὕτω καθάπαξ ἡμᾶς ὁ ἔμπροσθεν χρόνος κατειργάσατο. Ἀλλ' ὅμως ἐλθὼν εἰς τὴν Καισάρειαν, μικρὸν ἀνέψυξα, ὅτι ὕδατος ἔπιον καθαροῦ, ὅτι ἄρτου οὐκ ὀδωδότος οὐδὲ κατεσκληκότος μετέλαβον, ὅτι οὐκ ἔτι ἐν τοῖς κλάσμασι τῶν πίθων ἐλουόμην, ἀλλ' εὗρον βαλανεῖον οἷον δήποτε, ὅτι συγκεχώρημαι τέως τῇ κλίνῃ προσηλῶσθαι. B Ἐνῆν καὶ πλείονα τούτων εἰπεῖν, ἀλλ' ἵνα μὴ συγχέω σου τὴν μάθησιν, μέχρι τούτου ἵστημι τὸν λόγον, ἐκεῖνο προστιθεὶς, ὅτι μὴ παύσῃ ὀνειδίζουσα τοῖς ἀγαπῶσιν ἡμᾶς, ὅτι τοσούτους ἔχοντες ἐραστὰς, καὶ τοσαύτην δύναμιν περιβεβλημένους, οὐκ ἐτύχομεν οὗ τυγχάνουσιν οἱ κατάδικοι, ὥστε εἰς ἡμερώτερον καὶ ἐγγύτερόν που κατοικισθῆναι τόπον· ἀλλὰ καὶ τοῦ σώματος ἡμῖν ἀπαγορεύσαντος, καὶ τοῦ φόβου τῶν Ἰσαύρων

b Vaticanus Θεοδώρῳ. Ibid. duo Mss. *μυρίοις ἀπεθάνομεν θανάτοις.*

πάντα πολιορκοῦντος, τῆς μικρᾶς ταύτης καὶ εὐτελοῦς οὐκ ἐπετύχομεν χάριτος. Δόξα τῷ Θεῷ καὶ διὰ τοῦτο. Οὐ παυόμεθα γὰρ αὐτὸν ἐπὶ πᾶσι δοξάζοντες. Εἴη τὸ ὄνομα αὐτοῦ εὐλογημένον εἰς τοὺς αἰῶνας. Πολὺ δὲ ἐξεπλάγην καὶ τὸ σὸν, ὅτι τετάρτην ταύτην C ἐπιστολὴν ἢ καὶ πέμπτην ἐπεσταλκὼς τῇ διαθέσει σου καὶ τῇ κοσμιότητι, μίαν ἐδεξάμην καὶ μόνην. Καίτοι τοῦτο δυσκολίας οὐκ ἦν, τὸ ἐπιστέλλειν συνεχέστερον. Καὶ ταῦτα οὐκ ἐγκαλῶν σοι λέγω· τὸ γὰρ τῆς ἀγάπης οὐκ ἔστιν ἀνάγκης, ἀλλὰ προαιρέσεως. Ἀλλὰ σφόδρα ἀλγῶ, ὅτι ἀθρόον ἐξέβαλες ἡμᾶς τῆς διανοίας τῆς σῆς, ἐν οὕτω χρόνῳ μακρῷ μίαν ἡμῖν [a] πέμψασα ἐπιστολήν. Εἰ τοίνυν μηδὲν φορτικὸν μηδὲ ἐπαχθὲς αἰτοῦμεν, τοῦτο ἡμῖν πάρεχε, οὗ σὺ κυρία εἶ, καὶ ἐπὶ σοὶ κεῖται. Τῶν γὰρ ἄλλων ἕνεκεν οὐκ ἐνοχλοῦμεν, D ἵνα μὴ πρὸς τῷ μηδὲν ἀνύειν καὶ φορτικοί τινες δόξωμεν καὶ ἐπαχθεῖς εἶναί σοι.

tecum agam, ne eos, a quibus amamur, probris umquam insectari desistas, quod cum tot amicos tantisque opibus et potentia præditos habeamus, haud tamen illud consequuti sumus, quod etiam scelerati homines impetrant, nempe ut in mitiore ac propinquiore aliquo loco collocaremur: verum, corpore etiam nobis jam fracto atque confecto, et Isaurorum terrore omnia obsidente, exigua quoque et vilis hæc gratia nobis negata est. Hoc quoque nomine Dei gloria prædicetur. Neque enim ei propter omnia gloriam exhibere desinimus. *Sit nomen ejus benedictum in* *sæcula.* (*Job.* 1. 21.) De te vero illud vehementer sum miratus, quod, cum quartam jam hanc, aut etiam quintam epistolam ad te miserim, unicam tamen dumtaxat accepi. Atqui sæpius scribere minime difficile erat. Hæc porro non accusandi animo dico: caritatis enim officia voluntatis sunt, non necessitatis. (Caritatis officia.) Verum illud me male habet, quod me ex animo tuo confestim ejecisti: ut quæ tam longo tempore unam dumtaxat epistolam ad me miseris. Quocirca, si nihil grave ac molestum abs te petimus, hoc nobis præbe, quod tui arbitrii est, tuæque potestatis. Nam de cæteris rebus nihil tibi negotii facesso: ne prælerquam quod nihil proficiam, etiam gravis et importunus tibi esse videar.

ρκα'. [b] Ἀραβίῳ.

Τὴν κάμινον τῆς ἀθυμίας, ἣν ἐπὶ τῆς ψυχῆς περιφέρεις ὑπὲρ τῶν εἰς ἡμᾶς γεγενημένων, σαφέστατα ἔδειξεν ἡμῖν τὸ γράμμα τὸ σὸν, καὶ πρὸ τούτου μὲν ἐπισταμένοις. Οὐ γὰρ δυνησόμεθα ἐπιλαθέσθαι τῆς E πηγῆς τῶν δακρύων, ἣν ἐν ἀρχῇ τῶν κακῶν τούτων ὑφαινομένων ἠφίεις. Πλὴν ἀλλὰ καὶ ἡ ἐπιστολὴ τῶν δακρύων οὐκ ἔλαττον καὶ τῶν ὀδυρμῶν ἐκείνων ἀπεκάλυψε τὴν φλόγα τῆς λύπης ἡμῖν, [c] τῆς ἐν τῇ καρδίᾳ τῇ σῇ. Τούτων προσδόκα τὰς ἀμοιβὰς παρὰ τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ. Ἔστι γὰρ καὶ λύπης μισθὸς καὶ μέγας καὶ πολύς. Ἐπεὶ καὶ ἐπὶ Ἰουδαϊκῶν κακῶν ἦσάν τινες, οἳ τὰ γινόμενα παρ' αὐτῶν διορθῶσαι μὲν οὐκ 662 ἠδύναντο, ἔστενον δὲ μόνον καὶ ἐθρήνουν, καὶ τοιαύτην A ἐκαρπώσαντο τὴν ἀμοιβὴν, ὡς τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀπολλυμένων, καὶ πανωλεθρίᾳ παραδιδομένων, ἐκείνους διαφυγεῖν τὴν ὀργήν. Δὸς γὰρ, φησὶ, τὸ σημεῖον ἐπὶ τὰ πρόσωπα τῶν στεναζόντων καὶ ὀδυρομένων.

CXXI. *Arabio.*

(Antequam Cucusum advenisset anno 404.) Mœroris fornacem, quam ob ea, quæ adversum nos perpetrata sunt, animo circumfers, ex tuis literis apertissime cognovi: et quidem ante jam noveram. Neque enim vim eam lacrymarum, quam cum primum hæc mala texerentur profundebas, umquam oblivisci poterimus. Cæterum epistola quoque tua non minus, quam illæ lacrimæ ac gemitus, mœroris flammam, quæ in cor tuum irrepsit, nobis patefecit. Horum tu mercedem a benigno Deo exspecta: est enim etiam mœroris merces magna atque ampla. (Mœrori sua merces est.) Nam et eo tempore, quo apud Judæos vitia flagrabant, nonnulli erant, qui cum eorum scelera corrigere non possent, luctu dumtaxat et lacrymis ea prosequebantur, atque ejusmodi mercedem consequuti sunt, ut cum cæteri omnes perirent, atque internecione delerentur, ipsi

[a] Unus στείλασα. ab omnibus Mss. μὲν abest.

[b] Coislin. Ἀρραβίῳ. Hunc Arabium commemorat supra in epistola 8, ad Olympiadem. Edit. τὴν μὲν κάμινον:

[c] Tres Mss. τῆς ἐν τῇ διανοίᾳ τῇ σῇ.

Ezech. 9. 4 iram effugerent. *Pone signum*, inquit Scriptura, *super vultus gementium et dolentium.* Atqui non impediebant quominus hæc fierent, sed quia quod in ipsis erat præstabant, gemebant scilicet atque dolebant, maximum hinc sibi præsidium compararunt. Vos quoque, domini mei, sine ulla intermissione hæc lugete, B benignumque Deum orate, ut commune orbis naufragium comprimat. Scitis enim, perspicue, inquam, scitis omnia tumultibus ac perturbatione plena esse, nec pro Constantinopolitana tantum urbe, sed pro universo terrarum orbe preces fundendas esse: quandoquidem malum initio hinc ducto, pestiferi cujusdam profluvii instar effusum, per universum orbem Ecclesias pervastat. Quod autem a nobis postulas, hoc etiam ipse, quamdiu corpore inter nos disjuncti erimus (nam animo semper et tecum et cum universa C tua familia constricti sumus), ut facias quæso, hoc est sæpe ad nos scribere, nosque de tua valetudine certiores facere ne graveris. Scis enim quam gratum id nobis futurum sit. Quoniam autem nos in domum tuam divertere jussisti, ut post profectum edidici, scito inimicis nostris non jam placuisse ut Sebastiam abduceremur, verum in desertissimum locum Armeniæ Cucusum, atque ob Isaurorum incursionem periculosissimum. Tibi tamen gratiam habemus, honoremque accepimus, quod etiam cum abessemus, tanta te nostri cura tenuit, ut hospitium quoque nobis parares, atque, ut domi tuæ diversaremur, obsecrares. Verum si quos Cucusi amicos habes, ad eos literas mittas velim.

Καίτοι γε οὐκ ἐκώλυον τὰ γινόμενα, ἀλλ' ἐπειδὴ οὗπερ κύριοι ἦσαν ἐποίουν, ἔστενον, ἐθρήνουν τὰ γινόμενα, μεγίστην ἐντεῦθεν τὴν ἀσφάλειαν ἐκτήσαντο. Μὴ οὖν διαλίπητε καὶ ὑμεῖς, δέσποταί μου, στένοντες ταῦτα καὶ τὸν φιλάνθρωπον Θεὸν παρακαλοῦντες δοῦναι λύσιν τῷ κοινῷ τῆς οἰκουμένης ναυαγίῳ. Ἴστε γὰρ, ἴστε σαφῶς, ὡς πάντα θορύβων καὶ ταραχῆς πεπλήρωται, καὶ οὐχ ὑπὲρ Κωνσταντινουπόλεως χρὴ μόνον παρακαλεῖν, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης· ἐπειδήπερ ἐντεῦθεν ἀρξάμενον τὸ κακὸν, καθάπερ ῥεῦμα πονηρὸν ἐκχυθὲν, πανταχοῦ τῆς γῆς τὰς Ἐκκλησίας λυμαίνεται. Ὅπερ δὲ ἡμᾶς παρεκάλεσας, τοῦτο καὶ αὐτὸς παρ' ἡμῶν παρακλήθητι, ἕως ἂν ὑμῶν ὦμεν κεχωρισμένοι τῷ σώματι (τῇ γὰρ ψυχῇ ἀεὶ καὶ τῇ σῇ εὐγενείᾳ καὶ τῷ οἴκῳ σου συνδεδέμεθα), συνεχῶς ἡμῖν ἐπιστέλλειν, καὶ τὰ περὶ τῆς ὑγείας σου εὐαγγελίζεσθαι μὴ κατόκνει. Οἶδας γὰρ ἡλίκην ἡμῖν δώσεις τὴν χάριν. Ἐπειδὴ ἐκέλευσας ἡμᾶς ἐν τοῖς σοῖς καταχθῆναι, καθὼς ἔμαθον ἐξελθὼν, οὐκ ἔτι ἔδοξεν ἡμᾶς εἰς Σεβάστειαν ἀπενεχθῆναι, ἀλλ' εἰς ἐρημότατον χωρίον τῆς Ἀρμενίας Κουκουσὸν, καὶ σφαλερώτατον τῆς τῶν Ἰσαύρων ἐπιδρομῆς ἕνεκεν. Χάριν μέντοι ἴσμεν τῇ εὐγενείᾳ τῇ σῇ, καὶ δεδέγμεθα τὴν τιμὴν, ὅτι καὶ ἀπόντων οὕτως ἐφρόντισας, ὥστε εὐτρεπίσαι τὸ καταγώγιον ἡμῖν, καὶ παρακαλέσαι ἐν τοῖς σοῖς ἡμᾶς καταχθῆναι. Ἀλλ' εἴ τινες εἶέν σοι φίλοι κατὰ τὴν Κουκουσὸν, ἐκείνοις ἐπιστεῖλαι παρακλήθητι.

CXXII. Marciano. D

ρκϐ'. Μαρκιανῷ.

Cucusi anno 404. vel 405. Beatus es, ac ter beatus, idque sæpius, ut qui in tam gravi tempestate, tantisque rerum procellis, tantæ erga pauperes liberalitatis specimen edideris. Neque enim nobis ingens tua benignitas incognita fuit, quodque communis omnibus portus exstiteris, pupillorum patrocinium suscipiens, viduarum mœrorem omni ratione leniens, earum inopiam sustentans, paupertatem levans, ac ne hujusce quidem angustiæ E sensu eos affici sinens, verum quidvis ipsis te præbens, plebemque universam frumento, vino, oleo aliisque omnibus rebus alens. Deus tibi et hic et in futuro ævo largitionis hujus, munifi-

Μακάριος εἶ, καὶ τρισμακάριος, καὶ πολλάκις τοῦτο, ἐν οὕτω χειμῶνι χαλεπῷ, καὶ τοσαύτῃ τῶν πραγμάτων ζάλῃ, τοσαύτην ἐπιδεικνύμενος περὶ τοὺς δεομένους μεγαλοψυχίαν. Οὐ γὰρ ἔλαθεν ἡμᾶς τῆς φιλανθρωπίας σου τὸ μέγεθος, καὶ ὅτι καινὸς ἅπασι γέγονας λιμὴν, [a] ὀρφανοῖς παριστάμενος, χήρας παντὶ τρόπῳ παραμυθούμενος, ἀνέχων αὐτῶν τὴν πενίαν, διορθούμενος τὴν πτωχείαν, οὐδὲ αἴσθησιν ἀφιεὶς λαμβάνειν τῆς στενοχωρίας ταύτης, ἀλλ' ἀντὶ πάντων αὐτοῖς γινόμενος, καὶ δῆμον ὁλόκληρον διατρέφων σίτῳ, καὶ οἴνῳ, καὶ ἐλαίῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν. Ὁ Θεός σοι [b] τὸν μισθὸν ἀποδῷ καὶ ἐν τῷ παρόντι βίῳ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι τῆς μεγαλοψυχίας ταύ-

[a] Quidam Mss. ὀρφανῶν προϊστάμενος, alii ὀρφανοῖς προϊστάμενος.

[b] Tres Mss. τὸν μισθὸν δῷ.

της, τῆς δαψιλείας, τῆς προθυμίας, τοῦ ζήλου, τῆς φιλοπτωχείας, τῆς γνησίας ἀγάπης· καὶ γὰρ ἐν ἅπασι τούτοις βρύεις καὶ κομᾷς, [c] μέγιστα σεαυτῷ ἀποτιθέμενος βραβεῖα ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι. Ταῦτα καὶ ἡμεῖς μανθάνοντες ἐν ἐρημίᾳ τοσαύτῃ καθήμενοι, 663
A καὶ πολλαῖς κυκλούμενοι περιστάσεσι· καὶ γὰρ Ἰσαυρικοῦ φόβου πολιορκία, καὶ χωρίου ἐρημία, καὶ χειμῶνος σφοδρότης ἡμᾶς θλίβει· ἀλλ' ὅμως ταῦτα ἀκούοντες περὶ τῆς σῆς τιμιότητος, οὐδὲ αἴσθησιν τούτων λαμβάνομεν τῶν λυπηρῶν, ἀλλὰ καὶ πολλὴν καρπούμεθα τὴν παράκλησιν, σκιρτῶντες, εὐφραινόμενοι, χαίροντες ἐπὶ τοῖς τοσούτοις κατορθώμασιν, ἐπὶ τῷ πλούτῳ τῷ ἀφάτῳ, ὃν ἐν οὐρανοῖς συνάγεις σεαυτῷ. Ἵν' οὖν καὶ ἐν ἑτέρῳ εὐφραινώμεθα, γράφειν ἡμῖν συνεχῶς μὴ κατόκνει, τὰ περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς εὐαγγελιζόμενος. Σφόδρα γὰρ ἐπιθυμοῦμεν ἀκούειν
B τὰ περὶ τῆς ῥώσεως τῆς σῆς. Καὶ τοῦτο οἶσθα καὶ αὐτὸς, ἐπειδήπερ κἀκεῖνο οἶσθα, ὅπως ἀεὶ τῆς ἀγάπης τῆς σῆς ἀντεχόμεθα.

centiæ, studii, zeli, amoris erga pauperes, et sinceræ caritatis mercedem pendat, siquidem omnibus his virtutibus abundas ac flores, maxima tibi præmia in futuro ævo recondens. Hæc nos de te audientes, licet in tanta solitudine verse-
mur, ac multis incommodis undique vexemur; nam et Isaurici metus obsidio, et loci solitudo, et hiemis asperitas nos vehementer premit; tamen ne molestiarum quidem sensu afficimur, verum ingentem consolationem accipimus, exsultantes et gaudentes ob tantas virtutes, ac divitias omnem orationis facultatem excedentes, quas in cælo tibiipsi cumulas. Ut igitur alio quoque nomine lætemur, ne quæso quam sæpissime ad nos scribere, deque tua valetudine læta nobis nuntiare graveris. Nam de ea aliquid audire
majorem in modum cupimus. Idque ipse etiam nosti: quandoquidem illud quoque tibi compertum est, quanto tui semper amore teneamur.

ρκγ'. Πρὸς τοὺς ἐν Φοινίκῃ πρεσβυτέρους καὶ μονάζοντας, τοὺς κατηχοῦντας τοὺς Ἕλληνας.

CXXIII. Phœniciæ presbyteris et monachis, gentiles in Christiana religione instituentibus.

Οἱ κυβερνῆται ἐπειδὰν ἴδωσι τὴν θάλασσαν μαινομένην, καὶ ἐγειρομένην, καὶ πολὺν τὸν χειμῶνα, καὶ τὴν ζάλην, οὐ μόνον οὐκ ἀφιᾶσι τὸ πλοῖον, ἀλλὰ καὶ τότε πλείονι κέχρηνται τῇ σπουδῇ, καὶ μείζονι τῇ προθυμίᾳ, καὶ αὐτοὶ νήφοντες, καὶ τοὺς ἄλλους διεγείροντες. Καὶ ἰατροὶ πάλιν ὅταν ἴδωσι τὸν πυρετὸν ἐγερθέντα, καὶ σφοδρὸν γενόμενον, οὐ μόνον οὐ κα-
C ταλιμπάνουσι τὸν νοσοῦντα, ἀλλὰ καὶ τότε καὶ αὐτοὶ πάντα ποιοῦσι, καὶ δι' ἑαυτῶν, καὶ δι' ἑτέρων μείζονι κεχρημένοι τῇ σπουδῇ καὶ τῇ προθυμίᾳ, ὥστε λῦσαι τὸ κακόν. Τίνος ἕνεκεν ταῦτα λέγω; Ἵνα μή τις ὑμᾶς ἀπατήσῃ διὰ τὴν ταραχὴν τὴν γεγενημένην καταλιπεῖν τὴν Φοινίκην, καὶ ἀναχωρῆσαι ἐκεῖθεν· ἀλλ' ὅσῳ πλείους αἱ δυσκολίαι, καὶ χαλεπώτερα τὰ κύματα, καὶ μείζων ἡ ταραχὴ, τοσούτῳ μᾶλλον ἐμμένετε σπουδάζοντες, νήφοντες, ἀγρυπνοῦντες, πλείονα προθυμίαν ἐπιδεικνύμενοι, ὥστε μὴ τὴν οἰ-
D κοδομὴν ὑμῶν τὴν καλλίστην καταλυθῆναι, μηδὲ τὸν τοσοῦτον πόνον ἀνωφελῆ γενέσθαι, μηδὲ τὴν γεωργίαν ὑμῶν ἀφανισθῆναι. Ἱκανὸς γὰρ ὁ Θεὸς καὶ τὴν ταραχὴν λῦσαι, καὶ τῆς ὑπομονῆς ὑμῖν δοῦναι τὸν μισθόν. Οὐδὲ γὰρ τοσοῦτος ὑμῖν ὁ μισθὸς, ὅτε μετ' εὐκολίας τὰ πράγματα ἠνύετο, ὅσος ἐστὶν ὑμῖν νῦν, ὅτε πολλὴ ἡ δυσκολία, πολλὴ ἡ ταραχὴ, πολλοὶ οἱ σκανδαλίζοντες. Ἐννοοῦντες τοίνυν καὶ τὸν κάματον ὃν ἐκάμετε, καὶ τὸν πόνον ὃν ὑπεμείνατε, καὶ τὰ κατορθώματα ἃ

Gubernatores, cum mare furore percitum et excitatum, atque ingentem tempestatem ac turbinem cernunt, non modo navim non deserunt, sed etiam tunc majore sollicitudine ac studio utuntur, tum ipsi vigilantes, tum alios excitantes. Medicique rursus, cum febrim excitatam vehe- Cucuso anno 405.
menter sævire prospiciunt, ægrotum non modo non relinquunt, verum etiam tum denique, et per se, et per aliorum operam ad profligandum morbum plus studii atque operæ adhibent. Quorsum hæc commemoro? Nimirum ut ne quis vos ob exortum tumultum in fraudem impellat, adducatque, ut Phœniciam relinquatis, ex eaque secedatis: quin potius, quo plures difficultates vobis objiciuntur, gravioresque fluctus ac major perturbatio, eo quoque constantius laboretis, excubetis, majorem animi promtitudinem adhibea-
tis, ut ne præclarissima vestra substructio corruat, nec tantus vester labor fructu careat, susceptaque in animarum cultu opera deleatur. Potest enim Deus et hunc tumultum sedare, et patientiæ mercedem vobis conferre. Neque enim tanta vobis merces constituta erat, cum negotia sine ulla difficultate ac molestia conficiebantur, quanta nunc est, cum magna difficultas proponitur, ingens perturbatio, multique offendiculo

[c] Duo Mss. μέγιστα σεαυτῷ προαποτιθέμενος.

sunt. Quocirca laborem eum, quem pertulistis, et ærumnam quam sustinuistis, et ea, quæ præclare gessistis, vobiscum reputantes, illudque item, Deo favente tantam jam impietatis partem a vobis exstinctam esse, Phœniciæque res in melius processisse, ac majorem nunc mercedem amplioremque remunerationem vobis fore, denique Deum impedimenta quoque brevi sublaturum, et multa vobis patientiæ præmia persoluturum esse, illic quæso permanete atque consistite. Nam ne nunc quidem vobis quidquam deesse potest : ego enim, ut omnia, tam in indumentis, quam in calceamentis, ac fratrum alimentis, eadem qua prius copia et affluentia vobis suppeditentur, imperavi. Quod si nos, cum in tanta calamitate atque acerbitate versemur, ac Cucusi solitudinem incolamus, tantam operis vestri curam gerimus, multo sane magis vos etiam, cum abunde vobis omnia suppetant, quæ vestrarum partium sunt præstare convenit. Rogo igitur, ne quis vos terreat. Nam et negotia meliorem jam spem ostendunt : idque ipsi ex literarum, quæ a reverendissimo domino meo presbytero Constantio missæ sunt, exemplis facile intelligetis. Ac si permaneatis, etiamsi sexcenta impedimenta oboriantur, omnia tamen frangetis. Nihil quippe patientiam ac tolerantiam æquare potest : rupi enim similis est : contra motus ii omnes eæque insidiæ, quæ adversus Ecclesiam struuntur, fluctibus non dissimiles sunt, qui rupi illiduntur, atque in spumam suam abeunt. In mentem vobis veniat, quanta apostoli tum a suis, tum ab exteris pertulerunt : et ut omne prædicationis tempus per tentationes, per pericula, per insidias confecerint, nunc carcere et vinculis, nunc exsiliis, nunc flagris, nunc fame et nuditate consumti. Et tamen, etiam cum in carcere degerent, a munere sibi commisso non absistebant : verum beatus Paulus, etiam cum in vincula conjectus ac flagris concisus esset, et cruore difflueret, et ligno alligatus esset, et tot malis premeretur, tamen in ipso quoque carcere antistitis sacri munere fungebatur, et carceris custodem baptizabat, eaque omnia, quæ sui muneris erant, exsequebatur. Hæc igitur omnia, aliaque id genus animo volventes, ut vos jam hortatus sum, firmi atque immobiles state, et a fraudibus cavete, Dei opem atque auxilium, cui nihil par esse potest, exspectantes : ac de omnibus his re

Patientia rupi similis est.

κατωρθώσατε, καὶ ὅτι χάριτι Θεοῦ τοσοῦτον κατελύσατε τῆς ἀσεβείας τὸ μέρος, καὶ εἰς προκοπὴν τὰ πράγματα τῆς Φοινίκης ἦλθε, καὶ ὅτι πλείων ὁ μισθὸς νῦν ὑμῖν καὶ μείζων ἡ ἀμοιβὴ, καὶ ὅτι ταχέως ὁ Θεὸς καὶ τὰ κωλύματα καταλύσει, καὶ πολλὰς ὑμῖν τῆς ὑπομονῆς δώσει τὰς ἀντιδόσεις, παραμένετε, ἐνίστασθε. Οὐδὲν γὰρ ὑμῖν ἔχει λεῖψαι οὐδὲ νῦν, ἀλλὰ τῆς αὐτῆς ἀφθονίας καὶ δαψιλείας ἀπολαύειν ὑμᾶς ἐκέλευσα, εἴτε ἐν ἐνδύμασιν εἴτε ἐν ὑποδήμασιν, εἴτε ἐν [b] διατροφαῖς τῶν ἀδελφῶν. Εἰ δὲ ἡμεῖς ἐν τοσαύτῃ θλίψει ὄντες, καὶ περιστάσει, καὶ ἐρημίαν οἰκοῦντες τὴν Κουκουσὸν, τοσαύτην ποιούμεθα φροντίδα τῶν κατορθωμάτων τῶν ὑμετέρων, πολλῷ μᾶλλον καὶ ὑμᾶς δεῖ πολλῆς εὐπορίας ἀπολαύοντας, κατὰ τὴν χρείαν λέγω τῶν ἀναγκαίων, τὰ παρ' ἑαυτῶν συνεισφέρειν. Παρακαλῶ τοίνυν, μηδεὶς ὑμᾶς φοβήσῃ. Καὶ γὰρ καὶ τὰ πράγματα χρηστοτέρας ἔσχεν ἐλπίδας· καὶ δυνήσεσθε τοῦτο μαθεῖν ἀπὸ τῶν ἀντιγράφων τῶν ἀποσταλέντων παρὰ τοῦ κυρίου μου τοῦ εὐλαβεστάτου πρεσβυτέρου Κωνσταντίου. Καὶ ἐὰν παραμείνητε, κἂν μυρία ᾖ τὰ κωλύματα, πάντων περιέσεσθε. Οὐδὲν γὰρ ὑπομονῆς ἴσον καὶ καρτερίας· πέτρᾳ γὰρ ἔοικεν· αἱ δὲ ταραχαὶ αὗται καὶ αἱ ἐπιβουλαὶ, αἱ κατὰ τῆς Ἐκκλησίας γινόμεναι, κύμασιν ἐοίκασι προσρηγνυμένοις τῇ πέτρᾳ, καὶ διαλυομένοις εἰς οἰκεῖον ἀφρόν. Ἐννοήσατε ὅσα οἱ μακάριοι ἀπόστολοι ἔπασχον καὶ παρὰ οἰκείων, καὶ παρὰ ἀλλοτρίων, καὶ ὅτι πάντα τὸν χρόνον τοῦ κηρύγματος διὰ πειρασμῶν, διὰ κινδύνων, δι' ἐπιβουλῶν διήνυσαν, εἰς δεσμωτήρια, [a] καὶ ἁλύσεις, καὶ ἀπαγωγὰς, καὶ μάστιγας καὶ λιμοὺς, καὶ γυμνότητας δαπανώμενοι. Ἀλλ' ὅμως καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς δεσμωτηρίοις οἰκοῦντες, τῆς ἐγχειρισθείσης αὐτοῖς οἰκονομίας οὐκ ἀφίσταντο· ἀλλ' ὁ μακάριος Παῦλος καὶ δεσμωτήριον οἰκῶν, καὶ μεμαστιγωμένος, καὶ αἵματι περιῤῥεόμενος, καὶ ξύλῳ προσδεδεμένος, καὶ τοσαῦτα πάσχων, καὶ ἐμυσταγώγει ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, καὶ τὸν δεσμοφύλακα ἐβάπτιζε, καὶ τὰ παρ' ἑαυτοῦ πάντα ἐποίει. Ταῦτ' οὖν ἅπαντα καὶ τὰ τοιαῦτα λογιζόμενοι, καθάπερ ὑμῶν παρεκάλεσα τὴν ἀγάπην, στήκετε ἑδραῖοι, ἀμετακίνητοι, ἀνεξαπάτητοι, τὴν τοῦ Θεοῦ ἐλπίδα ἀναμένοντες, καὶ τὴν ἐκεῖθεν συμμαχίαν, ἧς ἴσον οὐδέν· καὶ ἀντιγράψαι ἡμῖν περὶ πάντων σπουδάσατε ἐξ αὐτῆς. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ Ἰωάννην τὸν εὐλαβέστατον πρεσβύτερον εἰς τοῦτο ἀπεστείλαμεν, ὥστε παρακαλέσαι ὑμῶν τὴν διάνοιαν, καὶ μὴ ἀφεῖναι ὑπὸ μηδενὸς παρασαλευθῆναι. Ἐγὼ τὸ ἐμαυτοῦ πεποίηκα, καὶ λόγοις παρακαλῶν, καὶ συμβουλαῖς ἀνορθῶν, καὶ τῶν χρειῶν τὴν ἀφθονίαν παρέχων, ὥστε ἐν μηδενὶ ὑμᾶς

[b] Fabric. διαστροφαῖς. Infra idem πολλῆς ἐμπορίας ἀπολαύοντες.

[a] Fabric. ἁλύσεις καὶ ἀγῶνας καί.

ὑστερηθῆναι. Εἰ δὲ μὴ βουληθείητέ μου ἀνέχεσθαι, ἀλλ' αὐτοῖς τοῖς ἀπατῶσιν ὑμᾶς καὶ ἀναπτεροῦσι πεισθῆναι, ἐγὼ ἀνεύθυνός εἰμι. Ἴστε δὲ καὶ ἡ κατάγνωσις αὕτη καὶ ἡ ζημία ἐπὶ τίνα ἔρχεται. Ἵν' οὖν μηδὲν τοιοῦτον γένηται, παρακαλῶ ἀνέχεσθαί μου, τοῦ σφόδρα ὑμᾶς ἀγαπῶντος. Καὶ περὶ ὧν ἂν δέησθε, ἢ ἐπιστείλατε ἡμῖν, ἤ, εἰ βούλεσθε, ἕνα τινὰ E πέμψατε πρὸς ἡμᾶς, καὶ οὐδὲν ὑμῖν ὑστερήσει καθόλου.

bus, ut responsum a vobis feramus, curate. Hac enim de causa etiam Joannem religiosissimum presbyterum misimus, ut vos cohortetur, nec vos a quoquam perturbari sinat. Equidem ipse, quod mei muneris erat, præstiti, tum vos sermonibus cohortans, tum consiliis erigens, tum ea quæ opus erant prolixe subministrans, quo nihil omnino vobis deesset. Quod si me perferre minime volueritis, verum iis potius, qui vos decipiunt ac velut pennas vobis addunt, fidem habeatis, extra culpam ipse sum. Scitis autem, in cujus caput hæc condemnatio atque jactura cadat. Ne igitur quidquam hujusmodi contingat, vos etiam atque etiam rogo, ut me, qui vos impense amo, perferatis. De rebus vobis necessariis vel ad nos scribite, vel, si ita lubet, hominem mittite : nec vobis quidquam omnino defuturum est.

ρκδ΄. Γεμέλλῳ.

Ἄλλοι μὲν τῇ θαυμασιότητι σου συνήδονται τῆς ἀρχῆς, ἐγὼ δὲ τῇ πόλει, καὶ τῇ μεγαλοπρεπείᾳ δὲ τῇ σῇ, οὐ διὰ τὴν ἐντεῦθεν τιμὴν (ὑψηλότερος γὰρ τῶν τοιούτων μεμελέτηκας εἶναι), ἀλλὰ διὰ τὸ λαβεῖν ἀφορμὴν τὴν παρέχουσάν σοι μετὰ πολλῆς τῆς ἀδείας 665 A καὶ τοῖς πολλοῖς δεῖξαι τὴν σύνεσίν σου, καὶ τὴν ἡμερότητα, καὶ τὸ ἐντεῦθεν κέρδος συναγαγεῖν. Εὖ γὰρ οἶδα ὅτι καὶ τοὺς σφόδρα τῇ γῇ προσηλωμένους, καὶ πρὸς τὰ ὀνείρατα ταῦτα κεχηνότας, λέγω δὴ τὴν παρὰ τῶν πολλῶν δόξαν, παιδεῦσαι δυνήσῃ, ὅτι οὐχ ἐν τῇ χλανίδι, καὶ τῇ ζώνῃ, οὐδὲ ἐν τῇ φωνῇ τοῦ κήρυκος ὁ ἄρχων, ἀλλ' ἐν τῷ τὰ πεπονηκότα [a] ἀνακτᾶσθαι, καὶ τὰ κακῶς ἔχοντα διορθοῦν, καὶ κολάζειν μὲν ἀδικίαν, μὴ συγχωρεῖν δὲ ὑπὸ δυναστείας τὸ δίκαιον ἀπελαύνεσθαι. Καὶ γὰρ οἶδά σου τὴν παῤῥησίαν, τὴν ἐλευθεροστομίαν, τῆς διανοίας τὸ ὕψος, τὴν τῶν βιωτικῶν ὑπεροψίαν, τὸ μισοπόνηρον, τὸ ἥμερον, τὸ φιλάνθρωπον, οὗ μάλιστα ἄρχοντι δεῖ. Διὸ κἀκεῖνο οἶδα σαφῶς, ὅτι λιμὴν ἔσῃ τῶν ναυαγούντων, βακτηρία τῶν ἐπὶ γόνυ κλιθέντων, πύργος τῶν ὑπὸ δυνα- B στείας ἀδίκου πολεμουμένων· καὶ ἔσῃ ταῦτα ῥᾳδίως. Οὐδὲ γὰρ πόνου σοι δεῖ, οὐδὲ ἱδρῶτος, οὐδὲ χρόνου μακροῦ εἰς τὸ κατορθοῦν ταῦτα· ἀλλ' ὥσπερ ὁ ἥλιος ὁμοῦ τε φαίνεται, καὶ πάντα λύει ζόφον· οὕτω καὶ αὐτὸς ἐπὶ τοῦ θρόνου φανεὶς, εὖ οἶδ' ὅτι ἐκ πρώτης ἡμέρας τούς τε ἀδικεῖν ἐπιχειροῦντας ἀνέστειλας, τούς τε ἀδικουμένους, καὶ πρὶν εἰς τὸ δικαστήριον εἰσελθεῖν, πάσης ἐπηρείας ἀπήλλαξας· καὶ ἤρκεσεν

CXXIV. Gemello.

Alii quidem ob magistratum tibi gratulantur : ego autem urbi ac tibi, non ob hunc honorem, quo auctus es (sublimior enim his rebus esse didicisti), sed quod occasionem nactus sis, qua prudentiæ ac lenitatis tuæ specimen quamplurimis hominibus facile præbeas, lucrumque, quod hinc oritur, colligere queas. Neque enim mihi dubium est, quin eos qui terræ nimium affixi sunt, atque his somniis, id est, humanæ gloriæ, inhiant, hoc edocere possis, prætorem non in veste ac cingulo, nec in præconis voce situm esse; verum in hoc demum, ut quæ labefactata sunt in integrum restituat, et quæ malo statu sunt corrigat, atque injustitiam coerceat, nec jus ab opibus et potentia opprimi patiatur. Mihi enim explorata est animi tui fiducia, loquendi libertas, mentis sublimitas, rerum hujus vitæ contemtio, improborum odium, lenitas, humanitas, qua potissimum is, qui aliis præest, opus habet. Ac proinde illud probe novi, te facile fore naufragorum portum, baculum ruentium, turrim eorum qui per injuriam a potentibus opprimuntur. Non enim labor, non sudor, non longum tempus ad hæc perficienda requiritur: verum quemadmodum sol, simulatque lucet, statim caliginem omnem fugat : sic etiam te, simulatque in solio conspectus es, primo etiam die, tum eos qui injuriam aliis inferre conabantur, repressisse, tum

Cucuso anno 404. vel 405.

[a] Fabric. ἀνακτήσασθαι.

eos, quibus injuria fiebat, etiam antequam ad tribunal accederes, omni vexatione liberasse confido, atque ad hæc perficienda satis est ea opinio quam homines de tua sapientia habebant. Ideo etsi in solitudine degens, ac multis incommodis affectus, ingenti tamen lætitia perfundor, nimirum ex ea, quam iis qui læduntur affers ope, propriam mihi voluptatem fingens.

εἰς τὴν τούτου διόρθωσιν ἡ τῆς φιλοσόφου σου ψυχῆς ὑπόληψις. Διὰ ταῦτα καίτοι ἐν ἐρημίᾳ καθήμενος, καὶ πολλαῖς συνεχόμενος περιστάσεσι, πολλῆς γέμω τῆς εὐφροσύνης, ἡμετέραν ἡδονὴν τὴν τῶν ἀδικουμένων συμμαχίαν ἡγούμενος.

IN EPISTOLAM SEQUENTEM

AD CYRIACUM EPISCOPUM EXSULEM

MONITUM.

In hujus epistolæ sinceritatem quæstiones moverunt duo Angli in Editione Saviliana. In notis enim p. 856 hæc habet Halesius, ab Henrico Savilio allatus : « Hæc ad Cyriacum epistola semper mihi vehementer ut supposititia est suspecta. Primo enim epistolarem illum characterem, qui in reliquis, omnino non video. Deinde proœmium idem fere habet cum epistola prima ad Olympiadem, quinetiam integras sententias ex aliis Chrysostomi operibus decerptas, quæ videntur imitatorem aliquem sapere : et alioquin certe, nisi ubi Chrysostomus plane compilatur, stylus Chrysostomum non refert. Quinetiam quædam sunt a Joannis nostri moribus et ingenio aliena. Nam quod ad adulterii crimen respondet ἀποδύσατέ μου τὸ σῶμα etc. et popularis vocis commemoratio συνέφερεν ἵνα ὁ ἥλιος συνέστειλε τὰς ἀκτῖνας αὐτοῦ, ἢ ἵνα τὸ στόμα Ἰωάννου ἐσιώπησε : quodque in Arsacium paulo, quam par est, acerbius invehitur : hæc, inquam, omnino non placent. Primum enim habent aliquid in se turpiculi, secundum jactantiæ, postremum stomachi. Atque certe horum ultimum dudum a Photio observatum memini, cui et medelam conatur adhibere, sed non satis dextro Æsculapio. Postremo quod ait ἀπὸ τῶν Κουκουσῶν, nusquam noster hoc numero loquitur, sed semper in singulari. Atque hæc fere sunt, quæ in hac epistola observavi, integrum de re tota judicium erudito permittens lectori. »

In iisdem notis Savilianis p. 888 Joannes Boisius his respondet, et una excepta styli dissimilitudine,
666 cætera omnia argumenta refellit : hanc autem notam putavit Tillemontius esse Savilii, cujus certe major esset auctoritas ; sed est Joannis Boisii, ut ibidem in summo margine videas : sic autem loquitur :

« Ex omnibus illis rationibus, quæ contra epistolæ istius auctoritatem afferuntur, nulla mihi magis placet, quam quæ a styli dissimilitudine ducitur. Hæc enim nota raro fallit, cum reliqua, quæ adduntur, non adeo sint infallibilis certitudinis, ut propterea necessario sit epistola illa Chrysostomo abjudicanda. Communia habet multa epistolæ hujus exordium cum prima ad Olympiadem. Fateor. Sed non ideo statim negandum, esse eam Chrysostomi. Quoties enim eadem Chrysostomus repetit, idque ἀπαραλλάκτως fere tum in epistolis, tum in homiliis? Quæ semel enim bene dicta sunt, ea aliter dicere velle, nisi causa aliqua justior impulerit, non tam diserti est, quam curiosi et copiam ostentantis. Non reprehenditur igitur Homerus, quod a seipso sæpiuscule mutuatur, et de iisdem eadem subinde dicit : sed inter reliquas ejus virtutes hoc etiam numeratur, quod utilissimo frugalitatis exemplo posteris relicto, non necessaria ubique varietate consulto abstinet. Quod ad παθητικὸν illud attinet, ἀποδύσατέ μου τὸ σῶμα, etc. videndum annon summa ejus innocentia, cum incredibili dolore conjuncta, et impudentia rursus adversariorum homini misero ac dejecto sine modo insultantium, talem illi vocem exprimere potuerint. Popularis acclamationis commemorationem tempus fortasse ipsum defendat. Verba, si per se spectentur, videantur ab homine inani et jactabundo profecta : sed si tempus quo prolata fuerint respiciatur, nemo est, opinor, paulo æquior, qui Chrysostomo exsuli, ejecto, injuriis non dicendis fatigato, indignissimis calumniis

oppresso, μεγαλοῤῥημοσύνην istiusmodi non condonet. Juvat enim animum perpetuo mœrore prostratum talibus velut adminiculis se erigere atque elevare. Sed Arsacium paulo, quam par esset, acerbius tractavit. Sit hoc Chrysostomi culpa, non autem argumentum, quod epistola sit supposititia. Imo hinc colligerem potius genuinum esse fœtum. Quis enim nescit, quam ingentes fuerint Chrysostomo spiritus : qua ἐλευθεροστομίᾳ, qua παῤῥησίᾳ in omnes usus fuerit, etiam in Eudoxiam Augustam. Si igitur Eudoxiæ non pepercit, Arsacio eum parcere voluisse estne verisimile ? Restat ultimum argumentum a voce Κουκουσῶν petitum, quod etsi non negligendum videtur, tamen nisi aliunde corroboretur, ex se parum firmitatis habet. Potuit enim vel librarii, vel typographi culpa accidere, ut pro Κουκουσοῦ, Κουκουσῶν scriberetur. Præterea, ni fallor, et Κουκουσός et Κουκουσά legitur. Sed instar omnium est illud de stylo et charactere, quod solum tantum apud me valet, ut non dubitem cum Halesio tuo, optimo et eruditissimo juvene, pronuntiare, epistolæ hujus auctorem non Chrysostomum fuisse, sed alium aliquem cum Chrysostomo nec ingenio nec eloquentia comparandum. »

Locus ille Photii, quem commemorat supra Halesius, sic habet : Ὅτι ἐν τῇ πρὸς τὸν ἐπίσκοπον Κυριακὸν ἐπιστολῇ, ἣν ἀπὸ τῆς δευτέρας ἐξέπεμψεν ἐξορίας, καθάπτεται μὲν τοῦ Ἀρσακίου, λῆρον αὐτὸν καὶ μοιχὸν καλῶν· ἐπαινεῖ δὲ τοὺς ἀποστρεφομένους τὴν αὐτοῦ κοινωνίαν, ὡς διὰ Θεὸν καὶ τὸ εἰς τὸν ἀρχιερέα αὐτοῦ ἀδίκημα τὴν ἀποστροφὴν αὐτῶν ποιουμένους. Καίτοι γε ἐν ἄλλοις φαίνεται παραινῶν μὴ ἀφίστασθαι ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας. Εἰς τοῦτο δὲ ὕστερον, ὡς ἔοικε, μετέστη, ἐπειδὴ καὶ οἱ τοῦτον ἀδίκως ἐκβαλόντες, οὐχ οἷς ἔπραξεν ἔστερξαν, ἀλλὰ καὶ καταδρομὰς καὶ ἐπιβουλὰς κατὰ τῶν αὐτῷ προσανακειμένων καὶ ὑπερορίας ἐπαλαμήσαντο. « In epistola ad Cyriacum episcopum, quam in secundo scripsit exsilio, Arsacium insectatus delirum et mœchum vocat, laudatque eos qui ejus communionem aversantur, utpote qui propter Deum, et propter injustitiam archiepiscopo suo illatam ab ipso segregentur. In aliis tamen locis hortatur ne ab Ecclesia separentur. Verum sic ultimo sententiam mutavisse videtur, quia ii qui se injuste ejecerant, gestis suis non acquiescerent, sed eos qui sibi addicti essent, insectarentur, insidiis appeterent, et in exsilium amandarent. »

Ut ad objecta ab Halesio redeamus, ea omnia non male refutavit Joannes Boisius, uno excepto argumento ex styli dissimilitudine petito, quod ille amplectitur; et tamen est omnium levissimum, ut infra videbitur.

Primo ait Halesius se epistolarem illum characterem in hac epistola non videre, qui in aliis Chrysostomi operibus observatur ; et quasi oblitus eorum quæ ante dixerat, ait procemium idem fere habere, quod in epistola prima ad Olympiadem, quam ipse ut genuinam admittit; illud vero procemium magnam epistolæ partem complectitur : in tota igitur illa parte admittat oportet epistolarem illum Chrysostomi characterem; in sequentibus etiam non pauca ex epistolis ad Olympiadem exque aliis item reperias, quoniam 667
in his epistolis, ut statim observes si legas, cum ad diversos scribit, eadem fere repetit, ut optime animadvertit Boisius. Nihil certe hic est quod compilatorem sapiat; omnia fluunt, omnia recto procedunt ordine : cum autem accusatus quod cum muliere concubuerit respondet : *Exuite corpus meum, et membrorum meorum mortificationem reperietis,* id ait, quod in pari casu dicendum oportuit. An tacere licuit cum in rebus gravissimis tanti episcopi fama læderetur ? Annon potuit ille, imo annon debuit de tanto crimine accusatus ea proferre, quæ ad sui purgationem opportuna erant ? Popularem autem acclamationem, imo et verba ipsa, amico sine jactantia dicere potuit Chrysostomus : amici namque, præsertim ii qui eadem de causa vexantur, arcanum nihil inter se habent : Cyriacus porro exsul de illatis Joanni Chrysostomo malis admodum dolebat ; ideo quæ sibi fausta acciderint recenset Chrysostomus ut ipsum consoletur, iisque recensitis ita claudit : *Quamobrem te rogo, ac genibus tuis advolutus obtestor, ut mœrorem et luctum abjicias.* Jam cum Arsacium sycophantam, qui oblatis sibi episcopo suo falsis criminationibus, sedem suam invaserat, vir tamen octogenarius et ineruditus, cum, inquam, illum delirum, mœchum et lupum vocat, illud agit quod præstitit Athanasius, cum Gregorius quispiam in ejus locum substitutus est, et postea cum Georgius ipsius sedem invasit; nam improbos hujusmodi, facinorosos, et qui pacem Ecclesiæ interturbabant, non sancti viri modo, sed ipsi quoque apostoli maledictis incessebant. Ad hæc vero an clementius agit Chrysostomus cum Arsacio in libro illo cui titulus, *Ad eos qui scandalizati sunt,* quem supra edidimus ? An mitiora his sunt verba quæ ibidem leguntur, p. 507, c. 20, ἱερεὺς νῦν, φαῦλος γεγενημένος, καὶ λύκου παντὸς ἀγριώτερον ἐπιπηδῶν τῇ ἀγέλῃ, *sacerdos ille improbus, lupo quovis sævius in gregem insiliens* ? An quid gravius dici potuit ?

Aliud objicitur quod hic legatur ἀπὸ τῶν Κουκουσῶν cum contra Κουκουσόν in singulari semper habeatur apud Chrysostomum. Verum hæc lectio τῶν Κουκουσῶν est solius editionis Savilianæ : nam editiones Morelli et omnes Mss. hic Κουκουσοῦ habent, illudque τῆς Κιλικίας, quod in Editis addebatur, ab optimis Mss. abest. Cucusum autem in Armenia esse ait alibi Chrysostomus ; alii in Cilicia ; Athanasius in Cappadocia locat, quia, cum in earum regionum confinio esset, modo huic, modo illi contributa est. Omnes certe viri docti hanc epistolam pro vera et genuina habent, nec ea de re vel minimam quæstionem movent.

CXXV. Cyriaco episcopo exsulanti.

Cucuso anno 404.

Age, mœstitiæ tuæ ulcus rursus leniam, atque cogitationes eas, quæ hanc nubem collegerunt, discutiam. Ecquid enim est, quod mœres atque animum dejicis? An quia gravis est tempestas, ac sævum naufragium, quod Ecclesiam occupavit? Hoc ipse quoque scio, nec ullus est, qui inficias ire possit : imo vero, si ita lubet, eorum quæ fiunt imaginem tibi adumbrabo. Mare videmus ab imis usque gurgitibus revulsum, nautas gubernaculorum ac remorum loco manus genibus implicitas habentes, præque tempestatis magnitudine tanta consilii inopia laborantes, ut nec cælum, nec mare, nec terram cernant, verum flentes ac lamentantes in tabulatis jaceant. Atque in mari quidem ita evenire solet : nunc autem in nostro quoque mari gravior procella gravioresque fluctus excitantur. Verum fac Domino nostro Christo supplex sis, qui non arte tempestatem superat, sed nutu solo eam discutit. Quod si precibus ad eum adhibitis nondum tamen exauditus es, ne elanguescas, animumque despondeas; hujusmodi namque benigni illius numinis mos est. Annon tres illos pueros a periculo subducere poterat, ac ne in ignis fornacem inciderent prohibere? At postquam captivi abducti, atque in barbarorum regionem abjecti, paternaque hereditate eversi, atque ab omnibus desperati sunt, nec jam ullum mali genus deerat, tum denique Christus, verus Deus noster, repente miraculum edidit, ignemque dissipavit. Ignis enim justorum virtutem minime ferens e for-

A ρκε΄. [a] Πρὸς Κυριακὸν ἐπίσκοπον ἐν ἐξορίᾳ ὄντα καὶ αὐτόν.

Φέρε δὴ πάλιν ἀπαντλήσω τῆς ἀθυμίας τὸ ἕλκος, καὶ διασκεδάσω τοὺς λογισμοὺς τοὺς τὸ νέφος τοῦτο συνιστῶντας. Τί γάρ ἐστιν ὃ λυπῇ καὶ ἀδημονεῖς; Διότι χαλεπὸς ὁ χειμὼν καὶ πικρὸν τὸ ναυάγιον [b] τὸ τὴν Ἐκκλησίαν καταλαβόν; Τοῦτο οἶδα κἀγὼ, καὶ οὐδεὶς ἀντερεῖ· ἀλλ᾽ εἰ βούλει, εἰκόνα σοι ἀναπλάττω τῶν γινομένων. [c] Θάλατταν δρῶμεν ἀπ᾽ αὐτῆς κάτωθεν ἀναμοχλευομένην τῆς ἀβύσσου, τοὺς ναύτας ἀντὶ τῶν οἰάκων καὶ τῶν κωπῶν τὰς χεῖρας τοῖς γόνασι B περιπλέξαντας, καὶ πρὸς τὴν ἀμηχανίαν τοῦ χειμῶνος ἀπορηθέντας, οὐκ οὐρανὸν βλέποντας, οὐ πέλαγος, οὐ ξηρὰν, ἀλλ᾽ ἐπὶ τῶν στρωμάτων κειμένους, καὶ ὀλοφυρομένους, καὶ κλαίοντας. Καὶ ταῦτα μὲν ἐπὶ τῆς θαλάσσης οὕτω συμβαίνει· νῦν δὲ ἐπὶ τῆς ἡμετέρας θαλάσσης χείρων ὁ θόρυβος, καὶ χείρω τὰ κύματα. Ἀλλὰ παρακάλει τὸν Δεσπότην ἡμῶν Χριστὸν, ὃς οὐ τέχνῃ περιγίνεται χειμῶνος, ἀλλὰ νεύματι λύει τὴν ζάλην. 668 A Ἀλλ᾽ εἰ καὶ πολλάκις παρεκάλεσας, καὶ οὐκ εἰσηκούσθης, μὴ ὀλιγωρήσῃς· τοιοῦτον γὰρ ἔθος ἔχει ὁ φιλάνθρωπος Θεός. Μὴ γὰρ οὐκ ἠδύνατο ἐκείνους τοὺς τρεῖς παῖδας λυτρώσασθαι, ἵνα μὴ εἰς τὴν κάμινον τοῦ πυρὸς ἐμπέσωσιν; Ἀλλ᾽ ὅτε ᾐχμαλωτεύθησαν, ὅτε εἰς βάρβαρον χώραν ἀπεῤῥίφησαν, καὶ τῆς πατρῴας κληρονομίας ἐξέπεσον, καὶ παρὰ πάντων ἀπεγνώσθησαν, καὶ [a] οὐδὲν λοιπὸν οὐκ ἀπελίπετο, τότε Χριστὸς ὁ ἀληθινὸς Θεὸς ἡμῶν τὴν θαυματοποιίαν εἰργάσατο, καὶ διεσκόρπισε τὸ πῦρ. Μὴ φέρον γὰρ τὴν ἀρετὴν τῶν δικαίων τὸ πῦρ, ἐξεπήδησεν ἔξω, καὶ ἐνεπύρισεν οὓς εὗρε περὶ τὴν κάμινον τῶν Χαλδαίων. B Καὶ λοιπὸν ἐκκλησία αὐτοῖς ἦν ἡ κάμινος, καὶ πᾶσαν τὴν κτίσιν προσεκαλοῦντο, τά τε ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα,

[a] De epistola ad Cyriacum pluribus diximus in Monitio. Πάλιν deest in omnibus Mss. excepto Coisliniano, qui hic habet καὶ σκεδάσω.

[b] [Savilii dedimus lectionem. Montf. τὰ τ. ἐ. καταλαβόντα.]

[c] Coislin. θάλατταν δρῶ μαινομένην ἀπ᾽ αὐτῆς. Infra idem καὶ πρὸς τὴν ἀπορίαν τοῦ χειμῶνος ἀπορηθέντας. Porro cum hæc homilia in multis similis sit ei quæ supra prima ad Olympiadem locatur, Codicis Regii scriba hic multa ex eadem epistola de verbo ad verbum exscripsit usque ad illud, νεύσει μόνον καὶ πάντα ἐν μιᾷ καιροῦ λύεται ῥοπῇ.

[a] Coislin. οὐδὲν λοιπὸν τῶν δεινῶν οὐκ ἀπελίπετο.. Θεὸς ἡμῶν ἄφνω τῇ θαυματοποιίᾳ διεσκόρπισε τὸ πῦρ.

ἀγγέλους καὶ δυνάμεις, καὶ οὕτω πάντα συλλαβόμενοι
ἔλεγον· Εὐλογεῖτε πάντα τὰ ἔργα Κυρίου τὸν Κύριον.
Ὁρᾷς πῶς ἡ [b] ὑπομονὴ τῶν δικαίων καὶ τὸ πῦρ εἰς
δρόσον μετέβαλε, καὶ τὸν τύραννον ἐδυσώπησε, καὶ
κατὰ πάσης τῆς οἰκουμένης ἐκπέμπει γράμματα;
Μέγας ὁ Θεὸς, φησὶ, Σεδρὰχ, Μισὰχ, καὶ Ἀβδε-
ναγώ. Καὶ ἰδοὺ πόσην ἀποτομίαν ἐνέθηκεν, εἴ τις
λόγον εἴπῃ κατ' αὐτῶν, τὸν οἶκον αὐτοῦ ταμιεύεσθαι,
καὶ τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ διαρπάζεσθαι. Μὴ οὖν ἀθυ-
μήσῃς, μηδὲ ὀλιγωρήσῃς. Καὶ γὰρ ἐγὼ ὅτε ἐξηλαυνό- C
μην ἀπὸ τῆς πόλεως, οὐδὲν τούτων οὐκ ἐφρόντιζον,
ἀλλ' ἔλεγον πρὸς ἐμαυτόν· * εἰ μὲν βούλεται ἡ βασί-
λισσα ἐξορίσαι, ἐξορίσῃ με· Τοῦ Κυρίου ἡ γῆ, καὶ τὸ
πλήρωμα αὐτῆς. Καὶ εἰ βούλεται πρῖσαι, πρίσῃ με·
τὸν Ἡσαΐαν ἔχω ὑπογραμμόν. Εἰ θέλει εἰς τὸ πέλα-
γος ἀκοντίσαι με, τὸν Ἰωνᾶν ὑπομιμνήσκομαι. Εἴ με
θέλει εἰς κάμινον ἐμβαλεῖν, τοὺς τρεῖς παῖδας ἔχω
τοῦτο πεπονθότας. Εἴ με θέλει τοῖς θηρίοις βαλεῖν,
τὸν Δανιὴλ ἐν λάκκῳ τοῖς λέουσι βεβλημένον ὑπομι-
μνήσκομαι. Εἰ θέλει με λιθάσαι, λιθάσῃ με· τὸν
Στέφανον ἔχω τὸν πρωτομάρτυρα. Εἰ θέλει τὴν κε-
φαλήν μου λαβεῖν, λάβῃ· ἔχω Ἰωάννην τὸν βαπτι-
στήν. Εἰ θέλει τὰ ὑπάρχοντά μου λαβεῖν, λάβῃ αὐτά· D
Γυμνὸς ἐξῆλθον ἐκ κοιλίας μητέρος μου, γυμνὸς καὶ
ἀπελεύσομαι. Ἐμοὶ παραινεῖ ὁ ἀπόστολος· Πρόσωπον
ἀνθρώπου ὁ Θεὸς οὐ λαμβάνει· καὶ, Εἰ ἔτι, φησὶν,
ἀνθρώποις ἤρεσκον, Χριστοῦ δοῦλος οὐκ ἂν ἤμην.
Καὶ ὁ Δαυὶδ καθοπλίζει με λέγων, Ἐλάλουν ἐν τοῖς
μαρτυρίοις σου ἐναντίον βασιλέων, καὶ οὐκ ᾐσχυνό-
μην. Πολλὰ κατ' ἐμοῦ ἐσκευάσαντο, καὶ λέγουσιν,
ὅτι τινὰς ἐκοινώνησα μετὰ τὸ φαγεῖν αὐτούς. Καὶ εἰ
μὲν τοῦτο ἐποίησα, ἐξαλειφθείη τὸ ὄνομά μου ἐκ τῆς
βίβλου τῶν ἐπισκόπων, καὶ μὴ γραφείη ἐν τῇ βίβλῳ
τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, [c] ὅτι ἰδοὺ ἐὰν τοιοῦτον ἐγὼ E
ἔπραξα, καὶ ἀποβαλεῖ με Χριστὸς ἐκ τῆς βασιλείας
αὐτοῦ. Εἰ δὲ ἅπαξ καὶ τοῦτό μοι λέγουσι, καὶ φιλο-
νεικοῦσι, καθελέτωσαν καὶ τὸν Παῦλον, ὃς μετὰ τὸ
δειπνῆσαι ὁλόκληρον τὸν οἶκον ἐβάπτισε· καθελέτωσαν
καὶ αὐτὸν τὸν Κύριον, ὃς μετὰ τὸ δειπνῆσαι τοῖς
ἀποστόλοις τὴν κοινωνίαν ἔδωκε. Λέγουσιν, ὅτι με- 669
τὰ γυναικὸς ἐκοιμήθην. Ἀποδύσατέ μου τὸ σῶμα, A
καὶ εὑρήσετε τὴν νέκρωσιν τῶν μελῶν μου. Ἀλλὰ
ταῦτα πάντα διὰ τὸν φθόνον ἐποίησαν. Ἀλλὰ πάντως
λυπῇ, ἀδελφὲ Κυριακὲ, ὅτι ἐκεῖνοι οἱ ἡμᾶς ἐξορίσαν-
τες ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς παῤῥησιάζονται, καὶ πλῆθος
ἀκολουθεῖ δορυφόρων αὐτοῖς; Ἀλλὰ πάλιν ὑπομνή-
σθητι τὸν πλούσιον καὶ τὸν Λάζαρον, ποῖος μὲν ἐν τῷ
νῦν αἰῶνι ἐθλίβη, ποῖος δὲ ἀπήλαυσε. Τί ἔβλαψεν

nace exsiliit, atque Chaldæos, quos circum for-
nacem nactus est, exussit. Ac tum fornax eccle- Dan. 3.
siæ instar ipsis erat : atque res omnes conditas,
tam quæ oculis cernuntur, quam quæ ab oculo-
rum sensu remotæ sunt, hoc est angelos et vir-
tutes, accersebant, sicque omnia in unum com-
plectentes, his verbis utebantur : *Benedicite* Dan. 3. 57.
omnia opera Domini Domino. Vidisne quo-
modo justorum patientia ignem in rorem com-
mutavit, tyrannique animum ita inflexit, ut per
universum orbem literas mitteret, ad hunc mo-
dum loquens : *Magnus Deus Sidrach, Misach,* Dan. 3. 95.
et Abdenago? Ac vide quam atrox supplicium
constituit, si quis adversus ipsos aliquid contu- Ibid. v. 96.
meliose dixisset : nempe ut domus ipsius ac fa-
cultates omnes diriperentur. Ne igitur animum
demittas, ac desperatione frangaris. Nam nec
ego, cum civitate pellerer, quidquam horum cu-
rabam, verum mecum ipse ita loquebar : Si Im-
peratrix me exsilio mulctare vult, exsulem sane :
Domini est terra, et plenitudo ejus. Si serra Psal. 23. 1.
de me supplicium capere cupit, dissecer : He-
saiam pro exemplo habeo. Si me in mare præci-
pitem dare vult, Jonæ recordor. Si in fornacem Jonæ 1.
conjicere vult, tres pueros habeo, qui eodem Dan. 3.
supplicio affecti sunt. Si feris objicere, Danielem, Ibid. c. 6.
qui leonibus objectus est, mihi animo propono.
Si lapidibus obruere vult, obruat : Stephanum Act. 7.
habeo primum martyrem. Si caput meum acci-
pere vult, accipiat : Joannem habeo. Si faculta- Marc. 6.
tes meas sumere, sumat : *Nudus egressus sum* Job. 1. 21.
de ventre matris meæ, nudus etiam hinc abs-
cedam. Monet me his verbis apostolus : *Deus* Gal. 2. 6.
hominis personam non accipit; atque his rur- et 1. 10.
sum : *Si adhuc hominibus placerem, Christi*
servus non essem. Mihi etiam David arma
subministrat, cum ait : *Loquebar de testimo-* Psal. 118.
niis tuis in conspectu regum, et non confun- 46.
debar. Multa adversum me struxerunt : aiunt-
que me post epulas quibusdam communionem
impertiisse. Hoc si feci, de episcoporum libro
nomen meum expungatur, nec in orthodoxæ
fidei volumine scribatur, quoniam ecce si quid-
quam ejusmodi perpetravi, Christus e regno suo
me abjiciat. Quod si mihi obstinata mente id
objicere pergunt, Paulum etiam de dignitatis Act. 16.
gradu dejiciant, qui cœnatus universam domum
baptizavit; Domino item ipsi auctoritatem abro-

[b] Duo Mss. ὑπομονὴ τῶν ἁγίων. Infra alius ἀποτομίαν ἔθηκε, alius ἀποτομίαν ἐχρήσατο.

* His similia habes supra p. 418, et 421, itemque in quadam epistolarum ad Olympiadem.

[c] Duo Mss ἔτι οὐδὲν τοιοῦτον.

gent, qui apostolis post cœnam communionem
dedit. Quin me quoque cum muliere concubuisse
criminantur. Exuite corpus meum, et membro-
rum meorum mortificationem reperietis. Verum
ad hæc omnia facienda livore adducti sunt. At
idne omnino, Cyriace frater, animum tuum dis-
cruciat, quod illi qui me ex urbe expulerunt,
in foro libere volitant, ingensque stipatorum
Luc. 16. grex eos a tergo sequitur? Verum recordare La-
zari et divitis illius : annon ille in hoc ævo ca-
lamitosus fuit, hic autem voluptatibus ac luxu
diffluxit? Quidnam porro illi paupertas detri-
menti attulit? Annon ut pugil ac victor in Abra-
hæ sinum delatus est? Quidnam rursum huic,
qui in purpura et bysso requiescebat, opes pro-
fuerunt? Ubi lictores? ubi satellites? ubi equi au-
reis frenis insignes? ubi parasiti, et regia mensa?
Annon tamquam latro vinctus in monumentum
abducebatur, nudam animam e mundo efferens;
Luc. 16. 24. atque inani voce clamabat, *Pater Abraham,
mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti
sui in aquam, et refrigeret linguam meam,
quia crucior in hac flamma?* Quid patrem
Abrahamum vocas, cujus vitam non imitatus es?
Ille neminem non domo excipiebat: tu ne unius
quidem pauperis curam gessisti. Nec vero est
quod lugeamus ac collacrymemus, quod is, qui
tantis opibus præditus erat, aquæ guttam non est
consequutus. Quoniam enim micas pauperi mini-
me largitus est, idcirco ne guttam quidem aquæ
accipit. Hiemis tempore misericordiæ sementem
non fecit, ac proinde ne æstate quidem messem
fecit. Quin hoc quoque certo consilio a Domino
actum est, ut impiorum pœna, et justorum re-
quies, e regione sitæ sint : nimirum ut sese ipsi
mutuo prospiciant atque agnoscant. Tunc enim
quilibet martyr tyrannum suum agnoscet, atque
item quilibet tyrannus martyrem eum, quem cru-
ciatu affecit. Nec vero hæc a me dico : audi
Sap. 5. 1. enim quid Sapientia dicat : *Tunc stabit justus
in magna constantia adversus eos, qui se an-
gustiaverunt.* Nam quemadmodum is qui fer-
vente sole iter facit, ac siti flagrat, cum limpidum
fontem nactus est, ac bibere prohibetur, magno
dolore afficitur; aut rursum quemadmodum cum
quispiam ingenti fame affectus, mensæ omni
eduliorum genere confertæ assidet, cæterum a
potentiore quodam impeditur, ne mensam attin-
gat, ac cibis fruatur, gravem dolorem et crucia-
tum sentit, quod cum mensæ accumbat, epulis

αὐτὸν ἡ πενία; Οὐχὶ ὁ ἀθλητὴς καὶ νικητὴς εἰς τοὺς
κόλπους Ἀβραὰμ ἀπηνέχθη; Τί δὲ ὠφέλησεν ἐκεῖνον
ὁ πλοῦτος τὸν ἐν πορφύρᾳ καὶ βύσσῳ ἀναπαυόμενον;
B Ποῦ οἱ ῥαβδοῦχοι; ποῦ οἱ δορυφόροι; ποῦ οἱ χρυσο-
χάλινοι ἵπποι; ποῦ οἱ παράσιτοι, καὶ ἡ βασιλικὴ
τράπεζα; Οὐχὶ ὡς λῃστὴς δεδεμένος ἀπήγετο ἐν τῷ
μνήματι, γυμνὴν τὴν ψυχὴν ἐκ τοῦ κόσμου ἐκφέρων,
καὶ κράζει κενῇ τῇ φωνῇ, Πάτερ Ἀβραὰμ, πέμψον
Λάζαρον, ἵνα βρέξῃ τὸ ἄκρον τοῦ δακτύλου αὐτοῦ,
καὶ καταψύξῃ τὴν γλῶττάν μου, διότι δεινῶς ἀποτη-
γανίζομαι; Τί πατέρα καλεῖς τὸν Ἀβραὰμ, οὗ τὸν
βίον οὐκ ἐμιμήσω; Ἐκεῖνος πάντα ἄνθρωπον εἰς τὸν
C οἶκον αὐτοῦ ἐξένιζεν, σὺ δὲ ἑνὸς πτωχοῦ φροντίδα
οὐκ ἐποιήσω. Οὐκ ἔστι πενθῆσαι καὶ κλαῦσαι, ὅτι ὁ
τοσοῦτον πλοῦτον ἔχων, σταγόνος ὕδατος ἄξιος οὐκ
ἐγένετο. Ἐπειδὴ γὰρ ψιχίων οὐ μετέδωκε τῷ πτωχῷ,
σταγόνα ὕδατος οὐ λαμβάνει. Τῷ χειμῶνι οὐκ ἔσπει-
ρεν ἔλεος· ἦλθε τὸ θέρος, καὶ οὐκ ἐθέρισε. Καὶ τοῦτο
τοῦ Δεσπότου οἰκονομία, ὅτι ἐξ ἐναντίας ἐποίησε τὴν
κόλασιν τοῖς ἀσεβέσι, καὶ τὴν ἀνάπαυσιν τοῖς δικαίοις,
ἵνα βλέπωσιν ἀλλήλους, καὶ ἀλλήλους γνωρίζωσι.
Καὶ γὰρ ἕκαστος τότε μάρτυς τὸν ἴδιον τύραννον ἐπι-
γνώσεται, καὶ ἕκαστος τύραννος τὸν ἴδιον μάρτυρα,
D ὃν ἐκόλασε. Καὶ οὐκ ἐμὰ τὰ ῥήματα· ἄκουσον τῆς
Σοφίας λεγούσης· Τότε ἐν πολλῇ παῤῥησίᾳ στήσεται ὁ
δίκαιος κατὰ πρόσωπον τῶν θλιψάντων αὐτόν. Ὥσπερ
γὰρ ὁδοιπόρος ἐν καύματι περιπατῶν, ἡνίκα εὕρῃ
καθαρὰν πηγὴν τῇ δίψῃ φλεγόμενος, καὶ πολλῷ τῷ
λιμῷ συνεχόμενος παρακαθέζηται τραπέζῃ ἐχούσῃ
παντοῖα τὰ ἐδέσματα, παρά τινος δὲ δυνατωτέρου
κωλύηται μὴ ἅψασθαι τῆς τραπέζης, μηδὲ ἀπολαῦσαι
τῶν ἐδεσμάτων, σφοδρὰν ἔχει τὴν ὀδύνην καὶ τὴν
κόλασιν, ὅτι τῇ τραπέζῃ παρακαθέζεται, καὶ τῶν
βρωμάτων ἀπολαῦσαι οὐ δύναται, καὶ ὁ τῇ πηγῇ
παρακαθεζόμενος, τοῦ ὕδατος ἀπολαῦσαι οὐ δύναται·
E οὕτως ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως, [a] βλέπουσι τοὺς
ἁγίους εὐφραινομένους οἱ ἀσεβεῖς, καὶ τῆς βασιλικῆς
τραπέζης ἀπολαῦσαι οὐ δύνανται. Καὶ γὰρ τὸν Ἀδὰμ
ὁ Θεὸς κολάσαι βουλόμενος, ἐποίησεν αὐτὸν ἐξ ἐναν-
τίας τοῦ παραδείσου ἐργάζεσθαι τὴν γῆν, ἵνα καθ'
ἑκάστην ἡμέραν καὶ ὥραν βλέπων ἐκεῖνο τὸ ποθητὸν
χωρίον, ὅθεν ἐξῆλθεν, ἔχῃ πάντοτε τὴν ὀδύνην ἐν τῇ
ψυχῇ. Εἰ δὲ καὶ ὧδε ἀλλήλοις μὴ συντύχωμεν, ἀλλ'
670 ἐκεῖ οὐδεὶς ὁ κωλύων ἡμᾶς τότε μετ' ἀλλήλων διάγειν·
A καὶ ὀψόμεθα τοὺς ἐξορίσαντας ἡμᾶς, ὥσπερ ὁ Λάζαρος
τὸν πλούσιον, καὶ οἱ μάρτυρες τοὺς τυράννους. Μὴ
οὖν ἀθύμει, ἀλλὰ μνημόνευε τοῦ προφήτου λέγοντος·
Μυκτηρισμὸν ἀνθρώπων μὴ φοβεῖσθε, καὶ τῷ φαυλι-
σμῷ αὐτῶν μὴ ἡττᾶσθε· ὥσπερ γὰρ ἔριον ὑπὸ σητὸς,
οὕτω βρωθήσονται, καὶ ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσονται.

[a] Coislin. *βλέπουσι μὲν τοὺς ἁγίους εὐφρ.... τῆς δὲ βασιλ.*

Κατανόησον δὲ τὸν Δεσπότην, πῶς εὐθὺς ἀπὸ τῶν σπαργάνων ἐδιώκετο, καὶ εἰς βάρβαρον γῆν ἀπεῤῥίπτετο, ὁ τὸν κόσμον κατέχων, τύπος ἡμῖν γενόμενος τοῦ μὴ ἐκκακεῖν ἐν τοῖς πειρασμοῖς. Ἀνάμνησαι τὸ πάθος τοῦ Σωτῆρος, ὅσας ὕβρεις δι' ἡμᾶς ὑπέμεινεν. Οἱ μὲν γὰρ αὐτὸν Σαμαρείτην ἐκάλουν, οἱ δὲ δαιμονιῶντα καὶ γαστρίμαργον καὶ ψευδοπροφήτην. Λέγουσι γὰρ, Ἰδοὺ ἄνθρωπος φάγος καὶ οἰνοπότης, καὶ ὅτι Ἐν τῷ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια. Τί δὲ ὅτε ἦγον αὐτὸν κρημνίσαι, καὶ ὅτε εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐνέπτυον; τί δὲ ὅτε τὴν χλαμύδα αὐτῷ περιετίθουν, καὶ ὅτε ἀκάνθαις αὐτὸν ἐστεφάνουν, καὶ προσέπιπτον αὐτῷ ἐμπαίζοντες, καὶ πᾶν εἶδος χλεύης αὐτῷ ἐπάγοντες; τί δὲ ὅτε ῥαπίσματα αὐτῷ ἐδίδουν; [a] ὅτε ὄξος καὶ τὴν χολὴν αὐτὸν ἐπότιζον; ὅτε τῷ καλάμῳ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἔτυπτον, καὶ ὅτε περιῆγον αὐτὸν οἱ αἱμοβόροι ἐκεῖνοι κύνες; τί δὲ ὅτε ἐπὶ τὸ πάθος ἤγετο γυμνὸς, καὶ πάντες αὐτὸν κατέλιπον οἱ μαθηταὶ, καὶ ὁ εἷς μὲν αὐτὸν προέδωκεν, εἷς δὲ ἠρνήσατο, οἱ δὲ ἄλλοι ἐδραπέτευσαν, καὶ μόνος εἱστήκει γυμνὸς ἐν μέσῳ τῶν ὄχλων ἐκείνων; ἑορτὴ γὰρ ἦν ἡ ἅπαντας συνάγουσα τότε· καὶ ὅτε ὡς πονηρὸν ἐν μέσῳ κακούργων αὐτὸν ἐσταύρωσαν, καὶ ἄταφος ἐκρέματο, καὶ οὔτε κατήνεγκαν αὐτὸν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, ἕως οὗ τις αὐτὸν ἐξῃτήσατο, ἵνα αὐτὸν θάψῃ; Μνήσθητι ὅτι ταφῆς οὐκ ἠξιώθη, καὶ ὅτι ψόγον πονηρὸν κατ' αὐτοῦ ἀπεφήναντο, καὶ ὅτι οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἔκλεψαν αὐτὸν, καὶ οὐκ ἀνέστη. Ὑπομνήσθητι δὲ καὶ τοὺς ἀποστόλους, ὅτι πανταχόθεν ἐδιώκοντο, καὶ κατεκρύπτοντο, ἐν ταῖς πόλεσι μὴ δυνάμενοι φανῆναι· πῶς ὁ Πέτρος παρὰ Σίμωνι τῷ βυρσεῖ κατεκρύπτετο, καὶ ὁ Παῦλος παρὰ τῇ πορφυροπώλιδι γυναικὶ, ὅτι οὐκ εἶχον παρὰ τοῖς πλουσίοις παῤῥησίαν. Ἀλλ' ὕστερον πάντα ὁμαλὰ ἐγένετο αὐτοῖς. Οὕτω καὶ νῦν μὴ ἀθυμήσῃς. Ἤκουσα γὰρ κἀγὼ περὶ τοῦ λήρου ἐκείνου τοῦ Ἀρσακίου, ὃν ἐκάθισεν ἡ βασίλισσα ἐν τῷ θρόνῳ, ὅτι ἔθλιψε [b] τοὺς ἀδελφοὺς ὅλους μὴ θέλοντας αὐτῷ κοινωνῆσαι· πολλοὶ δὲ αὐτῶν δι' ἐμὲ καὶ ἐν τῇ φυλακῇ ἐναπέθανον. Ὁ γὰρ προβατόσχημος ἐκεῖνος λύκος, ὁ σχῆμα μὲν ἔχων ἐπισκόπου, μοιχὸς δὲ ὑπάρχων· ὡς γὰρ ἡ γυνὴ μοιχαλὶς χρηματίζει, ἡ ζῶντος τοῦ ἀνδρὸς ἑτέρῳ συναφθεῖσα· οὕτω καὶ οὗτος μοιχός ἐστιν, οὐ σαρκὸς, ἀλλὰ πνεύματος· ζῶντος γὰρ ἐμοῦ ἥρπασέ μου τὸν θρόνον τῆς Ἐκκλησίας. Καὶ ταῦτά σοι ἐπέστειλα ἀπὸ Κουκουσοῦ, [c] ὅπου ἐκέλευσεν ἡμᾶς ἡ βασίλισσα ἐξορισθῆναι. Πολλαὶ δὲ θλίψεις

tamen gaudere, vel fonti assidens aqua frui nequeat: eodem modo in judicii die impii sanctos viros lætos atque hilares conspicient, nec tamen ipsis regia mensa frui concedetur. Nam etiam Deus, cum de Adamo supplicium sumere vellet, hoc fecit, ut ipse e paradisi regione terram coleret: quo videlicet in singulos dies ac singulas horas jucundum illum et expetendum locum, unde excesserat, prospiciens, perpetuum animo dolorem hauriret. Quod si hic etiam nobis mutuo congressu frui non licuit, at nemo illic obstabit, quin tum una degamus, eosque, a quibus in exsilium ejecti sumus, videamus, ut Lazarus divitem, et martyres tyrannos. Ac proinde animum ne desponde, verum hanc prophetæ vocem in memoriam revoca: *Nolite timere opprobrium hominum, et contemtum eorum ne metuatis: sicut enim lana a tinea rodentur, et sicut vestimentum veterascent.* Illud etiam animadverte, quomodo Dominus, hoc est is qui mundum continet, statim ab incunabulis exagitabatur, atque in barbarorum terram ejiciebatur: quo nos scilicet exemplo suo moneret, ne in tentationibus animis frangamur. Salvatoris passio tibi in animo versetur, nempe quot contumeliis ipse nostra causa affectus sit. Alii enim eum Samaritanum vocabant, alii arreptitium, et helluonem, et falsum prophetam. Aiebant enim: *Ecce homo vorax et potator vini*, et: *In principe dæmoniorum ejicit dæmonia.* Quid cum eum ducebant ut præcipitio necarent, et cum ipsius faciem conspuebant? quid cum chlamydem ipsi imponebant, ac spinis ipsum coronabant, atque ad ipsius pedes ludibrii causa se abjiciebant, nec ullum irrisionis genus in eo prætermittebant? quid cum alapis ipsum cædebant? cum acetum et fel bibendum ei dabant? cum arundine ipsius caput feriebant? cum sanguinarii illi canes eum huc atque illuc trahebant? quid cum ad mortem nudus ducebatur, omnesque discipuli eum deseruerant, atque unus ex ipsis eum prodiderat, alter negaverat; alii fugam inierant, solus ipse in media illa turba nudus stabat? (festus quippe dies erat, omnes tunc in unum cogens;) quid, 671 cum tamquam nocens et facinorosus inter facinorosos cruci affigebatur, ac posteaquam e cruce

Adami pœna qualis.

Isai. 51. 7. 8.

Luc. 7. 34.

Matth. 9. 34.

[a] Hæc in Reg. uno et in Coislin. permixtim posita sunt.

[b] Tres Mss. τοὺς ἀδελφοὺς καὶ τὰς παρθένους μὴ θελησάσας.

[c] Edit. ἀπὸ Κουκουσοῦ τῆς Κιλικίας. Edit. Savil. ἀπὸ τῶν Κουκουσῶν. In duobus Mss. τῆς Κιλικίας deest: certe Cucusum non omnes Ciliciæ esse dicebant. Si vera sit horum codicum lectio, et veram utique puto, tunc levatur supra memorata in Monito difficultas. Athanasius illam in Cappadocia locat in Historia Arianorum ad Monachos p. 318. Infra Coislin. τῶν Καππαδόκων, καὶ ἐν τῷ Ταύρῳ τῆς Κιλικίας χοροὶ ἡμῖν.

demissus est, tamdiu inhumatus jacuit, quoad, ut sepultura donaretur, a quodam postulatus est? Recordare eum funere non elatum esse, improbumque sermonem adversus eum dissemina-
Matth. 28. tum fuisse, nimirum eum a discipulis suis surreptum fuisse, nec resurrexisse. In mentem veniant apostoli, qui et ipsi undecumque vexabantur, ac latebras quærebant, quod in urbibus palam
Act. 9. 43. versari non possent: quonam pacto Petrus apud
Ibid. 16. 15. Simonem coriarium delitescebat, et Paulus apud mulierem purpurariam, quoniam de divitum erga se animo dubitabant. At postea omnia ipsis plana et facilia fuerunt. Ad eumdem igitur modum tu quoque animum ne dejicias. Allatum autem ad me est de deliro illo Arsacio, quem Imperatrix in throno collocavit, eum fratres eos omnes, qui cum ipso communicare recusabant, afflixisse: et multos ex ipsis mei causa in vinculis diem vitæ extremum clausisse. Siquidem lupus ille, ovis speciem præ se ferens, etsi episcopi larvam gerat, adulter tamen est. Ut enim mulier adultera vocatur quæ vivente viro alteri nubit: eodem modo hic quoque adulter est, non carnis, sed spiritus: me enim vivente Ecclesiæ thronum invasit. Atque hæc tibi e Cucuso scripsi, quo videlicet Imperatrix ablegari me jussit. Multæ porro mihi in via calamitates contigerunt: verum nihil ejusmodi mihi curæ fuit. Ut autem in Cappadociam, atque etiam in Tauro-Ciliciam venimus, magno agmine sancti patres, ac monachi, et virgines obviam nobis prodibant, infinitam lacrymarum vim profundentes. Cumque nos in exsilium abeuntes cernerent, in fletus prorumpebant, hisque inter se verbis utebantur: Satius fuisset solem radios suos subtrahere, quam Joannis os conticere. Hæc me perturbabant ac premebant, quoniam omnes mea causa plorantes intuebar. Nam cætera omnia, quæ mihi oborta sunt, nulla me cura affecerunt. At vero urbis hujusce episcopus perquam humaniter nos excepit, tantamque erga nos caritatem præ se tulit, ut etiam, si fieri potuisset, throno quoque suo nobis cessurus fuerit, nisi nobis cavendum fuisset, ne præscriptum limitem excederemus. Quamobrem te rogo, ac velut genibus tuis advolutus obtestor, ut mœrorem et luctum abjicias, ac pro nobis apud Deum memor sis, nobisque rescribas.

κατὰ τὴν ὁδὸν συνέβησαν ἡμῖν, ἀλλ' οὐδενὸς ἐφροντίσαμεν. Ὅτε δὲ ἤλθομεν πρὸς τὴν χώραν τῶν Καππαδόκων, καὶ ἐν τῇ Ταυροκιλικίᾳ, πολλοὶ χοροὶ ἡμῖν ὑπήντων πατέρων ἁγίων ἀνδρῶν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πλήθη μοναχῶν καὶ παρθένων, τὰς ἀθανάτους πηγὰς τῶν δακρύων ἐκχέοντες. Καὶ ἔκλαιον θεωροῦντες ἡμᾶς ἐν τῇ ἐξορίᾳ ἀπερχομένους, καὶ ἔλεγον πρὸς ἑαυτοὺς, συνέφερεν ἵνα ὁ ἥλιος συνέστειλε τὰς ἀκτῖνας αὐτοῦ, ἢ ἵνα τὸ στόμα Ἰωάννου ἐσιώπησε. Ταῦτά με ἐθορύβησε καὶ ἔθλιψεν, ἐπειδὴ ἔβλεπον πάντας κλαίοντας περὶ ἐμοῦ. Ἐπεὶ τῶν ἄλλων πάντων, ὅσα συνέβη μοι,
ἐν χαλεπωτέρῳ χειμῶνι καὶ ζάλῃ καθεστήκασιν οἱ δεόμενοι λαβεῖν, οὐ τῆς εἰωθυίας ἀπολαύοντες ἀφθονίας. Ἐννοήσας τοίνυν καὶ τοῦ πράγματος τὸ κέρδος, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ καιροῦ γενομένην προσθήκην, τὰ B σαυτοῦ ποιῆσαι παρακλήθητι. Οὐδὲν γὰρ δεῖ πλέον εἰπεῖν πρὸς φιλάνθρωπον οὕτω καὶ ἡμερωτάτην γράφοντες ψυχήν. Οἶδας γὰρ, ὅτι καὶ [1] σπόρτουλα ἡμῖν χρεωστεῖς· ἀλλ' ὅμως καὶ ἐκείνων ἕνεκεν εἰς τοῦτό σοι διαλυόμεθα. Καὶ γράψαι δὲ ἡμῖν παρακλήθητι, ὅτι ἐπένευσας ἡμῶν τῇ αἰτήσει, καὶ τὰ περὶ τῆς ὑγιείας τῆς σῆς εὐαγγελιζόμενος, καὶ παντὸς τοῦ εὐλογημένου σου οἴκου.

tur eleemosyna multo majorem ea, quæ alio tempore præberetur, mercedem acquirit, quanto graviori tempestate ac procella jactantur, qui sibi dari hoc petunt, consuetis facultatibus destituti. Cum igitur rei utilitatem intelligas, et quanta ex temporis conditione fiat accessio, exorari te sine, ut quæ tuarum sunt partium præstes. Nihil enim amplius est dicendum, cum ad clementissimum et benignissimum hominem scribamus : quippe qui noveris te etiam sportulas nobis debere : verumtamen si hoc præstes, quod earum nomine debes, nobis persolutum arbitrabimur. Tu vero ad nos quoque velim scribas, te nostræ petitioni annuisse : deque tua totiusque benedictæ domus tuæ valetudine facias certiores.

σιη'. Εὐθυμίῳ πρεσβυτέρῳ.

Μηδὲν ὑμᾶς λυπείτω τὸ τῆς σχολῆς ἐξεῶσθαι, C ἀλλ' ἐννοοῦντες, ὅσον καὶ ἐντεῦθεν ἐδέξασθε τὸν μισθὸν, καὶ πῶς αὔξεται τὰ τῶν στεφάνων ὑμῖν, χαίρετε καὶ εὐφραίνεσθε ὑπὲρ τῶν παθημάτων τούτων καὶ τῶν ἐπιβουλῶν. Πολλὴν γὰρ ὑμῖν συνάγει ταῦτα τὴν ἐν οὐρανοῖς ἐμπορίαν, καὶ λαμπροτέρους ποιεῖ, καὶ μείζονα καθίστησι τὰ βραβεῖα. Στενὴ γὰρ καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωήν. Καὶ ἡμῖν δὲ συνεχῶς ἐπιστέλλειν τὰ περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς μὴ κατόκνει. Οἶσθα γὰρ ὅπως συνδεδέμεθά σου τῇ ἀγάπῃ, καὶ πῶς, ὅπουπερ ἂν ὦμεν, ἐπὶ διανοίας σε περιφέρω, D ἀεί σου θερμὸς γενόμενος ἐραστής· νῦν δὲ πολλῷ θερμότερος, ὅσῳ καὶ λαμπρότερος ἀπὸ τῶν παθημάτων γέγονας.

CCXVIII. *Euthymio presbytero.*

Nihil vos contristet, quod a schola pulsi fueritis, sed cum animis vestris reputantes, quantam hinc etiam mercedem receperitis, et quo pacto coronæ vobis augeantur, gaudete et exsultate ob ejusmodi afflictiones et insidias. Multum enim vobis hæc in cælis quæstum coacervant, et illustriores vos efficiunt, ac præmia majora constituunt. Angusta quippe et arcta via est, quæ ducit ad vitam. Ad nos quoque frequenter scribere de valetudine tua ne graveris. Scis enim quantis tecum caritatis vinculis obstricti simus, et quo pacto, ubicumque gentium degam, te mente circumferam, tuoque semper amore ardeam : jam vero tanto etiam magis ardeam, quanto ex ejusmodi afflictionibus illustrior evasisti.

Cucuso anno 404.

σιθ'. Σευηρίνῃ καὶ Ῥωμύλῃ.

Εἰ μὴ σφόδρα τὴν γνησίαν ὑμῶν ἀγάπην ᾔδειν, καὶ τὴν σπουδὴν, ἣν ἀεὶ περὶ ἡμᾶς ἐπιδείκνυσθε, κἂν ῥᾳθυμίαν πολλὴν ὑμῖν ἐνεκάλεσα, τῆς μακρᾶς ἕνεκεν ταύτης σιγῆς ἣν ἐσιγήσατε, καὶ ταῦτα πολλάκις καὶ

CCXIX. *Severinæ et Romulæ.*

Nisi probe perspecta mihi vestra sincera caritas esset, ac studium quod erga me semper ostendistis, non mediocris vos negligentiæ propter longum vestrum silentium, idque, cum a nobis

Cucuso anno 404.

[1] Σπόρτουλα. In hanc vocem hæc erudite notat Fronto Ducæus : *Vox est a Latina deflexa : sportulas enim vocant Romani calathos vimineos, in quibus pecuniæ condi solebant, ut Asconius scribit : deinde prandium vel cœna, quæ in sportellas conjecta dabatur clientibus vice cœnæ rectæ, sportula est dicta; tum latius porrecta sportularum appellatio ad salaria, congiaria, et honoraria quævis. Vetus glossarium definit*, τὰ ἐν σπυρίσι διδόμενα ξένια, Xenia quæ in calatho dabantur. *Inde honorarium decurionatus, et ea quæ decuriones dabant pro introitu, et pecuniæ quæ judicibus vel executoribus litium ac negotiorum pro salario dabantur, sic appellantur in tit. de sportulis judicum. Item diaria quæ sacerdotibus dabantur; Cyprianus epist.* 34 : Ut sportulis iisdem cum presbyteris honorentur, et divisiones mensurnas æquatis quantitatibus partiantur. *Et sportulantes clerici, sive fratres sportulantes, qui diaria et sportulas accipiunt, ab eodem dicuntur epist.* 66. *Sportularum igitur nomine vel honorarium aliquod vel subsidium victus hic intellige, quod Chrysostomo a Valentino dabatur.*

frequentes literas acceperitis, accusarem. Sed quoniam scio vos sive sileatis, sive scribatis, pariter erga nos affectas esse, propterea non ausim vos hujus silentii causa reprehendere, tametsi mirifice cupio literas sæpe vestras accipere, quibus de vestra valetudine certior fiam. Nihil enim est causæ cur ad hanc excusationem confugiatis, quod non ita crebro tabellarios nanciscamini: siquidem desideratissimus et suavissimus Salustius, nobis dilectus, ad hoc, sat scio, vobis potuit inservire. Verumtamen ne sic quidem vos accuso, quod admodum de vestra caritate confidam. Nos itaque, quoties licebit, ad vos crebras literas mittere non desinemus, quippe quibus sinceritas et ardor benevolentiæ vestræ cognitus sit et exploratus.

E συνεχῆ παρ' ἡμῶν δεχόμεναι γράμματα. Ἀλλ' ἐπειδὴ οἶδα ὅτι καὶ σιωπῶσαι, καὶ γράφουσαι, ὁμοίως περὶ ἡμᾶς διάκεισθε, τούτου χάριν ἐγκαλεῖν οὐκ ἂν ἀνασχοίμην τῆς σιγῆς ἕνεκεν, εἰ καὶ σφόδρα ἐπιθυμῶ πυκνὰ παρ' ὑμῶν δέχεσθαι γράμματα, περὶ τῆς ὑγείας ὑμῶν δηλοῦντα. Οὐδὲ γὰρ ἔχοιτ' ἂν καταφυγεῖν εἰς τὸ μὴ συνεχῶς ἐπιτυγχάνειν[b] γραμματηφόρου· ὁ γὰρ ποθεινότατος καὶ γλυκύτατος ἀγαπητὸς ἡμῶν Σαλούστιος, εὖ οἶδ' ὅτι πρὸς τοῦτο ὑμῖν διακονήσασθαι
721 A ἠδύνατο. Ἀλλ' ὅμως οὐδὲ οὕτως ὑμῖν ἐγκαλῶ, διὰ τὸ σφόδρα θαῤῥεῖν ὑμῶν περὶ τῆς ἀγάπης. Αὐτὸς μέντοι, ἡνίκα ἂν ἐξῇ, συνεχῶς ἐπιστέλλειν οὐ παύσομαι· οἶδα γὰρ ὑμῶν τὸ γνήσιον καὶ θερμὸν τῆς διαθέσεως.

CCXX. *Pæanio.*

Cucuso anno 404.

Respiravimus, exsultavimus, non jam externam aut peregrinam amplius regionem incolere nos arbitramur, cum ad eam urbem, quæ tam multa perpessa est, tua sublimitas sit reversa. Hac autem idcirco nos voluptate perfundimur, non quod dignitas tibi major obtigerit: dignitas enim tua virtus est animæ tuæ, nec ullus ipsam tibi antea potuit auferre, neque nunc reddidit: (quo enim pacto, cum ablata minime fuerit?) sed idcirco exsultamus, quod magnam consolationis occasionem attulerit tuus in urbem illam reditus iis qui vexabantur, mactabantur, in vincula conjiciebantur, cum communis illorum protector sis, et ad te omnes illi tamquam ad latissimum portum confugiant. Scis quippe inde lucrum decerpere, unde lucrum decerpendum est. Tu vero deinceps de tuorum recte factorum magnitudine scribe, ac manifeste significa, quot jacentes excitaveris, quot lapsos erexeris, quos fluctuantes firmaveris, quibus tamdiu laborantibus subsidio fueris, quot segniores factos, diligentes reddideris, quos diligentes antea, diligentiores effeceris: omnia denique tua in hac acie præclara facinora sigillatim expone. Nam hæc cuncta scio prius etiam, quam literas tuas accipiam, utpote qui animum tuum noverim, generosum athletam ac mirabilem bellatorem: sed a carissima tamen nobis lingua tua cuncta velim ediscere. Huic igitur nostræ petitioni annue, cum intelligas, quanto nos tibi, dum hoc ages, sis beneficio devincturus.

σκ'. Παιανίῳ.

Ἀνεπνεύσαμεν, ἐσκιρτήσαμεν, οὐκέτι ἀλλοτρίαν, οὐδὲ ξένην οἰκεῖν ἡγούμεθα, τῆς σῆς θαυμασιότητος πρὸς τὴν τοιαῦτα πάσχουσαν ἐπανελθούσης πόλιν. Ποιεῖ δὲ ἡμῖν τὴν τοσαύτην ἡδονὴν, οὐ τό σε πλείονος
B ἀπολελαυκέναι τιμῆς· ἡ γὰρ σὴ τιμὴ τῆς ψυχῆς σού ἐστιν ἡ ἀρετὴ, καὶ οὔτε ἔμπροσθέν σέ τις αὐτὴν ἀφελέσθαι ἴσχυσεν, οὔτε νῦν ἀποδέδωκεν· (πῶς γὰρ τὴν μὴ ἀφαιρεθεῖσαν;) σκιρτῶμεν δὲ ὅτι μεγίστη παράκλησις τοῖς ἐλαυνομένοις, τοῖς σφαττομένοις, τοῖς δεδεμένοις εἰς τὴν πόλιν ἐκείνην εἰσελήλυθας, κοινὸν ὄφελος, καὶ λιμὴν εὐρύτατος τούτων ἁπάντων γενόμενος. Καὶ γὰρ οἶσθα κερδαίνειν ἃ κερδαίνειν χρή. Γράφε δὴ λοιπὸν τῶν κατορθωμάτων σου τὸ μέγεθος, καὶ λέγε σαφῶς πόσους κειμένους ἀνέστησας, πόσους καταπεπτωκότας ἀνώρθωσας, τίνας σαλευομένους ἐστήριξας, τίσι πεπονηκόσιν ἐν τῷ μακρῷ τούτῳ χρόνῳ παρέστης,
C τίνας ῥᾳθυμοῦντας σπουδαίους ἐποίησας, τίνας σπουδαίους ὄντας σπουδαιοτέρους εἰργάσω, καὶ πάντα ἁπλῶς καθ' ἕκαστον τὰ ἐπὶ τῆς παρατάξεώς σου ταύτης ἀνδραγαθήματα. Οἶδα μὲν γὰρ ταῦτα καὶ πρὸ τῶν γραμμάτων τῶν σῶν, ἐπειδὴ καὶ τὴν ψυχὴν οἶδα τὴν σὴν, τὸν γενναῖον ἀθλητὴν, καὶ τὸν θαυμαστὸν ἀριστέα· ἀλλ' οὖν βούλομαι καὶ παρὰ τῆς ποθεινοτάτης μοι γλώττης ταῦτα μανθάνειν. Δίδου δὴ ἡμῖν ταύτην τὴν αἴτησιν· οἶσθα γὰρ ἡλίκην χαριῇ χάριν, τοῦτο ποιῶν.

[b] Fabric. γραμματηφόρων.

σκα'. Κωνσταντίῳ πρεσβυτέρῳ.

D

Τῇ τετάρτῃ τοῦ Πανέμου μηνὸς μέλλων ἀπὸ τῆς Νικαίας διεξορμᾶν, ταῦτα διαπέμπομαι τὰ γράμματα πρὸς τὴν σὴν θεοσέβειαν, παρακαλῶν, ὅπερ ἀεὶ παρακαλῶν οὐκ ἐπαυσάμην, κἂν χαλεπώτερος τοῦ νῦν κατέχοντος γένηται ὁ χειμὼν, κἂν μείζονα τὰ κύματα, μὴ διαλιπεῖν τὰ σαυτοῦ πληροῦντα εἰς τὴν οἰκονομίαν, ἧς ἐξ ἀρχῆς ἥψω· λέγω δὴ τοῦ Ἑλληνισμοῦ τὴν καθαίρεσιν, τῶν ἐκκλησιῶν τὰς οἰκοδομὰς, τῶν ψυχῶν τὴν ἐπιμέλειαν· μηδέ σε ὕπτιον ποιείτω τῶν πραγμάτων ἡ δυσκολία. Οὐδὲ γὰρ κυβερνήτης τὸ πέλαγος ὁρῶν μαινόμενον καὶ διανιστάμενον, ἀποστήσεται τῶν οἰάκων· ἀλλ' οὐδὲ ἰατρὸς τὸν κάμνοντα βλέπων τῇ νόσῳ κρατούμενον, ἀναχωρήσει τῆς θεραπείας, ἀλλὰ τότε μάλιστα ἕκαστος τούτων τῇ τέχνῃ χρήσεται. Καὶ σὺ τοίνυν, δέσποτά μου τιμιώτατε καὶ εὐλαβέστατε, πολλῇ νῦν χρῆσαι τῇ προθυμίᾳ, μηδὲ ὕπτιον ποιείτω σε τὰ συμβαίνοντα· οὐ γὰρ ὑπὲρ ὧν ποιοῦσιν ἡμᾶς ἕτεροι κακῶν λόγον δώσομεν, ἀλλὰ καὶ μισθὸν ληψόμεθα. Εἰ δὲ αὐτοὶ τὰ παρ' ἑαυτῶν μὴ εἰσενέγκαιμεν, ἀλλὰ ῥαθυμήσαιμεν, οὐδὲν εἰς τοῦτο ἡμῶν προστήσεται ὁ τῶν πραγμάτων θόρυβος· ἐπεὶ καὶ Παῦλος δεσμωτήριον οἰκῶν, καὶ τῷ ξύλῳ προσδεδεμένος, τὰ αὐτοῦ ἐποίει, καὶ Ἰωνᾶς ἐν τῇ γαστρὶ τοῦ θαλαττίου θηρὸς φερόμενος, καὶ οἱ τρεῖς παῖδες οἱ ἐν τῇ καμίνῳ διατρίβοντες· καὶ οὐδένα τούτων τὰ ποικίλα δεσμωτήρια ταῦτα ῥαθυμότερον πεποίηκε. Ταῦτ' οὖν ἐννοῶν, δέσποτά μου, καὶ Φοινίκης, καὶ Ἀραβίας, καὶ τῶν κατὰ τὴν ἀνατολὴν μὴ παύσῃ φροντίζων Ἐκκλησιῶν, εἰδὼς ὅτι πλείονα λήψῃ τὸν μισθὸν, ὅσῳ καὶ τοσούτων ὄντων τῶν κωλυμάτων, τὰ παρ' αὐτοῦ εἰσφέρεις. Καὶ γράφειν δὲ ἡμῖν συνεχῶς μὴ κατόκνει, ἀλλὰ καὶ πυκνότατα. Ὡς γὰρ ἔγνωμεν νῦν, οὐκέτι εἰς Σεβάστειαν, ἀλλ' εἰς τὴν Κουκουσὸν ἐκελεύσθημεν ἀπελθεῖν, ὅπου σοι καὶ εὐκολώτερον ἐπιστέλλειν ἡμῖν. Γράφε τοίνυν ἡμῖν πόσαι ἐκκλησίαι ἐπ' ἔτος ᾠκοδομήθησαν, καὶ τίνες ἄνδρες ἅγιοι μετέστησαν εἰς τὴν Φοινίκην, καὶ εἴ τις πλέον γέγονε προκοπή. Καὶ γὰρ ἀπὸ Νικαίας εὑρών τινα μονάζοντα [a] ἐγκεκλεισμένον, ἔπεισα αὐτὸν ἐλθεῖν πρὸς τὴν σὴν εὐλάβειαν, καὶ ἀπελθεῖν εἰς Φοινίκην. Εἰ παραγέγονεν οὖν δηλῶσαί μοι σπούδασον. Τοῦ Σαλαμῖνος ἕνεκεν χωρίου τοῦ κατὰ τὴν Κύπρον κειμένου, τοῦ ὑπὸ τῆς αἱρέσεως τῶν Μαρκιωνιστῶν πολιορκουμένου, ἤμην διειλεγμένος οἷς ἐχρῆν, καὶ κατωρθωκὼς τὸ πᾶν, ἀλλ' ἔφθην ἐκβλη-

CCXXI. Constantio presbytero.

Nicæa quarto mensis Julii die soluturus, hasce ad pietatem tuam dedi literas, ad id te cohortans, ad quod numquam cohortari desii : quamvis gravior præsente tempestate procella, majoresque fluctus ingruant, ut ne intermittas ea, quæ officii tui sunt, in ea, quam ab initio cœpisti, administratione adimplere : Græcæ superstitionis exterminationem dico, ecclesiarum constructionem, animarum curam : neque te supinum aut socordem rerum difficultas faciat. Neque enim gubernator, ubi mare ipsum concitari et furere videt, a navis clavo et gubernaculis discedit : neque medicus, ubi ægrum morbo corripi cernit, curatione supersedet : sed tum maxime uterque istorum artem suam adhibet. Tu quoque, domine mi reverendissime ac religiosissime, multam nunc animi promtitudinem adhibe, neque te ad socordiam redigant præsentia mala : non enim de eis, quæ nobis inferuntur, malis rationem reddemus; quin potius mercedem accipiemus. Si vero ea, quæ nostrarum sunt partium, non præstiterimus, sed desides fuerimus, nihil nos ea in re adjuvabit aut defendet malorum tumultus : quandoquidem et Paulus carcerem incolens, in vinculis officium suum fecit, et Jonas in ventre belluæ marinæ inclusus fuit, et tres pueri in camino versati sunt : neque tamen horum quemquam vincula varia ad desidiam redegere. Hæc igitur tecum reputans, domine mi, ne omiseris Phœniciæ, Arabiæ, et Orientis Ecclesiarum curam gerere, illud persuasum habens, locupletiorem te mercedem recepturum esse, si tot et tantis intercedentibus impedimentis, quæ tuarum partium sunt, præstiteris. Neque tibi grave sit identidem ad nos scribere, sed et creberrimas literas dato. Nam sicuti nunc cognovimus, non Sebasteam, sed Cucusum exsulatum ire jussi sumus, quo tibi literas mittere facilius erit. Scribe igitur nobis, quot anno quolibet structæ sint ecclesiæ, et qui viri sancti in Phœniciam commigrarint, et si qua majora accesserint incrementa. Nam cum Nicænum quemdam monachum inclusum reperissem, ei ut ad pietatem tuam iret, et

[Margin note:] [illegible] scripta cum iret in exsilium anno 404. Habetur apud Nicephorum lib. 13, cap. 27. De Panemo mense pluribus agetur in Vita Chrysostomi.

E — 722 A — B — C

[a] Ἐγκεκλεισμένον, *inclusum.* Monachi inclusi, qui sese in cellula quadam abdebant, frequenter memorantur in historia ecclesiastica et ascetica. In epistola autem prima ad Theodorum lapsum, Tomo I, historiam habes monachi cujusdam qui lapsus, postea in cellam sese includi curavit, et hoc genere vitæ plurimis annis est usus.

in Phœniciam proficisceretur, persuasi. An is ad te venerit, fac sciam. De Salamine, quod oppidum est in Cypro situm, et ab hæresi Marcionistarum opprimitur, acturus cum quibus oportuit, et rem omnem feliciter confecturus eram, nisi ejectus fuissem. Quod si dominum meum Cyriacum episcopum Constantinopoli esse cognoveris, scribe ad eum hac de causa, et perficere is omnia poterit. Cohortare omnes, et potissimum eos qui fiduciam apud Deum habent, ut multum et assidue orent, ut præsens orbis terrarum naufragium conquiescat. Intolerabilia enim Asiam, aliasque urbes et Ecclesias invaserunt mala, quæ sigillatim, ne molestus esse videar, enumerare supersedeo : atque unum illud dico, multa nunc et assidua opus esse precatione.

θείς. Εἰ τοίνυν μάθοις τὸν κύριόν μου Κυριακὸν τὸν ἐπίσκοπον ἐπὶ τῆς Κωνσταντινουπόλεως διατρίβειν, ἐπίστειλον αὐτῷ ταύτης ἕνεκεν τῆς ὑποθέσεως, καὶ τὸ πᾶν ἀνύσαι δυνήσεται. Καὶ μάλιστα τοὺς πρὸς τὸν Θεὸν παῤῥησίαν ἔχοντας παρακάλει πολλῇ κεχρῆσθαι τῇ εὐχῇ, πολλῇ τῇ ἐκτενείᾳ, ὥστε τὸ τῆς οἰκουμένης τοῦτο ναυάγιον παύσασθαι. Ἀφόρητα γὰρ καὶ τὴν Ἀσίαν κατέλαβε κακὰ, καὶ ἑτέρας δὲ πόλεις καὶ Ἐκ-
D κλησίας, ἅπερ, ἵνα μὴ δοκῶ διενοχλεῖν, ἀφεὶς τὸ καθ' ἕκαστον λέγειν, ἐκεῖνο μόνον ἐρῶ, ὅτι εὐχῶν πολλῶν χρεία, καὶ δεήσεων ἐκτενῶν.

CCXXII. *Casto Valerio, Diophanto, Cyriaco, presbyteris Antiochenis.*

Cucuso anno 404.

Et quod ad nos scripseritis, et quod literis nos lacessere volueritis, ac literas a nobis petere, modumque epistolæ excedere jusseritis, id argumento fuit vos insaturabili et insano erga nos amore flagrare. Atque hoc efficit, ut ea solitudo, quam incolimus, solitudo minime videatur : hoc diversas et continuas calamitates mitigat. Quid enim cum caritate conferri potest? Nihil plane. Hæc et radix, et mater, et fons est bonorum, virtus minime laboriosa, virtus voluptate referta, quæque multam iis, qui ipsam exercent, voluptatem parit. Quas ob res gratias vobis ingentes agimus, quod adeo sinceram erga nos benevolentiam conservaveritis : nos vero ubicumque gentium fuerimus, licet ad ipsos orbis terrarum fines deferamur, licet ad locum hoc multo desertiorem, vos mente circumferentes abibimus, insculptos vos animo et incisos pectore nostro gestantes, neque itineris longinquitas, neque temporis diuturnitas, neque turba calamitatum negligentiores erga suavitatem vestram nos reddidit, sed quasi non ita pridem vobiscum versati fuerimus, imo vero quasi vobiscum perpetuo versemur, ut re vera versamur, ita vos cernimus, et caritatis oculis contemplamur. Ejusmodi enim est amicitia : non itinerum intervallo dirimitur, non longo dierum spatio debilitatur, non afflictionum turba superatur, sed in altum perpetuo tollitur, et flammæ cursum imitatur. At-

σκβ'. Κάστῳ, Οὐαλερίῳ, Διοφάντῳ, Κυριακῷ, πρεσβυτέροις Ἀντιοχείας.

Καὶ τὸ γράψαι, καὶ προτέρους ἐπιπηδῆσαι τοῖς πρὸς ἡμᾶς γράμμασι, καὶ τὸ γράμματα παρ' ἡμῶν αἰτῆσαι, καὶ τὸ κελεῦσαι ὑπερβῆναι μέτρον ἐπιστολῆς, ἔδειξε τοὺς ἀκορέστους καὶ μανικοὺς ἡμῶν ἐρα-
E στάς. Τοῦτο τὴν ἐρημίαν, ἐν ᾗ διατρίβομεν, οὐκ ἀφίησιν ἐρημίαν φαίνεσθαι· τοῦτο τὰς ποικίλας καὶ συνεχεῖς ἡμῶν περιστάσεις παραμυθεῖται. Τί γὰρ ἀγάπης ἴσον; Οὐκ ἔστιν οὐδέν. Αὕτη καὶ ῥίζα, καὶ πηγὴ, καὶ μήτηρ ἐστὶ τῶν ἀγαθῶν, ἀρετὴ πόνον οὐκ ἔχουσα, ἀρετὴ ἡδονῇ συγκεκληρωμένη, καὶ πολλὴν φέρουσα τοῖς γνησίως αὐτὴν μετιοῦσι τὴν εὐφροσύνην. Διὰ ταῦτα χάριν ὑμῖν ἴσμεν πολλὴν, ὅτι οὕτω γνησίως διετηρήσατε τὴν
723 A περὶ ἡμᾶς διάθεσιν· καὶ ἡμεῖς δὲ ὅπουπερ ἂν ὦμεν, κἂν πρὸς αὐτὰ τῆς οἰκουμένης ἀπενεχθῶμεν [a] τὰ τέρματα, κἂν εἰς ἐρημότερον τούτου χωρίον, περιφέροντες ὑμᾶς ἄπιμεν, ἐγκολάψαντες ὑμᾶς τῇ διανοίᾳ, καὶ τῷ συνειδότι ἐναποθέμενοι, καὶ οὔτε τῆς ὁδοῦ τὸ μῆκος, οὔτε τοῦ χρόνου τὸ πλῆθος, οὔτε ὁ τῶν περιστάσεων ὄχλος ῥαθυμοτέρους ἡμᾶς περὶ τὴν ἐμμέλειαν τὴν ὑμετέραν πεποίηκεν, ἀλλ' ὡς χθὲς καὶ πρώην ὑμῖν συγγενόμενοι, μᾶλλον δὲ ὡς ἀεὶ μεθ' ὑμῶν ὄντες, ὥσπερ οὖν καί ἐσμεν, οὕτως ὑμᾶς ὁρῶμεν, καὶ φανταζόμεθα τοῖς τῆς ἀγάπης ὀφθαλμοῖς. Τοιοῦτον γὰρ τὸ φιλεῖν· οὐ διείργεται [b] ὁδοῦ διαστήμασιν, οὐ μαραίνεται ἡμερῶν πλήθει, οὐ νικᾶται θλί-
B ψεων περιστάσει, ἀλλ' εἰς ὕψος αἴρεται διὰ παντὸς, καὶ φλογὸς μιμεῖται δρόμον. Καὶ τοῦτο ἴστε μάλιστα πάντων, ἐπειδὴ καὶ φιλεῖν μάλιστα πάντων ἐπίστασθε· διὸ καὶ σφόδρα ὑμᾶς μακαρίζομεν. Εἰ γὰρ καὶ ἡμεῖς

[a] Fabric. τὰ πέρατα.

[b] Unus Cod. ὁδῶν διαστήματι, alter ὁδῶν διαστήμασι.

Paulo post duo Mss. αἴρεται διὰ πάντων.

οἰκτροὶ καὶ εὐτελεῖς, ἀλλ' ὁ Θεὸς ἱκανὸς ὑμῖν δοῦναι τῆς ἀγάπης ταύτης μείζονα τὴν ἀνταμοιβὴν, καὶ πολλῷ πλείονα· καὶ γὰρ ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος ἀεὶ νικᾷ ταῖς ἀντιδόσεσι τοὺς ἀγαθόν τι ποιοῦντας ἢ λέγοντας. Ἐγὼ μὲν οὖν ἐβουλόμην καὶ αὐταῖς ὄψεσιν ὑμᾶς ἰδεῖν, καὶ τῆς κατὰ πρόσωπον ἀπολαῦσαι συνουσίας, καὶ ἐμφορηθῆναι καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ τῆς ἀγά-
C πης ὑμῶν· ἐπειδὴ δὲ τοῦτο οὐκ ἔνι, οὐ δι' ὄκνον καὶ ῥαθυμίαν, ἀλλὰ διὰ τὸ τῇ ἀνάγκῃ τῆς ἐξορίας πεπεδῆσθαι, τὸν γοῦν δεύτερον ἡμᾶς μὴ ἀποστερήσητε πλοῦν, ἀλλὰ πέμπετε ἡμῖν νιφάδας ἐπιστολῶν, τὰ περὶ τῆς ὑγείας τῆς ὑμετέρας δηλούσας. Εἰ γὰρ τοιαῦτα δεξαίμεθα γράμματα συνεχῶς, πολλὴν καρπωσόμεθα τὴν παράκλησιν, καὶ ταῦτα ἐν ἀλλοτρίᾳ διατρίβοντες. Εἰδότες οὖν ἡλίκα ἡμῖν χαριεῖσθε, καὶ ἐν ὅσῃ καταστήσετε ἡμᾶς εὐφροσύνῃ, μὴ φθονήσητε τῆς τοσαύτης ἡμῖν ἡδονῆς. Ὁμιλοῦντες γὰρ ὑμῶν τοῖς γράμμασιν, αὐτοὺς ὑμᾶς ἡγησόμεθα ἐνταῦθα παρεῖ-
D ναι, [c] καὶ τρανοτέραν ἐντεῦθεν τῆς παρουσίας ὑμῶν ληψόμεθα τὴν φαντασίαν.

que hoc vos præ cæteris omnibus nostis, quia præ cæteris omnibus etiam amare scitis : quocirca vos quoque beatos dicimus. Licet enim miserabiles simus ac despecti, at potens est Deus, et sufficit ad constituendam vobis mercedem hac caritate majorem, ac multo uberiorem : nam eorum meritum qui aliquid boni egerint dixerint-
C ve, suis præmiis longe superare solet. Et optarem equidem ipsis oculis vos præsentes cernere, et congressu vestro conspectuque frui, atque hoc pacto vestra caritate oblectari : quando autem id non licet, non ob pigritiam aliquam et negligentiam, sed quod exsilii necessitate præpediamur : nolite saltem nos altera navigatione privare, sed ingentem copiam epistolarum ad nos mittite, quæ de vestra nos faciant valetudine certiores. Nam si ejusmodi literas frequenter acceperimus, multam consolationem percipiemus, quantumvis longin-
D qua et extera in regione degamus. Cum igitur vobis exploratum sit, quanto nos devincturi sitis beneficio, quantaque lætitia perfusuri, nolite hanc nobis voluptatem invidere. Dum enim vobiscum per literas colloquemur, vos ipsos hic adesse arbitrabimur, et evidentius tamquam ob oculos positos poterimus animo contemplari.

σκγ'. Ἡσυχίῳ.

Ἐγὼ μὲν ἐπεθύμουν καὶ μὴ γράψας πρὸς τὴν σὴν ἐμμέλειαν πρότερος δέξασθαι ἐπιστολήν· τοῦτο γὰρ μάλιστα ἐραστοῦ σφοδροτάτου· οὐκ ἀνεμείναμεν δὲ ἡμεῖς τὰ σὰ γράμματα, ἀλλὰ πρότεροι τῷ γράφειν
E ἐπεπηδήσαμεν, τὸν θερμὸν ἔρωτα, ὃν περὶ τὴν σὴν ἐμμέλειαν ἔχομεν, κἂν τούτῳ δεικνύντες. Πλὴν ἀλλὰ καὶ τούτου σοι χάριν ἴσμεν· εὖ γὰρ οἶδ' ὅτι οὐκ ἐξ ὀλιγωρίας, ἀλλ' ἐκ τοῦ σφόδρα μετριάζειν τοῦτο πέπονθας. Δείκνυε τοίνυν λοιπὸν μετὰ ἀδείας τὴν περὶ ἡμᾶς ἀγάπην, νιφάδας ἡμῖν πέμπων ἐπιστολῶν, δηλούσας τὰ περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς. Ἢν γὰρ τοιαῦτα δεξώμεθα γράμματα, κἂν πρὸς αὐτὰ τῆς οἰκουμένης ἀπενεχθῶμεν τὰ τέρματα, κἂν εἰς ἐρημότερον τούτου χωρίον, πολλὴν ἀπὸ τῆς ἀγάπης ὑμῶν καρπωσόμεθα
724 A τὴν παράκλησιν. Οὐδὲν γὰρ οὕτω ψυχὴν ἀνέχειν δύναται, καὶ ἐν πολλῇ καθιστᾷν ἡδονῇ, ὡς τὸ φιλεῖν καὶ φιλεῖσθαι γνησίως. Καὶ τοῦτο οἶσθα μάλιστα πάντων αὐτὸς, ἐπειδὴ μάλιστα πάντων καὶ φιλεῖν οἶσθα.

CCXXIII. Hesychio.

Cupiebam equidem, antequam ad suavitatem tuam scripsissem, literas ab ea prior accipere : hoc enim vehementissimi amoris est proprium : verumtamen literas tuas non exspectavimus, sed
E priores ad te scripsimus, ut in hoc saltem ardentis amoris erga tuam suavitatem nostri specimen ederemus. Sed hoc tamen nomine tibi gratiam habemus, ut qui probe sciamus non ex contemtu, sed præ nimia humilitate tibi hoc contigisse. Audacter igitur hunc tuum in nos amorem ostende, ac literas, quibus de tua valetudine certiores fiamus, ad nos creberrimas mitte. Si enim ejusmodi literas acceperimus, licet ad ipsos orbis terrarum fines amandati simus, licet ad locum
724 A isto desertiorem, multo solatio tædium nostrum vestræ caritatis officium mitigabit. Nihil enim ita potest animum erigere, multaque voluptate perfundere, ac si amet ameturque sincere. Atque hoc tu omnium maxime nosti, quandoquidem tu quoque omnium maxime amare nosti.

Cucuso anno 404.

[c] Coislin. καὶ φανερωτέραν ἐντεῦθεν.

CCXXIV. Marciano et Marcellino.

Cucuso anno 404.

Quidnam causæ est, quamobrem, cum tantopere nos ametis (neque enim tanto licet a vobis intervallo disjunctos latet nos amor vester, quod et vehemens sit et inflammatus), silere potuistis, ac ne semel quidem literas ad nos dedistis, sed rem istam similem ænigmati reddidistis? Neque enim legitima fuit illa excusatio, quam in epistola ad religiosissimum presbyterum Constantium missa expressistis. Verumtamen nolim hæc exacte disquirere. Sit ita sane, atque hanc fuisse causam silentii demus: ecce et hæc ipsa nunc vobis eripitur, et literis nostris vos lacessimus, ac simul gratias agimus ob sinceram hanc caritatem, quam erga nos ita florentem conservatis, ac petimus, ut quotiescumque licebit, crebras ad nos literas detis. Non enim dubito quin huc impigre advolare parati fuissetis, nisi ea quæ commemorastis impedimenta intercessissent; imo vero animo jam ac voluntate advolastis. Sed quoniam id reipsa fieri tantisper non potest, literarum saltem solatio nostrum mœrorem lenite, ac de vestra totiusque vestræ domus valetudine nos facite certiores. Si enim ejusmodi literæ ad nos a vobis missæ fuerint, quamvis in asperiori degamus solitudine, quam sit ista, multam ex literis vestris consolationem capiemus.

σκδ'. Μαρκιανῷ καὶ Μαρκελλίνῳ.

Τί τοῦτο; Οὕτως ἡμῶν ἐρῶντες (οὐδὲ γὰρ ἐκ τοσούτου καθημένους ὑμῶν διαστήματος ἔλαθεν ἡμᾶς ὁ ἔρως, διὰ τὸ σφοδρὸς εἶναι καὶ πεπυρωμένος), κατεδέξασθε σιγᾶν, καὶ οὐδὲ ἅπαξ ἡμῖν ἐπεστείλατε, ἀλλ' αἴνιγμα τὸ πρᾶγμα ἡμῖν πεποιήκατε; Οὐδὲ γὰρ ἀρκοῦσα πρόφασις, ἣν ἐγράψατε ἐπιστέλλοντες πρὸς τὸν B κύριόν μου τὸν εὐλαβέστατον πρεσβύτερον Κωνστάντιον. Πλὴν ἀλλ' οὐδὲν ἀκριβολογοῦμαι. Ἀλλ' ἔστω τοῦτο οὕτως ἔχον, καὶ κείσθω τῆς σιγῆς ταύτην εἶναι τὴν αἰτίαν· ἰδοὺ καὶ αὕτη ὑμῖν ἀνῄρηται, καὶ πρότεροι τοῖς πρὸς ὑμᾶς ἐπεπηδήσαμεν γράμμασι, χάριτάς τε ὑμῖν ὁμολογοῦντες τῆς γνησίας ἀγάπης, ἣν οὕτως ἀκμάζουσαν περὶ ἡμᾶς διατηρεῖτε, καὶ παρακαλοῦντες, ἡνίκα ἂν ἐξῇ, καὶ ἐπιστέλλειν ἡμῖν συνεχῶς. Ὅτι μὲν γὰρ καὶ παραγενέσθαι ἐνταῦθα οὐκ ἂν ὠκνήσατε, εἰ μὴ τὰ εἰρημένα κωλύματα παρὰ τῆς κοσμιότητος ὑμῶν ἦν, οὐδὲν ἀμφιβάλλω· μᾶλλον δὲ C ἀπὸ τῆς γνώμης καὶ παρεγένεσθε. Ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτο ἔργῳ πληρῶσαι τέως οὐκ ἔνι, τὴν ἀπὸ τῶν γραμμάτων ἡμῖν παρέχετε παράκλησιν, τὰ περὶ τῆς ὑγείας ὑμῶν καὶ τοῦ οἴκου παντὸς εὐαγγελιζόμενοι. Εἰ γὰρ τοιαῦτα δεξαίμεθα συνεχῶς παρ' ὑμῶν γράμματα, κἂν ἐν χαλεπωτέρᾳ ταύτης ἐρημίᾳ καθήμεθα, πολλὴν ἀπὸ τῶν ἐπιστολῶν ὑμῶν καρπωσόμεθα τὴν παράκλησιν.

CCXXV. Constantio presbytero.

Cucuso anno 404.

Miratus sum cur tu qui tam vehementer nos amas, quique nihil non agere, dicere, ac pati nostra causa paratus es (neque enim nos fugit, neque fieri potest, ut sincere amantem id fugiat), ne semel quidem ad nos scriberes, idque cum nos haud longe a vobis advenissemus, et mihi plurimum colendus et clarissimus frater Libanius ad nos pergeret. Hæc a me non eo consilio dicuntur, ut vos accusem, sed ut dolori meo satisfaciam. Nam quoniam magno affectu pietatem vestram prosequor, non aliam ob causam, sed quoniam omni studio de animæ tuæ salute sollicitus es, et iis qui necessitatibus premuntur communem te portum offers, dum egenis succurris, dum viduis subvenis, dum sustentas orphanos, et communem omnibus te parentem præbes, hac de causa cum ingenti amore tui afficiar, literas

σκε'. Κωνσταντίῳ πρεσβυτέρῳ.

Ἐθαύμασα πῶς οὕτω σφοδρὸς ἡμῶν ὢν ἐραστὴς, καὶ πάντα ποιεῖν καὶ λέγειν ὑπὲρ ἡμῶν καὶ πάσχειν D παρεσκευασμένος (οὐδὲ γὰρ ἡμᾶς ἔλαθεν· οὐδὲ γὰρ ἔνι γνησίως φιλοῦντα λαθεῖν), οὐδὲ ἅπαξ ἡμῖν ἐπέστειλας, καὶ ταῦτα πλησίον ἐλθοῦσιν ὑμῶν, καὶ τοῦ τιμίου μοι καὶ ἐνδοξοτάτου ἀδελφοῦ Λιβανίου ἐνταῦθα ἀφιγμένου. Καὶ ταῦτα οὐκ ἐγκαλῶν, ἀλλ' ἀλγῶν λέγω. Ἐπειδὴ γὰρ σφόδρα διάκειμαι περὶ τὴν εὐλάβειαν ὑμῶν, δι' ἕτερον μὲν οὐδὲν, [a] ὅτι δέ σου τῆς ψυχῆς φροντίδα ποιεῖς μετὰ πάσης τῆς σπουδῆς, καὶ λιμὴν εἶ κοινὸς τῶν ἐν ἀνάγκαις ὄντων, πενίαν λύων, χηρείαν διορθούμενος, ὀρφανίαν ἀνέχων, κοινὸς πατὴρ ἁπάντων ὢν, E τούτου χάριν σφόδρα σου ἐρῶν, καὶ γράμματα παρὰ τῆς σῆς εὐλαβείας δέχεσθαι ἐπιθυμῶ. Δίδου δὴ ταύτην ἡμῖν τὴν χάριν, καὶ ἔμπλησον ἡμῶν τὴν ἐπιθυμίαν. Οὐ γὰρ τὴν τυχοῦσαν καρπωσόμεθα παράκλησιν, καὶ ταῦτα ἐν ἐρημίᾳ διατρίβοντες, ἂν τῆς πο-

[a] Tres Mss. *ὅτι δέ σοι τῆς ψυχῆς μέλει τῆς σῆς μετά.*

θεινῆς σου καὶ ψυχῆς καὶ χειρὸς δεξώμεθα γράμματα, περὶ τῆς σῆς ἀπαγγέλλοντα ὑγείας, καὶ τοῦ οἴκου σου παντός.

etiam recipere a tua pietate desidero. Hanc igitur nobis concede gratiam, ac desiderium nostrum exple. Non enim mediocri solatio levabimur, licet in solitudine constituti, si amantissimi animi tui manusque literas acceperimus, quæ nos de tua totiusque domus tuæ valetudine faciant certiores.

σκς'. Μαρκιανῷ καὶ Μαρκελλίνῳ. 725 A

Ἐλύσατε ἡμῖν τὸ αἴνιγμα. Ὅτι γὰρ οὐκ ἤρκει εἰς ἀπολογίαν ἡ ἐγκειμένη τότε πρόφασις, αὐτοὶ νῦν ἐδηλώσατε, μὴ δεξάμενοι γράμματα, καὶ πρότεροι τῷ γράφειν ἐπιπηδήσαντες. Τοιαύτη γὰρ τῆς ἀγάπης ἡ φύσις· οὐκ ἀνέχεται σιγᾷν, ἀλλὰ κἂν θρασύτητος μέλλῃ κρίνεσθαι, τὸ αὐτῆς πληροῖ. Ἡμεῖς δὲ τοσοῦτον ἀπέχομεν τοῦ γράψασθαι ὑμᾶς διὰ τὸ προτέρους ἐπιστεῖλαι, ὅτι καὶ στεφανοῦμεν ὑπὲρ τούτου, καὶ ἀνακηρύττομεν, καὶ νῦν μάλιστα τοὺς γνησίους ἡμῶν ἔγνωμεν ἐραστὰς, οὐκ ἀπὸ τοῦ γράψαι μόνον, ἀλλὰ καὶ B ἀπὸ τοῦ προτέρους γράψαι. Ἱκανὸς δὲ ὁ Θεὸς καὶ τῆς ἀῤῥωστίας ὑμᾶς ἀπαλλάξαι, καὶ πρὸς καθαρὰν ὑγείαν ἐπαναγαγεῖν, καὶ δοῦναι εὐκολίαν πολλὴν καὶ τῆς κατ' ὄψιν ἡμῖν συνουσίας· ἱκανὴν μὲν καὶ νῦν καρπούμεθα παράκλησιν ἀπὸ γνησίας οὕτω ψυχῆς δεχόμενοι γράμματα· ἐπιθυμοῦμεν δὲ καὶ ἐκείνης τῆς συντυχίας, ἧς γένοιτο μετὰ πολλοῦ τοῦ τάχους ἡμᾶς ἀπολαῦσαι, ὥστε μεγίστην ἡμᾶς ἀγαγεῖν ἑορτήν.

CCXXVI. Marciano et Marcellino.

Nobis ænigma solvistis. Non enim ad defensionem suffecisse illam excusationem, quæ tum suggerebatur, vos nunc indicastis, cum nondum acceptis literis nostris nos lacessendos putastis. Ea quippe caritatis est natura, ut silere minime possit, verum quamvis periculum sit ne accusetur audaciæ, munere suo fungitur. Nos vero tantum abest, ut diem vobis dicamus, quod ad nos priores scripseritis, ut etiam vos hac de causa corona donemus, ac prædicemus, et sinceri amoris vestri periculum nunc maxime fecerimus, non solum quod scripseritis, sed etiam quod priores scripseritis. Deus autem vos omni potest ægritudine liberare, vosque pristinæ restituere sanitati, ac facultatem largiri communis inter nos congressus, et in conspectum mutuum veniendi: siquidem non vulgari solatio recreabimur, si ab homine adeo generoso literas acceperimus: sed et illius colloquii desiderio tenemur, quo utinam nos quam citissime frui contingat, ut nobis instar maximæ cujusdam festivitatis esse possit.

Cucuso anno 404.

σκζ'. Καρτερίᾳ. C

Τί φῄς; Αἱ συνεχεῖς ἀῤῥωστίαι οὐ συνεχώρησάν σοι παραγενέσθαι πρὸς ἡμᾶς; Καίτοι παραγέγονας, καὶ μεθ' ἡμῶν εἶ, καὶ ἀπὸ τῆς γνώμης σου τὸ πᾶν ἀπειλήφαμεν, καὶ οὐδέν σοι ὑπὲρ τούτων ἀπολογίας δεῖ. Ἀρκεῖ γὰρ ἡ θερμή σου καὶ γνησία ἀγάπη, ἡ οὕτως ἀκμάζουσα διηνεκῶς, ἀντὶ πολλῆς εὐφροσύνης ἡμῖν γενέσθαι. Ἀλλ' ἐπειδὴ οὐκ εἰς τὴν τυχοῦσαν φροντίδα ἡμᾶς ἐνέβαλες, περὶ τῆς ἀῤῥωστίας εἰποῦσα τῆς σῆς, εἴ γε ταύτης ἀπαλλαγείης (ἱκανὸς γὰρ ὁ Θεὸς ἀπαλλάξαι σε, καὶ πρὸς ὑγείαν καθαρὰν ἐπαναγαγεῖν), ἐξ αὐτῆς ἡμῖν δήλωσον, ὥστε ἡμᾶς D ἀπαλλαγῆναι τῆς φροντίδος. Ὅπερ γὰρ ἀεὶ γράφων ἐδήλωσα, τοῦτο καὶ νῦν δηλῶ, ὅτι, ὅπουπερ ἂν ὦμεν, κἂν εἰς ἐρημότερον τούτου χωρίον ἀπενεχθῶμεν, σὲ καὶ τὰ σὰ μεριμνῶντες οὐ διαλιμπάνομεν. Τοιαῦτα ἡμῖν ἐνέχυρα τῆς θερμῆς καὶ γνησίας σου ἀγάπης ἐναπέθου, ἅπερ οὐδέποτε σβεσθῆναι δύναται, οὐδὲ καταμαρανθῆναι τῷ χρόνῳ· ἀλλὰ κἂν πλησίον σου ὦμεν τῆς εὐγενείας, κἂν πόῤῥωθεν, ἀεὶ διαφυλάττομεν τὴν

CCXXVII. Carteriæ.

Quid ais? Continui tibi morbi non permiserunt, ut ad nos venires? Atqui venisti, et nobiscum es, et ab animi tui affectu ac voluntate totum illud obtinuimus, nec ulla tibi hac in re excusatione est opus. Etenim ardens ac sincera caritas, quæ sic perpetuo viget, nobis sufficit ad suggerendam ingentis lætitiæ occasionem. Sed quoniam non mediocrem nobis sollicitudinem injecisti, cum de tua ægritudine verba fecisti, si forte ab illa fueris liberata (potest enim Deus illa te liberare, ac pristinæ restituere sanitati), de eadem re certiores nos facito, ut hac sollicitudine liberemur. Quod enim semper literis meis significavi, nunc quoque significo, ubicumque verser, licet ad locum isto desertiorem ablegemur, de te tuisque rebus solliciti esse non cessabimus. Ejusmodi nobis tuæ ferventis et sinceræ caritatis pignora reliquisti, quæ numquam exstingui possunt, neque tempore debi-

Cucuso anno 404.

litari : sed sive tuæ nobilitati vicini simus, sive ab illa remoti, caritatem eamdem conservamus, utpote quibus exploratum sit, quam sincera sit caritas, qua nullo non tempore affectam erga nos esse sensimus.

E αὐτὴν ἀγάπην, εἰδότες [a] ὅτι τὸ γνήσιον καὶ εἰλικρινὲς τῆς διαθέσεώς σου, ἧς διαπαντὸς ἀπελαύσαμεν τοῦ χρόνου.

CCXXVIII. *Theodoro medico.*

Cucuso anno ut putatur 404.

Tu quidem ad negotiorum occupationes confugis, atque inde petita excusatione uteris, quod non veneris: ego vero nihil hac oratione tibi opus esse arbitror. Nam et venisti, et quantum ad caritatem attinet, nihilo inferiore apud nos loco es, quam qui ad nos venerunt : siquidem voluntatis nomine non secus atque illos te prædicamus, atque inter præcipuos amicos numeramus, tibique gratias agimus, quod cum modico temporis spatio nobiscum versatus fueris, ac fortasse ne modico quidem, nihilo minorem erga nos amorem præ te tuleris, quam qui diuturno tempore nobiscum fuerint educati. Quam ob causam ingentes tibi gratias agimus, teque obsecramus, ut ad nos frequenter scribas. Præsentem enim teipsum intueri cupimus; sed ne multos lædamus, qui et manibus tuis indigent, et lingua tua, tantique portus ac refugii aditum illis intercludamus, huc te pertrahere non audemus. Sed quotiescumque facultas dabitur, ut ad nos sæpe literas des obsecramus, deque tua valetudine certiores nos facias. Sic enim quamquam longo intervallo dissiti, acceptis a tua suavitate ejusmodi literis, multam consolationem percipiemus.

σκη'. [b] Θεοδώρῳ ἰατρῷ.

Αὐτὸς μὲν εἰς τὴν τῶν πραγμάτων ἀσχολίαν καταφεύγεις, καὶ ἀπολογίαν ἐντεῦθεν ὑφαίνεις τοῦ μὴ παραγενέσθαι· ἐγὼ δὲ οἶμαι οὐδὲν τούτων σε δεῖσθαι τῶν λόγων. Καὶ γὰρ παραγέγονας, καὶ τῶν ἀφικομένων πρὸς ἡμᾶς οὐδὲν ἔλαττον ἔχεις κατὰ τὸν τῆς ἀγάπης
726 λόγον· ἀπὸ γὰρ τῆς γνώμης σε ἀνακηρύττοντες ὁμοίως
A ἐκείνοις, εἰς τοὺς πρώτους σε τῶν φίλων γράφομεν, καί σοι χάριτας ἴσμεν, ὅτι ὀλίγα συγγενόμενος ἡμῖν, τάχα δὲ οὐδ' ὀλίγα, τῶν πολὺν ἡμῖν συντραφέντων χρόνον οὐκ ἐλάττονα περὶ ἡμᾶς ἐπιδείκνυσαι ἔρωτα. Διὰ ταῦτά σοι χάριτας ἴσμεν πολλάς, καί σε παρακαλοῦμεν συνεχῶς ἡμῖν ἐπιστέλλειν. Ἐπιθυμοῦμεν γὰρ αὐτὸν παρόντα σε θεάσασθαι· ἀλλ' ἵνα μὴ πολλοὺς ἀδικήσωμεν τοὺς καὶ τῶν χειρῶν τῶν σῶν καὶ τῆς γλώττης δεομένους τῆς σῆς, καὶ τοσοῦτον αὐτοῖς προσχώσωμεν λιμένα, οὐ τολμῶμεν ἐνταῦθά σε ἑλκύ-
B σαι. Ἀλλ' ἡνίκα ἂν ἐξῇ, παρακαλοῦμεν συνεχῶς ἡμῖν ἐπιστέλλειν καὶ τὰ περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς εὐαγγελίζεσθαι. Οὕτω γὰρ καὶ πόῤῥωθεν ὄντες πολλὴν καρπωσόμεθα τὴν παράκλησιν, ἂν τοιαύτας δεχώμεθα παρὰ τῆς σῆς ἐμμελείας ἐπιστολάς.

CCXXIX. *Severæ.*

Cucuso anno 404.

Equidem tuam nobilitatem corporeis oculis numquam vidi, caritatis autem oculis omnium maxime conspexi : quandoquidem nullo quantumvis magno regionum intervallo potest ejusmodi conspectus impediri. Cum enim zelum ac studium nobis tuæ nobilitatis pro recta fide dominus meus amantissimus Libanius verbis expressisset, magnopere nos erexit. Quo factum est, ut tametsi numquam te viderimus, priores ad pietatem tuam scripserimus, ipsam orantes, ut quando facultas dabitur, ad nos scribas. Si enim a tua suavitate transmissa perferatur ad nos epistola, quæ de tua valetudine certiores nos faciat, maximo, dum in hac extera regione degi-

σκθ'. Σευήρᾳ.

Ἐγὼ μέν σου τὴν εὐγένειαν εἶδον οὐδέποτε σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς, τοῖς δὲ τῆς ἀγάπης πάντων μάλιστα
C ἐθεασάμην· ἐπειδήπερ, κἂν πολὺ τὸ μέσον ᾖ τῶν διαστημάτων, ταύτην οὐδέποτε διείργει τὴν θεωρίαν. Ὁ γὰρ κύριός μου ὁ ποθεινότατος Λιβάνιος ὑπογράφων ἡμῖν τὸν ζῆλον τῆς σῆς εὐγενείας, τὸν ὑπὲρ τῆς ὀρθῆς πίστεως, καὶ τὴν σπουδήν, σφόδρα ἡμᾶς ἀνεπτέρωσε. Διὸ καὶ μηδέποτέ σε ἑωρακότες, ἐπεπηδήσαμεν πρῶτοι τοῖς πρὸς τὴν σὴν εὐλάβειαν γράμμασι, παρακαλοῦντες καὶ αὐτὴν ἡμῖν ἐπιστέλλειν ἡνίκα ἂν ἐξῇ. Εἰ γὰρ ἔλθοι παρὰ τῆς σῆς ἐμμελείας ἐπιστολὴ ἀπαγγέλλουσα ἡμῖν τὰ περὶ τῆς ὑγείας σου, καὶ τοῦ οἴκου σου παντός, μεγίστην, καὶ ἐν ἀλλοτρίᾳ διατρί-

[a] [Savil. omittit ὅτι. Recte.]

[b] Vatic. et Coisl. Θεοδώρῳ ἀρχιάτρῳ.

βοντες, [a] ἐντεῦθεν καρπωσόμεθα τὴν παράκλησιν. Ἀγάπης γὰρ ἴσον οὐδέν.

mus, solatio mœrorem nostrum mitigabit. Nihil enim est, quod cum caritate conferri possit.

σλ'. Ἐλπιδίῳ ἐπισκόπῳ. D

Πολλὰς ἔχω χάριτας τῷ κυρίῳ μου τῷ ποθεινοτάτῳ Λιβανίῳ, ὅτι καὶ οἴκοθεν ἀνέστη, καὶ ἐνταῦθα παρεγένετο, καὶ πάλιν πρὸς τὴν σὴν εὐλάβειαν ἀφίκετο, [b] καὶ τούτῳ μάλιστα χάριτας αὐτῷ οἶδα. Ἐμοὶ γὰρ πᾶσα σπουδὴ, τιμῆς σε καὶ θεραπείας ἀπολαύειν ἁπάσης παρὰ πάντων· οὐχ ἐπειδὴ αὐτῷ σοι τούτων δεῖ, ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτο συμφέρει ταῖς Ἐκκλησίαις, ταῖς τε χειμαζομέναις, ταῖς τε ἀχειμάστοις. E Ἀποδεχόμενος τοίνυν αὐτὸν τῆς εὐνοίας, δέσποτά μου τιμιώτατε καὶ θεοφιλέστατε, καὶ πάντα παρ' αὐτοῦ μαθὼν μετὰ ἀκριβείας, τά τε ἐν Ἀντιοχείᾳ, καὶ τὰ ἡμέτερα (καὶ γὰρ καὶ ταῦτα ἐρεῖ, ὀλίγον μὲν ἡμῖν συγγενόμενος χρόνον, μαθὼν δὲ ὅπως διάγομεν), ἔκπεμψον αὐτὸν χαίροντα καὶ εὐφραινόμενον. Καὶ γὰρ καὶ τῆς θεοσεβείας ἐκκρέμαται τῆς σῆς, καὶ ἡμῶν σφοδρός ἐστιν ἐραστής. Τὸν δεσπότην μου τὸν ποθεινότατον καὶ τιμιώτατον Ἀσυγκρίτιον τὸν πρεσβύτερον προσειπεῖν 727 παρ' ἡμῶν παρακλήθητι, μετὰ τῶν ποθεινοτάτων A αὐτοῦ τέκνων, καὶ πάντα σου τὸν κλῆρον, ὃν ἐπαίδευσας ἐν βραχεῖ τὸν σὸν περὶ ἡμᾶς μιμεῖσθαι ἔρωτα. Οὐδὲ γὰρ τοῦτο ἡμᾶς ἔλαθεν, ὅσην περὶ ἡμᾶς ἐπιδείκνυνται ἀγάπην, καὶ πῶς πάντα καὶ παθεῖν καὶ ποιῆσαι τούτου ἕνεκεν παρεσκευασμένοι εἰσί. Τοῦτο δὲ ὅλον κατόρθωμα τῆς θεοσεβείας τῆς σῆς.

CCXXX. *Elpidio episcopo.*

Magnam domino meo amantissimo Libanio gratiam habeo, quod et domo sua excessit, et huc venit, ac rursus ad reverentiam tuam profectus est: atque ejus rei causa maxime gratiam illi habeo. Id enim omni animi contentione studeo, ut tibi ab omnibus honor obsequiumque deferatur: non quod tu istis indigeas, sed quoniam hoc Ecclesiis est utile, cum iis quæ persequutionem patiuntur, tum illis quæ tranquillitate fruuntur. Gratam igitur et acceptam habens ipsius benevolentiam, domine mi reverendissime ac religiosissime, cum ab eo diligenter cuncta didiceris, quæ Antiochiæ, quæque apud nos geruntur (nam et ista narrabit, qui tametsi perexiguo tempore nobiscum versatus est, quid tamen rerum geramus didicit), lætum illum hilaremque dimitte. Magno enim amicitiæ tuæ desiderio tenetur, ac vehementi nostri amore flagrat. Amantissimum ac reverendissimum dominum meum Asyncritium presbyterum meis verbis velim salutes, una cum amantissimis ejus liberis, omnemque tuum clerum, quem brevi temporis spatio tuum in nos amorem imitari docuisti. Neque enim id nos fugit, quantam in nos caritatem præ se tulerunt, et quo pacto parati sint eo nomine cuncta perferre ac peragere. Illud vero præclarum facinus totum est tuæ pietati acceptum ferendum.

Cucuso anno 404.

σλα'. Ἀδολίᾳ.

Πολλάκις μὲν ἐπεστάλκαμέν σου πρὸς τὴν εὐλάβειαν, ἀλλ' οὐκ ἀρκεῖ τοῦτο τὸ πολλάκις ἡμῖν, ἀλλ' ἐβουλόμεθα μὲν καθ' ἑκάστην ἡμέραν τοῦτο ποιεῖν. B Οἶσθα γὰρ ὅπως διακείμεθα περὶ τὴν ἐμμέλειαν τὴν σήν. Ἐπειδὴ δὲ τοῦτο οὐκ ἔνι, ἡνίκα ἂν ἐξῇ, ἡμῖν αὐτοῖς τὰ μέγιστα χαριζόμενοι τὴν ὀφειλομένην ἀποπληροῦμεν πρόσρησιν, συνεχῶς καὶ διηνεκῶς βουλόμενοι μανθάνειν τὰ περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς, καὶ τῆς εὐθυμίας. Παρακαλῶ τοίνυν, εἰδυῖα ἡλίκα ἡμῖν χαρίζῃ ταῦτα ἐπιστέλλουσα, ἔργον ποιήσασθαι τοῦτο παρακλήθητι, τὸ συνεχῶς ἡμῖν ταῦτα ἐπιστέλλειν. Ἐπεὶ καὶ νῦν οὐχ ὡς ἔτυχεν ἠλγήσαμεν, ὅτι ἀνδρὸς πᾶσιν, ὡς εἰπεῖν, γνωρίμου, καὶ ἡμῖν ἀγαπητοῦ, μέλλοντος ἐνταῦθα παραγενέσθαι, τοῦ κυρίου μου τοῦ τιμιωτά- C

CCXXXI. *Adoliæ.*

Frequenter quidem ad pietatem tuam literas dedimus, sed hæc frequentia nobis non sufficit, verum id agere singulis diebus cuperemus. Scis enim quo animo erga tuam suavitatem simus. Quando autem id non licet, quoties facultas datur, maximo nos ipsos afficimus beneficio, dum salutationis debitum munus persolvimus, ac de vestra valetudine atque hilaritate sine intermissione ac perpetuo quidpiam audire percupimus. Cum igitur intelligas quantam a nobis gratiam initura sis, quoties ea de re ad nos scribes, oro te, omnem operam adhibe, ut sæpe ad nos de eo literas mittas: siquidem non mediocrem istud nobis dolorem inussit, quod cum vir omnibus

Cucuso anno 404.

[a] Coislin. ἐντεῦθεν δεξόμεθα.

[b] Alii καὶ τούτου μάλιστα.

prope notus nobisque percarus huc profecturus esset reverendissimus dominus meus Libanius, ad nos literarum nihil dederis, fortasse quod ignorares: atqui hoc ipsum est, quod nos male habet, quod qui veniant istinc ad nos, ignores. Nos enim sciscitari ac curiose inquirere non cessamus, quinam hinc ad vos pergant, ut eorum opera desiderium nostrum expleamus: id nimirum tale est, ut ad tuam suavitatem sine intermissione scribamus.

του Λιβανίου, οὐκ ἐπέστειλας ἡμῖν, ἀγνοήσασα μὲν ἴσως· πλὴν ἀλλὰ καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο ἀλγοῦμεν, ὅτι ἀγνοεῖς τοὺς ἐκεῖθεν πρὸς ἡμᾶς ἐρχομένους. Ἡμεῖς γὰρ οὐ παυόμεθα περιεργαζόμενοι καὶ πολυπραγμονοῦντες τοὺς ἐντεῦθεν πρὸς ὑμᾶς παραγενομένους, ἡνίκα ἂν ἐξῇ, δι' ἐκείνων ἡμῖν τὴν ἐπιθυμίαν τὴν ἑαυτῶν πληροῦντες· αὕτη δέ ἐστι τὸ συνεχῶς ἐπιστέλλειν πρὸς τὴν σὴν ἐμμέλειαν.

CCXXXII. Carteriæ.

Cucuso anno 404.

Si probe nosses, quantam a nobis gratiam ineas, dum ad nos scribis, et frequentissime scribis, ac tuæ caritatis melle literas oblinis, omnem operam adhiberes, ut singulis diebus ad nos epistolas mitteres. Non enim jam Cucusum nos habitare censemus, neque in solitudine degere, tantam ex literis tuis ac tua sincera caritate voluptatem haurimus. Quod autem non literas tantum miseris, sed etiam domino meo dilectissimo fratri nostro Libanio persuaseris, ut istinc solveret, et peregrinationem istam susciperet, quantæ istud est benevolentiæ? quantæ sollicitudinis? Hac de causa lætamur et exsultamus. Nihil enim est, quod cum caritate conferri possit. Atque a nobis quidem ipsa postulas, ut eamdem conservemus benevolentiam, quam a principio erga te præ nobis tulimus: at nos eadem illa mensura contenti esse non possumus, sed quotidie conamur affectum illum et amicitiam erga te nova quapiam accessione cumulare, quod dum agimus, beneficio nos ipsos afficimus maximo. Non enim desinimus mente versare quæ sit nobilitas animæ tuæ, quæ sinceritas, ingenuitas amicitiæ, et candor ab omni dissimulatione alienus, et cogitationum istarum memoria maxima lætitia nos perfundit. Quocirca te obsecramus, ut de nostra caritate secura, minime doleas propter ea quæ a tua veneratione transmissa sunt, quod ea nimirum remiserimus. Siquidem affectu ipso et accepimus, et illis potiti sumus; sed quoniam nulla egestate premimur, significavimus, ut nobilitas tua illa conservet: quod si forte premamur egestate, videbis quanta libertate fiduciaque scribemus, ut ad nos mittantur, et in hoc

σλβ'. Καρτερίᾳ.

D Εἰ σαφῶς ᾔδεις ὅσην ἡμῖν δίδως χάριν, καὶ γράφουσα, καὶ συνεχῶς γράφουσα, καὶ τοῦ μέλιτός σου τῆς ἀγάπης ἀναχρωννῦσα τὰ γράμματα, πάντα ἂν ἐποίησας, ὥστε δυνηθῆναι καθ' ἑκάστην ἡμέραν πέμπειν ἐπιστολὰς ἡμῖν. Οὐκέτι γὰρ Κουκουσὸν οἰκεῖν νομίζομεν, οὐδὲ ἐν ἐρημίᾳ διάγειν, τοσαύτην ἀπὸ τῶν γραμμάτων σου καὶ τῆς γνησίας ἀγάπης καρπούμενοι τὴν εὐφροσύνην. Τὸ δὲ μὴ μόνον ἐπιστολὰς πέμψαι, ἀλλὰ καὶ τὸν κύριόν μου τὸν ποθεινότατον ἀδελφὸν ἡμῶν Λιβάνιον πεῖσαί τε ἀναστῆναι ἐκεῖθεν, καὶ τὴν ἀποδημίαν στείλασθαι ταύτην, πόσης διαθέσεώς E ἐστι; πόσης κηδεμονίας; Διὰ ταῦτα σκιρτῶμεν καὶ εὐφραινόμεθα. Ἀγάπης γὰρ γνησίας ἴσον οὐδέν. Καὶ αὐτὴ μὲν ἀξιοῖς τὴν αὐτὴν ἡμᾶς διασώζειν διάθεσιν, ἣν ἐξ ἀρχῆς ἐπεδειξάμεθα περὶ τὴν σὴν ἐμμέλειαν. Ἡμεῖς δὲ οὐκ ἀνεχόμεθα ἐπὶ τοῦ μέτρου μένειν τούτου, ἀλλὰ καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν [a] προσθήκας ἐπιζητοῦμεν τῆς περὶ σὲ διαθέσεως, ἡμῖν αὐτοῖς τὰ μέγιστα χαριζόμενοι. Οὐ γὰρ διαλιμπάνομεν συνεχῶς παρ' ἑαυτοῖς στρέφοντες τὸ εὐγενές σου τῆς ψυχῆς, τὸ ἄπλα- 728 A στον, τὸ ἐλευθέριον, τὸ φιλικὸν, τὸ γνήσιον, τὸ ἀνυπόκριτον, καὶ μεγίστην ἀπὸ τῆς μνήμης τῶν λογισμῶν τούτων καρπούμεθα τὴν εὐφροσύνην. Διὸ παρακαλοῦμεν [a] θαῤῥήσασαν ἡμῶν τῇ ἀγάπῃ, μηδὲν ἀλγῆσαι ὑπὲρ τῶν ἀποσταλέντων παρὰ τῆς σῆς τιμιότητος, ὅτι δὴ ταῦτα ἀνεπέμψαμεν. Τῇ μὲν γὰρ διαθέσει καὶ ἐδεξάμεθα, καὶ ἀπελαύσαμεν αὐτῶν· ἐπειδὴ δὲ ἐν χρείᾳ οὐ καθεστήκαμεν, ἐδηλώσαμεν αὐτὰ τηρεῖσθαι παρὰ τῇ σῇ εὐγενείᾳ. Κἂν ποτε καταστῶμεν ἐν χρείᾳ, ὄψει μεθ' ὅσης παῤῥησίας καὶ τοῦ θαῤῥεῖν γράψομεν, ὥστε ἡμῖν ἀποσταλῆναι, κἂν τούτῳ τὸ σὸν φυλάσσοντες B ῥῆμα. Πρὸς γὰρ τῷ τέλει τῆς ἐπιστολῆς ἔφης· δεῖξον ὅτι καταξιοῖ σου ἡ θεοσέβεια θαῤῥεῖν ἡμῖν, καὶ τοῖς ἡμετέροις ὡς ἰδίοις κεχρῆσθαι. Εἰ

[a] Duo Mss. προσθήκην.

[a] Edit θαῤῥήσασαν. Savil. et unus Cod. θαῤῥήσαντες ὑμῶν τῇ ἀγάπῃ. *Utraque lectio*, inquit Ducæus, *ferri potest: tamen amplexi alteram fuimus, quod minus usitatum sit Chrysostomo, cum unum alloquitur, vocem* ὑμῶν *inserere: quodque in tota hac epistola pronomina singularis numeri tantum usurpet.*

τοίνυν οὕτω βούλει διακεῖσθαι ἡμᾶς, ὥσπερ οὖν καὶ βούλει, καὶ τοῖς σοῖς ὡς ἰδίοις κεχρῆσθαι, ἡνίκα ἂν ἐπιστείλω, τότε πέμπε. Τοῦ γὰρ ἴδια αὐτὰ νομίζειν, τοῦτο μέγιστόν ἐστι σημεῖον τὸ, ἡνίκα ἂν ἐγὼ βουληθῶ, τότε πέμπεσθαι, ἀλλὰ μὴ τότε, ὅτε οὐ δέομαι. Δεῖξον τοίνυν κἂν τούτῳ τὴν γνησίαν σου φιλίαν, καὶ τὴν αἰδῶ τὴν περὶ ἡμᾶς, τῷ καὶ ἐν τούτῳ ἡμῶν ἀνασχέσθαι· καὶ πέμψον ταχέως ἐπιστολὴν ἀπαγγέλλουσαν ἡμῖν ὡς οὐκ ἤλγησας. C Ἂν γὰρ μὴ τοῦτο ποιήσῃς, ἐν διηνεκεῖ φροντίδι καθιστᾷν ἡμᾶς μέλλεις· οὐ γὰρ παυσόμεθα μεριμνῶντες, μή ποτε ἐλυπήσαμεν· πολὺ γάρ σου τῆς ἀγάπης ἀντεχόμεθα, καὶ τοῦ ἀναπαύειν σου τὴν εὐγένειαν. Ἐπεὶ οὖν ἱκανῶς ἀπελογησάμεθα, δήλωσον ἡμῖν ὡς ἐδέξω τὴν ἀπολογίαν ἡμῶν. Καὶ γὰρ ἔξεστί σου μαθεῖν [b] τὴν ἐμμέλειαν, ὅτι πρὸς μὲν ἄλλους τὸ αὐτὸ δὴ τοῦτο πεποιηκότας, καὶ σφόδρα γνησίους ἡμῖν, οὐκ ἐδέησεν ἡμῖν ἀπολογίας, ἀλλ' ἤρκεσε τὸ διακρούσασθαι τὰ πεμφθέντα· ἐπὶ δὲ τῆς σῆς τιμιότητος καὶ ἀπολογούμεθα, καὶ παρακαλοῦμεν μηδὲν ἀλγῆσαι, καὶ οὐ πρότερον ἀποστησόμεθα D συνεχῶς ταῦτα λέγοντες, ἕως ἂν ἡμῖν δηλοποιήσῃς, ὅτι οὐκ ἤλγησας. Ἂν γὰρ τοιούτων ἐπιτύχωμεν γραμμάτων, διπλασίονα, καὶ τριπλασίονα, καὶ [c] πολλαπλασίονα τῶν ἀποσταλέντων ἡγούμεθα δεδέχθαι. Ἱκανὸν γὰρ μάλιστα τοῦτο δεῖξαι καὶ τὴν αἰδῶ, καὶ τὴν τιμὴν, ἣν ἔχεις πρὸς ἡμᾶς.

quoque tuis dictis parebimus. Sic enim sub finem epistolæ dixisti, Ostende tuam pietatem nobis confidere, ac rebus nostris tamquam propriis uti. Quando igitur sic animo nos affectos esse vis, ut procul dubio vis, et tuis rebus tamquam propriis uti, cum ad te scripsero, tum transmitte. Hoc enim maximum est indicium me illa propria censere, si cum voluero, tum illa mittantur, non cum illis non indigeo. In hoc ergo quoque sinceram tuam ostende caritatem, et qua reverentia nos observes, quod in hac re nos toleraveris; et quamprimum literas mitte, quæ te minime ægre tulisse significent. Nisi enim hoc feceris, in perpetuam anxietatem et sollicitudinem nos conjicies : non enim solliciti esse desinemus num forte molesti fuerimus : siquidem multo studio caritatis tuæ tenemur, et tuam nobilitatem recreandi. Postquam igitur excusatione usi sumus, quo pacto illam acceperis nobis significa. Nam ut intelligere potest suavitas tua, nobis apud alios qui idipsum præstiterant, nobisque admodum cari erant, nulla nobis utendum excusatione fuit, sed satis fuit repudiare transmissa : verum apud tuam venerationem et excusatione utimur, et ne ægre feras obsecramus, neque prius hæc identidem dicere intermittemus, donec te nobis minime succensuisse significaveris. Quod si hujusmodi literas obtinuerimus, duplo ac triplo ac multoties majora quam quæ missa sunt, nos accepisse arbitrabimur. Id enim maxime potest argumento esse, quanta reverentia et honore nos colas.

σλγ'. Πρὸς τὸν Ἀντιοχείας.

Ἔδει μὲν τὴν ὑμετέραν εὐλάβειαν μὴ τοῖς ῥήμασι τῶν εἰρηκότων παρατρέπεσθαι τὴν διάνοιαν, ἀλλ' ἐν E τῷ πλήθει τοῦ ψεύδους μετὰ πολλῆς τῆς σκέψεως ἀνιχνεύεσθαι τὴν ἀλήθειαν. Εἰ γὰρ ἅπαντα τὰ θρυλλούμενα ἀλήθειαν ὑπολάβοις, [d] κινδυνεύσειαν ἂν ἅπαντες· εἰ δὲ κρίσει καὶ νόμοις ἀνιχνεύεται τὰ λανθάνοντα, κριτήριον ἂν ἔγωγε παρ' ὑμῶν ἐπεζήτησα, εἰ μή τις ἕτερα αὖθις ὅπλα συκοφαντίας μοι ἐπιπνεύσει. Δέδοικα γὰρ, δέδοικα λοιπὸν τὰς σκιὰς, καὶ τὰ φαντάσματα, ἐπειδὴ αὐτοὶ ἐδικαιώσατε οὕτως. 729 Οἱ φίλοι A τὴν φιλίαν ἠρνήσαντο, οἱ πλησίον ὄντες πόῤῥωθεν ἔστησαν, καὶ πόῤῥωθεν ὄντες τὰ βέλη τῆς συκοφαν-

CCXXXIII. *Ad Episcopum Antiochenum.*

Oportebat quidem pietatem vestram non verbis eorum qui loquuti sunt, mente subverti, sed in tanta mendaciorum copia multa cum attentione veritatem investigare. Si enim omnia quæ vulgo jactantur vera censeas, in periculum venient omnes : sin autem judicio et legibus ea quæ latent pervestigentur, judicium a vobis ego libens postularem, nisi quis alia rursus in me calumniæ tela jaculetur. Timeo namque, timeo jam umbras et simulacra, postquam vos ita judicastis. Amici amicitiæ nuntium remiserunt, *Psal.* 37, 12. qui juxta erant, a longe steterunt, et qui longe

[b] Duo Mss. *τῇ ἐμμελείᾳ.*
[c] Coislin. *πολυπλασίονα.*
[d] Reg. *κινδυνεύσειεν ἅπαντα.... νόμοις ἀνιχνεύσαις τά.*
Hæc porro epistola ad Porphyrium Antiochenum episcopum data est, qui defuncto Flaviano sedem Antiochenam invaserat, et inter acerrimos Chrysostomi hostes numerabatur.

erant calumniarum jacula contorserunt. Effecistis ut in medio portu naufragium paterer. Sed quamvis ejiciar ex urbe, atque ab Ecclesia sejungar, ad quodvis supplicium ferendum me statui comparare. Philosophari mihi ac patienter adversa ferre decretum est : scio enim, scio certissime, civitate firmiorem esse solitudinem, et bestias agri mansuetiores amicis. Vale.

τίας ἀποτοξεύουσιν. Ἐν μέσῳ δὲ τοῦ λιμένος ὄντα με ναυάγιον ὑπομεῖναι ἐποιήσατε. Ἀλλ' εἰ καὶ τῆς πόλεως ἐκβάλλομαι, καὶ τῆς Ἐκκλησίας ἀπείργομαι, πείθομαι πρὸς πᾶσαν ἀποδύσασθαι τιμωρίαν. Κέκριται γάρ μοι φιλοσοφεῖν, καὶ φέρειν γενναίως τὰ δυσχερῆ. Οἶδα γὰρ, οἶδα σαφῶς τὴν ἐρημίαν εὐτονωτέραν εἶναι τῆς πόλεως, καὶ τὰ θηρία τοῦ ἀγροῦ τῶν φίλων ἡμερώτερα. Ἔρρωσο.

CCXXXIV. Brisoni.

σλδ'. [a] Βρίσωνι.

Postquam Cucusum pervenerat anno 404.

Septuaginta ferme consumtis in itinere diebus, (B) unde potest amplitudo tua colligere, quot et quanta mala passi fuerimus, cum et Isaurorum metus nos undique premeret, et cum intolerandis febribus colluctaremur, Cucusum totius orbis terrarum desertissimum locum tandem aliquando pervenimus. Et hæc dico non rogans ut molesti ulli sitis, ac petatis, ut hinc transferamur : quod enim erat gravissimum jam pertulimus, nempe viæ molestiam : sed hanc a vobis peto gratiam, ut ad nos assidue scribatis, neque propterea quod longius a vobis relegati sumus, idcirco nos (C) ista consolatione privetis. Scitis enim quanto nos istud solatio levet, quantumvis afflicti simus et ærumnis obsessi, cum de valetudine vestra amicorum nostrorum certiores fieri possumus, ac vos hilares et incolumes esse, ac plane securos. Ut igitur hinc non mediocrem possimus carpere voluptatem, de his ad nos assidue scribe. Non enim leviter nos recreabis, sed et ingenti solatio tædium nostrum lenies, cum non ignores, quantum tuis commodis gaudere soleamus.

Ἑβδομήκοντα σχεδὸν ἡμέρας ἀναλώσαντες κατὰ τὴν ὁδὸν, ὅθεν λογίζεσθαι ἔξεστι τῇ θαυμασιότητί σου, ὅσα τε καὶ ἡλίκα πεπόνθαμεν κακὰ, φόβῳ τε Ἰσαυρικῷ πολιορκούμενοι πολλαχοῦ, καὶ πυρετοῖς ἀφορήτοις παλαίοντες, ὀψέ ποτε ἀπηντήσαμεν εἰς τὴν Κουκουσὸν, τὸ πάσης τῆς οἰκουμένης ἐρημότατον χωρίον. Καὶ ταῦτα λέγω οὐκ ἀξιῶν ἐνοχλῆσαί τινα, ὥστε ἡμᾶς μεταστῆσαι ἐντεῦθεν· τὸ γὰρ χαλεπώτατον διηνύσαμεν, τῆς ὁδοῦ τὴν ταλαιπωρίαν· ἀλλ' ὑμᾶς χάριν αἰτῶ, τὸ συνεχῶς ἡμῖν ἐπιστέλλειν, μηδὲ, ἐπειδὴ πορρωτέρω μετῳκίσθημεν ὑμῶν, καὶ ταύτης ἡμᾶς ἀποστερῆσαι τῆς παραμυθίας. Ἴστε γὰρ ὅση παράκλησις ἡμῖν γίνεται, εἰ καὶ τὰ ἡμέτερα ἐν θλίψει καὶ περιστάσει, ὅταν ἀκούωμεν τὰ περὶ τῆς ὑγείας ὑμῶν τῶν ἀγαπώντων ἡμᾶς, ὅτι ἐν εὐθυμίᾳ καὶ ὑγείᾳ ἐστὲ, καὶ ἀδείᾳ πολλῇ. Ἵν' οὖν ἐντεῦθεν πολλῆς ἀπολαύωμεν τῆς εὐφροσύνης, γράφε ταῦτα συνεχῶς ἡμῖν. Οὐ γὰρ ὡς ἔτυχεν ἡμᾶς ἀνακτήσῃ, ἀλλὰ πολλῆς ἡμᾶς παρασκευάσεις ἀπολαῦσαι τῆς παραμυθίας· καὶ γὰρ οὐκ ἀγνοεῖς, ὅπως χαίρομεν τοῖς σοῖς ἀγαθοῖς.

CCXXXV. Porphyrio episcopo Rhosensi.

σλε'. [b] Πορφυρίῳ ἐπισκόπῳ Ῥωσοῦ.

Cucuso anno 404.

Quam firma, quam constanti, quam immota caritate sis, non me fugit, nec ullam negotiorum (D) difficultatem illam posse labefactare : id vero tu rebus ipsis ostendisti. Quam ob causam nos quoque, licet morbo correpti, atque in locum totius hujus nostri orbis desertissimum delati Cucusum, et Isaurorum incursionibus circumsessi, ac multis ærumnis vexati, et scribimus, et debitam salutationem tuæ pietati persolvimus, corpore quidem sejuncti, sed animo copulati, magnamque inde consolationem percipimus. Licet enim non levi- (E) bus hæc commutatio difficultatibus sit obsessa,

Οἶδά σου τῆς ἀγάπης τὸ στεῤῥὸν, τὸ ἀπερίτρεπτον, τὸ ἀκλινὲς, καὶ ὡς οὐδεμία πραγμάτων δυσκολία αὐτὴν παρασαλεῦσαι δύναιτ' ἄν· τοῦτο διὰ τῶν ἔργων ἔδειξας. Διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς, καίτοι ἐν ἀῤῥωστίᾳ καθεστῶτες, καὶ εἰς τὸ πάσης τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης ἐρημότατον χωρίον ἀπενεχθέντες, τὴν Κουκουσὸν, καὶ ὑπὸ τῆς τῶν Ἰσαύρων ἐφόδου πολιορκούμενοι, καὶ ἐν πολλαῖς ὄντες περιστάσεσι, καὶ γράφομεν, καὶ τὴν ὀφειλομένην ἀποδίδομεν πρόσρησιν τῇ εὐλαβείᾳ τῇ σῇ, τῷ σώματι μὲν διεστηκότες, τῇ ψυχῇ δὲ συνδεδεμένοι, καὶ μεγίστην ἐντεῦθεν καρπούμεθα τὴν παράκλησιν. Εἰ γὰρ καὶ πολλὴ τῆς ἐντεῦθεν δια-

[a] Hujus epistolæ partem refert Nicephorus Callistus l. 13, c. 27.

[b] In Edit. Savil. Πορφυρίῳ ἐπισκόπῳ simpliciter, non addito Ῥωσοῦ, quæ tamen lectio in omnibus prorsus Mss. habetur. Ea de re vide quæ diximus supra ad epistolam CIX.

τριβῆς ἡ δυσκολία, ἀλλ' ἓν τοῦτο μέγιστον ἐντεῦθεν καρπούμεθα, τὸ ἐκ γειτόνων ὑμῖν εἶναι, καὶ συνεχῶς δύνασθαι, ὀλίγου τοῦ μέσου τῆς ὁδοῦ ταύτης ὄντος, καὶ ἐπιστέλλειν πρὸς τὴν ὑμετέραν εὐλάβειαν, καὶ δέχεσθαι παρ' ὑμῶν γράμματα. Καὶ γὰρ ταύτης ἀπολαύοντες τῆς ἑορτῆς (ἑορτὴν γὰρ ἐγὼ τοῦτο τίθεμαι, καὶ πανήγυριν, καὶ πολλῆς ἡδονῆς ὑπόθεσιν), οὐδὲ μικρὰν αἴσθησιν τῆς ἐρημίας, καὶ τοῦ φόβου, καὶ τῆς ἀγωνίας ληψόμεθα.

maximum tamen inde solatium haurimus, quod non longe a vobis absumus, ac frequenter possumus, modico interjecto itineris hujus intervallo, et ad vos literas dare et a vobis accipere. Nam si hac festivitate perfruamur (festivitatem enim hoc ego censeo, ac solennitatem, et ingentis voluptatis occasionem), ne minimum quidem sensum hujus solitudinis, metus, et anxietatis capiemus.

σλϛʹ. Καρτερίῳ ἡγεμόνι.

730 A

Ἐρημότατον μὲν χωρίον μεθ' ὑπερβολῆς ἡ [a] Κουκουσός· πλὴν ἀλλ' οὐχ οὕτως ἡμᾶς τῇ ἐρημίᾳ λυπεῖ, ὡς εὐφραίνει τῇ ἡσυχίᾳ, καὶ τῷ μηδαμόθεν ἡμῖν πράγματα παρέχειν. Διὸ καθάπερ εἰς λιμένα τινὰ τὴν ἐρημίαν ταύτην ἀπηντηκότες, οὕτω καθήμεθα ἀπὸ τῶν κατὰ τὴν ὁδὸν κακῶν ἀναπνέοντες, καὶ τῇ ἡσυχίᾳ ταύτῃ τῆς ἀῤῥωστίας καὶ τῶν ἄλλων κακῶν, ὧν ὑπεμείναμεν, τὰ λείψανα διορθοῦντες. Καὶ ταῦτα εἰρήκαμεν πρὸς τὴν σὴν λαμπρότητα, ἐπειδὴ σφόδρα ἴσμεν χαίροντά σε τῇ ἀνέσει τῇ ἡμετέρᾳ, ἐπεὶ καὶ ἃ αὐτόθι πεποίηκας οὐδέποτε ἐπιλαθέσθαι δυνάμεθα, τοὺς προπετεῖς ἐκείνους καὶ ἀλογίστους ἀναστέλλων B θορύβους, καὶ πάντα ποιῶν, ὥστε ἡμᾶς ἐν ἀδείᾳ καταστῆσαι, καὶ τὰ σαυτοῦ πληρῶν. Καὶ ταῦτα πρὸς ἅπαντας ὅπουπερ ἂν ἀφικώμεθα ἀνακηρύττομεν, πολλάς σοι χάριτας εἰδότες, δέσποτά μου θαυμασιώτατε, τῆς τοσαύτης κηδεμονίας. Ἵνα δὲ μὴ μόνον ἐκ τοῦ φιλεῖσθαι παρὰ σοῦ, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν γραμμάτων ἀπολαύειν τῶν σῶν περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς σημαινόντων πολλὴν καρπωσώμεθα τὴν εὐφροσύνην, δίδου ταύτην ἡμῖν τὴν χάριν. Οὐ γὰρ τὴν τυχοῦσαν δεξόμεθα καὶ ἐν ἀλλοτρίᾳ γῇ διατρίβοντες παράκλησιν, εἰ τοιαῦτα γράμματα δεξαίμεθα παρὰ τῆς θαυμασιότητός σου.

CCXXXVI. Carterio præsidi.

Desertissimus quidem mirum in modum locus est Cucusus : verumtamen haud ita nos solitudine sua contristat, ac quiete exhilarat, quodque nulla ex parte nobis negotium facessit. Quocirca tamquam ad portum quemdam ad solitudinem hanc delati sedemus, et a malis quæ in via pertulimus respiramus, et morbi atque malorum quæ sustinuimus reliquias hac quiete depellimus. Hoc apud amplitudinem tuam sermone idcirco utor, quod intelligam mirifice te nostra quiete lætari, quandoquidem nulla nos capere potest eorum oblivio, quæ istic a te sunt gesta, dum præposteros illos et importunos tumultus sedares, et omnem lapidem moveres, ut in securitate versaremur, et quæ tuarum erant partium, omnino præstares. Hæc nos apud omnes, quocumque gentium deferamur, prædicamus, tibique gratiam non mediocrem habemus, domine mi plurimum suspiciende, ob tantam hanc sollicitudinem : verum ut non solum ex eo, quod amemur a te, sed etiam quod literis tuis fruamur, quæ nobis valetudinis tuæ statum exponant, lætitia afficiamur, hanc nobis concede gratiam. Non enim vulgari solatio quantumvis in extera regione degentes reficiemur, si ab excellentia tua missas ejusmodi literas acceperimus.

Cucuso anno 404.

[a] Vatic. Κοκκουσός pro more.

IN EPISTOLAS QUINQUE SEQUENTES

CONSTANTII PRESBYTERI

MONITUM.

In Edit. Morel. ex quinque sequentibus epistolis prima sic inscribitur, Κωνσταντίῳ πρεσβυτέρῳ πρὸς τὴν μητέρα, et sic etiam legitur in Codice Regio, quam lectionem ex Codice quodam Antverpiano excerptam, asserere nititur in notis suis Fronto Ducæus; atque ita vult titulum intelligi, ut Chrysostomus Constantio, qui lateri suo hærebat, has epistolas dictaverit, ad matrem et ad sororem ipsius Constantii et ad amicos ejus mittendos; et vere, addit Fronto, stylus Chrysostomum sapit. At Savilius exemplari usus Bongarsiano hunc titulum posuit, Κωνσταντίου πρεσβυτέρου ἐπιστολαί τινες. α'. πρὸς τὴν μητέρα. Huic accinit Codex Vaticanus qui habet Κωνσταντίνου πρεσβυτέρου πρὸς τὴν μητέρα : quod Κωνσταντίνου pro Κωνσταντίου mendose posuerit, nihil negotii facessit : nam frequentissima est in manuscriptis hæc vocum commutatio. Stylus certe, contra quam opinatur vir doctus Fronto Ducæus, a Chrysostomi dicendi genere longe deflectit, ut quisquis Chrysostomi Epistolas legerit, statim animadvertet. Hic Constantius presbyter Antiochenus ex præcipuis erat Joannis Chrysostomi amicis, et a scelesto illo Porphyrio, qui indignis modis Antiochenam sedem invaserat, multis affectus ærumnis, Chrysostomum tunc Cucusi exsulantem adierat, ejusque lateri hærebat, ut circa finem sequentis epistolæ indicat : *Nos enim hic multa voluptate perfundimur, dum sanctissimi episcopi consuetudine, ac loci hujus quiete otioque summo oblectamur.* Non ab re opinatur Tillemontius epistolam ad episcopum Antiochenum (scilicet Porphyrium), quæ est supra num. 235, esse non Joannis Chrysostomi, cujus tamen nomen præ se fert, sed ejusdem Constantii presbyteri : nam et dicendi ratio, etiamsi non inelegans, et res ipsæ quæ dicuntur, Constantium presbyterum magis referunt, quam Chrysostomum.

CCXXXVII. Constantii presbyteri ad matrem.

Hoc demum est veram esse matrem, ac liberos adamare, nempe cum defuerit quidpiam eorum quæ necessaria sunt, filium monere, domoque exigere, atque ejus discessum æquo animo ferre, ac magnam illi ob susceptam peregrinationem gratiam habere. Subegisti vim affectumque naturæ, dum jussisti, ut civitatem solitudine, securitatem metu Isaurico, et consortium vestrum separatione mutaremus, ne quid forte secus, ac convenit, agere cogeremur. Quas ob res magnam tibi gratiam habemus, non quod pepereris, sed quod ita educaveris, et in hoc quoque talem, qualem oportet, matrem te præbueris. Siquidem illæ quæ affectu franguntur, et antequam expediat, filiorum præsentiam expetunt, non jam matres, sed filiorum parricidæ sunt appellandæ. Sed quemadmodum fortis in hoc fuisti, ac ferro

731 A

σλζ'. Κωνσταντίου πρεσβυτέρου πρὸς τὴν μητέρα.

Τοῦτο μήτηρ φιλόστοργος καὶ φιλόπαις, τὸ, ἡνίκα ἂν δέῃ τι τῶν δεόντων, παραινεῖν τῷ παιδὶ, καὶ ἐλαύνειν αὐτὸν οἴκοθεν, καὶ πράως φέρειν τὸν χωρισμὸν, καὶ χάριτας αὐτῷ πολλὰς εἰδέναι τῆς ἀποδημίας. Κατέλυσας αὐτὴν τῆς φύσεως τὴν τυραννίδα, κελεύσασα ἡμᾶς ἔρημον ἀνταλλάξασθαι πόλεως, καὶ φόβον Ἰσαυρικὸν ἀδείας, καὶ τὸν χωρισμὸν ἡμῶν τῆς συνουσίας τῆς μεθ' ὑμῶν, ὥστε μηδὲν ἀναγκασθῆναι
B ποιῆσαι τῶν μὴ προσηκόντων. Διὰ ταῦτά σοι πολλὰς χάριτας ἴσμεν, οὐχ ὅτι ἔτεκες, ἀλλ' ὅτι οὕτως ἀνέθρεψας, κἂν τούτῳ γινομένη μήτηρ οἵαν γίνεσθαι χρή. Ὡς αἵ γε τῷ πάθει καταμαλακιζόμεναι, καὶ πρὸ τοῦ συμφέροντος τῶν παίδων τὴν παρουσίαν αὐτῶν ἐπιζητοῦσαι, οὐ μητέρες, ἀλλὰ παιδοκτόνοι δικαίως ἂν κληθεῖεν. Ἀλλ' ὥσπερ ἐνταῦθα ἀνδρεία γέγονας, καὶ σιδήρου στεῤῥοτέρα, ἄφατον παρὰ τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ διὰ τῆς γνώμης ταύτης προαποθεμένη σοι

τὸν μισθὸν, οὕτω παρακαλοῦμεν, καί σου δεόμεθα καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασι τὴν αὐτὴν ἐπιδείξασθαι φιλοσοφίαν, καὶ εἰδέναι ὅτι μία ἐστὶ συμφορὰ ἁμαρτία μόνον, τὰ δὲ ἄλλα πάντα μῦθος, δυναστεῖαι, καὶ δόξαι, καὶ τιμαὶ, αἱ παρὰ ἀνθρώπων. Καὶ ἡ πρὸς τὸν οὐρανὸν ἄγουσα ὁδὸς, αὕτη μάλιστα ἡ διὰ τῶν θλίψεών ἐστι. Διὰ γὰρ πολλῶν θλίψεων δεῖ ἡμᾶς εἰσελθεῖν, φησὶν, εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Καὶ πάντες δὲ οἱ ἅγιοι, οἵ τε ἐν τῇ Παλαιᾷ, οἵ τε ἐν τῇ Καινῇ, ταύτην ὥδευσαν τὴν ὁδὸν, ἐπιβουλευόμενοι συνεχῶς, ἐλαυνόμενοι, φυγάδες καὶ μετανάσται γινόμενοι, ἀπόλιδες, ἄοικοι, θανάτους ἀώρους ὑπομένοντες, καὶ παρ' ὧν μάλιστα οὐδαμῶς ἐχρῆν. Τί γὰρ ὀδυνηρότερον, εἰπέ μοι, ἢ χαλεπώτερον τοῦ παρὰ δεξιᾶς ἀδελφικῆς κατενεχθῆναι, καὶ ἄωρον καὶ βίαιον ὑπομεῖναι τελευτὴν, μετὰ στεφάνους καὶ εὐδοκίμησιν τοσαύτην; τί δὲ ὀδυνηρότερον, καὶ μόνον καὶ ἐν ἐσχάτῳ δοθέντα γήρᾳ κελευσθῆναι σφάττεσθαι ὑπὸ πατρικῆς χειρὸς, καὶ τὸν γεννησάμενον διάκονον γενέσθαι τῆς τοιαύτης σφαγῆς; Μὴ γάρ μοι τοῦτο λέγε, ὅτι μετὰ ταῦτα ἀπέλαβεν αὐτὸν ὑγιῆ καὶ σῶον· Οὐδὲν γὰρ τούτων εἰδὼς ὁ δίκαιος ἐκεῖνος, ἀλλ' ἔτι πάντως αὐτὸν ἀναιρήσει, οὕτω καὶ ἀνήγαγεν εἰς τὸ ὄρος, καὶ τὸ θυσιαστήριον ᾠκοδόμησε, καὶ τὰ ξύλα ἐπέθηκε, καὶ τὴν μάχαιραν ἥρπασε, καὶ τὸ ξίφος διήλασε· καὶ γὰρ καὶ διήλασε, τό γε εἰς τὴν αὐτοῦ γνώμην ἧκον· διὸ καὶ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ᾄδεται. Ἂν δὲ τὸν ἔκγονον εἴπω τὸν ἐκείνου, καὶ αὐτὸν ὄψει ὑπὸ ἀδελφικῆς βασκανίας πάλιν φυγάδα καὶ ἄπολιν γενόμενον, καὶ δοῦλον, καὶ ἐν ἀλλοτρίᾳ θητεύοντα, καὶ τὸν περὶ τῶν ἐσχάτων δεδοικότα φόβον. Ἂν δὲ τὸν Ἰωσὴφ τὸν πραθέντα, [a] τὸν δουλεύσαντα, τὸν δεθέντα ἔτη τοσαῦτα, τὸν μυρία παθόντα δεινά· ἂν δὲ τὸν Μωϋσέα, καὶ τοσαῦτα παρὰ τῶν Ἰουδαίων παθόντα κακά· τὰ γὰρ τῶν ἀποστόλων οὐδὲ παραστῆσαι ἔνι τῷ λόγῳ· ταῦτ' οὖν ἅπαντα συναγαγοῦσα, καὶ λογιζομένη τῆς ὑπομονῆς τὸν μισθὸν, θυσίαν ἀνένεγκε τῷ Θεῷ, τὸ γενναίως ἐνεγκεῖν τὰ συμπίπτοντα, καὶ διὰ παντὸς αὐτὸν δοξάζειν. Ἐπεὶ καὶ ὁ Ἰὼβ ἀπὸ τῶν τοιούτων ἐστεφανώθη ῥημάτων. Ἀνάμενε δὴ καὶ τὴν ἐπὶ τὸ χρηστότερον μεταβολὴν, καὶ μὴ διαλίπῃς τὸν Θεὸν ὑπὲρ τούτου παρακαλοῦσα, καὶ γράψαι ἡμῖν σπούδασον, ὅτι γέγονέ τι πλέον ἀπὸ τῶν ἡμετέρων γραμμάτων εἰς εὐθυμίας σοι λόγον, εἴγε μὴ βούλει θολοῦν ἡμῶν τὴν εὐφροσύνην. Ἡμεῖς γὰρ ἐνταῦθα πολλῆς ἀπολαύομεν ἡδονῆς, ἐντρυφῶντες τῇ συνουσίᾳ τοῦ ἁγιωτάτου ἐπισκόπου, καὶ τῇ ἡσυχίᾳ τοῦ χωρίου τούτου, καὶ τῇ πολλῇ ἀπραγμοσύνῃ. Καὶ γὰρ ὁ τῶν Ἰσαύρων πέπαυται φόβος, τοῦ χειμῶνος αὐτοὺς συνελαύνοντος εἰς τὴν αὐτῶν. Μὴ δὴ τοσαύτην θολώσῃς ἡμῖν ἡδονήν. Εἰ γὰρ ἔλθοι γράμματα παρὰ τῆς σῆς

firmior, tibique mercedem a benigno Deo copiosam promeruisti, sic te oramus et obsecramus, C ut in cæteris omnibus eamdem philosophiam et constantiam præ te feras, et intelligas unam calamitatem esse, peccatum solum, reliqua vero cuncta fabulam, principatus, præconia, honores ab hominibus delatos : hanc autem per medias tribulationes esse viam quæ ducit ad cælum. *Per multas* enim *tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.* (Act. 14. 21) Et vero sancti omnes, et qui in Veteri, et qui in Novo Testamento memorantur, hanc tenuerunt viam, dum insidias passi D sunt, perpetuo vexati, in fugam acti, in exsilium pulsi, urbe domoque exacti, præmatura morte sublati, atque ab illis a quibus minime omnium oportebat. Quid enim, quæso, luctuosius, aut quid acerbius quam a dextera fraterna mactari, et post coronas tantamque commendationem ac laudem præmatura ac violenta morte vitam finire? quid vero acerbius, quæso, quam unicum filium et in extrema senectute datum a paterna manu jubere mactari, et patrem ipsum ejusmodi E cædis fieri administrum? Noli enim hoc mihi dicere, salvum illum, et incolumem postea receptum fuisse. Nam cum nihil horum sciret justus ille, sed omnino se illum jugulaturum, sic illum in montem deduxit, altare construxit, ligna imposuit, gladium arripuit, et jugulum ense transegit; nam et transegit, si animum ejus ac voluntatem spectes: quam ob causam et ubivis gentium 732 in toto terrarum orbe celebratur. Quod si istius A nepotem commemorem, et ipsum videbis fraterna vexatum invidia rursus in exsilium relegatum, (Gen. 29. 14.) extorrem, ac civitate pulsum, servum, in extera regione mercede operam suam locantem, ac capitis sui periculum reformidantem. Quod si Josephum, qui venditus fuit et tot annis servus atque in vinculis fuit; quod si Mosem, qui tot a Judæis passus est mala; nam apostolorum afflictiones oratione complecti nemo potest : hæc ergo colligens, et apud te perpendens quanta sit merces patientiæ, sacrificium offer Deo, generose ferendo quæcumque accidunt, et in omnibus B illum glorifica. Etenim Job propter ejusmodi verba coronam obtinuit. Tum vero exspecta mutationem in melius, neque precari Deum hujus rei gratia desine, atque ad nos scribere stude, nos aliquid literis nostris profecisse, ut animi tui tranquillitatem foveremus, nisi forte lætitiam nostram turbare malis. Nos enim hic multa

[a] Hæc τὸν δουλεύσαντα, τὸν δεθέντα, quæ in Edito deerant, ex Regio Codice desumta sunt.

voluptate perfundimur, dum sanctissimi episcopi consuetudine, ac loci hujus quiete, otioque summo oblectamur. Nam et Isaurorum metus conquievit, dum cogente hieme, sua regione se continent. Ne igitur nostram hanc lætitiam conturbes. Quod si ad nos literæ perferantur, quæ nobis significent, te prout te decet, sublimique tuæ menti convenit, ea quæ contigerint, ferre, hac occasione lætitia nostra non mediocri accessione cumulabitur. Enimvero mirifice nos recreavit fructuosa cum sanctissimo episcopo consuetudo, sic ut nos propemodum in alios viros mutaverit, nec ullo permiserit peregrinæ regionis sensu affici: tanta bonorum jucunditate redundamus, tot spiritualibus opibus circumfluimus, et eam ob causam Deum continue glorificare non cessamus.

τιμιότητος δηλοῦντα ἡμῖν, ὅτι ὡς σοι πρέπον ἐστὶ, καὶ ἀξίως τῆς ὑψηλῆς σου γνώμης τὰ συμπίπτοντα φέ- C ρεις, καὶ ἐντεῦθεν πολλὴν καρπωσόμεθα εὐθυμίας προσθήκην. Οὐχ ὡς ἔτυχε γὰρ ἡμᾶς ἀνεκτήσατο ἡ ἐπωφελὴς συνουσία τοῦ ἁγιωτάτου ἐπισκόπου, ὡς ἄλλους ἀντ' ἄλλων σχεδὸν ἐργάσασθαι, καὶ μὴ συγχωρῆσαι μηδὲ αἴσθησιν τῆς ξένης λαβεῖν· τοσαύτη ἡμᾶς περιστοιχίζεται ἀγαθῶν εὐφροσύνη, καὶ πλοῦτος ἡμᾶς περιῤῥεῖ πνευματικὸς, καὶ τὸν Θεὸν διὰ ταῦτα διηνεκῶς δοξάζοντες οὐ παυόμεθα.

CCXXXVIII. Ejusdem ad sororem suam.

σλη'. Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ.

Nos quidem caritate conjungit cum naturæ lex, tum quod eodem partu editi fuerimus: at nos non eam tantum ob causam, sed ob aliam, et quæ maxime locum habere debet, te reveremur et amamus, quod nimirum res hujus sæculi pro nihilo habeas, quod fumum abegeris, pulverem oppresseris, lutum conculcaris, levesque tibi alas ad emetiendam viam, quæ tendit ad cælum, comparaveris: et neque mariti cura, neque liberorum educandorum sollicitudo, neque domus administratio, neque tumultus, quem ista pariunt, cursum tuum interrumpere aut retardare potuerunt, sed his ipsis quibus impediri posse videbaris, ad majorem usa es volatus celeritatem: et neque illa quæ viros generosos humiliat (siquidem
Prov. 10. 4. *Paupertas,* inquit Scriptura, *virum humiliat*), dejicere te potuit, sed et sublimiorem effecit. Ea namque virtutis est vis, ut non ab iis quæ similia sunt aranearum telis præpediatur, sed ea multo facilius, quam ipsas aranearum telas dissipans, multum inde lucrum decerpat. Hæc non sine causa tuæ scripsimus venerationi, sed quoniam cum nostro discessu, tum tumultu istic exorto admodum conturbari te conjicimus, et anxiam esse, propterea scribendum ad pietatem tuam duximus, et cogitans viam quamdam esse res humanas, et angustam quidem eam quæ virtutis est, spatiosam autem quæ vitii, neque illos, quibus cum peccatis feliciter cuncta succedunt, æmuleris, seu potius deplores (quandoquidem supplicium illis prosperitas hæc accersit), neque qui viam angustam sectantur, miseros arbitreris, sed beatos potius prædices, si cum virtute viam

Συνάγει μὲν ἡμᾶς εἰς ἀγάπην καὶ φύσεως νόμος, D καὶ τὸ λῦσαι τὰς αὐτὰς ὠδῖνας· ἡμεῖς δὲ οὐκ ἐντεῦθεν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑτέρωθεν, καὶ ὅθεν μάλιστα χρὴ, καὶ αἰδούμεθα καὶ φιλοῦμέν σου τὴν τιμιότητα, ὅτι σοι τῶν παρόντων λόγος οὐδεὶς, ὅτι τὸν καπνὸν ἤλασας, καὶ τὴν κόνιν ἔσβεσας, καὶ τὸν πηλὸν κατεπάτησας, καὶ κοῦφόν σοι γέγονε τὸ πτερὸν πρὸς τὴν ὁδὸν τὴν εἰς τὸν οὐρανὸν φέρουσαν, καὶ οὔτε ἀνδρὸς μέριμνα, οὔτε παιδοτροφίας φροντὶς, οὔτε οἰκίας ἐπιμέλεια, οὔτε ὁ ἐντεῦθεν τικτόμενος θόρυβος ἴσχυσεν ὑποσκελίσαι σοι τὸν δρόμον καὶ βραδύτερον ἐργάσασθαι, ἀλλ' αὐτοῖς δὴ τούτοις τοῖς δοκοῦσιν εἶναι κωλύμασιν εἰς E πλεῖον τάχος πτήσεως κέχρησαι· καὶ οὐδὲ ἡ τοὺς γενναίους ταπεινοῦσα ἄνδρας (Πενία γὰρ, φησὶν, ἄνδρα ταπεινοῖ) ἴσχυσε κατενεγκεῖν, ἀλλὰ καὶ ὑψηλοτέραν εἰργάσατο. Τοιοῦτον γὰρ ἡ ἀρετή· οὐδενὶ τῶν ἀραχνίων τούτων ἐμποδίζεται, ἀλλὰ καὶ διασπάσασα αὐτὰ εὐκολώτερον ἢ τὰς ἀράχνας ταύτας, κέρδος ἐντεῦθεν συνάγει πολύ. Ταῦτα οὐχ ἁπλῶς ἐπεστάλκαμέν σου τῇ τιμιότητι, ἀλλ' ἐπειδὴ στοχαζόμεθα καὶ τῇ ἀποδημίᾳ τῇ ἡμετέρᾳ, τῷ τε θορύβῳ τῶν αὐτόθι πραγμάτων σφόδρα σε ταράττεσθαι καὶ ἀλύειν, τούτου χάριν γεγράφαμέν σου τῇ εὐλαβείᾳ, ἵνα ἐννοήσασα 733 ὅτι ὁδὸς τὰ πράγματα, στενὴ μὲν ἡ τῆς ἀρετῆς, πλα- A τεῖα δὲ ἡ τῆς κακίας, μήτε τοὺς μετὰ ἁμαρτημάτων εὐημεροῦντας ζηλώσῃς, ἀλλὰ δακρύσῃς μειζόνως (ἐφόδιον γὰρ αὐτοῖς τῆς τιμωρίας ἡ εὐημερία γίνεται), μήτε τοὺς τὴν στενὴν ὁδεύοντας ταλανίσῃς, ἀλλὰ καὶ μακαρίσῃς μειζόνως, ἂν μετ' ἀρετῆς ὁδεύσωσι. Καὶ γὰρ καὶ τούτοις ἐφόδιον, καὶ προσθήκη τιμῶν καὶ στεφάνων, μετὰ τῆς ἀρετῆς καὶ ἡ στενοχωρία γίνεται τῶν παρόντων· ἐπεὶ καὶ ὁ πλούσιος ἐκεῖνος οὐ διὰ τοῦτο μόνον ἀπετηγανίζετο, ὅτι ὠμὸς καὶ ἀπάνθρωπος

ῆν, ἀλλὰ ὅτι καὶ ἐν πλούτῳ πολλῷ μείζονι, καὶ δαψιλῆ παρατιθέμενος τράπεζαν· ὁ δὲ Λάζαρος διὰ τοῦτο ἐστεφανοῦτο, ὅτι μετὰ πολλῆς τῆς καρτερίας τὸν χαλεπὸν τῶν ἑλκῶν ἤνεγκε πόλεμον, τὴν πενίαν, τὴν B ἐρημίαν τῶν προστησομένων, τὸ ἀπεῤῥῖφθαι, τὸ καταφρονεῖσθαι, τὸ προκεῖσθαι τράπεζα ταῖς τῶν κυνῶν γλώσσαις. Ταῦτα γὰρ πάντα εἰ καὶ πρὸ τῶν ἡμετέρων ἐπίστασαι γραμμάτων, ἀλλ' ἀναγκαῖον εἶναι νομίσαντες καὶ παρ' ἡμῶν σε ἀναμιμνήσκεσθαι, ἐπεστάλκαμεν, ὥστε μὴ τῇ τυραννίδι τῆς ἀθυμίας θολοῦσθαι. Εἰ γὰρ καὶ μὴ βούλομαι πάντα ἐνθεῖναι τοῖς γράμμασιν, οἶδα σαφῶς, ὅσα ὑμᾶς περιέστηκε λυπηρά· καὶ διὰ τοῦτο προσέθηκα τὴν ἐπιστολήν. Ἵν' οὖν καὶ ἐν ἀλλοτρίᾳ διατρίβοντες, πολλῆς ἀπολαύσωμεν τῆς ἡδο- C νῆς, πέμψον ἡμῖν γράμματα, δηλοῦντα ἡμῖν, ὅτι ἴσχυσεν ἡμῶν αὕτη ἡ παραίνεσις, ὅσον ἐβουλόμεθα καὶ ἐπεθυμοῦμεν. Οὕτω γὰρ καὶ πόῤῥω καθήμενοι, πολλὴν ἐντεῦθεν καρπωσόμεθα τὴν εὐφροσύνην. Ἡμεῖς γὰρ καίτοι τοσαῦτα πεπονθότες, οὐδενὸς αἰσθανόμεθα, τόν τε μισθὸν ἐννοοῦντες ὧν ἐπάθομεν, καὶ ταχίστην ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταβολὴν τὰ πράγματα προσδοκῶντες λήψεσθαι, ὡς καὶ αὐτὰ τὰ προοίμια δείκνυσι. Ταῦτ' οὖν καὶ αὐτὴ λογιζομένη, μηδὲν καταμαλακισθῇς πρὸς τοὺς τῆς ὑπομονῆς ἱδρῶτας, ἀλλὰ τῶν τε ἄλλων σου παιδίων ἐπιμελοῦ (πλείων γάρ σοι νῦν ὁ μισθὸς), καὶ D τὴν καλὴν Ἐπιφάνιον κατὰ τῷ Θεῷ δοκοῦν ἀνατρέφειν σπούδαζε. Οἶσθα γὰρ ὅσος παιδοτροφίας μισθός. Οὕτως ὁ Ἀβραὰμ ηὐδοκίμησε μετὰ τῶν ἄλλων, καὶ ἐντεῦθεν ὁ Ἰὼβ ἐστεφανοῦτο· καὶ τοῖς γονεῦσι τοῦτο συνεχῶς ὁ μακάριος Παῦλος ἐπιτάττει λέγων· Ἐκτρέφετε τὰ τέκνα ὑμῶν ἐν παιδείᾳ καὶ νουθεσίᾳ Κυρίου. Ἔχεις σχολὴν ἱκανὴν ἀπαγαγεῖν σε τῶν περιττῶν καὶ ἀκαίρων φροντίδων καὶ τῆς ἀνονήτου λύπης, σχολὴν πολὺ φέρουσαν κέρδος, μεγάλῳ τῷ τῆς ἀρετῆς δυναμένην βρύειν καρπῷ, εἴγε βουληθείης ἔργον τοῦτο ποιήσασθαι. Περὶ γὰρ τῆς δεσποίνης μου τῆς μητρὸς E οὐδὲν οἶμαι δεῖν οὐδὲ ἐπιστέλλειν, ἐπειδήπερ σοι σύνοιδα μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τοῦτο τὸ κατόρθωμα, καὶ τὸν ἄφατον ἐντεῦθεν καρπὸν, καὶ ὅτι παιδίσκην ἅπασαν ὑπερηκόντισας ἐν τῇ περὶ αὐτὴν θεραπείᾳ. Ἀλλ' ὅμως ἐπειδὴ πρέπον ἐμοὶ καὶ περὶ τούτου διαλεχθῆναι, ἄκουσον τοῦ μακαρίου Παύλου λέγοντος τιμᾷν τοὺς γονέας, καὶ προστιθέντος, Ἥτις ἐστὶν ἐντολὴ πρώτη ἐν ἐπαγγελίαις. Ἂν οὕτω σαυτὴν ἄγῃς, πολλοὺς μὲν σαυτῇ προαποθήσῃ τοὺς στεφάνους, πολλὴν δὲ ἡμῖν ἐργάσῃ τὴν ἡδονὴν, καὶ οὐδὲ πεπον- 734 A

peragant. Nam et istis majorem occasionem affert, et incrementum honorum et coronarum, istius vitæ afflictio, si cum virtutis auxilio toleretur: siquidem et dives ille non idcirco tantum cruciabatur, quod crudelis et inhumanus esset, sed quod pluribus opibus abundaret, et opipara mensa frueretur; Lazarus vero propterea corona donabatur, quod multa cum patientia gravem ulcerum cruciatum ferret, egestatem, solitudinem eorum qui subvenirent, quod abjectus esset, quod contemneretur, quod canum linguis in prædam jaceret expositus. Hæc enim omnia licet antequam nostras literas acciperes, non ignorares, faciendum nobis tamen existimavimus, ut in memoriam ea tibi scribendo revocaremus, ne forte tristitia turbari te sineres. Quamvis enim literis nolim omnia consignare, probe tamen novi quibus malis obsideamini; quam ob causam et epistolam adjeci. Ut igitur, etiam dum peregre vivimus, multa voluptate perfundamur, ad nos literas mitte, quibus significes tantum apud te nostram hanc valuisse cohortationem, quantum voluimus et optavimus. Sic enim fiet, ut, licet longe sejuncti a vobis, multam hinc lætitiam hauriamus. Siquidem nos, tametsi tam multa passi, nihil eorum sentimus, dum mercedem mente complectimur constitutam ob ea quæ passi sumus, et exspectamus fore, ut aliquam in melius mutationem negotia sortiantur, ut et ipsa exordia præ se ferunt. Hæc igitur ipsa tecum reputans, dum ejusmodi patientiæ sudores toleras, noli animum despondere, sed cum omnium aliorum curam gere liberorum tuorum (siquidem major te nunc merces manet), tum pulchram Epiphanium, prout placitum Deo fuerit, educare stude. Non enim ignoras quanta sit a Deo liberorum educationi merces constituta. Ita cum aliis Abraham nominis celebritatem adeptus est, ita Job coronam promeruit: et assidue beatus Paulus hoc parentibus præcipit dicens: *Educate filios vestros in disciplina et correptione Domini.* Ephes. 6. 4. Vacationem nacta es, quæ tibi a supervacuis et importunis curis et inutili anxietate potest immunitatem acquirere; vacationem, quæ multum quæstum parit, unde tibi multi possunt virtutis fructus pullulare, si quidem huic rei omnem operam volueris adhibere. Nam de domina mea matre nihil opus esse arbitror ad te scribere, cum satis sciam inter cætera præclara facinora hoc a te editum, atque copiosum inde te fructum decerpsisse, cum tuis in illam officiis et obsequiis quamlibet ancillam superaveris. Quia tamen hoc quoque a me non

omitti par est, audi beatum Paulum dicentem,
Ib. v. 2. *Honora parentes*, et addentem, *Quod est primum mandatum in promissionibus.* Si ita te gesseris, cum multas tibi coronas acquires, tum multa nos voluptate perfundes, neque quidquam nos esse passos arbitrabimur eorum quæ passi fuimus, hac de causa, sed magnitudine lætitiæ recreati, quam ex bonorum tuorum consideratione capiemus, domi esse nos, vobiscumque versari arbitrabimur, et ex animi sententia nobis cuncta succedere.

θέναι τι τούτων ἡγησόμεθα ὧν πεπόνθαμεν, καὶ διὰ τοῦτο, ἀλλὰ τῷ ὄγκῳ τῆς εὐφροσύνης τῶν σῶν ἀγαθῶν πτερούμενοι, καὶ εἰς τὰ οἰκεῖα εἶναι, καὶ μεθ' ὑμῶν διάγειν, καὶ κατὰ ῥοῦν ἡμῖν ἅπαντα φέρεσθαι ἡγησόμεθα.

CCXXXIX. *Ejusdem ad Valerium et Diophantum presbyteros.*

Cucuso anno 404. Sane quidem licet non scripsissem, vos oportuit scribere : hoc enim exigit lex caritatis, quæ neque superari se sinit, sed amoris excessu amicos suos vincere perpetuo contendit : cum vero jam et semel et bis scripserim, ne sic quidem ad nos literas mittere dignati estis, sed tam diuturno silentio usi estis apud hominem, qui frequentia literarum vestrarum obrui cupiebat. Atque hæc a me dicuntur, non ut vos accusem; non enim meo me pede metiri nescio : sed ut animi mei mœstitiam doloremque testificer. Quanto enim majori cupiditate teneor literarum, tanto major mihi, dum illis privor, animi dolor inuritur. An vero nos exigua consolatione putatis indigere, qui a matre et sorore procul simus, patria exciderimus, tot amicorum conspectu privemur, solitudinem omnium asperrimam incolamus, et Isaurorum metu simus obsessi? Porro una cum meis negotiis audio mala communia quæ ubique terrarum quotidie pullulant, atque in dies incrementum accipiunt, et gravia quædam minantur naufragia. Utinam ingentem vim doloris possem oratione complecti; tum vero licet nihil ipsi loqueremur, vestri tamen silentii pœniteret. Auget præterea dolorem meum, quod cum nec ad tabellariorum raritatem confugere possitis, id agatis. Quod argumento est —sed nolo quidquam molestum efferre; vobis id expendendum relinquo, num hoc aliquem nostri contemtum despectumque redoleat. Nihil tamen curo, sive contemnatis, sive despiciatis tenuitatem nostram : unum id requiro, quocumque tandem modo affecti sitis, ut literis vestris fruar, quæ non mediocrem nobis consolationem pariunt. Nam unus atque alter sæpe ad nos profectus est, et nunc dominus meus

σλθ'. Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Οὐαλέριον καὶ Διόφαντον πρεσβυτέρους.

Μάλιστα μὲν καὶ μὴ γράψαντι γράψαι ἐχρῆν· τοιοῦτος γὰρ τῆς ἀγάπης ὁ νόμος· οὐκ ἀνέχεται ἐλαττοῦσθαι, ἀλλ' ἀεὶ φιλονεικεῖ νικᾷν τοὺς ἀγαπωμένους
B τῇ περιουσίᾳ τοῦ φιλεῖν· καὶ γράψαντα δὲ καὶ ἅπαξ, καὶ δὶς, οὐδὲ οὕτως ἠξιώσατε τῶν ὑμετέρων γραμμάτων, ἀλλ' ἐσιγήσατε σιγὴν οὕτω μακρὰν πρὸς ἄνθρωπον ἐπιθυμοῦντα δέχεσθαι νιφάδας γραμμάτων. Καὶ ταῦτα οὐκ ἐγκαλῶν λέγω· οὐχ οὕτως ἀγνοῶ μου τὰ μέτρα· ἀλλ' ἀθυμῶν καὶ ὀδυνώμενος. Ὅσῳ γὰρ μετὰ πολλῆς τῆς ὑπερβολῆς ἐπιθυμῶ τῶν γραμμάτων, τοσούτῳ καὶ πλείονα τὴν ὀδύνην ἀποστερούμενος αὐτῶν ὑπομένω. Μικρᾶς οἴεσθε παρακλήσεως ἡμᾶς δεῖσθαι, μητρὸς καὶ ἀδελφῆς κεχωρισμένους, πατρίδος ἐκπεπτωκότας, χορὸν τοσούτων γνησίων οὐ δυναμένους
C βλέπειν, ἐρημίαν οἰκοῦντας πάσης ἐρημίας χαλεπωτέραν, Ἰσαύρων φόβῳ πολιορκουμένους; Μετὰ τῶν ἐμῶν καὶ τὰ κοινὰ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀκούω τὰ κακὰ, καὶ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης βλαστάνοντα, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν μετὰ προσθήκης αὐξανόμενα, καὶ χαλεπά τινα ὠδίνοντα ναυάγια. Εἴθε μοι δυνατὸν ἦν παραστῆσαι τῷ λόγῳ τῆς ἀθυμίας τὴν τυραννίδα· τότε ἂν, καὶ μὴ λεγόντων ἡμῶν, αὐτοὶ ἂν μετέγνωτε ἐπὶ τῇ σιγῇ. Λυπεῖ δέ με πρὸς τούτοις τὸ μήτε εἰς γραμματηφόρων σπάνιν ἔχοντας καταφυγεῖν τοῦτο
D ποιῆσαι. Ὅπερ σημεῖόν ἐστιν—ἀλλ' ἐγὼ μὲν οὐδὲν ἂν εἴποιμι δυσχερὲς, ὑμῖν δὲ καταλιμπάνω εἰδέναι, εἰ μὴ πολλῆς ταῦτα ὀλιγωρίας, καὶ τῆς καθ' ἡμῶν ὑπεροψίας. Ἀλλ' οὐδέν μοι [a] τοῦτο μέλει, κἂν καταφρονῆτε, κἂν ὑπερορᾶτε τῆς ἡμετέρας σμικρότητος· ἓν ἐπιζητῶ μόνον, ὅπως ἂν διακέησθε, τὰ γράμματα τῆς θεοσεβείας ὑμῶν, τὰ πολλὴν ἔχοντα παράκλησιν. Καὶ γὰρ καὶ εἷς καὶ δεύτερος πολλάκις ἀφίκοντο πρὸς ἡμᾶς, καὶ νῦν ὁ κύριός μου ὁ τιμιώτατος ἀδελφὸς Λιβάνιος, καὶ οὐκ ἠξιώσατε ἡμᾶς τῶν ὑμετέρων γραμμάτων. Μὴ δὴ προσθῆτε, παρακαλῶ, τῇ ἀθυμίᾳ μου

[a] Reg. τούτου γε.

ἀθυμίαν ἑτέραν. Εἰ γὰρ μηδὲ μετὰ τὴν ἐπιστολὴν ταύτην βουληθείητε ἡμῖν ἐπιστεῖλαι, ἢ ὄκνῳ, ἢ ῥᾳθυμίᾳ ἐνδόντες, ἡμεῖς οὐ [b] παυσόμεθα καὶ γράφοντες, καὶ μετὰ τοῦ γράφειν καὶ ὀλοφυρόμενοι καὶ θρηνοῦντες διὰ τὴν σιγὴν τὴν ὑμετέραν. Τούτου γάρ ἐσμεν κύριοι. Οὐ μικρὸν δὲ καὶ τοῦτο ἡμῖν εἰς παράκλησιν, μᾶλλον δὲ καὶ τούτου χωρὶς ἡ μεγίστη ἡμῶν παραμυθία, τὸ μέχρι τῆς ἐρημίας αὐτῆς καὶ τῶν περάτων τῆς γῆς (πρὸς γὰρ αὐτὰ τὰ πέρατα σχεδόν ἐσμεν νῦν) 735 φήμην ὑμῶν διαδίδοσθαι λαμπρὰν, κομίζουσαν ὑμῶν τὰ κατορθώματα. Πάντες γὰρ ὑμᾶς ἀνακηρύττουσι, θαυμάζουσι, στεφανοῦσι, μακαρίζουσι τῆς ἀνδρείας, τῆς στεῤῥότητος, ἣν διὰ τῶν ἔργων ἐπεδείξασθε, τὸ γραφικὸν ἐκεῖνο πληροῦντες, Ἕως θανάτου ἀγώνισαι ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, καὶ Κύριος πολεμήσει [a] ὑπὲρ σοῦ. Ἰδοὺ γοῦν τοσούτων κυμάτων ἐπενεχθέντων, τοσαύτης ζάλης διαναστάσης, οὔτε θορυβῆσαί τις ὑμᾶς ἴσχυσεν, οὔτε εἰς ὁτιοῦν παραβλάψαι, ἀλλὰ καὶ μειζόνων ὑμῖν ἐγκωμίων ἄκοντες γεγόνασιν οἱ κακῶς ὑμᾶς ποιῆσαι βουλόμενοι αἴτιοι. Διὰ ταῦτα χαίρετε, παρακαλῶ, καὶ εὐφραίνεσθε, καὶ τὸν Θεὸν ἱκετεύοντες μὴ διαλίπητε, τὸν ποιοῦντα, καὶ μετασκευάζοντα. Ποιήσει γὰρ ταχέως ὑπὲρ ἐκπερισσοῦ ὧν αἰτούμεθα ἢ νοοῦμεν, διὰ τὴν οἰκείαν ἀγαθότητα.

reverendissimus frater Libanius, nec tamen vestris nos literis dignati estis. Nolite, quæso, mœrori meo alterum mœrorem addere. Si enim neque accepta hac epistola scribere ad nos velitis, sive pigritiæ, sive inertiæ dediti, nos tamen scribere non desinemus, et scribendo propter hoc vestrum silentium lugebimus et ingemiscemus. Hoc enim est in potestate nostra situm. Non tamen mediocriter nobis ad consolationem valet, imo A vero hoc etiam omisso maximum nobis solatium parit, quod ad ipsam usque solitudinem et ad terræ fines (siquidem in ipsis propemodum finibus jam versamur) celebris vestra fama penetret, et præclara facinora vestra divulget. Omnes enim vos prædicant, laudant, corona donant, beatos censent ob fortitudinem, constantiam, quam rebus ipsis testatam esse voluistis : ut illud Scripturæ mandatum impleretis : *Usque ad mortem certa pro veritate, et Deus pro te pugnabit.* Eccli. 4. 33. En igitur tot fluctibus impetum fa-B cientibus, tanta insurgente tempestate, neque conturbare vos ullus potuit, nec in ulla re lædere, sed et illi qui nobis injuriam inferre conabantur, nec opinantes majorum vobis laudum auctores fuerunt. Quas ob res gaudete, quæso, et exsultate, Deumque precari non desinite, qui res perficit, et immutat. Faciet enim cito plus quam petimus aut intelligimus, propter bonitatem suam. Eph. 3. 20.

σμ'. Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Κάστον πρεσβύτερον.

Πῶς διαλάμπει σαφῶς, καὶ λαθεῖν οὐ δύναται ἡ ψυχὴ θερμὴν ἀγάπην ἔχουσα· ὅπερ ἐπὶ τῆς σῆς γέγονε τιμιότητος. Οὐδὲ γὰρ εἰδὼς ὅτι ἐπεστάλκαμέν σου τῇ εὐλαβείᾳ (καίτοι γε ἐπεστάλκαμεν), ὅμως αὐτὸς τὰ παρὰ σαυτοῦ πεποίηκας, γράψας τε ἡμῖν, καὶ τὴν διάθεσίν σου τὴν γνησίαν καὶ ἐν τούτῳ ἐπιδειξάμενος, καὶ πολλῆς ἡμᾶς ἐμπλήσας τῆς εὐφροσύνης, καὶ τῆς παρακλήσεως. Ἵν' οὖν συνεχῶς ταύτης ἀπολαύωμεν τῆς ἡδονῆς καὶ εὐφραινώμεθα, συνεχῶς τοῦτο ποιεῖν παρακέκλησο, ἡνίκα ἂν ἐξῇ. Οἴδαμεν γὰρ ὅτι τὸ πρᾶγμα δύσκολον, τῷ μὴ ῥᾳδίως τινὰς ἐνταῦθα παραγίνεσθαι· καὶ γὰρ τὸ τῆς οἰκουμένης ἐρημότατον χωρίον τοῦτό ἐστιν· ἀλλ' ὅμως τοῖς ἀγαπῶσι καὶ τὰ δύσκολα εὔκολα γίνεται. Εἰ γὰρ βουληθείης περιεργάζεσθαι καὶ πολυπραγμονεῖν, τοὺς ἐκεῖθεν κατὰ χρείας ἰδίας ἀφικνουμένους εὑρήσεις, καὶ ὅλως οὐδὲν ἐπιλείψει τῷ ζητεῖν [b] καθ' ὁδοῦ. Ταῦτ' οὖν εἰδὼς,

CCXL. *Ejusdem ad Castum presbyterum.*

Quam clare fulget, nec latere potest anima fervida prædita caritate! quo pacto tuæ contigit reverentiæ. Nam cum needum scires, num tibi scripsissemus (tametsi scripseramus), tamen quæ tuarum erant partium ipse præstitisti, cum et literas ad nos dedisti, et in hoc sinceræ tuæ be-C nevolentiæ specimen edidisti, nosque summa lætitia et consolatione complevisti. Ut igitur hac voluptate perpetuo fruamur, ac lætemur, quotiescumque facultas dabitur, ita fac, quæso, perpetuo. Scimus enim rem esse perdifficilem, quod non facile aliqui huc adventent; quippe quod hic locus sit totius orbis terrarum desertissimus : verumtamen amantibus etiam ea quæ difficilia sunt, facilia fiunt. Si enim sciscitari volueris et curiose inquirere, eos, qui suorum negotiorum causa istinc adveniunt, nancisceris : nihil deni-

[b] Reg. παυσόμεθα.
[a] Reg. ὑπὲρ ὑμῶν.

[b] Hic vitium suspicantur Savil et Fronto Ducæus.

que tibi deerit, si qui peragant iter, inquiras. Hæc igitur tibi cum explorata sint, domine mi reverendissime, creberrimas ad nos mitte literas. Nam et res ipsa omni difficultate aut labore caret, et quæ dimanat ex ea lætitia, nos mirifice reficit ac recreat, et multæ consolationis occasionem suppeditat.

δέσποτά μου τιμιώτατε, συνεχεῖς ἡμῖν πέμπε ἐπιστο- D λάς. Τό τε γὰρ πρᾶγμα δυσκολίαν οὐδεμίαν ἔχει, οὔτε πόνον, ἡ δὲ ἐξ αὐτοῦ εὐφροσύνη πτεροῦσθαι ἡμᾶς ποιεῖ, καὶ πολλῆς παραμυθίας ὑπόθεσις γίνεται.

CCXLI. Ejusdem ad Cyriacum presbyterum.

In hoc quoque fervidam tuam, sinceram, et constantem caritatem miratus sum, qua ostendisti te nostri magnam non modo dum adsumus, sed etiam dum absumus, rationem habere. Nam licet nihil nos ad tuam reverentiam literarum dedisse dicas, non tamen potuit illud tibi silentii causam afferre, sed quamvis nos siluisse censeres, tres epistolas ad nos misisti. At nos et semel et iterum, et ter et multoties ad te scripsimus. Et utriusque specimen egregium est editum, cum tuæ caritatis, quæ literis nostris non indigeat, tum nostræ æquitatis. Quando igitur non ignoras, quanta reverentiam tuam benevolentia com-
Col 3. 14. plectamur, cum eo, quod caput est bonorum, ac vinculum perfectionis, abundes, fac, quæso, hanc nobis voluptatem impertias. Nam quantascumque literas acceperimus, licet numero multæ sint, nulla nos earum capit satietas, quod reverentiam tuam singulari amore prosequamur.

σμα'. Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Κυριακὸν πρεσβύτερον.

Καὶ ἐν τούτῳ ἐθαύμασά σου τὴν ἀγάπην, τὴν θερμὴν, καὶ γνησίαν, καὶ ἀκλινῆ, δι' ἧς ἔδειξας, ὅτι οὐ παρόντων ἡμῶν, ἀλλὰ καὶ ἀπόντων πολὺν ποιῇ λόγον. Αὐτὸς μὲν γὰρ ἔφης μηδὲ ἐπεσταλκέναι ἡμᾶς τῇ τι- E μιότητί σου, καὶ οὐκ ἐγένετο τοῦτο ἱκανὸν ἐμποιῆσαί σοι σιγὴν, ἀλλὰ καίτοι νομίσας ἡμᾶς σεσιγηκέναι, τρεῖς ἐπιστολὰς ἔπεμψας πρὸς ἡμᾶς. Ἡμεῖς δὲ καὶ ἅπαξ, καὶ δὶς, καὶ τρὶς, καὶ πολλάκις ἐπεστάλκαμεν. Καὶ ἀμφότερα ἐδείχθη καλῶς, ἥ τε ἀγάπη ἡ σὴ, μὴ δεηθεῖσα τῶν γραμμάτων ἡμῶν, ἥ τε εὐγνωμοσύνη ἡ ἡμετέρα. Ἐπεὶ οὖν οἶσθα, ὅπως διακείμεθα περὶ τὴν τιμιότητά σου, ὅτι τῷ κεφαλαίῳ τῶν ἀγαθῶν βρύεις, τῷ συνδέσμῳ τῆς τελειότητος, ἐπιδαψιλεύου ταύτην
733 A ἡμῖν τὴν εὐφροσύνην. Ὅσας γὰρ ἂν λάβωμεν ἐπιστολὰς, κἂν πολλαὶ ὦσι τῷ ἀριθμῷ, οὐ λαμβάνομεν κόρον, διὰ τὸ σφόδρα διακεῖσθαί σου περὶ τὴν τιμιότητα.

CCXLII. Chrysostomi Chalcidiæ et Asyncritiæ.

Cucuso anno 404. Nihil opus est ut ulla excusatione utamini, quod non veneritis : nam mihi quidem animo et affectu venistis, et nihilo inferiore loco apud nos estis, quam qui huc venerunt. Quocirca cum perspecta mihi sit insignis vestra benevolentia, et gratiam non mediocrem vobis habeo, et impense veniam do, quod tum propter corporis ægritudinem, tum propter anni tempus, prædonumque metum abfueritis. Vos tamen scribere minime pigeat, nosque de vestra valetudine sæpenumero facere certiores. Nam et longo locorum intervallo disjuncti a vobis de rebus vestris sumus solliciti : ac si forte vos intellexerimus omni tumultu ac perturbatione carere, prosperaque frui valetudine, non vulgari voluptate perfundemur. Hæc igitur cum vobis explorata sint, quam sæpissime de his rebus certiores nos facite, quas nosse desideramus, ut etiam in solitudine degentes multam inde consolationem hauriamus.

σμβ'. Τοῦ Χρυσοστόμου Χαλκιδίᾳ καὶ Ἀσυγκριτίᾳ.

Οὐδὲν ὑμῖν ἀπολογίας δεῖ πρὸς τὸ μὴ παραγενέσθαι· ἐμοὶ γὰρ ἀπὸ τῆς γνώμης παραγεγόνατε, καὶ οὐδὲν ἔλαττον ἔχετε παρ' ἡμῖν τῶν ἀφικομένων ἐν- B ταῦθα. Διὸ καὶ χάριν ὑμῖν ἔχω πολλὴν, τὴν γνησίαν ὑμῶν εἰδὼς διάθεσιν, καὶ ὑπὲρ τῆς ἀπουσίας πολλὴν ἔχω συγγνώμην, διά τε τὴν τοῦ σώματος ἀῤῥωστίαν καὶ τὴν τοῦ ἔτους ὥραν καὶ τὸν τῶν λῃστῶν φόβον. Γράφειν δὴ μὴ κατοκνεῖτε συνεχῶς ἡμῖν τὰ περὶ τῆς ὑγείας ὑμῶν εὐαγγελιζόμεναι. Καὶ γὰρ καὶ πόῤῥω καθήμενοι μεριμνῶμεν τὰ ὑμέτερα· κἂν μάθωμεν, ὅτι θορύβων ἐκτός ἐστε καὶ ταραχῆς καὶ τὰ περὶ τῆς ῥώσεως ὑμῶν, οὐ τὴν τυχοῦσαν καρπούμεθα εὐφροσύνην. Ταῦτ' οὖν εἰδυῖαι, συνεχῶς ἡμᾶς εὐαγγελίζεσθε ταῦτα, ἅπερ ἐπιθυμοῦμεν μανθάνειν, ἵνα καὶ ἐν ἐρημίᾳ διατρίβοντες πολλὴν ἐντεῦθεν καρπωσώμεθα τὴν παράκλησιν.

IN EPISTOLAM AD CÆSARIUM

MONITUM.

Epistola ad Cæsarium a Chrysostomo secundi ipsius exsilii tempore scripta fertur initio et fine. Interpretationem ejus Latinam ex Codice quodam Florentino descripserat olim Petrus Martyr Florentinus, qui a catholica religione descivit, ac delatam secum in Angliam in Cranmeri archiepiscopi Cantuariensis bibliotheca reposuit. At post Cranmeri necem ejus bibliotheca direpta fuit, et epistola deinceps nusquam comparuit. Cum autem illa ab iis, qui *transsubstantiationem* negabant, in testimonium adducta fuisset, ab ejusdem *transsubstantiationis* propugnatoribus negatum est eam uspiam exstitisse, cujus exemplar nullum proferri posset. Anno autem 1680 vir cl. Emericus Bigotius interpretationem illam Latinam ex codice Florentino in bibliotheca Dominicanorum D. Marci descriptam edidit post Palladii librum de vita Chrysostomi. At censor quispiam epistolam jam cusam supprimendam esse putavit, ac revera suppressit cum notis Bigotii. Anno autem 1685 Stephanus Le Moyne, in libro cui titulus *Varia Sacra*, Tomo primo, hanc epistolam ad calcem edidit ut in Ms. habetur, multis mendis respersam, et aliquot in locis deformatam, ut vix aliquis sensus elici possit. Edidit etiam v. cl. Jacobus Basnage Roterodami anno 1687, cum parte illa præfationis Bigotianæ, quæ hanc epistolam respiciebat, quæque cum epistola ad Cæsarium expuncta fuerat, adjectis etiam fragmentis Græcis, quæ Bigotius collegerat. Aliæ quoque apud heterodoxos prodierunt hujus epistolæ editiones. Demum vir eruditus Jo. Harduinus ex Societate Jesu anno 1689 eamdem publicavit, remque catholicam adversus heterodoxos, qui hanc ad sua tuenda dogmata usurpabant, strenue vindicavit. Hic iterum illam proferimus aliquot in locis emendatam; fragmenta autem Græca, quæ ex Anastasio presbytero, ex Joanne Damasceno et ex aliis desumta fuerant, auctiora damus, beneficio doctissimi amicissimique viri Michaelis Lequien ex ordine Prædicatorum, qui hæc ex Anastasio et ex Joanne Damasceno diligentius collegit.

Jam hic plurima disquirenda sunt; nimirum an hic scriptor sit Joannes Chrysostomus, an alius qui 757
ejus nomen ementiatur; qui sit epistolæ scopus; et quid sentiendum sit de loco illo, qui circa *transsubstantiationem* tot controversiarum ansam dedit.

Quod attinet ad primam quæstionem, utrum scilicet hæc epistola sit vere Chrysostomi, nec ne : ea pro Chrysostomi fetu habita est a Joanne Damasceno, ab Anastasio Presbytero, a Nicephoro, ab aliisque qui de duabus naturis disputarunt; quin et ipse titulus Joannem episcopum Constantinopolitanum, scilicet Chrysostomum, auctorem prodit : sic enim habet, *Incipit epistola beati Joannis episcopi Constantinopolitani ad Cæsarium monachum tempore secundi exsilii sui ;* quod ipsum totum repetitur in fine : *Explicit epistula* (sic) *Joannis* etc. Nihil mirum ergo si heterodoxi hinc se prævalidum contra catholicam fidem argumentum mutuari posse putantes, eam quasi genuinum Chrysostomi fetum, nullo præmisso examine, protulerint. Harduinus etiam ipse et titulo et veterum testimoniis abductus, Chrysostomi esse putavit; id quod ipsi stimulo fuit, ut majori conatu, et feliciori exitu adversariorum tela depelleret argumentaque confutaret. Sub hæc autem laudatus vir Michael Lequien in Dissertatione tertia in fronte Operum S. Joannis Damasceni posita p. XLVIII et seqq. se περὶ γνησιότητος operis dubitare testificatus, hujusmodi argumenta proposuit ad eam Chrysostomo abjudicandam. Animadvertit autem primo eam a nemine ante Leontium laudatam fuisse, etsi perspicua loca præ se ferat adversus Eutychianos, necnon unius voluntatis et operationis assertores : quæ sane loca non prætermittenda erant in Synodis quinta et sexta, non ab illis qui eas hæreses impugnarunt, non a Nestorii vindicibus; et tamen nullus eorum hanc epistolam, vel ejus laciniam quamlibet commemoravit. Adjicit vir doctus hos loquendi modos, *Quod infernum evomuit in Christo dicere unam naturam post unitionem ?* et *Iterum dicunt : Post unitionem non oportet dicere duas naturas*, et similes, tan-

tum usurpari cœpisse postquam Cyrillus Alexandrinus adversus Nestorium scripsit : *Ex duabus naturis ineffabilem unitionem esse factam : dividendas non esse substantias post unitionem ; unam post unitionem esse Dei Verbi naturam incarnatam,* et postquam circa hæc verba digladiantes plurimi eo devenerunt, ut dicerent ipsam deitatem passam fuisse ; qua ætate editæ fuere dissertationes illæ, quæ Athanasii nomine circumferuntur Tomo secundo p. 560, 561 et seqq., in quibus eadem ferme res exagitantur, quæ in hac epistola passim feruntur. Pugnat quoque vir eruditus, hanc epistolam non modo post Chrysostomi obitum, sed etiam post Nestorianæ hæresis exortum scriptam fuisse : « Nam antea, inquit, auditum non erat Christum non modo *ex duabus naturis,* sed etiam *in duabus exsistere* », quod primum Cyrillus docuit ; deindeque Synodus Chalcedonensis contra Eutychem definivit ; quæ etiam Synodus ex Cyrillo adjecit, *Christum perfectum esse in divinitate, et perfectum in humanitate ;* in epistola vero ad Cæsarium legitur : *Agnoscendum esse Filium non in una solum natura, sed in duabus perfectis.* Notandum tamen est Athanasium Libro primo contra Apollinarium dixisse Christum esse perfectum Deum et perfectum hominem. Verum licet hæ voces, ἕνωσις, unitio, et duæ in Christo naturæ perfectæ, non ignotæ prorsus fuerint ante Chrysostomi ævum, certum tamen est eas non fuisse ita frequenti usu receptas, ut fuerunt temporibus Nestorii et Eutychis ; atque adeo videri hunc scriptorem, qui illis passim utitur, in istud ævum conferendum esse. Movet item rev. patrem Lequien, ut epistolam Chrysostomo abjudicet, quod in ea dicatur : *Si enim Deum dixeris pertulisse qualicumque cogitatione, quod impossibile est dixisti : id quod blasphemum est et immane ;* nam etsi hoc loquendi genus aliquo modo tolerabile esse videretur, quo tempore res nondum definita erat, multis existimantibus idipsum esse dicere Deum passum, ac passam deitatem : attamen his adversa tradit Chrysostomus plurimis in locis. Hæc quæ scite observata sunt, pluribus prosequitur laudatus ille vir, et alia multa adjicit, quæ longum esset recensere.

Aliis item nominibus hæc epistola omnino mihi spuria esse videtur. Is ad quem scribitur, est Cæsarius monachus, qui jamdiu una cum epistolæ scriptore idem institutum vitæ tenuerat, nempe monasticum ; nam illud significant hæc verba paulo post initium epistolæ : *Verumtamen nos recordantes tuæ nobiscum conversationis,* τῆς σῆς μεθ' ἡμῶν πολιτείας, hæc haud dubie Græca erant, quibus significatur hujus epistolæ scriptorem idipsum institutum vitæ tenuisse, quod Cæsarius profitebatur, nempe monasticum ; id de Chrysostomo quidem dici posset, qui juvenis inter monachos versabatur, et asceticam vitam agebat : sed an verisimile est, si cum Cæsario vitam monasticam egerit, qui Cæsarius ad usque secundum ejus exsilium superstes fuerit, ipsique literas scribere consueverit, illius tamen
738 nusquam mentionem habendam fore, vel in epistolis vel in vita Chrysostomi ; certe hinc jam nescio quæ suspicio nascitur. Stylus mirum quantum a Chrysostomi dicendi genere alienus ; quod nunc facilius deprehenditur, cum ex Græcis longe plura quam antea publicantur : hic omnia peregrinum olent, nec vel minimum quidpiam observatur, quod Chrysostomum sapiat ; ita ut qui ex aliis scriptis et epistolis Chrysostomi ad hanc epistolam se conferat, in alium se orbem translatum putet. Quis apud Chrysostomum vidit τηλαυγῶς διαγορεῦσαι, quis ταῦτα κατηγορεῖται vidit hoc sensu, *hæc prædicantur?* Ubi tam jejunus orator fuit Chrysostomus, cum de socio olim et contubernali ad sanam mentem reducendo ageretur? Argumentandi genus Chrysostomi elucet in orationibus contra Anomœos et contra Judæos : eas confer cum hac epistola ; et statim conspicies quantum sit inter hanc et illas discrimen. His perpensis epistolam ad Cæsarium Chrysostomi esse numquam crediderim, sed potius cujuspiam qui Chrysostomum ementitus sit.

Quis vero sit ille, qui hanc epistolam Chrysostomo adscripsit, incertum omnino. Ejus autem mittendæ occasio ea fuit, aut ea esse simulatur, quæ initio epistolæ narratur : oblatus fuerat Cæsario Apollinarii liber, quo perlecto, usque adeo ejus doctrina permotus est, ut gratiam haberet iis qui librum sibi obtulerant, et librum optimum esse prædicaret etiam in epistola illa, quam ad Joannem se misisse confinxit. Non desunt viri docti, qui putent hanc epistolam non contra Apollinaristas scriptam fuisse, sed contra Eutychianos, exque conjectura tantum hic dici, librum de quo hic agitur Apollinarii fuisse : nam Apollinarius, inquiunt, numquam dixit ex duabus naturis unam factam esse naturam post unitionem. Ac nihil certe dubii est, hic de Apollinarii libro agi et Apollinaristarum doctrinam impeti. Nam ut omnia minutatim persequamur, quæ initio epistolæ dicuntur in libro Apollinarii prædicari συνδρομὴν οὐσιώδη καὶ μίξιν θεσπεσίαν γεγενῆσθαι θεότητός τε καὶ σαρκὸς, μίαν τε ἐντεῦθεν ἀποτελεσθῆναι φύσιν : *Concursum essentialem et mixtionem divinam factam esse divinitatis et carnis, et hinc*

unam perfici naturam, hæc, inquam, ipsissima fere verba sunt Apollinarii, qualia referuntur ab Eulogio, apud Photium cap. CCXXX, p. 849, excerpta ex libro Apollinarii *de Incarnatione* : ὢ καινὴ κτίσις, καὶ μίξις θεσπεσία· Θεὸς καὶ σὰρξ μίαν ἀπετέλεσαν φύσιν : *O nova creatura et divina mixtio! Deus et caro unam perficiunt naturam.* Quod ipsum refert Ephræmius Antiochenus in Biblioth. Photii cap. CCXXIX, p. 787. Jam quis neget in epistola Cæsarii de hoc Apollinarii libro agi? Cætera quæque capita recenseamus : secundum Apollinarium et Apollinaristas, ut in hac epistola dicitur : *post unitionem non oportebat dicere naturas duas.* Dicebant etiam Apollinaristæ, « Dominicum corpus non esse verum corpus, quia conversum erat in deitatem : Passionem divinitati excogitabant. » Dicebant quoque, « Dominum Jesum carne nostra amictum, sed inanimata. » Hi erant Apollinarii et Apollinaristarum, qui Synusiastæ vocabantur, errores; ii vero ex supra allato Apollinarii loco consequebantur : nam quia secundum Apollinarium per commixtionem divinam Deus et caro unam perficiebant naturam, hinc seqeubatur post unitionem non oportere duas dicere naturas; divinum corpus non esse verum corpus, quia conversum erat in deitatem; divinam ipsam naturam seu divinitatem passioni esse obnoxiam; carnem Christi anima esse humana vacuam, quia Deus et caro unam perficiebant naturam.

Hos etiam Apollinaristarum, seu συνουσιαστῶν errores commemorant Athanasius, Gregorius Nazianzenus, et Epiphanius, qui postremus necnon et Joannes Damascenus de Hæresibus, p. 94, διμοιρίτας, *Dimœritas*, illos vocant. Hujus vero appellationis causam aperit Gregorius Nazianzenus Orat. 46, p. 722, cum ait corpus et animam esse in Christo τὸ τριτημόριον, *tertiam partem.* Apollinaristæ quippe aiebant, in Christo partem unam hominis, νοῦν scilicet, seu *mentem*, a Verbo suppleri, solumque Verbum junctum corpori et animæ (nempe sensitivæ, ut dictitabant illi) totum constituere Christum. Quamobrem cum ex Catholicorum sententia tribus constaret Christus, Verbo scilicet, mente humana, et corpore animato, qui unam ex illis demerent partem, mentem scilicet, a duabus aliis, quæ supererant, διμοιρῖται audiebant : nam δίμοιρον Græcis est *duæ tertiæ partes,* cujus significationis exempla sæpius advertere est in Analectis nostris p. 319 et seqq.

Cum hac igitur epistola consonant ea, quæ Athanasius in epistola ad Epictetum de Apollinaristis, tacito tamen nomine, dicit, quam epistolam Epiphanius Hæresi 77, ubi contra Dimœritas seu Appollinaristas agit, totam retulit. *Quis infernus eructavit*, inquit Athanasius, *corpus ex Maria genitum esse Verbi divinitati consubstantiale*, ὁμοούσιον? Hinc autem Apollinaristæ συνουσιασταὶ, *Synusiastæ*, audiebant, quod substantiam Verbi cum carne miscerent et utrumque unum facerent. *Aut Verbum*, pergit Athanasius, *in carnem, ossa et capillos, et in totum corpus mutatum fuisse, et a natura descivisse sua?* Hic habes illam θεσπεσίαν μίξιν seu *mixtionem divinam* Apollinarii, per quam Deus et caro unam efficiebant naturam. *Quis autem*, ait Athanasius, *in Ecclesia aut a Christianis umquam audivit, Dominum positione, non natura*, θέσει καὶ οὐ φύσει, *gestasse corpus?* Hæc explicantur per illud quod in Epistola ad Cæsarium legitur : *Dicebant enim Apollinaristæ,* inquit hic scriptor, *dominicum corpus non esse verum corpus, quia conversum erat in deitatem.* Pergit Athanasius : *Aut quis eo processit impietatis, ut diceret sentiretque ipsam deitatem Patri consubstantialem, circumcisam, et imperfectam, ex perfecta factam fuisse : et quod cruci affixum erat non fuisse corpus, sed ipsam Sapientiæ substantiam rerum opificem?* Hæc iterum consentiunt cum iis quæ paulo ante dicebamus, dominicum corpus secundum Apollinaristas non fuisse verum corpus. Ex his item dictis probatur id quod in epistola non semel dicitur, nempe secundum Apollinaristas ipsam deitatem esse passibilem, quod pluribus explicat Gregorius Nazianzenus Homilia 46, ubi ait secundum Apollinarium, unigenitum Deum in propria sua divinitate passum esse, atque in triduana illa corporis morte divinitatem quoque simul cum corpore mortuam fuisse, sicque rursus Patris opera a morte ad vitam revocatam fuisse. Passibilitatem quoque illam deitatis secundum Apollinaristas, commemorat et confutat Athanasius in libris contra Apollinarium, vide p. 924, et paulo ante, nempe p. 923, ait secundum Apollinaristas Verbum assumsisse corpus absque mente : qui est postremus error in epistola ad Cæsarium commemoratus, et hæc erat quasi tessera Apollinaristarum. Certum itaque puto in epistola ad Cæsarium contra librum Apollinarii agi, illumque ipsum librum, ut videtur, quem de Incarnatione scripserat, ab Eulogio supra commemoratum. Cæterum Apollinaristæ non inter se consentiebant, sed alii alios errores, ex uno fonte manantes, propugnabant, ut videre est in epistola Athanasii ad Epictetum, et in ejusdem Athanasii libris contra Apollinarium; itemque apud Epiphanium Hæresi 77.

Neque tamen negari potest probabile omnino esse hunc scriptorem qui sæculo Eutychiano vixisse et

hæresi illi infensus fuisse videtur, ut hanc epistolam ab se suppositam Chrysostomo adscribere posset confinxisse se contra Apollinarii librum agere, qui in multis cum Eutyche consentiebat, quoniam non poterat Chrysostomum contra Eutychis hæresin aperte loquentem inducere, qui diu ante illam exortam obiisset. Quod autem hic cum Apollinaristis Eutychianos maxime confutet, probant voces illæ, et modi loquendi frequentes, quos supra commemoravimus, qui tempore Chrysostomi vix noti erant, et tamen in hac epistola passim usurpantur eodem modo quo contra Eutychianos adhibiti postea fuere.

Restat ut de clausula illa agamus circa quam multæ quæstiones agitatæ sunt; illa vero est : *Sicut enim antequam sanctificetur panis, panem nominamus : divina autem illum sanctificante gratia, mediante sacerdote, liberatus est quidem ab appellatione panis ; dignus autem habitus dominici corporis appellatione, etiamsi natura panis in ipso permansit, et non duo corpora, sed unum corpus Filii prædicamus : sic et hic divina insidente corpori natura, unum Filium, unam personam utrumque constituit, cognitum sine confusione, indivisibili ratione, non in una solum natura, sed in duabus perfectis.* Hinc heterodoxi acerrimum contra fidem catholicam telum se mutuari posse rati, secundum hujus scriptoris mentem absque ulla mutatione substantiæ panis, Eucharistiam confici pugnant : alii ulterius progressi, panem appellatione sola dominici corporis, non præsentis dignatum esse contendunt. Illud autem quasi certum exploratumque habent, hanc epistolam vere Joannis Chrysostomi esse. Sed cum abunde supra probatum fuerit, hanc epistolam non esse Chrysostomi, etiamsi quid ex ignoti scriptoris dictis in eorum gratiam emergeret, quod tamen longe abest, nullam hinc mutuari possent auctoritatem, cum nec quis ille scriptor fuerit, nec an catholicus, heterodoxusve fuerit deprehendi possit; imo vero ex iis quæ de deitatis passibilitate dixit, nonnihil adversæ nascatur suspicionis. Verum quisquis ille sit, jam locum dispiciamus, excutiamusque primo qua arte locum ejusmodi ad præsentiam Christi in Eucharistia negandam detorqueant. Hic, inquiunt, panis dignus habitus esse dicitur dominici corporis appellatione : unde sequitur, solo nomine panem in Eucharistia dominicum appellari corpus : ad quid enim panem dignum habitum dominici corporis appellatione dixerit, si vere adsit dominicum corpus? Sed quorsum illæ circuitiones, quando clare scriptor iste ait naturam panis et dominicum corpus, non duo corpora, sed unum corpus Filii prædicari? annon hinc omnino consequitur corpus Filii vere in Eucharistia haberi? annon illa comparatio unitatis
710 naturæ panis et corporis dominici cum natura divina et humana, unum Filium et unam personam efficiente, omnino futilis erit, si corpus Christi non sit vere in Eucharistia? Aliud telum contorquent, graviusque instant, ac transsubstantiationem hic aperte impeti pugnant. Nam, inquiunt, hic luculenter dicitur panem in Eucharistia post sanctificationem remanere, idque his verbis declaratur, *Etiamsi natura panis in ipso permansit, et non duo corpora, sed unum corpus Filii prædicamus.* Verum, ut multis exemplis probat Harduinus, natura et οὐσία cujuspiam rei sæpe apud Patres significat proprietates naturales rei ejusdem; at hic proprietates omnes naturales panis permanent, et quidquid in pane sensum movet, aspectum scilicet, tactum et gustum ; nam id solum in natura cujusque rei sensilis percipimus ; ita ut natura panis hic tota perspiciatur, licet ejus materia et substantia in corpus Christi mutata fuerit. Naturam certe panis sic intellexisse oportuit hunc scriptorem, quisquis tandem ille fuerit : nam panem in corpus Christi mutari tunc in Ecclesia Græca vulgo dicebatur, qua mutatione facta tunc non amplius substantia panis in Eucharistia erat. Sic autem explicandum hunc scriptorem esse probatur ex Joanne Damasceno, qui hanc epistolam legebat, eamque pro Joannis Chrysostomi fetu habebat, quique ejus partem non minimam retulit. Ipse quippe Joannes Damascenus de Orthodoxa fide libro quarto p. 270 sic habet : Ὥσπερ φυσικῶς διὰ τῆς βρώσεως ὁ ἄρτος, καὶ ὁ οἶνος καὶ τὸ ὕδωρ διὰ τῆς πόσεως εἰς σῶμα καὶ αἷμα τοῦ ἐσθίοντος καὶ πίνοντος μεταβάλλονται, καὶ οὐ γίνονται ἕτερον σῶμα παρὰ τὸ πρότερον αὐτοῦ σῶμα· οὕτως ὁ τῆς προθέσεως ἄρτος, οἶνός τε καὶ ὕδωρ, διὰ τῆς ἐπικλήσεως καὶ ἐπιφοιτήσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὑπερφυῶς μεταποιοῦνται εἰς τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ καὶ τὸ αἷμα, καὶ οὐκ εἰσὶ δύο, ἀλλ' ἓν καὶ τὸ αὐτό : *Quemadmodum naturaliter panis per comestionem, vinumque et aqua per potionem, in corpus et sanguinem comedentis et bibentis transmutantur, nec corpus fiunt aliud a corpore ejus quod prius exstabat : sic panis qui in prothesi præparatus fuit, vinum item et aqua per invocationem et adventum Spiritus sancti supernaturaliter mutantur in corpus et sanguinem Christi; nec duo sunt, sed unum et idem.* Hæc Joannes Damascenus, qui hunc quo de quæstio est locum in mente habuisse videtur cum hæc scriberet. Nisi dixisset autem panem et vinum supernaturaliter mutari in corpus et sanguinem Christi, ex sequentibus, *nec duo sunt, sed unum*

et idem, inferrent haud dubie heterodoxi: si panis et vinum simul cum corpore et sanguine Christi unum et idem sint in Eucharistia, ergo post sanctificationem panis et vinum remanent; sed cum prius dixerit panem et vinum mutari in corpus et sanguinem Christi: quod subjungit postea, *nec duo sunt, sed unum et idem,* non ita intelligendum est, ut ipsa panis et vini substantia remaneat, et unum sit cum corpore Christi; alioquin enim non mutata fuisset in corpus et sanguinem Christi; sed quod proprietates illæ omnes quæ solæ in pane et vino sensu percipiuntur remaneant, et cum corpore et sanguine Christi unum sacramentum efficiant: et sic explicandus est auctor epistolæ ad Cæsarium, quem præ oculis tunc habuit Joannes Damascenus: quod enim dicit, *Etiamsi natura panis remansit*, de speciebus et proprietatibus tantum panis intelligendum est. Neque enim negare voluit ille mutationem panis et vini in corpus et sanguinem Christi, quam SS. Patres Græci enuntiant. Gregorius quippe Nyssenus eam modo μεταποίησιν, *mutationem*, vocat; modo μεταστοιχείωσιν, *transelementationem*, Chrysostomus μεταῤῥύθμισιν, *transformationem;* Cyrillus Jerosolymitanus μεταβολήν, *mutationem*, vel *conversionem*. Hanc autem mutationem ideo non expressit auctor epistolæ ad Cæsarium, quia cum hac de re nulla tunc controversia moveretur, non tanta opus esse cautela videbatur in his enuntiandis.

Præfationem clarissimi viri Emerici Bigotii quæ Lutetiæ suppressa fuit, quamque publicavit v. cl. Jacobus Basnage, hic subjungendam duxi.

PRÆFATIO 741

CL. V. EMERICI BIGOTII IN EPISTOLAM CHRYSOSTOMI

AD CÆSARIUM MONACHUM,

Quæ fuit suppressa in editione Palladii de Vita Chrysostomi, Parisiis vulgata apud viduam Edmundi Martini anno 1680.

Hanc orationem sequitur epistola ad Cæsarium monachum, quæ licet nitore suo nativo, id est Græco eloquio, destituta, nihilominus sub velo veteris Latinæ interpretationis mirificos eloquentiæ disertissimi doctoris radios exhibet. Primus qui ultimis temporibus hujus meminit epistolæ, fuit Petrus Martyr Florentinus, qui ex ea locum quemdam protulit in Locis communibus. Insolitus loquendi de Eucharistia modus, qui ex ea referebatur, a Joannis Chrysostomi phrasi ac genio prorsus alienus, lectores in diversas traxit sententias; aliis supposititiam esse affirmantibus, aliis pro virili contendentibus veram esse ac genuinam, omnes integram videre summe concupivere: dolueruntque Petrum Martyrem, qui primus, de ea mentionem injecerat, minime indicasse qua in bibliotheca exstaret codex Ms. Florentiæ delitescere omnium erat suspicio, quia Florentinus fuit Petrus Martyr, sed ubi, ab omnibus nesciebatur. Mihi quæ fortuna faverat in reperiendo contextu Græco S. Joannis Chrysostomi, hic etiam non defuit. Ejus exemplar reperi apud RR. PP. Dominicanos, in Monasterio S. Marci. Cujus te in partem ἑρμαίου venire libens patior; nec exspecto ut mihi succlames in commune, κοινὸς Ἑρμῆς, si modo exorari te sinas, ut benigna interpretatione emollias, quæ duriuscule sonant de Eucharistiæ sacramento, et in memoriam revoces tot et tam insignes locos, in quibus adeo luculenter de hoc sacrosancto mysterio loquitur Joannes noster, ut doctor Eucharistiæ vocari meruerit: sicut S. Augustinus doctor Gratiæ vulgo prædicatur. Dixi Petrum Martyrem postremis temporibus hujus epistolæ meminisse, quæ antea Græcis Patribus notissima fuerat, utpote qui multa testimonia ex ea adversus Monophysitas et Acephalos adduxerunt, ut observare licet in notis quas margini apposui, indicando Codices ex quibus textum Græcum apud illos Patres a me inventum descripsi. Cæterum ubi deficiebant verba Græca, vacua columna-

rum spatia reliqui, nec passus sum ea punctis, aut lineolis, sicut librariorum mos est, repleri, ut possint inibi viri eruditi verba Græca adscribere, si quando ea invenerint. Cum enim experimento noverim, quo casu, quave fortuna in ea quæ attexui testimonia inciderim, non despero ab aliis alia posse inveniri. Quisque experiatur cui fortuna erit faventior; et si cui ea obsecundaverit, is ne publico invideat, neque apud se inventa privatim detineat. Qui veteres libros tractant, norunt nullam veteris cujuscumque libri editionem, quæ ex unico exemplari fuerit eruta, hucusque prodiisse omni ex parte perfectam. Manu exarati Codices mutuas aliorum exposcunt operas, ut quod in uno corruptum est, ab alio sanetur; quod in uno vetustas obliteraverit, ab alio lucem accipiat. Hoc verum esse de Codice hujus epistolæ fateri cogor, qui licet sit annorum 500, parum tamen emendate scriptus est, et opem a Græco præcipue Codice, aut ab alio saltem Latino, postulat. In eo quem vidi, aliquando voces continuæ sunt, aliquando simplex vocalis E pro diphthongo Æ scripta fuit; T pro D, et vice versa D pro T; verbis aliquando ita corruptis, ut ad sanitatem reduci minime possint absque subsidio aliorum Codicum. Quæ scribarum incuria deterruit, opinor, Petrum Martyrem ab ea edenda. Taceo interpretationem, quæ minus accurata, imo plane barbara videtur. Ego his omnibus nævis lectores benevolos nequaquam offensum iri arbitratus sum; imo eam libenter excepturos puto quam damus epistolam, Latine quoquo modo versam, cujus fragmentum a Petro Martyre editum, eruditorum animos pridem sollicitavit. Quis enim illud cum legerit, Joannis Chrysostomi mentem percipere queat, ex eoque animadvertere, qua occasione, quo animo ejus verba scripta sunt? In ea porro epistola mirari licet summam et insolitam Dei amantissimi viri caritatem, qui licet innumeris ærumnis oppressus esset, atque continuis terroribus ob Isaurorum incursiones, ut ipse scribit in epistolis
742 ad Olympiadem, pene exanimaretur, nihilominus cum audisset Cæsarium monachum amicum suum in Apollinaris et Συνουσιαστῶν hæresim incidisse, eum pro incredibili sua bonitate ab hæresi avertere atque in sinceræ pietatis viam revocare hac epistola molitus est. Quantum vero Apollinaris hæresis tum grassaretur, et quam multos invasisset, ex eo colligere licet, quod contra Apollinaristas et Synusiastas scripserunt Diodorus Tarsensis episcopus, quem supra memoravi, Gregorius Nyssenus, Cyrillus Alexandrinus, Theodorus Mopsuestenus, Theophilus Antiochensis, ut alios plures omittam. Atque ut ab eo errore Cæsarium revocaret Joannes, eumque ad catholicam fidem, quæ duas in Christo naturas inconfusas sub una persona confitetur, epistola reduceret, comparationem ab Eucharistiæ sacramento mutuatur, in quo panis post consecrationem, non jam panis, sed corpus Christi appellari dignus efficitur; *Etiamsi natura panis*, inquit, *in ipso permansit, et non duo corpora, sed unum corpus Filii prædicatur.* Quibus verbis sanctus doctor veram ac realem, ut vocant, corporis Christi in Eucharistia præsentiam supponit, et agnoscit; alias certe nulla esset cum humana ac divina in Christo natura Eucharistiæ comparatio. Ipse Chrysostomus Hom. 2 ad popul. Antiochensem: Ὁ μὲν γὰρ Ἠλίας μηλωτὴν ἀφῆκε τῷ μαθητῇ, ὁ δὲ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἀναϐαίνων, τὴν σάρκα ἡμῖν κατέλιπε τὴν ἑαυτοῦ· ἀλλ᾽ ὁ μὲν Ἠλίας ἀποδυσάμενος, ὁ δὲ Χριστὸς καὶ ἡμῖν κατέλιπε, καὶ ἔχων αὐτὴν ἀνῆλθε: *Helias enim pallium reliquit discipulo suo, Dei autem Filius ascendens in cœlum nobis carnem suam reliquit: sed Helias se exuit; Christus vero et carnem suam nobis reliquit, ipsamque habens ascendit.* Et Hom. 83 in Matthæum: Οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν μυστηρίων ποιῶμεν, οὐ τοῖς κειμένοις μόνον ἐμϐλέποντες, ἀλλὰ τὰ ῥήματα αὐτοῦ κατέχωμεν. Ὁ μὲν γὰρ λόγος αὐτοῦ ἀπαραλόγιστος, ἡ δὲ αἴσθησις ἡμῶν εὐεξαπάτητος. Οὗτος οὐδέποτε διέπεσε, αὕτη δὲ τὰ πλείονα σφάλλεται. Ἐπεὶ οὖν ὁ Λόγος φησὶ, Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, καὶ πειθώμεθα, καὶ πιστεύωμεν, καὶ νοητοῖς αὐτὸ βλέπωμεν ὀφθαλμοῖς: *Sic etiam in mysteriis faciamus, non illa quæ ante nos jacent solummodo aspicientes, sed verba quoque ejus tenentes. Nam et verbis ejus defraudari non possumus, sensus vero noster deceptu facillimus est: illa falsa esse non possunt, hic sæpius atque sæpius fallitur. Quoniam ergo ille dixit,* Hoc est corpus meum, *obediamus et credamus, et oculis intellectus id perspiciamus.* Integrum librum conficerem, si ex Chrysostomo locos omnes excerperem, in quibus de sacratissima Eucharistia similiter loquitur; sed lætius ac salubrius tibi erit eos in fonte legisse.

EPISTOLA D. CHRYSOSTOMI

AD CÆSARIUM MONACHUM.

[a] ΙΩΑΝΝΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ

Κωνσταντινουπόλεως, ἐκ τῆς πρὸς Καισάριον μοναχὸν ἐπιστολῆς μετὰ τὴν δευτέραν αὐτοῦ ἐξορίαν.

Καὶ φήσειας πάντως ἐκ πλάνης πρὸς τὸ κρεῖττον ἐληλυθέναι, καὶ χάριν ὁμολογεῖν τοῖς τὴν θαυμαστὴν ἐκείνην προκομίσασι βίβλον, ἣν ἀρίστην τὰ κάλλιστά σου ἀποκαλοῦσι γράμματα, ὡς τηλαυγῶς διαγορεύουσαν συνδρομὴν οὐσιώδη καὶ [1] μίξιν θεσπεσίαν γεγενῆσθαι θεότητός τε καὶ σαρκὸς, μίαν τε ἐντεῦθεν ἀποτελεσθῆναι φύσιν. Τοῦτο, θαυμάσιε, τοῦ παράφρονος Ἀπολιναρίου τὸ ἀτόπημα· αὕτη τῶν εἰσαγόντων κρᾶσιν καὶ συναλοιφὴν ἡ δυσσεβεστάτη αἵρεσις.

A

INCIPIT EPISTOLA

Beati Joannis episcopi Constantinopolitani ad Cæsarium monachum tempore secundi exsilii sui.

Inspeximus literas tuæ reverentiæ, inspeximus autem non præter lacrymas; quomodo enim non lacrymabimur, et animam ipsam dolore conficimus, videntes fratrem [b] singularem vitam a pueritia eligentem, et ἀκραιφνῶς, id est consummate, circa pietatem se habentem, subito hæreticorum jactibus lapsum?

Et dicas fortasse ab errore ad id quod melius est venisse te, et gratiam confiteri his qui admi-
743 rabilem protulerint librum, quem magnum esse
A optima tua nominant scripta : qui splendide [a] prædicat concursum essentialem et mixtionem sacram factam ex divinitate et carne. Unam autem ex hoc perfici naturam [b] istud mirabitur insipientis Apollinarii inconsideratio : ista eorum qui introducunt contemperationem et συναλοιφὴν, id est commixtionem [c] impiissima

[a] Titulus Græce ex Ms. bibliothecæ Colbert. ex tractatu Nicephori contra Mamonas.

[b] In Græco erat haud dubie τὸν μονήρη βίον, *monasticam vitam;* imperitus Interpres, *singularem vitam:* Chrysostomus sæpe μονήρη βίον monasticam vitam appellat. Sic Tom. I, p. 116, 117, et alibi, et Athanasius in Historia Arianorum ad Monachos, τοῖς τὸν μονήρη βίον ἀσκοῦσι. Sexcenta alia proferri possent hujusmodi exempla. Quæ sequuntur Græca, Καὶ φήσειας etc., educta sunt ex Anastasio in Ms. Collegii Societatis Jesu Parisiensis; sunt etiam apud Nicephorum C. P. in Antirrhet. Ms. bibliothecæ Colbertinæ.

[a] *Prædicat.* In Græco διαγορεύουσαν. In Ms. Anastasii presb. Collegii Societatis Jesu Parisiensis, διαγορεύσασαν, minus recte, ni fallor. Ibid. ὡς ante τηλαυγῶς in schedis Bigotii non erat; sed habetur in Ms. Soc. Jesu. Ibid. in Edit. Stephani Le Moyne, qui epistolam Latine conversam cum mendis omnibus protulit, sic legitur, *Qui splendide prædicat concursum essentialem sacrum facta ex divinitate et carnis* (monstrum lectionis).

[1] [Verba hæc a μίξιν ad αἵρεσις exscripsit sine ulla notabili varietate lectionis Leontius Hierosolym. Contra Monophysitas, ed. A. Maio, in Scriptorum veterum nova collectione, e Vaticanis Codd. edita, t. 7, in 4°, Romæ, 1833, p. 135, col. 2.]

[b] *Istud mirabitur.* Hic stupeas veteris Interpretis ignorantiam, oscitantiamve, qui illud θαυμάσιε, ac si θαυμάσεις legeretur, *mirabitur* vertit. Sic autem interpreteris oportet : *Hæc est, o vir admirande, insipientis Apollinarii absurditas,* ut observavit v. cl. Harduinus, qui ait hic in Codice suo legi Ἀπολιναρίου τὸ ἀσέβημα, *Apollinarii impietas.* Sed Interpres Latinus qui vertit, *Apollinarii inconsideratio*, videtur legisse ἀτόπημα. Mox ubi legitur *contemperationem* et Græce κρᾶσιν, Stephanus Le Moyne edidit *contemplationem.*

[c] *Impiissima intentio;* in Græco, ἡ δυσσεβεστάτη αἵρεσις, *impiissima hæresis.* Interpres imperite pro more sequentia convertit.

intentio, quæ procedens immutat quidem Arii, Apollinarii, Sabellii, et Manetis nihil : passionem autem excogitari et adponi secundum illos Unigeniti imaginatur deitati, quod a Christianis alienum est.

Posside igitur temetipsum iterum, dilectissime, et ad priorem regredere ordinem, ab abominabili ista abstinens opinione, quæ est Apollinaris B
et eorum qui [d] Synusiastæ dicuntur. Impia cogitatio assidue puris influens nocere novit, qui secundum nos sunt simplicitati conviventes. Doctoris enim eorum est liber, Apollinarii : etsi hunc sibi tua reverentia non recte faciens negotiata est. Verumtamen nos recordantes tuæ nobiscum conversationis : sentientes autem ex his quæ [e] scripsisti errorem subsistere erga tuam dilectionem, ex illorum insipientia ; non solum erga dispensationis mysterium : magis autem et erga nominum conjunctionem, excogitavimus, Domino cooperante nostræ infirmitati, de omni- C
bus manifestam [f] ostentationem, facere ad redargutionem quidem malæ opinionis eorum qui hæreticum tibi protulerunt librum; correctionem autem tuæ venerationis.

Deum ergo quando dicis, dilectissime, agnovisti id quod simplex est [g] naturæ, quod incompositum, quod inconvertibile, quod invisibile, quod immortale, quod incircumscriptibile, quod incomprehensibile, et istis similia. Hominem autem dicens, significasti quod naturæ est infirmum, esuritionem, sitim, super Lazarum lacrymas, metum, sudoris ejectionem, et his similia, D
quibus id quod divinum est extra est.

[h] Christum autem quando dicis, conjunxisti utrumque : unde et passibilis dicatur idem ipse et impassibilis : passibilis quidem carne ; impassibilis autem deitate. Eadem ipsa et de Filio, et de Christo, et Jesu, et Domino prædicantur : communia enim et susceptibilia duarum essentiarum nomina sunt, quarum conjunctio in hæreticis quidem errorem facit proprio pro communi 744
utentes nomine Christi.[i] Unos autem communibus A
istis nominibus, quando dispensationis confiten-

Χριστὸν δὲ ὅταν εἴπῃς, συνῆψας ἑκάτερα· ὅθεν καὶ παθητὸς λέγοιτο ἂν ὁ αὐτὸς καὶ ἀπαθής· παθητὸς μὲν σαρκὶ, ἀπαθὴς δὲ θεότητι. Ταῦτα δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ Ἰησοῦ καὶ Κυρίου κατηγορεῖται· κοινὰ γὰρ ταῦτα, καὶ δεικτικὰ τῶν δύο οὐσιῶν τὰ ὀνόματα,

[d] *Synusiastæ*, Συνουσιασταί, vocabantur Apollinaristæ. Cujus rei causam aperit Gregorius Nazianzenus Orat. 46, p. 722 : *Διαβεβαιοῦται πρὶν τοῦ κατελθεῖν αὐτὸν υἱὸν ἀνθρώπου εἶναι, καὶ κατελθεῖν ἰδίαν ἐπαγόμενον σάρκα ἐκείνην, ἣν ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἔχων ἐτύγχανε, προαιώνιόν τινα, καὶ* ΣΥΝΟΥΣΙΩΜΕΝΗΝ : *Affirmabat eum antequam descendisset, filium hominis fuisse, et descendisse carnem propriam adducentem, illam, quam in cælis habebat ante sæcula. SUÆ SUBSTANTIÆ COMMIXTAM.* De hac voce jam in Monito actum est. Ibid. Ms. *adsiduæ puris influens.* Bigotius sic posuit, *assidua e puris influens.* Harduinus, *assidue puris influens.* Mox Bigotius et Harduinus, *Apollinari dico*, sed hæc vox *dico* non est in Ms. nec prorsus necessaria videtur.

[e] In Ms. *Scripsistis.*

[f] *Ostentationem*, forte *ostensionem.*

[g] *Naturæ* : legendum videtur *natura.*

[h] Græca ex Mss. Collegii Romani prodeunt, suntque Anastasii.

[i] Stephanus Le Moyne : *Unos autem communibus*

dum est mysterium. Si enim Deum dixeris pertulisse qualicumque cogitatione, quod impossibile est dixisti : id quod blasphemum est * et immane : sed in aliorum hæresum declinasti impietatem : si iterum hominem dixeris qui pertulit, inveniris purum ædificans templum, [a] templum carnis. Extra inhabitantem numquam dicitur, quia jam non est templum. Et forsitan dicunt, Et quomodo Dominus dixit, *Ut quid me vultis occidere, hominem qui veritatem vobis loquutus sum quam audivi a Deo?* Bene et omnino sapienter

* *Bigot.* et in Manetis et in aliorum hæresim, etc.

Joan. 8. 40.

B hoc dicendum est : [b] neque enim ex inhabitanti defraudabatur deitate; sed significare volens patientem naturam, hominis memoriam fecit : propter quod et Deus et homo Christus. Deus propter impassibilitatem, homo propter passionem. Unus Filius, unus Dominus, idem ipse procul dubio unitarum naturarum unam dominationem, unam potestatem possidens, etiamsi non [c] consubstantiales existunt, et unaquæque incommixtam proprietatis conservat agnitionem, propter hoc quod inconfusa sunt duo. Sicut enim antequam sanctificetur panis, panem nominamus : divina autem illum sanctifi-

C cante gratia, mediante sacerdote, liberatus est quidem ab appellatione panis; dignus autem habitus dominici corporis appellatione, etiamsi natura panis in ipso permansit, et non duo corpora, sed unum corpus Filii prædicamus.

Οὕτω καὶ ἐνταῦθα τῆς θείας ἐνιδρυμένης τῷ σώματι φύσεως, ἕνα Υἱὸν, ἓν πρόσωπον τὸ συναμφότερον ἀπετέλεσαν. [1] Γνωριζόμενον μέντοι ἀσυγχύτως ἀδιαιρέτῳ λόγῳ, οὐκ ἐν μιᾷ μόνῃ φύσει, ἀλλ' ἐν δυσὶ τελείαις. Ἐπὶ γὰρ μιᾶς πῶς τὸ ἀσύγχυτον; πῶς τὸ ἀδιαίρετον; πῶς ἕνωσις λεχθείη ποτέ; Ἑαυτῇ γὰρ τὴν μίαν ἑνοῦσθαι, ἢ συγχεῖσθαι, ἢ διαιρεῖσθαι,

Sic et hic divina [d] ἐνιδρυσάσης, id est insidente corpori natura, unum Filium, unam personam utraque hæc fecerunt. Agnoscendum tamen inconfusam et indivisibilem rationem, non in una solum natura, sed in duabus perfectis. Si enim unius, quomodo id quod inconfusum est, quomodo quod indivisibile, quomodo unitio di-

istis nominibus, quando dispensationis confitendum est mysterium; si liceret pro *unos* legere *utor*, sententia bene haberet; Bigotius sic habet : *His autem communibus istis uti oportet nominibus* etc., ubi *istis* superfluit. Mallem *utor*, ut supra dixi, et omnia quadrarent.

[a] In Ms. erat *templum Crucis*. Cujus loco posuit Bigotius *templum carnis*, et sic sententia quadrat. De templo carnis sic Athanasius Epist. ad Adelphium p. 816, de quibusdam Arianis loquens, Οὐ βούλονται τὸν Κύριον ἐν σαρκὶ ὡς ἐν ναῷ ὄντα προσκυνεῖν, *Dominum in carne tamquam in templo adorare nolunt.* Et pagina item sequenti carnem Christi, templum appellare pergit.

[b] Sic in Ms. legitur. Bigotius autem ita restituit : *Neque enim ex hoc ab inhabitanti defraudabatur : sed significare volens*, etc. Sensus est : Etsi Christus se hominem dixerit, deitate tamen non privatur, seu defraudatur.

[c] Petrus Martyr legit, *Consubstantialiter.* Locum sequentem : *Sicut enim antequam sanctificetur panis* etc., explicavimus in Monito.

[d] ἐνιδρυσάσης. Sic legit vetus Interpres Latinus, atque ita etiam apud Joann. Damascenum contra Apollinaristas, qui hunc Chrysostomi locum refert hoc titulo τοῦ Χρυσοστόμου ἐκ τοῦ κατὰ Ἀπολιναριστῶν. Vox ἐνιδρυμένης magis quadrat. Apud veterem Interpretem legebatur ἐνιδρυσάσης, *id est inundante,* mendose pro *insidente.* Mox Joann. Damasc. τὸ συναμφότερον ἀπετέλεσε γνωριζόμενον. Alia lectio, τὰ συναμφότερα. Hic autem locus, ut monet Bigotius, habetur apud Nicephorum, Anastasium, Joannem Damascenum, et Tom. I Variarum Lectionum Canisii p. 231, nempe usque ad illa verba μίαν ἐπὶ Χριστῷ λέγειν φύσιν. Cætera unde prodeant mox dicetur.

[1] [Hæc a γνωριζόμενον ad τελείαις exscripsit Leont. Hieros. l. l. p. 130, col. 2.]

citur aliquando sibimetipsi uniri quæ una est; D aut confundi, aut dividi impossibile est. [e] Quod ergo infernum evomuit unam in Christo naturam dicere? putamus divinam solam nominantes non omnimodo unam negant, nostram dico salutem, aut humanam retinentes naturæ divinæ abnegationem faciunt. Dicant, quæ perdidit quod proprium erat? [f] Si enim unus est, salva nobis est unitio omni modo, et ea quæ unitioni sunt propria salvari necesse est. Si enim non, nec unitio, sed confusio et abolitio. Mox autem ad interro- 745
A gationis fluctuantes responsionem, ad aliquid aliud exsiliunt, quod non sit proprium ad interrogationem, et inconstantes emittunt voces. Pertulit Deus et non pertulit, et si petantur modum dicere, ad ignorantiam recedunt proferentes, [a] quomodo voluit : Christi apud ipsos memoria fugiente. Post hæc vituperati in hoc, mox dicunt, Et Christus non est Deus, sed et homo. [b] Et iterum dicunt : Post unitatem non oportet dicere duas naturas. Attende significationem dicti. Unitionem dixisti? Unius unitionem non invenis fieri, quomodo præve-
Joan. 1. 14. nientes diximus, *Verbum caro factum est :* sed et speculaneorum quærentur subtilitatem. Intulit B enim, *Et inhabitavit in nobis*. Numquid non tibi videtur quia aliud est quod inhabitat præter
1. Cor. 2. 8. habitationem? *Si cognovissent, numquam Dominum gloriæ crucifixissent.* Dominum iterum quando dixeris, non proprium, sed commune significatur nomen passionis et impassibilitatis susceptibile. [c] Consueverunt autem et istud prætendere : Putamus non corpus Dei et sanguinem accepimus fideliter ac pie suscipiendum, non quia corpus et sanguinem possidet, id quod divinum est natura : sed quia quæ carnis sunt pro-

ἀδύνατον. Ποῖος οὖν ᾅδης ἐξηρεύξατο μίαν ἐπὶ Χριστῷ λέγειν φύσιν; ἢ γὰρ τὴν θείαν φύσιν κρατοῦντες τὴν ἀνθρωπίνην ἀρνοῦνται, φημὶ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν· ἢ τὴν ἀνθρωπίνην κατέχοντες τῆς θείας φύσεως τὴν ἄρνησιν ποιοῦνται· ἐπεὶ λεγέτωσαν, ποία ἀπολώλεκε τὸ ἴδιον; Εἰ γὰρ ἔτι ἔῤῥωται ἡ ἕνωσις, πάντως καὶ μετὰ τῆς ἑνώσεως ἰδιώματα ἀποσώζεσθαι ἀνάγκη, ἐπεὶ οὐχ ἕνωσις τοῦτο, ἀλλὰ σύγχυσις καὶ ἀφανισμὸς τῶν φύσεων.

Πάλιν εἰς ἄλλο μεταπηδῶντές φασι, μετὰ τὴν ἕνωσιν μὴ χρῆναι λέγειν δύο φύσεις. Πρόσεχε τῇ σημασίᾳ τοῦ ῥητοῦ. Ἕνωσιν εἶπας; Ἕνωσιν δὲ μιᾶς οὐκ ἂν εὕροις γινομένην.

Εἰώθασι δὲ καὶ τοῦτο προτείνειν· ἆρα οὐ τὸ σῶμα καὶ αἷμα τοῦ Θεοῦ λαμβάνομεν πιστῶς καὶ εὐσεβῶς; Ναὶ λεκτέον, οὐχ ὅτι τὸ σῶμα καὶ αἷμα τὸ θεῖον πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως ἐκέκτητο φύσει, ἀλλ' ἐπειδὴ τὰ τῆς σαρκὸς ἰδιοποιεῖται, ἔχειν λέγεται ταῦτα. Ὢ τοῦ

[e] Athanasius contra Epictetum p. 902 : *Ποῖος ᾅδης ἠρεύξατο, ὁμοούσιον εἰπεῖν τὸ ἐκ Μαρίας σῶμα τῇ τοῦ λόγου θεότητι;* Quæ sequuntur post *μίαν ἐπὶ Χριστῷ λέγειν φύσιν,* quæ non erant in Bigotiana Editione, ex Joanne Damasceno contra Jacobitas desumta sunt. Ibidem, *Putamus divinam solam nominantes, non omnimodo unam negant, nostram dico salutem.* Græca sic vertenda : *Aut enim divinam naturam tenentes humanam negant, nostram dico salutem, aut humanam retinentes naturæ divinæ abnegationem faciunt.* In Latina versione legebatur, *non divinæ abnegationem faciunt;* sed male, ut ex sensu et ex textu Græco eruitur. [Verba a *ποῖος* ad *ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ* (sic) *λέγειν φύσιν* exscripsit Leont. l. l.]

[f] *Si enim unus est, salva nobis est unitio.* Græca, *εἰ γὰρ ἔτι ἔῤῥωται ἡ ἕνωσις.* Hic videtur mendum esse.

[a] Inter propositiones illas, quæ ab Anonymo, qui Athanasii nomine circumfertur, confutantur, octava hunc habet titulum : *πρὸς τοὺς λέγοντας, ἔπαθεν ὁ θεὸς ὡς ἠθέλησε*: *Adversus eos qui dicunt, Passus est Deus, ut voluit.* Athan. Tom. 2, p. 570.

[b] *Et iterum dicunt.* Græcum *πάλιν εἰς ἄλλο μεταπηδῶντές φασι*, *Rursus ad aliud transilientes dicunt.* Hic vero locus nunc primo Græce prodit ex Joanne Damasceno contra Jacobitas.

[c] Hic item locus nunc primo prodit ex Joanne Damasceno contra Jacobitas : Græca sic convertimus : *Solent autem et istud prætendere : Annon corpus et sanguinem Dei fideliter atque pie accipimus? Etiam respondendum : non quod Deus carnem et sanguinem ante Incarnationem habuerit ex natura; sed quia ea quæ carnis sunt sibi propria facit, dicitur habere illa. O absurditatem! o impiam cogitationem! Periclitatur enim apud illos Dei dignitas.* Cætera ut in versione veteri.

ἀτοπήματος· ὢ τῆς ἀσεβοῦς διανοίας. Κινδυνεύει γὰρ παρ' αὐτοῖς τῆς Θεότητος ἀξίωμα. Καὶ πάλιν τὸ C κυριακὸν σῶμα ὡς ἀληθινὸν σῶμα ὁμολογεῖν οὐκ ἀνέχονται. Δι' ἐπινοίας γὰρ λέξεων τετράφθαι τοῦτο εἰς Θεότητα φαντάζονται, μίαν ἐντεῦθεν κατασκευάζοντες φύσιν, καὶ αὐτὴν τίνος εἶναι μὴ εὑρίσκοντες λέγειν.

pria facit! O inconsideratio! O impia cogitatio! Periclitatur enim apud ipsos dispensationis mysterium, et iterum dominicum corpus sicut verum corpus confiteri non patiuntur. Per cogitationem enim dici conversum esse hoc in deitatem imaginantur, unam hinc construentes naturam, et ipsam cujus sit non invenientes dicere, ut passionem divinitati undique secundum Apollinarium excogitantes, decidant a promissis bonis. Putamus non contremiscent ista dicere audientes? non cogitant æternum judicium, et Domini vocem dicentis: *Ego sum, et non mutor.* *Caro infirma, spiritus autem promtus. Pater, si pos-* D *sibile est, transeat a me calix iste. Tristis est anima mea usque ad mortem. Palpate et videte quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere.* Putamus deitati ista apta sunt? Audiant et Petrum dicentem, *Christo pro nobis passo carne;* et non dixit, Deitate; et iterum: *Tu es Christus Filius Dei vivi.* Viventis dixit, non Morientis; et quæcumque his similia divina nos edocet Scriptura, cui violenti esse hæretici non desistunt.

Malac. 3. 6. *Matth.* 26. 41. 39. 38. *Luc.* 24. 39. 1. *Pet.* 4. 1. *Matth.* 16. 16.

Τούτων τὰς κενοφωνίας ἐκκλίνοντες, ἀγαπητὲ, εἰς τὸ προκείμενον ἐπανέλθωμεν, εὐσεβὲς καὶ λίαν εὐσεβὲς τὸν θανάτῳ περιβληθέντα Χριστὸν ὁμο- E λογεῖν ἐν θεότητι τέλειον, καὶ ἐν ἀνθρωπότητι τέλειον, ἕνα Υἱὸν μονογενῆ, οὐ διαιρούμενον εἰς υἱῶν δυάδα, φέροντα δ' ὅμως ἐν ἑαυτῷ τῶν ἀχωρίστων δύο φύσεων ἀσυγχύτους ἰδιότητας· οὐκ ἄλλον καὶ ἄλλον, μὴ γένοιτο, ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν Θεοῦ Λόγον, σάρκα ἠμφιεσμένον, καὶ αὐτὴν οὐκ 746 A ἄψυχον καὶ ἄνουν, ὡς ὁ δυσσεβὴς Ἀπολινάριος εἶπεν. Τούτοις τοίνυν πρόσχωμεν· φύγωμεν τοὺς διαιροῦντας. Εἰ γὰρ καὶ διττὴ ἡ φύσις, ἀλλ' οὖν ἀδιαίρετος καὶ [a] ἀδιάσπαστος ἡ ἕνωσις, ἣν ἐν ἑνὶ τῷ τῆς υἱότητος ὁμολογοῦμεν προσώπῳ, καὶ μιᾷ ὑποστάσει. [b] Φύγωμεν τοὺς μίαν φύσιν μετὰ τὴν ἕνωσιν τερατευομένους· τῇ γὰρ τῆς μιᾶς ἐπινοίᾳ τῷ ἀπαθεῖ Θεῷ πάθος προσάπτειν ἐπείγονται, τὴν οἰκονομίαν ἀρνούμενοι, καὶ τοῦ διαβόλου τὴν γέενναν προσαρπάζοντες. Ταῦτα διὰ τὸ μέτρον τῆς ἐπιστολῆς ἀρκεῖν εἰς ἀσφάλειαν ἡγοῦμαι τῆς σῆς ἀγάπης, θαυμάσιε.

[d] Horum istas novitates vocum declinantes, carissime, ad id quod præjacet revertamur, pium E et valde pium Christum qui morte circumdatus est confiteri in divinitate perfectum et in humanitate perfectum, unum Filium unigenitum, non dividendum in filiorum dualitatem: portantem tamen in semetipso indivisarum duarum naturarum inconvertibiliter proprietates; non alterum et alterum, absit, sed A unum et eumdem Dominum Jesum Deum Verbum, carne nostra amictum, et ipsa non inanimata aut irrationabili, sicut impius Apollinarius dicit. Istis mentem intendamus: fugiamus eos qui dividunt naturam. Etsi enim duplex natura, verumtamen indivisibilis et indissipabilis unitio, in una filiationis confitenda persona, et una subsistentia. Fugiamus qui unam naturam post unitionem prodigialiter dicunt: unius enim cogitatione impassibili Deo passionem adjungere impelluntur, dispensationem abnegantes, et diaboli gehennam arripientes. Ista propter mensuram epistolæ sufficere arbitror ad confirmationem tuæ dilectionis, o magnifice.

[d] Hæc ex Anastasio, Nicephoro et Joanne Damasceno Græce prodierunt. [Interpres f. καινοφωνίας legerat.]

[a] Sic Joann. Damascenus. Harduinus vero ἀπαράσπαστος. Ibid. sic Joann. Damasc. quemadmodum et Bigotius legit ἡ ἕνωσις ἐν ἑνὶ τῆς υἱότητος ὁμολογούμενες προσώπῳ, καὶ μιᾷ ὑποστάσει.

[b] [Hæc a φύγωμεν ad ἐπείγονται exscripsit Leontius Hierosol. l. l. supra, p. 743. A, not. 1. Id. et præcedentia εἰ γὰρ καὶ διττὴ... ἀδιάσπαστος ἡ ἕν. ἐν ἑνὶ τῆς υἱότητος ὁμολογουμένη προσώπῳ refert, p. 130, col. 2.]

Explicit epistula (sic) beati Joannis episcopi Constantinopolitani ad Cæsarium monachum tempore secundi exsilii sui. Amen : ita legitur fideliter.

MONITUM

IN SEQUENTEM ORATIONEM CHRYSOSTOMI

IN LAUDEM DIODORI TARSENSIS,

ET IN FRAGMENTUM ALIUD IN LAUDEM DIODORI EX FACUNDO HERMIANENSI EDUCTUM.

Orationem Joannis Chrysostomi in Diodorum edidit idem Emericus Bigotius post Vitam Chrysostomi per Palladium, et ante epistolam ad Cæsarium. Cui illam subjungimus, iis præmissis quæ Bigotius præfatur.

« Jam vero, inquit, ut lectoris animum ab atrocissima et iniquissima conspiratione, qua Chrysostomum obruere, ejusque famam ac memoriam exstinguere conatus est Theophilus, tantisper averterem et recrearem, Joannis nostri orationem subjunxi, quam in laudem Diodori Tarsensis episcopi aliquando recitavit. Cujus eloquentia et suavitas tantam, ut spero, legentibus pariet voluptatem, ut nihil in ea præter brevitatem sint damnaturi. Orationis argumentum tale est. Concionem habuerat Diodorus, et in laudes Joannis totum se effuderat, cum Joanne Baptista, et Mosis virga, et voce Ecclesiæ eum conferens : ipse eximias et modestiæ suæ onerosas laudes aversatus, eas in Diodorum refundere voluit. Itaque in proxime sequenti concione ostendit, tanta præconia Diodoro convenire, non sibi. Contextum Græcum depromsi ex bibliotheca Vaticana ; sed eum Latini juris feci : a quo labore libenter abstinuissem, si integra apud Facundum Hermianensem episcopum exstitisset orationis hujus interpretatio. Cum autem ibi imperfecta sit, verba mea verbis antiqui interpretis miscere mihi religio fuit. At vero ne tam pretiosa et tam vetusta, ut ita loquar, fragmenta hic desiderarentur, ea unicuique paginæ subjicere operæ pretium duxi. »

Annum quo hanc concionem habuit Chrysostomus, statuit Tillemontius 392, quam temporis notam nec impugnare, nec ut omnino certam defendere licet. Orationem jam habuerat Diodorus in qua Joannem Chrysostomum laudibus extulerat, ut supra dictum est. Chrysostomus vero laudum minime cupidus, suas ipsi laudes reddidit et orationem texuit brevissimam, quia post illum eadem die concionaturus denuo erat Diodorus, ut clare ipse innuit in fine ἐγκωμίου sive oratiunculæ. More quippe receptum vidimus Antiochiæ, ut eadem die in eademque ecclesia duo concionarentur. Diodorus vero episcopus Tarsensis, qui olim fuerat Joannis Chrysostomi magister, libenter ad id officii admittebatur, quia olim presbyter Antiochenus id muneris diu exercuerat : quo tempore Ariani cum auctoritate plurimum vale-
747 rent, Catholicos infestabant. Iis cum fortiter obsisteret Diodorus, ab Arianis, inquit Chrysostomus infra, sæpe pulsus est, sæpe in periculum capitis venit, ac si non re, saltem proposito martyr fuit, ut dicit ipse Chrysostomus, tum in oratione sequenti, tum in fragmento quod illi subjungitur. Partem orationis Latine conversam retulit Facundus Hermianensis episcopus lib. 4, c. 2, quam nos in ima pagina constituimus, ut jam Bigotius fecerat.

Orationi huic fragmentum aliud subjungimus, a Facundo Hermianensi ibidem allatum. Pertinet vero ad Homiliam quamdam Chrysostomi in solennitate Martyrum : quorum occasione Diodorum ipsum martyrem appellat, ac pro more laudat.

ΕΓΚΩΜΙΟΝ ΕΙΣ ΔΙΟΔΩΡΟΝ

A

Ἐπίσκοπον τὸν προλαβόντα καὶ ἐγκωμιάσαντα.

[a] Ὁ σοφὸς οὗτος καὶ γενναῖος διδάσκαλος, πρῴην τὴν ἀῤῥωστίαν τοῦ σώματος ἀποθέμενος, καὶ ἐπὶ τὸν θρόνον τοῦτον ἀναβὰς, ἐμοὶ τοῦ λόγου τῶν προοιμίων ἀπήρξατο, τὸν βαπτιστὴν Ἰωάννην, καὶ φωνὴν τῆς Ἐκκλησίας, καὶ ῥάβδον Μωσέως, καὶ ἕτερα πλείονα μετὰ τούτων προσειπών. Καὶ οὗτος μὲν ἐπῄνεσε τότε, ὑμεῖς δὲ ἀνεκράγετε· ἐγὼ δὲ πόῤῥω καθήμενος πικρὸν ἀνεστέναξα. Αὐτὸς γὰρ ἐπῄνει, τὴν φιλοτεκνίαν ἐπιδεικνύμενος, ὑμεῖς ἀνεκράγετε, τὴν φιλαδελφίαν ἐμφαίνοντες, ἐγὼ δὲ ἐστέναξον (sic) τῷ τῶν ἐπαίνων ὄγκῳ B πιεζόμενος. Ἐγκωμίων γὰρ μέγεθος ἁμαρτημάτων οὐκ ἔλαττον δάκνειν εἴωθε τὸ συνειδός· καὶ ὅταν τις ἑαυτῷ μηδὲν συνειδὼς ἀγαθὸν, πολλὰ καὶ μεγάλα ἀγαθὰ λεγόντων ἑτέρων ἀκούῃ περὶ αὐτοῦ, ἀναλογιζόμενος τὴν παροῦσαν ὑπόληψιν καὶ τὴν μέλλουσαν ἡμέραν, καθ' ἣν πάντα γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα· καὶ ὅτι ὁ τότε δικάζων, οὐκ ἀπὸ τῆς τῶν πολλῶν ὑπονοίας, ἀλλ' αὐτῆς τῶν πραγμάτων κρινεῖ τῆς ἀληθείας· Οὐ γὰρ κατὰ τὴν δόξαν κρινεῖ, φησὶν, οὐδὲ κατὰ τὴν λαλιὰν ἐλέγξει· ταῦτα πάντα ἐννοῶν, ὀδυνῶμαι τοῖς ἐπαίνοις καὶ τῇ χρηστῇ τῶν πολλῶν ὑπο- C νοίᾳ, πολὺ τὸ μέσον ταύτης πρὸς τὴν μέλλουσαν ψῆφον ὁρῶν. Νῦν μὲν γὰρ προσωπείοις τισὶ ταῖς παρὰ τῶν πολλῶν δόξαις κρυπτόμεθα· ἐν ἐκείνῃ δὲ τῇ ἡμέρᾳ, γυμνῇ τῇ κεφαλῇ, τῶν προσωπείων τούτων ἀφαιρεθέντων, πρὸ βήματος ἑστῶτες, οὐδὲν ἀπὸ τῆς ἐντεῦθεν δόξης εἰς τὴν ἐκεῖ ψῆφον ὠφεληθῆναι δυνησόμεθα, ἀλλὰ δι' αὐτὸ τοῦτο κολασθησόμεθα μειζόνως, ὅτι καὶ πολλῶν ἐπαίνων καὶ πολλῆς εὐφημίας παρὰ τῶν πολλῶν ἀπολαύσαντες, οὐδὲ αὐτῷ τούτῳ γεγενήμεθα βελτίους.

Ταῦτ' οὖν ἅπαντα ἐννοῶν, πικρὸν ἐστέναξον (sic). D Διὸ καὶ ἀνέστην ταχέως σήμερον, ὥστε ἐφ' ὑμῶν τῶν ἐκεῖνα ἀκηκοότων τὴν τοιαύτην ἀποκρούσασθαι δόξαν. Καὶ γὰρ στέφανος ὅταν μείζων ᾖ τῆς τοῦ στεφανουμένου κεφαλῆς, οὐ περισφίγγει τοὺς κροτάφους, οὐκ ἐνιζάνει τῇ κεφαλῇ· ἀλλὰ χαυνότερος τῷ μεγέθει γινόμενος, διὰ τῶν ὀφθαλμῶν καταβαίνων περιαυχένιος γίνεται, καὶ τὴν κεφαλὴν ἀφίησι ἀστεφάνωτον. Ὃ δὴ

LAUS DIODORI EPISCOPI

Qui prior concionatus laudarat (Joannem Chrysostomum).

1. Sapiens ille ac generosus doctor, nuper deposita infirmitate corporis, cum ad sedem hanc ascendisset, a me sermonis fecit exordium, Joannem Baptistam, et vocem Ecclesiæ, et virgam Mosis, et alia cum his multa me appellans. Ille tunc laudavit, vos exclamastis: ego procul sedens amare ingemui. Ipse namque laudabat, amorem erga liberos exhibens; vos exclamabatis, fraternum amorem ostendentes; ego ingemiscebam, quod laudum mole obruerer. Laudum enim magnitudo, non minus quam peccata, mordere solet conscientiam; et cum quis sibi nullius boni conscius alios audit multa magnaque bona de se prædicantes, et præsentem opinionem, et futurum diem reputat in quo omnia nuda et aperta erunt: quodque is qui tunc judicabit, non ex vulgi opinione, sed ex ipsa rerum veritate judicabit: *Non enim secundum opinionem judicabit*, inquit, *neque secundum rumorem arguet*: hæc omnia cogitans, Isai. 11. 3. crucior laudibus, et bona opinione vulgi: magnum perspiciens illam inter et futurum judicium discrimen. Nunc enim existimatione vulgi ceu quibusdam larvis tegimur: in illo autem die, nudo capite, positisque larvis ante tribunal stantes, nihil ab hac existimatione ad illam sententiam juvari poterimus; sed ob id ipsum gravius puniemur, quod et laudibus multis plurimisque præconiis ab hominibus celebrati, non ideo tamen meliores effecti simus.

2. Hæc igitur omnia mecum reputans, amare gemebam. Ideo celeriter hodieque præsto sum, ut a vobis auditoribus hujusmodi opinionem excutiam. Etenim corona cum ejus qui coronatur capite major est, non adstringit tempora, non insidet capiti; sed nimia sui magnitudine laxior per oculos descendens, collum torquis more ambit, et caput relinquit coronæ expers. Quod et

[a] Apud Facundum Hermianensem episc., l. IV, fragmenta quædam sunt veteris hujus Encomii interpretationis Latinæ, quæ nos hic referimus:

Sapiens ille et fortissimus doctor, nuper infirmitate corporis exposita (i. e. deposita), *super sedem istam ascendens, de me sermonis fecit exordium, Baptistam Joannem dicens, et vocem Ecclesiæ, et virgam Moysi, et alia horum plurima de me dixit. Et ipse quidem laudavit, vos autem acclamastis. Sed ego, procul sedens, amarissime suspiravi.*

nobis quoque accidit, dum corona laudum illa majori, quam nostrum sit, capite digna visa est. Attamen cum hæc ita se habeant, ex amoris abundantia pater non destitit ante, quam eam nobis quomodocumque imponeret. Ita et reges sæpe faciunt, et diadema sibi aptum filiorum capitibus imponunt; deinde ubi viderint corona minus esse puerile caput, cum satis habeant illud quomodocumque ipsis imposuisse, receptum deinceps sibimetipsis imponunt.

5. Quandoquidem igitur pater coronam sibi convenientem nobis imposuit, et ea major capite nostro visa est, sibi autem illam numquam impositurus est: age ademtam nobis eam, patris nostri capiti, cui apprime competit, imponamus. Nam Joannis quidem nomen ad nos, animus ad ipsum pertinet: nos ejus appellationem habemus, ipse ejus philosophiam nactus est. Quapropter ejus appellationis dignior quam nos heres ille fuerit: cognominem quippe non nominum, sed actuum consortium facere solet, etiamsi nomina differant. Non enim ut externi philosophi, ita et Scriptura de his solet philosophari. Illi enim nisi cum substantia etiam nomina ipsa communia sint, cognomines esse non dicunt. At Scriptura non sic; sed ubi viderit multam in vitæ instituto cognationem, etsi alia sunt imposita nomina iis qui moribus inter se congruunt, eodem ipsos nomine appellat. Ejusque rei non longe demonstratio petenda; sed illum ipsum Joannem Zachariæ filium adducimus in medium: cum enim discipuli interrogassent an
Matth. 11. 14. rursus Elias venturus esset, respondit, *Vultis eum recipere? Iste est Elias qui venturus est.* Atqui Joannes vocabatur: sed quia Eliæ mores habebat, idcirco nomen etiam ipsi imposuit: quia Eliæ spiritum habebat, ideo et nomen obtinuit. Nam deserta loca uterque habitavit, et ille ovina pelle, hic pilosa veste indutus fuit; mensa ipsis perinde vilis ac tenuis erat. Et hic quidem prioris adventus minister fuit, ille autem erit denuo futuri. Quando igitur et victus ratio, et vestium

748 καὶ ἡμεῖς πεπόνθαμεν, τοῦ στεφάνου τῶν ἐγκωμίων A μείζονος τῆς ἡμετέρας φανέντος ἀξίας κεφαλῆς. Ἀλλ' ὅμως καὶ τούτων οὕτως ἐχόντων, διὰ τὴν παροῦσαν (f. περιοῦσαν) αὐτῷ φιλοστοργίαν, ὁ πατὴρ οὐκ ἀπέστη πρὶν αὐτὸν ὁπωσδήποτε ἐπιθεῖναι ἡμῖν. [a] Οὕτω που καὶ βασιλεῖς ποιοῦσι πολλάκις, καὶ τὸ αὐτοῖς ἁρμόζον διάδημα λαβόντες, ταῖς τῶν παιδίων ἐπιτιθέασι κεφαλαῖς· εἶτα ἐπειδὰν ἴδωσι ἐλάττω τὴν παιδικὴν οὖσαν κορυφὴν τοῦ στεφάνου, αὐτῷ τούτῳ τῷ περιθεῖναι ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχε πληροφορηθέντες, λαβόντες λοιπὸν ἑαυτοῖς περιτίθενται.

Ἐπεὶ οὖν καὶ ὁ πατὴρ τὸν αὐτῷ πρέποντα στέφανον ἡμῖν ἐπέθηκε, καὶ μείζων ὤφθη τῆς ἡμετέρας B κορυφῆς, ἑαυτῷ οὐκ ἂν ἕλοιτο περιθεῖναι· φέρε δὴ αὐτὸν ἡμῶν ἀφελόμενοι, τῇ ἁρμοζούσῃ τοῦ πατρὸς ἡμεῖς ἐπιθῶμεν κεφαλῇ πάλιν. Τοῦ γὰρ Ἰωάννου τὸ ὄνομα παρ' ἡμῖν, τὸ δὲ φρόνημα παρὰ τούτῳ· καὶ τὴν μὲν προσηγορίαν ἡμεῖς ἐδεξάμεθα, τὴν δὲ φιλοσοφίαν οὗτος ἐκτήσατο. Διὰ τοῦτο καὶ τῆς προσηγορίας δίκαιος ἂν εἴη κληρονομῆσαι μᾶλλον ἡμῶν· συνώνυμον γὰρ οὐχ ἡ τῶν ὀνομάτων κοινωνία, ἀλλ' ἡ τῶν πραγμάτων συγγένεια ποιεῖν εἴωθε, κἂν τὰ ὀνόματα διαφέρῃ. Οὐ γὰρ ὥσπερ οἱ τῆς ἔξωθεν φιλοσοφίας μετέχοντες, οὕτω καὶ ἡ Γραφὴ περὶ τούτων φιλοσοφεῖν εἴωθεν. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ἂν μὴ μετὰ τῆς οὐσίας καὶ ἡ τῶν ὀνομάτων συμβαίνῃ κοινωνία, οὔ C φασὶ γίνεσθαι συνωνύμους. Ἡ Γραφὴ δὲ οὐχ οὕτως· ἀλλ' ὅταν ἴδῃ πολλὴν τῆς φιλοσοφίας τὴν συγγένειαν, κἂν ἕτερα ὀνόματα ᾖ κείμενα τοῖς κατὰ τὸν τρόπον κοινωνοῦσιν ἀλλήλοις, ἀπὸ τῆς αὐτῆς αὐτοὺς προσηγορίας καλεῖ. Καὶ τούτου οὐ πόῤῥωθέν ἐστι παρασχεῖν τὴν ἀπόδειξιν· ἀλλ' αὐτὸν τοῦτον τὸν Ἰωάννην τὸν Ζαχαρίου παραγαγόντες εἰς μέσον. Τῶν γὰρ μαθητῶν ἐρωτησάντων, εἰ μέλλοι παραγίνεσθαι πάλιν Ἠλίας, ἀπεκρίνατο· Καὶ ὅτι εἰ θέλετε δέξασθαι; Οὗτός ἐστιν Ἠλίας ὁ μέλλων ἔρχεσθαι. Καὶ μὴν Ἰωάννης ἐλέγετο· ἀλλ' ἐπειδὴ Ἠλίου τὸν τρόπον D εἶχε, διὰ τοῦτο καὶ τῆς προσηγορίας αὐτῷ μετέδωκε ταύτης· ἐπειδὴ τὸ πνεῦμα Ἠλίου ἐκτήσατο, διὰ τοῦτο καὶ τὸ ὄνομα Ἠλίου. Καὶ γὰρ ἐρήμους χώρας ᾤκησαν ἀμφότεροι· καὶ ὁ μὲν μηλωτὴν, ὁ δὲ τρίχινον ἱμάτιον περιεβέβλητο· καὶ τράπεζα ὁμοίως αὐτοῖς εὐτελὴς καὶ λιτὴ ἦν. Καὶ ὁ μὲν τῆς προτέρας παρουσίας διάκονος

[a] Facundus: *Et post aliquanta: Sic etiam imperatores faciunt aliquotiens, et sibi aptum diadema auferentes, filiorum imponunt capitibus; atque ita cum viderint minus infantile caput, quam corona est, cupiunt eis tantummodo imponere, quamvis incongrue, eo ipso solum satisfacientes animo suo; auferentes deinde, sibimetipsis imponunt. Quoniam ergo et pater hic coronam sibi competentem atque sedentem nobis imposuit, et major nostro capite apparuit, ex nostro eam capite detrahentes, aptam hujus patris capiti imponamus. Joannis enim nomen apud nos, intellectus autem apud ipsum est: et appellationem quidem nos suscipimus, philosophiam autem ipse possidet. Propter hoc et ipsius appellationis magis ipse sit heres, quam nos. Synonyma enim non nominum communio, sed rerum cognatio facere consuevit, etsi nomina differant.*

γέγονεν, ὁ δὲ ἔσται τῆς μελλούσης αὖθις. Ἐπεὶ οὖν καὶ διαίτης τρόπος καὶ ἱματίων περιβολὴ, καὶ τόπων διατριβαὶ, καὶ διακονία μία, καὶ πάντα ἴσα ἦν αὐτοῖς· διὰ τοῦτο καὶ ὄνομα ἐν ἀμφοτέροις ἐπέθηκε, δεικνὺς ὅτι κἂν ἕτερόν τις ὄνομα ἔχῃ, δύναται εἶναι ἐκείνῳ συνώνυμος, οὗ τὸν τρόπον ἐζήλωσεν.

[b] Ἐπεὶ οὖν ἀναμφισβήτητος οὗτός ἐστιν ὁ κανὼν, καὶ ἀκριβὴς οὗτος συνωνύμων ὅρος παρὰ τῇ θείᾳ Γραφῇ, φέρε, δείξωμεν ὅπως καὶ τὸν τρόπον ἐζήλωσε τὸν Ἰωάννου ὁ σοφὸς οὗτος ἡμῶν πατὴρ, ἵνα μάθητε ὅτι καὶ τῆς προσηγορίας οὗτος δικαιότερον ἂν κληρονομήσειε τῆς ἐκείνου. Οὐκ ἦν ἐκείνῳ τράπεζα, οὐδὲ κλίνη, οὐδὲ οἰκία ἐπὶ γῆς· ἀλλ' οὐδὲ τούτῳ ποτὲ ἐγένετο. Καὶ τούτου μάρτυρες ὑμεῖς, πῶς τὸν ἅπαντα χρόνον διετέλεσεν, ἀποστολικὸν ἐπιδεικνύμενος βίον, μηδὲν ἴδιον ἔχων, ἀλλὰ παρ' ἑτέρων τρεφόμενος, αὐτὸς τῇ προσευχῇ καὶ τῇ διδασκαλίᾳ τοῦ λόγου προσκαρτερῶν. Ἐκήρυξεν ἐκεῖνος πέραν τοῦ ποταμοῦ διατρίβων ἐν ταῖς ἐρημίαις· καὶ οὗτος πέραν τοῦ ποταμοῦ ποτὲ τὴν πόλιν πᾶσαν λαβὼν, τὴν ὑγιῆ διδασκαλίαν ἐπαίδευσεν. Ὤκησεν ἐκεῖνος εἰς δεσμωτήριον, καὶ τὴν κεφαλὴν ἀπετμήθη διὰ τὴν ὑπὲρ τοῦ νόμου παῤῥησίαν· ἀλλὰ καὶ οὗτος πολλάκις τῆς πατρίδος ἐξέπεσε διὰ τὴν ὑπὲρ τῆς πίστεως παῤῥησίαν, πολλάκις δὲ καὶ τὴν κεφαλὴν ἀπετμήθη διὰ τὴν αὐτὴν ταύτην αἰτίαν, εἰ καὶ μὴ τῇ πείρᾳ, ἀλλὰ τῇ προθέσει. Οὐ γὰρ φέροντες οἱ τῆς ἀληθείας ἐχθροὶ τὴν τῆς γλώττης αὐτοῦ δύναμιν, μυρίας πάντοθεν ἔῤῥαπτον ἐπιβουλὰς, καὶ ἐκ πασῶν αὐτὸν ἐῤῥύσατο Κύριος. Φέρε οὖν τῆς γλώττης ἀκούσωμεν ταύτης, δι' ἣν καὶ ἐκινδύνευσε καὶ ἐσώθη. Περὶ ἧς οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι τοῦτο εἰπὼν, ὃ περὶ τῆς γῆς ἐπαγγελίας εἴρηκε Μωσῆς. Τί δὲ περὶ ἐκείνης εἶπεν; Γῆν ῥέουσαν γάλα καὶ μέλι. Τοῦτο καὶ περὶ τῆς

amictus, et locorum sedes, et ministerium unum, et omnia apud ambos paria erant: ideo nomen unum utrique indidit, ostendens etiam eum, qui aliud nomen habeat, posse illi cognominem esse,
E cujus mores æmulatus sit.

749 4. Cum igitur in divina Scriptura ea sit cer-
A tissima regula, et accurata cognominum definitio: age, ostendamus quo pacto sapiens pater hic noster Joannis mores æmulatus sit, ut discatis eum longe digniorem esse qui nomine illius appelletur. Non erat illi mensa, non lectus, non domus in terris; sed nec huic umquam fuit. Et hujus rei testes vos estis, quomodo in apostolica ducenda vita omni tempore perseveraverit, nihil proprium habens, sed ab aliis alimenta accipiens, ipse in oratione et in doctrina verbi perseverans. Prædicavit ille trans flumen, degens in solitudine: hic cum ultra flumen civi-
B tatem omnem aliquando accepisset, sana illam doctrina erudivit. Habitavit ille in carcere, et capite truncatus est propter libertatem loquendi pro lege: sed et iste sæpe patria excidit, ob liberam fidei prædicationem; sæpe autem capite truncatus est ob eam ipsam causam, si re minus, at proposito tamen. Non ferentes enim veritatis hostes linguæ ejus eloquentiam, innumeras undique insidias struebant, et ex omnibus eripuit eum Dominus. Age igitur, hanc linguam audiamus, ob quam periclitatus et servatus est. De qua non peccet qui id dixerit quod de terra
C promissionis dixit Moses. Quid autem de illa dixit? *Terram fluentem lacte et melle.* Hoc Exod. 3. 8.

[b] Facundus: *Et infra: Quia ergo indubitanter ista est regula et integra definitio synonymorum apud Scripturam divinam, age, ostendamus qualiter morem æmulatus est Joannis sapiens iste noster pater, ut cognoscatis quoniam et appellationem illius juste ipse possidere debet. Non erat illi mensa neque lectus, neque domus super terram: sed neque huic aliquando fuit. Et hujus rei nos testes sumus, qualiter omne tempus advixit, apostolicam demonstravit vitam, nihil proprium habens, sed a sociis* (legit ἑταίρων) *semper nutritus, ipse in oratione et doctrina verbi permanens prædicabat. Ille trans fluvium prædicabat in desertis: et iste trans fluvium aliquando civitatem omnem educens, salutiferam doctrinam docebat. Habitavit ille in custodia, et capite diminutus est propter fiduciam, quam pro lege habebat. Sed etiam iste sæpius illa patria fraudatus est propter fiduciam, quam pro fide gerit: sæpius etiam capite diminutus est propter eamdem causam, etsi non re ipsa, proposito tamen. Non enim sufferunt veritatis inimici ejus linguæ virtutem, decem millia semper præstruebant insidias, et ex omnibus eum liberavit Dominus. Age itaque jam linguam ejus audiamus, hanc ipsam propter quam et periclitatus est, et salvatus: illam linguam, de qua si quis dixerit quod de terra promissionis dixit Moyses, nullatenus peccat. Quid ergo de illa dixit?* Terra fluens lacte et melle. *Hoc etiam de istius lingua dicendum est, lingua fluens lacte et melle. Ut igitur lacte et melle saturemur, hic noster jam quiescat sermo, audiamus lyram et tubam. Quando enim suavitatem sentio verborum, lyram appello hujus vocem: quando vero fortitudinem intelligentiarum, tubam quamdam bellicam, et talem, qualem habebant Judæi, cum Hierico muros destruerent. Sicut enim tunc tubarum sonus, igne velocior, super lapides irruens, omnia consumebat, sic et ejus vox non minus quam illa tuba super molimina hæreticorum irruens, hoc est, disputationes illorum evertit, et omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei. Quod ne per nostram magis linguam, quam per hujus hæc discamus, jam hic noster sermo quiescat; gloriam dantes Deo tales nobis tribuenti doctores.*

itaque de hujus lingua dicendum : lingua fluens lacte et melle. Ut igitur et lacte fruamur, et melle satiamur, hic finita oratione nostra, lyram et tubam audiamus. Cum enim verborum suavitatem considero, lyram ejus vocem appello : ubi autem vim cogitationum, bellicam quamdam tubam voco, qualem habebant Judæi, cum Jerichuntis muros dejecerunt. Quemadmodum enim tunc tubarum sonus igne vehementius in lapides incidens, omnia consumebat et labefactabat : sic et ejus vox nunc, non minus quam tuba illa in hæreticorum munitiones incidens, ratiocinia destruit et omnem altitudinem quæ se extollit adversus scientiam Dei. (2. Cor. 10. 5.) Verum ut ne per linguam nostram, sed per ipsius hæc ediscatis, hic finem orandi faciamus, gloriam referentes Deo qui tales doctores præbuit : quia ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

tes, cum filios suos vident balbutientes, et verbis claudicantes, non verba minus articulate prolata respiciunt, sed affectum naturæ, ipsisque omni rhetorico apparatu, et philosophica sublimitate jucundior est illa puerorum balbuties : sic etiam Deus non linguas nostras circa theologiam balbutientes, sed amorem affectumque nostrum respicit, quoniam fide prædicamus et amore celebramus. Non potest enim humana lingua clare loqui, sed quidquid de Deo dicimus, balbutiendo proferimus. Quare? Quoniam Paulus ipse clamat : *Ex parte cognoscimus et ex parte* 1. *Cor.* 13. *prophetamus.* 9. Attamen etiamsi balbutiamus, prædicationem pacis nobis Deus commisit. Quamobrem clamat Hesaias : *Et linguæ balbo-* *Isa.* 32. 4. *rum discent loqui pacem.* Agedum communem Patrem Dominumque nostrum balbutientes paucis alloquamur, qui dignatus est discipulis dicere, *Pueruli :* nam si pueros vocat, balbu- *Joan.* 13. 33. tientes pueros feret. Quoniam vero dixit eum assumtum esse in cælos, et illa ejus celebranda Ascensio prædicata est, non tempore concluditur gratia, neque diebus circumscribitur theologia.

2. Quandoquidem autem cum ascendere vellemus in Montem olivarum, præpediti sumus, ut Christus novit, et propositum nostrum cohibuit aeris intemperies et populi frequentia (hæc porro dico ut eorum, qui id mihi vitio vertere vellent, suspicionem præcidam), cumque dictorum multitudinem considerantes, dicendi cito finem fecerimus, ne dictorum multitudine memoriam vestram obrueremus, hodie debitum reddimus. Nam lex jussit, eum qui primo mense Pascha non celebrasset, secundo mense debitum solvere. Opus autem est ut sciatis, verbum Dei non temporibus, non diebus circumscribi; sed quotidie prædicationem admittere de cruce, de passione, de resurrectione, de ascensione, de secundo adventu.

3. Cumque pauca ex divinis verbis quæ hodie lecta sunt ante prælibaverimus, exque evangelicis fontibus hauserimus, sic ad promissionem accedamus. *Cum sero esset, die illa, una sabba-* *Joan.* 20. 19. *torum, cum fores essent clausæ ubi erant discipuli congregati, venit Jesus.* Ex quo Servator resurrectionem nobis paravit, raro apparet : aliisque a Dominica diebus discipulis sese

[a] Ottobon. καὶ ἐπειδὴ ἔφθην εἰπὼν ἀνελήφθη εἰς.

[b] Ottobon. [et Reg. 1447] πᾶσαν ὑποψίαν λύσω· ἐπειδήπερ τὸ πλῆθος ἰδόντες, ὡς ἄνθρωποι ὠκλάσαμεν ἀποδοῦναι [τὴν] ὀφειλήν. καὶ γὰρ ὁ νόμος ἐπιτρέπει.

[c] Hæc omnia desiderantur in Codice Regio 2030, usque ad hæc verba numero 7 : Δεῦτε ἀναβῶμεν εἰς τὸ ὄρος κυρίου.

exhibet. Quemadmodum enim singulis sabbatis synagogam adibat, ut impleret legem : sic ex quo resurrectionem paravit, et pignus mundo attulit, die Dominica apparere curavit, una sabbatorum, ut sanctæ Dominicæ fundamentum poneret. Nam quæ ad sabbata spectabant, finem habebant, et Dominica dies, scilicet resurrectionis, initium ducebat, ut de nuper dictis in memoria tenetis. Cur beatus Matthæus sabbata inscribens, et sacris Dominicis dans initium,
Matth. 28. 1. dicebat, *Vespere sabbatorum?* Quia finis erat, et vespera priorum sabbatorum, *Quæ lucescit in una sabbatorum.* Apparuit igitur cum resurrexisset, una sabbatorum ipso die sanctæ
Joan. 20. 19. festivitatis Resurrectionis, *Januis clausis, ubi erant discipuli congregati propter metum Judæorum, venit Jesus, et stetit in medio.* Quippe ubi metus adest, advenit is, qui metum solvit; ubi tempestas ingruit, fulgent ea quæ tranquillitatem parant; ubi videt scapham fluctibus agitatam, gubernaculum scientiæ affert : procellam sedat, scapham in tranquillum locum ducit, ingruenti timoris morbo remedium adhibet. *Stetit in medio;* et quid dicit? *Pax vobis.* Ne fluctuet mens vestra, ne turbentur cogitationes, ne formidolosis cogitationibus quasi bello moveamini : *Pax vobis.* Pax bellum de medio tollit, metum solvit, inimicitiam eliminat : *Pax vobis.* Pax a Deo sæpe data hominibus est, at non auctoritate præsentiæ et personæ suæ, sed per angelos, per prophetas, per justos : solus Servator, ipse præsens, pacem dedit. Danieli pax data est, sed per angelum. Visus est Danieli
Dan 10. 19. angelus et dixit : *Pax tibi, vir desideriorum, fortiter viriliterque age, Dominus tecum.* Visus est quoque Gedeoni angelus, et dixit :
Jud. 6. 23. *Pax tibi.* Angeli itaque pacem dederunt, sed nondum Dominus angelorum; per nuntios misit, quod evangelicam pacem sibi reservaret. Prophetæ vero cum sæpe ab angelis pacem accepissent, pacem sitiebant ipsius persona et aucto-
Isai. 26. 12. ritate datam. Ideo clamabat Hesaias, *Domine Deus noster, pacem da nobis :* non per alios, sed per teipsum pacem da nobis. Deinde secun-
Joan. 14. 27. et 20. 20. dum precationem responsio profertur : *Pacem meam do vobis. Et cum hæc dixisset, ostendit eis manus et latus.* Quemadmodum enim dux e bello reversus, victricibus plagis ornatus, vulnera non erubescit; sunt enim illa coronis ipsis splendidiora : sic et Servator vulnera pro veri-

E μαθηταῖς ἢ κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς κυριακῆς. Ὥσπερ γὰρ ἐν ἑκάστῳ σαββάτῳ παρέβαλλε τῇ συναγωγῇ, ἵνα πληρώσῃ τὸν νόμον· οὕτως ἀφ' οὗ τὴν ἀνάστασιν ἐπραγματεύσατο, καὶ τὸν ἀῤῥαβῶνα τῷ κόσμῳ ἤνεγκεν, ἐσπούδαζε τῇ ἡμέρᾳ τῆς κυριακῆς, ἐν μιᾷ τῶν σαββάτων, ἐπιφαίνεσθαι, ἵνα πήξῃ τὸν θεμέλιον τῆς ἁγίας κυριακῆς. Τέλος γὰρ εἶχε τὰ τῶν σαββάτων, ἀρχὴν δὲ ἐλάμβανε τὰ τῆς δεσποτικῆς ἡμέρας, ἤγουν τῆς ἀναστάσεως, ὡς * μέμνησθε τῶν πρῴην εἰρημένων. Πῶς ὁ μακάριος Ματθαῖος ἐπιγράφων τὰ σάβ-
760 βατα, ἀρχὴν δὲ εἰσάγων τῶν ἁγίων κυριακῶν, ἔλεγεν,
A Ὀψὲ σαββάτων; Τέλος γὰρ ἦν, καὶ ὀψὲ τῶν πρώτων σαββάτων, ἐπιφωσκούσης εἰς μίαν σαββάτων. Ἐφάνη τοίνυν ἀναστὰς τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων, αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἁγίας ἑορτῆς τῆς ἀναστασίμου, Τῶν θυρῶν κεκλεισμένων, ὅπου ἦσαν οἱ μαθηταὶ συνηγμένοι διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων, ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἔστη εἰς τὸ μέσον. Ὅπου τοίνυν ἀκμάζει φόβος, παραγίνεται ὁ λύων τὸν φόβον· ὅπου ἀκμάζει τὰ τῆς ζάλης, ἐπιλάμπει τὰ τῆς γαλήνης· ὅπου βλέπει τὸ σκάφος χειμαζόμενον τῆς εὐσεβείας, προσφέρει τὴν κυβερνητικὴν ἐπιστήμην· τὸν μὲν χειμῶνα λύων, τὸ δὲ σκάφος εἰς
B γαλήνην εἰσάγων, πρὸς τὸ ἀκμάζον πάθος τοῦ φόβου τὸ φάρμακον φέρει. Ἔστη εἰς τὸ μέσον· καὶ τί φησιν; Εἰρήνη ὑμῖν. Μὴ στασιαζέτω ἡ διάνοια ὑμῶν, μὴ θορυβείσθω ὁ λογισμὸς, μὴ πολεμεῖσθε ταῖς ἐννοίαις τοῦ φόβου· Εἰρήνη ὑμῖν. Εἰρήνη πόλεμον ἀφανίζει, φόβον καταλύει, ἔχθραν ἐξορίζει· Εἰρήνη ὑμῖν. Ἐδόθη πολλάκις εἰρήνη παρὰ Θεοῦ τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλ' οὐ διὰ προσώπου τῆς αὐθεντίας, ἀλλὰ δι' ἀγγέλων, διὰ προφητῶν, διὰ δικαίων· μόνος ὁ Σωτὴρ δι' ἑαυτοῦ φανεὶς ἔδωκεν εἰρήνην. Ἐδόθη τῷ Δανιὴλ εἰρήνη, ἀλλὰ δι' ἀγγέλου. Ὤφθη τῷ Δανιὴλ ἄγγελος καὶ εἶπεν· Εἰρήνη σοι, ἄνερ ἐπιθυμιῶν, ἴσχυε καὶ ἀνδρίζου, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ. Ὤφθη καὶ τῷ Γεδεὼν
C ἄγγελος καὶ εἶπεν· Εἰρήνη σοι. Ἄγγελοι τοίνυν ἔδωκαν εἰρήνην, οὐδέπω δὲ ὁ Δεσπότης τῶν ἀγγέλων· ἀλλὰ δι' ἐκείνων μὲν ἔπεμπεν, ἐταμιεύετο δὲ ἐν ἑαυτῷ τὴν εἰρήνην τὴν εὐαγγελικήν. Οἱ δὲ προφῆται δεξάμενοι πολλάκις παρὰ τῶν ἀγγέλων τὴν εἰρήνην, ἐδίψων ἐξ αὐτοῦ τοῦ προσώπου τῆς εἰρήνης τῆς αὐθεντίας δέξασθαι τὴν εἰρήνην. Διὸ καὶ ἐβόα Ἡσαΐας, Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, εἰρήνην δὸς ἡμῖν· μὴ δι' ἑτέρων, ἀλλὰ διὰ σαυτοῦ εἰρήνην δὸς ἡμῖν. Εἶτα πρὸς τὴν δέησιν ἡ ἀντιφώνησις· Εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν. Καὶ τοῦτο εἰπὼν ἔδειξεν αὐτοῖς τὰς χεῖρας καὶ
D τὴν πλευράν. Ὥσπερ γὰρ στρατηγὸς ἐπανελθὼν ἀπὸ πολέμου, καὶ τραύμασι νικηφόροις λάμπων, οὐκ αἰσχύνεται τοῖς τραύμασι· στεφάνων γάρ ἐστι λαμπρότερα· οὕτω καὶ ὁ Σωτὴρ, τραύματα ὑπὲρ τῆς ἀλη-

* Μέμνησθε dedimus e Reg. 1186. Montf μεμνῆσθαι, vertens, *ut de n. d. mem. teneatur.*]

θείας ἀναδεξάμενος, καὶ ὑπὲρ τοῦ γένους τοῦ κοινοῦ, οὐ κρύπτει τὰ πάθη, ἀλλ' ἐκκαλύπτει, ἵνα δείξῃ τὴν ἑαυτοῦ ἀνδρείαν. Ἔδειξε τὰς χεῖρας ἐν αἷς ἦν ὁ τύπος τῶν ἥλων, ἔδειξε καὶ τὴν πλευρὰν ἐξ ἧς ἀνέβλυσεν ἡμῖν τῶν μυστηρίων τὴν πηγήν. Ἔδειξε τὰς χεῖρας, ἵνα πληροφορήσῃ τὴν ἀνάστασιν, ἵνα πληροφορήσῃ τοὺς ἀμφιβολοῦντας ὅτι ὄντως ὁ παθὼν ἀνέστη, ὅτι ὄντως τὸ ἀποθανὸν καὶ ταφὲν σῶμα ἐγήγερται.

Ἐχάρησαν οὖν οἱ μαθηταὶ ἰδόντες τὸν Κύριον. E
Ἐδόθη εἰρήνη, ἐλύθη ὁ φόβος, ἤνθησεν ἡ χάρις. Εἶπεν οὖν αὐτοῖς πάλιν, εἰρήνη ὑμῖν. Διατί πάλιν; Ὅπου βούλεται πῆξαι τὰ δῶρα τῆς χάριτος, διπλασιάζει καὶ τὰς εὐλογίας· ὥσπερ ἐπὶ τοῦ Ἀβραάμ· Εὐλογῶν εὐλογήσω σε, καὶ πληθύνων πληθυνῶ σε· οὕτω δίδωσιν εἰρήνην ἐπὶ εἰρήνην τοῖς ἐγγὺς καὶ τοῖς μακράν. Καθὼς ἀπέσταλκέ με ὁ Πατὴρ, κἀγὼ πέμπω ὑμᾶς. Πρόσεχε, παρακαλῶ· ὅρα πῶς εἰς τὸ ἀνθρώπινον σχῆμα ἁρπάζει τὴν οἰκονομίαν. Οὐκ εἶπεν, καθὼς ἐγέννησέ με ὁ Πατήρ· ὅπου γὰρ ἀποστολὴ, τὸ 761
A ἀνθρώπινον σχῆμα ἐνδείκνυται. Συνεχῶς δὲ τοῦτο ἐπισημαινόμεθα, ἐπειδὴ τὴν οἰκονομίαν [a] ἑρμηνεύει. Ὅπου, φησὶν, γυμνὴ ἡ φύσις, Πατέρα καὶ Υἱὸν κηρύττει. Καθὼς ἀπέσταλκέ με. Πῶς δὲ ἀπέσταλκέ σε; Πρόσεχε, παρακαλῶ. Ἀπεστάλης Δεσπότης ἐξ οὐρανοῦ [b]· πῶς, καθὼς ἀπέστειλέ σε ὁ Πατὴρ, ἀποστέλλεις; Οὐ τὸν τρόπον, φησὶ, λέγω τῆς ἀποστολῆς, τὸ, Καθὼς ἀπέστειλέ με [c] ὁ Πατὴρ, κἀγὼ πέμπω ὑμᾶς, ἀλλὰ τὴν δύναμιν. Ἀπεστάλην ἐγὼ εἰς τὸ παθεῖν ὑπὲρ τοῦ κόσμου· ἀποστέλλω ὑμᾶς, ἵνα τοῖς ὑμετέροις πάθεσι τὴν οἰκουμένην στεφανώσω. Καὶ ἐπειδὴ οὐκ ἴσχυσεν ἡ θνητὴ φύσις ἀρκέσαι πρὸς
B τὴν ὁμοιότητα τὴν δεσποτικὴν, λέγει· Καὶ τοῦτο εἰπὼν ἐνεφύσησε [d], καὶ λέγει αὐτοῖς, λάβετε Πνεῦμα ἅγιον. Πρόσεχε. Διατί ἐνεφύσησεν ὁ Σωτὴρ τοῖς ἀποστόλοις κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν τῆς ἀναστάσεως; Ἆρα γὰρ ἐκτὸς τοῦ ἐμφυσήματος οὐχ ἱκανὸς ἦν δοῦναι Πνεῦμα ἅγιον; Ἀλλ' ἐπειδὴ, τὸν πρῶτον ἄνθρωπον πλάττων, Ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ ἐγένετο ἄνθρωπος εἰς ψυχὴν ζῶσαν, ἀπώλεσε δὲ τοῦ ἐμφυσήματος τὴν χάριν διὰ τὴν παράβασιν, καὶ ἀπολέσας τὴν ζωοποιὸν δύναμιν, εἰς χοῦν διελύθη, καὶ ἐν τάφῳ κατέλυσεν τὴν αὐτοῦ δημιουργίαν· ἀνανεῶν
C τοίνυν τὸ πλάσμα, καὶ ἀποδιδοὺς τὸ ἀρχαῖον δῶρον, ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον τῶν ἀποστόλων, τὴν ἀρχαίαν ἐκείνην καὶ ζωτικὴν δύναμιν ἀποδιδοὺς τῷ πλάσματι· ὁμοῦ δὲ ἐπληροῦτο καὶ τὰ τῶν προφητῶν προειρημένα. Ὁ γὰρ μακάριος Ναοὺμ ὁ προφήτης,

tate, et pro communi genere nostro accepta non tegit, sed revelat, ut suam demonstret fortitudinem. Ostendit manus in quibus erat fixura clavorum; ostendit et latus, unde nobis fons mysteriorum scaturivit. Ostendit manus, ut resurrectioni fidem faceret, ut certiores faceret eos, qui dubitarent, eum qui passus fuerat resurrexisse, corpusque vere mortuum et sepultum revixisse.

4. *Gavisi sunt discipuli viso Domino.* Pax Joan. 20. 20.
data est, metus solutus est, gratia floruit. *Di-* Ib. v. 21.
xit ergo illis iterum, Pax vobis. Cur *iterum?*
Ubi vult dona gratiæ fundare, etiam benedictiones
iterat: quemadmodum fecit et Abrahamo: *Be-* Gen. 22. 17.
nedicens benedicam tibi, et multiplicans
multiplicabo te: sic tum proximis, tum pro-
cul positis paci pacem adjicit. *Sicut misit me* Joan. 20. 21.
Pater, et ego mitto vos. Attende, quæso; vide quomodo ad humanam formam œconomiam rapiat. Non dixit, Sicut genuit me Pater: missio enim humanam formam ostendit. Id vero frequenter indicamus, quia id œconomiam declarat. Ubi, inquit, nudam naturam profert, Patrem atque Filium prædicat. *Sicut misit me.* Quomodo misit te? Attende, quæso. Missus es Dominus de cælo; quo pacto ita mittere potes ut Pater te misit? Non modum, inquit, missionis significo, cum dico, *Sicut misit me Pater, et ego mitto vos,* sed virtutem ejus. Missus sum ego ut patiar pro mundo; mitto vos ut passionibus vestris orbem coronem. Et quia non potuit mortalis natura dominicam
similitudinem assequi, addit: *Et cum hæc* Joan. 20. 22.
dixisset, insufflavit, aitque illis, Accipite Spiritum sanctum. Attende. Cur insufflavit Servator in apostolos ipso resurrectionis die? An nonnisi insufflando poterat Spiritum sanctum dare? Verum quia cum primum hominem for-
maret, *Insufflavit in faciem ejus, et factus* Gen. 2. 7.
est homo in animam viventem, sed insufflationis illius gratiam per prævaricationem perdidit; et postquam vivificam illam vim perdiderat, in pulverem resolutus est, et in sepulcro ejus opificium dissolvit; ut figmentum suum renovaret, et priscum illud donum restitueret, insufflavit in faciem apostolorum, veteremque illam et vivificam vim figmento suo restituit; ac simul implebantur prophetarum prædicta. Beatus

[a] [Quod conjecerat Montf. ἑρμηνεύει, pro vitioso εἰρηνεύει, recepimus e Cod. 1186, et ἡ post γυμνή.]
[b] [Addit id. Cod. οἱ ἀπόστολοι οὐκ ἐξ οὐρανοῦ.]
[c] [Locum plenum damus ex cod. Cod.]
[d] [Addit Cod. id. ὃ ἔλειπε τῇ φύσει, προστίθησι τῇ χάριτι, καὶ τοῦτο εἰπὼν ἐνεφύσ. cet.]

quippe Nahum propheta, cum prævideret futurum esse, ut Servator a mortuis resurgens insufflaret in sanctos apostolos, et impleret eos divino munere, populo testificabatur his verbis:
Nahum. 1. 15. et 2. 1. *Celebra, Juda, festa tua, redde Deo vota tua: non adjicient ultra venire in antiquationem. Consummatum est, exscissum est. Ascendit enim ex terra qui insufflet in faciem tuam, et qui liberet te de tribulatione.*
Joan. 20. 22. *Tunc dixit, Pax vobis: et cum hoc dixisset, insufflavit, et dixit eis: Accipite Spiritum sanctum.* Quia videbat humanam naturam in laboribus dejectam, et ob infirmitatem certamina recusantem, id quod deficiebat, implet virtute Spiritus, ut illam imbecillitate labantem consolaretur: ac ceu ferrum quodpiam divina gratia acuit illam, ut quod ex natura sua non habebat, ex gratia acciperet, et virtute Spiritus firmata, certamina adiret. *Accipite Spiritum sanctum: sicut misit me Pater, et ego mitto vos.* At tu, Domine, ut Servator egressus, vidisti peccatores, et miseratus es illos; peccatorum nobis veniam dedisti. Superior est gratia: incidimus nos in abyssum peccatorum; multi sunt peccatores, multa opus est gratia. Auctoritatem non habemus: quomodo possumus mitti ut tu missus
Joan. 20. 23. es? Quamobrem ut impleretur illud: *Sicut misit me Pater, et ego mittam vos,* dicit: *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; et quorum retinueritis, retenta sunt.* Quam habet potestatem Servator, dat apostolis. Quemadmodum enim fieri nequit ut gens principi committatur, si non habeat veniæ et mortis ac supplicii potestatem ab rege concessam: sic et Servator, illos constituturus principes orbis, dat illis et supplicii et veniæ potestatem, his verbis: *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; et quorum retinueritis, retenta sunt.* Nullo enim pacto potest quis aut martyrium fortiter subire aut diligenter prædicare, aut quid magnum difficileque præstare, nisi martyris animum roboret Spiritus sancti virtus: alio quippe modo non possunt martyres esse. Martyrem vero nunc dico, non modo qui cruciatibus consummatus sit, sed etiam qui verbo gratiæ sit testificatus. Quivis enim veritatis præco, martyr est Dei. Quapropter
Joan. 1. 32. de Joanne Baptista dicit evangelium: *Et testificatus est Joannes veritati, dicens: Hic est*

προειδὼς ὅτι ὁ Σωτὴρ ἀνιστάμενος ἐκ τῶν νεκρῶν μέλλει ἐμφυσᾷν τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις, καὶ πληροῦν αὐτοὺς θείου χαρίσματος, διαμαρτύρεται τῷ λαῷ λέγων· Ἑόρταζε, Ἰούδα, τὰς ἑορτάς σου, ἀπόδος τῷ Θεῷ τὰς εὐχάς σου· οὐκ ἔτι οὐ μὴ προσθῶσιν ἐλθεῖν εἰς παλαίωσιν. Συντετέλεσται, ἐξῇρται. Ἀνέβη γὰρ ἐκ τῆς γῆς ὁ ἐμφυσῶν εἰς τὸ πρόσωπόν σου, καὶ D ἐξαιρούμενός σε ἐκ θλίψεως. [c] Τότε λέγει, εἰρήνη ὑμῖν, καὶ τοῦτο εἰπὼν ἐνεφύσησε, καὶ λέγει αὐτοῖς· λάβετε Πνεῦμα ἅγιον. Ἐπειδὴ εἶδε τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ὀκλάζουσαν πρὸς τοὺς πόνους, καὶ παραιτουμένην πρὸς τοὺς ἀγῶνας δι' ἀσθένειαν, ἀναπληροῖ τὸ λεῖπον τῇ δυνάμει τοῦ Πνεύματος, ἵνα κάμνουσαν αὐτὴν τῇ ἀσθενείᾳ ἡμῶν παραμυθήσηται· καὶ ὥσπερ σίδηρόν τινα ἐστόμωσεν αὐτὴν τῇ θείᾳ χάριτι, ἵνα ὃ μὴ ἔχῃ ἐκ φύσεως, δέξηται παρὰ τῆς χάριτος, καὶ προσέλθῃ πρὸς τοὺς ἀγῶνας τῇ δυνάμει τοῦ Πνεύματος νευρουμένη. Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον· καθὼς ἀπέσταλκέ με ὁ Πατὴρ, κἀγὼ πέμπω ὑμᾶς. E Ἀλλὰ σὺ, Κύριε, ἐξελθὼν ὡς Δεσπότης, εἶδες ἁμαρτωλοὺς καὶ ἠλέησας, συνεχώρησας τὰ ἁμαρτήματα ἡμῶν. Ἀνωτέρα ἡ χάρις· ἐμπίπτομεν εἰς τὴν ἄβυσσον τῶν ἁμαρτημάτων ἡμεῖς· οἱ ἁμαρτάνοντες πολλοὶ, φιλανθρωπίας χρεία πολλῆς. Οὐκ ἔχομεν τὴν αὐθεντίαν, πῶς δυνάμεθα κατὰ σὲ ἀποσταλῆναι; Διὰ τοῦτο, ἵνα πληρωθῇ τὸ, Καθὼς ἀπέστειλέ με ὁ Πατὴρ, κἀγὼ ἀποστέλλω ὑμᾶς, λέγει· Ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται αὐτοῖς· ἄν τινων κρατῆτε, κεκράτηνται. Ἣν ἔχει ἐξουσίαν ὁ Σωτὴρ, δίδωσι τοῖς ἀποστόλοις. Ὥσπερ γὰρ οὐχ οἷόν τέ ἐστιν ἄρχοντα πιστευθῆναι ἔθνος, μὴ λαβόντα συγχωρήσεως καὶ θανάτου καὶ 762 A τιμωρίας ἐξουσίαν παρὰ βασιλέως· οὕτω καὶ ὁ Σωτὴρ μέλλων καθιστᾷν αὐτοὺς ἄρχοντας τῆς οἰκουμένης, δίδωσιν αὐτοῖς καὶ τιμωρίας ἐξουσίαν καὶ [a] συγχωρήσεως, τὸ, Ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται αὐτοῖς· ἄν τινων κρατῆτε, κεκράτηνται. Ἓν γάρ ἐστι τῶν ἀμηχάνων, ἢ μαρτυρῆσαι γενναίως, ἢ κηρῦξαι σπουδαίως, ἢ πρᾶξαί τι τῶν μεγάλων καὶ δυσκατορθώτων, ἐὰν μὴ Πνεύματος ἁγίου δύναμις νευρώσῃ τὸν τόνον τοῦ μάρτυρος· ἄλλως γὰρ οὐ δύνανται μάρτυρες εἶναι. Μάρτυρα δὲ λέγω νῦν, οὐ μόνον τὸν διὰ παθῶν τελειούμενον, ἀλλὰ καὶ τὸν τῷ λόγῳ μαρτυροῦντα τῆς χάριτος. Πᾶς γὰρ κῆρυξ ἀληθείας, μάρτυς ἐστὶ [b] Θεοῦ. Διὸ περὶ Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ λέγει B τὸ εὐαγγέλιον· Καὶ ἐμαρτύρησεν Ἰωάννης τῇ ἀληθείᾳ, λέγων· ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός. Μαρτυρεῖ δὲ οὐ τὸ πάσχειν, ἀλλὰ τὸ βοᾷν. Ἀμήχανον οὖν μάρτυρας γενέσθαι, θείου λόγου μὴ παρὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος

[c] [Addit id. Cod. τὰ δύο εἶπεν. ἐπειδὴ γὰρ καὶ τὸν φόβον ἔλυσε, καὶ ἐνεφύσησε δοὺς πνεῦμα· εἶπεν ὁ ἐμφυσῶν εἰς τὸ πρόσωπόν σου· καὶ ἐξαιρούμενός σε ἐκ θλίψεως· εἶτα τότε cet.]

[a] [Id. Cod. hic et supra συγχωρήσει.]
[b] [Cod. om. Θεοῦ.]

νευρωθέντας. Διὸ λέγει ὁ Σωτὴρ τοῖς ἀποστόλοις ἀναλαμβανόμενος, Ὑμεῖς δὲ μείνατε ἐν τῇ πόλει Ἱερουσαλὴμ, ἕως ἂν ἐνδύσησθε δύναμιν ἐξ ὕψους, καὶ λήψεσθε δύναμιν ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου Πνεύματος· [c] δύναμιν ἥν τινα οὐχ οἷόν τέ ἐστι μάρτυρας γενέσθαι μὴ δεξαμένους.

Θωμᾶς δὲ εἷς ἐκ τῶν δώδεκα, ὁ λεγόμενος Δίδυμος, οὐκ ἦν μετ' αὐτῶν. Ἦν δὲ οἰκονομία μεγίστη Χριστοῦ, τὸ ἀπολειφθῆναι τὸν Θωμᾶν, ἵνα ἡ ἐκείνου ἀμφιβολία [d] ἐναργέστερον παραστήσῃ τὴν ἀνάστασιν. Εἰ μὴ γὰρ Θωμᾶς ἀπελείφθη, [e] καὶ τὴν ἀπόληψιν (sic) ἀμφέβαλεν, καὶ τῇ ἀμφιβολίᾳ πληροφορίαν ὁ Σωτὴρ προσήνεγκεν, ἔμελλεν ἔτι σκανδαλίζειν πολλοὺς τὸ τῆς ἀναστάσεως θαῦμα· ἀλλ' ἐγένετο ἡ ἐκείνου ἀμφιβολία πάντων τῶν πιστῶν θεραπεία. Ὅτε οὖν ἦλθεν ὁ Θωμᾶς, ἔλεγον αὐτῷ οἱ ἄλλοι μαθηταὶ, Ἑωράκαμεν τὸν Κύριον. Οἱ μὲν ἐσεμνύνοντο ἐφ' οἷς ἐθεάσαντο· ὁ δὲ ὥσπερ ἀντιλογίᾳ τινὶ κατεχόμενος καὶ οὐκ ἀπιστίᾳ ([f] τοσοῦτον ἡ ἀμφιβολία), καὶ διψῶν πληροφορηθῆναι, οὐκ εἶπεν, ἀμήχανον τοῦτο γενέσθαι. Πρόσεχε ἀκριβῶς. Οὐκ ἀπηρνήσατο τὴν ἀνάστασιν· οὐκ εἶπεν, ἀδύνατα λέγετε, ἀμήχανα πράγματα ἀπαγγέλλετε· ἀλλ' ἐζήτησε πληροφορίαν λέγων· Ἐὰν μὴ ἴδω κἀγὼ ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ τὸν τύπον τῶν ἥλων, καὶ βάλω τὸν δάκτυλόν μου εἰς τὸν τύπον τῶν ἥλων, καὶ βάλω τὴν χεῖρά μου εἰς τὴν πλευρὰν αὐτοῦ, οὐ μὴ πιστεύσω [g]. Καὶ μεθ' ἡμέρας ὀκτώ. Ὅρα πῶς τῇ ἄλλῃ κυριακῇ ἐφίσταται· ἀπὸ γὰρ κυριακῆς εἰς κυριακὴν ὀκτὼ ἡμέραι εἰσίν. Καὶ μεθ' ἡμέρας ὀκτὼ τῆς ἀναστάσεως ἦλθε πάλιν ὁ Ἰησοῦς, τῶν θυρῶν κεκλεισμένων, καὶ ἔστη εἰς τὸ μέσον, καὶ εἶπεν· εἰρήνη ὑμῖν. Ἐπειδὴ ἐκεῖ δεύτερον εἶπεν, Εἰρήνη ὑμῖν, ὧδε μίαν εἶπεν, ἵνα ἐκ τῆς ἁγίας Τριάδος ὁλόκληρον τὸ δῶρον τῆς εἰρήνης ἐργάσηται· Εἰρήνη ὑμῖν. Εἶτα λέγει τῷ Θωμᾷ, φέρε τὸν δάκτυλόν σου ὧδε. Πρόσεχε, παρακαλῶ. Οὐκ ἀναμένει ὁ Σωτὴρ ἀκοῦσαι παρὰ τῶν μαθητῶν τὴν ἀμφιβολίαν τοῦ Θωμᾶ· οὐ πρῶτον ἐδιδάχθη, καὶ τότε διδάσκει· ἀλλ' ἵνα πείσῃ αὐτὸν ὅτι παρῆν καὶ μὴ φαινόμενος, καὶ ἵνα ἐξεταστὴς τῆς ἀμφιβολίας γένηται, λέγει τῷ Θωμᾷ, Φέρε τὸν δάκτυλόν σου ὧδε, ὡς εἶπας, καὶ ἴδε τὰς χεῖράς μου, καὶ φέρε τὴν χεῖρά σου καὶ βάλε εἰς τὴν πλευράν μου· καὶ μὴ γίνου ἄπιστος, ἀλλὰ πιστός. Δείκνυσιν [h] ὅτι ὁ πληρο-

Christus. Martyr non patiendo, sed clamando
efficitur. Non possunt igitur martyres esse divini
verbi, nisi sancto Spiritu roborentur. Ideo resu-
mens Servator dicit apostolis : *Vos autem ma-* Luc. 24 49.
nete in civitate Jerusalem, donec induamini
virtute ex alto, et accipietis virtutem super-
venientis Spiritus sancti; virtutem, quam qui
non acceperint, non possunt esse martyres seu
testes.

5. *Thomas autem unus ex duodecim, qui* Joan. 20.
dicitur Didymus, non erat cum eis. Erat au- 24.
tem magna illa Christi œconomia, quod Thomas
non adesset, ut ejus dubitatio clariorem certio-
C remque efficeret resurrectionem. Nisi enim Tho-
mas defuisset, et de resurrectione dubitasset,
ac dubitationi certum argumentum Servator
opposuisset, futurum erat ut resurrectionis mi-
raculum plurimis adhuc offendiculo esset : ve-
rum ejus dubitatio fidelibus cunctis remedium
attulit. Cum itaque venit Thomas, dixerunt ei
alii discipuli : *Vidimus Dominum.* Illi gloria-
bantur de iis quæ viderant; hic vero contradi-
cendi quodam studio captus est, non increduli-
D tate (tanta res est dubitatio), cum certior fieri
peroptaret, non dixit, Id fieri nequit. Attende
diligenter. Non negavit resurrectionem : non
dixit, Impossibilia dicitis, res impossibiles annun-
tiatis; sed certior fieri voluit dicens : *Nisi vi-* Joan. 20.
dero in manibus ejus fixuram clavorum, et 25.
mittam digitum meum in locum clavorum,
et mittam manum meam in latus ejus, non
credam. Et post dies octo. Vide quomodo
alteri Dominicæ insistit : nam a Dominica in
Dominicam sunt octo dies. *Post dies octo* a Ib. v. 26.
resurrectione *venit iterum Jesus, januis clau-*
sis, et stetit in medio, et dixit : Pax vobis.
E Quia pridem eodem in loco bis dixerat, *Pax*
vobis, hic semel dicit, ut ex sancta Trinitate
perfectum et integrum donum pacis faceret : *Pax*
vobis. Deinde dicit Thomæ, Infer digitum Ib. v. 27.
tuum huc. Attende, quæso. Non exspectat Ser-
vator donec a discipulis Thomæ dubitationem
audiat : non docetur prius quam doceat; sed ut
persuadeat ipsi se præsentem fuisse, licet non
appareret; et ut dubitationis inquisitor sit, ait
Thomæ : *Infer digitum tuum huc,* ut dixisti, Ibid.

[c] [Omittit hæc Cod., sed addit post Πνεύματος : ἐφ' ὑμᾶς· καὶ ἔσεσθέ μοι μάρτυρες· ἄνευ γὰρ τοῦ λαβεῖν πνεύματος δύναμιν οὐχ οἷόν τέ ἐστι μάρτυρα γενέσθαι. Θωμᾶς cet.]

[d] [Cod. id. ἐνεργέστερον.]

[e] [Id. καὶ διὰ τὴν ἀπόλειψιν ἀμφέβαλλε.]

[f] [Id. τοσοῦτον ὅσον ἀμφιβολία.]

[g] [Addit id. οὐκ εἶπεν, οὐ μὴ πιστεύσω παντελῶς, ἀλλ' ἐὰν μὴ πληροφορηθῶ, οὐ μὴ πιστεύσω.]

[h] [Id. ὅτι πληροφορίαν ζητεῖ, οὐ πίστιν, ὁ δὲ πίστει βουλεύων πιστός.]

et vide manus meas : et infer manum tuam, et mitte in latus meum : et noli esse incredulus, sed fidelis. Ostendit eum, qui evidens indicium quærit, non esse fidelem; sed eum qui fidei se subjicit, fidelem esse. Similis est is, qui investigat latus Christi et fixuras clavorum, ei qui dicit, Quomodo genitus est? Imo non similis. Ille quippe quærebat in carne videre fixuras clavorum, quæ sub aspectum et sensum cadebant: cupiebat videre rem peractam, quam ante sciebat. Tu vero qui curiose perquiris naturam invisibilem, substantiam incomprehensibilem, generationem ineffabilem, genitorem inenarrabilem, genitum incomprehensibilem, annon gravius prævaricaris? annon es infideli deterior? Si quod latus investigaverit beatus Thomas, audivit, *Noli esse incredulus, sed fidelis :* tu qui incorpoream et incomprehensibilem virtutem scrutaris, noli esse incredulus, sed fidelis. Attamen Dei indulgentiæ gratias agimus, quod Thomæ digitus pietatis calamus fuerit, qui hæretica retia subverteret, et eorum ora obturaret, qui dicere auderent, Dominum specie induisse corpus, specieque tantum mortuum esse. Digitus vero Thomæ hæreticorum dubitationem ita solvit, ut ille digitus, contra quem nihil potuerunt magi Ægytiorum dicen-
Exod. 8. 19. tes : *Digitus Dei est hic.* Par erat Thomam, post certum illud acceptum indicium, illud Da-
Psal. 76. 3. vidis dictum proferre : *In die tribulationis meæ Deum exquisivi;* et quia manibus scrutabatur, sequentia addere, *Manibus meis nocte contra eum, et non sum deceptus. Noli esse incredulus, sed fidelis.* Ille vero et a fixura eum, qui passus erat, conspexit, et a prævia cognitione Deum dicit : *Dominus meus et Deus meus.*

723 φορίαν ζητῶν, οὐ πιστὸς, ὁ δὲ πίστει δουλεύων, πιστός.
A Ὅμοιόν ἐστι τὸ ἐρευνᾷν πλευρὰν Χριστοῦ καὶ τύπους ἥλων, τῷ λέγειν, πῶς ἐγεννήθη; Μᾶλλον δὲ οὐχ ὅμοιον. Ὁ μὲν γὰρ ἐπεζήτει ἰδεῖν τύπους ἥλων ἐν σαρκὶ ἐρωμένους καὶ αἰσθήσει ὑποπίπτοντας· ἐπεθύμει ἰδεῖν πρᾶγμα γεγενημένον, ὃ καὶ προῄδει. Σὺ δὲ πολυπραγμονῶν φύσιν ἀθεώρητον, οὐσίαν ἀκατάληπτον, γέννησιν ἄῤῥητον, τὸν γεννήσαντα ἄφραστον, τὸν γεννηθέντα ἀκατάληπτον, οὐ χεῖρον παρανομεῖς; οὐκ εἶ ἀπίστου χείρων; Εἰ πλευρὰν ἐρευνήσας ὁ μακάριος Θωμᾶς ἤκουσε, Μὴ γίνου ἄπιστος, ἀλλὰ πιστός· σὺ ἐρευνῶν τὴν ἀσώματον φύσιν, τὴν ἀκατάληπτον δύναμιν, [a] μὴ γίνου ἄπιστος, ἀλλὰ πιστός. Ὅμως εὐχαριστοῦμεν τῇ τοῦ Θεοῦ ἀγαθότητι καὶ ἀνεξικακίᾳ, ὅτι ὁ τοῦ Θωμᾶ δάκτυλος ἐγένετο κάλαμος εὐσεβείας,
B ἀνατρέπων τὰ αἱρετικὰ δίκτυα, καὶ ἐμφράττων αὐτῶν τὰ στόματα τῶν τολμώντων λέγειν, ὅτι σχήματι ἐνεδύσατο σῶμα ὁ Κύριος, καὶ σχήματι ἀπέθανεν. Ὁ δὲ δάκτυλος ὁ τοῦ Θωμᾶ οὕτω διέλυσε τῶν αἱρετικῶν τὴν ἀμφιβολίαν, ὡς ἐκεῖνος ὁ δάκτυλος, πρὸς ὃν οὐκ ἤρκεσαν οἱ μάγοι τῶν Αἰγυπτίων λέγοντες, Δάκτυλος Θεοῦ ἐστιν οὗτος. Ἔπρεπε τότε καὶ τῷ ἁγίῳ Θωμᾷ μετὰ τὴν πληροφορίαν εἰπεῖν τὸ τοῦ Δαυὶδ ῥητὸν, Ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς μου τὸν Θεὸν ἐξεζήτησα· καὶ ἐπειδὴ χερσὶν ἠρεύνα, εἰπεῖν τὸ ἐπαγόμενον, Ταῖς χερσί μου νυκτὸς ἐναντίον αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἠπατήθην. Μὴ γίνου
C ἄπιστος, ἀλλὰ πιστός. Ἐκεῖνος δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ τύπου θεασάμενος τὸν παθόντα, καὶ ἀπὸ τῆς προγνώσεως Θεὸν αὐτὸν καλεῖ· Ὁ Κύριός μου καὶ ὁ Θεός μου.

6. Audiant hæretici. Si vere id recusat Filius, nec est æqualis Patri, cur se exsuperantem hono-
Matth. 19. 16. 17. rem non rejicit? Audivit a quodam, *Magister bone,* et dixit, *Cur me dicis bonum? Nemo bonus nisi unus Deus.* Licet illud *bonus,* etiam apud nos in usu sit. Illud *bone* audire, ut tu suspicaris, aliquando recusavit; annon illud *Deus* et *Dominus* multo magis recusare debuit? *Magister bone,* ac dicit, *Cur me dicis bonum?* Hic autem, *Dominus meus, et Deus meus,* et non dicit, Cur me dicis Dominum et Deum? sed ibi, quia se indigna vox erat (non

Ἀκουέτωσαν οἱ αἱρετικοί. Εἰ ἀληθῶς παραιτεῖται ὁ Υἱὸς, καὶ οὐκ ἔστιν ὁμότιμος [b] τῷ Πατρὶ, τίνος ἕνεκεν οὐκ ἀποπέμπεται τὴν ὑπερβαίνουσαν αὐτῷ τιμήν; Ἤκουσεν οὖν παρά τινος, Διδάσκαλε ἀγαθὲ, καὶ λέγει, Τί με λέγεις ἀγαθόν; Οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός. Καίτοι τὸ [c] ἀγαθὸς ὄνομα καὶ ἐν ἡμῖν πολιτεύεται. Ἀγαθὲ ἀκοῦσαι κατὰ τὴν σὴν ὑπόνοιαν παρη-
D τήσατο· Θεὸς καὶ Κύριος ἀκοῦσαι οὐ πολλῷ μᾶλλον ὤφειλε παραιτήσασθαι; Διδάσκαλε ἀγαθὲ, καὶ λέγει, Τί με λέγεις ἀγαθόν; Ὧδε, Ὁ Κύριός μου καὶ ὁ Θεός μου, καὶ οὐκ εἶπε, τί με λέγεις Κύριον καὶ Θεόν; ἀλλ' ἐκεῖ, ἐπειδὴ ἀνάξιος αὐτοῦ ἦν ἡ φωνὴ

[a] [Omissis *μὴ... πιστός*, Cod. addit *οὐ πολλῷ μᾶλλον τοῦτο ἀκούσῃ;*]
[b] [Id. *τοῦ πατρός.*]
[c] [Id. *ἀγαθόν... ἀγαθὸν ἀκ.* Mox *ὁ κύριός μου καὶ ὁ θεός μου ἀκ.*

(οὐ γὰρ εἶπε, Κύριε ἀγαθὲ, ἀλλὰ, Διδάσκαλε ἀγαθὲ), τὸ εὐτελὲς ἀπεπέμψατο, καὶ τὸ ἔνδοξον ἀπεδέξατο. [d] Ἐκεῖ ἐμέμψατο, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν ἐναντίων ἐμέμψατο, ὅτι βράδιον εἶπεν. Ἐμέμψατο αὐτὸν, οὐχ ὅτι εἶπεν, Ὁ Κύριός μου, ἀλλ' ὅτι βράδιον λέγει. Ἐπεὶ τοίνυν εἶδες καὶ ἐπίστευσας, μακάριοι οἱ μὴ ἰδόντες, καὶ πιστεύσαντες. Εἷς ἐνεκλήθη, καὶ ἡμεῖς πάντες E ἐμακαρίσθημεν· ὁ γὰρ μακαρισμὸς οὗτος ἐπὶ πάντας ἡμᾶς διαβαίνει καὶ τοὺς μεθ' ἡμᾶς· ὅτι μὴ παραλαβόντες ὄψει τὰ θαύματα, ἀλλὰ πίστει δεχόμενοι, κοινωνοὶ γινόμεθα τοῦ μεγάλου τούτου καὶ ἐνδόξου μακαρισμοῦ.

enim dixit, Domine bone, sed, *Magister bone)*, vilitatem respuit ac rem gloriosam sibi admisit. Hic quoque reprehendit, sed contraria de causa reprehendit, quoniam id tardius dixerat. Reprehendit illum, non quod dixisset, *Dominus meus*, sed quod tardius dixisset. *Quia* igitur *vidisti me, credidisti : beati qui non viderunt, et crediderunt.* Unus reprehensus est, et nos omnes beati vocati sumus : illa quippe beatitudo ad nos omnes pertransit, et ad eos qui post nos futuri sunt; quia cum miracula illa non visu perceperimus, sed fide acceperimus, participes tamen sumus magnæ illius gloriosæque beatitudinis.

* Textus deficere videtur.

Joan. 20. 29.

Ἀλλὰ ἀπὸ τῆς ἱστορίας, ἣν ἐπιτόμως διεδράμομεν, μεταβῶμεν, εἰ μὴ ἀπεκάμετε πρὸς τὸ πλῆθος τῶν εἰρημένων, εἰς ἄλλην προφητικὴν φωνήν. Ποίαν δὴ ταύτην; Δεῦτε, ἀναβῶμεν εἰς τὸ ὄρος τοῦ Κυρίου. 751 A Ἀπὸ γὰρ τοῦ ὄρους τῶν ἐλαιῶν ἀνελήφθη ὁ Σωτήρ. Δεῦτε, ἀναβῶμεν εἰς τὸ ὄρος τοῦ Κυρίου, καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ. [a] Ἐτίμησε δὲ ὁ Θεὸς καὶ τὴν ἡμέραν πάλιν τῇ ὁμωνυμίᾳ τοῦ ὄρους· καὶ γὰρ ἐκεῖ ἐξ ὄρους τοῦ λεγομένου ἐλαιῶν ἀνελήφθη ὁ Σωτὴρ, καὶ ὧδε ἡ λεγομένη ἐλαία πεφύτευται, καὶ τῇ ἐγγύτητι καὶ τῇ ὁμωνυμίᾳ πιστουμένη τὴν ἀρχαίαν ἱστορίαν. Καὶ γὰρ ἀνήγαγεν ὁ Σωτὴρ τοὺς μαθητὰς εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν ἀπέναντι Ἱερουσαλήμ. Κἀκείνῃ καὶ ταύτῃ πρόσεχε τοίνυν. Δεῦτε, ἀναβῶμεν εἰς τὸ ὄρος τοῦ Κυρίου. Συναναβῶμεν τῷ πόθῳ καὶ τῷ λόγῳ· καὶ ἴδωμεν τίνα ἡμῖν ἐπραγματεύσατο ἡ σωτήριος ἀνάληψις.

7. Sed ab historia, quam compendio enarravimus, pertranseamus, si tamen dicendorum copia non defatigati estis, ad aliam propheticam vocem. Qualem vero eam? *Venite, ascendamus ad montem Domini.* Etenim a Monte olivarum assumtus est Servator. *Venite, ascendamus ad montem Domini, et ad domum Dei Jacob.* Diem autem illam Deus ejusdem nominis honorare dignatus est, quo mons appellabatur. Etenim illic ex monte qui vocabatur oliveti, assumtus est Servator, et hic etiam plantatur oliva, quæ et propinquitate et nominis societate veteri historiæ fidem facit. Nam duxit Servator discipulos in Montem olivarum e regione Jerusalem. Et illi et huic igitur animum adhibeas : *Venite, ascendamus ad montem Domini.* Una ascendamus desiderio et verbo, eaque videamus, quæ salutaris illa assumtio nobis operata est.

[illegible]

Βούλομαι οὖν αὐτὴν τὴν βίβλον τῶν Πράξεων ἀναλαβεῖν, καὶ κατὰ μέρος ἐκ τῶν προοιμίων ἐξιχνιάσαι, B ἵνα μεθ' ὑμῶν [b] ἀντλήσω τὰ θεῖα νάματα, καὶ ἐρευνήσωμεν κοινῇ τοὺς θησαυροὺς τῆς ἁγίας Γραφῆς, ὡς ἔμποροι τῆς ἀληθείας, καὶ ὡς σπεύδοντες πλουτεῖν ἐν εὐσεβείᾳ. Πράξεις, φησὶ, τῶν ἀποστόλων. Καὶ αὐτὴ ἡ ἐπιγραφὴ πᾶσαν ἐμφαίνει τῶν πραγμάτων τὴν δύναμιν, καὶ ἔστι προοίμιον ὅλης τῆς πραγματείας τὸ ἐπάγγελμα. Οὐδὲ γὰρ πάντων τῶν ἀποστόλων ἐμφέρονται ἐν τῇ βίβλῳ αἱ πράξεις· ἀλλ' εἴ τις ἀκριβῶς ζητήσειε, τὰ μὲν πρῶτα τῆς βίβλου Πέτρου [c] ἐκφαίνει θαύματα καὶ διδασκαλίαν, ὀλίγην δὲ καὶ τῶν λοιπῶν ἀποστόλων· καὶ μετὰ ταῦτα εἰς Παῦλον κενοῦται C πᾶσα ἡ πραγματεία. Πέτρος τοίνυν μνημονεύεται καὶ Παῦλος, καὶ πῶς πάντων τῶν ἀποστόλων αἱ πράξεις καλοῦνται; Ἀλλ' ἐπειδὴ, κατὰ τὸν Παῦλον, δοξαζο-

8. Volo itaque ipsum Actorum librum sumere, ac minutatim a principio examinare, ut divina fluenta vobiscum hauriam : atque ut veritatis institores thesauros sacræ Scripturæ una scrutemur, utpote qui studeamus in pietate ditescere. *Acta,* inquit, *Apostolorum.* Vel ipse titulus rerum vim totam enuntiat, estque procemium totius operis pollicitatio. Neque tamen omnium apostolorum acta hoc in libro feruntur : sed si quis rem accurate scrutetur, quæ prima feruntur in libro, Petri miracula et doctrinam exhibent, pauca de reliquis apostolis; post hæc vero de Paulo totus liber absolvitur. Petrus ergo memoratur et Paulus, et quomodo omnium apostolorum appellantur acta? Verum quia, secundum Paulum, cum gloria afficitur unum membrum, gloria item

[illegible] *runtur,* [illegible]

De inscri- [illegible]

1. Cor. 12. 29.

d [Hæc, ἐκεῖ ad ἐπεὶ τοίνυν om. id.]

a Duo Mss. Regii ἐτίμησε (unus [1447] ἐτίμα) δὲ Θεὸς τὴν ἡμετέραν πόλιν τῇ ὁμωνυμίᾳ. Infra iidem ὧδε ὁμωνύμως λεγομένη. [Infra iid. [illegible]]

b Unus [1447] ζητήσω τὰ θεῖα νοήματα.

c Reg. [1447 μόνον] ἐμφαίνει.

afficiuntur omnia membra, ideo non inscripsit historiographus Acta Petri et Pauli, sed Acta Apostolorum; communis est pollicitatio. Quærimus ergo quis hunc Actorum librum adornaverit : varii enim, nescientes qui fuerit scriptor libri, in varias divisi sunt sententias; alii dicunt ejus auctorem esse Clementem Romanum, alii Barnabam, alii Lucam evangelistam. Quoniam igitur illi in varias abeunt sententias, ipsum scriptorem pro interprete accipiamus, quisnam ille sit, quid agat; et num de seipso quidpiam significet. *Primum quidem sermonem feci de omnibus, o Theophile.* Cum dixit, *Primum,* mentem nostram alio remittit, ut quæramus quem primum dicat sermonem. Nam si hunc solum edidisset, non diceret, *Primum sermonem feci.* Hic igitur liber secundus esse deprehenditur : primum enim jam fecerat : quem vero primum fecerit, ipse indicat : *Primum quidem sermonem feci de omnibus, o Theophile, quæ cœpit Jesus facere et docere :* ut appareat eum in primo sermone non Acta comprehendisse, sed Evangelium : *Primum sermonem,* non de iis quæ Petrus et Paulus fecerunt, sed *Quæ cœpit Jesus facere et docere.* Palam igitur est Lucam, qui Evangelium scripsit, etiam Acta edidisse. Verum attende, videamus num ipse sit. *Primum quidem sermonem feci de omnibus, o Theophile, quæ cœpit Jesus facere et docere, usque in diem, qua præcipiens apostolis per Spiritum sanctum, quos elegit, assumtus est;* ac si diceret, Narravi acta et doctrinam Servatoris usque ad assumtionem. Animum adhibete, obsecro. Primus, inquit, liber meus complectitur opera Domini et doctrinam ejus, pertingitque primus ille liber usque ad assumtionem. Comperies autem nec Matthæum ex toto, nec Marcum nisi ex parte tantum, nec Joannem complevisse totum Evangelium usque ad assumtionem, sed unum Lucam. Nam Matthæus hunc habet Evangelii finem : *Undecim autem discipuli abierunt in montem Galilææ, ubi constituerat illis Jesus. Visus est autem illis, et adoraverunt eum; et dixit: Euntes docete omnes gentes. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi.* Et hic finis Evangelii. Quomodo autem as-

Quis sit auctor libri Actorum.

Act. 1. 1.

Matth. 28. 16.—20.

μένου μέλους ἑνὸς, συνδοξάζεται πάντα τὰ μέλη, οὐκ ἐπέγραψεν ὁ ἱστοριογράφος πράξεις Πέτρου καὶ Παύλου, ἀλλὰ Πράξεις τῶν ἀποστόλων· [d] κοινὸν τὸ ἐπάγγελμα. Ζητοῦμεν οὖν τίς ὁ συντάξας ταύτην τὴν βίβλον τῶν Πράξεων· πολλοὶ γὰρ, ἀγνοοῦντες τὸν συγγραφέα, εἰς πολλὰς καὶ διαφόρους ἐμερίσθησαν ἐννοίας, οἱ μὲν εἰπόντες ὅτι Κλήμης ὁ Ῥωμαῖος συν- D ἔταξεν αὐτὰς, ἄλλοι δὲ λέγουσι, Βαρνάβας, ἄλλοι δὲ ὅτι Λουκᾶς ὁ εὐαγγελιστής. Ἐπεὶ οὖν εἰς διαφόρους ἐννοίας μερίζεται τὰ τῶν λογισμῶν αὐτῶν, ἑρμηνέα λάβωμεν τὸν συγγραφέα, τίς ἐστιν καὶ τί πραγματεύεται, [e] καὶ εἰ εἰς ἑαυτὸν σημειοῦται τὸν λόγον. Τὸν μὲν πρῶτον λόγον ἐποιησάμην περὶ πάντων, ὦ Θεόφιλε. Εἰπὼν, Πρῶτον, πέμπει ἡμῶν τὰς ἐννοίας ζητῆσαι, ποῖον πρῶτον λέγει λόγον. Εἰ γὰρ τοῦτον μόνον συνέταξεν, οὐκ ἂν εἶπε, Τὸν μὲν πρῶτον λόγον ἐποιησάμην. Ἰδοὺ οὖν εὑρίσκεται οὗτος ὁ λόγος δεύτερος· τὸν γὰρ πρῶτον ἤδη πεποίηται· ποῖον δὲ πρῶτον ἐποίησεν αὐτὸς λέγει· Τὸν μὲν πρῶτον λόγον ἐποιησάμην περὶ πάντων, ὦ Θεόφιλε, ὧν ἤρξατο ὁ E Ἰησοῦς ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν. Ὥστε δῆλον ὅτι οὐ Πράξεις συνέταξε ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ, ἀλλὰ Εὐαγγέλιον· Πρῶτον λόγον, οὐχ ὧν [f] ἐποίησε Πέτρος καὶ Παῦλος, ἀλλ' Ὧν ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν. Δῆλον οὖν ὅτι ὁ τὸ Εὐαγγέλιον συντάξας Λουκᾶς, αὐτὸς καὶ τὰς Πράξεις συνέθηκεν. Ἀλλὰ πρόσχες, ἴδωμεν εἰ αὐτός ἐστιν. Τὸν μὲν πρῶτον λόγον ἐποιη- 765 σάμην περὶ πάντων, ὦ Θεόφιλε, ὧν ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς A ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν, ἄχρι ἧς ἡμέρας ἐντειλάμενος τοῖς ἀποστόλοις διὰ Πνεύματος ἁγίου, οὓς ἐξελέξατο, ἀνελήφθη· ἀντὶ τοῦ, εἶπον τὰς πράξεις τοῦ Σωτῆρος καὶ τὰς διδασκαλίας ἕως τῆς ἀναλήψεως. Προσέχετε, παρακαλῶ. Τὸ μὲν πρῶτόν μου, φησὶν, σύνταγμα περιέχει τὰ ἔργα τοῦ Κυρίου καὶ τὰς διδασκαλίας, καὶ ἔφθασε μὲν ὁ πρῶτος λόγος ἕως τῆς ἀναλήψεως. Εὑρίσκεις τοίνυν μήτε Ματθαῖον ὅλως, μήτε Μάρκον εἰ μὴ ἐν μέρει, μήτε Ἰωάννην πληρώσαντας τὸ Εὐαγγέλιον ἕως τῆς ἀναλήψεως, ἀλλὰ μόνον Λουκᾶν. Ματθαῖος μὲν γὰρ τέλος ἔχει τοῦ Εὐαγγελίου τοῦτο· Οἱ δὲ ἕνδεκα B μαθηταὶ ἐπορεύθησαν εἰς τὸ ὄρος τῆς Γαλιλαίας, ὅπου συνετάξατο αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς. Ὤφθη δὲ αὐτοῖς, καὶ προσεκύνησαν αὐτῷ· καὶ εἶπε, πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη. Καὶ ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. Καὶ τοῦτο τέλος τοῦ Εὐαγγελίου. Τὸ δὲ πῶς ἀνελήφθη [a] οὐκ εἶπεν. Μάρκος ὁμοίως λέγει· Καὶ ἐξῆλθον αἱ γυναῖκες ἐκ τοῦ μνημείου, καὶ οὐδενὶ ἀπήγγειλαν

[d] Reg. [uterque] *κοινὸν γὰρ τὸ ἐγκώμιον, κοινὸν* [*καὶ* addit 1136] *τὸ ἐπάγγελμα.* [Mox post *οὖν* 1186 addit *πρῶτον.*]

[e] [Cod. 1186 *καὶ εἰς ἑαυτὸν σημαίνει τ. λ. τοίνυν τὸν μ. πρ.* 1447 *καὶ εἰ ἑαυτὸν λέγει. τ. μὲν πρ.*]

[f] [Cod. 1186 addit *σημείων.*]

[a] Reg. *οὐκ εἶπε Ματθαῖος.*

οὐδὲν, ἐφοβοῦντο γάρ. Καὶ μεθ' ἕτερα λέγει περὶ τῆς ἀναλήψεως ἐν συντόμῳ οὕτως· Ὁ μὲν οὖν Κύριος, μετὰ τὸ λαλῆσαι αὐτοῖς, ἀνελήφθη εἰς οὐρανὸν, καὶ ἐκάθισεν ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ. Ἐκεῖνοι δὲ ἐξελθόντες ἐκήρυξαν πανταχοῦ, τοῦ Κυρίου συνεργοῦντος καὶ τὸν C λόγον βεβαιοῦντος διὰ τῶν ἐπακολουθούντων σημείων. Ἀμήν. Τοῦτο τὸ τέλος τοῦ Εὐαγγελίου. Οὐκ ἐγένετο δὲ ἀναλήψεως μνήμη κατὰ πλάτος ἐν Μάρκῳ. Ἰωάννης δὲ τὴν ἐπὶ τῆς λίμνης τῆς Τιβεριάδος ἐπιφάνειαν τοῦ Σωτῆρος εἶπεν· Λέγει τῷ Πέτρῳ, Πέτρε, φιλεῖς με; καὶ ἐπλήρωσε τὴν διάλεξιν. [b] Καὶ ἔστη Ἰωάννης, καὶ οὐκ ἐμνημόνευσεν ἀναλήψεως, ἀλλὰ λέγει· Πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἄλλα σημεῖα ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, ἅτινα ἐὰν γράφηται καθ' ἓν, οὐδὲ αὐτὸν οἶμαι τὸν κόσμον χωρῆσαι τὰ γραφόμενα βιβλία. Οὔτε οὖν Ἰωάννης ὅλως, οὔτε Ματθαῖος ὅλως, οὔτε Μάρκος κατὰ πλάτος ἐμνημόνευσαν ἀναλήψεως. Αὐτὸς μέντοι ὁ Λου- D κᾶς ἕως τῆς ἀναλήψεως διέδραμε τὸν λόγον κατὰ πλάτος. Διὰ τοῦτο λέγει· Τὸν μὲν πρῶτον λόγον ἐποιησάμην περὶ πάντων, ὦ Θεόφιλε, ὧν ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν, ἄχρι ἧς ἡμέρας ἐντειλάμενος τοῖς ἀποστόλοις, οὓς ἐξελέξατο, ἀνελήφθη.

Τίς δέ ἐστιν ὁ Θεόφιλος οὗτος; Κατὰ τοὺς τότε χρόνους ἡγεμὼν ἦν, καὶ ἐν τῇ ἀρχῇ ὢν ἐδέξατο τὸ κήρυγμα· καὶ ὥσπερ ὁ ἀνθύπατός ποτε τῆς Κύπρου, ἐν αὐτῷ τῷ ἀνθυπατεύειν ἐδέξατο τὸ κήρυγμα Παύλου· οὕτω καὶ ὁ Θεόφιλος ἡγεμὼν ὢν, τὸ τηνικαῦτα ἐδέξατο τὸ κήρυγμα διὰ τοῦ Λουκᾶ. Ἀξιοῖ δὲ αὐτὸν E τὸν μακάριον Λουκᾶν συντάξαι αὐτῷ καὶ τὰς Πράξεις τῶν ἀποστόλων. Ἐδίδαξάς με, φησὶ, τὰ ἔργα τοῦ Σωτῆρος, δίδαξόν με λοιπὸν καὶ τὰ ἔργα τῶν μαθητῶν αὐτοῦ· διὰ τοῦτο προσφωνεῖ αὐτῷ καὶ τὸν δεύτερον λόγον. Καὶ γὰρ τὸ Εὐαγγέλιον τὸ κατὰ Λουκᾶν πρὸς Θεόφιλον ἐγράφη. Πόθεν τοῦτο δῆλον; Αὐτὸς ὁ Λουκᾶς λέγει· Ἐπειδήπερ πολλοὶ ἐπεχείρησαν ἀνατάξασθαι διήγησιν περὶ τῶν πεπληροφορημένων ἡμῖν πραγμάτων, καθὼς παρέδοσαν ἡμῖν οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ λόγου· ἔδοξε 766 A κἀμοὶ παρηκολουθηκότι ἄνωθεν πᾶσιν ἀκριβῶς καθεξῆς γράψαι σοι, κράτιστε Θεόφιλε, ἵνα γνῷς περὶ ὧν κατηχήθης λόγων τὴν ἀσφάλειαν. Τὸ δὲ, Κράτιστε, ὡς τὸ λαμπρότατε· τότε γὰρ ἐπὶ τῶν λαμπροτάτων τοῦτο ἐχρημάτιζε τὸ ἀξίωμα.. Πόθεν τοῦτο δῆλον; Φῆστος ὁ ἡγεμὼν λέγει Παύλῳ, Μαίνῃ, Παῦλε· ὁ δὲ, Οὐ μαίνομαι, κράτιστε Φῆστε, τῷ ἡγεμόνι λέγει· οὕτω καὶ ἐνταῦθα, Κράτιστε Θεόφιλε. Εἰπὼν οὖν τὸ

[b] [Cod. 1186 ἀπέστη Ἰω. καὶ οὐδ' ὅλως ἐμν.]

sumtus sit, non dixit. Marcus similiter dicit: *Et egressæ sunt mulieres de monumento, et nemini quidquam dixerunt; timebant enim.* Marc. 16. 8. Et paucis interpositis de assumtione sic breviter loquitur: *Et Dominus quidem, postquam loquutus est eis, assumtus est in cælum, et sedet a dextris Dei. Illi autem profecti prædicaverunt ubique, Domino cooperante, et sermonem confirmante sequentibus signis. Amen.* Ibid. v. 19. 20. Hic finis Evangelii. In Marco assumtionis mentio non est fuse descripta. Joannes vero Salvatorem ad stagnum Tiberiadis apparuisse narrat, aitque: *Dicit Petro, Petre diligis me?* Joan. 21. 15. et dialogum implevit. Certe Joannes hic stetit, nec memoravit assumtionem; sed dicit: *Multa quidem alia signa fecit Jesus, quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros.* Joan. 21. 25. Nec Joannes itaque, nec Matthæus omnino assumtionem memorarunt, nec Marcus fuse descripsit. Verum Lucas usque ad assumtionem explicate persecutus est narrationem. Ideo dicit: *Primum quidem sermonem feci de omnibus, o Theophile, quæ cœpit Jesus facere et docere, usque in diem qua præcipiens apostolis, quos elegit, assumtus est.* Act. 1. 1. 2.

Qui sit Theophilus, initio libri Actorum memoratus.

9. Quis est hic Theophilus? Illo tempore præfectus erat, et in præfectura sua prædicationem suscepit; ac quemadmodum proconsul Cypri Pauli prædicationem in proconsulatu suscepit: sic et Theophilus dum præfectus esset prædicationem admisit Lucæ ministerio. Rogavit autem et beatum Lucam, ut Apostolorum Acta sibi conscriberet. Servatoris, inquit, gesta me docuisti; doce me etiam gesta discipulorum ipsius: ideo illi secundum librum nuncupat. Etenim Evangelium secundum Lucam ad Theophilum scriptum est. Undenam id probetur, ipse Lucas indicat: *Quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem rerum, de quibus certiores facti sumus, sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipsi viderunt, et ministri fuerunt sermonis: visum est et mihi, assequuto omnia a principio, diligenter ex ordine tibi scribere, optime Theophile, ut cognoscas eorum verborum, de quibus eruditus es, veritatem.* Luc. 1. 1—4. Illud vero, *Optime,* est quasi splendidissime: tunc enim splendidissimis hæc dignitas tribuebatur. Undenam id perspicuum est? Festus præses dicit Paulo, *Insanis, Paule:* cui ille: Act. 26. 24.

Non insanio, optime Feste, præsidem compellans: sic et hic, *Optime Theophile.* Cum itaque de Evangelio primum Lucas loquutus esset, quod nuncupaverat Theophilo, rursus secundum librum eidem Theophilo nuncupat. Quem librum? *Primum quidem sermonem feci de omnibus, o Theophile, quæ cœpit Jesus facere et docere.* Et quousque sermonem fecisti? *Usque in diem, qua præcipiens apostolis, quos elegit per Spiritum sanctum, assumtus est.* Est autem illud per hyperbaton seu transpositionem dictum. Evangelium composui ab initio, inquit, usque in diem, qua assumtus est, postquam apostolis, quos elegerat, præcepta dedit. Animum adhibe, quæso. *Quibus et præbuit seipsum vivum post passionem suam.* Vide evangelistæ fiduciam: ne in Actibus Apostolorum quidem theologiam relinquit. Non dixit, Quibus apparens; sed, *Quibus præbuit seipsum vivum.*
Joan. 2. 19. Nam *Solvite,* inquit, *templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud. Quibus præbuit seipsum vivum post passionem suam in multis argumentis per dies quadraginta apparens eis, et loquens de regno Dei.*

10. Attende, quæso. *In multis argumentis per dies quadraginta apparens eis, et loquens de regno Dei.* Per illos quadraginta dies non quotidie apparebat eis. Etenim post resurrectionem magnam carni suæ vim indidit ad fidem conciliandam, ne, si frequentius appareret, magnitudinem virtutis solveret. Oportebat enim illum post resurrectionem cum divinis signis apparere, nec se frequentius in conspectum dare: ideo dicit, *In multis argumentis per dies quadraginta.* Non enim se in conspectum dabat; sed erant hæc argumenta ipsum esse probantia. Apparebat enim iis alia forma, alia voce, alio habitu. Adstabat apostolis frequenter, nec ab eis cognoscebatur. Adiit piscatores Petrum et socios,
Joan. 21. 5. aitque iis: *Filioli, numquid habetis ad manducandum?* et non cognoverunt eum, non for-
Ib. v. 6. mam, non vocem, dicitque, *Mittite ad dexteram navigii rete, et invenietis;* ac cum misissent, multa piscati sunt. Cum itaque eum non ex conspectu perciperent, ex argumentis virtutis percipiebant. Quapropter evangelista Joannes dicit
Ib. v. 7. Petro, *Dominus est,* non visu suadente, sed argumento virtutis. Ideo clamat Lucas, *In multis argumentis per dies quadraginta apparens*

Εὐαγγέλιον πρῶτον ὁ Λουκᾶς, καὶ προσφωνήσας αὐτὸ Θεοφίλῳ, πάλιν τῷ αὐτῷ Θεοφίλῳ προσφωνεῖ καὶ τὸν δεύτερον. Ποῖον δὴ τοῦτον; Τὸν μὲν πρῶτον λόγον
B ἐποιησάμην περὶ πάντων, ὦ Θεόφιλε, ὧν ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν. Καὶ ἐποιήσω τὸν λόγον μέχρι τίνος; Ἄχρι ἧς ἡμέρας ἐντειλάμενος τοῖς ἀποστόλοις, οὓς ἐξελέξατο διὰ Πνεύματος ἁγίου, ἀνελήφθη. Καθ' ὑπέρβατόν ἐστιν. Συνέταξα τὸ Εὐαγγέλιον ἀπ' ἀρχῆς, φησὶν, ἄχρι ἧς ἡμέρας ἀνελήφθη, συνταξάμενος τοῖς ἀποστόλοις, οὓς ἐξελέξατο. Πρόσεχε, παρακαλῶ. Οἷς καὶ παρέστησεν αὐτὸν ζῶντα μετὰ τὸ παθεῖν αὐτόν. Ὅρα εὐαγγελιστοῦ παῤῥησίαν· οὐδὲ ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων ἀπολιμπάνεται τῆς θεολογίας. Οὐκ εἶπεν, οἷς ἐμφανίζων, ἀλλ', Οἷς παρέστησεν ἑαυτὸν ζῶντα. Λύσατε γὰρ, φησὶ, τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. Οἷς
C καὶ παρέστησεν ἑαυτὸν ζῶντα μετὰ τὸ παθεῖν αὐτὸν ἐν πολλοῖς τεκμηρίοις, δι' ἡμερῶν τεσσαράκοντα ὀπτανόμενος αὐτοῖς, καὶ λέγων τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ [a].

Πρόσεχε, παρακαλῶ. Ἐν πολλοῖς τεκμηρίοις δι' ἡμερῶν τεσσαράκοντα ὀπτανόμενος αὐτοῖς, καὶ λέγων τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ. Οὐ καθ' ἑκάστην ἡμέραν τῶν τεσσαράκοντα ἐπεφαίνετο αὐτοῖς. Μετὰ γὰρ τὴν ἀνάστασιν πολλὴν περιέθηκε τῇ σαρκὶ ἀξιοπιστίαν, ἵνα μὴ τὸ συνεχὲς τῆς ὄψεως ἐκλύσῃ τὸ μέγεθος τῆς δυνάμεως. Ἔδει γὰρ αὐτὸν ἀναστάντα λοι-
D πὸν τύποις θεϊκοῖς ἐπιφαίνεσθαι, οὐκ αὐτοψίας συνηθείᾳ· διὰ τοῦτο λέγει, Ἐν πολλοῖς τεκμηρίοις δι' ἡμερῶν τεσσαράκοντα. Οὐκ αὐτοψία γὰρ ἦν, ἀλλὰ τεκμήριά τινα τοῦ αὐτὸν εἶναι. Ἐφαίνετο γὰρ αὐτοῖς ἄλλῃ μορφῇ, ἄλλῃ φωνῇ, ἄλλῳ σχήματι. Ἐπέστη πολλάκις τοῖς ἀποστόλοις, καὶ οὐκ ἐγνωρίζετο. Ἐπέστη ἁλιεύουσι τοῖς περὶ Πέτρον καὶ λέγει αὐτοῖς· Τεκνία, μήτι προσφάγιον ἔχετε; καὶ οὐκ ἐπέγνωσαν, οὐ τὴν μορφὴν, οὐ τὴν φωνὴν, καὶ λέγει, Βάλετε εἰς τὰ δεξιὰ μέρη τοῦ πλοίου τὸ δίκτυον, καὶ εὑρήσετε· καὶ βαλόντες ἡλίευσαν πολλά. Μὴ καταλαβόντες οὖν αὐτὸν ἀπὸ ὄψεως, ἀπὸ τεκμηρίων τῆς δυνά-
E μεως κατέλαβον. Διὸ καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης λέγει τῷ Πέτρῳ, Ὁ Κύριός ἐστιν, οὐκ ὄψει πληροφορηθεὶς, ἀλλὰ τεκμηρίῳ δυνάμεως. Διὰ τοῦτο ὁ Λουκᾶς βοᾷ, Ἐν πολλοῖς τεκμηρίοις δι' ἡμερῶν τεσσαράκοντα ὀπτανόμενος αὐτοῖς, καὶ λέγων. Οὐχ ἁπλῶς ὀπτανόμενος, ἀλλὰ κατὰ καιρὸν φαινόμενος. Εὑρίσκομεν δὲ

[a] [Addit Cod. 1886 καὶ γὰρ πρὸ τῆς χθὲς ἦν ἀνάληψις, ἐπειδὴ τεσσαράκοντα ἡμέραι πληροῦνται ἀπὸ τῆς ἀναστάσεως μέχρι τῆς ἀναλήψεως. τῇ γὰρ πεντηκοστῇ οὐκ ἦν ἀνάληψις, ἀλλ' ἡ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπιφοίτησις.]

ἐπιτηρησάμενοι ἀκριβῶς ὅτι μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἑνδέκατον ὤφθη τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις ὁ Σωτὴρ, καὶ τότε ἀνελήφθη πρὸς τὸν Πατέρα. Διατί; Ἐπειδὴ γὰρ εἶχεν ἕνδεκα μαθητὰς, τοῦ Ἰούδα ἐκβληθέντος, καὶ ἀπολέσαντος τὸν ἴδιον τόπον καὶ τὴν ἀξίαν διὰ τὴν κακὴν προδοσίαν ἣν εἰργάσατο, ἑνδέκατον ἐπιφαίνεται τοῖς ἀποστόλοις, καὶ οὐ πᾶσιν ὁμοῦ, ἀλλὰ διαφόρως, ποτὲ μὲν τισὶν, ποτὲ δὲ τισὶν, ὥσπερ ἔνθα ἐφάνη τοῖς δέκα, καὶ οὐ παρῆν ὁ Θωμᾶς· πάλιν ἐφάνη, παρόντος Θωμᾶ. Ζητοῦμεν δὲ τὸν ἀριθμὸν, πῶς συνίσταται εἰ ἑνδέκατον ἐφάνη διὰ τοὺς ἕνδεκα ἀποστόλους. Ἐφάνη πρῶτον τῇ Μαρίᾳ ἐν τῷ μνήματι ἀπερχομένῃ, καὶ ταῖς ἄλλαις γυναιξίν. Πρὸ γὰρ πάντων αἱ γυναῖκες αὐτὸν εἶδον, ἃς καὶ ὁ μακάριος Ἡσαΐας προσκαλεῖται· Γυναῖκες ἀπὸ θέας ἐρχόμεναι, δεῦτε καὶ ἐπαγγείλατε ἡμῖν. Ἐπεφάνη τοίνυν ταῖς γυναιξίν. Ὁ βουλόμενος λογοθετεῖν, [a] ὁράτω μήπω διασφάλλωμεν τὸν ἀριθμόν. Πρῶτον ταῖς γυναιξὶ, Μαρίᾳ καὶ ταῖς λοιπαῖς· ἔπειτα Πέτρῳ, εἶτα τοῖς περὶ Κλεώπαν ἐν τῇ ὁδῷ, ὅτε εἰς τὴν Ἐμμαοὺς ἀπῄεσαν, ὅτε ἐν τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου ἐφανερώθη. Πόθεν δὲ τοῦτο δῆλον; Ὅτι πρὸ τῶν δύο τούτων ὤφθη τῷ Πέτρῳ. Εἰσῆλθον οἱ δύο ἀπὸ ἑσπέρας οἱ περὶ Κλεώπαν, ὥστε ἀπαγγεῖλαι τοῖς μαθηταῖς, ὅτι εἴδομεν τὸν Κύριον· καὶ εὗρον τοὺς ἀποστόλους λέγοντας, ὅτι Ὄντως ἠγέρθη ὁ Κύριος, καὶ ὤφθη Σίμωνι. Ἐν ὅσῳ οὖν ἀπήγγειλαν οἱ δύο τὴν θέαν, προέλαβεν ἡ φήμη, ὅτι Πέτρος εἶδε τὸν Κύριον. Τοῦτο καὶ Παῦλος ἐπισημαίνεται λέγων, Παρέδωκα γὰρ ὑμῖν ἐν πρώτοις, ὃ καὶ παρέλαβον, ὅτι Χριστὸς ἀπέθανεν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, κατὰ τὰς Γραφὰς, καὶ ὅτι ἀνέστη καὶ ὤφθη Κηφᾷ, εἶτα τοῖς ἕνδεκα. Πρῶτον Πέτρῳ, εἶτα ἐκείνοις. Ἐφάνη τοίνυν ταῖς γυναιξὶ πρῶτον, εἶτα Πέτρῳ δεύτερον, εἶτα τοῖς περὶ Κλεώπαν τρίτον, εἶτα τοῖς δέκα τῶν θυρῶν κεκλεισμένων, μὴ παρόντος Θωμᾶ, τέταρτον· εἶτα τοῖς ἕνδεκα παρόντος καὶ τοῦ Θωμᾶ· ἰδοὺ πέμπτον. Εἶτα πάλιν φαίνεται ἀδελφοῖς πεντακοσίοις· ὁ γὰρ Παῦλος καὶ τοῦτο ἐπισημαίνων λέγει· Ἔπειτα ὤφθη ἐπάνω πεντακοσίοις ἀδελφοῖς ἐφάπαξ, ἐξ ὧν οἱ πλείους μένουσιν ἕως ἄρτι· ἰδοὺ ἕκτον. Εἶτα ὤφθη τοῖς ἑπτὰ ἐπὶ τῆς θαλάσσης τῆς Τιβεριάδος ἁλιεύουσιν· εἶτα ὤφθη Ἰακώβῳ κατὰ τὸν Παῦλον· εἶτα τοῖς ἀποστόλοις πᾶσι [b]. Πρόσεχε, παρακαλῶ. Ἔχεις οὖν πρῶτον τὰς γυναῖκας, τὸν Πέτρον, τοὺς περὶ Κλεώπαν, τὴν ὀπτασίαν τῶν δέκα ἐκτὸς τοῦ Θωμᾶ, τὴν τῶν ἕνδεκα, τὴν τῶν πεντακοσίων ἀδελφῶν, ἰδοὺ ἕκτον· ἕβδομον τοῖς ἑπτὰ, ὄγδοον

eis, et loquens. Neque solum apparebat, sed etiam quandoque videbatur. Rem diligenter observata comperimus Servatorem post resurrectionem undecies visum fuisse sanctis apostolis, et tunc assumtum fuisse ad Patrem. Quare? Quia enim undecim habebat discipulos, postquam Judas expulsus fuerat, ac per nefariam proditionem, et locum suum et dignitatem perdiderat, undecies apostolis apparet, ac non omnibus simul, sed variis modis, aliquando his, aliquando illis, ut cum decem illis apparuit, absente Thoma; rursum apparuit, præsente Thoma. Numerum vero quærimus, quomodo constet eum undecies apparuisse propter undecim apostolos. Primum apparuit Mariæ in monumento discedenti, nec non aliis mulieribus. Nam mulieres illum prius, quam alii omnes, conspexerunt, quas et beatus Hesaias compellat: *Mulieres a spectaculo venientes, venite et annuntiate nobis.* Apparuit igitur mulieribus. Si quis voluerit calculum ducere, videat num circa numerum erremus. Primo mulieribus, Mariæ et reliquis: deinde Petro; postea Cleopæ et socio in via, cum Emmaus irent, cumque in fractione panis cognitus est. Undenam id liquet? Quod Petro apparuerit ante, quam his duobus. Ingressi sunt illi duo Cleopas et socius a vespera, ut annuntiarent discipulis se vidisse Dominum: et invenerunt apostolos dicentes, *Vere surrexit Dominus, et apparuit Simoni.* Dum illi duo quod viderant annuntiarent, fama præcesserat, quod Petrus vidisset Dominum. Hoc et Paulus significat his verbis: *Tradidi enim vobis in primis quod et accepi, quod Christus mortuus est pro peccatis nostris, secundum Scripturas, et quod resurrexit et visus est Cephæ, deinde undecim discipulis.* Primum Petro, deinde illis. Apparuit igitur mulieribus primo, deinde Petro, postea portis clausis Cleopæ et socio tertium, deinde decem discipulis, non præsente quidem Thoma; deinde undecim discipulis præsente Thoma. Ecce jam quinquies apparet. Postea quingentis fratribus; illud enim Paulus indicat his verbis: *Deinde visus est plus quam quingentis fratribus una vice, ex quibus plerique manent usque ad hoc tempus;* ecce jam sexto. Postea visus est septem illis ad mare Tibe-

Quoties Christus post resurrectionem apparuerit.

Isai. 27. 11.

Luc. 24. 34.

1. Cor. 15. 3.—5.

[a] [Cod. 1447 ὁ βουλόμενος θεωρείτω, μήπου διαφύγωμεν τὸν ἀρ. Cod. 1186 ὁ βουλ. λογ. ἀκριβῶς ὁράτω, μήπου διασφάλωμεν (scrib. vid. διασφαλῶμεν) τ. ἀ.]

[b] [Addunt duo Codd. οὐ περὶ τῶν ἕνδεκα λέγει· προλαβὼν γὰρ εἶπεν ὅτι ὤφθη Κηφᾷ, εἶτα τοῖς ἕνδεκα. Pergit 1186 εἶτα τοῖς ἑβδομήκοντα· ἔπειτα τοῖς ἀποστόλοις πᾶσι. Πρόσεχε cet. Sed 1447 ἀποστόλους δὲ λέγει νῦν τοὺς ἑβδομήκοντα. Πρόσεχε cet.]

riadis piscantibus: deinde Jacobo secundum Paulum: sub hæc apostolis omnibus. Animum adhibe, quæso. Habes igitur primo mulieres, Petrum, Cleopam et socium, visionem decem fratrum Thoma absente, visionem undecim apostolorum, visionem quingentorum fratrum: ecce jam sexto; septimo, illis septem; octavo Jacobo; nono septuaginta discipulis; decimo in monte Galilææ; undecimo in monte olivarum. Cum in resurrectione Dominus sæpe pacem repetierit, absurdum esset nos hunc calculum non repetere ad confirmationem. Habes igitur primo mulieres; secundo Petrum; tertio Cleopam et socium; quarto decem apostolos; quinto undecim apostolos; sexto quingentos; septimo septem illos; octavo Jacobum; nono septuaginta discipulos; decimo in monte Galilææ; undecimo in Monte olivarum.

Ἰακώβῳ, ἔννατον τοῖς ἑβδομήκοντα, δέκατον εἰς τὸ ὄρος τῆς Γαλιλαίας, ἑνδέκατον εἰς τὸ ὄρος τῶν [c] ἐλαιῶν Εἰς τὴν ἀνάληψιν τοῦ Σωτῆρος πολλάκις ἐπαναλαβόντος τὴν εἰρήνην, ἄτοπόν ἐστιν ἡμᾶς μὴ ἐπαναλαβεῖν τὴν ψῆφον εἰς βεβαίωσιν. Ἔχεις τοίνυν πρῶτον τὰς γυναῖκας, δεύτερον τὸν Πέτρον, τρίτον τοὺς περὶ Κλεώ- E παν, τέταρτον τοὺς δέκα, πέμπτον τοὺς ἕνδεκα, ἕκτον τοὺς πεντακοσίους, ἕβδομον τοὺς ἑπτὰ, ὄγδοον Ἰάκωβον, ἔννατον τοὺς ἑβδομήκοντα, δέκατον ἐπὶ τὸ ὄρος τῆς Γαλιλαίας, ἑνδέκατον ἐπὶ τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν.

Act. 1.3.4. 11. *Apparens eis per dies quadraginta, et loquens de regno Dei. Et convescens præcepit eis ab Jerosolymis ne discederent; sed exspectarent promissionem Patris, quam audistis a me.* O magnam Servatoris tolerantiam! o multam bonitatem! o ineffabilem humanitatem! Esto, Domine, ante passionem una vixeris, una recubueris cum discipulis; quare post resurrectionem convesceris? Ut ex his, inquit, Thomam de resurrectione certiorem faciam. Si namque, postquam id ita gestum est, etiam nunc sunt qui resurrectionem non credant; si id non factum esset, si non comedisset et bibisset cum illis: quis effrenata eorum ora compescuisset, qui de Servatoris œconomia quælibet temere proferre audent? Hinc discimus divinam et mysticam mensam honorare. Sæpe contigit ut ea, quæ sermones non emendaverant, mensa emendaret. Sæpe sexcenti conciliatores ne unam quidem inimicitiam solvere potuerunt, et una mensa bella sedavit. Ab iis, quæ præcesserunt, hujus rei argumentum accipe. Non cessabamus inimici esse Dei, adversus divinum verbum bellum gerentes, ut dicit Paulus: *Inimici* Rom. 5.10. *cum essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii ejus.* Inimici eramus. Missa fuit lex, nec reconciliavit: venerunt prophetæ, et non persuaserunt; qui inimici Dei erant, inimici manserunt et hostes. Multi tyranni contra veritatem, multi Dei hostes erant contra piam religionem, multa verba, multæ doctrinæ fuere, neque bellum sedarunt. Venit Christus, mensam fun-

Ὀπτανόμενος αὐτοῖς δι' ἡμερῶν τεσσαράκοντα, καὶ λέγων τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ. Καὶ συναλιζόμενος παρήγγειλεν αὐτοῖς ἀπὸ Ἱεροσολύμων μὴ χωρίζεσθαι, ἀλλὰ περιμένειν τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Πα- 765 A τρὸς, ἣν ἠκούσατέ μου. Ὢ τῆς πολλῆς ἀνεξικακίας τοῦ Σωτῆρος· ὢ τῆς πολλῆς ἀγαθότητος· ὢ τῆς ἀφάτου φιλανθρωπίας. Ἔστω, Δέσποτα, πρὸ τοῦ πάθους συνήσθιες καὶ συνανεκλίνου τοῖς μαθηταῖς· διὰ τί μετὰ τὴν ἀνάστασιν συναλίζῃ; Ἵνα βεβαιώσω ἐν αὐτοῖς, φησὶ, [a] τῷ Θωμᾷ τὴν ἀνάστασιν. Εἰ γὰρ τούτου γενομένου εἰσί τινες ἔτι καὶ νῦν διαπιστοῦντες τὴν ἀνάστασιν· εἰ μὴ τοῦτο ἐγένετο, καὶ συνέφαγε καὶ συνέπιεν αὐτοῖς, τίς ἂν ἔπειθεν αὐτῶν τὰ ἀχαλίνωτα στόματα, τολμώντων ῥᾳδίως λέγειν πάντα περὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος οἰκονομίας; Ἐντεῦθεν διδασκόμεθα τὴν θείαν καὶ μυστικὴν τράπεζαν τιμᾷν. Πολλάκις γὰρ ἃ μὴ κατώρθωσε λόγος, κατώρθωσε τράπεζα. Πολλάκις B μυρίοι σύμβουλοι καὶ μίαν ἔχθραν οὐκ ἔλυσαν, καὶ μία τράπεζα πολέμους κατέλυσεν. Ἀπὸ τοῦ προηγουμένου λάβε τὴν ἀπόδειξιν. Οὐ διελιμπάνομεν ἐχθροὶ ὄντες τοῦ Θεοῦ ἐκπεπολεμωμένοι πρὸς τὸν Θεῖον λόγον, ὡς λέγει Παῦλος· Ἐχθροὶ ὄντες κατηλλάγημεν τῷ Θεῷ διὰ τοῦ θανάτου τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ. Ἐχθροὶ ἦμεν. Ἀπεστάλη νόμος καὶ οὐ διήλλαξεν· ἦλθον προφῆται, καὶ οὐκ ἔπεισαν· ἀλλ' ἔμειναν οἱ ἐχθροὶ τοῦ Θεοῦ, καὶ πολέμιοι. Πολλοὶ τύραννοι κατὰ τῆς ἀλη- C θείας, πολλοὶ θεομάχοι κατὰ τῆς εὐσεβείας, πολλοὶ λόγοι, πολλαὶ διδασκαλίαι, καὶ οὐκ ἔλυσαν τὸν πόλεμον. Ἦλθεν ὁ Χριστὸς, ἔπηξε τὴν ἑαυτοῦ τράπεζαν, προέθηκεν ἑαυτὸν εἰς βρῶσιν, καὶ εἶπε, Λάβετε, φάγετε, καὶ εὐθέως τὸν πόλεμον ἔλυσε, καὶ τὴν εἰρήνην

c [Cod. 1186. *ἐλαιῶν, ἐν ῷ καὶ ἀνελήφθη. Τοῦ σωτῆρος οὖν πολλάκις.* 1117 *ἐλαιῶν. Ἄτοπον δέ ἐστι τοῦ σωτ. πολλ. ἐπαν. τ. εἰρ., ἡμᾶς μὴ* cet.]

a [Cod. 1186 *τὸ θαῦμα τῆς ἀναστάσεως.*]

κατεβράβευσεν. Ἐν Αἰγύπτῳ μαστίζει τοὺς θεομάχους, καὶ οὐδεὶς ὑπακούει· τύπτει τοὺς τυράννους, καὶ οὐδεὶς πείθεται. Ἐνταῦθα δὲ προτίθησιν ἑαυτὸν εἰς βρῶσιν, καὶ πάντες [b] αἰδοῦνται καὶ πείθονται. Μαστίζων οὐκ ἔπεισεν, καὶ ἐσθιόμενος πείθει. Ἐσθιόμενον λέγω κατὰ τὴν μυστικὴν τράπεζαν. Ἐγὼ γὰρ, φησὶν, εἰμὶ ὁ ἄρτος ὁ ἐξ οὐρανοῦ καταβὰς, καὶ ζωὴν διδοὺς τῷ κόσμῳ. Καὶ συναλιζόμενος αὐτοῖς ἐλάλει D τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ· καὶ Παρήγγειλεν αὐτοῖς ἀπὸ Ἱεροσολύμων μὴ χωρίζεσθαι, ἀλλὰ περιμένειν τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Πατρὸς, ἣν ἠκούσατέ μου. Ἔστω, ἠκούσαμέν σου, Δέσποτα· εἶπας γὰρ, Ἀναβαίνω πρὸς τὸν Πατέρα μου, καὶ παρακαλῶ αὐτὸν, καὶ ἀποστελῶ ὑμῖν τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, τὸν παράκλητον. Σὺ εἶπας ταῦτα, ὁ δὲ Πατὴρ πότε ἐπηγγείλατο; Οὐχ εἶπεν, ἀναμένειν τὴν ἐπαγγελίαν μου, ἀλλὰ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Πατρὸς, ἣν ἠκούσατέ μου. Ναὶ, φησὶν, ὁ Πατὴρ προεπηγγείλατο, ἐγὼ ὑπέμνησα. Καὶ ποῦ ἐπηγγείλατο ὁ Πατήρ; Ὅλον ἐὰν ἀναπτύξῃς τὸ εὐαγγέλιον, οὐχ εὑρίσκεις φωνὴν Πατρὸς ἐπαγγελλομένην τοῖς μαθηταῖς διδόναι Πνεῦμα E ἅγιον. Καὶ ποῦ ἐπηγγείλατο; Ἐν τοῖς προφήταις, ὡς λέγει Παῦλος· Παῦλος δοῦλος Ἰησοῦ Χριστοῦ, κλητὸς ἀπόστολος, ἀφωρισμένος εἰς εὐαγγέλιον Θεοῦ, ὃ προεπηγγείλατο διὰ τῶν προφητῶν αὐτοῦ ἐν Γραφαῖς ἁγίαις περὶ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ.

davit suam, seipsum proposuit in cibum, et dixit : *Accipite, manducate*, et statim bellum Matth. 26. 26.
solvit, pacique triumphum attulit. In Ægypto Dei hostes plagis afficit, et nemo obsequitur : tyrannos perculit, et nemo obtemperat. Hic seipsum proponit in cibum, et omnes erubescunt et obtemperant. Flagellis non persuadebat, et D cum comeditur persuadet : cum comeditur, inquam, in mystica mensa. Nam *Ego*, inquit, Joan. 6. 51.
sum panis qui de cœlo descendit, et dat vitam mundo. Et convescens ipsis loquebatur de regno Dei : et *Præcepit eis ab Jerosolymis ne discederent, sed exspectarent promissionem* Dei *Patris, quam audistis* a me. Esto, audierimus a te Domine : dixisti enim, *Ascendo ad Patrem* Joan. 20. 17.
meum, et advocabo eum, et mittam vobis Spiritum veritatis, Paracletum. Tu hæc dixisti, Pater vero quandonam promisit? Non dixit, Ut exspectarent promissionem meam, sed promissionem Patris, quam audistis a me. Profecto, inquit; E Pater promisit, ego monui. Et ubinam promisit Pater? Si evolveris totum evangelium, non invenies Patris vocem promittentis se discipulis daturum esse Spiritum sanctum. Ubinam ergo promisit? In prophetis, ut dicit Paulus : *Paulus* Rom. 1. 1—3.
servus Jesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus in evangelium Dei, quod ante promiserat per prophetas suos in Scripturis sanctis de Filio suo.

Προεπαγγειλάμενος τοίνυν τὸ εὐαγγέλιον, προεπηγγείλατο καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον διδόναι. Ποῦ οὖν ἡ ἐπαγγελία τοῦ Πνεύματος; Ζητῶ μεθ' ὑμῶν ὡς εἷς ἐξ ὑμῶν ὢν τῇ πίστει καὶ τῇ ἀγάπῃ τῇ περὶ τὸν Χριστόν. Εἶπον γὰρ πολλάκις πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, 760 A ὅτι πρόβατα καὶ ποιμένες πρὸς τὴν ἀνθρωπίνην εἰσὶ διαίρεσιν, πρὸς δὲ τὸν Χριστὸν πάντες πρόβατα. Καὶ γὰρ οἱ ποιμαίνοντες καὶ οἱ ποιμαινόμενοι ὑφ' ἑνὸς τοῦ ἄνω ποιμένος ποιμαίνονται. Ποῦ οὖν ἐπηγγείλατο; Λέγει ὁ Θεὸς διὰ τοῦ προφήτου Ἰωήλ· Ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις, λέγει Κύριος παντοκράτωρ, ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα, καὶ προφητεύσουσιν οἱ υἱοὶ ὑμῶν, καὶ αἱ θυγατέρες ὑμῶν. Ἰδοὺ οὖν ἡ ἐπαγγελία. Ποῦ οὖν ἡ ἔκβασις; Ὅτε ἦλθε τὸ ἅγιον Πνεῦμα εἰς τοὺς ἀποστόλους, καὶ διένειμεν αὐτοῖς τῶν γλωσσῶν τὴν διαίρεσιν, καὶ ἐλάλουν γλώσσαις. Ὑπωπτεύοντο δὲ ὡς μεθύοντες, καὶ λέγει Πέτρος· Ἄνδρες Ἰσραηλῖται, τί προσέχετε τοῖς ἀνδράσι τού- B τοις ὡς μεθύουσιν; Τρίτη γὰρ ὥρα ἐστὶν ἀκμὴν τῆς ἡμέρας. Ἀλλὰ τοῦτό ἐστι τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ προφήτου Ἰωὴλ, ὅτι Ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις, λέ-

12. Cum prius ergo promiserit evangelium, prius promisit etiam se daturum esse Spiritum sanctum. Ubinam illa promissio Spiritus? Vobiscum quæro quasi unus ex vobis; cum vere unus ex vobis sim fide et caritate erga Christum. A Sæpe namque vestræ caritati dixi, oves et pastores ex humana divisione sic vocari : nam erga Christum omnes sumus oves. Etenim tam pastores, quam ii qui pascuntur, ab uno superno pastore pascuntur. Ubinam ergo promisit? Dicit Deus per prophetam Joel : *In novissimis die-* Joel. 2. 28.
bus, dicit Dominus omnipotens, effundam de Spiritu meo super omnem carnem, et prophetabunt filii vestri et filiæ vestræ. En igitur promissionem. Eventus quandonam? Cum descendit Spiritus sanctus in apostolos, et distribuit eis linguarum divisionem, et loquebantur linguis. In ebrietatis suspicionem vocabantur, dicit- B que Petrus : *Viri Israelitæ, quid attenditis his* Act. 2. 14—17.
hominibus quasi ebriis, cum sit hora diei tertia? Sed hoc est quod dictum est per pro-

b [Cod. 1447 ἔδονται. Mox id. ἐσθιόμενος λέγω κατ.]

phetam Joel : In novissimis diebus, dicit Dominus, effundam de Spiritu meo super omnem carnem. Hæc est Patris promissio. At undenam liquet promissionem ex persona Patris esse? quandoquidem novi etiam Filium in prophetis loquutum, undenam liquet Patrem hoc dixisse? *Effundam de Spiritu meo super omnem carnem, et prophetabunt filii vestri*
Ib. v. 19. *et filiæ vestræ. Dabo,* inquit, *signa in cælo sursum, et in terra deorsum; sanguinem, et ignem, et vaporem fumi.* Dixi sæpe, sanguinem e latere fluentem : signum enim erat maximum a mortuo corpore sanguinem effluentem videre; sanguinem e latere manantem, ignem in apostolos descendentem. *Sanguinem, et ignem, et vaporem fumi. Sol convertetur in tenebras, et luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magna et illustris.* Animadverte loquentem Deum Patrem, quomodo Filium indicet, quando dicit, *Antequam veniat dies Domini;* non dicit, Dies meus. Quid igitur? Si tu das signa, cur in alium intelligentiam transfers, dicens, *Antequam veniat dies Domini magnus et illustris?* Animum adhibe. Forte dicat quispiam prophetam loqui ex sua propria persona : *Antequam veniat dies.* At non poterat dicere propheta : *Effundam de Spiritu meo super omnem carnem, antequam veniat dies Domini magnus et illustris. Et erit omnis quicumque invocaverit nomen Domini, salvus erit.* Hoc itaque Deus in prophetis dicit, Paulus
Rom. 10. 12.—13. vero hæc adjicit: *Ipse autem Dominus omnium, dives in omnes, qui invocant illum. Omnis enim quicumque invocaverit nomen Domini, salvus erit.* Deinde ostendens hoc de Christo
Ib. v. 14. dictum esse, ait : *Quomodo ergo invocabunt, in quem non crediderunt? quomodo credent ei, quem non audierunt? quomodo vero audient sine prædicante? quomodo autem prædicabunt, nisi mittantur? Sicut scriptum est: Quam speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona!* Animum adhibe, quæ-
Act. 1. 4. 5. so. *Præcepit,* inquit, *eis ab Jerosolymis ne discederent, sed exspectarent promissionem Patris, quam audistis a me; quia Joannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto, non post multos hos dies.* Nam post quadraginta dies decem erant dies usque ad Pentecosten, in qua apparuit Spiritus sanctus, et baptizavit apostolos, non aqua, sed igne.

γει Κύριος, ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα. Αὕτη ἡ ἐπαγγελία τοῦ Πατρός. Ἀλλὰ πόθεν δῆλον ὅτι ἐκ προσώπου τοῦ Πατρὸς ἦν ἡ ἐπαγγελία; ἐπειδὴ οἶδα καὶ τὸν Υἱὸν λαλοῦντα ἐν τοῖς προφήταις, πόθεν τοῦτο, εἰ ὁ Πατὴρ ἦν ὁ λέγων; Ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα, καὶ προφητεύσουσιν οἱ υἱοὶ ὑμῶν καὶ αἱ θυγατέρες ὑμῶν. Καὶ δώσω, φησὶ, σημεῖα ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω, καὶ ἐν τῇ γῇ κάτω, αἷμα καὶ πῦρ καὶ ἀτμίδα καπνοῦ. Εἶπον
C πολλάκις αἷμα τὸ ἐκ τῆς πλευρᾶς ἐξελθόν· σημεῖον γὰρ ἦν μέγιστον ἀπὸ νεκροῦ σώματος προερχόμενον ἰδεῖν· αἷμα τὸ ἀπὸ πλευρᾶς ῥεῦσαν, πῦρ τὸ ἐπὶ τῶν ἀποστόλων κατελθόν. Αἷμα καὶ πῦρ καὶ ἀτμίδα καπνοῦ. Ὁ ἥλιος μεταστραφήσεται εἰς σκότος, καὶ ἡ σελήνη εἰς αἷμα, πρὶν ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν Κυρίου τὴν μεγάλην καὶ ἐπιφανῆ. [a] Ὅρα τὸν λαλοῦντα Θεὸν Πατέρα, πῶς τὸν Υἱὸν ἑρμηνεύει λέγων, Πρὶν ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν Κυρίου· καὶ οὐ λέγει, τὴν ἡμέραν τὴν ἐμήν. Τί οὖν; Εἰ σὺ δίδως σημεῖα, πῶς εἰς ἄλλον μεταφέρεις τὴν ἔννοιαν, λέγων, Πρὶν ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν Κυρίου τὴν μεγάλην καὶ ἐπιφανῆ; Πρόσεχε.
D Ἴσως ἐρεῖ τις τὸν προφήτην λέγειν ἐκ προσώπου ἰδίου, Πρὶν ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν. Ἀλλ' οὐκ ἦν εἰπεῖν τὸν προφήτην, Ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα, πρὶν ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν Κυρίου τὴν μεγάλην καὶ ἐπιφανῆ. Καὶ ἔσται, πᾶς ὃς ἂν ἐπικαλέσηται τὸ ὄνομα Κυρίου, σωθήσεται. Τοῦτο οὖν ὁ Θεὸς ἐν τοῖς προφήταις λέγει. Καὶ Παῦλος αὐτῷ ἐπιφέρει λέγων· Ὁ δὲ αὐτὸς Κύριος πάντων, πλουτῶν εἰς πάντας τοὺς ἐπικαλουμένους αὐτόν. Πᾶς γὰρ ὃς ἂν ἐπικαλέσηται τὸ ὄνομα Κυρίου, σωθήσεται. Εἶτα δεικνὺς ὅτι εἰς Χριστὸν εἴρηται, λέγει· Πῶς οὖν ἐπικαλέσον-
E ται εἰς ὃν οὐκ ἐπίστευσαν; πῶς δὲ πιστεύσουσιν οὗ οὐκ ἤκουσαν; πῶς δὲ ἀκούσονται χωρὶς κηρύσσοντος; πῶς δὲ κηρύξουσιν, ἐὰν μὴ ἀποσταλῶσιν; Καθὼς γέγραπται· Ὡς ὡραῖοι οἱ πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων εἰρήνην, τῶν εὐαγγελιζομένων τὰ ἀγαθά. Πρόσεχε, παρακαλῶ. Παρήγγειλε, φησὶν, αὐτοῖς ἀπὸ Ἱεροσολύμων μὴ χωρίζεσθαι, ἀλλὰ περιμένειν τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Πατρὸς, ἣν ἠκούσατέ μου, ὅτι Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισεν ὕδατι, ὑμεῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν Πνεύματι ἁγίῳ, οὐ μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας. Μετὰ γὰρ τεσσαράκοντα ἡμέρας δέκα ἦσαν ἡμέραι
770 A ἕως τῆς πεντηκοστῆς, ἐν ᾗ ἐπέφανε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ ἐβάπτισε τοὺς ἀποστόλους, οὐχ ὕδατι, ἀλλὰ πυρί.

[a] Hic multa ex Regio 2030 excerpsimus, quæ non erant in Ottoboniano.

Ὧδε τοίνυν λύεται τὸ ζήτημα τὸ παρὰ πολλῶν ζητούμενον. Ἐζήτησαν γὰρ πολλοὶ, εἰ πρὸ τοῦ πάθους τοῦ Σωτῆρος βεβαπτισμένοι ἦσαν οἱ ἀπόστολοι τῷ βαπτίσματι τῷ εὐαγγελικῷ. Ἡμεῖς δὲ οὔτε ἀποφαινόμεθα, οὔτε λογισμοῖς ἐγχειρίζομεν ἀνθρωπίνοις τοσαύτην δικαιολογίαν, ἀλλὰ τοῖς γεγραμμένοις στοιχοῦμεν. Εὑρίσκομεν τοὺς ἀποστόλους λαβόντας βάπτισμα πρὸ τοῦ πάθους τοῦ Χριστοῦ, τὸ Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ. Ὁ Σωτὴρ δὲ πρὸ τοῦ πάθους οὐ δίδωσι βάπτισμα ἄλλο, ἵνα μὴ λύσῃ τὸ Ἰωάννου κήρυγμα, B καὶ δώσῃ ἀφορμὴν τοῖς ἀντιλέγουσιν Ἰουδαίοις, ὅτι πρὸς ὕβριν τοῦ βαπτιστοῦ Ἰωάννου ἐπεισήγαγεν ἄλλο ἴδιον βάπτισμα, ἀλλ' ἐᾷ αὐτοὺς ἔχειν τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ ὕδατος, τηρῶν αὐτοῖς τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος. Διὰ τοῦτο ὡς μηδέπω λαβοῦσι Πνεῦμα λέγει, Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον, μετὰ τὴν ἀνάστασιν· καί φησιν, Ἀπέλθετε εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ἀναμείνατε ἐκεῖ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Πατρὸς, ἣν ἠκούσατέ μου, ὅτι Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισεν ὕδατι, ὑμεῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν Πνεύματι ἁγίῳ οὐ μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας· οὐκ ἔτι ὕδατι· ἔλαβον γάρ· ἀλλὰ Πνεύματι ἁγίῳ· οὐκ ἐπεισάγει ὕδωρ τῷ ὕδατι, ἀλλ' ἀναπληροῖ C τὸ λεῖπον τῷ λειπομένῳ. Ὑμεῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν Πνεύματι ἁγίῳ οὐ μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας· ἀντὶ τοῦ μετὰ δέκα. Τίς οὖν χρεία τῶν διαλημμάτων; Τίς; Αἱ δέκα ἡμέραι αἱ μεταξύ· ἐγγυμνάζων τὴν πίστιν τῶν ἀποστόλων. Ἡσυχαζούσης γὰρ τῆς χάριτος, καὶ μηδενὸς φαινομένου, ἐγυμνάζετο αὐτῶν ἡ πίστις, εἰ ἐκδέχονται ὡς ἀψευδῆ [a] τὸν ἐπαγγειλάμενον. Ἐπηγγείλατο καὶ εἶπεν, Οὐ μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας. Οὐ μὴν ὡρίσατο τὰς ἡμέρας, ἀλλ' Οὐ μετὰ πολλὰς ἡμέρας. Οὐ πάντα ἐπιτρέπει ἡμῖν εἰδέναι ὁ Σωτὴρ, ἀλλὰ δείκνυσιν ἔχειν μέτρα δεσποτικῆς τάξεως. Ἃ ἀκούεις, διδάσκου· ἃ δὲ μὴ μανθάνεις, μὴ περιεργάζου. Ὑμεῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. Ὅτε D οὖν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπεφοίτησεν αὐτοῖς τῇ ἡμέρᾳ τῆς πεντηκοστῆς, ἐπλήρωσεν ὅλον τὸν οἶκον οὗ ἦσαν καθήμενοι, ἵνα τῷ Πνεύματι ὦσιν βεβαπτισμένοι, ὡς ἐν ὕδατι. Συμπλέκει δὲ τῇ ἀοράτῳ ὄψει τὴν ὁρωμένην, λέγω δὴ τὴν τῶν γλωσσῶν. Ἐβαπτίσθησαν οὖν ἐν Πνεύματι. Καὶ ὅτι αὐτὸ τοῦτο τὸ βαπτισθῆναι ἦν Πνεῦμα ἅγιον λαβεῖν, μαρτυρεῖ ἄλλη ἱστορία. Ἐγκαλουμένου γὰρ Πέτρου παρὰ τῶν μαθητῶν, διατί εἰσῆλθες πρὸς ἄνδρας Ἕλληνας καὶ κατήχησας αὐτοὺς, καὶ βαπτίσματος καὶ μυστηρίων μετέδωκας; λέγει· Ἐγὼ ἤμην ἐν Ἰόππῃ τῇ πόλει, Κορνήλιος δέ τις ἑκα- E τοντάρχης ἀπέστειλε πρὸς μὲ, καὶ ἀπελθὼν ἐδίδασκον τὸν λόγον· ἐγένετο δὲ ἐν τῷ λαλεῖν με, ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτοὺς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς καὶ ἐφ' ἡμᾶς ἐν ἀρχῇ. Καὶ ἵνα δείξῃ ὁ Πέτρος ὅτι τὸ λαβεῖν τοὺς περὶ Κορ-

13. Hic itaque solvitur quæstio a plurimis mota. Multi quæsierunt, num ante Salvatoris passionem baptizati fuerint apostoli baptismo evangelico. Nos vero neque sententiam dicimus, neque ratiociniis humanis tantam controversiam aggredimur, sed Scripturis hæremus. Comperimus apostolos ante passionem Christi baptisma Joannis Baptistæ accepisse. Servator autem ante passionem aliud baptisma non dedit, ne Joannis prædicationem abrogaret, ansamve contradicendi Judæis præberet, quod ad Joannis Baptistæ contumeliam aliud sibi proprium baptisma induxisset, sed illos sinebat pignus aquæ habere, reservans illis gratiam Spiritus. Quamobrem quasi nondum accepissent Spiritum, ait, *Accipite Spiritum sanctum*; additque: *Abite Jerosolymam, et ibi exspectate promissionem Patris, quam audistis a me; quia Joannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto non post multos hos dies;* non ulterius aqua: jam enim acceperant; sed Spiritu sancto: non addit aquam aquæ, sed complet id quod deficiebat. *Vos autem baptizabimini in Spiritu sancto non post multos hos dies;* scilicet post decem dies. Quid opus est intervallo? Quod intervallum? Decem dies quæ intercesserunt; quibus apostolorum fidem exercitavit. Nam quiescente gratia, et nemine apparente, eorum fides exercebatur, num quasi veracem exspectent eum, qui pollicitus est. Promisit enim dicendo, *Non post multos hos dies.* Non definivit dies, sed dicit, *Non post multos dies*: non omnia nos scire concedit Servator, sed ostendit se mensuram tenere dominicæ auctoritatis. Quæ audis, disce; quæ non didiceris, ne curiose inquire. *Vos autem baptizabimini in Spiritu sancto.* Cum igitur Spiritus sanctus supervenit eis in die Pentecostes, replevit totam domum ubi erant sedentes, ut baptizati essent in Spiritu sancto, velut in aqua. Ea vero quæ in hac visione sub aspectum non cadebant, commiscet cum iis quæ sub sensum cadebant, dico donum linguarum. Baptizati sunt ergo in Spiritu. Quod autem Spiritum accipere idipsum esset quod baptizari in Spiritu, testificatur alia historia. Cum enim Petrus reprehenderetur ab aliis discipulis: Cur ingressus es ad viros gentiles, et instituisti eos, ac baptismi et mysteriorum participes reddidisti? respondit: Ego eram in Joppe urbe, Cornelius autem qui- *Act.* 11

[a] [Cod. 1186 τὴν ἐπαγγελίαν.]

dam centurio misit ad me, et abiens docebam eum: factum est autem cum loquerer, decidit in eos Spiritus sanctus, sicut et in nos in initio. Et ut ostenderet Petrus, quod accipiendo Spiritum sanctum Cornelius et socii baptizati fuissent, Act. 11. 16. statim dixit: *Recordatus sum autem verborum Domini, sicut dicebat: Joannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini in Spiritu sancto.*

νήλιον τὸ Πνεῦμα βάπτισμα ἦν, εὐθέως λέγει· Καὶ ἐμνήσθην τῶν ῥημάτων τοῦ Κυρίου, ὡς ἔλεγεν, ὅτι Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισεν ὕδατι, ὑμεῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν Πνεύματι ἁγίῳ.

14. Erant igitur ante passionem Domini apostoli aqua loti: lavacrum autem illud erat in remissionem peccatorum, sed non erat participatio Marc. 1. 4. Spiritus sancti. Nam *venit,* inquit, *Joannes prædicans in deserto baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum.* At undenam sciemus hunc baptismum accepisse apostolos? Hoc demonstremus. Non dixit, Joannes baptizavit vos aqua; sed baptizavit tantum. Nondum autem palam est eum apostolos baptizasse. Undenam ergo id liquidum? Audi prudenter. Cum enim Petrus repugnando diceret, *Domine, non mihi lavabis pedes in æternum:* respondit Joan. 13. 8.—10. Servator: *Nisi lavero te, non habebis partem mecum. Respondit Petrus: Domine, non tantum pedes, sed et manus et caput;* respondit Servator: *Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lavet.* Vides quo pacto lavacrum confirmaverit? Ubi namque non nominatur Pater et Filius et Spiritus sanctus, baptismus pœnitentiæ est; ubi vero nominatur, baptismus adoptionis. Servator non abrogavit baptismum pœnitentiæ, sed complevit, et adjecit baptismo in Trinitate baptismum sancti Spiritus. Hæretici vero quantum in ipsis fuit, baptismum in Trinitate constitutum abrogarunt. Non reveriti enim sunt mali isti dominicam vocem: *Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lavet. Vos autem baptizabimini in Spiritu sancto non post multos hos dies.* Dehinc ostenditur aviditas humanæ naturæ ejusque curiositas: quoniam proprium est hominibus interrogare semper, Quandonam consummatio? quando veniet Christus? post quot annos finis aderit? quandonam regnum cælorum apparebit? apostoli humanis exercitati incommodis ex Servatore sciscitantur. *Igitur qui convenerant interrogabant* Act. 1. 6. *eum dicentes: Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel?* Quoniam dixerat Marc. 8. 38. ipsis, *Cum venerit Filius hominis in gloria sua,* dicunt ei, *Si in tempore hoc?* discere cupiebant an e propinquo esset exspectatio, an procul salus. Quibus Servator, *Non est ve-*

771 A Ἦσαν οὖν βεβαπτισμένοι πρὸ τοῦ πάθους τοῦ Κυρίου οἱ ἀπόστολοι ὕδατι, καὶ λελουμένοι· ἦν δὲ τὸ λουτρὸν ἐκεῖνο εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, ἀλλ' οὐ μετοχὴ Πνεύματος ἁγίου. Ἦλθε γάρ, φησὶν, Ἰωάννης κηρύττων ἐν τῇ ἐρήμῳ βάπτισμα μετανοίας εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. Καὶ ὅτι τοῦτο εἶχον οἱ ἀπόστολοι, πόθεν εἰσόμεθα; Δείξωμεν τοῦτο. Οὐδὲ γὰρ εἶπεν ὅτι Ἰωάννης ἐβάπτισεν ὑμᾶς ὕδατι, ἀλλ' ὅτι ἐβάπτισε μόνον. Οὔπω δὲ δῆλον εἰ καὶ τοὺς ἀποστόλους ἐβάπτισεν. Πόθεν οὖν τοῦτο δῆλον; Ἄκουσον συνετῶς. Ὅτε γοῦν ἀντέλεγε Πέτρος λέγων, Κύριε, οὐ μή μου νίψῃς τοὺς πόδας εἰς τὸν αἰῶνα, ὁ Σωτὴρ ἔλεγεν, Ἐὰν μὴ B νίψω σε, οὐκ ἔχεις μέρος μετ' ἐμοῦ. Ἀπεκρίθη ὁ Πέτρος, Κύριε, μὴ μόνον τοὺς πόδας, ἀλλὰ καὶ τὰς χεῖρας καὶ τὴν κεφαλήν· ἀπεκρίθη ὁ Σωτὴρ, Ὁ λελουμένος οὐ χρείαν ἔχει νίψασθαι ἢ τοὺς πόδας μόνον. Ὁρᾷς πῶς ἐκύρωσεν τὸ λουτρόν; Ὅπου γὰρ οὐκ ὠνομάσθη Πατὴρ καὶ Υἱὸς καὶ ἅγιον Πνεῦμα, βάπτισμα μετανοίας μόνον ἐστίν· ὅπου δὲ ὠνομάσθη, βάπτισμα υἱοθεσίας. Ὁ Σωτὴρ οὐκ ἠθέτησεν τὸ τῆς μετανοίας, ἀλλ' ἐπλήρωσε, καὶ προσέθηκε τὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος τῷ τοῦ ἐν Τριάδι. Οἱ δὲ αἱρετικοὶ βάπτισμα τὸ ἐν Τριάδι κυρωθὲν ἠθέτησαν, ὅσον τὸ παρ' αὐτοῖς. Οὐκ ᾐδέσθησαν γὰρ οἱ δείλαιοι τὴν δεσποτικὴν φωνὴν, Ὁ λελουμένος οὐ χρείαν ἔχει νίψασθαι ἢ C τοὺς πόδας μόνον. Ὑμεῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν Πνεύματι ἁγίῳ οὐ μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας. Εἶτα λοιπὸν τὸ λίχνον τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως καὶ πολυπραγμόσυνον· ἐπειδὴ ἴδιον τῶν ἀνθρώπων ἐρωτᾷν πάντοτε, πότε ἡ συντελεία; πότε ἔρχεται ὁ Χριστός; μετὰ πόσα ἔτη τὸ τέλος ἐστί; πότε ἡ βασιλεία αὐτοῦ φαίνεται; οἱ ἀπόστολοι τὸ ἀνθρώπινον πάθος γυμνάζοντες ἄρχονται ζητεῖν παρὰ τοῦ Σωτῆρος. Οἱ μὲν οὖν συνελθόντες ἐπηρώτων αὐτὸν, λέγοντες· Κύριε, εἰ ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ ἀποκαθιστάνεις τὴν βασιλείαν D τῷ Ἰσραήλ; Ἐπειδὴ ἔλεγεν αὐτοῖς, Ὅταν ἔλθῃ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ, λέγουσιν, Εἰ ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ; ἐβούλοντο μαθεῖν εἰ τότε ἐγγύς ἐστιν ἡ προσδοκία, εἰ βραδύνει ἡ σωτηρία. Εἶτα ὁ Σωτήρ· Οὐχ ὑμῶν ἐστι γνῶναι χρόνους ἢ καιροὺς, οὓς ὁ Πατὴρ ἔθετο ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ. Τοῖς ἀποστόλοις οὐδὲ χρόνοι ἐπετράπησαν εἰς ἔρευναν· καὶ αἱρετικοῖς ἐπετράπη τὴν οὐσίαν τὴν ὑπερχρόνιον καὶ τὴν φύσιν

τὴν προαιώνιον ἐρευνᾷν; Ὅταν οὖν τις αἱρετικὸς συζητῇ τὰ τοιαῦτα, καὶ λέγῃ, πῶς ἐγέννησεν ὁ Πατήρ; καὶ τίς ὁ τῆς θείας γεννήσεως τρόπος, [a] σὺ ἀντίστρεψον αὐτῷ τὴν δεσποτικὴν φωνήν· Οὐχ ὑμῶν ἐστι γνῶναι χρόνους ἢ καιρούς· οὐχ ὑμῶν ἐστι γνῶναι Θεοῦ γέννησιν καὶ οὐσίαν, καὶ οὐ μόνον οὐχ ὑμῶν, E ἀλλ' οὐδὲ ἀγγέλων, οὐδὲ ἀρχαγγέλων, [b] οὐ πάσης τῆς κτιστῆς δυνάμεως. Ἀλλὰ τίνος ἐστὶ γνῶναι; Οὐδεὶς οἶδε τὸν Πατέρα εἰ μὴ ὁ Υἱὸς, οὐδὲ τὸν Υἱόν τις ἐπιγινώσκει εἰ μὴ ὁ Πατὴρ μόνος, οὐδὲ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ, εἰ μὴ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ· Οὐχ ὑμῶν ἐστι γνῶναι χρόνους ἢ καιρούς. Οὐκ αἰδῇ τὸ μέτρον τῶν ἀποστόλων; οἱ συναλισθέντες τῷ Σωτῆρι, οἷς ἐφάνη, οἱ φωτισθέντες παρ' αὐτοῦ, οὐκ ἐπιτρέπονται εἰδέναι, ἀλλὰ διδάσκονται μὴ ὑπερβαίνειν μέτρα, καὶ ἤκουσαν, Οὐχ ὑμῶν ἐστι γνῶναι χρόνους ἢ καιρούς· καὶ σὺ 772 A ἐρευνᾷς; Ἀλλ' ὁ Δανιὴλ ἔμαθε καὶ χρόνους καὶ καιροὺς καὶ μέτρα γνῶναι. Ἑβδομήκοντα γὰρ ἑβδομάδες, φησὶ, συνετμήθησαν ἐπὶ τὸν λαόν σου. Ἀπὸ λόγου ἡμερῶν ἐξόδου τοῦ οἰκοδομηθῆναι τὸν ναόν· ἑβδομάδες ἑπτὰ καὶ ἑβδομάδες ἑξήκοντα, καὶ δύο καὶ μία. Ἰδοὺ ἐνεδέχετο μαθεῖν χρόνους· ἀλλ' ἀπὸ τῶν χρόνων ἐπιστομίζει τὴν τόλμαν, ἵνα μάθωσιν οἱ ἄνθρωποι ὅτι εἰ περὶ χρόνων οὐκ ἐπιτρέπονται μαθεῖν, πολλῷ μᾶλλον περὶ τῆς θείας γεννήσεως οὐκ ὀφείλουσιν ἐρευνᾷν. Οὐχ ὑμῶν ἐστι γνῶναι χρόνους ἢ καιροὺς οὓς ὁ Πατὴρ ἔθετο ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ. Ὁ Υἱὸς οὖν οὐκ ἔθετο, ἀλλ' ἐν ἐξουσίᾳ τοῦ Πατρὸς αἰῶνες καὶ B χρόνοι, καὶ ὁ Υἱὸς οὐδὲν ἔχει κοινόν; Εἰ οὖν οὐδὲν ἔχει κοινὸν ὁ Υἱὸς εἰς τοὺς χρόνους καὶ τοὺς καιροὺς καὶ τοὺς αἰῶνας, ψεύδεται Παῦλος λέγων· Ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν τούτων ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν Υἱῷ, δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν. Εἰ τῶν αἰώνων ποιητὴς ὁ Υἱὸς, καὶ ἐν τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ Υἱοῦ κεῖνται· καὶ τοῦτό ἐστιν ὃ λέγει Παῦλος· Οὓς ὁ Πατὴρ ἔθετο ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ. Ἐξουσίαν ἄρα καλεῖ τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱὸν, ὥσπερ καὶ δύναμιν καὶ σοφίαν. Χριστὸς γὰρ Θεοῦ δύναμις καὶ Θεοῦ σοφία.

Οὐχ ὑμῶν ἐστι γνῶναι χρόνους ἢ καιροὺς, ἀλλὰ λήψεσθε δύναμιν ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς. Λήψεσθε δύναμιν, οὐκ εἰς τὸ πολυπραγμονεῖν

strum nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate. Apostolis ne tempora quidem explorare fas erat; et hæreticis licitum erit substantiam tempora excedentem, et naturam æternam scrutari? Cum hæreticus quispiam ita quæsierit, Quo pacto genuit Pater? quis divinæ generationis modus? tu illi dominicam vocem reponas, *Non est vestrum nosse tempora vel momenta;* non est vestrum nosse Dei generationem et substantiam; nec tantum non est vestrum, sed neque angelorum, neque archangelorum, neque cujusvis creatæ potestatis. Sed cujusnam est nosse? *Nemo novit Patrem* Matth. 11. 27. *nisi Filius, neque Filium quis novit nisi solus Pater;* neque profunda Dei, nisi Spiritus Dei: *Non est vestrum nosse tempora vel momenta.* Non revereris apostolorum modum? qui cum Servatore vixerant, quibus ipse apparuit, qui ab illo illuminati, illud tamen nosse non permittuntur, sed docentur modum suum non transcendere, illudque audierunt, *Non est vestrum nosse tempora vel momenta:* et tu scrutaris? Daniel quidem didicit tempora et momenta novisse: nam ait, *Septuaginta hebdomades abbreviatæ sunt super populum* Dan. 9. 24. *tuum. A verbo dierum exitus, ut ædificetur templum; hebdomades septem, et hebdomades sexaginta et duæ et una.* En hic tempora ediscere potuit; verum ex illa temporum ratione hominum audaciam refrenat, ut discant se, si hæc tempora ediscere non permittantur, multo minus debere divinam generationem scrutari. *Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate.* Ergone Filius non posuit in sua potestate; sed in potestate Patris sunt sæcula et tempora, Filiusque nihil habet cum illo commune? Si nihil habet commune Filius circa tempora, momenta et sæcula, mentitur Paulus cum dicit: *In novissimo dierum horum loquutus est nobis in* Hebr. 1. 2. *Filio, per quem fecit et sæcula.* Si sæculorum conditor Filius, ergo illa in ejus potestate sunt: et illud est quod ait Paulus, *Quos Pater posuit in sua potestate.* Potestatem ergo Patris vocat Filium, quemadmodum et virtutem et sapientiam. *Christus enim Dei virtus et Dei sapientia.* 1. Cor. 1. 24.

15. *Non est vestrum nosse tempora vel momenta, sed accipietis virtutem supervenientis sancti Spiritus in vos.* Act. 1. 7. 8. Accipietis vir-

[a] [Cod. 1447 συναντίστρεψον.]

[b] [Cod. 1186 οὔτε μὴν πάσης τινὸς κτ. δ.]

tutem, non ut scrutemini tempora vel momenta, C sed ut credatis Domino : *Et eritis mihi testes in Jerusalem et in omni Judæa et Samaria, et usque ad terminum terræ.* Ne metiaris ordinem verborum, sed auctoritatis potentiam. Hic dixit, Prædicate ubique : illud potestatem ejus indicat, si verba rei exitus sequatur. Possum et ego auctoritate et arrogantia usus, adstantibus vel domesticis paucis vel fratribus dicere : Proficiscimini ad gentes, et omnes docete, omnes convertite, barbaros occidite, cunctos imperio adversantes concidite : verba prodeunt; sed si gesta ipsa non sequantur, non modo mendax deprehendor, sed etiam ut arrogans et temerarius D punior. Examinentur ergo verba Servatoris, non ex iis quæ dixit, sed etiam ex iis quæ per-
Matth. 28. 19. fecit. Dixit, *Docete omnes gentes ;* si dictum illud non in opus exierit, illud arrogantia erat, at non auctoritas divina. Dixit, Prædicate usque ad terminum terræ : si quis sit terminus vel extremus terræ, qui prædicationis expers fuerit, prædictio falsa est : si autem res ipsæ plus quam verba splendeant, veraces sunt testes, verax ille
Act. 1. 9. cui testimonium perhibent. *Et cum hæc dixisset, videntibus illis elevatus est.* Poterat non E palam ascendere; sed sicut testes resurrectionis habuit oculos discipulorum, sic et ipsos ocula-
Ibid. et *Luc.* 24. *Lt.* *Act.* 1. 10. tos assumtionis testes constituit. *Videntibus illis elevatus est; ab iis sublatus est, et ferebatur in cælum, et nubes suscepit eum : cumque intuerentur in cælum euntem illum,* assumtus, elevatus est, sursum ferebatur, et ingressus est :
Hebr. 9. 24. *Non enim in manufacta sancta ingressus est Jesus, sed in ipsum cælum, ut appareret* 773 A *coram Deo.* Nec solum ingressus est, sed etiam
Heb. 4. 14. penetravit : nam ait Paulus : *Habentes pontificem magnum, qui penetravit cælos, Jesum.* Ascendit, adiit, assumtus est, ivit, penetravit. Animadverte. Ascendit quasi potestatem habens,
Psal. 46. 6. ut impleretur prophetæ oraculum : *Ascendit Deus in jubilatione.* Hic propheta apertam affert fiduciam. *Ascendit Deus in jubilatione.*
Psal. 23. 7. 8. *Attollite portas, principes, vestras, et elevamini, portæ æternales, et introibit Rex gloriæ. Introibit :*
Hebr 9. 24. *Non enim in manufacta sancta ingressus est Jesus; sed in ipsum cælum* ingredietur Rex gloriæ. Duo demum facta sunt : B

χρόνους ἢ καιρούς, ἀλλ' εἰς τὸ πιστεύειν τῷ Δεσπότῃ· Καὶ ἔσεσθέ μοι μάρτυρες ἔν τε Ἱερουσαλὴμ καὶ ἐν πάσῃ τῇ Ἰουδαίᾳ καὶ Σαμαρίᾳ, καὶ ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς. Μὴ μετρήσῃς τῶν λόγων τὴν τάξιν, ἀλλὰ τῆς αὐθεντίας τὴν δύναμιν. Οὗτος εἶπε, κηρύξατε πανταχοῦ· τοῦτο δείκνυσι τὴν δύναμιν αὐτοῦ, εἰ ἐξέβη εἰς πρᾶγμα τὸ ῥῆμα. Δύναμαι ἐγὼ αὐθεντίᾳ χρησάμενος καὶ ἀλαζονείᾳ εἰπεῖν τοῖς [a] παρεστῶσιν ἢ ὀλίγοις οἰκέταις ἢ ἀδελφοῖς· ἐξέλθετε εἰς τὰ ἔθνη, καὶ πάντα διδάξατε, πάντας ἐπιστρέψατε, βαρβάρους ἀνέλετε, τοὺς ἐναντιουμένους [b] τῇ βασιλείᾳ ἐκκόψατε· τὰ ῥήματα προβαίνει, ἀλλ' ἐὰν τὰ πράγματα μὴ ἀκολουθήσῃ, οὐ μόνον ὡς ψεύστης καταγινώσκομαι, ἀλλὰ D καὶ ὡς ἀλαζὼν καὶ προπετὴς κολάζομαι. Ζητείσθω οὖν τὰ ῥήματα τοῦ Σωτῆρος, μὴ ἐξ ὧν ἐλάλησεν, ἀλλ' ἐξ ὧν ἐτέλεσεν. Εἶπε, Μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη· εἰ μὴ προῆλθεν ὁ λόγος εἰς ἔργον, ἀλαζονεία ἦν, καὶ οὐκ αὐθεντία θεϊκή. Εἶπε, κηρύξατε ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς· εἰ ἔστιν ἐσχατιά τις ἀμοιροῦσα τοῦ κηρύγματος, ἐψεύσατο ἡ πρόῤῥησις· εἰ δὲ πρὸ τῶν ῥημάτων λάμπει τὰ πράγματα, ἀληθεῖς οἱ μάρτυρες καὶ ἀληθὴς ὁ μαρτυρούμενος. Καὶ ταῦτα εἰπὼν, βλεπόντων αὐτῶν ἐπήρθη. Ἠδύνατο μὲν γὰρ μὴ φανερῶς ἀνελθεῖν, ἀλλ' ὥσπερ τῆς ἀναστάσεως ἔσχε μάρτυρας E τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν μαθητῶν, οὕτω πάλιν αὐτοὺς αὐτόπτας ποιεῖ καὶ τῆς ἀναλήψεως. [c] Βλεπόντων αὐτῶν ἐπήρθη· διέστη ἀπ' αὐτῶν καὶ ἀνεφέρετο εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ νεφέλη ὑπέλαβεν αὐτόν· καὶ ὡς ἀτενίζοντες ἦσαν εἰς τὸν οὐρανὸν πορευομένου αὐτοῦ, ἀνελήφθη, ἐπήρθη, ἀνεφέρετο, εἰσῆλθεν· Οὐ γὰρ εἰς χειροποίητα ἅγια εἰσῆλθεν ὁ Ἰησοῦς, ἀλλ' εἰς αὐτὸν τὸν οὐρανὸν ἐμφανισθῆναι τῷ Θεῷ. Καὶ οὐ μόνον εἰσῆλθεν, 773 A ἀλλὰ καὶ διῆλθεν· Ἔχοντες γὰρ, φησὶν, ὁ Παῦλος, ἀρχιερέα μέγαν διεληλυθότα τοὺς οὐρανοὺς Ἰησοῦν. Ἀνῆλθεν, ἀνέβη, ἀνελήφθη, ἐπορεύετο, διῆλθεν. Πρόσεχε. Ἀνέβη ὡς ἐξουσίαν ἔχων, ἵνα πληρωθῇ τὸ τοῦ προφήτου λόγιον· Ἀνέβη ὁ Θεὸς ἐν ἀλαλαγμῷ. Ἐνταῦθα ὁ προφήτης γυμνὴν φέρει [a] παῤῥησίαν. Ἀνέβη ὁ Θεὸς ἐν ἀλαλαγμῷ. Ἄρατε πύλας οἱ ἄρχοντες ὑμῶν, καὶ ἐπάρθητε πύλαι αἰώνιοι, καὶ εἰσελεύσεται ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης. Εἰσελεύσεται· Οὐ γὰρ εἰς χειροποίητα ἅγια εἰσῆλθεν ὁ Ἰησοῦς, ἀλλ' εἰς αὐτὸν τὸν οὐρανὸν εἰσελεύσεται ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης. Δύο λοιπὸν ἐγένετο· ὥσπερ γὰρ ἐξενίσθη ἡ γῆ θεασαμένη περιβεβλημένον σῶμα τὸν Σωτῆρα, καὶ ὥσπερ ἔθος ἡμῖν, ὅταν ἴδωμεν ξένον πρόσωπον, λέγομεν, B τίς ἐστιν οὗτος; οὐδεὶς γὰρ περὶ γνωρίμου ἐρωτᾷ·

[a] [Cod. 1447 τοῖς παρεστῶσιν ὀλίγοις οἰκ. καὶ ἀδελφαῖς (sic).]

[b] [Cod. 1186 τῆς βασιλείας μου ἐκκόψατε αὐτούς. 1447 τῇ βασιλείᾳ ἐκκ. αὐτούς.]

[c] Hic in Regiis 2027 et 2030 est assumentum longissimum septem octove paginarum, quod nugacem Græculum sapit.

[a] [Cod. 1186 τὴν φωνήν.]

οὕτω καὶ ἡ γῆ θεασαμένη τὸν Σωτῆρα δύναμιν θεϊκὴν ἔχοντα, καὶ ἐπιτάσσοντα τοῖς ἀνέμοις καὶ τῇ θαλάσσῃ, λέγει, Τίς ἐστιν οὗτος, ὅτι ἡ θάλασσα καὶ οἱ ἄνεμοι ὑπακούουσιν αὐτῷ; Ὥσπερ οὖν ἡ γῆ ξενιζομένη ἐβόα, Τίς ἐστιν οὗτος; οὕτω καὶ ὁ οὐρανὸς ξενιζόμενος ἐν σαρκὶ βλέπων τὴν θεότητα λέγει, Τίς ἐστιν οὗτος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης;

Καὶ ὅρα τὸ θαυμαστόν. Ὁ Σωτὴρ ἦλθε, καὶ ἐλθὼν ἤνεγκε τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ἀνελθὼν δὲ ἀνήνεγκε σῶμα ἅγιον, ἵνα δῷ τῷ κόσμῳ ἐνέχυρον σωτηρίας, Πνεύματος ἁγίου δύναμιν. Πάλιν τῷ αὐτῷ κόσμῳ [b] ἀῤῥα- C βῶνα σωτηρίας τὸ σῶμα τὸ ἅγιον λεγέτω ὁ Χριστιανός. Ὅταν δὲ εἴπω τοῦτο, καὶ σὲ λέγω καὶ ἕκαστον πρόσωπον Χριστιανοῦ. Ἐγὼ Χριστιανός εἰμι καὶ τοῦ Θεοῦ εἰμι· πόθεν τοῦτο; Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔχω τὸ ἐξ οὐρανοῦ κατιόν. Θέλεις καὶ ἄλλην ἀπόδειξιν; Ἔλαβον Πνεῦμα ἐξ οὐρανοῦ τὸ τοῦ Θεοῦ, ἔχω μου τὸν ἀῤῥαβῶνα βέβαιον. Ποῖον ἀῤῥαβῶνα; Ἄνω τὸ σῶμα αὐτοῦ, κάτω τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ πρὸς ἡμᾶς. Ἀμφιβάλλεις, αἱρετικὲ, ὅτι τοῦ Θεοῦ ἐσμεν; Γένος ἐγένετο ἓν, Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων. Ὥσπερ γὰρ τὰ διεστῶτα μέρη συνάπτει ἐπιγαμβρία, καὶ ὁ μὴ εἰδώς τινα πόθεν ἐστὶ, μιᾶς συναπτομένης καὶ ἑνὸς, δύο γένη ὅλα συνάπτει, καὶ ὁ μὲν ὡς ἀνεψιὸς τάττεται, D ὁ δὲ ὡς θεῖος· οὕτως ἀναλαβόντος σάρκα Χριστοῦ, διὰ τῆς σαρκὸς ἐγένετο πᾶσα ἡ Ἐκκλησία συγγενὴς Χριστοῦ, Παῦλος Χριστοῦ συγγενὴς, Πέτρος, πᾶς πιστὸς, πάντες ἡμεῖς, πᾶς εὐσεβής. Διὰ τοῦτο λέγει Παῦλος· Γένος οὖν Θεοῦ ὑπάρχοντες. Ἀλλ' οἶδα τὴν ἔννοιαν καθ' ἣν εἴρηται· οὐ σκοπός μοι ἐστὶν ὅλην ἱστορῆσαι τὴν θεωρίαν, ἀλλ' ὅτι μόνον βεβαιοῖ Παῦλος τὸ γένος. Καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν· Ἡμεῖς ἐσμεν σῶμα Χριστοῦ καὶ μέλη ἐκ μέρους ἐκ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ. Ἀντὶ τοῦ, διὰ τὴν σάρκα ἣν ἀνέλαβε συγγενεῖς E αὐτοῦ ἐσμεν. Ἔχομεν οὖν τὸ ἐνέχυρον αὐτοῦ ἄνω, ἤγουν τὸ σῶμα, ὃ ἐξ ἡμῶν προσελάβετο, καὶ κάτω τὸ ἅγιον Πνεῦμα μεθ' ἡμῶν. Καὶ ὅρα τὸ θαυμαστόν· οὐ λέγω ὅτι τὸ Πνεῦμα κατέβη ἐξ οὐρανοῦ, καὶ οὐκ ἔτι ἐστὶν ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ἀντηλλάξατο τὸ μὲν σῶμα τὸν οὐρανὸν, τὸ δὲ Πνεῦμα τὴν γῆν, ἀλλὰ καὶ μεθ' ἡμῶν τὸ Πνεῦμα, καὶ πανταχοῦ, καὶ ἄνω· Ποῦ γὰρ, φησὶ, πορευθῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός σου; Καὶ τί θαυμάζεις, εἰ τὸ Πνεῦμα καὶ μεθ' ἡμῶν καὶ ἄνω, καὶ τὸ σῶμα Χριστοῦ καὶ ἄνω καὶ μεθ' ἡμῶν; Ἔσχεν 774 ὁ οὐρανὸς τὸ ἅγιον σῶμα, ἐδέξατο καὶ ἡ γῆ τὸ ἅγιον A Πνεῦμα· ἦλθεν ὁ Χριστὸς καὶ ἤνεγκε τὸ ἅγιον Πνεῦμα,

quemadmodum enim obstupuit terra cum vidit Servatorem corpore indutum; et sicut cum extraneum et ignotum quempiam videmus, solemus dicere, Quis hic est? de noto quippe nemo sciscitatur: sic etiam terra Servatorem videns divina virtute præditum, ventisque et mari imperantem, dicit: *Quis est hic, quia venti et mare obediunt ei?* Matth. 8. 27. Quemadmodum itaque obstupescens terra clamabat: *Quis est hic?* sic et cælum obstupescens, quod in carne divinitatem cerneret, dicit: *Quis est iste Rex gloriæ?* Psal. 23. 8.

16. Et vide mihi, quæso, rem mirabilem. Salvator venit, veniensque Spiritum sanctum attulit, ascendens corpus sanctum retulit, ut daret mundo pignus salutis, Spiritus sancti virtutem. Rursus eidem mundo sanctum corpus salutis pignus esse dicat Christianus. Cum hoc dico, et te dico et unamquamque personam Christianam. Ego Christianus sum et Dei sum: quare hoc? Spiritum sanctum de cælo descendens habeo. Vis aliud indicium? Accepi Spiritum Dei de cælo, pignus meum habeo certum. Quodnam pignus? Corpus ejus sursum est; Spiritus ejus deorsum apud nos. Dubitasne, hæretice, nos esse Dei? Genus unum factum est Dei atque hominum. Quemadmodum enim separatas partes jungit cognatio, et is, qui quempiam non novit, ex unius viri cum muliere conjunctione duas familias totas copulat ita ut ille consobrinus, ille avunculus constituatur: sic Christo carnem assumente, per carnem tota Ecclesia, Christi cognata effecta est: Paulus est Christi cognatus, Petrus item, omnisque fidelis, nos omnes, quivis pius. Ideo dicit Paulus, *Genus ergo cum simus Dei.* Act. 17. 29. At etsi sciam qua mente id dictum sit, non in scopo mihi est, totam dicti rationem et sensum explorare; sed id solum dicam, Paulum genus illud firmare. Et alibi rursum: *Nos sumus corpus Christi, et membra ex parte, ex carne ejus.* 1. Cor. 12. 27. Scilicet propter carnem quam assumsit cognati ejus sumus. Habemus igitur pignus ejus sursum, nimirum corpus quod ex nobis assumsit; et in terra Spiritum sanctum nobiscum. Et vide rem mirabilem; non dico quod Spiritus descenderit de cælo, et non ultra sit in cælo, et quod mutatis sedibus, corpus cælum, Spiritus terram occupet; sed quod Spiritus sit nobiscum, et ubique, et in cælo: nam, *Quo ibo,* inquit, *a Spiritu tuo?* Psal. 138. 7. Ecquid miraris si Spiritus sit nobiscum et sursum, quando etiam corpus Christi

[b] [Cod. 1117 ἀῤῥαβὼν σωτ. τ. σ. τ. ἅ. λέγεται ὁ χρ.]

est et sursum et nobiscum? Habuit cælum sanctum corpus; suscepit et terra sanctum Spiritum; venit Christus et attulit Spiritum sanctum; ascendit Christus et retulit nostrum corpus. Videreque erat imaginem Adami, in sepulchro humatam, non ultra cum angelis apparentem, sed super angelos cum Deo sedentem, ut et nos ejus opera ipsi assideremus. O tremendam et stupendam dispensationem! o magnum regem per omnia magnum, ita magnum, inquam, et mirabilem! *Psal. 8. 2.* Atque ut ait propheta: *Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra! quoniam elevata est magnificentia tua super cælos.* Elevata est divinitas; ipsis verbis dicitur: *Videntibus illis elevatus est,* qui secundum omnia magnus, magnus *Psal. 47. 2.* Deus, magnus Dominus: *Magnus Dominus et laudabilis nimis.* Si vero magnus Deus et magnus Dominus, magnus etiam rex est, *Ibid.* *Rex magnus super omnem terram. Ib. v. 3. Montes Sion, latera aquilonis, civitas regis magni.* Magnus propheta, magnus sacerdos, magnum lumen, secundum omnia magnus. Semperque Scriptura *Tit. 2. 13.* magnum prædicat; ut cum Paulus dicit: *Magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi;* quemadmodum et David dicit: *Magnus Dominus et laudabilis nimis.* Magnus rex, magnus propheta: cum enim miracula ederet Jesus, dicebant turbæ vulgi: *Luc. 7. 16.* *Propheta magnus surrexit in nobis, et Deus visitavit plebem suam.* Non modo autem secundum divinitatem magnus, sed etiam secundum carnem: quemadmodum enim Deus magnus, Dominus magnus, et rex magnus est secundum divinitatem: ita rursus et magnus sacerdos, et magnus propheta. Quomodo illud? *Hebr. 4. 14.* Ait Paulus: *Habentes itaque pontificem magnum qui penetravit cælos Jesum Filium Dei, tenemus confessionem nostram.* Si autem pontifex magnus et propheta magnus, vere visitavit Deus plebem suam, et suscitavit prophetam magnum in Israel. Quod si magnus est propheta, magnus sacerdos, rex magnus, lux etiam magna *Isai. 9. 1. 2.* est: *Galilæa gentium, populus qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam;* imo et dies *Joel. 2. 31.* ejus magnus, ut ait propheta: *Antequam veniat dies Domini magnus et horribilis.* Cum undique magnum audias et magna esse opera ejus, unde tibi in mentem venit, o hæretice,

ἀνῆλθε καὶ ἀνήνεγκε τὸ ἡμέτερον σῶμα. Καὶ ἦν ἰδεῖν τὴν εἰκόνα τοῦ Ἀδὰμ τὴν ἐν τάφῳ κεχωσμένην, οὐκ ἔτι μετὰ ἀγγέλων φαινομένην, ἀλλ' ὑπεράνω τῶν ἀγγέλων συγκαθημένην τῷ Θεῷ, ἵνα καὶ ἡμᾶς συγκαθίσῃ μετ' αὐτοῦ. Ὢ τῆς φοβερᾶς καὶ ξένης οἰκονομίας· ὢ τοῦ μεγάλου βασιλέως τοῦ τὰ πάντα μεγάλου, τοῦ [a] οὕτως μεγάλου καὶ θαυμαστοῦ. Καὶ ὡς εἶπεν ὁ προφήτης· Κύριε ὁ κύριος ἡμῶν, ὡς θαυμαστὸν τὸ ὄνομά σου ἐν πάσῃ τῇ γῇ, ὅτι ἐπήρθη ἡ μεγαλοπρέπειά σου ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν. Ἐπήρθη ἡ θεότης· B αὐτολεξεὶ κεῖται· Βλεπόντων αὐτῶν ἐπήρθη, ὁ τὰ πάντα μέγας, μέγας ὁ Θεὸς, μέγας ὁ Κύριος· Μέγας Κύριος καὶ αἰνετὸς σφόδρα. Εἰ δὲ μέγας Θεὸς καὶ μέγας Κύριος, μέγας καὶ βασιλεὺς, Βασιλεὺς μέγας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. Ὄρη Σιὼν, τὰ πλευρὰ τοῦ βοῤῥᾶ, ἡ πόλις τοῦ βασιλέως τοῦ μεγάλου. Μέγας προφήτης, μέγας ἱερεὺς, μέγα φῶς, τὰ πάντα μέγας. Καὶ ἀεὶ ἡ Γραφὴ μετὰ προσθήκης αὐτὸν λέγει μέγαν, ὡς ὅταν λέγῃ Παῦλος· Τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ὡς καὶ Δαυὶδ λέγει· Μέγας Κύριος καὶ αἰνετὸς σφόδρα. Μέγας βασιλεὺς, μέγας προφή- C της· ὅτε γὰρ ἐποίει τὰ θαύματα ὁ Ἰησοῦς, ἔλεγον οἱ ὄχλοι, Ὅτι μέγας προφήτης ἐγήγερται ἐν ἡμῖν, καὶ ὅτι ἐπεσκέψατο ὁ Θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ. Οὐ μόνον γὰρ κατὰ τὴν θεότητα μέγας, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν σάρκα· ὥσπερ γὰρ Θεὸς μέγας, καὶ Κύριος μέγας, καὶ βασιλεὺς μέγας κατὰ τὴν θεότητα, οὕτω πάλιν καὶ ἱερεὺς μέγας, καὶ προφήτης μέγας. Πόθεν τοῦτο; Λέγει Παῦλος· Ἔχοντες οὖν ἀρχιερέα μέγαν διεληλυθότα τοὺς οὐρανοὺς Ἰησοῦν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, κρατοῦμεν τῆς ὁμολογίας ἡμῶν. Εἰ δὲ ἀρχιερεὺς μέγας καὶ προφήτης μέγας, ὄντως ἐπεσκέψατο ὁ Θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ ἀνέστησε προφήτην μέγαν ἐν τῷ D Ἰσραήλ. Εἰ δὲ μέγας προφήτης, μέγας ἱερεὺς, μέγας βασιλεὺς, καὶ φῶς μέγα· Γαλιλαία τῶν ἐθνῶν, ὁ λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει εἶδε φῶς μέγα· ἀλλὰ καὶ ἡ [b] ἡμέρα αὐτοῦ ἡ μεγάλη, ὡς λέγει ὁ προφήτης, Πρὶν ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν Κυρίου τὴν μεγάλην καὶ ἐπιφανῆ. Πανταχοῦ μέγαν ἀκούων, καὶ μεγάλα τὰ ἔργα Κυρίου, πόθεν ἐπῆλθέ σοι σχίζειν, αἱρετικὲ, καὶ σμικρύνειν τὸν μέγαν; Ἔχωμεν οὖν ἀῤῥαβῶνα τῆς ζωῆς ἡμῶν ἐν οὐρανῷ, συνανελήφθημεν τῷ Χρι- E στῷ. Πάλιν οὖν ἁρπαζόμεθα ἐν νεφέλαις, ἐὰν ὦμεν ἄξιοι ἐπὶ νεφελῶν ἀπαντῆσαι. Ὑπόδικος οὐκ ἀπαντᾷ δικαστῇ, ἀλλὰ φαίνεται μὲν αὐτῷ παριστάμενος, οὐκ ἀπαντᾷ δὲ, ὡς ἀπαῤῥησίαστος ὤν. Εὐξώμεθα οὖν καὶ ἡμεῖς ἅπαντες, ἀγαπητοὶ, ἵνα τῶν ἀπαντώντων κἂν ἐν μικρᾷ τάξει τύχωμεν. Ὥσπερ γὰρ οἱ ἀπαντῶντες

[a] [Cod. 1447 ὄντως μεγάλου. 1186 βασιλέως χριστοῦ. ταῦτα γὰρ πάντα τοῦ ὄντως μεγάλου βασιλέως καὶ θαυμαστοῦ ὡς εἶπεν cet.]

[b] [Codicem sequimur 1447. Montf. omittit ἡ ante ἡμέρα. Cod. 1186 καὶ ἡμέρα αὕτη μεγάλη.]

βασιλεῖ, κἂν μὴ πάντες ὦσιν ὁμότιμοι, ἀλλ' ὅμως τετίμηνται παρ' αὐτοῦ· οὕτως ἔσται καὶ τότε. Οὐδὲ γὰρ πάντες ὁμοίως ἐπολιτεύσαντο· Ἕκαστος γὰρ τὸν ἴδιον μισθὸν λήψεται κατὰ τὸν ἴδιον κόπον. Μηδέποτε τοίνυν κωλυέσθω λόγος Θεοῦ, ἀλλὰ μετὰ ἀληθείας 775 A παῤῥησιαζώμεθα ἅπαντες ἐν ἀγάπῃ Χριστοῦ λαὸν τρέφοντες, ψυχὰς ἀρδεύοντες, ψυχαῖς μεριζόμενοι, ταῖς δὲ ὑπονοίαις μὴ σχιζόμενοι. Ὁ εἰρήνης ἐχθρὸς ἔχει τὸν δικάζοντα. Καὶ ἐπειδὴ, ἀδελφοὶ, ἀνθρώπους μὲν πείθομεν, Θεῷ δὲ πεφανερώμεθα οἷοί ἐσμεν, μάρτυς ὁ τῶν ἐννοιῶν ἐπόπτης, ὃς ἀπαιτήσει λόγον πάντα τὸν λαλοῦντα τὸ ψεῦδος, ὡς οὐδέποτε ἐχθροὶ εἰρήνης οὔτε ἠθελήσαμεν, οὔτε θέλομεν γενέσθαι. B Ἐὰν γὰρ τὴν εἰρήνην ἀπολέσωμεν, ἐχθροί ἐσμεν ἐκείνων τῶν ἀκουσάντων παρὰ Χριστοῦ, Εἰρήνη ὑμῖν. Ἀλλ' ὅτι εἰρήνην θέλομεν, καὶ σπεύδομεν, καὶ ποθοῦμεν, μάρτυς ὁ εἰδώς· περὶ δὲ τῶν λοιπῶν σιωπήσομεν. Ὁ γὰρ βραβευτὴν ἐκδεχόμενος τὸν Θεὸν, τῇ ἀπολογίᾳ οὐχ ὑβρίζει τὸ ἄνω δικαστήριον. Δυνατὸς δὲ ὁ Θεὸς εἰρήνην δοῦναι, εἰρήνην πῆξαι, εἰρήνην βραβεῦσαι ἐν τοῖς κηρύττουσι καὶ ἐν τοῖς κηρυσσομένοις, ἐν τοῖς διδάσκουσι καὶ ἐν τοῖς μανθάνουσιν, ἵνα διὰ πάντων ἀπὸ εἰρήνης ἀρξάμενοι, καὶ ἐν εἰρήνῃ μεσάσαντες, καὶ ἐν εἰρήνῃ πληρώσαντες, τῷ Θεῷ τῆς εἰρήνης δόξαν ἀναπέμψωμεν, τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

scissionem facere, et magnum illud minuere? Habeamus igitur pignus vitæ nostræ in cælo; assumti sumus una cum Christo. Rursus certe rapiemur in nubibus, si digni fuerimus, qui illi in nubibus obviam veniamus. Reus non obviam venit judici, sed coram eo sistitur, nec occurrit illi umquam, utpote qui minus habeat fiduciæ. Precemur itaque et nos omnes, carissimi, ut simus ex numero eorum qui ipsi obviam venient, licet in minori ordine. Ut enim ii qui regi occurrunt, etiamsi non omnes pari in honore sint, honorifice tamen excipiuntur ab eo: sic erit et illo tempore. Neque enim omnes eodem vivendi genere sunt usi: nam *Unusquisque mercedem suam accipiet, secundum proprium laborem.* 1. Cor. 3. 8. Numquam itaque impediatur verbum Christi; sed cum veritate fiduciam habeamus omnes in caritate Christi, populum pascentes, animas irrigantes, animis divisi, sed cogitationibus non divisi. Pacis inimicus judicem habet. Et quoniam, fratres, hominibus quidem verbis persuademus, Deo autem tales videmur, quales sumus, testis est ille cogitationum inspector, qui rationem repetet ab iis omnibus qui mendacia loquentur, nos numquam pacis inimicos esse nec voluisse, nec hodie velle. Nam si pacem perdiderimus, inimici erimus eorum qui a Christo audierunt, *Pax vobis*. Verum quod pacem velimus, et curemus, et concupiscamus, testis ille qui novit; de reliquis tacebimus. Nam qui præmiorum largitorem exspectat Deum, ad se purgandum non contumeliam inferet superno illi tribunali. Potest Deus pacem dare, pacem firmare, pacem decernere inter prædicatores et auditores, inter doctores et discipulos, ut per omnia a pace orsi, et in pace medium transigentes, et in pace perseverantes, Deo pacis gloriam referamus, Patri et Filio et Spiritui sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

SPURIA.

MONITUM

AD HOMILIAS QUINQUE IN ASSUMTIONEM DOMINI.

Inter spurias jure ablegatæ sunt hæ quinque Homiliæ in Assumtionem Domini, quarum quatuor priores a Morello publicatæ sunt Tomo 6, quinta eaque brevissima apud Savilium habetur. Qui Savilius etiam excepta prima alias omnes edidit. Ex numero autem videntur esse eorum viginti duum brevium λόγων in Assumtionem, quos commemorat Photius in Biblioth. Cod. 25.

Homilia prima nobis Chrysostomo indigna videtur esse : hic enim scriptor ἀπροσδιόνυσος ab alio ad aliud inepte excurrit : nam in brevissima oratione ab Assumtione Domini orsus, ab hoc argumento ad aliud transit, nempe ad apostolos, ad Paulum maxime : ex abrupto autem ad alapam jussu Ananiæ sacerdotum principis Paulo incussam progreditur, et quasi prioris instituti oblitus, hic Pauli laudes multis celebrat. Voces porro usurpat a Chrysostomo vel numquam vel parum frequentatas, ut ἐκονδύλιζον, *interficiebant*, πλῆκτρον τῆς ζωῆς, *plectrum vitæ*, epitheton Pauli; θεοκλητοῦντες, *Deum invocantes*; et alia id genus, quæ plura proferre possemus, nisi jam constaret hoc opusculum non esse Chrysostomi.

Paulo melioris notæ est homilia secunda : sed quæ tamen non careat suspicione νοθείας : nam libenter crediderim esse centonem ex variis Chrysostomi locis consarcinatum. In Editione autem Savilii habetur Tomo 5, p. 973,*l. 37, et consuitur cum altera de Ascensione homilia brevissima, manifeste spuria, quam postremam omnium de Ascensione homiliarum infra referimus : in multis autem variat, et aliquot in locis non mediocriter ab hac de qua agimus discrepat. Unde liqueat hanc homiliam fuisse diversorum manibus tractatam. Esse itaque centonem suspicor, ut dixi, variis ex Chrysostomi locis adornatum : certe illa quam pluribus hic prosequitur comparatio de Elia rapto cum Christo in cælum ascendente, eadem omnino et iisdem pene verbis legitur supra in genuino Chrysostomi sermone de Ascensione, Tomo 2, p. 455. Ut autem potius centonem esse opiner, quam veram Chrysostomi homiliam, hic locus me movet, qui ita præcedentibus assuitur, ut cum iis non cohærere videatur : atque item ea quæ comparationem illam subsequuntur, non videntur cum præcedentibus apte conjuncta. Quibus perspectis omnibus, Chrysostomi sit, necne, non ausim affirmare, etsi magis in negandi partem propendeam.

Homilia tertia sese prodit alterius esse scriptoris, quam Chrysostomi; dicendi genus remissum, stylus a doctore nostro alienus : paulo ante finem contra Nestorianos agere videtur, et quæstionem circa duas in Christo naturas jam agitatam fuisse arguit.

Ejusdem farinæ est quarta homilia, stylo scilicet χυδαίῳ scripta, in qua commemorantur septem præcipuæ Christi solennitates, quarum ultima erit futurus adventus. Hic clarius agitur contra Nestorianos, cum dicitur dualitatem naturarum a propheta aperte prædicari, et infra cum hæreticos hujusmodi adoritur hic quisquis sit scriptor.

Quinta homilia inepti Græculi opus, secundæ, ut supra diximus, præmittitur, cum illaque conjungitur apud Savilium.

Quatuor priorum interpretatio Latina est Gerardi Vossii, quam multis in locis emendavimus. Quintam nos Latine convertimus.

* [In indice Operum quæ in hoc tertio Tomo continentur verba « *In Savil. non reperitur* » delenda numerique hic indicati reponendi sunt. Savilii textum, Montfauconiano fortasse præstantiorem, ob ipsa hæc reverendi patris Benedictini verba, sequi non licebat.]

A

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ

Εἰς τὴν ἀνάληψιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ὁμιλία α'.

gentilis : si hæc inania verba sunt, redarguat ; si autem vera, adoret virtutem. Dixit Christus : *Cælum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt.* Quid sibi volunt verba ejus? Adducamus in medium ; videamus num interciderint. Non dubitans dico, sed hæretico os occludo. Ideo *Cælum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt.* Quæ verba? Matth. 16. 18. *Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferi non prævalebunt adversus eam. Super hanc petram.* Non dixit, Super Petrum : neque enim super hominem, sed super fidem ejus Ecclesiam ædificavit. Ib. v. 16. Quid erat illa fides? *Tu es Christus Filius Dei vivi.* Petram Ecclesiam vocavit, quæ excipit fluctus, et non concutitur. Etenim Ecclesia tentationes excipit, sed non vincitur. Quid igitur est illud, *Super petram?* Confessio in verbis est. Num immittis lapides? num ligna? num ferrum? Nequaquam, inquit : non est enim ædificium hujusmodi, quod, quolibet modo structum sit, tempore solvitur : confessionem autem ne dæmones quidem vincere possunt. Cujus rei testes sunt martyres, quorum latera radebantur, nec tamen illi fidem amittebant. O res admirandas ! Paries effoditur, et thesaurus non abripitur ; caro consumitur, et fides non amittitur : talis quippe martyrum virtus. *Nam super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam : et portæ inferi non prævalebunt adversus eam.* Verborum accurationem animadvertite : *Portæ inferi non prævalebunt adversus eam.* Cur, inquiunt, non impedit quominus tentationes Ecclesiam impetant? Non impedio ; nonne ut meam virtutem ostendam? Si nemo eam impugnaret, dicere possint : Si oppugnaretur, utique vinceretur. Ideo sinit eam impugnari, ne defectui impugnantium victoria adscribatur. *Et portæ inferi,* non dicit, Non impingent in eam : sed, *Non prævalebunt adversus eam :* impugnabitur, sed non vincetur. Tempestates subit Ecclesia, sed non demergitur : fluctibus jactatur, sed non obruitur : tela excipit, sed non vulneratur : machinis impetitur, sed turris non quatitur. Et quid dico Ecclesiam? Unum verbum protulit piscator, et stat sicut turris immobilis. Quot tyranni verbum hoc delere conati sunt, et non potuerunt? Supra petram enim fundatum erat. Hic animum adhibe: tyranni, Imperatores, diademata, gladii acuti, dentes ferarum, mortis oblatæ terrores, sartagines, fornaces : pharetram quippe suam evacuavit diabolus : sed Ecclesiam non læsit. Quare? *Portæ inferi non prævalebunt adversus eam.* Quot ab initio Ecclesiæ impugnatores? Ubinam illi? Silentio et oblivioni dati sunt : et Ecclesia floret. Ubi Claudius? ubi Augustus? ubi Nero? ubi Tiberius? Nomina mera sunt : horum nemo

ἴδωμεν μὴ διέπεσαν. Οὐκ ἀμφιβάλλων λέγω, ἀλλὰ τὸν αἱρετικὸν ἐπιστομίζων. Διὰ τοῦτο Ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται, οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσι. Ποῖοι λόγοι; Σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ E πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. Ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ. Οὐκ εἶπεν, ἐπὶ τῷ Πέτρῳ· οὔτε γὰρ ἐπὶ τῷ ἀνθρώπῳ, ἀλλ' ἐπὶ τὴν πίστιν τὴν ἑαυτοῦ Ἐκκλησίαν ᾠκοδόμησε. Τί δὲ ἦν ἡ πίστις; Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος. Πέτραν τὴν Ἐκκλησίαν ἐκάλεσε, δεχομένην κύματα, καὶ μὴ σαλευομένην. Καὶ γὰρ ἡ Ἐκκλησία δέχεται πειρασμοὺς, ἀλλ' οὐ νικᾶται. Τί οὖν ἐστιν, Ἐπὶ τῇ πέτρᾳ; Ὁμολογία ἐπὶ τοῖς ῥήμασιν. Οὐ λίθους βάλλεις; οὐ ξύλα; οὐ σίδηρον; Οὐχὶ, φησίν· οὐ γάρ ἐστιν οἰκοδομὴ τοιαύτη, ἣ, οἵα ἂν ᾖ, τῷ χρόνῳ λύεται· ὁμολογίαν δὲ οὔτε δαίμονες νικῆσαι δύνανται. Καὶ μαρτυροῦσιν οἱ μάρτυρες, οἱ τὰς πλευρὰς ξεόμενοι, καὶ τὴν πίστιν οὐκ ἀπολλύντες. 791 Ὢ καινῶν καὶ A παραδόξων πραγμάτων. Ὁ τοῖχος διορύττεται, καὶ ὁ θησαυρὸς οὐ συλᾶται· ἡ σὰρξ δαπανᾶται, καὶ ἡ πίστις οὐκ ἀναλίσκεται· τοιαύτη τῶν μαρτύρων ἡ δύναμις. Ἐπὶ γὰρ τῇ πέτρᾳ ταύτῃ οἰκοδομήσω μου τὴν Ἐκκλησίαν· καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. Προσέχετε τῇ ἀκριβείᾳ τοῦ ῥήματος. Πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. Διὰ τί γὰρ, φησὶ, μὴ κωλύει τοὺς πειρασμοὺς τῇ Ἐκκλησίᾳ προσέρχεσθαι; Οὐχ ἵνα δείξω μου τὴν δύναμιν; Ἂν μή τις αὐτὴν πολεμήσῃ, ἔχουσιν εἰπεῖν· εἰ ἐπολεμήθη, ἐνικᾶτο. Διὰ τοῦτο ἀφίησιν αὐτὴν πολεμηθῆναι, ἵνα μὴ τῇ ἐρημίᾳ τῶν πολεμούντων τὰ τῆς νίκης ἐπιγράφηται. Καὶ πύλαι ᾅδου, οὐκ εἶπεν, οὐ προσβάλωσιν αὐτῇ, ἀλλ', Οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς· πολεμηθήσεται μὲν, οὐ νικηθήσεται δέ. Χειμάζεται ἡ Ἐκκλησία, ἀλλ' οὐ καταποντίζεται· κλυδωνίζεται, ἀλλ' οὐ γίνεται ὑποβρύχιος· δέχεται βέλη, ἀλλ' οὐ δέχεται τραύματα· B δέχεται μηχανήματα, ἀλλ' ὁ πύργος οὐ σαλεύεται. Καὶ τί λέγω ἡ Ἐκκλησία; Ἕνα λόγον ἐφθέγξατο ὁ ἁλιεὺς, καὶ ἕστηκεν ὡς πύργος ἄσειστος. Πόσοι τύραννοι ἐφιλονείκησαν ἀφανίσαι τὸ ῥῆμα τοῦτο, ἀλλ' οὐκ ἴσχυσαν; Ἐπὶ γὰρ τῇ πέτρᾳ τεθεμελίωτο. Ἐννόησον· τύραννοι, βασιλεῖς, διαδήματα, ξίφη ἠκονημένα, θηρίων ὀδόντες, θάνατοι ἀπειλούμενοι, τήγανα, κάμινοι. Καὶ μὴν τὴν βελοθήκην αὐτοῦ ἐξεκένωσεν ὁ διάβολος, τὴν δὲ Ἐκκλησίαν οὐκ ἔβλαψε. Διὰ τί; Πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. Πόσοι ἐξ ἀρχῆς ἐπολέμησαν τὴν Ἐκκλησίαν; ποῦ οἱ πολεμήσαντες; Σεσίγηνται, καὶ λήθῃ παραδίδονται· ἡ Ἐκκλησία ἀνθεῖ. Ποῦ Κλαύδιος; ποῦ Αὔγουστος; ποῦ Νέρων; ποῦ Τιβέριος; Ὀνόματά εἰσι ψιλά· τούτων δὲ οὐδεὶς μέμνηται. Ἐπειδὴ τὴν Ἐκκλησίαν ἐπολέμησαν, καὶ τὴν μνήμην ἀπώλεσαν· ἡ δὲ Ἐκκλησία ὑπὲρ τὸν C ἥλιον λάμπει. Ὅπου δ' ἂν ἀπέλθῃς, εἰς Ἰνδοὺς, εἰς Μαυροὺς, εἰς Βρετανοὺς, [a] εἰς τὴν οἰκουμένην, εὑρήσεις, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ βίον ἐνάρετον. Πρὸ γὰρ τούτου καὶ πόλεις ἐν ἀσεβείᾳ πεπληρωμέναι· νῦν δὲ καὶ ἡ ἔρημος εὐσεβείας ἐμπέπλησται. Πρὸ τούτου καὶ βασιλίδες ὠρχοῦντο· γενεσίων δὲ γενομένων Ἡρώδου ὠρχήσατο ἡ θυγάτηρ Ἡρωδιάδος· σήμερον

[a] In veteri versione additur, *ad Hispanos*

δὲ θεράπαινα οὐ καταξιοῖ τοῦτο ποιῆσαι. [b] Πρὸ τούτου Πέρσαι μητέρας ἐγάμουν· σήμερον παρθενίαν ἀσκοῦσι. Πρὸ τούτου Γότθοι πατέρας ἀπέκτειναν· σήμερον τὸ αἷμα αὐτῶν ὑπὲρ εὐσεβείας ἐκχύειν σπουδάζουσι. Πρὸ τούτου καὶ ἰδιῶται ἀσεβεῖς· σήμερον καὶ βασιλεῖς εὐσεβεῖς, καὶ δῆμοι. Ὁ παρὼν βασιλεὺς διάδημα ἀποθέμενος, καὶ λαβὼν σταυρὸν, ἐν ἀώρῳ ἡλικίᾳ πεπολιωμένην δὲ σοφίαν ἐνδεικνύμενος, ἐν ἐκκλησίᾳ βασιλείαν οὐκ ἐπιγινώσκων· ἔξω δόρατα, καὶ ἐνταῦθα μυστήρια· ἔξω ἀσπίδες, καὶ ἐνταῦθα μυσταγωγίαι· Θεοδοσίου υἱὸς, καὶ ὁ πατὴρ Θεοδοσίου. Ὑπὲρ δὲ τούτων εὐχαριστήσωμεν τῷ Θεῷ· ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

meminit. Quia Ecclesiam impugnaverunt, nulla eorum mentio : Ecclesia autem plus quam sol splendet. Quocumque ieris, ad Indos, ad Mauros, ad Britannos, ad totum orbem terræ, invenies illud, *In principio erat Verbum*, et vitam ubi- Joan. 1. 1.
que probam. Antehac vero civitates erant impietate repletæ; nunc autem ipsum desertum pietate plenum est. Antea reginæ saltabant : nam in natali Herodis saltavit filia Herodiadis; hodie Matth. 14.
ne ancilla quidem id facere dignatur. Antea 6.
Persæ matres suas in uxores ducebant; hodie virginitatem colunt. Antea Gotthi patres occidebant; hodie sanguinem suum pro pia religione fundere non dubitant. Antehac etiam privati erant impii; hodie Imperatores et populi pii sunt. Imperator hodiernus posito diademate, accepta cruce, ætatem habens immaturam, canitie dignam sapientiam exhibet, in ecclesia imperium non agnoscens : foris satellitium, hic mysteria : foris scuta, hic sacrorum initiationes : Theodosii filius et pater Theodosii. Pro his omnibus gratias agamus Deo : cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

[b] Hæc ita habentur in veteri versione Latina, a textu Græco longe diversa : *Antiquitus gentis Persarum filii parentibus sociabantur connubio, et soror fratri jungebatur impune : nunc vero virginitatem oppetunt. Ante hoc autem quoties in Britannia humanis vescebantur carnibus, nunc jejuniis reficiunt animam suam. Massagetæ et Derbices miseros putant qui ægrotatione moriuntur, et parentes, cognatos, propinquos, cum ad senectam venerint, jugulatos devorant, rectius esse dicentes, ut a se potius quam a vermibus consumantur : nunc vero post passionem Christi et resurrectionem ejus, abstinentia et castitate devote militant Christo, et prope omnes gentes pro nomine Domini fundere sanguinem suum non dubitant.*

ΕΙΣ ΤΗΝ ΑΓΙΑΝ ΠΕΝΤΗΚΟΣΤΗΝ. D

Λόγος β′

Ἐπεφοίτησεν ἡ τοῦ Πνεύματος χάρις· ἀληθὴς γὰρ ὁ τὴν δωρεὰν τοῦ Πνεύματος ὑποσχόμενος. Ἐπεδήμησεν ὁ Παράκλητος ὁ παρὰ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ κηρυττόμενος· ἀψευδὴς γὰρ ὁ τὴν ἄφιξιν προμηνύσας, οὐ δοῦλος δούλου παρουσίαν προλέγων, ἀλλὰ Δεσπότης ὁμοτίμου Δεσπότου γενόμενος μηνυτὴς, καὶ διδάσκαλος ἀγαθὸς, ἀγαθῷ παραχωρῶν διδασκάλῳ, μᾶλλον δὲ συμπαρόντι παρὼν καὶ συνανιὼν ἀνιόντι, καὶ συγκατιὼν ἐρχομένῳ. Ἀδιαίρετος γὰρ τῆς Τριάδος ἡ χάρις· καὶ οὔτε ἀναβὰς ἀπέστη, οὔτε ἐρχόμενος οὐ παρῆν. Ἀλλ' ἀνῆλθεν ὡς ἄνθρωπος ὁ Θεὸς Λόγος, καὶ πάρεστι· κατῆλθε δὲ ὁ Παράκλητος, καὶ τοὺς οὐρανοὺς οὐ κατέλιπεν· ἀλλὰ σὺν τῷ Πατρὶ βασι- 792
λεύει, καὶ τὴν γῆν καταυγάζει, καὶ τὴν οἰκονομίαν A
ἐπλήρωσε, καὶ γένη γλωσσῶν τοῖς ἀποστόλοις ἀπέστειλε· καὶ φωνῆς μέγεθος ἐξαίφνης ἠκούετο, καὶ βιαίας αὔρας ἦχος ἀπετελεῖτο, καὶ βροντῆς τύπον ἡ τοῦ Πνεύματος ἄφιξις ἐμιμεῖτο· ἐπὶ γὰρ τοὺς υἱοὺς τῆς βροντῆς * περιεγίνετο. Καὶ ὤφθησαν αὐτοῖς δια-

IN SANCTAM PENTECOSTEN.

Sermo II.

Advenit gratia Spiritus : verax quippe est ille qui donum Spiritus sancti promisit. Advenit Paracletus a Domino Christo prædicatus; mentiri enim nequit is qui ejus ad nos profectum prænuntiavit. Non servus servi adventum prædicit; sed Dominus Domini æquali honore præditi prænuntius fuit : et bonus doctor bono doctori loco cedit; imo potius et præsenti adest, et cum ascendente ascendit, et cum descendente advenit. Indivisibilis quippe est Trinitatis gratia : ac neque qui ascendit, abiit; neque qui venit, aberat. Sed ascendit Dei Verbum ut homo, et tamen adest; descendit vero Paracletus, nec cælos reliquit : sed cum Patre regnat, et terram illuminat, œconomiam implevit, et genera linguarum apostolis misit; vox ingens statim audiebatur, vehementis auræ sonitus factus est, tonitrui strepitum adventus Spiritus sancti imitabatur : nam super Filios tonitrui adventabat. *Et apparuerunt* Act. 2. 3.

* ἴσ. παρεγ.

cis dispertitæ linguæ tamquam ignis : eratque id quod apparebat, terribile; id vero quod agebatur, desiderabile : flamma ingruens, nec urens; ignis insidens, nec comburens ; ignis qui cælestem sapientiam dabat, ignis qui in linguas innumeras dividebatur, ignis in verborum species divisus : flamma quæ piscatores argumentandi modum docebat, quæ coriarium rhetorem efficiebat. Imo vero his non sunt comparandi sophistæ. Illi enim unius solum gentis doctores erant; hi vero totius orbis pædagogi. Vir Galilæus Medorum lingua loquebatur, Parthice sciebat, Elamitice non ignorabat : sed omnium dialectorum imagines in ore ferebat. Auditorum nemo illum esse barbarum putabat, neque a verborum talium ut spuriorum auditu refugiebat: sed a tota gente quasi contribulis audiebatur, quia totius orbis linguam circumferebat : et hunc primum piæ religionis fructum accepimus. Nam in constructione turris vocum species divisæ sunt, et alii homines aliorum linguam ignorabant. Deoque perosi propositi concordiam ignorantia verborum dissipari opus erat, et eos qui simul et male operabantur, linguæ mutatione disjungi, absurdique conatus notitiam ex verbis accipere : ita ut is qui loquebatur nihil diceret, et qui audiebat nihil intelligeret ne tempus frustra insumeretur. Quodnam tibi arrogantiæ lucrum? quis tanti operis finis? Cur eum qui apprehendi nequit, apprehendere satagis? Cur cælum ipsum rapere contendis, qui ne dignus quidem es qui terra fruaris? Quid sublimia loqueris, qui ne proximi quidem tui vocem intelligis? Vocem et linguam tuam divido, et opus solvo ; non quod ascensum tuum metuam, nec quod regno meo timeam, sed quod de te vane laborante et fatiscente sim sollicitus. Non enim lapidum structura, nec multorum manibus ædificata turris in cælum deducere potest, sed currus divinæ cognitionis, et equi justitiæ, vitaque luce purior, atque alæ virtutis in illa ducunt via. Illos quidem divisæ linguæ ab ausu deterruere, ita Deo sapienter clementerque dispensante. Quod autem illis utpote improbis abstulit, hoc apostolis utpote probis dedit : et qui per linguam improbos castigaverat, per linguam sanctos gloria affecit : ac ministri verbi ejus formas suscipiunt, non ad ostentationem gratia utentes, sed ad usum donum accipientes. Oportebat enim orbis doctores orbis linguas callere. Infirmus certe doctor, qui a discipulis non intelligitur. Verum illi utpote quibus tanta mysteria credita fuerant, necessario linguarum notitiam prius acceperunt. Nullus enim quempiam mysteria docere potest, quin prius ille crediderit; nec potest quis credere, nisi quæ dicuntur teneat. Hinc cœpit Spiritus gratia; ideoque sonituum
Psal. 18. 5. miracula prius edidit. *In omnem terram exi-*

μεριζόμεναι γλῶσσαι ὡσεὶ πυρός· καὶ ἦν τὸ φαινόμενον φοβερὸν, τὸ δὲ γινόμενον ποθεινόν· φλὸξ ἐφιζάνουσα, καὶ μὴ καίουσα, πῦρ ἐπικαθήμενον, καὶ μὴ φλέγον· πῦρ τὴν ἐπουράνιον σοφίαν δωρούμενον, πῦρ εἰς ἀπείρους μεριζόμενον γλώσσας, πῦρ εἰς μυρίας ἰδέας ῥημάτων τεμνόμενον· φλὸξ σοφιστεύειν τοὺς ἁλιέας διδάσκουσα, καὶ ῥήτορα τὸν σκυτοτόμον ἀπαρτίζουσα. Μᾶλλον δὲ οὐδὲν τοσοῦτον οἱ σοφισταί. Οἱ μὲν γὰρ ἑνός τινος ἦσαν ἔθνους διδάσκαλοι, οἱ δὲ τῆς οἰκουμένης γεγένηνται παιδευταί. Καὶ Γαλιλαῖος
B ἀνὴρ τὰ Μήδων ἐφθέγγετο, καὶ τὰ τῶν Πάρθων ἐπίστατο, καὶ τὰ τῶν Ἐλαμιτῶν οὐκ ἠγνόει· ἀλλ᾽ εἶχεν ἐπὶ τοῦ στόματος πάσης εἰκόνας φωνῆς. Καὶ οὐδεὶς αὐτῶν τῶν ἀκροατῶν ἐνόμιζε βάρβαρον, οὐδὲ ὡς νόθους τοὺς λόγους τῆς ἀκοῆς ἀπέφυγεν· ἀλλ᾽ ὡς παντὸς ἔθνους πολίτης ἠκούετο, πάσης τῆς οἰκουμένης γλῶτταν ἑαυτῷ περιφέρων, καὶ πρῶτον τοῦτον τῆς εὐσεβείας εἰλήφαμεν καρπόν. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς τοῦ πύργου κατασκευῆς τὰ τῆς φωνῆς ἐμερίσθη, καὶ τὰς ἀλλήλων ἠγνόησαν γλώττας οἱ ἄνθρωποι. Ἔδει γὰρ τῆς θεομάχου βουλῆς τὴν ὁμόνοιαν [1] ἀγνωσίαις συναχθῆναι ῥημάτων, καὶ τοὺς κακῶς ἀλλήλοις συμπράξαντας τῇ τῆς γλώττης μεταβολῇ διαστῆναι, καὶ τῶν ἀλογίστων ἐγχειρημάτων λόγῳ τὴν πεῖραν λαβεῖν, καὶ μήτε λέγοντα λέγειν, μήτε ἀκούοντα συνιέναι, μηδὲ μάτην προσαπολλύναι τοὺς χρόνους. Τί γάρ σοι
C τῆς ἀπονοίας τὸ κέρδος; τί σοι τῆς μεγαλουργίας τὸ τέλος; Τί τὸ ἀκατάληπτον βιάζῃ καταλαβεῖν; Τί τὸν οὐρανὸν ἁρπάζειν φιλονεικεῖς, ὁ μηδὲ τῆς γῆς ἄξιος ὢν ἀπολαύειν; Τί μετεωρολογεῖς, ὁ μηδὲ τῆς τοῦ πλησίον φωνῆς ἐπακούων; Μερίζω σοι τὴν φωνὴν, καὶ καταλύω τὴν πρᾶξιν, οὐ τὴν σὴν ἀνάβασιν δεδοικὼς, οὐδὲ ὑπὲρ τῆς ἐμοῦ βασιλείας φοβούμενος, ἀλλὰ σοῦ τοῦ μάτην πονοῦντος καὶ κοπτομένου κηδόμενος. Οὐδὲ γὰρ λίθων οἰκοδομὴ, καὶ πολυχειρίᾳ συντιθέμενος πύργος εἰς οὐρανὸν ἀνάγειν πέφυκεν, ἀλλὰ ἅρματα θεογνωσίας, καὶ [2] πολλοὶ δικαιοσύνης, καὶ φωτὸς καθαρώτερος βίος, καὶ πτέρυγες ἀρετῆς πρὸς ἐκείνην τὴν ὁδὸν ἀνάγουσιν. Ἐκείνους μὲν ἡ γλῶττα μερισθεῖσα τῆς τόλμης κατέπαυσε, σοφῶς τε ἐμοῦ καὶ φιλανθρώπως τοῦτο τοῦ Θεοῦ κυβερνήσαντος. Ὃ δὲ παρ᾽ ἐκείνων ἔλαβεν ὡς κακῶν, τοῦτο τοῖς ἀποστό-
D λοις ὡς ἀγαθοῖς ἐδωρήσατο, καὶ ὁ διὰ γλώττης κολάσας τοὺς ἀσεβεῖς, διὰ γλώττης τοὺς ἁγίους ἐδόξασε· καὶ οἱ τοῦ λόγου διάκονοι, τὰς τοῦ λόγου μορφὰς ὑποδέχονται, οὐ πρὸς ἐπίδειξιν τῆς χάριτος [3] ἀπολαύσαντες, ἀλλ᾽ ἐπὶ χρείᾳ τὸ δῶρον [4] ἐπιδεξάμενοι. Ἔδει γὰρ τοὺς τῆς οἰκουμένης παιδευτὰς τὰ τῆς οἰκουμένης ἐπίστασθαι. Ἀσθενὴς γὰρ διδάσκαλος ὁ τοῖς μανθάνουσιν ἀσαφής. Ἀλλ᾽ ὡς τηλικούτων μυστηρίων πιστευόμενοι, ἀναγκαίως πρότερον τῶν γλωσσῶν τὴν γνῶσιν ἐλάμβανον. Οὐδὲ γὰρ δύναταί τις μυσταγωγεῖν τὸν μὴ πιστεύσαντα πρότερον· πιστεύει δ᾽ ἂν οὐδεὶς, ἀπείρως ἔχων τῶν λεγομένων. Ἐντεῦθεν ἡ τοῦ Πνεύματος ἤρξατο χάρις, καὶ διὰ τοῦτο τὰ περὶ τῶν φθόγγων πρότερον ἐθαυματούργησεν. Εἰς πᾶσαν γὰρ τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν. Ἔμελλε

[1] ἴσ. ἀγνωσίᾳ συνταραχθῆναι ῥημάτων.

[2] ἴσ. πῶλοι.

[3] ἴσ. ἀπολαύσοντες.

[4] ἴσ. ἐπιδεξόμεναι.

E καὶ τὴν οἰκουμένην καταλαμβάνειν, καὶ τοῖς ὁρίοις τῆς γῆς μετρεῖσθαι, καὶ οὐδένα ἀδίδακτον [1] παρεῖναι, οὐδὲ ἀμαθήτευτον παρατρέχειν. Ὤφθησαν δὲ ἐν εἴδει πυρὸς μεριζόμεναι γλῶσσαι. Καὶ γὰρ τὰ τοῦ πυρὸς ἔμελλον ἐνεργεῖν τῶν ἀποστόλων αἱ γλῶσσαι, καὶ διπλῆν τὴν χρῆσιν δείκνυσθαι· καὶ τὸν μὲν διάβολον καταφλέγειν, φωτίζειν δὲ τοὺς καθημένους ἐν σκότει. Ὅρα μοι πῦρ παντὸς ἐλαίου τοῖς πιστοῖς προσηνέστερον· ὅρα μοι γλῶτταν παντὸς πυρὸς τῷ διαβόλῳ φοβερωτέραν· ὅρα μοι γλῶτταν τῆς ἀσεβείας τὰς ἀκάνθας συμφλέγουσαν, καὶ τὰ λήϊα τῆς εὐσεβείας δροσίζουσαν· ὅρα μοι δώδεκα μαθητὰς ἐξ ἑνὸς διδασκάλου παιδευομένους· ὅρα μοι δώδεκα στρατη- 793 A γοὺς ὑφ' ἑνὶ βασιλεῖ ταττομένους· ὅρα μοι δώδεκα φωστῆρας λαμπροὺς ἐκ μιᾶς ἀνατέλλοντας κορυφῆς· ὅρα μοι δώδεκα καθαρὰς ἀκτῖνας ἐξ ἑνὸς προϊούσας ἡλίου· ὅρα μοι δώδεκα λαμπάδας ἐξ ἑνὸς ἁπτομένας σπινθῆρος· ὅρα μοι δώδεκα κλήματα ἐξ ἑνὸς ἁπτομένας ἀμπέλου βλαστήσαντα· ὅρα μοι δώδεκα κοφίνους ἐκ μιᾶς πληρουμένους τραπέζης· ὅρα μοι δώδεκα ποταμοὺς ἐκ μιᾶς προφερομένους πηγῆς· ὅρα μοι δώδεκα γλώττας ἐκ μιᾶς χάριτος φθεγγομένας. Καὶ μὴ νομίσῃς αὐτοὺς μεθύειν, μηδὲ γλεύκους εἶναι μεστοὺς, μηδὲ ὑβρίσῃς ἀπιστίᾳ τὸ δῶρον, μηδὲ μιμήσῃ τοὺς καταράτους, μηδὲ προσείπῃς μέθην τοῦ Πνεύματος τὴν ἐνέργειαν. Μέθη μὲν γένη γλωσσῶν οὐκ οἶδε χαρίζεσθαι, ἀλλὰ καὶ τὴν οὖσαν ἑκάστῳ δεσμεῖ, καὶ παράφρονα ἀπεργάζεται, καὶ κόπτει τοῦ λόγου τὸν δρόμον, καὶ καθάπερ ἐν πέτραις τῷ σκότῳ βαδίζουσα τοῖς ὀδοῦσι προσπταίει· καὶ νῦν ἔχει τὴν διάνοιαν, καὶ ταραχὴν ἐμποιεῖ, καὶ φαντασίαν ἐργάζεται, καὶ περι- B τέμνει τῶν συλλαβῶν. Καὶ ἔστιν ἡ μέθη ὄναρ ἐγρηγορότος, καὶ ἐνύπνιον οὐ καθεύδοντος, καὶ μανία διψῶσα, καὶ δαίμων πεινώμενος, καὶ διάβολος ἐγκαθήμενος οἴνῳ, καὶ λῃστὴς ἐν συμποσίοις λοχῶν, καὶ τὸν λογισμὸν καταφλέγων ἀκράτῳ, καὶ φάρμακον τῆς ἀθυμούσης ψυχῆς δηλητήριον ἐργαζόμενος. Ταῦτα ἡ μέθη πέφυκεν ἐμποιεῖν. Ταῦτα τοὺς ἀποστόλους ἐσυκοφάντουν οἱ δυσσεβεῖς· καὶ οὐδὲν [2] θαυμαστόν. Οἱ νήφοντες μεθύειν τοῖς Ἰουδαίοις ἐδόκουν· [a] πᾶσαι γὰρ ταῖς τῶν ἁγίων ἐνετράπησαν ὕβρεσι, καὶ τοὺς προφήτας ἐχλεύαζον ὡς μεθύοντας. Κἂν ἀρνήσωνται, λέγωμεν πρὸς αὐτούς· Μὴ οὐκ ἔστι ταῦτα, υἱοὶ Ἰσραὴλ, λέγει Κύριος; Καὶ ἐποτίζετε τοὺς ἡγιασμένους μου οἶνον, καὶ τοῖς προφήταις ἐνετέλλεσθε λέγοντες, μὴ προφητεύετε. Ἐγὼ δὲ μεθύειν μὲν αὐτοὺς καὶ αὐτὸς ὁμολογῶ, ἀλλ' C οὐ τὴν μέθην ἣν λέγεις αὐτὸς, ἀλλὰ τὴν θειοτέραν καὶ νοερὰν ἐκείνην, ἧς ὁ πεπωκὼς σοφίας ἐμπίπλαται, ἧς ὁ πεπωκὼς ἔρρωται τὴν διάνοιαν, ἧς ὁ πεπωκὼς ἐγρήγορε (sic) καὶ νήφει πρὸς ἀρετὴν, ἧς ὁ πεπωκὼς ἐρᾷν μανθάνει Θεοῦ, ἧς ὁ πεπωκὼς οὐ μὴ διψήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα, ἧς ὁ πεπωκὼς μαίνεται μετὰ Παύλου, καὶ παντὸς πυρὸς καὶ σιδήρου κατατολμᾷ, καὶ τοῖς κινδύνοις ἐπιπηδᾷ, καὶ πᾶσαν συμφορὰν ὡς εὐφροσύνην ἀσπάζεται, καὶ ταῖς λοιδορίαις ὡς εὐφημίαις ἀγάλλεται, καὶ ταῖς ὕβρεσιν ὡς ἐπαίνοις ἐγκαλλωπίζεται, καὶ τοῖς ὑπὲρ τοῦ Σωτῆρος δεσμοῖς ὡς ἐπὶ τοῖς βασιλικοῖς

vit sonus eorum. Oportebat enim eum orbem terrarum comprehendere, et secundum mensuram finium ejus extendi, neminemque doctrina expertem adesse, ac sine institutione prætermitti. Apparuerunt autem in forma ignis divisæ linguæ. Etenim apostolorum linguæ ignis more operaturæ erant, et duplicem usum exhibituræ; ita ut et diabolum adurerent, et sedentes in tenebris illuminarent. Vide mihi ignem fidelibus oleo quovis mitiorem; vide mihi linguam quovis igne diabolo formidabiliorem; vide mihi linguam impietatis spinas incendentem, et pietatis segetes rore perfundentem; vide mihi duodecim discipulos ab uno doctore institutos; vide mihi duodecim duces ab uno rege cooptatos; vide mihi duodecim splendida luminaria ex uno vertice surgentia; vide mihi duodecim puros radios ab uno sole emissos; vide mihi duodecim lucernas ab una scintilla accensas; vide mihi duodecim palmites ex vera vite pullulantes; vide mihi duodecim cophinos ex una mensa repletos; vide mihi duodecim fluvios ex uno fonte manantes; vide mihi duodecim linguas ex una gratia loquentes. Ne putes illos ebrios aut musto plenos esse, ne incredulitate tua donum contumelia afficias, ne exsecrandos homines imiteris, neque Spiritus operationem ebrietatem appelles. Ebrietas quippe linguarum genera impertire nequit; imo cujusque linguam alligat, et insanum illum efficit, sermonisque cursum intercipit, et quasi in petris noctu incedens, dentibus impingit: et dum mentem tenet, perturbationem immittit, imaginationem movet, et syllabas detruncat. Est autem ebrietas vigilantis somnium, non dormientis somnium, furor sitiens, dæmon esuriens, diabolus vino insidens, latro in conviviis insidias struens, et mero ratiocinium inflammans, et pharmacum animæ deficienti venenatum parans. Hæc solet ebrietas efficere. Hanc apostolis calumniam afferebant impii illi: nihilque mirum si sobrii Judæis videbantur ebrii: olim namque sanctos viros contumeliis afficiebant, et prophetas tamquam ebrios irridebant. Etiamsi vero abnegaverint, dicamus ipsis: *Annon hæc ita sunt, filii Israel,* Amos. 2. 11. 12. *dicit Dominus? Et potabatis sanctificatos meos vino, et prophetis præcipiebatis dicentes, Ne prophetetis.* Ego etiam ipse ebrios illos esse fateor, non ebrietate quam tu dicis, sed divina et spirituali illa, quam qui hauserit, sapientia repletur, quam qui hauserit, mente roboratur, quam qui hauserit, vigilat ad virtutem, quam qui hauserit, Deum amare discit, quam qui biberit, non sitiet in æternum, quam qui biberit, cum Paulo insanit, ignem et ferrum audacter adit, et in pericula se conjicit, omnemque calamitatem quasi rem lætam amplectitur, de contumeliis quasi de laudibus exsultat, de

[1] *ἴσ. παριέναι.*

[2] *ἴσ. θαυμαστὸν εἰ νήφ.*

[a] Legendum videtur *πάλαι*. Savilius sic ex conjectura restituit, *πάσαις γὰρ ταῖς τῶν ἁγίων ἐνετρύφησαν ὕβρεσι.*

conviciis quasi de præconiis gestit, vinculis pro Servatore, quasi coronis regiis exhilaratur. Hic crater apostolos inebriavit; hoc poculum Salvatoris discipuli ebiberunt, et pulcherrima ebrietate capti sunt, ac sacra mensa satiati dicunt cum beato Davide : *Parasti in conspectu meo mensam adversus eos qui tribulant me : impinguasti in oleo caput meum, et calix tuus inebrians quam præclarus est : et misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ.* Qui enim ex hoc calice bibit, etsi sobrius in Christo, insanis ebrius esse videtur, cum ea quæ Salvatoris sunt sapiat. Hunc craterem nobis Dominus Christus ex sanguine suo miscuit, multosque nobis convivas advocavit, innumerosque evangelicos pisces congregavit, ac Petri sagenam implevit; fuitque spectaculum novum et inauditum, et piscatum ipsi celebriorem tempestas reddidit : quos enim persuadendo piscatus non fuerat, perterritos cepit vivos, fulgure ad piscatum suppetias ferente. At nemo id novo gregi in contumeliam vertat, quod juvante fulgure capti sint : solet namque Christus calcitrantes pullos per fulgur frenare. Ac quisquis beati Pauli vocationem novit, cum Paulo vocatus exsultat, et Dominum Christum per fulgur conspiciens, Christi discipulus efficitur. Ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Psal. 22. 5. 6.

στεφάνοις ἁβρύνεται. Οὗτος ὁ κρατὴρ τοὺς ἀποστόλους ἐμέθυσε· τοῦτο τὸ ποτήριον οἱ τοῦ Σωτῆρος ἔπιον D μαθηταὶ, καὶ τὴν καλλίστην ἐμεθύσθησαν μέθην, καὶ τῆς ἁγίας τραπέζης ἐνεφορήθησαν, καὶ λέγουσι μετὰ τοῦ μακαρίου Δαυίδ· Ἡτοίμασας ἐνώπιόν μου τράπεζαν, ἐξ ἐναντίας τῶν θλιβόντων με· ἐλίπανας ἐν ἐλαίῳ τὴν κεφαλήν μου, καὶ τὸ ποτήριόν σου μεθύσκον με ὡσεὶ κράτιστον, καὶ τὸ ἔλεός σου καταδιώξει με πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου. Ὁ γὰρ ἐκ τούτου τοῦ ποτηρίου πίνων νήφει μὲν ἐν Χριστῷ, μεθύειν δὲ τοῖς ἀνοήτοις δοκεῖ, τὰ τοῦ Σωτῆρος φρονῶν. Τοῦτον καὶ ἡμῖν ὁ Δεσπότης Χριστὸς ἐξ αἵματος ἐκέρασε τὸν κρατῆρα, καὶ πολλοὺς ἡμῖν συνεκάλεσε δαιτυμόνας, καὶ τῶν εὐαγγελικῶν ἰχθύων ἀπείρους συνεκάλεσε, καὶ τοῦ Πέτρου τὴν σαγήνην ἐπλήρωσε, καὶ γέγονεν αὐτῷ τὰ E τῆς θεωρίας ἐκ παραδόξου, καὶ τὴν ἁλιείαν αὐτῷ λαμπροτέραν ἐποίησεν ὁ χειμών· καὶ οὓς οὐκ ἐθήρευσε πείθων, τούτους φοβηθέντας ἐζώγρησεν, ἀστραπῆς αὐτῷ πρὸς τὴν ἄγραν συλλαμβανομένης. Ἀλλὰ μηδεὶς ὕβριν τοῦτο τῆς νέας ἀγέλης ὀνομαζέτω, εἰ δι' ἀστραπῆς ἐθηράθησαν· εἴωθε γὰρ ὁ Χριστὸς τοὺς λακτίζοντας πώλους δι' ἀστραπῆς χαλινοῦν. Καὶ ὅστις οἶδε τοῦ μακαρίου Παύλου τὴν κλῆσιν, ἀγάλλεται μετὰ τοῦ Παύλου κληθεὶς, καὶ τὸν Δεσπότην Χριστὸν δι' ἀστραπῆς θεασάμενος, γίνεται Χριστοῦ μαθητής. Αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

IN SANCTAM PENTECOSTEN.

794 A

Sermo III.

Quæ linguas hodie distribuit gratia, linguæ inopia non me sinit timere, quæ illiteratos viros mundi magistros instituit, quæ piscatores in rhetoras cooptavit, pudefactis per extemporalem illam sapientiam hujus mundi sapientibus. Quo enim alio modo hominum greges idololatriæ morbo laborantes ad pietatem accurrerunt? unde multis dominis obnoxiam dæmonum servitutem dedidicerunt? undenam factum est ut exiguus discipulorum numerus hominum simul atque dæmonum turmis obsisteret, nisi divinitatis igne armatus fuisset? Hodie fontes ignei gratiæ scaturierunt, et flamma discurrens auras Spiritus pervadit. Hanc Christus gratiam discipulis annuntians, dicebat : *Non relinquam vos orphanos :* alium vobis Paracletum mittet Pater : nam Domini in cælum ascensus sponsor est descensus Spiritus sancti de cælo. Opus enim erat ut ii qui Jesum receperant, Spiritum quoque sanctum advenientem acciperent, ut divinæ cognitionis doctrina ad perfectiorem ascensum accurreret. Jesus itaque humana assumta natura,

Joan. 16. 12.

ΕΙΣ ΤΗΝ ΑΓΙΑΝ ΠΕΝΤΗΚΟΣΤΗΝ.

Λόγος γʹ.

Τὰς γλώσσας σήμερον διανείμασα χάρις, αὕτη οὐκ ἐᾷ με δεδοικέναι τῇ τῆς γλώττης πενίᾳ, ἡ τοὺς ἀγραμμάτους τῷ κόσμῳ παιδευτὰς ἐπιστήσασα, ἡ τοὺς ἁλιέας χειροτονήσασα ῥήτορας, αὐτοσχεδίῳ σοφίᾳ τοὺς τοῦ κόσμου σοφοὺς καταισχύνασα. Πόθεν γὰρ ἄλλοθεν αἱ τῶν ἀνθρώπων ἀγέλαι τῇ εἰδωλολατρείᾳ νοσοῦσαι πρὸς τὴν εὐσέβειαν ἔδραμον; πόθεν τὴν πολυδέσποτον τῶν δαιμόνων δουλείαν μετέμαθον; πόθεν βραχὺς μαθητῶν ἀριθμὸς ἀνθρώπων ὁμοῦ καὶ δαιμόνων ἀντηγωνίσατο φάλαγξιν, εἰ μὴ τῷ τῆς θεότητος πυρὶ καθωπλίσθη; Σήμερον αἱ διὰ τοῦ πυρὸς πηγαὶ τῆς χάριτος ἐξέβλυσαν, καὶ φλὸξ διατρέχουσα ταῖς B αὔραις * ὑφείη τοῦ Πνεύματος. Ταύτην ὁ Χριστὸς τὴν χάριν τοῖς μαθηταῖς εὐαγγελιζόμενος ἔλεγεν· Οὐκ ἐάσω ὑμᾶς ὀρφανούς· ἄλλον ὑμῖν ἀποστέλλει Παράκλητον ὁ Πατήρ· ἡ γὰρ εἰς οὐρανὸν ἄνοδος τοῦ Δεσπότου τὴν ἐξ οὐρανοῦ κάθοδον ἐγγυᾶται τοῦ Πνεύματος. Ἔδει γὰρ τοὺς τὸν Ἰησοῦν ἀποδεξαμένους ὑποδέξασθαι καὶ τὴν τοῦ Πνεύματος ἄφιξιν, ἵνα δράμῃ πρὸς ἐντελεστέραν ἄνοδον τὰ τῆς θεογνωσίας διδάγματα. Ὁ μὲν οὖν Ἰησοῦς ἀνθρωπίνην τὴν φύσιν λαβὼν, καὶ συγγενῆ τοῖς ἀνθρώποις περιβαλλόμενος

* [illegible]

θέαν, πρὸς τὴν τοῦ Πνεύματος ὑποδοχὴν τοὺς ἀνθρώπους ἀνέστησεν. Ἔτι γὰρ, φησὶ, πολλὰ ἔχω λέγειν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν. Ὅταν δὲ ἔλθῃ ὁ Παράκλητος, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὁδηγήσεται ὑμᾶς εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. Ἐλεύσεται μετ' ἐμὲ τὸ κατ' ἐμὲ τὴν οὐσίαν· παραγενήσεται πρὸς ὑμᾶς τὸ ἐκ Πατρὸς τῷ Πατρὶ τὴν οὐσίαν ἐφάμιλλον. Οὐκοῦν ἃ τοῖς λόγοις εὐηγγελίσθησαν, τοῖς ἔργοις ἐπέγνωσαν· ὧν τὴν ἐπαγγελίαν ἐδέξαντο, τούτων τὴν πεῖραν ἀνέμενον. Ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὴν ἡμέραν τῆς πεντηκοστῆς. Βραχὺς ἐν μέσῳ τῆς ἀνόδου καιρὸς, καὶ ἡ τοῦ Πνεύματος γίνεται κάθοδος· ἡ τοῦ Σωτῆρος ὑπόσχεσις ἔργοις τὸ πέρας ἐλάμβανεν. Ὁ μὲν οὖν τῶν ἀποστόλων χορὸς τῆς ὑποσχέσεως τῆς δεσποτικῆς, καθάπερ ἀγκύρας τινὸς, ἐπιλαβόμενος, τὴν τοῦ Πνεύματος παρουσίαν ἀνέμενεν. Ἐπειδὴ τῶν ἡμερῶν ὁ δρόμος πρὸς τὸν πεντηκοστὸν ἀριθμὸν ἀνελήλυθεν, ὅτε τῶν ἑπτὰ ἑβδομάδων ὁ κύκλος κατὰ τὴν τοῦ νόμου διάταξιν ἑαυτὸν ἀναστρεφόμενος, ταῖς ἑορταῖς ἑκατέρωθεν περιγράφεται, τότε οὖν ἡ τοῦ Πνεύματος γίνεται κάθοδος. Ἀλλ' οὐ σαρκὸς, ὡς Υἱὸς, ἐπελάβετο, οὐδὲ ἀνθρωπίνης ἐφανερώθη μορφῆς, οὐδ' ὥσπερ ἐν τοῖς Ἰορδάνου ῥείθροις τὸ τῆς περιστερᾶς εἶδος τὴν τοῦ Πνεύματος παρουσίαν ἐμήνυσεν. Οὐσία γὰρ δεσποτικὴ, καθὰ βούλεται, ἐπιφαίνεται. Βροντὴ δὲ σάλπιγξ οὐρανόθεν ἐβόα, πᾶσαν ἀκοῆς ἐνέργειαν τῇ ἀπηχήσει νικῶσα, καὶ φλὸξ διιπταμένη γλώσσας πυρίνας ἀπέτικτεν· ἡ τοῦ πυρὸς διαίρεσις γλωσσῶν ἐγένετο μήτηρ· γλῶσσαι διαμεριζόμεναι ταῖς τῶν μαθητῶν κορυφαῖς ἐπεκαθέζοντο. Τοιοῦτος μὲν οὖν τῆς τοῦ Πνεύματος ἐπιφανείας ὁ τρόπος. Ἐκλέγεται [1] τὴν ἡμέραν ταῖς ἑτέραις παραπεμπόμενος· οὐ γὰρ δὴ λόγου χωρὶς, οὔτε τῷ τάχει λαμβάνει τὴν ἑορτὴν, οὔτε [2] μὴν ἂν τῆς ἡμέρας τὴν πάροδον, ἐπάγει τὴν κάθοδον. Διὰ τί; Τρεῖς εἰσιν αὗται μόναι παρὰ Ἰουδαίοις δημοτελεῖς ἑορταί. Πρώτη μὲν ἡ τοῦ πάσχα, καθ' ἣν τὸ πρόβατον θύοντες, τὸν ἀληθινὸν ἀμνὸν οὐκ ἐπέγνωσαν, καὶ τιμῶντες τὸν τύπον, εἰς τὸν τοῦ τύπου παρηνόμουν παραίτιον· οὗ γὰρ τὴν σκιὰν προσεκύνουν, τούτου τὴν παρουσίαν ἠτίμαζον. Δευτέρα δὲ ἡ μετ' ἐκείνην πεντηκοστὴ, ὄνομα λαχοῦσα τὸ [3] τοῦ Πνεύματος διάστημα. Ἐπὶ ταύταις αἱ σκιαὶ, τῆς ἐρήμου τὸ μίμημα. Αὗται πάντας ὁμοῦ Ἰουδαίους ἀνάγκῃ πρὸς μίαν πόλιν συνήθροιζον. Ἐπειδὴ τοίνυν ἐν τῇ προτέρᾳ σταυρὸς ἐπάγη, καὶ τὸ πάθος ὑψώθη, καὶ θεατὴς ἦν μέχρι τούτων ἅπας τῶν Ἰουδαίων ὁ δῆμος, τὸ δὲ τῆς ἀναστάσεως θαῦμα ἠγνόουν ἑκόντες, ἠπίστουν, ἔκρυπτον, ἐσυκοφάντουν· μετὰ τὴν πρώτην εὐθὺς, καθ' ἣν ἅπαντα τῶν Ἰουδαίων τὰ φῦλα πάλιν ἀνάγκῃ νόμου πρὸς τὸν αὐτὸν ἠγέρθη τόπον, ἐπιτηροῦσα τὸν καιρὸν ἐπὶ τοὺς μαθητὰς ἡ χάρις ἐκχεῖται, καὶ τοὺς ἁπάντων ὀφθαλμοὺς καὶ ἀκοὰς ἐπιστρέφει, ἵνα πρὸς τοὺς Χριστοῦ μαθητὰς ἡ δωρεὰ φερομένη ἀναστάντα μαρτυρῆται· καὶ εἰ ἐγηγέρθαι Χριστὸν ἀπιστήσαντες, ἐξ οὐρανῶν ὁρῶσι δωρεάς· ἀντιπέμπονται οἱ τὸν τάφον σφραγίζοντες, τοῦ οὐρανοῦ θεαμάτων θεαταὶ καταστῶσιν. Ἦχος οὖν βροντῆς καὶ πῦρ οὐρανόθεν καὶ ἐνέργεια τοῦ Πνεύματος ἄφιξιν πιστουμένη. Οὕτως ἄρα ποτὲ

hominibus consentanea indutus specie, ad Spiritum sanctum suscipiendum homines erexit. Nam *Adhuc*, ait, *multa habeo dicere, sed non* (Joan. ... 18.) *potestis portare. Cum autem venerit Paracletus, Spiritus veritatis, ducet vos in omnem*
C *veritatem*. Exibit post me is qui est ejusdem mecum substantiæ, adveniet ad vos is qui est ex Patre, Patri par secundum substantiam. Ea igitur quæ verbis acceperant, opere completa noverunt: quorum promissionem acceperant, experientiam exspectabant. *Cum complerentur dies Pentecostes.* (Act. 2, 1.) Breve temporis spatium fuit Ascensionem inter et descensum Spiritus sancti: Servatoris promissio ipsis rebus et operibus exitum habuit. Apostolorum ergo chorus promissionem dominicam quasi anchoram nactus, Spiritus præsentiam exspectabat. Cumque dierum cursus ad quinquagenarium numerum devenisset, quando scilicet secundum legis præceptum septem hebdomadum circuitus revolutus festis utrinque
D circumscribitur, tunc Spiritus descensus fuit. Sed non carnem, ut Filius, suscepit, nec humana forma apparuit, neque sicut in fluentis Jordanis columbæ species Spiritus præsentiam indicavit. Dominica namque substantia quo vult modo apparet. Sed tonitruum quasi tuba de cælo insonabat, sonitu tanto auditum omnem superans: et flamma involans linguas igneas peperit: ignis divisio mater fuit linguarum: dispertitæ linguæ discipulorum verticibus insidebant. Hujusmodi fuit Spiritus adventus. Neque enim sine causa, nec ut festinaret, festum illud delegit; neque postquam festum præteriit, descensum exhibet. Cur hoc? Tres tantum sunt
E apud Judæos publicæ solennitates. Prima Paschatis, in qua ovem immolantes, verum Agnum non agnoscebant, et typum honorantes in typi causam inique agebant: cujus enim umbram honorabant, hujus præsentiam dehonestabant. Secunda post illam Pentecoste vocata, septenum hebdomadum spatium occupabat. In his umbræ ad deserti imitationem. Hæ solennitates Judæos simul una in civitate congregabant. Quia igitur in priore crux defixa fuit, passio exaltata, et hactenus tota Judæorum natio spectatrix fuit; ac resurrectionis miraculum sponte ignorabant, non credebant, abscondebant, calumniabantur: post primam, in qua omnes Judæorum tribus ex legis præcepto eumdem in locum congregabantur, gratia tempus observans, in discipulos effunditur, et omnium oculos atque aures ad se
795 A convertit, ut donum in Christi discipulos effusum, ipsum resurrexisse testificaretur; et si Christum resurrexisse non crederent, dona de cælo viderent: si mitterentur qui sepulchrum obsignarent, cælestium miraculorum spectatores essent. Sonus itaque tonitrui adfuit, et ignis de cælo et virtus divina Spiritus adventum testifi-

[1] ἴσ. ταύτην τὴν ἡμέραν, τὰς ἑτέρας παραπεμπ.
[2] [ἴσ. μετὰ τῆς.]
[3] [ἴσ.] τῆς πεντηκοστῆς.

cabantur. Sic itaque olim in monte Sina flamma commovebatur, et Moyses in medio ignis ad legem ferendam instituebatur. Alia nunc sublimioris ignis flamma involavit, quæ in verticibus apostolorum insedit. Nam is qui tunc Moysen movit ad leges Hebræis ferendas, hæc nunc ad gentium salutem edidit: quapropter veterum miraculorum memoria novis admixta fuit: rursumque ignis in medio sistitur, ut ex similitudine spectaculi probaretur illum ipsum esse Deum, qui præsentibus miraculis fidem faceret. Gratia autem in linguarum figuras distribuitur, ut illas suscipientes doctores efficeret, ut in igne ambulantes, magistri orbis essent. Cum olim una vox et lingua omnium esset, audax turris constructio linguarum divisionem intulit: et pugna linguarum bellum in cælos susceptum sedavit: ac linguæ innumeræ innumeris emissæ sonis perterrefaciebant, sed auditum non unum reperiebant ad sonum vocis annuentem: sed divisa lingua sententias quoque diviserat, et soluta lingua manus alligabat. Nunc autem gratia divisa linguis ora in uniuscujusque linguam collegit, doctrinæ terminos extendens, et multas fidei vias aperiens. O stupenda miracula! apostolus loquebatur, et Indus docebatur; Hebræus loquebatur, et Barbarus instituebatur; gratia per sonum effundebatur, et auditus verbum percipiebat; Gotthi vocem noverant, et Æthiopes linguam agnoscebant; Persæ loquentem admirabantur, et populi barbari ab una lingua irrigabantur; quantum natura genere multiplicabatur, tantum gratia linguis ditescebat. Ignis natura divisa operationem multiplicat. Gratiæ namque divitiæ fons luminis sunt. Rursumque natura ignis dum alta attingit, non minuitur, sed dum communicatur, accrescit: sic et gratia effusa fluenta sua multiplicat. Una lucerna quæ sexcentas parit faces, quæ omnes splendide lucent, et luminis fulgor non abscedit: sic gratia Spiritus ab aliis in alios procedens, et illos replet, et eos a quibus proficiscitur. Gratia igitur primo in apostolos venit, et hos quasi arcem capiens, ac per eos in fideles exundans, omnia replet; gratiæ namque fluenta non contrahuntur. Ignis igitur lingua involavit, quivis discipulus millium linguarum receptaculum erat, ac præsentes illi alloquebantur, ad certamina prædicationis se conferentes. Qui miraculo præsentes erant, theatrum constituebant: aderat et multitudo auditorum genere discrepantium, nec deerat lingua apostolica, quæ propriis cuique verbis prædicaret. Nam quasi in tinctura quadam ignis contactu vocem accipientes, cognitionem non tempore partam accipiebant, fides docebatur, gratia admirationi erat, Deus cognoscebatur; sed Judæus ridebat, et miraculum ebrietatem esse criminabatur, et gratiæ mysterium vini novi opus

καὶ κατὰ τὸ Σιναῖον ὄρος ἡ φλὸξ ἐτινάσσετο, καὶ Μωϋσῆς ἐν μέσῳ πυρὸς νομοθετεῖν ἐδιδάσκετο. Ἄλλη νῦν μετεώρου πυρὸς ἵπτατο φλὸξ, τὰς ἀποστολικὰς κορυφὰς σταδιεύουσα. Ὁ γὰρ τότε Μωϋσέα ταῖς εἰς Ἑβραίους νομοθεσίαις κινήσας αὐτὰ εἰς τὴν τῶν ἐθνῶν σωτηρίαν, διὰ τοῦτο καὶ παλαιῶν μνήμη θαυμάτων τοῖς νέοις ἀνεμίγνυτο· καὶ πάλιν μεσιτεύει τὸ πῦρ τῷ παραπλησίῳ τῆς θέας τὸν αὐτὸν ἐκεῖνον εἶναι Θεὸν τοῖς παροῦσι πιστούμενον. Πρὸς δὲ γλώσσας B μεριζομένη τορνεύεται, ἵνα διδασκάλους τοὺς ὑποδεχομένους ἐργάσηται, ἵν' ἐν πυρὶ πορευόμενοι παιδευταὶ τῆς οἰκουμένης ὑπάρξωσι. Πάλαι μὲν οὖν μίαν φωνήν τε καὶ γλῶσσαν ἁπάντων ὑπάρχουσαν ἡ πάλαι τῆς πυργοποιίας διεμεμέριστο τόλμα, καὶ μάχη γλωσσῶν ἀντισείει τὸν κατὰ τῶν οὐρανῶν πόλεμον παύουσα· καὶ γλῶσσαι μυρίαι μυρίοις φθέγμασιν ἔπληττον, ἀκοὴν δὲ μίαν οὐχ εὕρισκον πρὸς τὸν ἦχον [οὐκ] ἐπινεύουσαν· ἀλλ' ἡ γλῶσσα τμηθεῖσα καὶ τὰς γνώμας ἐμέρισε, καὶ γλῶττα λυθεῖσα τὰς χεῖρας ἐπέδησε. Νυνὶ δὲ ἡ χάρις διαιρεθείσας γλώττας τὰ στόματα, εἰς τὴν ἑνὸς ἑκάστου γλῶσσαν συνήθροισε, τοὺς τῆς διδασκαλίας ὅρους πλατύνουσα, καὶ πολλὰς ὁδοὺς τεμνομένη τῆς πίστεως. Ὢ τῶν παραδόξων θαυμάτων· ἀπόστολος ἐλάλει, καὶ Ἰνδὸς ἐδιδάσκετο· Ἑβραῖος ἐφθέγγετο, καὶ βάρβαρος ἐπαιδεύετο· ἡ χάρις ἐξηχεῖτο, καὶ ἀκοὴ τὸν λόγον ἐδέχετο· Γότθοι τὴν φωνὴν C ἐπεγίνωσκον, καὶ Αἰθίοπες τὴν γλῶτταν ἐγνώριζον· Πέρσαι τοῦ λαλοῦντος ἐθαύμαζον, καὶ ἔθνη βάρβαρα ὑπὸ μιᾶς ἠρδεύετο γλώττης. Ὅσον ἡ φύσις τοῖς γένεσιν ἐπλατύνετο, τοσοῦτον ἡ χάρις ἀντεπλούτει ταῖς γλώτταις. Ἡ μὲν οὖν τοῦ πυρὸς φύσις μεριζομένη πολυπλασιάζει τὴν ἐνέργειαν. Πηγὴ γὰρ φωτός ἐστιν ὁ πλοῦτος τῆς χάριτος. Πάλιν ἡ τοῦ πυρὸς φύσις οὐκ [1] εἶδεν ἐφαπτομένη μειοῦσθαι, ἀλλ' ἡ μετάδοσις αὔξησις· οὕτως ἡ ἐκχεομένη [2] πολυπλασιάζει τὸ ῥεῖθρον. Μία μὲν λαμπὰς μυρίους ἀποτεκοῦσα πυρσοὺς, καὶ πάντας δείκνυσι κομῶντας τοῖς φέγγεσι, καὶ ἡ τοῦ φωτὸς λαμπηδὼν οὐκ ἀφίησιν· οὕτως ἡ χάρις τοῦ Πνεύματος ἀφ' ἑτέρων εἰς ἑτέρους μεταφοιτῶσα, καὶ τοὺς ἑτέρους πληροῖ, καὶ τοὺς ἀφ' ὧν πρόεισι. Πρῶ- D τον τοίνυν ἐπὶ τοὺς ἀποστόλους ἡ χάρις ἐλθοῦσα, καὶ τούτους ὥσπερ ἀκρόπολιν καταλαβοῦσα, καὶ δι' αὐτῶν τοὺς πιστεύοντας ἐπικυμαίνουσα πάντα πληροῖ, καὶ τὰ τῆς χάριτος οὐ συστέλλεται ῥεῖθρα. Ἡ μὲν οὖν τοῦ πυρὸς ἐφίπτατο γλῶσσα, γλωσσῶν δὲ ἦν μυρίων δοχεῖον μαθητὴς ἕκαστος, καὶ τοὺς παρόντας ἀπεφθέγγοντο, τῶν διδασκαλικῶν ἀγώνων ἁπτόμενοι. Καὶ θέατρον ἦσαν οἱ παρόντες τοῦ θαύματος· καὶ πλῆθος ἀκροατῶν τῷ γένει μεριζόμενον, οὐκ ἠπόρει γλώσσης ἀποστολικῆς πειθούσης συγγενέσι τοῖς ῥήμασιν. Ὥσπερ γάρ τινι βαφῇ τῇ τοῦ πυρὸς ἐπαφῇ τὴν φωνὴν ἐκδεχόμενοι, ἄχρονον τὴν γνῶσιν ἐλάμβανον, καὶ πίστις ἐδιδάσκετο, καὶ χάρις ἐθαυμάζετο, καὶ Θεὸς ἐγνωρίζετο· ἀλλ' Ἰουδαῖος ἐχλεύαζε, καὶ μέθην κατηγόρει τοῦ θαύματος, καὶ γλεύκους ἔργον ἐκάλει τὸ τῆς χάριτος μυστήριον. Γλεύκους γὰρ, φησὶ, μεμεστωμένοι εἰσίν. Ὢ τῆς συντρόφου τῶν Ἰουδαίων ἀγνωμοσύ- E νης. Ἐννόει τὸν καιρὸν, ὦ Ἰουδαῖε, καὶ τὴν γλῶσσαν

[1] ἴσ. οἶδεν ἐφιπταμένη.

[2] ἴσ. λείπει χάρις.

συκοφαντοῦσαν ἀναστέλλει. Ποῦ γὰρ γλεῦκος, ἤδη παρελαύνοντος θέρους; ἔαρος δὲ ἄρτι φανέντος, ποῦ χώραν ἔχει γλεύκους ἡ μνήμη; Λογίζου τὴν ὥραν, καὶ χαλίνου τὴν γλῶτταν. Τί οὖν Πέτρος, ὁ πρωτεύων τῷ Πνεύματι, καὶ βρύων τῇ χάριτι, ὁ πλησθεὶς πυρί; Συνήγορον τὴν γλῶτταν ταῖς γλώτταις ἀφίησιν. Οὐ γὰρ, ὡς ὑμεῖς ὑπολαμβάνετε, φησὶν, οὗτοι μεθύουσιν, ἀλλὰ τοῦτό ἐστι τὸ παρὰ τοῦ προφήτου Ἰωὴλ εἰρημένον· Ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός μου. Πέλαγος χαρισμάτων ὁ προφήτης εὐαγγελίζεται. Ἐκχεῶ, φησὶν, ἀπὸ τοῦ Πνεύματός μου. Ἀλλ' ἄρα μὴ συνέσταλται πάλιν τὸ ῥεῖθρον; ἢ πρὸς Ἰουδαίους περιγράφεται μόνον τὸ δῶρον; Οὐμενοῦν. Ἐκχεῶ, φησὶν, ἐπὶ πᾶσαν σάρκα. Μαθόντες τὴν πρόῤῥησιν, ὁρᾶτε τὴν ἔκβασιν. Προέλαβε τὴν προφητικὴν γλῶτταν ἡ γλῶσσα τοῦ Πνεύματος. Ἐκείνης καὶ ἡμῖν τῆς χάριτος ἐπελθεῖν σταγόνα παρακαλέσωμεν, ἵνα τὴν μνήμην τῶν θαυμάτων φυλάττοντες, τῆς χάριτος τὸ κέρδος τρυγήσωμεν· εὔκολος γὰρ δόσις, ἂν εὕροι προαίρεσιν. Ὁ γὰρ αὐτὸς Θεὸς, ὁ ἐνεργῶν τὰ πάντα ἐν πᾶσιν· αὐτῷ ἡ δύναμις καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

esse dicebat. *Musto*, inquit, *pleni sunt*. O ingratum animum Judæis innatum! Tempus cogita, Judæe, et linguam calumniantem comprime. Ubinam mustum jam accedente messis tempore? vere ineunte quorsum musti mentio? Tempestatem anni tecum reputa, et linguam frena. Quid igitur Petrus, qui Spiritu primas tenebat, qui gratia abundabat, qui igne plenus erat? Lingua sua utitur ad linguas defendendas. *Non enim, sicut vos æstimatis, hi ebrii sunt;* Act. 2. 15.
706 *sed hoc est quod dictum est per Joelem prophetam: Effundam de Spiritu meo.* Pelagus Joel. 2. 28.
gratiarum annuntiat propheta. *Effundam*, inquit, *de Spiritu meo.* At num cohibita deinde sunt fluenta? an ad Judæos tantum circumscribitur donum? Nequaquam. *Effundam*, inquit, *super omnem carnem.* Prædictionem cum didiceritis, exitum videte. Prævenit propheticam linguam lingua Spiritus. Hujus nobis gratiæ stillam infundi precemur, ut miraculorum memoriam retinentes, gratiæ lucrum metamus: facile namque donum mittitur, si voluntas reperiatur. Ipse namque Deus est qui operatur omnia in omnibus: ipsi potestas et imperium in infinita sæcula sæculorum. Amen.

AD HOMILIAM DE SPIRITU SANCTO

MONITUM.

Savilius in Notis p. 815 circa concionem de Spiritu sancto judicium hujusmodi tulit: « Hanc homiliam agnoscit Photius Bibliothecæ p. 841: descripta est ex bibliotheca Regia Lutetiæ. Vel Chrysostomi, vel, quod potius reor, alterius alicujus ex illa erudita antiquitate. Stylus enim magis concisus, et frequentes loquendi formulæ Joanni nostro non usitatæ. » Certe tanta est illa styli diversitas, ut Fronto Ducæus eam jure inter spuria ablegaverit. Hic enim orator totus strigosus est, coarctatoque dicendi genere utitur; ut nullus mihi unquam visus sit Chrysostomo absimilior. Male ergo Photius eam inter germana S. doctoris opera recensuit, ut etiam alia plurima cooptavit. Libet autem epitomen illam hujus concionis quam ipse c. 77 contexuit Latine convertere, lectori haud dubie non displicituram.

« Lecta est prima Chrysostomi Homilia de Spiritu sancto, cujus initium, Χθὲς ἡμῖν, ὦ φιλόχριστοι. Falsi Christi ex seipsis loquebantur, non ex lege, non ex prophetis; sed ex proprio sensu atque motu. Servator autem non discessit a lege, non deseruit prophetas; sed dicebat modo, *Bene dixit Hesaias;* Matth. 15. 7.
modo autem, *Nonne scriptum est in lege vestra?* et sexcenta similia. Quia igitur ii qui ante Christum Joan. 8. 17.
venerant, et callide fraudulenterque sibi nomen ejus imposuerant, non ex sacris Scripturis, sed ex propria arrogantia errores suos efferebant: dicebat Servator, *Ego a meipso non loquor*, quemadmodum illi. Joan. 14. 10.
Nam a seipso loqui, illud est præter sacras Scripturas loqui. Quod autem a seipso loqui mos sit pseudochristorum et pseudoprophetarum, docet ipse Deus per prophetam Ezechielem: *Non misi eos; a semetipsis loquuti sunt, ex corde suo loquuntur.* Ezech. 13. 3. 6.
Quandoquidem igitur pseudoprophetæ ex proprio sensu prædicabant, ut illam a se amoveret suspicionem; ingrata quippe Judæorum natio illum quasi deceptorem, qui mundum in errorem deduceret, calumniabatur: ideo dicebat: *Ego a meipso non loquor*, sed a lege, a prophetis; *Quæcumque audivi a Patre* in lege, in prophetis: ex carnis Joan. 8. 26.

Joan. 8. 44. persona ita loquitur, ut impiam illam suspicionem abigat: *Vos autem, quæcumque audistis a patre vestro diabolo.* Nam quæ patris sunt, sors et hereditas sunt filiorum: ideoque ea quæ ad illum pertinent heredibus ejus cedunt: ita ut idipsum esse, ut in idipsum recidere deprehendatur, ex semetipsis loqui, et ex patre suo diabolo loqui. Quemadmodum Christus adveniens factus est plenitudo legis et prophetarum: ita et Spiritus plenitudo evangelii. Christus adveniens ea quæ a Patre in lege et in
Rom. 10. 4. prophetis dicta fuerant, confirmavit. Ideo dicit Paulus, *Plenitudo legis Christus.* Spiritus sanctus adveniens implevit ea quæ evangelii erant. Quæcumque in doctrina Christi sunt, ea Spiritus implet; quæcumque vero in doctrina legis sunt, Christus implet; non quasi imperfectus sit Pater, sed quasi ipse Patris interpres consummatorque sit. Eodem quoque modo Spiritus explicat et clara reddit ea quæ
Joan. 16. 12. 13. Filii sunt. Etenim inquit ille: *Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Cum autem venerit Spiritus sanctus, deducet vos in omnem veritatem;* ac deinde, *Quia a semetipso non loquitur.* Non enim contradicit Filio, sed implet ea quæ Filii sunt, ut Filius ea quæ Patris. In hac oratione circa finem invenies a Chrysostomo probari, missionem neque Filium neque Spiritum Patre minores facere. Imo ipsis verbis dicit ipsum Patrem mitti a Spiritu et a Filio; ejus verba sunt:
797 *Si tibi ostendero ipsum factorem cœli et terræ missum esse a Spiritu et a Filiô, quid facies? Aut nega Christum, aut dele Scripturas, aut Scripturis subditus, ipsis obtempera. Et ubinam, inquies, hoc dictum est? Audi Deum per prophetam Hesaiam dicentem: Audi me, Israel, quem ego voco;* ac tota hujus loci periodo exposita, usque ad illud, *Et nunc Dominus misit me et Spiritus ejus,* affirmat Patrem hæc dicere, atque ex præcedentibus sermonem confirmat, et palam facit Patrem esse qui hæc loquitur, et qui mittitur a Spiritu et a Filio. »

In his dictis quædam observamus, et primo quidem hanc homiliam fuisse primam inter eas quæ de Spiritu sancto inter Chrysostomi opera Photii tempore circumferebantur; sed ex iis nulla alia comparet: non enim putandum est sermones de Pentecoste de quibus supra diximus in harum de Spiritu sancto homiliarum numero comprehensos fuisse: illos quippe alio loco separatim commemorat Photius, ut ibidem diximus. Aliud ex hoc Photii compendio inferes; nempe hunc scriptorem, qui Chrysostomum ementitur, ingenio valuisse: in hac enim epitome ejus ratiocinia clarius enuntiantur: nam scriptor ille, non multo inferior ætate Chrysostomo, nonnihil intricatus est in syllogismis suis.

Hæc homilia initio habita fertur die Pentecosten insequente: ac contra Macedonianos fere semper res agitur, et quidem strenue argumentisque ex Scriptura sacra desumtis. Principio docetur in quo differat generatio a processione: dilucide dicitur intercessionem sanctorum nobis ad sanctitatem auxilio esse. Docetur etiam Macedonianos etsi consubstantialitatem Filii admitterent, ei tamen secundum Nicænam Synodum subscribere nolle. Sub finem de Montano et de Manichæo, de postremo maxime nonnulla scitu digna traduntur.

Interpretationem veterem, quam nonnullis in locis Fronto Ducæus castigaverat, et adhuc medica manu egebat, multis aliis in locis emendavimus.

S. JOANNIS CHRYSOSTOMI SERMO A

de sancto Spiritu.

Dicta die sequenti festum Pentecostes.

1. Heri a nobis, amatores Christi, sancti et adorandi Spiritus celebrabatur adventus; non humanarum cogitationum honore exceptus, sed paternæ virtutis testimonio comprobatus. Non enim ex iis quæ cogitamus vel loquimur verbum Dei commendatur: sed per ea quibus illustramur et pietas commendatur, et veritas

[a] ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ ΟΜΙΛΙΑ

περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος.

Χθὲς ἡμῖν, ὦ φιλόχριστοι, ἡ τοῦ ἁγίου καὶ προσκυνητοῦ Πνεύματος ἐπιφοίτησις ἀνυμνεῖτο, οὐκ ἀνθρωπίναις ἐννοίαις τιμωμένη, ἀλλὰ τῇ πατρικῇ δυνάμει μαρτυρουμένη. Οὐ γὰρ ἐξ ὧν λογιζόμεθα ἢ φθεγγόμεθα, ὁ τοῦ Θεοῦ συνίσταται λόγος, ἀλλ' ἐξ ὧν φωτιζόμεθα καὶ ἡ εὐσέβεια συνίσταται, καὶ ἡ ἀλήθεια κηρύττεται. Μόνος ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, μόνη ἡ

[a] Collata cum Mss. Reg. 2343, et cum Colbert. 970. In Colb. titulus, *ὁμιλία περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος καὶ εἰς τὸν πειρασμὸν, καὶ εἰς τὸν λῃστὴν καὶ κατὰ Ἀρειανῶν, καὶ τί νοεῖτε* (sic) *τὸ, κλητός.* Idem paulo post initium *ἀλλὰ τῇ οἰκείᾳ δυνάμει μαρτυρούμενος.*

τοῦ ἁγίου Πνεύματος διδασκαλία, καὶ λαμπάς ἐστιν εὐσεβείας, καὶ κήρυγμα θεογνωσίας, καὶ φωτισμὸς τῆς ἐνθέου διδασκαλίας. Ἀναγκαῖον δέ ἐστιν ἐπιμεῖναι τῇ τοῦ ἁγίου καὶ προσκυνητοῦ Πνεύματος ἐξηγήσει, καὶ σαφέστερόν τι περὶ τῆς ἁγίας καὶ ἐνδόξου δυνάμεως B εἰπεῖν. Πάλιν, ἵνα τοῖς αὐτοῖς χρήσωμαι, οὐκ ἐξ ὧν λογιζόμεθα, ἀλλ' ἐξ ὧν διδασκόμεθα, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐξ ὧν οἱ θεῖοι [b] διδάσκουσι λόγοι, μᾶλλον δὲ ἐξ ὧν αὐτὸ περὶ ἑαυτοῦ κηρύττει, καὶ διὰ τῶν προφητῶν φθέγγεται, καὶ διὰ τῶν ἀποστόλων τὴν ἑαυτοῦ ἀκτῖνα φέρει, τὴν μὲν φύσιν ἐστὶν ἀδιαίρετον, ἅτε δὴ ἐκ τῆς ἀδιαιρέτου καὶ ἀμερίστου φύσεως προελθόν· ὄνομα δὲ αὐτοῦ, Πνεῦμα ἅγιον, Πνεῦμα ἀληθείας, Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, Πνεῦμα Κυρίου, Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς, Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ, Πνεῦμα Χριστοῦ· καὶ οὕτω καλεῖ αὐτὸ ἡ Γραφὴ, μᾶλλον δὲ αὐτὸ ἑαυτὸ καὶ Πνεῦμα Θεοῦ, καὶ Πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ. Καὶ ἵνα μήποτε ἀκούσαντες ἡμεῖς Πνεῦμα C Θεοῦ, νομίσωμεν δι' οἰκειότητα λέγεσθαι Πνεῦμα Θεοῦ, εἰσάγει ἡ Γραφὴ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ προστίθησι [c] τῷ Θεοῦ τὸ ἐκ Θεοῦ. Ἄλλο δὲ τὸ Θεοῦ, καὶ ἄλλο τὸ ἐκ Θεοῦ. Θεοῦ μὲν γὰρ οὐρανὸς καὶ γῆ, ὡς παρ' αὐτοῦ πεποιημένα, ἐκ Θεοῦ δὲ οὐδὲν λέγεται, εἰ μὴ ὃ ἐκ τῆς οὐσίας ἐστί. Λέγεται τοίνυν Πνεῦμα ἅγιον. Αὕτη γάρ ἐστιν ἡ κυρία καὶ πρώτη προσηγορία, ἡ ἐμφαντικωτέραν ἔχουσα τὴν διάνοιαν, καὶ παριστᾶσα τοῦ ἁγίου Πνεύματος τὴν φύσιν. Πνεῦμα ἅγιον, Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ. Τίς αὐτὸ καλεῖ Πνεῦμα Θεοῦ; Ἄκουε τοῦ Σωτῆρος· Εἰ δὲ ἐγὼ ἐν Πνεύματι Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια. Πνεῦμα Θεοῦ. Ἵνα τοί-798 νυν, ὡς ἔφθην εἰπὼν, μή τις ἀκούσας Πνεῦμα Θεοῦ, A νομίσῃ οἰκειότητα σημαίνεσθαι, καὶ μὴ φύσεως κοινωνίαν, ὁ Παῦλος λέγει· Ὑμῖν δὲ οὐκ ἐδόθη τὸ πνεῦμα τοῦ κόσμου, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τὸ ἐκ Θεοῦ. Πάλιν λέγεται Πνεῦμα Πατρὸς, ὡς ὁ Σωτὴρ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις λέγει· Μὴ μεριμνήσητε πῶς ἢ τί λαλήσητε· οὐ γὰρ ὑμεῖς ἐστε οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς ἡμῶν τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν. Ὥσπερ δὲ εἶπε, Πνεῦμα Θεοῦ, καὶ ἐπήγαγεν ἡ Γραφὴ, Τὸ ἐκ Θεοῦ, οὕτω πάλιν εἴρηται Πνεῦμα Πατρός. Καὶ ἵνα μὴ νομίσῃς τοῦτο κατ' οἰκείωσιν λέγεσθαι, ὁ Σωτὴρ βεβαιοῖ· Ὅταν δὲ ἔλθῃ ὁ Παράκλητος, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται. Ἐκεῖ ἐκ Θεοῦ, ὧδε παρὰ τοῦ Πατρός. Ὅπερ ἐπήγαγεν ἑαυτῷ, Ἐγὼ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐξῆλθον, τοῦτο δὲ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, Ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται. [a] Ἔστιν οὖν Θεοῦ Πνεῦμα καὶ Θεοῦ Πατρὸς Πνεῦμα, καὶ παρὰ B τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται. Τί ἐστιν, Ἐκπορεύεται; Οὐκ εἶπε, γεννᾶται. Ἃ γὰρ οὐ γέγραπται, οὐ δεῖ φρονεῖν. Υἱὸς ἐκ Πατρὸς γεννηθεὶς, Πνεῦμα ἐκ Πατρὸς ἐκπορευόμενον. Ζητεῖς παρ' ἐμοῦ τὴν διαφορὰν πάντως, πῶς ἐγεννήθη οὗτος, πῶς ἐξεπορεύθη ἐκεῖνο; Τί γάρ; Ὅτι ἐγεννήθη [b] μαθὼν, ἔμαθες καὶ τὸν τρόπον. Ἆρα οὖν, ἐπειδὴ κηρυττόμενον Υἱὸν ἀκούεις, καὶ γεννήσεως τὸν τρόπον κατέλαβες. Ὀνόματά ἐστι πίστει τιμώμενα,

τὴν ἀνάστασιν. Καὶ πάλιν ἑτέρως δηλῶν τοῦ σταυροῦ τὴν ἰσχὺν, ἔλεγεν· Ὅταν ὑψώσητε τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, τότε γνώσεσθε ὅτι ἐγώ εἰμι. Ὅταν σταυρώσητέ με, φησὶ, καὶ νομίσητε περιγενέσθαι μου, τότε μάλιστα εἴσεσθέ μου τὴν ἰσχύν. * Καὶ καλῶς εἶπεν ὁ Χριστός. Μετὰ γὰρ τὸ σταυρωθῆναι Χριστὸν τὰ Ἰουδαϊκὰ ἔθη ἐπαύσαντο, τὸ κήρυγμα ἤνθησε, πρὸς B τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης ἐξετάθη ὁ λόγος· καὶ γῆ καὶ θάλασσα, καὶ οἰκουμένη καὶ ἀοίκητος, τὴν δύναμιν αὐτοῦ διαπαντὸς ἀνακηρύττουσι. Μηδεὶς τοίνυν αἰσχυνέσθω τὰ σεμνὰ τῆς σωτηρίας ἡμῖν σύμβολα, καὶ τὸ κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν, δι' ὃ καὶ ζῶμεν καὶ δι' ὅ ἐσμεν· ἀλλ' ὡς στέφανον, οὕτω περιφέρωμεν τὸν σταυρὸν τοῦ Χριστοῦ. Καὶ γὰρ πάντα δι' αὐτοῦ τελεῖται τὰ καθ' ἡμᾶς· κἂν ἀναγεννηθῆναι δέῃ, σταυρὸς παραγίνεται· κἂν τραφῆναι τὴν μυστικὴν ἐκείνην τροφὴν, κἂν χειροτονηθῆναι, κἂν ὁτιοῦν ἕτερον ποιῆσαι, πανταχοῦ τὸ [b] τῆς νίκης ἡμῶν παρίσταται σύμβολον. Διὰ τοῦτο καὶ ἐν οἰκίαις, καὶ ἐπὶ τῶν τοίχων, καὶ ἐπὶ τῶν θυρῶν, καὶ ἐπὶ τοῦ μετώπου, καὶ ἐπὶ τῆς διανοίας, μετὰ πολλῆς ἐπιγράφομεν αὐτὸν τῆς σπουδῆς. Τῆς γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν σωτηρίας, καὶ τῆς ἐλευθερίας τῆς κοινῆς, καὶ τῆς ἐπιεικείας ἡμῶν τοῦ Δεσπότου, τοῦτό ἐστι τὸ σημεῖον· Ὡς πρόβατον γὰρ ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη. Ὅταν τοίνυν σφραγίζῃ, ἐννόει πᾶσαν C τοῦ σταυροῦ τὴν ὑπόθεσιν, καὶ σβέσον θυμὸν, καὶ τὰ λοιπὰ πάντα πάθη· ὅταν σφραγίζῃ, πολλῆς ἔμπλησον τὸ μέτωπον παῤῥησίας, ἐλευθέραν τὴν ψυχὴν ποίησον. Ἴστε δὲ πάντως ποιά ἐστι τὰ ἐλευθερίαν ἡμῖν παρέχοντα. Διὸ καὶ Παῦλος εἰς τοῦτο ἐνάγων ἡμᾶς, εἰς τὴν ἐλευθερίαν λέγω τὴν προσήκουσαν ἡμῖν, οὕτως ἀνήγαγε, τοῦ σταυροῦ καὶ τοῦ αἵματος ἀναμνήσας τοῦ δεσποτικοῦ· Τιμῆς γὰρ, φησὶ, ἠγοράσθητε· μὴ γίνεσθε δοῦλοι ἀνθρώπων. Ἐννόησον, φησὶ, τὴν ὑπὲρ σοῦ καταβληθεῖσαν τιμὴν, καὶ οὐδενὸς ἀνθρώπων ἔσῃ δοῦλος· τιμὴν τὸ αἷμα λέγων τὸ διὰ σταυροῦ. Οὐ γὰρ ἁπλῶς τῷ δακτύλῳ ἐγχαράττειν αὐτὸν δεῖ, ἀλλὰ πρότερον τῇ προαιρέσει μετὰ πολλῆς τῆς πίστεως, καὶ οὕτως ἐντυποῦν αὐτὸν τῇ ὄψει. Οὐδεὶς ἐγγύς σου στῆναι δυνήσεται τῶν ἀκαθάρτων δαιμόνων, ὁρῶν τὴν μάχαιραν ἐν ᾗ τὴν πληγὴν ἔλαβεν, ὁρῶν τὸ ξίφος ἐν ᾧ τὴν καιρίαν ἐδέξατο. Εἰ γὰρ ἡμεῖς τόπους ὁρῶντες 826 A [c] ἐν οἷς ἀποτέμνονται οἱ κατάδικοι, φρίττομεν, ἐννόησον τί πείσεται ὁ διάβολος, τὸ ὅπλον ὁρῶν δι' οὗ πᾶσαν αὐτοῦ τὴν δύναμιν ἔλυσεν ὁ Χριστὸς, καὶ τὴν τοῦ δράκοντος ἀπέτεμε κεφαλήν.

Μὴ τοίνυν ἐπαισχυνθῇς τοσοῦτον ἀγαθὸν, ἵνα σὲ μὴ ἐπαισχυνθῇ ὁ Χριστὸς, ὅταν ἔρχηται μετὰ τῆς δόξης αὐτοῦ, καὶ τὸ σημεῖον ἔμπροσθεν φαίνηται, λάμπον ὑπὲρ τὴν ἀκτῖνα τοῦ ἡλίου. Καὶ γὰρ φανήσεται ὁ σταυρὸς τότε φωνὴν ἀφιεὶς διὰ τῆς ὄψεως, καὶ πρὸς τὴν οἰκουμένην ἅπασαν ἀπολογούμενος ὑπὲρ τοῦ

turam, et resurrectionem. Rursus aliter vim crucis declarans, alibi dicebat, *Cum exaltaveritis Filium hominis, tunc cognoscetis, quod ego sum.* Cum me, inquit, cruci suffixeritis, et me victum existimaveritis, tum maxime vim meam intelligetis. Et recte id Christus affirmavit. Postea enim quam Christus in crucem actus est, Judæorum consuetudines finem et terminum habuerunt, prædicatio floruit, ad fines terminosque orbis terrarum verbum pervasit: ejusque vim terra et mare, tam ea quæ habitantur, quam quæ non habitantur semper prædicant. Neminem igitur gloriosorum salutis nostræ signorum pudeat, summæque bonorum, qua et vivimus et sumus; sed ut coronam, sic Christi crucem feramus. Etenim nostræ religionis omnia per illam perficiuntur: sive regeneratione opus est, crux adest, sive spiritualis ille ac tremendus cibus sumendus est, sive in ordinem ecclesiasticum aliqui cooptandi, sive quidvis aliud faciendum est, ubique victoriæ nostræ signum adest. Ideo illam et in ædibus, et in muris, et in foribus, et in fronte et in mente cum magno studio depingimus. Nostræ enim salutis communisque libertatis et bonitatis Domini nostri hoc signum est: *Tamquam enim ovis, ad cædem ductus est.* Quando ergo consignaris, cogita totum crucis argumentum, exstingue iram et reliquos animi affectus; quando consignaris, magna fiducia frontem imple, animum tuum fac liberum. Scitis autem plane quænam nobis libertatem afferant. Itaque Paulus nos ad hoc ipsum incitans, ad libertatem dico quæ nobis competit, dominicæ crucis ac sanguinis recordatione invitat hoc modo: *Pretio enim*, inquit, *emti estis; nolite servi hominum effici.* Cogita, inquit, pretium quod pro te solutum est, et nullius hominis servus eris: quibus verbis pretium appellat sanguinem, qui in cruce profusus est. Non enim simpliciter digito imprimenda et consignanda est, sed prius voluntate ac judicio, cum magna fide; qua sic in oculis vultuque impressa, impurorum scelestorumque dæmonum nullus ad te accedere umquam poterit, cernens gladium quo ei vulnus inflictum est, vidensque ensem, quo letalem plagam accepit. Si enim nos cum loca in quibus damnati capite plectuntur videmus, exhorrescimus, cogita quid eventurum sit diabolo, cum arma videbit, quibus vim potestatemque ejus omnem Christus dissolvit, draconisque caput amputavit.

Joan. 8. 28.

Crucis signum passim adhibitum.

Isai. 53. 7.

1. Cor. 7. 23.

2. Noli igitur committere, ut te tanti boni pudeat, ne tui etiam Christum pudeat, quando cum gloria sua veniet, et signum coram apparebit, superabitque solis radios lumine. Crux enim tum apparebit, mittetque vocem aspectu suo, atque pro Domino apud omnes orbis terrarum homines

* [Verba καὶ... Χριστός addidimus e Savil. qui ea uncis inclusit.]

[b] Duo Mss. νίκης ἡμῖν παρίστ. quæ videtur esse vera lectio. Edit. νίκης ἡμῶν παρίσταται. Hæc autem ex superiore concione desumta sunt, ut alia multa.

[c] Duo Mss ἐν οἷς ἀποτέμνονται Editi [illegible]

defensionem instituet, docebitque nihil ab eo prætermissum esse, quod ad illorum salutem pertineret. Hoc etiam signum januas clausas majorum nostrorum ætate aperuit: hoc noxia mortiferaque venena profligavit: hoc cicutæ vim diluit: hoc denique venenatarum bestiarum morsus curavit. Si enim inferorum portas reseravit et cælorum apsides aperuit, paradisique aditum restituit, et diaboli nervos fregit: quid mirum, si mortifera venena et bestias et alia ejusdem generis vincit et superat? Hoc igitur in mente tua insculpe, animorumque nostrorum salutem amplectitor. Crux enim hæc orbem terrarum convertit, errorem expulit, veritatem revocavit, terram cælum fecit, homines angelos reddidit. Hinc dæmones non jam horribiles sunt, sed contemnendi: neque mors est mors, sed somnus. Hac abjecta sunt humi conculcataque omnia quæ nobis adversantur. Quod si quis Judæus hoc tibi objiciat, Eum tu qui cruci suffixus est adoras? ei alacri magnaque voce ac læto vultu respondeto, Certe adoro, nec adorare eum desistam: et si rideat, dole ejus vicem cum lacrymis, quod amens sit. Christo domino age gratias, quod beneficia ejusmodi in nos contulerit, quæ sine cælesti revelatione discere nemo possit. Ideo namque ridet, quia *Animalis homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus:* quandoquidem hoc etiam pueris usu venit, cum aliquid magnum et admiratione dignum intuentur: ac si puerum ad mysteria introduxeris, ridebit. His igitur pueris gentes sunt similes, verum pueris, ut ita dicam, imperfectiores sunt, ob eamque causam miseriores, quod non in immatura ætate, sed in absoluta et constante in illos eadem quæ in pueros cadunt. Itaque ne venia quidem digni sunt. Nos vero clara magnaque voce clamemus, atque dicamus, ac si omnes gentes adsint, cum majore fiducia profiteamur, crucem esse nostram gloriationem, summamque bonorum omnium, et fiduciam omnem atque coronam. Vellem autem posse etiam cum Paulo dicere, *Mihi mundus cruci suffixus est, et ego mundo;* sed non possum variis impeditus constrictusque animi affectibus. Itaque cum vobis, tum mihi ipse suadeo, ut mundo crucifigamur, nec quidquam habeamus cum terra commercii, verum cælestem illam patriam amemus, et gloriam quam illic exspectamus, bonaque sempiterna: sumus enim cælestis Regis milites, armaque Spiritus sumsimus. Cur ergo cauponum et circulatorum, atque adeo vermium vitam traducimus? Nam ubi rex est, ibi etiam miles esse debet. Milites enim effecti sumus, non eorum qui procul absunt, sed eorum qui sunt in propinquo. Terrenus enim rex numquam omnes in regia esse patiatur, nec latera sua

Crucis mirabilia opera.

1. Cor. 2. 14.

Gal. 6. 14.

Δεσπότου, καὶ δεικνὺς, ὅτι οὐδὲν ἐνέλιπε τῶν εἰς αὐτοὺς ἡκόντων. Τοῦτο τὸ σημεῖον καὶ ἐπὶ τῶν προγόνων ἡμῶν θύρας ἀνέῳξε κεκλεισμένας, τοῦτο δηλητήρια ἔσβεσε φάρμακα, τοῦτο κωνείου δύναμιν ἐξέλυσε, τοῦτο θηρίων δήγματα ἰοβόλων ἰάσατο. Εἰ γὰρ ᾅδου πύλας ἀνέῳξε, καὶ οὐρανῶν ἁψῖδας ἀνεπέτασε, καὶ B παραδείσου εἴσοδον ἀνεκαίνισε, καὶ τοῦ διαβόλου τὰ νεῦρα ἐξέκοψε, τί θαυμαστὸν, εἰ φαρμάκων δηλητηρίων καὶ θηρίων, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων περιγίνεται; Τοῦτο τοίνυν ἐγκόλαψον τῇ διανοίᾳ τῇ σῇ, καὶ τὴν σωτηρίαν περίπτυξαι τῶν ἡμετέρων ψυχῶν. Οὗτος γὰρ ὁ σταυρὸς τὴν οἰκουμένην ἐπέστρεψε, τὴν πλάνην ἐξήλασε, τὴν ἀλήθειαν ἐπανήγαγε, τὴν γῆν οὐρανὸν ἐποίησε, τοὺς ἀνθρώπους ἀγγέλους εἰργάσατο. Διὰ τοῦτο οἱ δαίμονες οὐκ ἔτι φοβεροὶ, ἀλλ' εὐκαταφρόνητοι· οὐδὲ ὁ θάνατος, θάνατος, ἀλλ' ὕπνος. Διὰ τοῦτο πάντα ἔῤῥιπται χαμαὶ καὶ πεπάτηται τὰ πολεμοῦντα ἡμῖν. Ἂν τοίνυν εἴπῃ σοι τις, τὸν ἐσταυρω- C μένον προσκυνεῖς; εἰπὲ φαιδρᾷ τῇ φωνῇ, καὶ γεγηθότι προσώπῳ, καὶ προσκυνῶ, καὶ οὐ παύσομαί ποτε προσκυνῶν· [a] κἂν γελάσῃ, δάκρυσον αὐτὸν, ὅτι μαίνεται. Εὐχαρίστησον τῷ Δεσπότῃ, ὅτι τοιαῦτα ἡμᾶς εὐεργέτησεν, ἃ μηδὲ μαθεῖν δύναταί τις χωρὶς τῆς ἄνωθεν ἀποκαλύψεως. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ οὗτος γελᾷ, ὅτι Ὁ ψυχικὸς ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ Πνεύματος· ἐπεὶ καὶ τὰ παιδία τοῦτο πάσχει, ὅταν τι τῶν μεγάλων ἴδῃ καὶ θαυμαστῶν· κἂν εἰς μυστήρια παιδίον εἰσαγάγῃς, γελάσεται. Τούτοις δὴ καὶ Ἕλληνες ἐοίκασι τοῖς παιδίοις, μᾶλλον δὲ καὶ τούτων εἰσὶν ἀτελέστεροι, διὸ καὶ ἀθλιώτεροι, ὅτι οὐκ ἐν ἀώρῳ ἡλικίᾳ, ἀλλ' ἐν τελείᾳ τὰ τῶν παιδίων πάσχουσιν, ὅθεν οὐδὲ συγγνώμης ἄξιοί εἰσιν. Ἀλλ' ἡμεῖς λαμπρᾷ τῇ φωνῇ μέγα βοῶν- D τες καὶ ὑψηλὸν, κράζωμεν καὶ λέγωμεν, κἂν πάντες παρῶσιν Ἕλληνες, μετὰ πλείονος τῆς παῤῥησίας εἴπωμεν, ὅτι τὸ καύχημα ἡμῶν ὁ σταυρὸς, καὶ τὸ κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν ἁπάντων, καὶ ἡ παῤῥησία καὶ ὁ στέφανος ἅπας. Ἐβουλόμην δύνασθαι καὶ μετὰ Παύλου λέγειν, ὅτι Ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται, κἀγὼ τῷ κόσμῳ· ἀλλ' οὐ δύναμαι ποικίλοις πάθεσι κατεχόμενος. Διὸ παραινῶ καὶ ὑμῖν καὶ πρό γε ὑμῶν ἐμαυτῷ σταυρωθῆναι τῷ κόσμῳ, καὶ μηδὲν κοινὸν ἔχειν πρὸς τὴν γῆν, ἀλλὰ τῆς ἄνω πατρίδος ἐρᾷν, καὶ τῆς ἐκεῖθεν δόξης, καὶ τῶν αἰωνίων [b] ἀγαθῶν· καὶ γὰρ στρατιῶται βασιλέως ἐσμὲν οὐρανίου, καὶ ὅπλα ἐνδεδύμεθα πνευματικά. Τί τοίνυν καπήλων καὶ ἀγυρτῶν, μᾶλλον δὲ σκωλήκων βίον μεταχειρίζομεν; Ὅπου γὰρ βασιλεὺς, ἐκεῖ καὶ τὸν στρατιώτην εἶναι δεῖ. Καὶ γὰρ στρατιῶται γεγόναμεν, οὐ τῶν μακρὰν, ἀλλὰ τῶν E ἐγγύς. Ὁ μὲν γὰρ ἐπὶ γῆς βασιλεὺς οὐκ ἂν ἀνάσχοιτο πάντας εἶναι ἐν τοῖς βασιλείοις, οὐδὲ παρὰ τὰς αὐτοῦ πλευράς· ὁ δὲ τῶν οὐρανῶν, ἅπαντας ἐγγὺς εἶναι βούλεται τοῦ θρόνου τοῦ βασιλικοῦ. Καὶ πῶς δυνατὸν ἐνταῦθα ὄντας, φησὶ, παρ' ἐκεῖνον ἑστάναι τὸν θρόνον; Ὅτι καὶ Παῦλος ἐπὶ γῆς ὢν, ὅπου τὰ Σεραφὶμ ἦν, ὅπου τὰ Χερουβὶμ, καὶ ἐγγυτέρω οὗτος τοῦ Χριστοῦ, ἢ οὗτοι οἱ ἀσπιδηφόροι τοῦ βασιλέως.

a Sic Mss. omnes. Editi vero κἂν γελάσηται.

b Post ἀγαθῶν in Edit. Morel. additur σπουδάζειν ἐπιτυχεῖν. Sed id deest in omnibus Mss. nec ab Interprete lectum est.

Οὗτοι [illegible] ουσιν· ἐκεῖνον δὲ οὐδὲν ἐφάνταζεν, οὐδὲ περιεῖλκεν, ἀλλὰ πᾶσαν τὴν διάνοιαν πρὸς τὸν βασιλέα καὶ Κύριον τεταμένην εἶχεν.

Ὥστε ἐὰν βουλώμεθα, δυνατὸν καὶ ἡμῖν τοῦτο. Εἰ μὲν γὰρ τόπῳ διειστήκει, καλῶς ἂν ἠπόρεις· εἰ δὲ πανταχοῦ πάρεστι, τῷ σπουδάζοντι καὶ συντεταμένῳ πλησίον ἐστί. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ προφήτης ἔλεγεν, Οὐ φοβηθήσομαι κακὰ, ὅτι σὺ μετ' ἐμοῦ εἶ. Καὶ αὐτὸς πάλιν ὁ Θεός· Θεὸς ἐγγίζων ἐγώ εἰμι, καὶ οὐ Θεὸς πόῤῥωθεν. Ὥσπερ οὖν αἱ ἁμαρτίαι διιστῶσιν ἡμᾶς αὐτοῦ, οὕτως καὶ αἱ δικαιοσύναι συνάγουσιν ἡμᾶς πρὸς αὐτόν. Ἔτι γὰρ λαλοῦντός σου, φησὶν, ἐρῶ, ἰδοὺ πάρειμι. Ποῖος πατὴρ οὕτως ἂν ὑπακούσειέ ποτε τοῖς ἐγγόνοις; ποία μήτηρ οὕτως ἐστὶ παρεσκευασμένη καὶ διηνεκῶς ἑστηκυῖα, [a] εἴ ποτε καλέσειεν αὐτὴν τὰ παιδία; Οὐκ ἔστιν οὐδεὶς, οὐ πατὴρ, οὐ μήτηρ. Ἀλλ' ὁ Θεὸς ἕστηκε διηνεκῶς ἀναμένων, εἴ τις ποτὲ καλέσειεν αὐτὸν τῶν οἰκετῶν, καὶ οὐδέποτε καλεσάντων ἡμῶν ὡς δεῖ, παρήκουσε. Διὰ τοῦτό φησιν, Ἔτι λαλοῦντός σου· οὐκ ἀναμένω σε πληρῶσαι, καὶ εὐθέως [b] ὑπακούσω. Καλέσωμεν τοίνυν αὐτὸν, ὡς κληθῆναι βούλεται. Πῶς δὲ βούλεται; Λύε, φησὶ, πάντα σύνδεσμον ἀδικίας, διάλυε στραγγαλιὰς βιαίων συναλλαγμάτων, πᾶσαν συγγραφὴν ἄδικον διάσπα. Διάθρυπτε πεινῶντι τὸν ἄρτον σου, καὶ πτωχοὺς ἀστέγους εἰσάγαγε εἰς τὸν οἶκόν σου. Ἐὰν ἴδῃς γυμνὸν, περίβαλε, καὶ ἀπὸ τῶν οἰκείων τοῦ σπέρματός σου οὐχ ὑπερόψει. Τότε ῥαγήσεται πρώϊμον τὸ φῶς σου, καὶ τὰ ἰάματά σου ταχὺ ἀνατελεῖ, καὶ προπορεύσεται ἔμπροσθέν σου ἡ δικαιοσύνη σου, καὶ ἡ δόξα τοῦ Θεοῦ περιστελεῖ σε. Τότε ἐπικάλεσαί με, καὶ εἰσακούσομαί σου, ἔτι λαλοῦντός σου, ἐρῶ, ἰδοὺ πάρειμι. Καὶ τίς ταῦτα πάντα δύναται ποιῆσαι, φησί; Τίς δὲ οὐ δύναται, εἰπέ μοι; Τί γὰρ δυσχερὲς τῶν εἰρημένων; τί δὲ ἐργῶδες; τί δὲ οὐ ῥᾴδιον; Οὕτω γάρ ἐστιν οὐχὶ δυνατὰ μόνον, ἀλλὰ καὶ εὔκολα, ὅτι πολλοὶ καὶ τὸ μέτρον ὑπερηκόντισαν, οὐκ ἄδικα γραμματεῖα διασπάσαντες μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ ὄντα ἀποδυσάμενοι πάντα· οὐ στέγῃ καὶ τραπέζῃ τοὺς πτωχοὺς ὑποδεχόμενοι, ἀλλὰ καὶ τῷ τοῦ σώματος ἱδρῶτι κάμνοντες, ὥστε αὐτοὺς διαθρέψαι, οὐ συγγενεῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐχθροὺς εὐεργετοῦντες. Τί δὲ ὅλως καὶ δύσκολον τῶν εἰρημένων; Οὐδὲ γὰρ εἶπεν, ὑπέρβηθι τὸ ὄρος, διάβηθι τὸ πέλαγος, διάσκαψον γῆς πλέθρα τόσα καὶ τόσα, ἄσιτος διάμενε, σάκκον περιβαλοῦ· ἀλλὰ μετάδος τῆς οἰκίας, μετάδος τοῦ ἄρτου, τὰ ἀδίκως κείμενα γραμματεῖα διάῤῥηξον. Τί τούτων εὐκολώτερον, εἰπέ μοι; Εἰ δὲ καὶ δύσκολα εἶναι νομίζεις, σκόπει μοι καὶ τὰ ἔπαθλα, καὶ ἔσται σοι ῥᾴδια πάντα. Καθάπερ γὰρ οἱ βασιλεῖς ἐν ταῖς ἱπποδρομίαις πρὸ τῶν ἀγωνιζομένων στεφάνους καὶ ἱμάτια καὶ βραβεῖα

[a] Tres Mss μήποτε.

[b] Duo Mss ὑπακούω.

cingere: cælorum autem Rex omnes propinquos vicinosque solio regio esse vult. Sed quomodo fieri potest, dicet aliquis, ut nos qui hic sumus, ad solium illud stemus? Quia etiam Paulus cum in terra esset, ibi erat, ubi et Seraphim, et Cherubim erant: viciniorque hic Christo erat, quam regi sint isti stipatores. Hi enim sæpe oculos in multa loca convertunt: illum autem nihil ab objecta specie distrahebat, sed omnem mentis aciem in Rege ac Domino defixam habebat.

3. Quocirca si velimus, nos quoque hoc possumus. Si enim loco disjunctus esset, recte dubitares: si vero ubique adest et præsens est, ei qui studium adhibet, animique contentionem, est propinquior. Itaque propheta etiam dicebat, *Non timebo mala, quoniam tu mecum es.* Et Deus ipse rursum, *Deus appropinquans ego sum, non Deus remotus.* Ut igitur peccata nos ab eo disjungunt, sic nos cum eodem conjungunt virtuti consentaneæ actiones. *Adhuc enim te loquente,* inquit, *dicam, Ecce adsum.* Quis tandem parens sic liberis unquam obediat? quæ mater ita parata est, statque semper, si forte ipsam appellent liberi? Nemo est, nec pater, nec mater. At Deus præsto est semper exspectans, si quis forte servorum se appellet: neque unquam nos, si ipsum vocabamus, ut par erat, neglexit. Ob eamque causam ait, *Adhuc te loquente:* non exspectabo, dum absolvas orationem, sed statim audiam. Vocemus ergo eum, ut vult vocari. Quo autem modo vult? *Solve,* inquit, *omne vinculum injustum: dissolve obligationes contractuum qui vi facti sunt: omnem syngrapham iniquam discindito. Frange esurienti panem tuum, egentesque et vagos introduc in domum tuam. Si nudum videris, eum cooperi: et propinquos generis tui ne contemnito. Tum erumpet matutinum lumen tuum, et sanitas tua cito orietur, et antecedet te justitia tua, et gloria Domini te colliget. Tunc me invocabis, et te audiam, etiam loquente te dicam, Ecce adsum.* Et quis, dicet quispiam, facere hæc potest omnia? Quæso te, quis est qui ea præstare non possit? Quid enim difficile est eorum quæ commemorata sunt? quid arduum? aut quid non facile? Sic enim non solum fieri possunt, sed etiam facilia factu sunt, ut multi etiam ultra modum constitutum progressi sint, qui non solum syngraphas non legitimas disciderunt, sed sua etiam omnia erogarunt: egentesque non solum in domum suam receperunt, et mensæ adhibuerunt, verumetiam sudore corporis ipsos aluerunt, non solum cognatos, verum etiam hostes afficientes bonis. Quid vero omnino difficile est eorum quæ dicta sunt? Neque enim dixit, Supera cursu montem, trajice mare, perfode terræ tot atque tot jugera, abstine a cibo, sacco te indue: sed domum tuam

827 A — Psal. 22. 4. — Jer. 23. 23. — Isai. 58. 9. — B — C

communica, impertire et eroga panem, tabulas et syngraphas non legitimas discindito. Quid his, quæso te, facilius est? Quod si etiam difficilia esse existimas, intuere præmia, et tum tibi facilia erunt omnia. Quemadmodum enim reges in ludis circensibus coronas, tunicas et præmia iis qui certant proponunt : sic Christus in medio curriculo præmia prophetæ verbis quasi multis manibus ea explicans proponit. Et reges quidem cum homines sint, abundantiamque rerum habeant quæ profunditur, et liberalitatem quæ consumitur, ea quæ parva sunt multa magnaque ostendere student : ob eamque causam singulam singulis ministris tradentes, sic in medium prodeunt. At Rex noster contra, cum universa accumulavit, quoniam valde est locuples, nihilque ostentationis causa facit, sic in medio proponit ea, quæ explicata innumerabilia infinitaque erunt, et multas manus quæ contineant, desiderant. Atque ut hoc intelligas, unumquodque eorum accurate considera. *Tunc erumpet*, inquit, *matutinum lumen tuum*. Annon tibi unum quoddam esse donum videtur? At non unum est. Etenim multas intrinsecus et coronas habet et bravia, et alia præmia : et si placet vobis, proferentes divitias omnes ostendemus, quantum quidem possumus ostendere, modo ne molestum sit vobis. Ac primum intelligamus quid sit *Erumpet*. Celeritatem et largitatem nobis declarat, quantopere et salutem nostram cupiat, et ut bona ipsa erumpant gestiat : nec quidquam erit, quod ejus inenarrabilem impetum cohibeat. Quibus omnibus eorum copiam infinitamque abundantiam indicat. Quid est autem *Matutinum* ? Id est, non postea quam in tentationibus fueris, nec post malorum accessum, sed ante quam exsistant. Quemadmodum enim in fructibus præcoces dicimus eos qui ante tempus apparent : sic etiam hoc loco celeritatem significans, ita præcocis vocem usurpavit, ut supra dicebat, *Adhuc te loquente dicam, Ecce adsum*. Quod vero *lumen* dicit, et quid hoc lumen est? Non hoc, quod sub sensum cadit, sed aliud multo melius, quod cælum nobis ostendit, nempe angelos, archangelos, Cherubim, Seraphim, thronos, dominationes, principatus, potestates, exercitum omnem, urbes regias, tabernacula. Si enim dignus habitus fueris, qui lumen illud videas, hæc videbis : et a gehenna, et a verme qui venenum jaculatur, et a stridore dentium, et a vinculis quæ dolorem afferunt, et ab angoribus, et a malis, et a tenebris lumine carentibus, et a dissectione, et ab ignis fluminibus, et a maledictione et a locis dolorum plenis liberabere, eoque venies, ubi nihil loci relictum est dolori et molestiæ, ubi magnum viget gaudium, pax, caritas, voluptas et lætitia : ubi vita est sempiterna, et gloria, pulchri-

Commendatur eleemosyna.

τιθέασιν· οὕτω δὴ καὶ ὁ Χριστὸς, ἐν μέσῳ τίθησι τῷ
D σταδίῳ τὰ ἔπαθλα, καθάπερ διὰ πολλῶν χειρῶν τῶν τοῦ προφήτου ῥημάτων ἐκτείνων αὐτά. Καὶ οἱ μὲν βασιλεῖς, ἅτε ἄνθρωποι ὄντες, καὶ εὐπορίαν δαπανωμένην ἔχοντες, καὶ φιλοτιμίαν ἀναλισκομένην, τὰ ὀλίγα πολλὰ φιλοτιμοῦνται δεῖξαι· διὸ καὶ ἓν ἕκαστον ἑκάστῳ τῶν διακόνων ἐγχειρίζοντες, [c] οὕτως ὑπάγουσιν εἰς τὸ μέσον. Ὁ δὲ βασιλεὺς ὁ ἡμέτερος τοὐναντίον, πάντα ὁμοῦ συμφορήσας, ἐπειδὴ σφόδρα ἐστὶν εὔπορος, καὶ οὐδὲν πρὸς ἐπίδειξιν ποιεῖ, οὕτως εἰς μέσον προτίθησιν ἅπερ ἐκταθέντα ἄπειρα ἔσται, καὶ πολλῶν δεήσεται τῶν κατεχουσῶν χειρῶν. Καὶ ἵνα μάθῃς τοῦτο, ἕκαστον αὐτῶν περισκόπησον μετὰ ἀκριβείας. Τότε ῥαγήσεται, φησὶ, πρώϊμον τὸ φῶς σου. Ἆρα οὐ δοκεῖ σοι ἕν τι εἶναι δῶρον; Ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἕν. Καὶ γὰρ πολλὰ ἔνδον ἔχει, καὶ στεφάνους
E καὶ βραβεῖα, καὶ ἕτερα ἔπαθλα, καὶ εἰ βούλεσθε, λύσαντες δείξομεν τὸν πλοῦτον ἅπαντα καθὼς ἡμῖν οἷόν τε ἐπιδεῖξαι, μόνον μὴ ἀποκάμητε. Καὶ πρῶτον μάθωμεν, τί ἐστι, Ῥαγήσεται. Τὸ ταχὺ καὶ δαψιλὲς ἡμῖν [d] ἐμφαίνει, καὶ πῶς σφόδρα ἐφίεται τῆς ἡμετέρας σωτηρίας, καὶ πῶς ὠδίνει τὰ ἀγαθὰ αὐτὰ προελθεῖν, καὶ [e] ἐπείγεται· καὶ οὐδὲν ἔσται τὸ κωλύον τὴν ἄφατον ῥύμην. Δι' ὧν ἁπάντων τὴν δαψίλειαν αὐτῶν ἐνδείκνυται, καὶ τὸ ἄπειρον τῆς περιουσίας. Τί δέ ἐστι Πρώϊμον; Τουτέστιν, οὐ μετὰ τὸ ἐν τοῖς πειρασμοῖς γενέσθαι, οὐδὲ μετὰ τὴν τῶν κακῶν ἔφοδον,
808 [f] ἀλλὰ πρὸ φανῆναι. Καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν καρπῶν
A λέγομεν πρώϊμον τὸ πρὸ τοῦ καιροῦ φανὲν, οὕτω καὶ ἐνταῦθα τὸ ταχὺ πάλιν ἐμφαίνων, οὕτως εἶπεν, ὥσπερ ἄνω ἔλεγεν, Ἔτι λαλοῦντός σου, ἐρῶ, ἰδοὺ πάρειμι. Ποῖον δὲ λέγει φῶς, καὶ τί ποτέ ἐστι τοῦτο, Τὸ φῶς; Οὐ τοῦτο τὸ αἰσθητὸν, ἀλλ' ἕτερον πολλῷ βέλτιον, ὃ τὸν οὐρανὸν ἡμῖν δείκνυσι, τοὺς ἀγγέλους, τοὺς ἀρχαγγέλους, τὰ Χερουβὶμ, τὰ Σεραφὶμ, τοὺς θρόνους, τὰς κυριότητας, τὰς ἀρχὰς, τὰς ἐξουσίας, τὸ στρατόπεδον ἅπαν, τὰς πόλεις τὰς βασιλικὰς, τὰς σκηνάς. Ἂν γὰρ τοῦ φωτὸς ἐκείνου καταξιωθῇς, καὶ ταῦτα ὄψει, καὶ ἀπαλλαγήσῃ γεέννης, καὶ τοῦ σκώληκος τοῦ ἰοβόλου, καὶ τῶν βρυγμῶν τῶν ὀδόντων, καὶ τῶν δεσμῶν τῶν ὀδυνηρῶν, καὶ τῆς στενοχωρίας, καὶ τῆς θλίψεως, καὶ τοῦ σκότους τοῦ ἀφεγγοῦς, καὶ τοῦ διχοτομηθῆναι, καὶ τῶν ποταμῶν τοῦ πυρὸς, καὶ τῆς
B κατάρας, καὶ τῶν τῆς ὀδύνης χωρίων, καὶ ἀπελεύσῃ, ἔνθα ἀπέδρα ὀδύνη καὶ λύπη, ἔνθα πολλὴ ἡ χαρὰ, καὶ εἰρήνη, καὶ ἀγάπη, καὶ τρυφὴ καὶ εὐφροσύνη· ἔνθα ζωὴ αἰώνιος, καὶ δόξα ἄῤῥητος, καὶ κάλλος ἄφραστον· ἔνθα αἰώνιοι σκηναὶ, καὶ ἡ δόξα τοῦ βασιλέως ἡ ἀπόῤῥητος, καὶ τὰ ἀγαθὰ ἐκεῖνα, Ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη· ἔνθα ὁ νυμφὼν ὁ πνευματικὸς καὶ αἱ παστάδες τῶν οὐρανῶν, καὶ αἱ παρθένοι αἱ τὰς φαιδρὰς ἔχουσαι λαμπάδας, καὶ οἱ τὸ ἔνδυμα τοῦ γάμου ἔχοντες· ἔνθα παλάτια ὑπάρχει τοῦ Δεσπότου, καὶ τὰ ταμιεῖα τὰ βασιλικά. Εἶδες ἡλίκα τὰ ἔπαθλα, καὶ ὅσα διὰ μιᾶς ῥήσεως ἐπεδείξατο, καὶ πῶς πάντα συνεφόρησεν; Οὕτω καὶ τῶν ἑξῆς ῥήσεων ἑκάστην

[c] Tres Mss. οὕτως εἰσάγουσιν.
[d] Iidem ἐν [illegible]
[e] Sic iidem Mss. Editi vero ἐπάγεται.
[f] Tres Mss. [illegible], male.

ἀναπτύξαντες, πολλὴν εὑρήσομεν [a] τὴν περιουσίαν καὶ πέλαγος ἀχανές. Μὴ οὖν ἀναβαλώμεθα, καὶ ὀκνήσωμεν ἐλεεῖν τοὺς δεομένους· μὴ, παρακαλῶ· ἀλλὰ κἂν πάντα ῥῖψαι δέῃ, κἂν εἰς πῦρ ἐμβληθῆναι, κἂν ξίφους κατατολμῆσαι, κἂν κατὰ μαχαιρῶν ἅλλεσθαι, κἂν ὁτιοῦν παθεῖν· πάντα φέρωμεν εὐκόλως, ἵνα τοῦ ἐνδύματος ἐπιτύχωμεν τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, καὶ τῆς δόξης ἐκείνης τῆς ἀῤῥήτου· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Unus Cod. τὴν παῤῥησίαν.

tudoque ineffabilis: ubi æterna sunt taberna-
C cula, Regisque gloria et majestas, quæ exprimi non potest, eaque bona, *Quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec cor animusque hominis cogitavit;* 1. Cor. 2. 9. ubi est sponsus spiritualis, thalami cælorum, et virgines quæ lucernas ardentes tenent, iique qui vestem habent nuptiarum; ubi palatia sunt Domini, et æraria regia. Vidisti quæ et quot præmia uno verbo demonstraverit, et quemadmodum omnia in unum compegerit? Sic etiam si singula verba quæ sequuntur, explanaverimus, magnam abundantiam atque immensum mare reperiemus. Quare ne differamus, neque pigri simus ad præstanda officia benignitatis egentibus; ne simus, hortor; sed licet omnia etiam abjicienda nobis sint, licet in ignem conjiciendi simus, licet ensis adeundus, licet in gladiis saltandum sit, licet quidvis perferendum: omnia facile et æquo animo feramus, ut regni cælorum amictum gloriamque illam ineffabilem consequamur: quam utinam consequamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

SELECTA
EX NOTIS HENRICI SAVILII
ET FRONTONIS DUCÆI

IN TERTIUM TOMUM

OPERUM SANCTI JOANNIS CHRYSOSTOMI.

HIS NOTULAS ADJICIMUS ALIO CHARACTERE ASTERISCO PRÆVIO.

NOTÆ HENRICI SAVILII

In Homiliam debitoris decem millium talentorum.

Pag. 1. Hanc optimæ notæ homiliam ex Augustano Ms. descriptam castigavimus ex Bavarico. Agnoscit eam Catalogus Augustanus num. 10.

P. 3. B. 12. ὑμῖν Mavult Boisius ὑμῶν, et ἀνακλαζόντων.

NOTÆ HENRICI SAVILII

Ad Homiliam in illud, Pater si possibile est, etc

P. 15. Hujus orationis germanæ et elegantis cum primis apographum ex Regia Bibliotheca nacti, ex alio Ms. in eadem Bibliotheca accurate castigatam damus.

P. 21. C. 5. καὶ ἕτερος. Halesius καὶ ἑτέρως. Idem enim Hesaias utrumque asserit. **Atqui hæc loquendi ratio ignota Chrysostomo; dixisset potius* καὶ ἀλλαχοῦ. *Crederem esse Chrysostomi* μνημονικὸν σφάλμα.

NOTA HENRICI SAVILII

Ad Homiliam de angusta porta.

P. 25. De auctore hujus orationis nihil pro certo affirmaverim. Censet doctissimus Halesius inventionem quidem esse Chrysostomi, stylum vero multo humiliorem; esse tamen alicujus qui Chrysostomi studiosus fuerit: quem licet sensibus sit imitatus, stylo tamen certe non est consequutus, nisi ubi eum verbatim compilavit. Pleræque enim particulæ hujus orationis inveniuntur alibi apud Chrysostomum. Porro sciendum est Florilegum multa ex hac oratione, quisquis auctor fuerit, citare: quod nemo γνησιότητος ἀπόδειξιν esse credat, cum ipsi mos sit ne a spuriis quidem, nedum dubiis, manum abstinere: neque enim heri aut nudiustertius invectæ sunt in mundum istæ bonorum auctorum νοθεύσεις. **Nihil moramur hos Halesii scrupulos, ut in Monito ad hanc homiliam videas; sed cum Frontone Ducæo aliisque viris doctis germanam hanc homiliam censemus. Non semel enim Halesius, tunc juvenis,* περὶ γνησιότητος *operum Chrysostomi temere loquutus est.*

NOTA HENRICI SAVILII

Ad Homiliam I. in principium Actorum.

P. 50. Descripta ex Bavarico Codice. Agnoscit Catalogus Augustanus num. 48. Γνησία cum primis. Unico nixi exemplari, ut etiam in tribus proxime præcedentibus, multa necessario manca relinquimus, ab iis emendanda, quibus Codicum aliorum Mss. copia suppetet. **Certe mendis scatet hæc homilia in Saviliana Editione, sed in Parisina emendatior prodiit; conjecturæque Savilianæ ad restituendam seriem jam inutiles evadunt.*

NOTA HENRICI SAVILII

Ad Homiliam II. in principium Actorum.

P. 60. Hanc orationem et sequentem, utramque ut γνησίαν et melioris notæ agnoscit Catalogus Augustanus num. 49 et 53. Porro hanc debemus Serenissimi Bavariæ Ducis instructissimæ Bibliothecæ. Habita est Antiochiæ, episcopatum tenente Flaviano, quem ad finem orationis Petrum vocat, διὰ τὴν τῆς πολιτείας καὶ τῶν δογμάτων συγγένειάν τε καὶ κοινωνίαν cum Petro apostolo, qui Antiochenam Ecclesiam princeps, ut ipse ait, fundavit. Pauca subsunt suspecta de mendo, quod necesse est usu venire unico nixis exemplari Ms., sed valde illa quidem levia, aut nullius prope momenti. Est hæc oratio una ex illis quatuor, quas habuit hic

noster Antiochiæ, præsente Flaviano, in principium Actorum: primam habes Tomo 2, p. 272 (Edit. Savil.), secundam nondum reperire potuimus. Tertia hæc, est quæ in manibus: quartam habes Tom. 8, p. 111.* *Imo quinque in principium Actorum homilias habuit, ut videas in Monito p. 47, quarum quatuor integræ una serie ponuntur ibidem. Secundæ quæ hactenus latuit partes non minimæ habentur in Homilia illa de Ascensione quam ad calcem edidimus p. 758 sqq. Tomi hujus.*

P. 66. C. 8. ἀλλ' ὅταν φανῶμεν. Halesius ἢ ὅταν, vel ἀλλ' ἢ ὅταν, * *quæ lectiones melius quadrarent.*

NOTÆ HENRICI SAVILII

Ad Homil. III. in principium Actorum.

P. 71. Hanc orationem γνησίαν cum primis, et Catalogo Augustano memoratam num. 50, debere se sciat lector doctissimo Frontoni Ducæo, qui eam ex Vaticana, ut opinor, descriptam mihi pro sua humanitate liberaliter communicavit. Mendosa aut suspecta inesse aliqua non est mirandum, ut in unico exemplari. **Nunc ea emendatior prodit ope Ms. Colbertini.*

A. 2. δουλεία non convenit huic loco: sed aliud commodum vocabulum non occurrit. **Atqui videtur mihi hic ad sensum probe quadrare.*

P. 72. A. 3. ἐρίησι. Mallem ἀφίησι.

NOTÆ HENRICI SAVILII

Ad Homiliam primam de mutatione nominum.

P. 98. Hujus orationis apographum ad me missum est a doctissimo Frontone, a librariis quidem male acceptum, sed a me magna ex parte in his notis sanitati restitutum. Est quidem oratio notæ melioris. Titulum in Ducæi Codice corruptum sic restitue: Χρυσοστόμου λόγος εἰς τὸ, Σαῦλος ἔτι ἐ. ἀ. κ. φ., π. π. ε. τ. ἀρχὴν τῶν Πράξεων τ. δ. λ., καὶ ὅ. ἀναστάσεως Χριστοῦ ἀ. ἡ. Π. κλ. Meminit hujus ut γνησίας Catalogus Augustanus num. 52.

D. 4. ἐκείνου. Deesse videtur, inquit Fronto, ἀκροατής. τὸ μέλος autem intelligit τρισάγιον, ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος.

P. 99. B. 7. ἀκουομένων. Mallem ἀκουόντων, vel ἀκουσομένων.

P. 100. B. 3. ἐπαινῶμεν. Suspectum.

P. ead. E. 3. εὐπορίας. Aut deest substantivum quod τῇ respondeat, aut legendum οὐ τῇ οἰκείᾳ εὐπορίᾳ πεπ., ἀλλὰ τῇ ὑμετέρᾳ ἀκροάσει θαρρ.

P. 101. C. 3. lege ἀπετυφλώθη, ut paulo ante.

P. 102. B. 5. Fortassis aptius προεκδράμῃ: nam sic infra, C. 6. προεξέδραμεν ἂν τῆς ἡμετέρας γλώττης τὸ βιβλίον. Ib. 8. κεφαλῆς. Aut verbum aliquod deest: vel pro κατέχων leg. κατεῖχον, vel pro κελεύσας, ἐκέλευσα.

P. 103. A. 2. post εἴρηται deest tale aliquid, ἐνταῦθα δὲ, ὦ Θεόφιλε, scilicet sine ulla additione. C. 2. Fortasse ἀναλέξασθαι, ut supra B. 9. ἀναλέγεσθαι.

P. 106. C. 10. lege ὥστε αὐτὴ (vel αὕτη) ἡ ἀθρόα μεταβολὴ καὶ μετάστασις, καὶ τό.

P. 107. C. 3. * *Lege* καὶ γλυκὺ νᾶμα. * *Secunda de mutatione nominum deest in Savil.*

NOTA HENRICI SAVILII

In Homil. III. de mutatione nominum.

P. 115. D. Hanc orationem ante aliquot annos excusam Basileæ castigavimus ex Cod. Ms. in Bibliotheca Bavarica.

NOTÆ HENRICI SAVILII

In Homil. IV. de mutatione nominum.

P. 128. E. Hanc orationem perquam sane elegantem et γνησίαν debemus Monasterio D. Johannis Præcursoris in monte Atho, communiter dicto *Sancto*, in Cherroneso Thraciæ. Agnoscit Catalogus Augustanus numero 55.

P. 138. B. 10. ὑπὲρ τοῦ ἑνὸς μή. Dele μή. Ibid. 12. ἐπαίρεσιν, corruptum; sed quid substituemus? Forte ἔπαρσιν, vel ἐπαίρεσθαι.

P. 139. C. 2. ταπεινοφροσύνης. Malim ταπεινοφροσύνη, ut paulo post εὐγνωμοσύνη.

NOTÆ HENRICI SAVILII

In Orationem de gloria in tribulationibus.

P. 140. B. Agnoscit Catalogus Augustanus hanc orationem num. 14. Excudi curavit doctissimus Fronto Ducæus Burdigalæ 1604: quam Editionem perpaucis in locis emendatam sequuti sumus.

P. 145. A. 5. καὶ τῆς φύσεως. Lege ἐς καὶ τῆς φύσεως, alioqui sententia claudicabit.

P. 147. E. 1. τῆς ἐπιστολῆς. Lege cum Ducæo τῆς ἀποστολῆς. **Sic ex conjectura: nam Mss. habent* ἐπιστολῆς.

NOTA HENRICI SAVILII

Ad Homiliam in illud, Scimus autem quoniam diligentibus etc.

P. 150. Procemium hujus orationis idem sensu et verbis etiam propemodum cum illo orationis 32. Fortasse non dubitavit Joannes noster ex consimili occasione valetudinis eodem procemio sæpius uti. Oratio perelegans certe, proœmium tamen videtur imitatorem aliquem sapere. *Hæc Halesius.* Descripta est ex Bibliotheca Augustana: habita, ut opinor, Constantinopoli. Locum etiam illum de δεσμοφύλακι in Actis videor mihi alibi apud Joannem nostrum legisse.

**Hæc Savilius; qui ut sagax erat, scrupulum Halesii temere injectum nihil moratur. Vide Monitum nostrum in hanc Homiliam.*

NOTÆ HENRICI SAVILII

Ad Homiliam in illud, Si esurierit inimicus tuus etc.

P. 157. Elegans hæc oratio, et auctore Chrysostomo dignissima, ex Bibliotheca Collegii novi descripta, et alterius ope Codicis destituta, aliquot in locis non satis emendata, quod dolendum est, editur. Loca nobis maxime suspecta deinceps ordine subjicientur.

B. 3. τῶν ἐμῶν κτημάτων. Boisius vult χρημάτων. * *Utraque lectio quadrat.*

P. 162. B. 2. ἵστασιν. Forte ἵστανται. * *Non placet hæc restitutio.* [At placebunt fortasse quæ in nostra Ed. conjectata sunt.]

P. 165. A. 9. τούτου τοῦ. τούτου videtur inducendum. **Est expungendum.*

NOTÆ HENRICI SAVILII

Ad duas Homilias in illud, Salutate Priscillam.

P. 172. Has orationes, quas ambas recipit Catalogus Augustanus, num. 16 et 17, damus ex fide duorum Codicum Mss. quorum unus Archiepiscopi Philadelphiæ Venetiis, alter Bavaricus quam emendatissimus.

P. 188. C. 1. Ἐπαφρᾶν : σφάλμα μνημονικόν, non enim hæc de Epaphra Colossis agente, sed de Epaphrodito Philippis versante dicuntur.

NOTÆ HENRICI SAVILII

Ad duas Homilias, quarum prior in illud apostoli, Propter fornicationes etc., *altera in illud,* Mulier alligata est legi.

P. 193. Hoc argumentum eodem fere modo tractatum mihi videor alibi apud Chrysostomum meminisse. Quidquid sit, non dubito quin γνήσιον sit, sed videndum num ἀπάνθισμα sit aut ex Ethicis consutum. Nos tamen ita ut in Codice Augustano reperimus, bona fide repræsentamus.

P. 197. D. 5. ἐκ τῶν φίλων. Halesius ex conjectura φιαλῶν, id est a poculis. *Joannes Boisius vero* : Nescio an legere oporteat ἐκ τῶν φιλημάτων. Malim tamen ἀπ' αὐτῆς τῆς ἡμέρας τῶν γάμων, deleta particula ἐκ : vel ἀπ' αὐτῆς τῆς ἡμέρας ἐκείνης τῶν γάμων.

NOTÆ HENRICI SAVILII

In Homiliam, Quales ducendæ sint uxores.

P. 211. Oratio γνησιωτάτη, quamvis in Catalogo Augustano non reperiatur : descripta ex eadem Bibliotheca qua proxime superior, in Oriente. Vide Homiliam 48 in Genesim, ubi nonnulla sunt iis, quæ hic ad finem dicuntur, similia.

P. 219. C. 4. αὐτόν, forte αὐτάς.

HENRICI SAVILII

Ad Homiliam in illud, Nolo vos ignorare, fratres etc.

P. 228. Hanc orationem recipit Catalogus Augustanus num.93, quam ex Codice in Bibliotheca Collegii novi Oxoniensis descriptam, ex Manuscripto Bavarico emendavimus, estque melioris notæ homilia.

HENRICI SAVILII

Ad orationem in illud, Oportet hæreses esse.

P. 240. Hanc orationem ex Augustana Bibliotheca descriptam emendavimus ex Ms. in Bibliotheca Bavarica. Multa habet communia cum Homilia 28 Chrysostomi in priorem ad Corinthios, ut ab eodem fonte profectas ambas dubium non sit.

HENRICI SAVILII

In Homiliam de eleemosyna.

P. 248. Ex Bibliotheca Regia Lutetiæ descripta, et emendata auctaque ex Ms. multo pleniore in Bibliotheca Augustana ; habita Antiochiæ : agnoscit Catalogus Augustanus num. 47.

P. 253. E. 6. λέγουσι. Lego συλλέγουσι.

P. 254. A. 9. συμβόλου. Lege συμβούλου.

HENRICI SAVILII

Ad tres Homilias in illud, Habentes eumdem Spiritum etc.

P. 260. Tres hasce orationes, ut sunt, pro germanis agnoscit Catalogus Augustanus numero 18, 19, et 20. Porro eas ex Bibliotheca Collegii novi Oxoniensis descriptas castigavimus ex Codice Augustano.

P. 282. A. 8. ἀτεχνίας. Forte ἀτελείας. * *Puto hunc locum bene habere : Sigismundi vero Gelenii interpretationem Latinam emendavi; sed re accuratius perpensa sic existimo locum totum esse vertendum.* Græca sic habent : ἵνα καὶ ὁ ἐν θλίψει νῦν ὤν, ἱκανὴν ἐκεῖθεν λαμβάνῃ παράκλησιν, καὶ ὁ πολλῆς ἀπολαύων ἀδείας, ἀντὶ τῆς ἀτεχνίας τῶν κινδύνων ἐκείνων πολλὴν εἰσάξῃ προθυμίαν εἰς τὴν τῶν ἀτόπων λογισμῶν μάχην, *quæ sic vertenda puto :* Ut et qui in ærumnis jam versatur, idoneam inde consequatur consolationem, et qui in magna tranquillitate degit, etsi non exercitatus periculis hujusmodi, magnam sibi paret alacritatem ad pugnam contra absurdas cogitationes suscipiendam.

HENRICI SAVILII

Ad Homiliam in illud, Utinam sustineretis etc.

P. 291. Recipit hanc orationem Catalogus Augustanus numero 33; descriptam ex Augustana Bibliotheca, emendavimus ex Bavarica.

P. 293. D. 1. καλεῖ. Imperfecta pendet sententia. Resumitur autem l. 6. ἐπεὶ οὖν οὗτοι.

P. 297. B. 10. ἴσασιν. οἱ ἅγιοι, aut simile aliquid deesse videtur. Interpres [vetus] legit in numero singulari *novit,* ad Davidem referens : a Ms. Bavarico tota sententia aberat. **Numerus pluralis hic omnino quadrat, quia exemplo sanctorum ostenditur, quandonam proprias efferre laudes liceat.*

P. 299. A. 12. μετ' ἐκείνους. Quos? * *Antiquos scilicet illos, qui in Ægypto fuerant, de quibus hic loquitur.*

B. 1. παραδοθέντας, in Ms. παραδοθέντες. Neutrum fortasse satis grammatice ; sed illud tolerabilius. 4. τὸν Γεδεών. Dele ; est enim ortum ex glossemate marginali ad Ἰεροβάαλ. Idem enim erat Gedeon et Jerobaal. **Potuit etiam utrumque nomen ab ipso Chrysostomo adjici,* τὸν Ἰεροβάαλ τὸν Γεδεών. *Ut ut est, dele virgulam post Jerobaal in Græco et in Latino.*

HENRICI SAVILII

In Homiliam de viduis.

P. 311. Etiam hanc orationem agnoscit Catalogus

Augustanus num. 27. Habita est Antiochiæ post eam quæ proxime collocata est. Eam ex Bibliotheca Coll. novi Oxoniensis descriptam, ex Cod. Ms. in Bibliotheca Bavarica emendavimus.

A. 13. τὸ γενναίως. Lege καὶ περὶ τοῦ γενναίως.

P. 313. B. 6. ἦ. Videtur abundare, aut mutandum in δέοι.

P. 314. A. 11. καὶ ταύτην ὑπομεῖναι τὴν ἀσχημοσύνην. Halesius hunc locum procul omni dubio corruptum sic restituendum putat: ὑπομεῖναι τὴν ἀσχημοσύνην, βούλονται γαμῆσαι πάλιν, βέλτιον πρὶν ἐπὶ τοῦτο ἐλθεῖν τοῦ γάμου ἔχεσθαι, ἢ τὰς πρὸς τὸν Χριστὸν καταπατῆσαι συνθήκας· ὡς εἰ μή.

P. 316. D. 5. ζωήν. Non quadrat huic loco.

HENRICI SAVILII

Ad Homiliam in Heliam et viduam.

P. 328. Oratio hæc bonæ cum primis notæ descripta est ex Ms. ἐν Χαλκῇ νήσῳ Χαλκηδόνος, neque aliud præterea suppetebat exemplar, ut mirum non sit aliqua superesse emendanda, quamvis pauca, eaque non magni momenti.

P. 336. D. 8. μακαρίζῃς. Melius conveniret ταλανίζῃς. * *Verisimilius dicatur hic tollendam esse negationem μὴ ante μακαρίζῃς, legendumque ἵνα μακαρίζῃς πενίαν, ἵνα μὴ θαυμάζῃς πλοῦτον. Non enim ita facile ταλανίζῃς in μακαρίζῃς mutari potuit.*

NOTÆ HENRICI SAVILII

In Homiliam de futurorum deliciis, etc.

P. 387. D. Descripta in usum nostrum Peræ Constantinop. Γνησία procul dubio, nisi si fragmentum est alterius orationis, quod nescio. **Non fragmentum est, sed omnibus suis partibus absoluta, ut et ex serie et ex Mss. Regio et Colbertino arguitur.*

P. 333. A. 7. Quid si pro πυρά legamus πάντων? **Omnes Mss. πυρά habent, quæ præpositio, etsi hoc usu minus frequentata, quadrare posse videtur.*

P. 342. D 10. καὶ ὡς ἀτενίζοντες ἦσαν πορευομένου αὐτοῦ. Aut expungenda sunt hæc, aut supplenda ex contextu citato. **Sententia certe omnino manca videtur.*

E. 1. Forte, ἐκ τοῦ αὐτοῦ φυράματος.

HENRICI SAVILII

In Homiliam, quod non oporteat peccata fratrum evulgare.

P. 344. A. Hanc orationem ex Bibliotheca Augustana descriptam damus, quam etiam pro vera et germana agnoscit sæpius a nobis nominatus Catalogus Augustanus numero 43 : jure merito. **Hunc vero Catalogum Augustanum sæpius memoratum, habes supra in notis ad calcem positis* [hujus Ed. p. 1037-1039], *Tomo* 1.

[P. 346. A. 3. Ante ἐν στόματι addidimus ἀλλ' e Cod. 748 Par. Reg.]

P. 350. A. 12. διὰ σεμνοτέρας. ὁδοῦ aut tale aliquid deesse videtur. * διὰ σεμνοτέρας *subintellige* πύλης, *vel* ὁδοῦ. *Est* ἀποσιώπησις *Chrysostomo non ignota.*

[P. 352. C. 8. Dedimus κινοῦσιν e Cod. 748. Edebatur κενοῦσιν.]

HENRICI SAVILII

In Homiliam, Non esse desperandum.

P. 354. D. Ex Bibliotheca Monasterii S. Trinitatis in insula Chalce super Bosp. Thraciæ descripta : ipsamque ut γνησίαν agnoscit Catalogus Augustanus num. 44.

P. 359. D. 10. Lege ὡς τὴν ἑαυτῆς φιλεῖς κεφαλὴν, ὦ γύναι, καὶ τιμᾷς, οὕτω τίμα etc. Halesius. * *Hanc lectionem sequutus est in Latina interpretatione Fronto Ducæus. Locus tamen, ut est, apte potest sic explicari,* ὡς τὴν ἑαυτῆς φίλει κεφαλὴν, ὦ γύναι· καὶ εἰ τιμᾷς, οὕτω τίμα τὸν ἄνδρα, Ut ipsum caput tuum virum ama, o mulier, et si colis caput tuum, sic illum cole.

P. 361. A. 1. εὐχήν. Pro εὐχὴν aliquid aliud substituendum.

NOTÆ HENRICI SAVILII

Ad Homiliam in illud, In faciem Petro restiti.

P. 362. Hanc orationem inter præcipuas Chrysostomi facile numerandam, ab Augustano Catalogo num. 35 agnitam, in Codice Bavarico ἀκέφαλον deprehensam, explevimus et accurate castigavimus ex Manuscripto doctissimi Frontonis Ducæi. Accessit post excusum librum a Samuele Sladio meo descriptum Constantinopoli, ex quo quædam excerpsimus, non contemnendum apographum, quod in his notis litera C. signavimus. Vide Epistolas adversarias Hieronymi et Augustini, qui de hoc Petri facto ex hac, ut videtur, Joannis nostri oratione materiam litigandi sumserunt.

Variæ lectiones hujusce Codicis Constantinopolitani sic ad Editionis nostræ numeros aptantur.

P. 362. A. 8. ὑμῶν deest. A. 11. ὧν ὑμεῖς. B. 8. γενομένην ἡμῖν ἀπεῖργε. C. 9. τούτου. C. αὐτοῦ. *Ibid.* καὶ κυβερνήτου χειρῶν καὶ τῶν οἰάκων ταχύτερον κατευθύνει. D. 4. ἔγνωμεν δὲ τοῦτο. C. ἐγὼ μὲν ἀεὶ τούτου, ponendo post πείρας lin. seq. ἀπήλαυσα.

P. 363. A. 3. λιπαρὰ καὶ εὔγειος ὑμῶν ἐστιν ἡ ἄρουρα, ὥστε ὑποδέχεσθαι καὶ πολυπλασιάζειν. l. 9. περὶ τῶν τυχ. l. 12. ἐγηγερμένης. B. 12. καὶ πρόβολοι deest in C. Mox C. 1. πλείων ἡμῶν. D. 8. τοῦτο. τί δὲ εἶπεν ἔμπροσθεν πάντων;

P. 364. A. 4. τῷ λόγῳ διασκάπτων τὸν θεμέλιον τοῦ νοῦ, ἵνα. l. 6. ἅμα pro ἀλλά. l. 11. ἐπιβολαῖς. B. 6. τίνος οὖν ἕνεκεν κατὰ πρόσωπον, hæc desunt in C.

P. 365. E. 8. αὐτῶν ἔτι καὶ I.bid. l. 9. hæc, ὡμολόγησε μετὰ παῤῥησίας, desunt.

P. 369. A. 5. ἐπικειμένης καὶ deest.

P. 373. E. 3. τουτέστι deest in C.

**In reliquis Codex ille Constantinopolitanus cum Edito nostro consentit.*

P. 377. D. 7. Lege ἄρα sine interrogatione. **Sic utique corrigendum existimo.*

NOTÆ HENRICI SAVILII

Ad Homiliam in Eutropium.

P. 381. Meminerunt hujus orationis Socrates Hist. Ecclesiasticæ lib. 7, cap. 6, fol. 255, B, Edit. Rob. Stephani, et Sozomenus lib. 8. c. 7, fol. 108, A, quos vide, quia huic sermoni multum lucis adferant. Vide

etiam orat. 18, Tom. 5, multa huc pertinentia (*est in hac Editione oratio sequens*). Porro apographum hujus orationis misit ad me Fronto Ducæus mihi sæpe memoratus.

D. 9. ἑκούσια. Sic edidimus e contextu, cum tamen et exemplar et Florilegium legant ὁλούσια: et sic fortasse legit Chrysostomus. Nec enim sensum habet incommodum. Halesius. **In Bibliis Græcis legitur*, ἑκούσια. *Vetus Interpres Chrysostomi in Ms.:* meliora sunt vulnera amici, quam oscula inimici fraudulenta.

P. 384. A. 3. τῆς σπουδῆς. Interpres τῇ σπουδῇ καὶ τῇ συνδρομῇ.

**In præcedentes omnes homilias nullæ habentur notæ Frontonis Ducæi.*

NOTÆ HENRICI SAVILII

Ad Homiliam de capto Eutropio.

P. 386. B. Huic orationi ante annos fere 60 Lutetiæ mendosissime editæ sanitatem prope attulimus ex Cod. Ms. in Bibliotheca Regia ibidem. Porro Eutropius hic Arcadii Imperatoris eunuchus, et Joanni nostro in adipiscenda sede Constantinopolitana suffragator maximus, cum in ipso consulatus sui anno in Imperatoris iram incidisset, ad ecclesiam confugit: in quem sub altari delitescentem Chrysostomus orationem statim habuit, quam vide Tomi octavi p. 76: quod plerisque visum est inhumanum, hominis calamitosi et olim amici miseriis insultare. Colligitur autem ex procemio hujus orationis Eutropium ab Imperatore repetitum, a Joanne neutiquam deditum: sed postea extra ecclesiam forte repertum, ad supplicium fuisse abreptum. Quæ tamen circumstantiæ aliquo modo pugnare videntur cum iis quæ in historia ecclesiastica narrantur. Sed Joanni nostro, qui rebus gerendis interfuit, etiam contra omnes historicos fides habenda. **Non ut Eutropio insultaret Chrysostomus in oratione præcedenti in ipsum invectus est; sed ut iratæ adversus illum plebi aliquatenus satisfaceret, eamque deinde placaret et ad misericordiam deduceret, quod et consequutus est. Ipsam homiliam vide.*

P. 391. A. 2. ποταμοὺς ἐξ ἐρήμου. Lege ex Nahum 1. 4. unde hic locus sumtus est, ποταμοὺς ἐξερημῶν. **Si sic legatur, vertendum videtur* fluvios arefaciens.

P. 397. B. 8. νεκρῶν. Lege νεκρῷ.

P. 400. E. 10. διὰ τί παράδεισος; Non cohærent hæc cum superioribus. **Hoc ipsum pluribus dicit Boisius in notis Savilianis p.763. Verum in hac homilia passim ex abrupto ab alio in aliud argumentum excurritur.*

NOTÆ FRONTONIS DUCÆI

Ad priorem in Eutropium Homiliam.

Pag. 381. Hujus celebris homiliæ rarissimum exemplar unum misit ad nos Roma R. P. Jacobus Sirmondus, cum in aliis Europæ Bibliothecis non inveniretur. Sed antiquissima tamen Editio Parisiensis anni 1524 nobis instar Græci Codicis erit, quam et manuscriptam olim in Collegio nostro Agennensi offendimus. In ea titulus imprimis erat, *Epistola ad Eutropium consulem*, at Gelenius anno 1547 addidit, quæ occasionem habitæ orationis sive concionis indicant, et Eutropii dignitates. Consulem fuisse illum ac præpositum sacri cubiculi testatur Socrates lib. 6, cap. 6: προεστὼς τοῦ βασιλικοῦ κοιτῶνος, καὶ τὴν τοῦ ὑπάτου ἀξίαν λαβών, unde præpositum eum appellat Epiphanius Scholasticus Tripartitæ Historiæ lib. 2, c. 4. Patricium quoque fuisse illum constat ex illis verbis Arcadii lib. 17 de pœnis Cod. Theodos.: Patriciatus dignitate spoliatum se esse cognoscat. Adscriptus autem dies illi constitutioni hæc gesta esse anno Christi 399 ante festum Paschæ significat, neque textus ei Chrysostomi Græcus adversatur. **Hæc homilia in Eutropium jam emendatior prodit.* [Vide Corollarium notarum.]

NOTÆ HENRICI SAVILII

In Homiliam ante exsilium.

Pag. 415. Hanc orationem Chrysostomi alibi non repertam conservavit libellus hic Georgii. Versam Latine vide Tom. 7, p. 911. Est autem γνησία.

P. 416. B. 11. καὶ οἶδας. Interpres videtur legisse, οὐκ οἶδας. **Sive* καὶ οἶδας, *sive* οὐκ οἶδας *legas, idem est sensus, nam* οὐκ οἶδας *interrogando dicitur.*

P. 417. A. 6. Pro τοῦ δήμου Interpres videtur legisse ὑμῶν.

NOTA FRONTONIS DUCÆI

In Sermonem ante exsilium.

P. 415. Circumferebatur antea inter sancti Joannis operum Latinos tomos hic sermo, sed in nullis Codicibus Manuscriptis ejus textus Græcus occurrebat. Itaque absque Georgio Alexandrino foret, qui hunc et sequentem Vitæ ipsius inseruit, ut utroque careremus: tametsi attexta est utrique pars altera, quæ ad finem usque non eodem subtemine concinnata decurrit. Nam ab illis verbis p. 417. D. 6, ἀλλ᾽ ὁρῶ τοῖς ἐμαυτοῦ δόγμασι, appendix incipit, quæ a veteri Interprete non agnoscitur, et ὑποβολιμαῖος τόκος videtur. **Cæteræ Frontonis notæ interpretationem Godefridi Tilmanni fere respiciunt, quæ quia* παραφραστικῶς *erat adornata, rejecta fuit.*

NOTÆ HENRICI SAVILII

In orationem post reditum ab exsilio, a Georgio Alexandrino allatam.

Pag. 427. Ne hæc quidem nobis alibi reperta, nec Græce neque Latine. Meminit ut γνησίας Sozomenus l. 8, c. 18, hisce verbis: Ἀναγκασθεὶς δὲ (sc. τὴν εἰρήνην τῷ λαῷ προσειπεῖν) καὶ σχέδιόν τινα διεξῆλθε λόγον. Ἐκ χαριεστάτης δὲ εἰκόνος τὰς ἀφορμὰς λαβών, ὑπεδήλου Θεόφιλον μὲν ἐνυβρίσαι τὴν ὑπ᾽ αὐτὸν Ἐκκλησίαν ἐπιχειρῆσαι, ὡς τὸν Αἰγυπτίων βασιλέα τὴν Ἀβραὰμ τοῦ πατριάρχου γαμετήν, ὡς αἱ τῶν Ἑβραίων ἱστοροῦσι βίβλοι· τὸν δὲ λαόν, ὡς εἰκός, ἐπαινέσας τῆς προθυμίας, καὶ τοὺς κρατοῦντας τῆς περὶ αὐτὸν εὐνοίας, εἰς πολλοὺς κρότους καὶ εὐφημίαν τοῦ βασιλέως καὶ τῆς αὐτοῦ γαμετῆς τὸ πλῆθος ἐκίνησεν, ὡς καὶ ἡμιτελῆ καταλιπεῖν τὸν λόγον. I. e. *Coactus itaque extemporalem quamdam orationem habuit, et ex elegantissima si-*

militudine sumto argumento, subindicavit Theophilum Ecclesiæ suæ contumeliam inferre tentavisse, ut et regem Ægyptium uxori Abrahami patriarchæ, quemadmodum referunt libri Hebræorum. Cumque populum, uti par erat, ob propensum animum, et Imperatores ob benevolentiam erga se laudasset, in multos applausus ac benedictiones Imperatoris ejusque conjugis vulgum excitavit, adeo ut semiplenam orationem abrumpere cogeretur. Hactenus Sozomenus. Sed insignis, ut videtur, est ἀναχρονισμός, et qui in Chrysostomum cadere non potuit, nisi omnes fallunt historiæ. Nam ea hic a Chrysostomo narrari videntur, quæ nonnisi in posteriori exsilio contigere. Vide p. 428. B. C. D. Quæ enim ibi narrantur de tumultu ad baptisteria, unanimi historiarum consensu ante secundum exsilium, non vero primum, facta referuntur.

* *Eadem fere præfatur Fronto Ducæus, quæ Henricus Savilius, et locum Sozomeni perinde affert.*

AD HOMILIAM DE CHANANÆA.

**Quæ de hujus homiliæ stylo dixit Savilius, in Monito nostro retulimus, quæ vero corrigenda esse suspicabatur in notis, jam ad fidem Manuscriptorum sunt emendata. Similiter ea quæ de hac oratione præfatus est Fronto Ducæus in notis suis, in Monito nostro retulimus : ejusque notæ veterem interpretationem, quam, quod minus accurate adornata esset, rejecimus, respiciunt, emendandam aut sarciendam : ideoque non possunt ad nostram interpretationem, quam novam adornavimus, adaptari.*

NOTÆ HENRICI SAVILII

In Librum, Quod nemo læditur nisi a seipso.

Pag. 444. Hanc orationem ante omnes alias Chrysostomi notissimam Occidenti, et per omnes fere Bibliothecas Latine descriptam, ediderunt Græce, quod sciam, primi, viri docti Romæ : et post eos Fronto Ducæus Ingolstadii. Nos priores Editiones aliquammultis locis emendavimus ex Ms. Bavarico. In Latina versione deprehendet lector verissimum illud esse, quod aliquoties memini monuisse, summa in vertendo libertate usos esse antiquos illos interpretes, et rem, non verba spectasse. Hujus orationis meminit Chrysostomus epistola 16 ad Olympiadem (*quæ nunc est quarta*).

P. 450. D. 8. κἀκείνων καὶ τούτων. Hoc est fortasse τῶν βιωτικῶν τῶν πρὸς ψυχῆς ἐπιμέλειαν ἀνηκόντων. Sed hoc est sensum ex suo verbis affingere, non ex verbis sensum elicere. Et est certe totus, ni fallor, locus ab οἱ μὲν ἐπιεικέστεροι usque ad σφόδρα corruptus.

NOTÆ FRONTONIS DUCÆI

ad librum, Quod nemo læditur nisi a seipso.

Pag. 444. Hanc elaboratam a se in exsilio lucubrationem misit ad Olympiadem feminam illustrem Chrysostomus, ut constat ex epistola 4 ... περ ἔγραψα πρῴην, ὅτι τὸν ἑαυτὸν ἀδικοῦντα οὐδεὶς ἕτερος παραβλάψαι δυνήσεται. Hic verus est titulus, hoc verum argumentum est hujus libri : sed in uno Regio Codice Henrici IV Mediceo, quem hac littera H. designabimus, appellabatur, Ἐπιστολὴ γραφεῖσα ἀπὸ Κουκουσοῦ τῆς Κιλικίας, ὄντος αὐτοῦ ἐν ἐξορίᾳ, ὅτι τὸν ἑαυτὸν μὴ ἀδικοῦντα οὐδὲν παραβλάψαι δυνήσεται, καὶ εἰς τοὺς τρεῖς παῖδας : *Epistola scripta Cucuso Ciliciæ oppido cum esset in exsilio etc.* Rectius in altero Manuscripto Francisci Olivarii dicitur, Λόγος, ὅτι τῶν ἑαυτῶν μὴ ἀδικούντων οὐδεὶς παραβλάψαι δυνήσεται, καὶ εἰς τοὺς ἁγίους τρεῖς παῖδας· πεμφθεὶς ἐκ τῆς ἐξορίας ἀπὸ Κουκουσοῦ πρὸς τὴν μακαρίαν Ὀλυμπιάδα καὶ πρὸς πάντας τοὺς πιστούς : *Liber missus ab exsilio Cucuso ad beatam Olympiadem et ad omnes fideles.* Certe Cucusum Armeniæ fuisse oppidum contendunt Theodoretus et alii passim, non Ciliciæ. Videturque potius appellandum hoc opus liber in forma epistolæ scriptus : cujusmodi est ille cujus meminit Leo Imperator in Vita Chrysostomi, cum ait eum Cucusi scripsisse orationem vel potius librum per epistolam, auditorum animas nutrientem mirabiliter, cujus initium est, ἰατρῶν μὲν παῖδες, *Medici quidem.* Male igitur in omnibus Editionibus aliis homilia dicebatur hoc titulo : *Quod nemo læditur nisi a seipso,* ex veteri interpretatione incerti auctoris, cujus loco hanc multo fideliorem et concinniorem damus sociorum nostrorum opera Ingolstadii primum editam anno 1595.

P. 445. C. 3. τὸν δὲ θρασύν. In vulgatis Editionibus legebatur τὸν δὲ θρασὺν καὶ φοβερὸν τοῖς πολλοῖς, etc. Sed ordine verborum immutato locum ex H. et O. consentiente quoque veteri Interprete restituimus, cujus hæc verba sunt : *Protervum vero et improbum et pessimi propositi virum, augeri divitiis, potentia et honoribus cumulari ;* quod vero sequitur, ἄτιμον et ἐξ ἀτίμων, non ut Interpres ediderat, *infamem, infami quæstu ditescentem,* sed ex infamibus ortum intelligimus, ut infra in epistola 2 : ἄσημος καὶ ἐξ ἀσήμων γενόμενος, et epistola 3 : οἱ δὲ ἄσημοι καὶ ἐξ ἀσήμων, καὶ οὐδενὶ γνώριμοι, *Obscuri atque obscuro genere nati omnibusque ignoti,* et de Sacerdotio lib. 1 : ἐξ εὐτελῶν καὶ ἀτίμων ἔντιμοι γεγονότες.

P. 446. E. 8. H. O. στεῤῥότατα πέτρας.

P. 452. A. 11. ἀλλὰ τῆς τὴν τοιαύτην ἀλογίαν νοσούσης διανοίας. In Latino textu scribendum : *sed ad ægrotantem illa immanitate animum.* * Aptius verteris ad literam, *Sed ad ægrotantem illa irrationabilitate animum.*

P. 463. E. 5. ἐνεπρήσθης. Mire deformatus est hic locus ob vitium Græci Codicis : Latina Editio penultima sic habuit apud veterem Interpretem : *Vinctus et exutus ad mortem ductus es.* Quo pacto Gelenius edidit anno 1547, cum ante in Parisiensi Editione anni 1524 sciptum esset, *Vinctus et factus ad mortem ductus :* at in Ms. v. cl. Nicolai Fabri erat : *vinctus es et secutus es ;* pro *sectus es.* Veram enim lectionem exhibet Olivarii Codex ἐνεπρίσθης, non ut vulgata et H. ἐνεπρήσθης, unde in quibusdam etiam Mss. *Exustus es :* alludit quippe ad illud Hebræorum 11, 37 : ἐλιθάσθησαν, ἐνεπρίσθησαν, *Lapidati sunt, secti sunt ;* Danielis 3, 13, 59, τὴν ῥομφαίαν ἔχων πρῖσαί σε μέσον, *Gladium habens ut secet te medium.*

**Optime probat Fronto Ducæus adductis Latinarum versionum exemplis, Græcos Codices variasse : in aliisque lectum fuisse ἐνεπρήσθης, in aliis ἐνεπρίσθης: frequentissima quippe est in Codicibus Græcis literarum η et ι commutatio. Sed miror virum alias accuratissimum et sagacissimum non advertisse lectionem ἐνεπρήσθης ex serie ita assertam exhiberi, ut etiamsi omnes Codices ἐνεπρίσθης haberent, quæ lectio in uno tantum reperitur, corrigendum omnino esset ἐνεπρήσθης. Nam hic per totam paginam agitur de tribus pueris, qui vincti in fornacem injecti, incensi, imo et quantum ad præparationem animi mortui sunt. Postquam igitur illorum victoriam pluribus descripserat, ad ipsorum constantiam imitandam eorum exemplo sic cohortatur :* Quid ergo dicere poteris? In exsilium relegatus es, et patria ejectus? Ecce etiam isti. *Scilicet tres pueri.* Captivitatem sustinuisti, et sub barbaris dominis fuisti? At hoc quoque istis contigisse reperies. At non habes ibi qui tibi adsit, resque tuas moderetur, neque qui te admoneat et doceat? Hac quoque isti cura erant fraudati. At vinctus es? at combustus es? at mortuus es? *ἀλλ' ἐδέθης; ἀλλ' ἐνεπρήσθης; ἀλλ' ἀπέθανες?* nihil enim potes dicere gravius. At ecce isti quoque per hæc omnia transierunt, et per eorum singula illustriores exstiterunt longeque clariores, et cælestes merces auxerunt. *Jam quis neget hic ἐνεπρήσθης legendum esse? Quis hæc ad supra memoratum Epistolæ ad Hebræos locum referre tentaverit?*

P. 461. C. 10. *νήφωμεν.* Hæc ad finem usque libri non reperiuntur in duobus Mss. : nam in Regio quidem sic terminabatur, *δυνήσονται τὸν ἐν κυρίῳ γρηγοροῦντα καὶ νήφοντα, ὅτι αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.* In Ol. *παραβλάψαι δυνήσονται* : nec amplius quidquam vetus Interpres, quam hæc : *Nequaquam nocere potuerunt ei, qui a semetipso non læditur.*

NOTÆ HENRICI SAVILII

In Librum, Ad eos qui scandalizati sunt.

Pag. 465. Hujus orationis inter primas nobilis cum omnes fere alii *βιογράφοι* meminerunt, tum Leo Imperator his verbis : *Ἄρτι τοῦ φερωνύμου τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος ἐνιαυτῷ παντὶ πρὸς τῇ πολίχνῃ Κουκουσῷ διαπρέψαντος, κἀνταῦθα τοὺς λιμῷ καὶ δίψει Κυρίου λόγων λιμώξαντας διαθρέψαντος, λιμὸς ἄρτι καὶ τῶν ἀναγκαίων κατέσχε τὴν γῆν, καὶ τὴν βασιλεύουσαν. Ταύτην ἐκλείπουσαν διαγνοὺς ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, ἐπιστολῶν παρηγορεῖ καὶ λόγων τοῖς βοηθήμασι. Καὶ πρῶτον μὲν τὸν δι' ἐπιστολῆς λόγον, θαυμασίως τρέποντα τὰς ψυχὰς τῶν ἀκροωμένων, ὁ τοῦ λόγου σιτοδότης σιτοδοτεῖ ἐν κεφαλαίοις εἴκοσι καὶ τέτταρσιν ἀριθμούμενον, πρὸς τοὺς σκανδαλιζομένους ἐν ταῖς τοῦ βίου παρανομίαις ὁ λόγος ἔχων* (forte *ἔχει*) *ὑπόθεσιν, ἀρχὴ δὲ τῷ λόγῳ τίς; ἰατρῶν μὲν παῖδες, καὶ τὰ ἑξῆς.* Porro hanc orationem damus, ex Cod. Ms. in Bibliotheca Collegii novi Oxonii usque ad cap. 10, et inde ad finem ex optimo et vetustissimo Ms. Augustano descriptam, emendatam vero ex duobus Palatinis, et in posterioribus capitibus ex illo Oxoniensi.

P. 486. B. 5. *τὰ χρηστὰ αὐτοῖς ἐξέδωκε.* Aptius judicio meo quadraret *αὐτοῖς οὐκ ἐξέδωκε,* ut intelligatur loqui eum de veteribus patriarchis, quibus *τὰ χρηστὰ* in hac vita non obtigerunt, quod manifeste facit in sequentibus, *τούτων μὴ ἀπολελαυκότες.* * *Conjecturam Savilii admodum probo. Sed quid si legeretur τὰ δὲ ἄχρηστα?*

NOTÆ HENRICI SAVILII

In Epistolas Chrysostomi.

Pag. 527*. A. 1. Epistolas ad Olympiadem ex Regio Ms. Lutetiæ descriptas, ex Cod. Palatino et alio Ms. eruditissimi Jani Douzæ nuper allato Constantinopoli accurate castigavimus.

In Palatino titulus est *Ὀλυμπιάδι τῇ σοφῇ καὶ κοσμίᾳ γράφει τὸ χρυσοῦν καὶ πολύρρηνον στόμα, νέφη σκεδάζων χαλεπῆς ἀθυμίας* : ut sunt hi tituli pro arbitrio librariorum.

**Non advertit Savilius hos esse tres iambos hoc ordine ponendos :*

Ὀλυμπιάδι τῇ σοφῇ καὶ κοσμίᾳ
Γράφει τὸ χρυσοῦν καὶ πολύρρημον στόμα,
Νέφη σκεδάζων χαλεπῆς ἀθυμίας.

P. 538. B. 5. Lege cum Ms. *καταδικάζουσαν.* * *Atqui maxima pars Mss. nostrorum δικάζουσαν habet, et lectio perinde atque altera quadrare videtur.*

P. 519. B. 4. *ἀλεῖαν,* Billius reddit *aream*, ut videatur legisse *ἅλωνα* : aut si hic piscationem intelligit, verius ut in margine (Editionis Savilianæ) *ἁλεία* pro *ἁλιεία*, ut *ὑγεία* pro *ὑγίεια*. Nam ut *ἁλία* pro regione marina sumatur, quamvis de Troade verum est, durum nimis et *ἀπροσδιόνυσον.* * *Hic de area loqui Chrysostomum nullo modo dubitari potest ; quo enim alio modo intelligas? Postquam dixit καὶ τὴν ἄρουραν ὁρῶ ἐκκεκαθαρμένην, καὶ ἑτοίμην οὖσαν τὰ σπέρματα ὑποδέξασθαι,* ac repurgatum arvum sementemque excipere paratum, *certe quod sequitur καὶ τὴν ἀλεῖαν πεπληρωμένην,* et plenam aream *intelligas oportet. Licet enim ἁλεία* piscationem *vulgo significet, an dixeris,* ex repurgato arvo et ad sementem excipiendam parato, plenam piscationem parari? *Cum igitur omnes Mss. hic ἀλεῖαν habeant aut ἁλίαν, vel Chrysostomus ἀλεῖαν pro* area *habuerit, vel omnes Mss. vitiati pro ἅλωνα, ἀλεῖαν exhibent.*

NOTÆ FRONTONIS DUCÆI

In Epistolas S. Joannis Chrysostomi.

Pag. 515. A. Prodiit in lucem hæc epistola (ad Innocentium papam) Græce una cum aliis opusculis auctoris Basileæ anno 1529, studio et opera Desiderii Erasmi Roter., cujus veterem interpretationem cum altera, quæ exstat in Dialogo Palladii de vita Chrysostomi, et cum ipso textu Græco contulimus. Citatur ejus quoque pars non minima a Nicephoro Callisto lib. 13, c. 18, et 19 : *Igitur ad Innocentium urbis Romæ episcopum de rebus suis scribens hæc quoque addit : Quomodo vero tandem quæ sic acta sunt* etc. At Palladius narrat quatuor episcopos a Joanne missos tres epistolas Innocentio detulisse, unam Joannis ipsius ; alteram episcoporum XL de communione Joannis ; tertiam cleri Constantinopolitani etc.

P. 517. D. 6. ὑπὸ τοῦ κουριώσου τῆς πόλεως, *A Curioso civitatis* : hinc depromta sunt illa, quæ apud Suidam in voce Κουριώσσου (sic) citantur ἐκ τοῦ βίου τοῦ Χρυσοστόμου. Tertullianus meminit beneficiariorum et Curiosorum cap. 13 De fuga in persequutione, et ex Notitia imperii Orientis et Occidentis constat fuisse sub Magistro officiorum Curiosum cursus publici præsentialis unum et Curiosos per omnes provincias, item Curiosos in comitatu Præsidum admissa per provincias renuntiasse, eosdemque judicibus crimina detulisse constat ex lege 1. Cod. de Curiosis. In passione B. Mennæ Heliodori cujusdam fit mentio, qui Curiosi officio fungebatur.

P. 527*. A. Hunc Epistolarum librum scripsisse beatum Joannem Chrysostomum cum injuste atque inhumaniter relegatus esset in exsilium, tradit Photius in Bibliotheca pag. 118 Edit. August. inter quas εἰς τὸ χρειῶδες μᾶλλον συντείνουσαι αἵτε πρὸς τὴν εὐλαβεστάτην Ὀλυμπιάδα τὴν διάκονον αὐτῷ γεγραμμέναι δεκαεπτὰ, καὶ αἱ πρὸς Ἰννοκέντιον τὸν Ῥώμης : *Utilissimæ sunt, quas ad rel giosissimam Olympiadem diaconissam decem et septem conscripsit, et ad Innocentium pontificem Romanum.* Atque has quidem septemdecim tantum Mediceus Codex Christianissimi Regis Henrici Magni suppeditavit : omnes autem interprete v. c. Jacobo Billio Latine tantum olim editas. Illum ipsum Jacobi Cujacii Codicem, quo interpres usus est, nobis perbenigne illustrissimus Card. Perronius ex Bibliotheca sua depromi jussit. Contulimus earumdem Græcum textum cum apographo Collegii nostri Antverpiani, quod olim ex libro Joannis Sambuci consiliarii Cæsarei sibi curarat exscribi vir doctissimus Joannes Livineius, et ex collatione cum altero ejusdem Sambuci libro emendarat, eodemque ex apographo fideliter expressas habet epistolas, quæ centesimam septuagesimam tertiam sequuntur. Hujus tamen primæ ad Olympiadem et tertiæ quartum exemplar Henrici II in Regis Bibliotheca nobis occurrit ; sed ad Cyriacum episcopum utraque missa dicebatur mutatis nominibus quæ feminæ conveniebant in masculina, quasi voluisset auctor eadem oratione utriusque animum afflictum consolari : nisi forte sic eam librarii potius immutarunt. H. Henrici quarti Codicem, H. 2. Henrici secundi, P. Perronii Cardinalis, A. Antverpiani Collegii, S. variantes lectiones ex Codice Joannis Sambuci collectas designabunt.

P. 588. 4. ἐφ' ᾧ νῦν ἡμᾶς. H. ὑμᾶς, *vos*, et conjecturam suam annotarat Livineius in margine Antverpiani, ἴσως ὑμᾶς. Sozomenus lib. 8, c. 22, exorti Constantinopoli excidii crimen sibi mutuo impegisse testatur accusatores Chrysostomi ejusque fautores, quibus et idem tribuit Socrates lib. 6, c. 16 : itaque lectio utraque ferri potest : siquidem ex fautoribus Joannis fuit Olympias : quod tamen addit, in publico judicio, potius ad Chrysostomum referre suadet, quamquam inter ea capita, quæ in synodo ad Quercum sunt objecta, hoc de incendio non reperitur ; sed et amicos Joannis quæstionibus subjectos ea de causa per Optatum præfectum urbi, loco citato narrat Sozomenus.

P. 598. B. 8. ὁ βόρδων, Billius, *equus :* sed proprie βόρδων et βορδόνιον est ἡμίονος, μοῦλος, *mulus*, in Glossariis : et in Basilicorum eclogis, τῷ λεγάτῳ τῶν βορδονίων καὶ αἱ μοῦλαι περιέχονται : *Legato burdonum continentur et mulæ.* Victor De persequutione Vandalica lib. 1 : *Ex transverso super Burdonem vinctum toto itinere portabamus.* Certe cum lectica ferretur Chrysostomus, suspicari potuit quis mulos potius adhibitos, quam equos.

D. 6. οἱ ἀπὸ βικαρίων, *Ex vicariis.* Billius ediderat, Legati, præfecti, sophistæ, philosophi. Satis constat ex historicis ecclesiasticis Imperatorum ætate appellatos ἀπὸ βικαρίων, qui Vicarii erant præfectorum Prætorio, unde apud Eusebium lib. 10 dicitur Anulinus ἀνθύπατος, καὶ πατρίκιος, καὶ Οὐικάριος τῶν ἐπάρχων. Ita Conc. Chalced. Act. 1 Theodorus dicitur, ἐνδοξότατος ἀπὸ ἐπάρχων τῆς πόλεως, *Gloriosissimus Expræfectus urbis*, et *Maximus Exmagister officiorum*, ἀπὸ μαγίστρων, et ἀπὸ πραιποσίτων, *Expræpositus sacri cubiculi.* Justinianus Nov. 1, Ἰωάννῃ τὸ δεύτερον ἀπὸ ὑπάτων, *Joanni iterum Exconsuli.* Vertitur etiam ἀπὸ ἐπάρχων, *Ex præfectis*, ut in Conc. Chalc. Act. 1 : ὁ ἐνδοξότατος ἀπὸ ἐπάρχων καὶ ὑπάτων Φλωρέντιος, *Gloriosiss. Ex præfectis et Consulibus.*

*P. 599. D. 6. οὐδένα γὰρ λοιπὸν δέδοικα ὡς τοὺς ἐπισκόπους, πλὴν ὀλίγων. *Billius verterat*, Neminem enim tam metuo, quam episcopos, eosque haud multos. *Fronto Ducæus recte :* Aptius fortasse scribes, *paucis exceptis ;* quasi velit plerosque omnes adversarios sibi metuendos episcopos esse, si paucos excipias : nam Theophilo studebant episcopi non pauci.

P. 606. D. 8. εὐγενείας, ad verbum esset, *Tuæ nobilitatis et eximietatis :* sic enim illa ætate Latini Patres loquebantur. Ambrosius Epist. 74 : *Antiochus vir clarissimus reddidit mihi eximietatis tuæ literas :* ut paulo ante Billius vertit : ὅτι ὁ θαυμάσιος ἐκεῖνος, *Eximium illum atque admirandum virum.* Isidorus Pelus. lib. 1 Epist. 321 : χρή σε, θαυμάσιε, ἄτρεπτον μένειν : *Te oportet, vir admirande, firmum atque constantem semper manere.* Et epist. 451 : οὐ χρή, θαυμάσιε, ἀεὶ τοῖς ἀνέμοις ὑπείκειν : *Ventis haud semper cedere oportet, vir eximie.* Eamdem vocem usurpat Chrysostomus infra epist. 41, et 50, ubi θαυμασιότητα *amplitudinem* vertimus, et 231. **Hujusmodi honorificæ compellationes isto et sequenti ævo ita frequentes occurrunt, ut a pluribus referendis exemplis supersedendum videatur.*

P. 615. A. 9. Ὑμνητίῳ. A. ἀρχιάτρῳ. Billius epistola 81 verterat, *Medicorum principi*, ubi Ὑμνήτιος appellatur, *Hymnetius*, non *Hymetius.* At ἀρχίατρος medicum principis potius significat, qui et *Archiater* dicitur, unde in Codice Theodosiano titulus de Comitibus et Archiatris sacri Palatii. Archiatri enim erant dicti a tempore Neronis illi, quorum fidei et peritiæ Imperatorum salus tuenda committebatur, quique in eorum comitatu medicinam factitabant. Cassiodorus lib. 9 Variar. ep. 16. Vide Marsilium Cagnatum lib. 2, c. 15 Variarum observat. Tom. 3 Thesauri Critici. Porro medico hic tribuit auctor τιμιότητα, *venerationem*, ut in Concilio Chalcedon. Act. 1 : *Elpidius venerandus Comes dixit*, quod est Græce Ἐλπίδιος ὁ περίβλεπτος κόμης εἶπε : nam et medici Comites erant.

P. 630. E. 1. φρούριον etiam *arcem* et *castellum* sonat, quemadmodum et in sequenti epistola narrat, Arabissi, quæ urbs vicina fuit Cucuso, arcem munitam et Cucuso tutiorem.

P. 645. B. ult. Huic epistolæ Billius hunc solum titulum præfixerat : Incertæ, quod abesset a libro

Cujacii nomen ejus ad quam mittitur. Ampruclæ meminit et titulus centesimæ tertiæ, in quo mendose antea legebatur *Ampractæ*. In Cujacii libro erat, Ἀμπρούκλῳ διακόνῳ καὶ ταῖς σὺν αὐτῇ. Sed animadvertit Billius emendandum locum, et ad feminam scripsisse Chrysostomum, ejusque correctionem nobis Antverpianus Codex confirmat.

P. 662. C. 4. τῆς Ἀρμενίας. Hoc adjecimus ex S. quod confirmat epistola 127, in qua se Armeniam incolere testatur, et epistola 136. In epistola tamen 115 Cucusum ait esse Ciliciæ oppidum : sed et apud Ptolemæum lib. 5, cap. 6, στρατηγίαν Κιλικίας, *Præfecturam Ciliciæ*, legimus, quæ Ponto Cappadocio vicina erat, et in tabula prima Asiæ Cilicia regio non longe a Cæsarea notatur, longe dissita ab altera Cilicia, quæ Issico sinui vicina. Sozomenus quidem certe lib. 8, cap. 22, Theodoretus lib. 5, c. 34, Palladius in Vita Chrysostomi, Nicephorus lib. 13, c. 26, etc., Cedrenus aliique passim Armeniæ minoris id oppidum esse constanter asserunt. **Non omnino accurata sunt quæ supra retulit Fronto Ducæus de epistol. Chrysostomi ubi Cucusus Armeniæ esse dicitur, ut pluribus demonstrabitur in Vita Chrysostomi.*

P. 669. A. 2. Τὴν νέκρωσιν. De hac re plura Georgius Alexandrinus apud Photium in Vita Chrysostomi: postquam enim narravit eum Monasterio excessisse, atque in spelunca biennio integro delituisse, addit : ἐν ᾧ καὶ νεκρωθεὶς ὑπὸ τοῦ κρύους τὰ περὶ τὴν γαστέρα καὶ τοὺς νεφροὺς εἰσέρχεται διὰ τὴν νόσον ἐν τῇ πόλει : *Emortuis autem hic præ frigore iis corporis partibus, quæ ventrem ac renes attingunt, in urbem hoc morbo coactus revertit.* Palladius item in Dialogo : *Cum toto biennio numquam cubuisset, non nocte, non die, subjectas ventri partes omnino mortificat, frigore virtutes renum feriente.*

P. 670. D. 6. Ἀρσακίου. Froben. τοῦ Νεκταρίου, et vetus Interpres, *deliro illo Nectario* : at P. et A. Ἀρσακίου constanter præferunt, quibus suffragatur Theodoretus lib. 5, c. 34 : οἱ τῆς ἑσπέρας ἐπίσκοποι Ἀρσάκιον, ὃς μετ' ἐκεῖνον ἐγένετο, προσρήσεως οὐκ ἠξίωσαν : *Occidentis episcopi Arsacium ejus successorem ne salutare quidem dignati sunt.* Et Socrates lib. 6, cap. 17, scribit Arsacium, fratrem Nectarii, qui ante Joannem Constantinopolis episcopatum administraverat, jam octogenarium episcopum ordinatum. Sozomenus lib. 8, cap. 23.

IN EPISTOLAS LXIX AD DIVERSOS

Nunc primum ann. CIƆ IƆC XIV *Græce et Latine in lucem editas Notæ interpretis.*

Pag. 699. Etsi missas ad Olympiadem, Innocentium pontificem, et alios epistolas Photius in Bibliotheca communi titulo comprehendit, cum ait, ἀνεγνώσθησαν ἐπιστολαὶ τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου, ἃς μετὰ τὴν ἄδικον καὶ ἀπάνθρωπον ἐξορίαν πρὸς διαφόρους ἔγραψεν : *Lectæ sunt epistolæ sancti Patris Joannis Chrysostomi, quas injuste atque inhumaniter relegatus ad varios misit* : tamen in multis Codicibus Manuscriptis separatim exscriptæ reperiuntur solæ illæ septemdecim ad Olympiadem missæ, et in aliis haud aliam inscriptionem totum illud earum volumen, quam Epistolarum ad Olympiadem, obtinet, in uno Cujaciano illustriss. Cardinalis Perronii additur, πρὸς Ὀλυμπιάδα βασίλισσαν καὶ πρός τινας ἑτέρους : *Ad Olympiadem reginam et alios quosdam.* Sed in illo Codice desiderabantur hæ sexaginta novem una excepta ducentesima tricesima sexta, quam interpres clarissimus Billius casu prætermisit : eas autem ex apographo Antverpiani nostri Collegii a R. P. Andrea Schotto nobis commodato repræsentamus, eo nimirum ordine, quo cum aliis jam Latinitate donatis sparsæ occurrerunt. Licet enim in omnibus libris eæ, quæ sunt ad Olympiadem datæ, præcedant : cæteræ tamen diverso plane ordine in singulis aliis Codicibus disponuntur, ut ex numeris colligimus, quos doctissimus Livineius ad oram marginis Antverpiani Codicis annotarat. Porro variantes lectiones sic indicare placuit, ut A. Codicem Antverpianum, Sam. variantes lectiones illius margini ex Sambuci libris attextas, eas autem quæ adjunctæ margini fuerant Editionis doctissimi viri Henrici Savilii Sav. v., illius denique textum Sav. designet.

P. 700. D. 4. νομίζῃ. Addit conjecturam in margine Savilius ἴσως κομίζῃ, quam sequitur. **Huic et nos adstipulamur, reclament licet Mss.*

P. 702, D. 6. Βενερίῳ. Apud Palladium in Vita Chrysost. sub finem epistolæ ipsius ad Innocentium pontificem additur : *Scripsimus ista et ad Venerium Mediolanensem, et ad Chromatium Aquileiensem episcopum. Vale in Domino.* At licet interciderint epistolæ, quibus in illa sua persecutione quæ passus esset narrabat : constat tamen ex historicis, Occidentis episcopos non pacificis tantum literis, sed etiam communicatoriis cum illo communicasse, ut observat illustrissimus Cardinalis Baronius Tom. 5 Annal. an. 405, sect. 16, et ex iis quæ ad ipsos datæ exstant, ut ad Chromatium Aquileiensem, et ista ad Venerium Mediolanensem, quam ex Codice Vaticano acceptam a piæ memoriæ Gulielmo Sirleto Cardinali Bibliothecario, et Latinitate donatam profert : *Fortem vestrum et virilem animum*, etc. Porro Μεδιολάνων dixit, ut Ptolemæus in Geographia regiones Insubrum describens, Μεδιόλανα ἤτοι Μεδιολάνιον. Strabo lib. 5, de Insubribus, Μεδιολάνιον δ' ἔσχον μητρόπολιν : *Quorum metropolis fuit Mediolanum.* Sic apud eumdem Strabonem legimus : ἔχει δὲ ἐμπορεῖον Βουρδίγαλα ἐπικείμενον λιμνοθαλάττῃ, *Et habet Burdigalam emporium impositum æstuariis.* Sic et apud Stephanum Λούγδουνα dicitur urbs Galliæ, quæ Straboni τὸ Λούγδουνον.

P. 703. D. 7. Βρίξης. Ita scripsimus pro quod erat apud Sav. Βρύξης et in Ms. A. Βρίζης. Sic apud Strabonem pro Βρηξία recte emendatum est Βριξία. Brixia, ex Ptolemæo et Livio, Cænomanorum caput est, in Italia Romanorum colonia, sub Venetorum dominatu populosa civitas a Leandro *Brescia* dicitur. Hujus Gaudentii Brixiani episcopi exstant varii tractatus sive sermones in Exodum et in Evangelia Tom. 2 Bibliothecæ Patrum, in quorum præfatione tempore S. Ambrosii se vixisse testatur.

P. 707. A. 1. Ampruclæ nomen, ad quam missæ sunt epistolæ 96 et 103, a librariis immutatum videtur, cum verisimile sit eam indicari, quam Proculam indigitat Palladii Dialogus his verbis : *Ingressus autem baptisterium Olympiadem vocat, quæ ab Ecclesia non discedebat, una et Pentadiam et Proculam diaconas, Sylvinamque beati Nebridii conjugem.* * *Longe aberrat hic conjectura Frontonis, qui Ampruclam hanc*

eamdem esse putat, quam Proculam illam diaconissam Constantinopolitanam, cum contra Amprucla extraneæ linguæ fuerit, ut ait Chrysostomus epist. 103. *Et alioquin hoc nomen Amprucla sæpius in his epistolis repetitum, in Mss. omnibus idem semper est, uno excepto.*

Ibid. C. 1. Ἀσυγκριτία. Ὀνησικρατία Sav. Ὀνησικρατεία Sam., sed verius nomen istud videtur, quod et præ se fert titulus epist. 40 et 77. Porro similis argumenti literas habes in quibus orbatos parentes liberis, aut propinquis consolatur propinquos, epist. 61, et 197. *Ibid. beatæ.* Filiam Asyncritiæ defunctam beatam vocat, ut epist. 197, beatum Studii Præfecti fratrem, τοῦ μακαρίου ἀδελφοῦ τῆς μεγαλοπρεπείας τῆς σῆς. Græci quidem gentiles μακαρίτας ominandi gratia vita functos appellabant, quasi vitæ miseriis defunctos et μακαρίους, ut apud Platonem de Legib. 12 : οὗ τὸν μακάριον γεγονότα θέντες : *Ubi eum beatum factum sepeliant.* Synesius Epist. 36 : ὁ μακαρίτης Καστρίκιος αὐτὸ τοῦτο ἐγένετο : *Beatus Castricius hoc ipsum factus est.* Sed et ipsi sancti Patres in gravioribus scriptis theologicis ita loquuti sunt. Athanasius Disputat. 1 contra Arian. : ὁ μακαρίτης Ἀλέξανδρος ἐξέβαλε τὸν Ἄρειον τῆς Ἐκκλησίας : *Beatus Alexander Arium ab Ecclesia rejecit*, et in alio loco ejusdem libri p. 120 : τοῦ μακαριωτάτου Ἀλεξάνδρου κατηγορείτωσαν ὡς ἀδίκως ἐκβαλόντος τὸν Ἄρειον : *Accusent beatissimæ memoriæ Alexandrum, qui Arium cum injuria ejecerit.* Denique ad solitariam vitam agentes, p. 652 : τὸν ἀδελφὸν τὸν τῆς θείας καὶ εὐσεβοῦς μνήμης : *Fratrem reverentem divinæ et beatæ memoriæ*, et Hieronymus apud Latinos, Epist. 15 : *Nudiustertius de beatæ memoriæ Lea aliqua dixeramus.* Augustinus item lib. 1 contra Julianum cap. 4 : *Ego sane beatæ memoriæ Memorii patris tui non immemor.*

**In nota ibidem probavimus Onesicratiam verum esse matronæ hujus nomen, diximusque in aliquot Mss. vocem* Μακαρίας *quasi proprium illius filiæ nomen ferri.*

P. 710. A. 1. *Studio.* Studii præfecti urbis meminit Palladii Dialogus, cum narrat, Germanum presbyterum et Cassianum diaconum Romano pontifici B. Innocentio breviculo ostendisse, ubi ornamenta tradebant sub judicibus testibus, subscriptum manu Studii Præfecti urbis, Eutychiani Prætoris, Joannis Comitis thesaurorum, et Eustachii Quæstoris ac Tabularii in auro et argento et vasis, ut Joannis Episcopi calumniam diluerent. In Codice Theodos. l. 5 De his qui super religione contendunt, l. 37 De episcopis et clericis, rescriptum est ad eumdem datum Præfectum urbi, quo clericos relaxari jubet et navibus impositos dimitti, qui qua die quæstiones haberentur de auctoribus incendii tum exorti, cum B. Joannes in exsilium pelleretur, in carcerem conjecti fuerant. Scribit etiam epistolam suam 51 S. Ambrosius Studio nobili viro de dementia in judiciis sectanda, et 52 de causa mulieris in adulterio deprehensæ. Sive idem hic fuerit, sive alius ab isto Præfecto urbis, eum quidem certe quem postea consulem produnt Fasti consulares anno Christi 454 diversum ab hoc fuisse probabile est. Nam et anno Christi 459, imperante Leone, sub Gennadio Patriarcha, ut scribit Nicephorus lib. 15, c. 23, Studius vir præclarus Roma Constantinopolim pervenit, et sancto Præcursori templum erexit, in quod monachos ex domicilio eorum, qui ἀκοίμητοι, id est *insomnes*, dicuntur, induxit. His præfuit Theodorus appellatus inde Studites temporibus Leonis Isauri et Constantini Copronymi Iconomachorum. A. 8. μεγαλοπρεπέστατε. Addit Sav. v. καὶ ἐνδοξότατε, *et illustrissime* vel *gloriosissime*, ut vertit Interpres vetus Conciliorum in Chalcedonensi Act. 1 : τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου καὶ ἐνδοξοτάτου ἐπάρχου πόλεως Τατιανοῦ, *Magnificentissimo et gloriosissimo Præfecto urbis Tatiano.* Conjunxit etiam binos hos titulos Cassiodorus epist. 33, lib. 3 Variarum, quam mittit Theodoricus Rex Argolico Præfecto urbis : *Illustris magnificentia tua in clarissimo armentario ea faciat exhiberi.*

P. 714. A. 2. καὶ ὁ Γαβάλων. Ita quoque Sav., at in marg. Κασταβάλων. Sam. Γαμαλων et Κασταβάλων. Sozomenus subortam esse causam odii in S. Joannem Chrysost. scribit διὰ Σεβηριανὸν ἐκ Γαβάλων τῆς Συρίας ἐπίσκοπον, *Ob Severianum Gabalorum in Syria episcopum.* Sed hunc fuisse unum ex tribus ejus accusatoribus, eique maxime infensum tum ipse Sozomenus, tum Palladius in Dialogo testatur : neque verisimile est eum admonuisse amicos Chrysostomi de iis quæ Constantinopoli adversus eum alii molirentur. Pro Γαμαλων legendum esset fortasse Γαμάλων cum Sambuci Ms. : nam et inter Phœniciæ civitates numeratur, quæ Gamala dicitur a Plinio lib. 5, cap. 13, quemadmodum et Castabalam Stephanus lib. de Urbibus in Phœnicia ponit. Idem Palladius sub finem Dialogi sui inter episcopos, qui de communione erant Theophili, ac muneribus inducebant milites Imperatoris, ut B. Joannis sectatores civitatibus pellerent, nominat præcipuos Tarsensem, Antiochenum, et Cæsariensem. B. 6. *commisit Pharetrius.* Narrat ipse quæ passus fuerit Cæsareæ, dum in exsilium deportaretur, et quo pacto de sententia Pharetrii illius urbis episcopi fierent, quæ ab improbis hominibus gerebantur, in epistola ad Olympiadem 14, quæ nec omissa sunt a Palladio in Dialogo : quo loco, ut diximus, Cæsariensem, Ancyranum, et Pelusienses episcopos refert, partim donis, partim etiam minis, militum animos contra Chrysostomi amicos sic efferasse, ut ne laicos quidem illos excipere hospitio cupientes id agere sinerent ; et alibi pag. 15 : *Pharetrius vero Cæsareæ, quæ Argeo adjacet, præsul nimium formidans, non secus atque infantes larvas, neque urbe egressus sua per literas consensit adversariis et quidem non vocatus in medium, quippe qui esset omnino rusticus ac stultus.*

**In nota ibid. probavimus hic Castabalorum episcopum memorari.*

P. 715. C. 9. τοῖς ἐν Προμ. Emendandum τοῖς ἐν τοῖς Πρ. Sic enim erat in A. et Sav. Atque apud geographos quidem haud facile occurret hoc nomen loci, verum ab aliquo potius fundatore nomen accepisse domicilium istud monachorum probabilius est, ut ἐν τοῖς τοῦ Προμώτου intelligas, *In cellis vel domiciliis Promoti*, quemadmodum apud Zonaram in Nicephoro Generali mentio fit Theodori τοῦ γεγονότος ἡγουμένου τῆς τοῦ Στουδίου μονῆς : *Qui fuerat abbas monasterii Studii Consulis :* et in VII synodo p. 394 Ed. Rom. Sabbæ Hegum. τῶν Στουδίων. Certe Palladius in Vita Chrys. p. 7, C, inter eos, qui Theophili partibus favebant, numerat Marsam Promoti uxorem et Castriciam Saturnini ; sic loquutus est et epist. 55 : μονάζουσιν ἐν τῇ χώρᾳ Ἀπαμείας.

P. 718. C. 2. τῆς σχολῆς : *vestro munere.* Ad verbum esset, *Vos etiam schola ejectos fuisse*, ut pag. 720. C. 1, σχολῆς ἐξεῶσθαι, *Schola pulsos esse.* Nam σχολὴ quidem et otium et vacationem sonat, sed aptius videtur, quod suspicamur, eos nimirum scholarum fuisse presbyteros, quemadmodum apud Palladium legimus in Vita Chrysost. Philippum monachum atque presbyterum scholarum in Campania infirmatum esse, sive scholas intelligamus hic militum, ex quibus fuit ille quem idem Palladius ibidem provincialem quemdam appellat inter scholares militantem, qui quod Joanni studeret in Petram exsul est actus, quales etiam fuere scholæ equitum et peditum in l. 6 Cod. De advocatis diversorum judicum, et scholæ scutariorum et clibanariorum in Notitia Imperii et apud Ammianum Marcellinum lib. 22, sive silentiariorum et domesticorum, vel etiam agentium in rebus l. 1. De officio Magistri officiorum. Suidas etiam σχολαρίους, *scholares*, vocat eos qui in scholas divisi militabant sub magistro officiorum, et in Concilio Chalcedonensi, Act. 3, p. 229 Edit. Rom. Theod. diaconus ait se στρατεύσασθαι ἐν τῇ τῶν μαγιστριανῶν σχολῇ : *In schola Magistrianorum.* Horum presbyter forte fuit, qui sacrorum illis præfectus et quasi capellanus esset, vel certe scholas accipiemus ecclesiasticas diversi ordinis, quales occurrunt apud auctores de officiis divinis, ut schola cantorum, schola subdiaconorum, et apud Gregorium lib. 7, et 17, unde et scholares dicti diversarum classium clerici.

P. 721. D. 2. Πανέμου. Profertur hæc epistola lib. 13, c. 27 Historiæ ecclesiasticæ Nicephori Callisti, cujus interpres Joannes Langus Πάνεμον mensem Julium vertit, cum probe nosset Epiphanium aliosque Græcos patres nunc Macedonum, nunc Romanorum nominibus designare menses, licet in tota Asia et Syria Macedones et in toto Imperio Romano illo sæculo Juliano anno solari uterentur, non ut antea Calippico lunari, dum Olympicam vel Macedonicam et Alexandream periodum sequerentur, ut annos Græcos cum Romanis æquarent. Sic in veteri quoque inscriptione quæ post annos quinque ab hoc, quo in exsilium missus est Chrysostomus, exarata est, dicitur obiisse Eusebia quædam ὑπατείᾳ Ὁνωρίου τὸ η', καὶ Κωνσταντίνου τὸ α', μηνὶ Πανέμου ιβ' ἡμέρᾳ : *Consulibus Honorio VIII, et Constantino I, mense Panemo 12 die.* Male igitur Josephus Scaliger lib. 5 De emendat. temporum eam ad septimum Honorii consulatum retulit. At Romana voce mensium usus est hic noster antea epist. 203, et 210, cum ἕως Νοεμβρίου μηνός vel ἕως Ὀκτωβρίου μηνός dixit, et epist. ad Olympiadem 10, p. 590, E : τρίτη μηνὸς Ἰουλίου. Apud Bedam in caput nonum libri De temporum ratione Joannes Noviomagus menses Græcorum enumerans, Πάνεμον, Λῷον, Γορπιαῖον, pro Julio, Augusto et Septembri nominat, cum tamen, ut ex ipso Beda constat in libro De divisionibus temporum, non Græcorum, sed Macedonum mensium illa enumeratio sit.

P. 722. B. 10. *Inclusum*, ἐγκεκλεισμένον. Inclusum simpliciter dicere potuit. Nam qui relictis cœnobiis, in quibus religiosæ vitæ stipendia meruerant, in solitarias cellas se abdebant, inclusi appellantur, et ἔγκλειστοι, Act. 5 Concilii VI œcumenici pag. 562 : ἦν τις ἔγκλειστος εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν. Unde Theodori Studitæ Iambi Græci εἰς ἔγκλειστον. Et apud Palladium in Lausiaca, *Virgo quæ saccum gestavit sexennio et fuit inclusa*, sect. 31, et Theodoretus lib. 5, c 28 Historiæ : ἐν δὲ τῇ Κυρεστῶν ὁ πανεύφημος Ἀκεψεμᾶς ἐν οἰκίσκῳ καθεῖρκτο, καὶ ἑξηκοντούτην χρόνον τοῦτον ἐβίου τὸν τρόπον. Tripartitæ Hist. lib. 8, c. 6 : *Fuit in Cyrestensium eremo famigeratus ille Acepsemas in cella reclusus, et sexaginta annos neque visus neque locutus.* Idem in Historia religiosa de Aphraate sic scribit, τὴν Ἔδεσσαν καταλαβών, ἔξω τῶν περιβόλων οἰκίδιον εὑρών, καὶ ἑαυτὸν καθείρξας, τῆς οἰκείας ἐπεμελεῖτο ψυχῆς : *Cum venisset Edessam, et extra ejus ambitum invenisset domunculam, et se in ea inclusisset, suæ curam gerebat animæ.* Marianus Scotus anno Christi 1058 : *Paternus monachus Scotus, multisque annis inclusus in sua clusa ambiens martyrium combustus est*, et anno 1069 : *Marianus jussu episcopi Moguntinensis post annos decem meæ inclusionis solutus de clusa in Fulda ad Moguntiam veni.* Goffridus Vindocinensis scribit Herveo et Evæ inclusis epist. 48, lib. 4. Iidem tamen si forte id Ecclesiæ negotia exigerent, ut afflictis episcopis aut fidelib. populis succurrerent, egressi e cellis opem ferebant, quod Aphraatem fecisse testatur Theodoretus lib. 4, c. 24, et hunc Nicænum monachum Chrysostomus. *Ibid.* C. 2. κατὰ τὴν Κύπρον. A. τοῦ Σαλάμιος ἕνεκεν χωρίου τοῦ κατὰ τὴν Κύρον. De Salami, quod oppidum est e regione Cyri situm. Sav. et Sav. v. τὴν Τύρον, *e regione Tyri.* Cyrus civitas Syriæ fuit, cujus olim episcopus Theodoretus, quemadmodum et Tyrus Phœniciæ. Interpres Nicephori Langus, quid legerit, ex verbis ejus conjicere licet, *De Salamis regione, quæ non longe a Cyro sita, et ab hæresi Marcionistarum oppressa est :* quasi scriptum offendisset, χώρας, non χωρίου, quam tamen interpretationem transtulit in suum Thesaurum geographicum Ortelius, et Salaminem regionem ab urbe Cypri diversam constituit. Nos e margine Savilianæ Editionis retraximus in textum vocem Κύπρον, quod omnes geographi testentur Salamina Cypri fuisse civitatem, quam Stephanus lib. de Urbibus Constantiam dici affirmat, et Epiphanius Constantiæ urbis provinciæ Cypri appellatur episcopus in titulo librorum Adversus hæreses, quem Hieronymus Cypri Salaminæ episcopum indigitat lib. De scriptoribus ecclesiasticis, eaque ex insula vocatum illum fuisse Constantinopolim a Theophilo, ut Chrysostomo resisteret, scribit Socrates lib. 6, c. 11. Tamen, ut verum fatear, non facile adducor, ut credam urbem tam celebrem a Chrysostomo χωρίον appellatam, neque facile insulæ et civitatis, quæ subdita erat homini sibi infesto, curam suscipere illum velle arbitrarer; denique cum de Phœnicia hic agatur, suspicarer potius de oppido aliquo Tyro vicino hic fieri mentionem.

P. 728. D. 8. τὸν Ἀντιοχείας Sav. τὸν Ἀντιοχέα, *Antiochenum.* Sed Ἀντιοχείας, Antiochiæ, civitatis Syriæ, vel alterius cujuspiam intelligi satius est, præsertim cum in Dialogo Palladii legamus pag. 6, Antiochenæ Ecclesiæ presbyteros literas Romam misisse, integritatem judicii et actiones Chrysostomi defendentes, et pag. 15, Syriæ et Cappadociæ episcopos Constantinopolim profectos eidem communicasse. Porro τὸν Ἀντιοχείας ἐπίσκοπον hic intelligere debes ut antea pag. 714, A, ὁ Αἰγῶν et ὁ Ταρσοῦ, Ægensis et Tarsensis episcopus. Neque enim assentior Boisio, qui Ægonem cognominem pastori Theocriteo intelligit, et Tarsi filium. Ægas urbem esse Achaiæ constat ex Pausania, itemque

alteram ejusdem nominis in Macedonia ex Plinio et Diodoro, tertiam item ex Ptolemæo in Cilicia, in qua et Tarsus est, quemadmodum Gabala in Syria vel Castabala in Phœnicia. Forte legendum esset πρὸς τὸν Ἀντίοχον. Nam et ex iis episcopis, qui plurimum illi adversati sunt, unus fuit Antiochus Ptolemaidis episcopus.

Hunc episcopum Antiochenum putamus, ut ibi diximus, esse Porphyrium, Chrysostomo infensissimum, de quo plura in Vita Chrysostomi.

P. 731. A. 1. Κωνσταντίῳ. In Editione doctiss. Savilii hæc epistola ut quatuor sequentes Constantio tanquam earum auctori tribuitur, quæ ex unico exemplari e Gallia misso expressa est, et hunc titulum omnibus præfigit : Κωνσταντίου πρεσβυτέρου ἐπιστολαί τινες. Nam nec in aliis Codicibus Germanicis, Viennensibus, Palatinis, Bavaricis et Augustanis, nec in Cujaciano illustrissimi Cardinalis Perronii reperiuntur, sed in uno Jo. Sambuci apographo, quod nunc est Collegii nostri Antverpiani, hæc epistola inscribitur τῷ Κωνσταντίῳ πρὸς μητέρα, quasi nimirum eam Constantio dictarit B. Joannes Chrysostomus, cum eum lateri suo adhærentem, viæ comitem et exsilii laborum consortem haberet. Non enim alium prodit auctorem quam Chrysostomum stylus, et verisimile est, cum neque mater Joannis viveret, neque sororem tum illum habuisse constet ex historicis, eas Constantio dictatas fuisse, atque in numerum epistolarum Chrysostomi relatas, ut inter epistolas Hieronymi decimam septimam nomine Paulæ et Eustochii scriptam, et inter eas Augustini septuagesimam septimam legimus ad Aurelium datam nomine Augustini et Alypii, et nonagesimam secundam nomine Augustini et episcoporum Milevitani Concilii, sexagesimam octavam ad Januarium episcopum Donatianorum, quæ stylum redolet Aug. quamquam a communi clericorum Hipponensium scripta, denique inter Leonis Papæ epistolas adversus Eutychem multæ a Prospero dictatæ creduntur. Scripsit ad eumdem Constantium epistolas duas 221 et 225 Chrysostomus, et in 51 ad Gerontium testatur ei se negotium dedisse, ut sive ad ædium exstructiones, sive ad inopiam fratrum sublevandam impensis opus esset, large omnia suppeditaret : in 13 ad Olympiadem secum esse Constantium narrat, et sponte ad exsilii miserias cum illo ferendas bona cum ejus venia Cucusum commigrasse. Antiochiam tandem illum se contulisse disces ex epistola 62.

NOTA HENRICI SAVILII

In Homiliam de Paschate.

Pag. 750. A. 1. Oratio ex Regiis Membranis Lutetiæ descripta, ex Codice Bavarico accurate castigata : estque notæ melioris. Multa habet communia cum oratione 81, et proxime præcedenti 81. ** Quæ sint hæ orationes dicitur ibid. in Monito p. 750.*

NOTÆ FRONTONIS DUCÆI

In Serm. I de Pentecoste.

Pag. 791 not. b l. 5. *Ante hoc autem quoties.* Hæc videntur exotica et verbis auctoris inserta, et exscripta ex Hieronymo in libr. 2 adversus Jovinianum, ubi hæc leguntur : *Quid loquor de cæteris nationibus, cum ipse adolescentulus in Gallia viderim Scotos, gentem Britannicam, humanis vesci carnibus : et cum per sylvas porcorum greges, et armentorum pecudumque reperiant, pastorum nates et feminarum papillas solere abscindere, et has solas ciborum delicias arbitrari?* Itaque in Latina interpretatione corrigendum est : *Antehac Scoti, gens Britannica, humanis vescebantur carnibus.* Sequitur in Græcis, πρὸ τούτου Γότθοι, *Antehac Gotthi patres necabant.* Sed copiosus ista expressit Interpres, ascitis ex eodem Hieronymi loco verbis illis, *Massagetæ et Derbices miseros putant*, etc. Herodotus de Massagetis idem tradit sub finem libri 1 : ἐπεὰν γέρων γένηται τις κάρτα, οἱ προσήκοντές οἱ πάντες συνελθόντες θύουσί μιν : *Ubi quis admodum senuit, convenientes propinqui eum immolant.* **Bene annotatum : at ægre crediderim hæc, quæ in hodierna Græca serie non habentur, ab Interprete tantum adjecta fuisse, nec umquam in Græco fuisse.*

Ibid. C. 21. *Antehac etiam privati.* Legebatur antea hoc loco : *Ante hoc impii et persecutores erant reges, nunc vero ad cælum perferunt pietatem, et ingredientes limen ecclesiæ deponunt coronam, et crucem Christi deponunt in suis frontibus.* Nos Græci textus sententiam expressimus. Tum interjectis duabus lineis sequebatur apud veterem Interpretem, *Theodosius pater, filius Theodosii, religione ac pietate insignis.* At in Græco textu designatur Arcadius, Theodosii senioris filius natu major, et Theodosii junioris pater. Nam ut constat ex Socrate lib. 10 Tripartitæ histor. cap. 53 : *Arcadius relicto annorum octo filio Theodosio defunctus est, consulatu Bassi et Philippi, primo die Maii anno 2 ducentesimæ nonagesimæ septimæ Olympiadis. Is ergo cum patre Theodosio tredecim regnavit annis : post mortem vero ejus, quatuordecim.* Coram illo Imperatore habitus videtur hic sermo ab auctore, qui Joanni nostro Chrysostomo coævus. Illo enim Arcadio imperante Constantinopoli sedit archiepiscopus, et in exsilium pulsus, ac mortuus.

**Vide quæ diximus in Monito p. 787.*

[Emendationes Editionis Venetæ suis locis insertæ leguntur.]

COROLLARIUM

NOTARUM AD HOMILIAM IN EUTROPIUM EUNUCHUM.

Varietas lectionis selecta, excerpta ab Ludovico de Sinner *ex tribus codicibus MSS. Regiæ Bibliothecæ membranaceis :* A = n. 660, sæc. X; B = n. 762, sæc. XII, valde interpolato; C = n. 764, sæc. XII.

Omissa voce ὁμιλία idem atque Montfaucon, exhibent lemma Savil. et C. A ὁμιλία εἰς Εὐτρόπιον τὸν εὐνοῦχον. B. Ὁμιλία εἰς Εὐτρόπιον ἐκτιθέντα νόμον (adde πρὸς) τὸν φυγόντα εἰς ἐκκλησίαν, ἀποσπασθέντα, καὶ φυγόντα αὐτοῦ (sic) εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν, καὶ ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου κείμενον. Ἐλέχθη δὲ διὰ τοὺς ἐγκαλοῦντας. Ex similibus forsan Gelenius argumentum suum composuit : qua de re v. Montfauconi not. a.

381 A 2 Hic et infra p. ead. C. 1, lege cum Bibliis et ABC τὰ πάντα ματαιότης. Recte se habet lectio infra pag. ead. C. lin. 11.
C 12 Savil. ABC ὅτι δραπέτης ἐστὶν ὁ πλοῦτος.
13 AB. οὐκ ἔλεγόν σοι.
D 1 AC ὅτι δραπέτης ἐστὶν οἰκέτης. Sed recte se habet ἀγνώμων, ut videre licet ex linea sequenti 3.
9 AC ἀκούσια. B cum Bibliis ἡ ἑκούσια. Vide notam hujus tomi, p. 1012, col. a.
10 Savil. BC ἠνείχου.
382 A 5 Lege cum ABC ἀλλὰ καὶ τότε δυσχεραίνοντός σου οὐκ ἀπεπηδῶμεν.
9 Lege cum Savil. ABC ὑπεδέξατο.
12 AC κατὰ κρημνόν.
B 3 Lege cum Savil. ABC περιτρέχει.
8 Savil. διατηρήσας.
11 B ἀεὶ τὰς μεταβολὰς δεῖ ἐννοεῖν τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων. At εἰ cum subjunctivo apud Chrysostomum sæpius occurrit.
C 4 ABC ἐγένετο. Ibid. Savil. οὖν.
7 AC ἐλάττω.
9 Lege cum Savil. AC. κἂν ὁτιοῦν ἕτερον ὀνομάσῃ.
11 A μετὰ τῆς ἀσθενείας.
E 1 Lege cum Savil. ABC περιεστοιχισμένος (B περιστοιχιζόμενος); οὕτω τ. ὅ. π.
4 Lege cum Savil. ABC ἀποτέμνεσθαι, *capite plecti.*
5 Lege cum Savil. AC ἀλλὰ γὰρ τί δεῖ λόγων τῶν π. ἡ.
383 A 1 Lege cum ABC. πύξινον ἦν αὐτοῦ τὸ πρόσωπον, καὶ τανῦν νεκρωθέντος ἅπαξ οὐδὲν ἄμεινον (C ἀμείνω) διακείμενον (B διακείμενος). Locus nunc sanatus est. Τοῦ, quod ante καὶ τανῦν adjecerat olim Auger., non solum non necessarium, sed ne Græcum quidem est.
3 Lege cum Savil. ABC τοῦ παντὸς σώματος.
B 8 C καταμαθεῖν.
C 1 C αὐτῆς hic et infra lin. 10.

D 3 Ἡ πόρνη. Res narratur in Evangelio S. Lucæ, 7, 36 — 50.
9 A δοῦλοί ἐσμεν. Mox ABC τοῦ ἐσταυρωμένου.
E 7 B μέγας γένοιτ' ἂν ὁ κόσμος.
381 A 2 Lege cum AC καὶ ὅτι οὐ πιθανότητι κέχρημαι. λόγων, ὑμεῖς μάρτυρες τῇ σπουδῇ καὶ τῇ συνδρομῇ. Redde : *Et quod verbis non sim usus ad persuadendum paratis* (sed exemplo gravissimo vanitatis rerum humanarum), *vosmet ipsi festinatione vestra ac concursu attestamini.* Ratio brachylogiæ hujus e sequentibus patet. B habet : καὶ ὅτι οὐ πιθ. κέχρημαι λ., ὑμεῖς μαρτυρήσατέ μου τῇ σπουδῇ. Καὶ γάρ.
6 Cum Savil. ABC scribendum συναγόμενον. Attica scriptura cum ξ apud Chrysostomum fere non occurrit.
7 Lege οὗτος cum AC, quod conjecerat Savil.
11 C ἵνα.... εἰδῆτε, male.
B 2 C ἀπολάμπουσαν· καὶ γάρ.... πλεονεξιῶν· παντὸς..... αἰσχροτέραν φαινομένην. Quod probandum videtur. Nam πορνικὴ ὄψις, non εὐπραγία, comparatur cum rugosa anicula.
C 5 AB καθαίρει, *expurgat.*
8 AC οἷον ὅτι Πᾶσα, recte.
D 3 C εὐτελίζει.
8 AB τὰ πάντα.
E 5 Cum ABC lege τὴν ὀργήν.
8 Cum Savil. ABC lege ἡμῖν.
10 AC τῇ συμπαθείᾳ.
385 B 4 AC omittunt δακρύων.
10 A ἐπιδείξησθε. B ἐπεδείξασθε. C ἐπιδείξεσθε.
C 6 C οὐκ εὐθυνῶν, AB οὐκ εὐθύνων.
8 Lege cum AC οἴκτου. B οἰκτιρμοῦ.
D 4 A ὁ βασιλεὺς ἀποδέξηται, non male.
E 7 Ἐργασώμεθα... διαλύσωμεν... κοσμήσωμεν habent etiam AB.
386 A 3 Savil. AC τῶν κινδύνων.
6 Post Χριστοῦ AC doxologiam sic exhibent : μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

FINIS.